153

18-a-1-19/20

A
5
37

№ 1
9-1341

2 400 40 Safta MADE IN SPAIN





R. 3186
Del Collegio de la Compª de Jesus de Granada
Bª

# AVGVSTINI NIPHI MEDICIS PHILOSOPHI SVESSANI EXPOSITIONES IN ARISTOTELIS LIBROS METAPHYSICES

*Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Don Petrum de Toledo Regni Neapolis Proregem.*




Cum priuilegijs Summi Pontificis nostri Pauli Tertij, Illustrissimi Senatus Veneti, ac Excellentissimi Regni Neapolis Proregis.

VENETIIS

*Apud Hieronymum Scotum.*

1547

# AVGVSTINVS NIPHVS
## PETRO TOLETO NEAP. REGNI PROREGI EXCELLENTISS. S.

LACEDAEMONIORVM Reges ab antiquisſimis ſapiẽtibus edocti, Excellentisſime Princeps, animi bona naturæ & fortunæ bonis lõgè eſſe anteponẽda putarunt. Hæc ſiquidem magis circa nos, quàm in nobis eſſe iudicãtes, aliena & caduca nuncuparunt bona. Illa uerò, quia neq; ætate mutantur, neq; ullo infortunio caduca exiſtũt, noſtra & uerè bona nominare conſueuerũt. Quæ quidem tantò preciõſiora iudicarunt, quantò maior is eſt, in quo emicant, atque refulgent. Hac ratione diuitiis, generoſitate, honoribus, formoſitate, uiriumq; robore ſepoſitis, eam philoſophiæ partem amplexi ſunt, quæ Principem prudentem, iuſtum, fortem, temperantem, atque omni denique uirtute præditum effingere poteſt, atq; politicum. Nam cum homo hominum cauſſa natus ſit, quid commodius hominibus præſtare, quóue etiam pacto prodeſſe, ac patrocinari unquam potuerit, quàm ſeipſum prius regere edoctus, reſpublicas adminiſtrare, quæ in uniuerſum cunctorum mortalium complectuntur cõmoda? Hinc antiquorum ſapientum non pauci principatum fato dari crediderunt. Vnde Homerus, Rex unus cui ſceptra dedit, uenerandaq; iura Iuppiter. Hinc etiam ueluti terreni Dii principes à mortalibus habiti & uenerati fuere. In quorum ſententiam cum te propenſiori animo abire Princeps eminentisſime non lippientibus oculis cernerem, ut nouum terrarum numẽ à Deo, ſideribus, & fato orbi datum, & ueneror & colo. Tu enim, ut ſigillatim ſingula præſtringam, quod à natura uel à uirtute, uel à fortuna ſit expetendum, ea omnia es cumulatisſimè conſecutus, quæ ad aſſequendam omnem præſentis ſeculi felicitatem ſpectant. Taceo Regium genus tuum, opes amplisſimas, poteſtatem, ciuitates, imperia, uires, dignitates, ualetudinem, & ingenium. At quæ tuo conſilio & opera parta ſunt, non taceam, Prudentiam inquam, quæ, ut Plato inquit, cæterarum uirtutum Dux eſt, quæ ue in te adeò fulget, ut neque in Neſtore maior, neque in Catone præſentior eſſe credatur. Iuſtitiam quoque, quæ una uirtus eſt omnium & domina, & regina uirtutum, ut neq; Heſperus, neq; Lucifer perinde atq; iuſtitia in te admirabilis ſpectetur: Fortitudinem deinde, atq; temperãtiam. Aequè enim ac magis regium exiſtimas teipſum uincere, rationiq; appetitum obtemperãtem reddere, quàm hoſteis edomare. Reliquæ uerò, quæ has ſequuntur uirtutes, non minus te ornatum faciunt, atq; conſpicuum, Liberalitas uidelicet, comitas, indulgentia, atque clementia. Quæ quidem ratisſimæ dotes in te uno tantò ſplendidiores emicant, quantò tu inter reliquos principes non parum enitescis. Tuas igitur aras accedere cum decreuerim, optime Princeps, quemadmodum Parthorum & Perſarum reges nemini abſque munere adire ac ſalutare licebat: Ita & ego uacuis manibus tantum numen adire non ſuſtinui. At quónam munere te dignum exiſtimem, haud facilè coniicere ua-

leo. Vnum duntaxat in mentem incidit, Excellentiam tuam non ex eorum principum numero esse, qui amicitiam utilitate probant, uerùm te in suscipiendis muneribus alterum Xersem planè cognoui. Subiit propterea non nouum auspicandæ beneuolentiæ aucupium, priscam ad nostra usq; secula propagatam solennitatem imitari: qua receptum est, quos amore singulari & obseruantia prosequimur, eos nostrarum elucubrationum aliquo monumento salutare, quo & salutati se abillis diligi & coli exploratum habentes, nossent inde perpetuam sibi famam & gloriam immortalem deriuari. Hac ratione Plato Timæum, Critiam, & Phædonem, complures q; alios inscripsit. Aristoteles Græcis θαυμάσιον appellatus ob scientiæ ubertatem, tam Rhetorica quàm de Mundo Alexandro Magno nũcupauit. Hæc mecum reputans, atque animo reuoluens, necnon & terrena & caduca, & fortunæ, & naturæ inconstantiam cum despicias, iisq; solum, quæ animi sunt, animum tantummodò impendas: quæ de beatis animis, atq; diuinis substãtiis in Aristotelis uolumen, quod μετὰ τὰ φυσικά inscripsit, interpretandum absoluerim, tibi ornatissimo Principi dedicare et pro munusculo offerre mihi proposui. Tum ut te terrestre numen cœlestibus numinibus associem, tum uel maxime, ut in cœleste sidus relatus hinc & inde Niphi tui obsequentissimi sis memor. Vnum, quod reliquum est, exprimam, ut scilicet labores hosce serena fronte, hilariq; uultu suscipias quæso. Haud enim minus regium est pauca & benignè, & comiter suscipere, quàm magna largiri. At ne Celsitudinem tuam nimium morer, ex pluribus rationibus, quæ me, ut nosti, cohortatæ sunt, tibi ut has elucubrationes dedicarem, præter has, quæ expositæ sunt, una non postrema occurrit, hæc uidelicet, quoniam bonis auibus sub tuo nomine huiusmodi exibunt opera. Dũque Excellentia tua nostris patrocinabitur laboribus atq; industriæ, inuidorum exibilatorumq; morsus nihil est cur timere possim.

Valeat & diu felix Celsitudo tua.

PETRO TOLETO NEAPO.
REGNI PROREGI IVSTISS.
Q. CVRTIVS SESSA
SVESSANVS. F.

PRAECEPTORIBVS haud secus, Prorex iustissime, ac parentibus gratos ac deuinctos esse nos oportere, non semel à sapientibus accepi. Animorum enim parentes atque formatores illos esse existimarunt. Quàm uerò iniquè, quã peruersè agant, qui hodie præceptores suos non modò parentum loco non habent (ut par est, atque præcipitur) uerùm eos clanculò mordent, conuiciis insequuntur, atque obtrectant, quis non uidet? Hi nanque ueræ ac propriæ laudis expertes à præceptorum obtrectatione derogationeq; famam sibi aucupari sperantes, infames infamiam incurrunt. Proindeq; si impii, nefarii, sceleśti, atque ingrati nuncupantur, iure meritoq; perpeti debent. Quàm uerò ingenuè, sanctè, & officiosè agant, qui suos undique suspiciunt, admirantur, atque colunt, tibi diiudicandum relinquo omnium uirtutum cumulatissime Princeps. Non aliter probandos, ac laudandos eos duxerim, qui Principes iustitiæ excultores, Reipub. atq; populorum patres, uti proprios parentes celebrant, ac uenerantur. Eo igitur numero ut haberi possim, Nipho sine controuersia omnium Philosophorum huius memoriæ facilè principi, uenerandissimoq; Præceptori amoris uinculum: Tibiq; optimo, atque æquissimo omnium patri seruitutis officium explicare uolui. Et non abre quidem. Alter enim quasi naturæ auctor, & humanæ diuinæq; sapientiæ terrestre oraculum: Alter uerò quasi Astreæ parens, & nouum cœli numen emersit in terris. Et ut à te Princeps iustissime exordiar, si Augustus Patriæ parens a S. P. Q. R. consalutatus, si Traianus Optimi, si Antoninus Pii cognomen peculiari S. & P. appellatione accepta, præ gaudio lacrymas effundendo gestierũt, si Alexander, quia Magnus appellaretur: Quantò magis tu es laudibus & gloria extollendus, qui, ut Homerus dicebat, ποιμὴν λαῶν, Reipub. anima, Magnus, Pius, P. P. & optimus uocitari mereris. Si olim Augustus gloriatus est urbẽ se marmoream reliquisse, cum lateritiam accepisset: Quantò magis tu, qui non modò lateritiam, quin potius luteam, ligneam, atque inconditam Parthenopen accepisti, gloriari potes, non marmoream tantùm, sed adamantinam, nitidam, ampliorem, atque cultissimam reddidisse? Adeò insuper δίκαιος, Iustitiæq; cultor existis, ut iure δικαιαρχίαν sedem tibi fato sumpseris. Quàm iniquè igitur atq; impiè egissem, si mei Niphi τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ interpretamenta & commentaria tuæ Celsitudini dicata tam miserè, tam infeliciter deperire finerem? In quibus tantopere elaborauit, ut perennem tibi gloriam compararet: ut nullis in aliis, quæ absoluerit uolumina, ita elaborasse testificari ualeam. Sed cum ex sententia antequàm è uita excederet, illa edere non contigisset, ex testamento mandauit hoc diui-

num opus Octauiano Scoto Mediolanẽsis eius familiarissimo, eruditissimoq; uiro recognitũ, quem in uita maximè coluisset, uel in morte memor, sub tuæ Celsitudinis nomine excudẽdum. Quod cum multis de caussis non sit peractum, præsertim cum cui tanta res commissa erat, post eius mortem nec per literas quidem admonitus, nostras oras unquam accesserit. Eius equidem obsequentissimus atq; amantissimus discipulus, quem unum mihi & ad suscipiendam, & ad ingrediendam omnem literarum rationem fateor Principem extitisse, ut quod ab ipso acceperim lumen, ipsi quoque luminis aliquid redderem: Tum ut neque hi de diuinis substantiis eius maximi labores tempore exolescerent, sed posteritati potius usui esse possent: Tum uel maximè tuæ celsitudinis non caducæ laudi ut prospiceretur. Scotum tandem Venetiis è suorum complexu Suessam reuocaui. Cum Iacobo denique Niphi filio, uiro quidem clarissimo & utriusque Iuris scientia ad paternã gloriam accedente, egi, atque contendi, ut hæc uolumina tuo nomine lucubrata ei imprimenda redderet. Itaque consilio industriaq; mea (ut cernis) res acta est. Hinc facilè intelligere poterit Celsitudo tua Curtium Suessanum tibi omnino deuinctum esse & seruulum:

Quam, Deus Opt. Max. sospitem, atque florentem, &
in diuturna felicitate conseruet.

# PETRO DE TOLEDO PRO REGI NEAPOLIS OCTAVIANVS SCOTVS MEDIOLANEN. S.

ANTEQVAM Ex hominum uita migraret Augustinus Niphus Suessanus præceptor meus, mecum sæpius egit de iis commentariis, quos in Aristotelis libros, qui περὶ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ inscripti sunt, senex admodùm conscripsit: omnisq; illius oratio eò spectabat, ut demõstraret nihil se à diis immortalibus ardẽtius expetere, quàm ut sibi tantisper manere in uita liceret, dum institutum opus absolueret, ac tuo numini dicatum, consecratumq; peruulgaret. Quod eo à se consilio fieri aiebat: quia existimaret eam Philosophiæ partem, quæ omnium præstantissima est, non nisi homini præstantissimo, qualem te esse omnes sciunt, deberi. Sed cum posteà naturæ legibus parẽdum sibi esse uideret, neq; id, quod tantopere exoptauerat, præstare posset, eos cõmentarios mihi tradi testamento iussit: non aliam sanè ob causam, quàm ut ne tu munere isto defraudareris. Nam cum recordaretur se, quid super hac re animi haberet, mihi non semel declarasse: sperabat me pro mea erga se obseruantia omnem operam daturum, ut quæ ille mente cogitationeq; tibi uouerat, re perfoluerẽtur. Ne igitur eũ, cui officia omnia debeo, spes hæc fallat, in præsentia mihi faciendum putaui: præsertim cum uideam hinc mihi occasionem dari, qua & hominis clarissimi propensam erga te uoluntatem apud omneis testatam facere, & innumeris illius in me beneficiis aliqua ex parte respondere possim. Itaq; feci: commentariosq; ipsos nullis laboribus, aut impensis parcens, typis excusos, ac nomini tuo dicatos publicè legendos trado. Atq; id eò etiam libentius, quòd, cum tu id tibi ualdè placere pluribus argumentis demonstraueris, & quibuscũq; rebus potuisti, adiuueris: uideor mihi palàm testari posse hoc, quicquid est, beneficii te auctore in studiosos omneis esse collatum, ut interim omittam quàm alacri animo ad eam rem Iacobus Niphus eius filius properaret. Tu eos Princeps Illustrissime læta fronte susci pe: atq; illud tecum reputa, non admodùm referre, quæ illos manus offerat, dum à quo proficiscantur, intelligas. Ego certè quem uiuum maximè colui, eius defuncti manes quibus potero officiis prosequi nunquam desinam: Tuorumq; erga me meritorum memoriam semper conseruabo. Vale.

# ARISTOTELIS METAPHYSICAE
## LIBER PRIMVS,
## CVM AVGVSTINI NIPHI MEDICIS
### PHILOSOPHI SVESSANI EXPOSITIONE.

## AD ILLVSTRISSIMVM ET
## EXCELLENTISSIMVM DON PETRVM
### DE TOLEDO REGNI NEAPOLIS PROREGEM
### IVSTISSIMVM.

CAP. I.

*Appetunt. ὀρέγονται desiderant.*

OMNES HOMINES natura scire appetunt.

EXPOSITORES omnes, & qui inter Græcos, & qui inter Latinos clariores fuerunt, Aristotelem tradiderunt in præsenti libro, qui est de scientia rerum, quæ sunt μετὰ τὰ φυσικά, idest trans corpora, entiaq; naturalia, primo præmittere procœmium, in quo multis rationibus enititur auditores huius sermonis trahere ad expetendum harum rerum (quæ in hoc sermone continentur) studium. De necessitate vero huius procœmij vnde emerserit, multas rationes assignare consueuimus, primo quia homines putauerunt hanc scientiam ciuilibus hominibus non conuenire, quoniam apud omnes gentes visa est vtilis, ac propria sacerdotibus ut postea Aristoteles ipse dicet. Deinde quia (vt Plato inquit in Gorgia) nimium studium in hac ipsa scientia videtur impedire homines ab actionibus, ita ut videatur potius hominibus impedimento ad agendum, quàm iuuamento. Tertio quia (vt Aristoteles dicit in Politicis) monstrum non est nutriendum in rebus publicis, quoniam surripit a re publica aliquod bonum, quod potest esse vtile ciuibus, & actionibus ciuilibus non confert. Metaphysicus qui solum viuit in contemplando, aut est monstrum, aut simile monstro, cum sit ab omnibus actionibus ciuilibus vacans. igitur non est in re publica seruandus. Propter hæc & alia plurima Metaphysica ab omnibus est abiecta. Aristoteles ergo præmittit procœmium, in quo nititur trahere homines ad studium metaphysicæ: quoniam videbatur abiecta, & primo quidem ex huius scientiæ dignitate ostendens hanc scientiam dignissimam esse, & hoc multipliciter ostendit, primo quidem ex huius scientiæ maxima appetibilitate, quæ ratio potest resolui ad artem prioristicam hoc pacto, Scientia quam maxime homines appetunt, dignissima videtur, hanc scientiam homines omnes maxime appetunt. ergo hæc scientia dignissima est. Minorem argumentatur per enthymema sic, Omnes homines natura scire appetunt, ergo maximam scientiam maxime scire appetunt. Locus topicus est sicut simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maximum ad maximum, Tunc vltra, Hæc scientia est maxima scientia, ergo hanc omnes maxime appetunt scire. Huiusmodi processum Aristoteles intendit. de quo primo ponit antecedens enthymematis, per quod concludit maximam scientiam maxime appeti, cum dicit ⸗ omnes homines natura scire appetunt ⸗ deinde probat minorem videlicet quòd metaphysica sit maxima scientia, ibi ⸗ quoniam autem scientiam hanc ⸗ & sic habebitur prima ratio ad probandam dignissimam esse scientiam hanc ex huius scientiæ appetibilitate, hoc pacto, textus iste resolui potest ad artē prioristicam. Ex hac resolutione patet causa, quare Aristoteles proposuit illam propositionem, omnes homines natura scire appetunt. Thomas autem expositor doctissimus non multum differenter ab ijs, quæ diximus, asserit Aristotelem proposuisse illam propositionem, Omnes homines natura scire appetunt, vt ostendat appetitum ad hanc scientiam non esse vanum vt plurimi existimauerunt propter rationes prætactas, cum naturale desiderium (quod est ad eam habendam) vanum esse non possit. Alexander autem Aphrodisius in sua huius libri enarratione, vt mihi videtur, Aristotelem proposuisse hanc propositionem autumat, vt ostendat scientiam atque contemplationem præferendam esse actionibus, nam omnes homines ob naturam, & non ob alium superiorem finem scire appetunt, agunt autem omnes propter alium finem, cuius rei argumentum est, quoniam & ipsæ virtutum actiones (quæ omnium maxime sua sponte videntur expetendæ) ad aliud quiddam referri videntur, quoniam expetuntur, vt affectus, quibus sumus obnoxij, corrigantur, atq; castigentur. cuius rei signum affert ex eo, quia alij qui vacant affectibus, virtutum actionibus nequaquam indigent. præferenda igitur scientia, atque contemplatio est actionibus, quoniam scire appetimus natura, & non ob alium finem, agere autē secundum virtutes propter alium finem, ideſt ut homines in affectibus temperentur, quibus sunt obnoxij. Præterea nō con-

*De necessitate procœmii.*

*Syllogismus textus.*

*Alex. expō.*

tenus hac ratione sola Alexander, alia ratione probat contemplationem esse nobiliorem actione, nam si duo (vt inquit) in eadem re uersentur, quorum alter rem tantum intelligat, quo nam modo agenda sit, alter efficiat, agatque, qui intelligit tamen quomodo agenda sit, agente atq; efficiente honoratior est rem etiam hanc Alexander probat ex alio, quia architecti artificibus præferuntur, & principes ministris, nec ob aliud, nisi quia architecti intelligunt quomodo agenda res est, artifices exequuntur vt architecti præcipiunt. Ergo intelligentes præferendi sunt agentibus: & ita cognitio actioni. Alexander ergo ex his autumat propositionem illam positam esse, vt ostendat scientiam esse præferendam actioni, vt ipsum intelligere, & scire ipsi agere efficereq;. Cur vero fuit necessarium ostendere scientiam esse præferendam actioni, Alexander asserit vt ostendat hanc scientiam, quæ sapientia dicitur, esse omnium nobilissimam, cum sit principiorum cognitio. sunt igitur tres expositiones. Prima quidem est Aristotelem posuisse hanc propositionem ad concludendum hanc scientiam esse maxime appetibilem. Secũda vero ad ostendendum hanc scientiam non in vanũ quæri, cum natura omnes impellãtur ad ipsum scire. Tertia expositio Alexandri est, vt ostendat scientiam hanc esse nobilissimam, quia scientia & cognitio præfertur actioni, quoniam scire appetimus natura, & non propter aliud, agere vero propter alium finem. Quæ vero harum expositionum sit melior postea iudicabimus. Si quis autẽ obiiciet huic propositioni, quia videmus multos scientiæ studium non impendere, causa est, quoniam licet natura omnes scire desiderent, tamen per accidens impediuntur, vt vel propter voluptates, vel propter necessitatem vitæ præsentis, vel propter laborem ad discendum, quem ob segnitiam euitant. Quo vero ad verba attinet, quæsiuimus in dilucidario propter quid Aristoteles hanc propositionem protulit in numero plurali, vbi expositionem Gandauensis, & Alberti, & nostram assignauimus. Nunc vero dicere poterimus esse regulam topicam, vt quoties propositio vniuersalis fuerit vera in vtroque numero, efficacius sonat in numero plurali, vt quoniam hæc est vera, omnis homo putat deum esse, qui in cœlis habitat, & illa, omnes homines putant deum esse, qui in cœlis habitat, consueuit Aristoteles eã proferre in numero plurali in primo de cœlo ad maiorem efficaciam. Potest etiam esse alia causa, quia apud græcos propositiones vniuersales in numero plurali prolatæ eleganciores habentur. Præterea verbum appetunt, græce est ὀρέγονται, & in antiqua translatione legitur desiderant, quod licet apud Philosophos non multum referat hoc, vel illo modo dicere, tamen melius, appetunt, dicitur, quoniam desiderare dicitur proprie rerum, quæ sunt amissæ. vt Cicero in Lelio vtitur. appetere rerum est, quas auenter cupimus, & tam in bonum quàm in malum. Verum ad rerum scientiam non refert sic, vel aliter interpretari. Nunc redeamus ad expositiones, & dicamus omnes tendere ad idem scilicet ad ostendendum scientiam rerum diuinarum (quæ & sapientia dicitur, & scientia quæ est μετὰ τὰ φυσικὰ, nunc corrupte trãsluit in vsum, vt dicetur metaphysica) non esse abiectam, sed eligendam propter sui præstantiam. verum circa ea, quæ Alexander dicit, non videor satisfactus, primo quia licet verum sit sapientiam, rerumq; diuinarum contemplationem esse præferendam actioni, tamen Aristoteles in nulla parte huius proœmij videtur comparatiue loqui: ita vt faciat comparationem inter contemplationem & actionem. deinde ratio Alexandri videtur dubia, primo quia actiones virtutum non videntur expetendæ propter aliud, ut primo Ethicorum probauit, ex eo, quia expetibile propter aliud est bonum propter aliud, sed actiones uirtutum non sunt bonæ propter aliud, sed propter se, ideo enim eligimus agere secundum uirtutes, quia est simpliciter bonum. vt probauit eodem libro. præterea falsum uidetur nos eligere actiones uirtutum, ut temperemur in affectibus, primo quoniam multæ actiones uirtutum sunt, quas non eligimus, ut temperemur in affectibus, quales sunt quæ sunt in uerbis ueritas, & affabilitas, in iocis uero urbanitas. deinde magis uidemur temperari in affectibus, ut agamus secundum uirtutes, quam agere secundum uirtutes, ut temperemur in affectibus: ut omnibus patet. Propterea dicendum, esse uerum contemplationem rerum diuinarum esse præferendam cunctis actionibus etiam quæ fiũt secundum uirtutes. non tamen Aristotelem nunc uerum est fecisse hanc comparationem, sed solum demonstrasse huius scientiæ summam dignitatem. Sed quæres dato q̃ Aristoteles non loquutus fuerit hic comparatiue, utrum uerum sit, contemplationem rerum diuinarum esse meliorem actio ne secundum uirtutem? De hac quæstione nulla dubitatio esse debet secũdum Peripateticos, nam Aristoteles. 10. Ethicorum, &. 7. Politicorum dubio procul præposuit contemplationem rerum diuinarum actioni etiam secundum uirtutem. Sed dubium omnium difficillimum est, quoniam si cõtemplatio actione fuerit melior, cum semper deterius, & minus bonum sit gratia melioris, & magis boni, vt dicitur primo Politicæ, tunc actiones secundum uirtutem erunt gratia contemplationis, & sic eligibiles propter aliud, quare nõ per se bonæ, ut fuit processum contra Alexandrum. Dicendum aliquid esse propter aliud bifariam, aut secundum dispositionem, & hoc pacto media in finem sunt propter finem, quoniam sunt dispositiones ad finem, & sic actiones quæ sunt secundum uirtutem, licet sint minus bonæ contemplatione, nõ tamen sunt propter contemplationem hoc pacto, non. n. oportet ut ipsis positis ponatur contemplatio, & ipsis remotis remoueatur: Alio modo aliquid dicitur propter aliud præordinatiue, & sic actiones sunt propter contemplationem, quoniam nõ potest esse contemplatio rerum diuinarum, si nõ fuerint in ciuitate actiones secundum uirtutem, in tumultibus. n. & bellis, & uitijs, & turbationibus ciuilibus nemo potest intendere studijs rerum diuinarũ, immo nec contemplatione perfectæ alicuius rei. & ea, quæ sic præ supponuntur, & sunt propter aliud, possunt esse per se bona, & eligibilia. quoniam nõ sunt propter aliud dispositiue, cum non oporteat, ut sint in eodem subiecto, animalia. n. & plantæ sunt minus bona homine, & non potest esse homo, nisi præsint animalia, & plantæ, quia tamẽ possunt esse animalia in ijs terræ regionibus, in quibus non sunt homines, uideretur animalia esse bona propter se, & eligibilia propter se. De his in libello de uera uiuendi libertate, & in libello de ijs, qui apte possunt in solitudine uiuere, satis diximus. esset autem magna quæstio utrum in eo, qui uiuit in uita contemplatiua, sint necessariæ omnes uirtutes. Verum alias disputabitur.

Remouet obiectionẽ.

Verborum expositio.

Quæ expositio Alex.

Quæstio.

Solutio.

**Signum autem est sensuum dilectio, & enim præter utilitatem propter se ipsos diliguntur, & maxime aliorum, qui est per oculos. non enim solum, ut agamus, sed etiam nihil agere debentes ipsum uidere præ omnibus alijs (ut dixerim) eligimus.**

Dilectio ἀγάπησις amor.

Eligimus αἱρούμεθα expetimus.

Scholia sunt, quæ hic Alexander scripsit, nam circa expositionem huius loci nihil dixit, tamen omnes expositores Aristotelem propositionem, quàm prius assumpserat, probare asserunt per signum, quod etiam uerba textus demonstrant, quæ sunt {signum autem est} nobis ẽius propositionis, quam diximus, {sensuum dilectio.} Si enim nos



natura sensus diligimus, & non ob aliud, nisi, quia nos faciunt scire sensibilia, erit nobis argumẽto quòd natura omnes scire appetamus. Primo ergo affert signum & dicit, {signum autem est sensuum dilectio.} deinde signum huiusmodi exponit, & dicit {etenim præter utilitatem} a nobis {propter se ipsos diliguntur, & per illud uerbum {præter utilitatem} dat intelligere nos diligere sensus dupliciter propter utilitatem, quam per ipsos comparamus, & per se inquantum sensus cognoscitiui sunt. dictũ est enim secundo de anima libro, & tertio, insuper & in libro de sensu, & sensibili, sensus nobis esse tributos primo ad uitæ necessitatem, ut per ipsos fugiamus damnosa, & hostilia, & prosequamur utilia, atque conuenientia. Et secundo ad delectationem, ut per sensus etiam generetur in nobis scientia. quippe cum demõstrent nobis sensibilia, e quibus proficiscitur omnis nostra scientia: circa quam est summa hominum uoluptas. deinde probat idem per signum argumento sumpto a maiore simili, & dicit {& maxime} subaudi diligimus eũ sensum {aliorũ} scilicet inter alios, {qui est per oculos} deinde declarat hoc secundũ signũ sumptum a maiore simili, et dicit, {nõ. n. solum, ut agamus} damnosa fugiendo, & utilia sequẽdo, {sed etiã nihil agere debẽtes} idest sed etiã dato, q̃ nihil ageremus p̃ sensum ipsum uisus, nec acturi per ipsum essemus {ipsum uidere eligimus præ alijs ut est dicere,} nominauit ergo uisum primo per eum, qui est per oculos ex industria, ut innueret instrumenta, quibus utuntur ad uidendũ, deinde nominauit uisum per ipsum uidere, quod est operatio uisus, ut innueret non modo uisus ipsius instrã, sed operationẽ, quæ proficiscitur a uisu, & hæc ut innuat nos diligere & uisum, & instrumenta, & operationes ipsius magis q̃ cæteros, propterea quia est cæteris magis cognoscitiuus. Fortasse (ut expositor Thomas opinatur) Aristoteles in ea parte, quæ est, {& maxime aliorũ,} non probat idem, quod superius probauerat per signum argumẽto sumpto a maiore simili, sed probat nos diligere sensus, quatenus cognoscitiui sunt, signo sumpto a uisu, qui propterea quia magis cognoscitiuus est, magis q̃s cæteri diligitur, quoniam nõ solum eum magis diligimus, quia per eum magis agimus, sed etiam si per eum nihil acturi essemus, eũ magis diligeremus, ut sit hoc secundum signum primi signi, & quouis modo exponatur, recte exponitur. Sed quæres primo quomodo sensuum dilectio est signum, per quod deducitur nos debere natura appetere ipsum scire. quicquid sit dictum in dilucidario, nũc intelligit per signum argumentũ, quod accipitur a simili. Sed statim diceres igitur in scientia demonstratiua Aristoteles usus esset ratione topica, uel rhetorica. Dicendum id nequaquã esse absurdum potissimũ in ijs, quæ parua indigent probatione, solet enim Aristoteles pro declaratione talium uti interdum locis topicis, nonnunquam syllogismis hypotheticis, ut dicit Auerroes. 2. physicę auscultationis interdum etiam exemplari ratione, ut idem Auerroes meminit. 6. eiusdem. quoniam non ad demõstrandum simpliciter ignotum, sed ad declarandum id, quod parua indiget declaratione, id facit, secũdo induci possunt ad cõfirmandum id, quod est simpliciter ignotum, post quã fuerit demonstratum. Possumus etiam. 3. uti topicis locis ad probandum simpliciter ignotum, quando loca, quibus utimur, non habent instantiam. Sed de his in topicis. Quo uero ad uerba attinet, {dilectio} græce est ἀγάπησις, quod uerbũ a quibusdam amor interpretatur. & fortasse non ab ratione, quia amor maioris efficaciæ est, q̃s dilectio. est etiam magis sequens naturam. cum amor sit omnibus ferè animantibus idem, ut Virgilius inquit. At uerbum {eligimus} græce est αἱρούμεθα, quod nonnulli expetimus transtulerunt: & non mihi placet. nam expetimus quod nõ inter multa uolumus. non autem eligimus, nisi pluribus positis alterum, dixit enim Aristoteles statim {ipsum uidere præ alijs, ut ita dixerim} quare rectius eligimus dicendum est.

Tex. cõ. 16. & inde per multos tex. & prope finẽ tertij de anima.

Comen. 3.

Comment. 41.

Solutio.

Dubitatio.

Solutio.

Causa autem est, quoniam hic sensus maxime nos cognoscere facit, & plures differentias demonstrat.

Maxime μάλιστα magis.

Cum accepisset nos amare magis uisum, quoniam magis cognoscitiuus est, nunc illius cãm affert ex eo quia facit nos magis cognoscere, cum per eũ cognoscamus magis ea, quæ per ipsum cognoscimus. {& plures} rerum sensibiliũ differentias demõstrat, & hoc dicit {causa autem est} scilicet q̃ uisus sit magis cognoscitiuus, {quoniam hic sensus} .s. inter sensus hominibus tributos, {maxime} idest p̃fectius {nos cognoscere facit} ea, quæ per ipsum cognoscimus, {& plures} scilicet quo ad numerum rerum sensibilium {differentias demonstrat} nobis. nam per uisum cognoscimus supralunaria, & sublunaria, per cæteros autem non nisi sublunaria. Sed dices tactus, etiam faceret nos cognoscere supralunaria, si essemus cœlestibus corporibus proximi, nam stellæ secundum Platonem igneæ sunt, & tactiles, q̃ autem eas per tactum non sentiamus, est per accidens, quia propter distantiam a stellis, quæ nobis accidit. Sed peripateticæ sentiendo dicamus tactum neque per se, neque per accidens esse cœlestium cognoscitiuum, esset enim tũc cœlum tactile, & sic aut elementum, aut mistũ. Quare etiam si stellis essemus proximi, manuesq; super eas imponeremus, nullo pacto illas per tactum cognosceremus, quoniã qualitatibus tactilibus non subsunt. Adhuc non ne per tactum sentimus calorem cœlestem, ergo sentimus per tactum stellam, quæ calefacit. Quare per tactum sentimus sublunaria, & supralunaria. Dicendum per tactum nos sentire calorem cœlestem, non quidem quo Sol est formaliter calidus, sed quo Sol est caloris effectiuus & aer est calidus, ideo non sequitur nos sentire Solem per tactum, sed solum aerem calefactum a sole. quoniam illo calore nõ Sol, sed aer est formaliter calidus. Quo uero ad uerba attinet maxime græce est μάλιστα & intellexit per superlatiuum comparatiuum, quod exposuerũt quidam idest intensius, & uerbum plures exposuerunt fusius, atque extensius, ut sit sensus q̃ uisus sit magis cognoscitiuus, quoniam intensius per ipsum sensibilia cognoscimus, & extensius, quoniam per ipsum nostra cognitio longe magis se extendit, quàm per cæteros sensus. Quæ expositio nõ est bona, quoniam proportionabiliter æque intense per omnes sensus sensibilia cognoscimus, modo cætera sint paria. propterea expositor Thomas rectius exponit, nam per maxime intelligit perfectius atque certius. Hoc autem est, ex parte potentiæ uisiuæ, quæ cæteris sensitiuis uirtutibus immaterialior est, omnis autem potentia eo magis, ac magis, & certius cognoscit, quo magis ac magis immaterialior est. Per plures differentias intelligit, plura genera obiectorum, quoniam ea omnia sensibilia, quæ luce aut colore participant, & sic tam cœlestia, quàm sublunaria per ipsum cognoscimus. Quòd uero uisus cæteris sensibus sit immaterialior, demonstrauit expositor ex modo, quo uisus a suis obiectis mouetur, & ex modo, quo cæteri a suis immutantur. nam sensibilia cæterorũ sensuum mouent propria sensoria, & media mutatione aliqua ex parte realı. Visilia uero solum immutatione intentionali. Sed dices hæc demonstratio per quam Expositor demonstrat uisum immaterialiorem esse, est a posteriore, & non dicit causam. propterea ego quæro causam quare uisus sortitur in suo organo maiorem immaterialitatem. Verum hæc quæstio non est ad propositum, satis enim est nobis scire uisum esse immaterialiorem, & non refert ad nostrum propositum siue hoc pateat per causam, siue per signum. nam secundo libro de anima, causa assignata est ex eo, quia in organo uisus est plus de aere lucido, quàm in cæteris. dico lucido, propter organum auditus, uerum de re hac nunc satis.

Cõtinuatio.

Dubitatio.

Solutio.

Alia dubitatio.

Solutio.

Verborum expositio.

Dubitatio.

Solutio.

## Animalia igitur sensum habẽtia natura fiunt.

Cum fecissemus mentionem de ipso scire, quod est quoddã cognoscere, propterea distinguit in ipsis animalibus cognoscitiuis diuersos cognoscendi gradus, & declarando huiusmodi cognoscendi gradus, primo accipit in qua cognitione omnia animalia conueniunt, & dicit { animalia igitur natura fiunt sensum habentia } idest igitur omnia animalia cõueniunt in habẽda sensitiua cognitione. Alexander uero Aphrodisius etiam asserit Aristotelem exponere ordinem potentiarum animę, quæ in sensibus efficiunt. Primo ut perfectiora animalia a minus perfectis discernantur, deinde, ut ostendat hominẽ (quia præter cætera animalia cõpos rõnis est,) cęteris esse perfectiorẽ, & hæc ut doceat qd est sapiens. Sed qm̃ uerba sunt illatiua dicit. n. { a falia igitur } ideo quęritũ est unde inferatur hoc, quod infert, et patet ga infertur, ex eo quia dixit sensus datos esse nobis non solum, ut agamus, ex hoc enim sequitur omnibus esse datos, ut agant, quoniam cuncta uiuunt, capiuntq; uictum per sensum, aut fortasse illatiua uerba sunt, ex ijs, quæ post dicturus est, quoniã licet posterius dicentur ante præconcepta habentur, sunt autem hæc cp perfectiora animalia ab imperfectioribus differãt, & cp homo sit animal perfectissimum. & reliqua. Cur uero animalia cuncta conueniant, in habẽdo sensu, Aristoteles declarauit. 3. lib. de Anima. ex eo, quia ultima differentia animalis, per quã animal diffinitur, est ipsum sensitiuum, est enim animal corpus animatum sensitiuum, sensitiuum autẽ nihil aliud est q̃ habere sensum. ergo omnia animalia conueniunt, ut natura fiant cum sensu. hoc etiam patet ex eo, quia uidemus quædam animalia habere sensus omnes, ut perfecta, quædam plures, nonnulla perpaucos prout sunt perfectiora, minusue perfecta, omnia tamen necessario unum habent uidelicet tactum, non enim sine tactu aliquod animal esse potest, quippe cum per tactum tactibiles qualitates cognoscat, in quibus consistit cibus, & potus, & salus, & mors.

Quæ Alex.

tex. cõ. 160. & inde.

## Verum quibusdam quidem eorũ ex hoc sensu non fit memoria, quibusdam autẽ fit.

Cum assignasset conuenientiam omnium animaliũ, quæ est in habenda sensitiua cognitione: nunc assignat differentiam, quam per gradus cognitionis (qui reperiuntur in brutis animalibus) exponit, & dicit, { uerum quibusdam quidem eorum. } scilicet animalium { ex hoc sensu, } quę cõmuniter omnia habent, { non fit memoria, } quasi dicat, uerum animalium, quæ sensum habent, quædam sunt, quæ licet habeant sensum, non tamen habent memoriam, quæ ex sensu fit, causa autem, quia sensum tactus habent, at phantasiam, idest imaginationem non habent, & sic in eis memoria esse non potest, quæ earum imaginum seruatrix est, quæ ex sensibus in imaginariã deferuntur: de quibus in. 3. de anima dilucide. & hæc animalia sunt, quæ primum cognitionis gradum obtinent, huius generis sunt ostrea, conchylia, & id genus: quæ lapidibus affixa immobilia sunt motu progressiuo. huius membri causa est, quoniam cum hæc cibum, & id, quod uitæ est necessarium prope habeant, motu progressiuo uacant, memoria autẽ necessaria non est, nisi propter loca & uias, ad quæ pro cibi necessitate ferãtur. Carent igitur memoria, quia carent imaginatione locorum, & uiarum, per quæ quærant ea, quæ sunt uitæ necessaria. Sed dices huiusmodi animalia saltem motu dilatationis, atq; constrictionis mouentur, ut patet cum punguntur. nullus autẽ motus continuus esse potest sine imaginatione, & memoria initij, finis, & medij. Aristoteles non abhorret propter hoc in eis esse imaginationem, & memoriam confusas, ut habeãt motum indeterminatum propter obiectum delectabile uel tristabile, dum uidelicet illud occurrerit, perfectas autẽ habere non possunt, nisi essent frustra. Deinde assignat secũdũ membrum, et dicit, { quibusdam autem fit, } scilicet memoria ex sensibus propter motum imaginationis factum a sensibus, hæc si auditum nõ habuerint, animalia sunt, quæ secũdum gradum cognitionis obtinent. causa autem, quoniam hæc necessaria uitæ præsentia non habent, sed procul oportet illa quærere per motum processiuum, quare oportet imaginationem & memoriam habere locorũ, & uiarum, & partium motus & obiectorum etiam, ut moueri, & continuare procul motum possint. Huius generis sunt apes, formicæ, & aranei, cæteraq; eius generis. Hæc, ut Alexãder aphrodisius inquit, animalibus perfectiora sunt, quæ sensu tantum prædita sunt, quoniam non modo sentiunt, sed possunt etiam quæ senserint, meminisse.

3. de anima. tex. cõ. 56.

## Et propter hoc alia prudentia sunt. Alia uero disciplinabiliora non potentibus memorare.

Et Alexander, & cæteri expositores uolunt Aristotelem ex proxima diuisione nunc inferre quoddam. Verum quid est illud, quod infert, non eodem modo exponunt. Expositores nostri illud autumant esse secundã & tertiam diuisionem animalium, cp uidelicet animalium alia sint, quæ prudentiam habent, quæcunq; uidelicet memoriam habent, alia uero, quæ non habent prudentiam ea uidelicet omnia, quæ memoria carent. & sic supplenda est litera, hoc pacto { et propter hoc } scilicet quia quædam habent memoriam, quædã non habent, sequitur, ut { alia } animalia { sint prudẽtia } alia uero non sint prudentia. Hoc enim supplendum est pro complemento diuisionis. huius rei causam affert Expositor, quoniam (ut. 6. Ethic. patet) Memoria est pars prudentiæ, nam intelligentia præsentium, memoria præteritorũ, & prouidentia futurorum partes sunt prudentiæ. Quare animalia, quæ carent memoria, prudentia quoq; carebunt, potissimũ quoniam memoria uel est prudentia tota, uel prudentiæ potissima pars. Tertia uero diuisio est, quam infert, & dicit, { alia uero disciplinabiliora non potentibus memorare, } per hanc enim comparationem dat intelligere esse animaliũ quædam disciplinabilia, ut quæ auditum habent, quædã indisciplinabilia, ut quæ carent auditu. nam licet comparatiue locutus sit, ad sensum positiuum est legendus. Alexander autẽ legit uerba copulatiue. hoc pacto, { & propter hoc } scilicet cp quædam auditum habent, quædam non habent, quædam animalia sunt prudentia, disciplinabiliora q; ijs, quæ meminisse nequeunt. & hoc dicit, { & propter hoc } subaudi, quia alia auditum habent, alia non habent, { alia } idest quædã animalia { prudentia sunt, } alia uero, hoc est et disciplinabiliora non potentibus memorare. legendum, enim est δὲ pro et, Atq; τὰ pro articulo, quasi dicat & dociliora non potentibus memorare. Melius autem propter uerba, quæ sequuntur, est dicendum, Aristotelẽ fecisse diuisionem, & subdiuisionẽ hoc pacto, { & propter hoc, } quia alia habent, alia non habent memoriam, { alia quidem prudentia sunt, } alia subaudi non prudentia, & prudentium alia disciplinabilia, alia non disciplinabilia. prudentia quidem, quæ memoriam habent, non prudentia, quæ carent memoria: & prudentium, quæ memoriam habent, alia disciplinabilia, ut quæ habẽt auditum. alia indisciplinabilia, quæ carent auditu.

tex. c. 160. & inde.

## Prudentia quidẽ sine habilitate discendi, quæ cunq; sonos audire nõ possunt: ut apes, et si quid aliud huiusmodi est animalium genus. addiscũt autem quæcunque cum memoria hunc quoque sensum habent.

Cum dixisset prudentium animalium alia esse, disciplinabilia, alia indisciplinabilia, nunc exponit hanc diuisionem, & dicit { prudentia quidem sine habilitate discendi } id est prudentia quidem animalia indisciplinabilia ea sunt { quæ cunq; sonos } { uoces q; } { audire nõ possunt, } idest quæ cũq; carent auditu { ut apes & si quid aliud hmõi est animalium genus } uidelicet formicę, & cętera insecta, deinde assignat aliud membrum, & dicit { addiscunt autem, } idest discipli nabilia autem sunt, { quæcunq; cum memoria habẽt quoq; sensum hunc } scilicet auditum, idest quæcũq; habent memoriam, & auditum. Causa aũt quia auditus est sensus disciplinæ, ut dicitur in lib. de sensu, saltem illius, quæ acquiritur per institutionem factam ab alio. dico factam ab alio, quoniam disciplina facta per institutionem a se, hæc animalia, quæ carent auditu, esse possent disciplinabilia. Ex ijs expositor colligit plures animaliũ gradus, quorũ primus eorum animalium est, quæ memoriam, prudentiam, ac disciplinam habent, ut quæcunq; auditũ habent. est secũdus gradus eorum animalium, quæ memoriam, & prudentiam habent, disciplinam uero non, ut quæ auditu carent. tertius uero eorũ, quæ nec memoriam, nec prudentiã, nec disciplinam. ut quæ solum tactum habent: ut ostrea, & conchylia. Nullum uero animal reperitur, quod disciplinam habeat, & neq; memoriam, neq; prudentiam. Si enim habet disciplinam, oportet habere auditum quo ab alio instruatur, & memoriã, qua instructa seruet. & si habet, auditũ, memoriam, & disciplinam, oportet habere prudentiam. Quare nullum reperitur animal, quod disciplinam habeat, & non memoriam neque prudentiam. Illud uero, quod in apibus cernitur, quæ ex sono congregantur: non ex eo est, cp sonos audiant, sed ex locali aeris motu, qui proficiscitur ex collisione aeris facta a sonis. huiusmodi enim aeris motus apes impellens, cogit eas in unum. Alexander quasi admiratus Aristotelis uerbũ, cũ dicit alia ab homine animalia esse prudentia, asserit uerbum prudentia non proprie accepisse, nã prudentia proprie in cõsultando uersatur & ijs in rebus, de quibus consilium capitur, diciturq; habitus consultandi: & quidẽ alius a facultate rationabili. Aliter quoq; dicit, prudentiam accepisse pro solertia, discretioneq; naturali, quæ uersatur circa imagines, resq; ipsas agendas, quæ in ijs generatur, quæ meminisse ualent. Vtrum uero prudẽtia sit in brutis & respectu quorum actuum in dilucidario, expositum est. Nunc uero apud Alexandrum collectum sit in brutis, uel nõ esse prudentiam, nisi per equiuocationem accipiendo prudentiam pro naturali solertia, uel discretione, quæ uersatur circa imagines, resque ipsas agendas, quæ in ijs animalibus generatur, quæ meminisse possunt. Vel si prudentia sit, oporteat ut fuse, communiterq; sumatur. admiratur etiam Alexander uerbum disciplinabiliora, quod græce est μαθηματικώτερα, quoniam disciplina uidetur attinere ad scientiam, quæ nullo pacto esse possunt in brutis. asserit tamen bruta esse disciplinabilia non simpliciter, sed quatenus nõnulla ipsorum meminisse possunt, quasdamq; uoces addiscere, atq; imitari, ut auium cõplures. quin etiam agere aliqua, ut canes, & elephanti, & alia quædam. Ergo disciplinam accepit quasi æquiuoce (ut dictum est) de prudentia. Aliter quoq; dicit, accepisse disciplinabiliora pro eo, quod est aptiora ad cognoscendum. Animalia enim memoria prædita cognoscũt, suumq; ab alieno discernere ualent. addit etiam Alexander, Aristotelem per hæc simul ostẽdisse singulas sensuales facultates animalibus esse tribuendas quæ a sensu ipso principium sumunt, ut in leporibus uersutiã, in ipsa uulpe fraudem, in lupo malitiam, in pigmeis consilium, in elephantis obedientiã & in cæteris cæteras. Omnes enim hæ disciplinæ quædam sunt a sensuum comprehensione proficiscentes.

2. membrũ.

Causa.

Solutio qõ. tacitæ.

Quæ expositor de gradibus.

Solutio qõ. de apibus.

Prima Alexandri consideratio de prudentia.

Admiratio secunda de uerbo disciplinabiliora.

Alia expõ.

Amplificatio eorũ q̃ dixit Arist.

## Alia igitur animalia imaginationibus & memorijs uiuunt, experimẽti aũt parũ participant. hominum autem genus, & arte, & rationibus.

Expositores Aristotelem determinare gradus cognitionis hominum autumant, circa quam rem duo Aristotelem facere dicũt, nam primo ostendere in quo cognitio humana excedit cæterorum animalium cognitionem, deinde quomodo humana cognitio per diuersos gradus distribuat. hęc autem expositio non ualde diffonat, uerum propter illud uerbum { igitur } cum Alexandro Aphrodisio dico Aristotelem ex ijs, quæ dixit, nunc concludere cætera animalia præter hominem parum experientia participare. nam cum dixisset cętera animalia habere sensum, ne tu credas propter hoc ea habere experientiam, cum experientia ortum habeat a sensibus, quasi hoc refellens, dicit { alia igitur animalia } scilicet quæ sunt alia ab homine, & ab imperfectis animalibus { imaginationibus & memorijs uiuunt, experimenti aũt parum participant hominum autem genus, & artibus & rationibus } scilicet uiuit quare & experimento omnino participat. Quo igitur ad uerba attinet, Aristoteles per { alia animalia } non intelligit omnia alia animalia ab homine. ut expositores, & Alexander exposuerunt, quoniam tunc animalia imperfecta, quæ solum tactum habent, & immobilia dicuntur, uiuerent imaginationibus, & memorijs, sed intelligit omnia alia animalia progressiua, quæ sunt alia ab homine. nam hæc uiuũt imaginationibus & memorijs, cum uero dixit, { experimenti autem parum participant } uoluit significare (ut Alexander exponit) ea uel omnino experientia uacare, uel quasi in quibusdam ipsorum pauxillũ experimenti haberi. & cum dixisset animalia alia ab homine parum experimenti participare, non proprie experimentum accepit, quod fit ex memorijs uel ex collatione plurium singularium in memoria receptorum, sed proportionale experimento intellexit, ut Alexander exposuit. quemadmodũ de prudẽtia dictum est. Cum uero dixisset rationibus, quod græce est λογισμοῖς latine quoq; considerationibus, rationes ut Alexander dixit appellauit rationes rerum agendarum, in quibus prudentia proprie uersatur. & cum dixisset { uiuit } uiuere non accepit prout est esse uiuentis, quemadmodum libro de anima secundo accipitur, non enim huiusmodi uiuere ex memoria, atq; imaginatione proficiscitur. Sed uiuere accepit pro actionibus, quibus utimur in uita quo modo cõuersationem hominum uitam dicere solemus. Sed quam ob causam animalia non participant experimẽto nisi parum, hominũ aũt genus omnino, exponit Expositor, nam experimentum est habitus particularis cuiusdam rei proficiscens ex collatione plurium singularium in memoria receptorum, ergo nisi fuerit collatio plurium singularium in memoria receptorum, non poterit esse proprie experimentum. & quoniam collatio est homini propria (pertinet enim ad uim cogitatiuam, quoniam est ratio quædam particularis collatiua intentionum indiuidualium, sicuti ratio uis intentionum uniuersalium.) ideo solum genus hominum proprie experimento participat. cætera uero animalia ex multis sensibus, atq; memorijs ad aliquid prosequẽdũ uel fugiendũ assuescunt, inde est, ut experimento (licet parum) participare uideãtur. Quod enim ex collatione plurium singularium in homine est experimẽtum, in cæteris animalibus id, quod fit ex pluribus sensibus, atq; memorijs, est assuetudo, & sic participando assuetudine uidentur parũ participare experimento, quatenus assuetudo proportionale quippiam est ipsi experimento, ut Alexander dixit. Cur uero dixit genus hominum uiuere arte, & rationibus, Thomas exposuit, qa perfectum hominis regimen est per rationem arte perfectam. Vt sit sensus arte & rationibus idest rõnibus arte perfectis. nam per rationes uniuersales homo uiuit perfecta arte (quę colligitur ex pluribus experimentis). Q̃ui enim ratione sine arte ex experimentis collecta uiueret, perfecto regimine nõ se regeret. Q̃uare quemadmodũ perfectũ uitę regimen in animalibus est per memoriam adiuncta assuetudine, ita perfectum hominis regimen est per rationẽ arte collecta ex pluribus experientijs perfectam. Hæc expositio bona est, & uera, tamen si uoluerimus sequi Alexandrum, Aristoteles per rationes intelligit rationes rerum agendarum, in quibus pru

Prima expositio.

Alia expõ.

Alia expõ.

Parum.

Experimentum.

Rationibus

Viuit.

De aĩa. 2. tex. cõ. 37.

Cur aĩalia non participant experimento nisi parum, hominum genus omnino.

Cur genus hominũ arte & rationibus.

Verborum cõsideratio.

Alia aĩalia.

Cã expõnis.

Cõis omniũ expositio.

Prima expositio, & prima diuisio.

Causa apud expositorẽ.

3. diuisio.

Solutio tacitæ. q.

Alex. quæ.

3. expositio.

Cõtinuatio.

Membrum primum.

carent

dentia propriè uerſatur & ſic intelligit prudentiam, quæ conſiſtit in rationibus rerum agendarum. ergo per artem intelligendum eſt rectam rationem factibilium. Ars enim in factibilibus eſt ſicut prudentia in agendis, homines ergo uiuũt arte, quantum ad res faciendas. uiuunt prudentia, quantum ad res agendas.

*Experimentum ἐμπειρία experientia peritia.*

Fit autem experimentũ in hominibus ex memoria plures enim eiuſdem rei memoriæ unius experimenti potentiam faciunt. & uidetur ſcientiæ, & arti fere ſimile experimentum eſſe.

*Cõtinuatio.*

Cum dixiſſet hominum genus arte, & rationibus uiuere, nunc (ut Alexandro uidetur) oſtendit experimentum peculiariter homini tributũ eſſe: ex quo ars proficiſcitur. et hoc declarat exponendo quomodo generatur experimentum, & dicit, ⁊ fit autem experimentum in hominibus ex memoria ⁊ deinde exponit modũ, quo generatur, & dicit ⁊ plures enim eiuſdem rei memoriæ unius experimenti potentiam faciunt, ⁊ ideſt generant experimentum unum, quod eſt habitus, & una potentia: per quam quis facile atq; recte potens eſt ad operandum. unde Alexander declarans quomodo experimentum ſit ex memoria, dicit, experimẽtum enim cognitio quædam iam eſt rationabilis, quæ hoc ab arte ſuperatur q̃ experimentum ſit cognitio quædam uniuerſalis alicuius ſingularis ſæpe memoria repetiti. ars uero nõ eſt huius tantum cognitio, ſed omnis hinc ſimilis quaſi unius. deinde ex hoc, qđ nunc dixit, infert ſimilitudinẽ inter experimentum ex una, & artem & ſcientiam ex altera, & legatur ⁊ et ⁊ pro ergo, ſic ⁊ et ⁊ ideſt ergo. ⁊ uidetur ſcientiæ, & arti ferè ſimile experimentũ eſſe ⁊ expoſitor deducit hoc, ex eo, quia ut dictum eſt, experimentum potentiam præbet facile, ac recte operandi, & quantũ ad hoc uidetur ſimile arti, & ſcientiæ, quoniam etiã ars, & ſcientia præbent potentiã. Ars quidem recte & facile operandi, ſcientia vero recte & facile ſpeculandi. poteſt etiã deduci ex eo, quia ſicuti experimentum eſt una cognitio alicuius rei ex multis accepta, Sic ars, & ſcientia. eſt tamen differentia, quia ars & ſciẽtia accipitur ex multis experimentis: experimentum ex multis memorijs. Vel tertio ſimilitudo eſſe poteſt (ut Alexander dicit) quia ut experimentum in, quibus ineſt, ſe habet ad memoriã, q̃ eſt alicuius unius numero rei uel rõnis, ſic ars et ſcientia ſe habent ad experimentum. quoniam experimentum eſt multorum, ac ſingularium ideſt ſenſibilium, quorũ eſt memoria in vnũ complexum. Ars autem eſt ſumma multorum experimentorum. patet igitur recte dictum eſſe, q̃ experimentum ſimile ferè ſit arti, & ſcientiæ, & dixit ferè, quia non eſt omnino ſimilitudo: ut dictum eſt.

*Quæ Alex.*

*Diuina experimẽti & artis.*

*Illatum ex dictis.*

*Expoſitor quæ.*

*2. expoſitio.*

*3. expoſitio.*

*Experiẽtia ἐμπειρία experimẽti. Fortuna τύχη caſus. Exiſtimatio ὑπόληψις acceptio. ſuſpicio opio. De generatione artis*

Euenit autem ſcientia & ars hominibus per experientiam. nam experientiam quidem artem fecit (ut Polus inquit recte dicens). In experientia uero fortunam. fit autem ars, cum ex multis experientiæ conceptionibus una de ſimilibus ſit uniuerſalis exiſtimatio.

*Rõ aſſumpti.*

*Prima expoſitio.*

Cum aſſignaſſet generationẽ experimenti, nunc aſſignat generationem artis & ſcientiæ. & primo aſſignat generationem, & dicit, ⁊ euenit autem ⁊ ideſt generatur autem ⁊ ſcientia, & ars hominibus, per experientiam, ⁊ nec fecit differentiam inter experimentum, & experientiam hic, licet aliqua differentia eſſe poſſit, de qua in dilucidario. deinde affert rationem, & dicit ⁊ nam experientia quidem artem facit ⁊ ut Polus inqt, recte dicens ⁊ quatenus ex experiẽtia fit recta rõ operandi, quæ nihil aliud eſt, niſi ars quædam. ⁊ in experiẽtia uero fortunã ⁊ i. regulã operãdi a fortuna. accidit enĩ a fortuna, ut expertus recte operet. ergo ex experiẽtia fit ars, q̃ eſt recta rõ operãdi, ex inexperiẽtia fit fortuna, quę eſt regula operandi fortuita. Alexander vero dicit, illud autem perſpicuum eſt, quod Polus dicebat, qui abſque experientia quicquam efficiunt, ijs fortuitu finem contingere, ſi forte contingat. quare expoſitio erit ⁊ nam experientia quidem artem facit, ⁊ id eſt finem artis per ſe fortuna per accidens attingit, deinde aſſignat modum, quo generantur ars, & ſcientia ex experimento, & dicit, ⁊ fit autem ars cum ex multis experiẽtiæ conceptionibus ⁊ i. cũ ex multis experimenta ijs cõceptionibus ⁊ vna de iſtbus fit vniuerſalis exiſtimatio. ⁊ ergo modus, quo ars fit ex experimento, eſt idem cum modo, quo ex memoria fit experimentum. nã ſicut ex multis memorijs fit vnum experimentũ, quę eſt quędã experimentaria cognitio, ita ex multis experimẽtis apprehenſis fit vniuerſalis exiſtimatio de omnibus ſimilibus. qua ratione fit, ut ars pluſquam experimentum hoc habeat, q̃ experimentũ tantũ circa ſingularia uerſetur, ars autem circa vniuerſalia & cum dicit artem fieri ex experimentis, accipit artem pro quodam habitu totali. Quo uero ad uerba attinet, ⁊ ſcientia, et ars ⁊ non pro diuerſis accipiuntur, ut non nulli putant, qui ſcientiam pro contemplaria, artem pro operaria accipiendam eſſe volunt, de quibus in dilucidario, vbi hanc opinionem ſequimur. nam ſcientia contemplaria non ſit ex experimentis in operationibus collocatis, ſed ex pluribus inuentis conſiderationibus, ut. 1. poſteriorum dictũ eſt. Quare ſcientia & ars, pro eodem accipiuntur, ut ſit dictum ⁊ ars & ſcientia ⁊ i. ſciẽtia practica. hæc enim eſt, quæ ſit ex pluribus experimentis in operationibus collocatis. ⁊ fortuna ⁊ græce eſt τύχη, quod nonnulli caſum interpretati ſunt, quod licet ſtare poſſit, tamen melius fortunam dixerim, quę proprie in humanis operatiõibus habetur. ⁊ exiſtimatio ⁊ græce ὑπόληψις, quod antiquus interpres acceptionem dixit, & non diſplicet, tamen exiſtimationem magis ad uerbum dicerem. licet etiam ſuſpicio, & opinio interpretari poſſit. Sed dices, tunc nullus artifex eſſet inexpertus, patet quia per hæc in hominibus non fit ars, niſi ab experimentis. dicendum illum artificem eſſe inexpertum, qui artem didicit per doctrinam, non autem eum, qui artem acquiſiuit per inuentionem. unde Alexander dicit, neq; vero negat fieri poſſe, vt ars citra experiẽtiam diſcatur, ſed initio artem per experientiam eſſe inuentam ait. nam (ut dicet) fieri poteſt, vt ſit quiſpiam artifex, qui nõ ſit idem expertus, Sed de hoc in dilucidario.

*De mõ generationis.*

*Similitudo experimẽti & artis, quo ad modũ operãdi.*

*Quid ars ſupra experimentum.*

*Verborum cõſideratio.*

*Scientia & ars.*

*Fortuna.*

*Exiſtimatio*

*Dubitatio.*

*Solutio.*

Nam exiſtimationem quidem habere, quoniam Callię laborãti hac ægritudine, hoc contulit, & Socrati, & pluribus ſingularibus ſic, experimenti eſt. hoc autem, quoniam omnibus huiuſmodi ſecundum vnam ſpeciem determinatis hac ægritudine laborantibus contulit, ut phlegmaticis, aut cholericis, aut æſtu febricitantibus, artis eſt.

*Probatio eius qđ dixit per exẽplum.*

Cum dixiſſet artem fieri, cum ex multis experimentarijs conceptionibus vna de ſimilibus vniuerſalis fit exiſtimatio, nũc hoc probat per exemplum, uel aliter & melius cum dixiſſet artẽ eſſe quãdã vim exiſtimationem vnã de oĩbus ſimilibus et experimentũ cognitionẽ experimentariã unã de pluribus ſimilibus, nũc hęc duo exẽpla exponit & primo exponit in exemplo qũo fit experimentum. Deinde in exemplo exponit, qũo fit ars & loquit hic de arte partiali, quę eſt vnũ experimentum amplificatũ ad oĩa ſimilia. in textu uero proximo de arte totali. de primo dicit, ⁊ nã exiſtimationem quidem habere, quoniam Calliæ laborãti hac egritudine ⁊ ſcilicet febre cholerica ⁊ hoc cõtulit ⁊ ſcilicet diagridium, ⁊ & Socrati, & pluribus ſingularibus ſic ⁊ ſcilicet contulit diagridium. cum nõ additur, et ſic de ſimilibus in cõplexione cæteriſq; talibus ac eodẽ morbo laborantibus diagridiũ contulit



*Quid experimentum.*

contulit ⁊ experimenti eſt. ⁊ eſt enim experimentum cognitio quædam de multis ſingularibus, cum non additur ſic & vniuerſaliter de omnibus ſimilibus, deinde exponit in exemplo, quomodo fit ars, & dicit ⁊ hoc autem, quoniam omnibus huiusmodi ſecundum vnam ſpeciem determinatis hac ægritudine laborantibus ⁊ id eſt hoc pertinet ad artem, accipit & ſic de ſimilibus in complexione eodem morbo laborantibus, diagridiũ cõferre videtur, ⁊ vt phlegmaticis, aut cholericis, aut æſtu ⁊ ſcilicet cauſonide, uel ſanguĩe ⁊ febricitãtibus artis eſt ⁊ ideſt ſit illa cognitio, quæ dicitur ars. ergo dum non additur, & ſic de omnibus ſimilibus natura, atq; morbo, generatur cognitio experimentaria, quæ cum non ſit in omnibus, poteſt eſſe fallax, cum vero additur, & ſic de omnibus ſimilibus natura atq; morbo, generatur ea cognitio, quæ dicitur ars. & hæc expoſitio Alexandri eſt, cum dicit, nam experiẽtia eſt ſcire laborantibus hoc morbo ſcilicet febre cholerica hoc medicamentum opitulari, Artis vero ſcire tali ægrotantibus ſcilicẽt omnibus, talia ſcilicet omnia medicamenta conferre, quãobrẽ ars vniuerſaliter ſubaudi ſimilia conſpicit ijs, quæ ab experientia ſunt ſumpta. are enim eſt rei ſimilis id eſt vniuerſalis diſcurſus.

*Expoſitio Alexandri.*

*Quare uniuerſale dicitur ſimile. Primum excerptum.*

nec ab ratione Alexander appellat vniuerſale ſimile, quoniam vniuerſale eſt quoddam ſimile (vt dicit Themiſtius primo de anima) collectum ex pluribus ſingularibus ſimilibus. Ex his ſequitur artem et experimentum eſſe de eiſdem, nam experimentum eſt de ſingularibus, et ars etiam de ſingularibus. verum experimentum eſt cognitio plurium non addendo & ſic vniuerſaliter de ſimilibus, ars vero addendo

*Secundum excerptum.*

& ſic de ſimilibus uniuerſaliter. Inſuper ſequitur experimentum eſſe cognitionem quandam vniuerſalem alicuius ſingularis ſæpe memoria repetiti, vt Alexander dicit, acquirit enim experimentum vniuerſalitatem quandam ſaltem ſub ratione indefinita propter pluralitatem repetitionis & ſic dici poteſt vniuerſalis cognitio, nõ vniuerſaliter. Artem vero eſſe vniuerſalem cognitionem vniuerſaliter, quoniam non tantum huius, ſed omnis huic ſimilis, quaſi vnius, vt voluit Alexander, loquor de arte non quidẽ totali ut dicemus, quę fit ex pluribus experimentis, ſed de arte particulari: quæ fit ex vno experimento amplificato ad omnia ſimilia. patet inſuper differentia inter experimentum & artem ex vna, &

*Tertium excerptum.*

cognitionem aſſuetudinariam in brutis ex altera, nam ars et experimentum generantur in nobis ex pluribus ſenſibus, atq; memorijs plurium vel omnium ſimilium ſingularium. collatione quadam interpoſita. cognitio aſſuetudinaria, licet ex pluribus ſenſibus pluribuſq; memorijs plurium ſingularium, non tamen per medium diſcurſum, vel collationem. Sed quæratur quo modo exempla Ariſtotelis reducantur ad propoſitiones? dico exemplum experimenti ſic reduci, ut dicamus, Callias, Socrates, & plures eiuſdem naturæ ſic laborantes febre cholerica ſunt entia quibus contulit diagridium, ergo febricitantes febre cholerica ſunt entia, quibus diagridiũ confert. ars erit, Callias, Socrates, & omnes ſimiles eiuſdem naturæ & laborantes ſimili febre cholerica ſunt entia, quibus cõtulit diagridiũ, igitur omnes febricitãtes febre cholerica eiuſdem naturæ ſunt entia, quibus confert diagridium, ſic enim reſoluuntur exẽpla ad prioriſticas regulas, atq; ſyllogiſticas, vt docuit Ariſtoteles primo priorum, cum docuit ſyllogizare ex obliquis. Quo autem ad verba attinet cum Ariſtoteles dixiſſet ⁊ hac ægritudine, ⁊ vt Alexãder exponit intellexit pro tali, arq; conſimili morbo, non enim duo homines poſſunt eadẽ numero ægritudine laborare. & cum docuiſſet artem & experimentum in iuuamentis, non in iuuamentis tantum, ſed etiam in morbis ars per ſimile diſcurrit.

*Quæſtio.*

*Verborum cõſideratio.*

*Hac ægritudine.*

*Amplificatio propoſitionis Ariſtotelis.*

*Dubitationes quarum prima eſt.*

Sed circa hæc ſunt dubitationes, prima quia tunc in gñatione artis ex experimento cõmitteretur fallacia conſequentis. deducitur argumẽtum, quia experimentum eſt ex multis ſingularibus cõmemoratis, ars vero in omnibus ſimilibus, ſed a pluribus ad omnia locus deceptionis eſt a cõſequẽte.

*Secunda.*

Secunda dubitatio eſt, in quo genere cauſæ ars generatur ab experimento, non enim experimentum eſſe poteſt artis efficiens vniuocum, cum experimẽtum ſit cognitio alterius ſpeciei ab arte: neq; æquiuocum, quia experimentum præſtantius eſſet ipſa arte: Præterea ſm Alexandrum ars & experimentum ſunt idem, igitur ars non fit ab experimentis.

*Tertia.*

Tertia, videtur in textu non eſſe bene dictum artem fieri ab experimento, quoniam quemadmodum experimẽtum non fit, niſi ex pluribus memorijs, ſic ars non fit niſi ex pluribus experimẽtis. Quarta ab experimẽtis generant principia artis, ut patet i fine. 2. Poſt. igit non ars, nõ. n. artis pricipia ſunt ipſa ars. Quinta ab incerto non generat certũ. Ars eſt certa vt patet. 6. Ethicorum, experimentum uero fallax, ut Hippocrates inquit. Vltimo dubitatur, quia non videtur ſcientiam fieri ex experimẽtis, ut Ariſtoteles dicit in textu, primo quia ſcientia de ſubſtãtijs ſeparatis, eſt ſcientia, & tamẽ non poteſt generari ex experimentis, cum non cadant ſub ſenſu. deinde quia doctrina, quæ habetur a doctore, eſt ſcientia, quæ tamen non acquiritur per experimentum. Pro ſolutione multa diximus in dilucidario, nunc breuibus dicimus cum Alexandro, non recedendo ab ijs, quæ ibi diximus, tam artem q̃ ſcientiam generari poſſe in nobis, uel per inuentionem noſtram, aut per inuenta aliorum, aut per diſciplinam, quam auditu habemus ab ore doctorum. Alexander igitur aſſerit Ariſtotelem locutum eſſe de arte, & ſcientia, quæ noſtra inuentione addiſcuntur. nam quæ per inuenta aliorum, uel per diſciplinam diſcuntur, poſſumus diſcere notis nobis terminis, ordine, et traditione, & lumine naturali intellectus agentis, vt primo Poſteriorum declarauimus. Secundo dicendum ſm Alexandrum, nec ſcientiam contemplatiuam, quæ habetur inuẽtione, nec quæ habetur diſciplina a doctore tradita, ex experimentis generari in nobis. patet quia experimentum eſt principium artis, quæ eſt cognitio in operabilibus, at ſcientia contemplaria non eſt cognitio in operabilibus. Quare ex experimẽtis fieri non poterit. Tertio dici poteſt omnem ſcientiã, quæ ſit in nobis, generari in nobis, aut diſciplina tradita a doctore, aut ex inuentis aliorum, aut ex inuentionibus noſtris. nunquam tamen ex experimentis. & ſi inueniretur aut Auerroes, aut Ariſtoteles, aut Alexander dicere, ſcientiam fieri ex experimentis, experimentum acceperunt pro inuento. nam quod in operationibus experimentum dicitur, in contemplationibus vocatur inuentio, uel inuentum. Solutiones dubitationum patent in dilucidario, prima quidem, quia non valet conſequentia, nam licet a pluribus ad omnia ſimilia aliquando committaẽ fallacia conſequentis, tamen cum nondum ſit reperta inſtãtia, conſequentia eſt neceſſaria, ut diciturin topicis. deinde deletur ſecunda, quoniam experimentum eſt cauſa effectrix artis una cum ipſius intellectus lumine, & quidem vniuoca: quoniam tam experimentum, q̃ cognitio principiorum artis eſt cognitio quia, hoc eſt quia ſunt vera: & ſic non oportet experimentariam cognitionem præſtantiorem eſſe arte, vel cognitione principiorum artis, illud etiam deletur, quod addebatur, nam ars totalis ſit ex experimentis, partialis uero idem cum experimento, ſolum differẽs propter amplum & magis amplũ. Tertia quoq; diluitur, quoniã licet ars totalis non proficiſcatur ex vno experimento, ars tamen particularis, quæ eſt accommodata uni generi operationum, poteſt fieri in nobis ex uno experimento, uel eſſe idem uni experimento. modo illud amplificetur ad omnia ſimilia: ut diximus in textu. Quarta etiam deletur, quia ex experimentis fieri uideturuniuerſa ars, nam ex experimentis generantur cognitio primorum principiorum, ex cognitione primorũ principiorum generantur cognitiones cõcluſionum per manus deductas uſq; ad ultimas. & ſic generabitur vniuerſa ars, quæ nihil aliud eſt, q̃ cognitio omnium principiorũ, & concluſionum. Quinta quoq; aboletur, quoniam licet experi-

*Secunda.*

*Tertia.*

*Quarta.*

*Quinta.*

*Sexta dubitatio.*

*Solutiones.*

*Quæ Alex.*

mentum sit fallax, inquantum est in pluribus, tamen inquantum est in pluribus, nulla dum occurente instantia, est certum, Hippocrates igitur loquitur prima ratione. Sexta vero diluta est, quoniam nec scientia substantiarum diuinarum generatur ex experimentis, nec alia quæuis contemplaria, vt diximus, sed per inuenta propria, aut progenitorū. Sed adhuc dices, nullus inuenit, nisi per sensum, ut primo posteriorum patuit, substantiæ separatę non cadunt sub sensu, igitur adhuc stat argumentum. dicendum substātias separatas cadere sub sensu, quia licet nō cadant sub sensibus in propria forma, cadūt tamē sub sensibus in proprijs effectibus. nam cadere sub sensibus esse potest per se, ut color, aut per partes, vt mons aureus, aut in suo remisso, ut optime sanum in ijs, quæ sunt remisse sana, & intense cal. dum in ijs, quæ sunt remisse calida, aut in suo simili, ut Niphus pōtifex in Nicolao pontifice, vel in suo contrario, vt vacuum vel in suis suppositis, ut uniuersale uel in suis ꝓpriis effectibus, vt substantiæ separatæ & aliis modis, substantiæ igitur separatæ cadunt sub sensibus in suis proprijs effectibus, & sic diluitur argumentum, in dilucidario uero multo plura disputauimus, quæ sub silentio nunc prætermittimus.

*Obiectio.* *Multiplex cadere sub sensu.*

**Ad operādum igitur experientia ab arte nihil differre uidetur, nisi quia expertos quidem magis proficere uidemus sine experientia rationem habentibus.**

*Operandum πράττειν agendum faciendum. Nisi quia ἀλλὰ καὶ Sed etiam. De præeminentia experti ad artificē*

Thomas Aristotelem hic comparare artem ad experimētum autumat per modum pręeminentiæ, & propterea asserit Aristotelem duo facere, quia primo cōparationem secundum pręeminentiam affert, quantum ad operationē, deinde quo ad cognitionem, quam expositionem Latini omnes sectantur. Sed cur huiusmodi comparationem facere cogatur Aristoteles, nullus expositorum declarauit. Prima .n. facie Aristoteles hęc facere coactus uidetur, quia cum assignasset differentiam, quæ erat, ꝙ ars cognitio sit de singularibus similibus uniuersalis uniuersaliter, experimentum autē uniuersalis, nō uniuersaliter, cogitur dęclarare cōparationem ut habeatur & conuenientia, & differentia. Causa autē quia nihil perfecte cognoscitur, nisi cum cognoscitur secundum omnē rationem, qua cognosci potest, cum itaq; ars & experimentum cognosci possint, quo differūt, & quo comparantur, cū Aristoteles ea exposuerit quo differunt, relinquet ea esse declaranda, quo cōparantur. Melius autē dicerē Aristotelē cōparasse artem, quæ per inuentionem habetur ad experimentum, nunc cōparare artem, quæ habetur per doctrinam ad experimentum, & Alexander Aphrodisius uir doctissimus ex ijs, quæ dicit, causam huius cōparationis assignare uidet. asserit .n. per hæc uerba Aristotelem iam ostendere cognitionem contemplationemq; actioni esse pferendam, & sapientiam, quæ proprie intelligitur in cognitione consistere, etiam actionibus pręstare. Ad hæc igitur ostendenda primo tangit comparationem secundum pminentiam quantum ad operationem, & dicit { ad operandū igitur experientia ab arte nihil differre uidetur } hoc est cum ars uenit in operationem, tollitur ea differentia, quę erat inter experientiam, & artem per uniuersaliter, & non uniuersaliter cognoscere. quoniam tunc sicuti experiētia circa singularia uersatur: Sic quoq; ars. deinde addit cōparationem quantum ad efficaciam operandi, & dicit { nisi quia expertos quidem magis proficere uidemus } Singularibus, circa quæ operantur { sine experientia rationem } .i. rationalem artem { habentibus } & sic ꝗuis ars & experientia non differant, quantum ad modum operādi, tamē differunt quantū ad efficaciam operandi. Quo uero ad uerba attinet, uerbū { operandū } gręce est πράττειν, & nonnulli dicunt latine agendum, nonnulli faciendum, & quia uerbum operari cōmune est utriq;, ideo, ut sermo extēderetur ad utrunq;, nos diximus operādum. expertus .n. tam in agendo, ꝙ in faciendo certius operatur quàm artifex sine experientia, & loquitur te habentibus rationem, idest artem rationalem, nō de ijs, qui artem per experimenta nacti sunt, sed de ijs, qui artē a doctore didicerunt. Verbū autem { nisi quia } gręce est ἀλλὰ καὶ, quod licet possit exponi { sed et } tamen (ut transtulimus) sic sonat.

*Cōsideratio uerborū. operandum.* *Habens rationē quis. Nisi quia.*

**Causa autem, quoniam experientia quidem singularium est cognitio. Ars uero uniuersalium, operationes autē, & generationes omnes circa singularia sunt. non.n. qui medetur, hominem sanat, nisi secundum accidens, sed Calliam uel Socratem, uel cæterorum aliquem sic dictorum, cui accidit hominem esse.**

*Esse qđ homini accidit ἀνθρώπῳ εἶναι, hominē esse.*

Cum dixisset expertos certius, ac efficacius operari artificibus inexpertis, nunc causam assignat, & dicit { causa autē, quoniam experientia singularium est cognitio, ars uere uniuersalium } idest causa est, quoniam experientia est uniuersalis cognitio singularium, nō uniuersaliter, ars autem est cognitio singularium uniuersalis uniuersaliter. Vt superius diximus. Quod autē experientia sit cognitio circa singularia, probat & textus resoluitur ad artem prioristicam sic, Experiētia est circa operationes, & generationes, operationes autē & generationes sunt circa singularia. Igitur experientia est circa singularia, de hac ratione accipit maiorem, & dicit { operationes autem, & generationes omnes circa singularia sunt } Vbi patet illam particulam { autem } cum sit aduersatiua, indicare esse pręintelligendam minorem, quæ semper more græco pręintelligitur, deinde probat exēplo, & dicit { nō.n. qui medetur, hominem sanat, nisi secundū accidens, sed Calliam, uel Socratem, uel cæterorum aliquem sic dictorum } .i. sed aliquem ex ijs, qui aliquo nomine proprio sic dicunt { cui accidit hominē esse } Sed dubitares, quia nulli hominū sic dictorum accidit hominē esse, cum homo insit per se unicuiq; cęterorum hominum, qui sic appellantur. Rñdent ꝙ quanuis esse hominem per se insit Socrati, tamen curato per accidens conuenit. quoniam accidit Socrati inquantum curatur esse hominē. Hęc expositio sustineri potest, tamē possunt hęc, quæ hic dicit per regulam soluendi syllogismos peccantes per fallaciam accidentis: quæ talis & prima est, si aliquod pędicatur per se de aliquo subiecto, non oportet, ut prædicetur per se de pdicato illius subiecti, & propterea hic syllogismus peccat per locum ab accidente, Socrates est per se homo, Socrates est per se animal, igitur animal est p se homo. est .n. hic fallacia accidentis, eodē modo non sequitur Socrates per se sanatur uel curatur, Socrates per se est homo, igitur homo per se curatur uel sanatur. est .n. fallacia ut diximus accidentis, & hoc dicit Aristoteles { sed Calliam, uel Socratē, uel cęterorum aliquem sic dictorum cui accidit hominē esse } .i. de quo homo est per se prædicatum. quoniam non oportet si aliquod pdicatur per se de aliquo subiecto, ut per se pędicetur de pdicato illius subiecti, & sic licet sanari pędicetur per se de Callia, nō oportet, ut pdicetur per se de homine, qui per se prædicatur de Callia. dixit .n. hominē accidere Calliæ prout accidens facit locum Sophisticum, nā quod est substātia nulli accidit. Secūda regula ꝗ ponitur secundo elenchorū, non oportet quod de accidēte dicitur, de re cuius est accidens, ut uerum esse dicatur, & propterea cum queritur, utrū nosti, quod uolo te interrogare, respōsio cauillatur sic, nam si dicis, non, Argumentabor, sed uolo te interrogare te esse hominem. Igitur non nosti te esse hominem, si dixeris ita, argumentabor, sed uolo interrogare, quod nō nosti, igitur nosti quod nō nosti. Soluitur quia nō oportet quod de accidēte dicitur, ut de subiecto illius dicatur, uel de re cuius illud est accidens dicatur. & ideo licet noscere dicatur de hoc accidente, quod uelle te interrogare, nō propterea sequitur, ut dicatur de re, quæ est id, quod non nosti. similiter de parte negatiua, quoniam non oportet quod accidenti nō inest, rei nō inesse.

*Resolutio ad artē prioristicam.* *Dubitatio.* *Solutio.* *Confutatio Alia solutio & regulæ. Prima reg.* *Secunda regula.*



inesse. Tertia regula etiā est, Nō oportet quod dicitur de subiecto, dici de accidente, propterea nō sequitur tu cognoscis Coriscum, Coriscus est tibi abscōsus in aula, ergo cognoscis tibi absconsum in aula. qa licet cognosci dicatur de Corisco, nō oportet, ut dicatur de absconso tibi in aula: quod est Corisco accidens, uerum de his in Elenchis, nunc uero satis sit soluere cauillum per primam regulam, per quam patet intellectus textus.

**Si igitur sine experimēto quis rationem habeat, & uniuersale quidem cognoscat, singulare autem, quod in hoc est, ignoret, persępe incuratione peccabit. nam singulare magis incurationem cadit.**

*In curationē cadit θεραπευτὸν curabile.* *Excerptum ex dictis.*

Ex ijs infert causam quare artifex inexpertus in curandis ægrotis persæpe errat, est.n. causa, quia cum ars sit uniuersalium, experientia singularium, si aliquis rationalem artem habeat sine experientia, erit quidem perfectus quātum ad hoc, quod est uniuersale ipsum cognoscere, sed quia ignorat singulare, cum ab experimento uacet, persæpe in ægrotorū curationibus peccabit, quippe cum curatio magis ad singulare quam ad uniuersale attineat, nam ad singulare per se, ad uniuersale autem per accidens curatio attinere uideatur, dicit { Si igitur sine experimento quis rationem } .i. rationalem artem habeat, utputa a doctoribus { & uniuersale quidē cognoscat } .s. etiam a doctoribus ipsis, & nō per suas inuentiones experimentarias { Singulare autem } .s. uel medicamētum, uel cōplexionem, uel morbū, uel tale id genus { quod in hoc est } .i. huic conueniens ignoret { persæpe in curatione peccabit } ꝙ enim ignorauerit reubarbarū unicuique de gente hac esse uenenum, uel damnosum propter gentis illius naturam, licet sciat reubarbarū omnibus cholericis (qui cholerica febre ægrotant) conuenire, quia ignorat naturalem cōplexionem, quæ est in hoc genere hominum { in curatione peccabit persæpe, nam singulare magis } quam uniuersale { in curationem cadit } cum singulare per se, uniuersale per accidens in curationem cadat, ut dictum est.

*Exemplum.*

**Sed tamen & scire & intelligere magis arte quam experimento esse arbitramur, & artifices sapientiores esse opinamur, tanquam sapientia omnes sequente secundum scire magis.**

*ἐπαΐειν Intelligere.* *De præeminentia artificis ad expertum.*

Cum assignasset præeminentiam experimenti ad artem, nunc contra exponit præeminentiam artis ad experimentū, & (ut dixi) loquitur de arte totali, quæ habetur per doctrinā. Hęc.n. ars totalis accipit principia uniuersalia toti arti, & omnibus regulis artis ex experimentis doctorum, qui prius artē habuerunt per propria, aut aliorū experimenta, & dicit { & tamen & scire, & intelligere magis arte quam experimento esse arbitramur, & artifices sapiētiores esse opinamur } subaudi expertis, deinde reddit rationem & dicit, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθοῦσαν τὴν σοφίαν, idest { tanquā sapientia omnes sequente secundum scire magis } .i. ut Argyropylus inqt, ex eo quia sapientia in cognoscendo magis cunctis .s. hominibus accōmodatur, hoc est quia sapientes sunt, qui in unoquoq; genere cognoscendi magis cognoscunt, uerbi causa in medendo qui magis cognoscunt, sapientiores sunt: in militia qui magis cognoscunt, sapientiores sunt: in agricultura, qui magis cognoscunt, sapientiores sunt. Sicq; in cęteris cognoscendi generibus, & qa artifices in aliquo genere magis cognoscunt, quā experti in eodem genere, igitur artifices sapientiores sunt, & cum dixit { secundū scire magis } usus est scire pro cognoscere. Ergo dicit { tanquam sapientia omnes sequente } idest omnibus hominibus competente { secundum scire magis } .i. quibus magis scire cōpetit. Vnde & Alexander dicit, præfatus artifices, & sapientes expertis propter cognitionem pręferri, ex cōmuni opinione confirmauit, Quoniam cognoscētes sapientes appellare omnibus est consuetum, & ita magis cognoscentes magis sapientes sunt. & sic scire pro cognoscere accepit. Hęc quo ad uerborꝫ cōstitutionē. Quo uero ad sensum tria, ut notauit, Expositor accepit, in quibus ars præeminet experimento & quantū ad scire, quod magis per artem quā per experimentum cōstat, & quantū ad obuiandum .i. opponendum, quod in disputationibus accidit. Nā artifex potest obuiare .i. opponere ijs omnibus, qui contra artem dicunt. nō autem expertus, uerū hoc uerbum obuiare, græce ἐπαΐειν dicitur, & interpretantur alij .i. intelligere, & tunc secunda præeminentia erit quantum ad intelligere, & est uerum, nam artifex excedit expertum, quātum ad intelligendum principia, est enim intellectus principiorum, qui magis spectat ad artem in translationibus tamen Expositores interpretātur obuiare, quod nō conuenit sicuti intelligere. Tertia præeminentia est quo ad sapientiam, nam artifices sunt expertis sapientiores in unoquoq; genere. Sed quorsum hæc? Alexander putat, ut ostendat cognitionem actioni pręstare, & sapientiam, quę nō in actione, sed in cognitione intelligitur cōsistere, etiam cognitione pręstabiliorem esse. Quæ res uera est, sed unde in pręsenti textu colligi possit, postea dicetur.

*Quæ Alex.*

**Hoc autem est, quia illi quidē causam sciunt, hi uero non. nam experti quidem ipsum sciunt quia, sed propter quid nesciunt. Illi autē propter quid, & causam cognoscunt.**

Cum dixisset artifices esse expertis sapientiores, ꝓbat hoc primo, & dicit { hoc autem } .s. artifices esse sapientiores expertis { est, quia illi quidem } .s. artifices causam sciunt { hi uero } .s. experti { non } sciunt causam. uerbi causa, Expertus præbet frigida, & humida febricitātibus, quia sic in pluribus reperit, Artifex uero, Quia omnis cura est per cōtrariū. & assignat causam, & dicit { nā experti quidē ipsum sciunt quia, sed propter quid nesciunt, illi autem } .s. artifices { propter qd & causam cognoscunt } Et locutus est, ut diximus, de artifice perfecto secundum artem totalem, qui uidelicet a doctoribus artem didicit (ut Alexander dixit) perfectā quo ad regulas, & ad rationes regularum. Sed dices ars totalis generatur ex experimentis, igitur nō potest habere de aliquo maiorē scientiam, ꝙ expertus: Antecedens patet, qa omnis ars sua principia accipit per experimenta aut a se, aut a doctoribus inuēta. Propter hoc argumētum quidam intelligunt, quando artifex nouit propter quid de ijs, de quibus expertus nouit quia, nam tunc est sapientior & magis scientificus. Sed nō recte dicunt, nam Aristoteles loquitur uniuersaliter, uult .n. artificem omni experto in quocunq; sapientiorē esse, quoniam artifex per causam expertus per sensus, & memoriam plurium, Propterea dicendum Aristotelem locutum esse de arte totali, quę discitur ab alijs, in qua supponitur omnia principia esse uera per traditionem ab alijs expositā. Insuper & in qua regulas operandi, & regularum rationē ueras esse supponitur per doctrinam ab alio. Dico igitur artificē nō esse sapientiorem experto, quantum ad cognitionē principiorum, sed quantum ad cognitionem operabilium ex illis principijs, nam expertus illa operatur ex cognitione quia, artifex autem ex cognitione propter quid. Dat .n. expertus frigidam aquam ijs, qui febricitant febre cholerica, & artifex similiter, ille, quia sic reperit ex sensibus plurium singularium, Hic uero, quia omnis cura fit per cōtrarium, hoc autem principiū, & alia omnia ex quibus fit ars, accepit a doctore, uel ex superiore artifex, qui se habet, ut doctor.

*Exemplum.* *Dubitatio.* *Solutio ad formam.*

**Vnde & Architectos circa singula honorabiliores, & magis scire artificibus putamus, & sapientiores, quoniam causas faciēdorum sciunt. Illi uero sicut & quędam inanimatorum, faciunt**

*Faciendorū ποιουμένων factorū.*

quidem, non cognoscentia autē faciunt, ut ignis exurit. Verum inanimata quidem natura quadā horum singula faciunt, sed artifices, propter consuetudinem.

*Cognoscētia ἐπιστητὰ Scientia. Verum οὖν igitur. Formarōnis*

Cū accepisset, & probasset artifices esse sapientiores ipsis expertis, nunc idem declarat argumēto sumpto a simili, hoc pacto, Sicut artifex princeps ad subministros, ita artifex simpliciter ad expertos. Sed architectus, qui artifex princeps est, sapientior est omnibus artificibus, qui ei subministrāt, igitur artifex simpliciter sapientior est experto. Maior patet. Minor autem probatur, quia architectus, & artifex simpliciter causam, atq; propter quid sciunt. experti autē & subministri nō, dicit ⁊ Vnde & Architectos ⁊ qui artifices principes sunt, ⁊ circa singula ⁊ quæ ipsi prospectant ⁊ honorabiliores, & magis scire, artificibus ⁊ qui subministri sunt, ⁊ putamus, & sapientiores ⁊ hæc *minor*, deinde probat hanc minorem, & dicit ⁊ quoniam causas faciendorum ⁊ .i. earum rerum, quę faciendæ sunt ⁊ sciunt, illi uero ⁊ .s. qui subministrant ⁊ faciunt quidē, sicut & q̄dam inanimatorum ⁊ q̄ faciunt prout dñi præcipiunt ⁊ nō cognoscentia autem faciunt ⁊ ea, quæ dñi præcipiunt. ⁊ Vt ignis exurit ⁊ domū hostis, ut ordinat incensor, qui tamen nec finem, nec id, quod facit, cognoscit. Sed dirigitur a cognoscente, sic ministri faciunt, quæ principes artifices præcipiunt, nō tamen cognoscunt causas. Et ne quis credat inter inanimata, & subministros esse omnino similitudinem, assignat differentiam, & dicit ⁊ Verum inanimata quidem natura quadā ⁊ instinctuq; naturali ⁊ horum singula faciunt, sed artifices ⁊ qui dicuntur subministri ⁊ propter cōsuetudinem ⁊ hoc est propter aliquem habitū acquisitum ex cōsuetudine: quę licet naturæ uim habeat, quatenus ad unum determinate inclinat, tamē differt a natura, prout ad utrumlibet secundū humanam cognitionem inclinare potest. nō autem natura ipsa. Q uod autem principes artifices sciant causam, subministri nō, Expositor suis exemplis exposuit, nos exemplo Aristotelis primo ethicoꝝ, nam ars frenorum faciendoꝝ facit frenum sub hac uel illa forma, & ignorat causam, equestris uero atq; militaris, cui illa subministrat scit causam, utputa quia equus est ore durus, uel ore mollis. Præterea aromatarius electuaria sic uel aliter efficit, & ignorat causam, medicus uero, cui aromatarius subministrat, causam scit. Insuper chirurgus sic, uel illo modo suit, aut incidit, aut urit, & ignorat causam. Medicus uero, cui ministrat, scit causam, Et tunc ex his patet minor. Sic igitur patet quid intelligendum sit per architectos, quos greci ἀρχιτέκτονας appellant, sunt. n. qui finem rerum efficiendarum p̄cognoscentes, dirigunt subministros ad agendū ea, per q̄ finem cōsequi possint. Insuper patet quid intelligendū sit per subministros, quos χειροτέχνας uocant, sunt. n. illi, qui finem eorum, q̄ agūt, nō præcognoscentes, diriguntur ad agendum ab ijs, qui finem præsciunt.

*Differentia naturæ et cō suetudinis. Exēpla. Verborū cō sideratio. Architectones. chirotechnæ*

Quare non ut practici, sapientiores sunt, sed quatenus ipsi rationem habent, & causas cognoscunt.

*Prima expō*

Ex ijs cōcludit propter quid artifices sunt sapientiores, & dicit ⁊ quare ⁊ artifices ⁊ nō sunt sapientiores, ut practici ⁊ .i. in agendo periti utputa .i. quia sunt operatiui, hoc est actiui uel factiui ⁊ sed quatenus ipsi rationem habent, & causas cognoscunt ⁊ & fortasse hoc concludit de architectis, asserens eos sapientiores esse, nō quia operatiui, sed quia rationem habent, & causam cognoscunt. hęc igitur sunt uerba, ex quibus Alexander colligit cognitionē atq; sapientiam actioni prestare. Nam cum ex cōsuetudine hominū monstratū sit eos esse sapientes appellandos, qui causas cognoscunt, relinquetur sapientiam, quæ primas causas demōstrat, esse maxime sapientiam. Et cum ostensum sit eam cognitionem, q̄ causas nouit præferendam esse ei, quæ non causas nouit, iure relinquetur, Metaphysicam, quæ sapientia est, quæ docet primas causas, esse prę ferendam actionibus, quæ causas nō norunt rerum efficiendarum: & contemplantes agentibus, atq; operātibus in quibuscunq; actionibus uersentur. Et hæc deductio sic formari potest, Artifices honorabiliores sunt ijs, qui agūt, qa cognoscunt causas. Igitur q maximas causas cognoscunt, ijs p̄ferendi maxime sunt, qui nullatenus causas norunt. Argumentū ualet, quia propter quod unumquodq; tale, illud magis, sed sapientia cognoscit maximas causas, ut patebit. igitur actionibus maxime præferenda est. Hoc pacto exijs, q̄ Alexander inquit, colligitur huiusmodi intentum.

*Quæ Alex. Forma dedu ctionis.*

Et omnino signum scientis etiam est posse docere, & hoc magis artem experimento scientiam esse existimamus. possunt. n. illi, hi autem non possunt docere.

*Forma rōnis*

Cum probasset per primam rationē artifices esse sapientiores, atq; scientiores, nunc idem probat per secundā rationem, & sic componitur. Q uicunq; possunt alios docere, sunt scientiores, atq; sapientiores ijs, qui nō possunt. patet, qa de signis q̄ aliquis sit sciens, & magis sciens, & magis sapiēs est posse alterū docere. Artifices possunt alios docere, experti non. Igitur artifices sunt magis scientes, atq; sapientiores, de ratione assignat probationē maioris, & dicit ⁊ Et omnino signū scientis etiam est posse docere ⁊ .s. alios, deinde affert conclusionē, & dicit ⁊ & ob hoc magis artē experimento scientiam esse existimamus ⁊ deinde ponit minorem, & dicit ⁊ possunt. n. illi docere ⁊ .s. artifices ⁊ hi autē non possunt docere ⁊ .s. experti. Hęc de syllogismo. Sed dubitatur circa signum, quia muti multa sciunt, & tamen non possunt alios docere. Similiter barbarus multa scit, qui nō potest docere Romanum. Vno modo dici potest signum esse bifariam, aut quod conuertitur cum eo, cuius est signum, & hoc pacto posse alterum docere non est signum scientis, quoniā stat aliquem scire, qui nō potest alium docere. & sic tollūtur argumenta. Aut quod est in minus, q̄ id, cuius est signum. & sic hoc signum probat id, cuius est signū esse, & nō e conuerso, & hac ratione posse alterum docere est signū scientis, quia sequitur, hic potest alterum docere, igitur est sciens, & hoc sufficit Aristoteli. nam sicuti signum calidi est posse calefacere, sic signum scientis est posse docere. Secundo quęritur propter quid sciens dicitur quis, cum potest alterū docere. Respondent ex maxima libri meteororum quarti, quia perfectū est, quod potest alterum generare tale, quale ipsum est, & cum sciens possit facere talem, qualis ipse est. Igitur signum est q̄ possit generare talem, qualis ipse est, quare signum scientis erit posse alium docere. Sed contra propositionem, in qua signum collocatur, est dubitatio, quia Deus est perfectus, & aliū Deum facere nō potest primo de cœlo. Insuper intelligentia est perfecta, & tamen non potest genere intelligentiam sibi similem in specie. Tertio lapis, qui inanimatę est perfectus, nō potest lapidem sibi similem generare. Q uarto animal ortum ex putri materia perfectū est, & tamen nō potest generare sibi simile, ut dicitur de generatione animalium. Iuniores confundunt propriam uocem, ideo dicere possumus, primo signū non esse conuertibile, qa licet omne, quod potest sibi simile generare, sit perfectum, tamen non oportet contra, ut perfectum omne possit sibi simile generare. Secundo dici potest, propositionē esse intelligendam in ijs, quæ accipiunt esse per generationē uniuocā. & ita non nisi in animalibus p̄fectis, & non orbatis, nec spontina generatione genitis. Illud uero, quod ex lib. 4. meteoroꝝ adducitur, nō est ad propositum, nam uerba Aristotelis hæc sunt ⁊ omnia. n. quæ possunt facere sui opus, uere sunt, ut oculus si uidet, qui autem non potest, æquiuoce, ut mortuus, aut lapideus ⁊ & reliqua, ubi patet Aristotelem locutū esse de operatione, quæ propria, ac peculiaris est alicui, non autem de generatione. Asserit. n. nihil esse perfectum & uere

*Secunda. Dubitatio. Solutio. Secunda q. Dubitatio nes cōtra p positionem. Vt patet. 2. lib. de aīa tē xtu cōm. 34. Textu cōmē ti ultimi.*



in rerum natura, nisi possit exire in propriam operationem, ob quam est in rerum natura, quare non de generatione, sed operatione locuius est. & sic non est ad propositum.

*Forma ra tionis. Dubitatio. Solutio. Verisimile εἰκὸς Cōueniens probabile. Præter παρὰ ultra. Ab alijs dif ferentem διαφέροντα τῶν ἄλλων Antecellentē cæteris. Resolutio ad artē. 2. expositio. q. contēpla tio res sit di gna honore atq; admira tione.*

Amplius autem sensuum nullum sapientiam esse ponimus. nam licet ipsi sint proprijssimæ cognitiones singularium, tamen de nullo propter quid dicunt, ut propter quid ignis est calidus. Sed solum quia calidus est.

Idem, quod supra probat tertia ratione etiam a signo sumpta, est enim ars magis quàm experientia accedens ad scientiam, atque sapientiam, quoniam nullus sensus est sapientia, propterea quia de nullo dicit propter quid, & cum experientia non dicat propter quid, ars autem sic, igitur ars magis accedit ad sapientiam, & potest signum sic componi. Si sensus non dicit propter quid, nō est sapientia. Igitur per locum a consequentia in ipso, cognitio, quæ dicit propter quid, est sapientia. Sed ars dicit propter quid, non autem experientia. Igitur ars est sapientia, & non experientia est sapientia. De ratione primo affert ea, in quibus continetur consequentia in ipso, & dicit ⁊ Amplius autem sensuum nullum ponimus esse sapientiam, nam licet ipsi ⁊ .s. sensus sint ⁊ proprijssimę cognitiones singularium, tamen de nullo propter quid dicunt, ut ⁊ subaudi non dicunt ⁊ propter quid ignis est calidus ⁊ quod per tactus ipsos sentimus ⁊ sed solum ⁊ dicunt, ⁊ quia calidus est ⁊ In quibus habetur cōsequentia in ipso, si sensus non dicit propter quid non est sapientia, tunc supplendum est reliquū, igitur cognitio, quæ dicit propter quid, est sapientia, sed ars dicit propter quid, non autem experientia, igitur ars est sapientia, & non experientia est sapientia, & sic debet uniuersa ratio persici. Sed diceres locus a consequentia in ipso non est necessarius, ut patet. 2. Topicorum, quia non sequitur, si homo est, animal est, igitur si homo non est, animal non est. non ergo recte adducitur in necessarijs, ac demonstratiuis. Dicendum q̄ licet locus non sit necessarius, tamen est probabilis, & sic potest adduci in demonstratiuis uia signi ad confirmandum demonstrata: nō autem ad demonstrandum simpliciter ignota.

Eum igitur uerisimile quidem est, qui primus præter communes sensus artem quanuis in uenerit, hominibus fuisse admirationi, non solum propter utilitatem inuentorum, sed sicuti sapientem, & alijs præcellentem.

Cum comparasset artem ad experientiam, nunc ut Expositor dicit, comparat artem speculatiuam actiuæ, ubi primo Aristotelem demonstrare autumat speculatiuam magis sapientiam esse quā actiuā. resoluit autem Expositor hoc quod Aristoteles dicit ad artem prioristicam sic. Omnis scientia uel cognitio, quā quis habens, meretur nomen sapientis, atq; inter homines maiore ueneratione, honoreq; habetur, est magis sapientia, sed scientia contemplaria est cognitio, quam quis habens meretur nomen sapientis, atque inter homines maiore ueneratione, honoreq; habetur. Igitur scientia contemplaria est magis sapientia quam scientiæ actiuę. Minorē Aristotelem probare dicunt, quia quilibet inuentor artis habetur in admiratione, quia habet cognitionem causæ ultra cōmunes hominum sensus. Et licet hæc expositio possit stare, tamen cum difficultate uerbis Aristotelis uidetur conuenire. Melius ergo cum Alexandro uidetur esse dicendum, hęc uerba eo pertinere, ut appareat cognitionem rem esse ad miratione, & honore dignam, nam cum prędemonstratum sit contemplationem prestare actionibus, consequens erat declarare contemplationem esse honore dignam, remq; esse hominibus admirationi, modo quo sapientes cæteris p̄stant. Demonstrat autem Aristoteles hoc, ut Alexander autumat, quoniam inuentores alicuius rei præter utile semper hominibus fuerunt admirationi ut sapientes, cęterisq; excellentiores. nec ob aliud nisi ob excellentiam in sapientia, quæ reslidet in inueniendis rebus longe magis q̄s in quibusuis alijs. Propter hoc homines Saturnum qui triticum inuenit, & Martem qui bella, aliosq; huius generis hominis tanquā Deos coluerunt. & hoc Aristoteles dicit ⁊ Primū igitur uerisimile quidē est, eum qui præter cōmunes sensus ⁊ .i. supra cōmunia hominum ingenia ⁊ artem quanuis inuenerit, hominibus fuisse admirationi, non solum propter esse utile aliquod inuentorū ⁊ idest non solum propter utilitatem, quæ ex inuentis proficiscitur ⁊ sed ⁊ subaudi est uerisimile eum hominibus fuisse admirationi ⁊ sicuti sapientem ⁊ quoniā in nullo magis cernitur sapientia, quam circa rerum inuentiones, quoniam ex illis acquiruntur causæ rerum, quæ tractantur in arte, nec solum sicuti sapientem sed sicuti ⁊ ab alijs etiam differētem ⁊ ideſt, sed sicuti antecellentem cęteris. Q uare si rerum inuentoribus honor offertur, propter sapientiam, quæ in inuentionibus resider, ipsa sapientia erit omnibus honore, atque admiratione præferenda.

*Ratio expō sitionis. Vis rationis Aristot.*

Insuper pluribus repertis artibus, & alijs quidem ad necessaria, alijs uero ad uitę oblectamentum existentibus, semper tales sapientiores illis arbitramur, propter id q̄ horum scientiæ ad usum non sunt. nam omnibus talibus rebus iam partis, quæ neque ad uoluptatem, neque ad necessitatem scientiarum sunt, repertæ sunt, & in ijs locis, ubi primo otio indulserunt, ueluti circa ægyptum mathematicæ artes primum substiterunt. Illic. n. gens sacerdotum in scholis degere permissa est.

*Insuper δὲ autem. Horum τούτων eorum illorum. Nam δέον unde. Otio indul serunt ἐσχόλασεν, uacabant, scholæ emer serunt scholizarūt. Veluti διὸ quapropter. In scholis de gere. σχολάζειν, scholizare uacare in otio uaca re.*

Cum demonstrasset contemplatiuos esse semper honorabiles, atq; hominibus admirationi, nunc ex usu hominum probat eos esse sapientiores, quare & dicit ⁊ Insuper pluribus repertis artibus, & alijs quidem ad necessaria ⁊ ideſt quarum aliæ reperte sunt pro necessitate uitæ, ut sunt mechanicæ, uel ut sunt pastoralis, agricultura, uenatoria, mercatura, & aliæ, ut patet primo Politicorum ⁊ alijs uero ad uitæ oblectamentum existentibus ⁊ ut gymnastica, musica & id genus sunt, translationes uero, quæ dicunt ad introductionem sallunt. nam διαγωγὴ græce est uitæ oblectamentum, ideo quę Expositor inquit, nō sunt ad propositū ⁊ semper ⁊ tamen ⁊ tales ⁊ ideſt contemplarios ⁊ sapientiores arbitramur illis ⁊ .s. qui artes prius repertas habent, uel illis. Sactiuis. ergo ex usu loquentium patet contemplatiuos esse sapientiores aliis quibusuis artibus dictarum affectis, uel aliis in quibuscunq; actionibus traditis, & assignat causam quare, & dicit ⁊ propter id, q̄ horum ⁊ .s. contemplatiuorum ⁊ scientiæ, ad usum non sunt ⁊ uitæ, nec ad uoluptatem, sed propter ipsum scire duntaxat. Ex usu igitur, & ratione patet contemplatiuos esse actiuis sapientiores, in his uerbis, ut Alexander innuit, Aristoteles demonstrans contemplatiuos esse sapientiores actiuis, simul uiam monstrauit ad sapientiam, quæ est perfectissima contemplatio, & expositit quomodo sapientia, nobilissimarumq; rerum inquisitio atq; contemplatio hominibus contigerit, quoniam non nisi inuentis prius artibus, quarum aliæ sunt pro necessitate, aliæ pro uoluptate. Quòd autem contemplatrices nō ad usum, sed ad sciendum fuerint in hominibus inuentæ, probat a signo, & simul ostendit ea, sine quibus sapientia hominibus inesse non potest, ut Alexā. annotauit, & dicit ⁊ nā omnibus talibus rebus iam partis ⁊ subaudi q̄ sunt ad uitā necessariæ

*Id qd' Arist. demōstrauit. q. contēpla tiui non ad usum, sed ad sciendū.*

*Amplificatio, & locus ubi inuẽtæ,et quæ primo.*

{ hæ ſcientiarum reperte ſunt,quę necꝫ ſunt ad uoluptatem necꝫ ad neceſſitatem } ſed ſolum propter ſcire. Deinde ad amplificationem huius rei,exponit locum generatim ubi primo obortæ ſunt, & quæ ſcientiarum primæ, & dicit { & in iſs locis } ſcilicet primo { vbi primo otio indulſerunt } ideſt ubi primo ſcholæ emerſerunt, deinde ſpeciatim exponit locum & quæ ſcientiæ primo,& dicit { ueluti circa ægyptum mathematicę artes primum ſubſtiterunt } Et cauſam dicit { illic enim gens ſacerdotum in ſcholis degere } ſubaudi primum permiſſa eſt.intelligens forte per gentem ſacerdotum hebræos qui apud ægyptum primo erga ſacra ſcholizarunt. Quo vero ad uerba attinet,attentione dignum aliquas dictiones in latinum me commutaſſe cõtra commu nem vſum translatorum, tamen non contra ſenſum Ariſtotelis.ut eam dictionem,quæ eſt ὅθεν, quam nos,nam,tranſtulimus, & eam, quæ eſt διὸ, quã diximus veluti,uerbum aũt ἐσχόλασαν nos diximus, otio indulſerunt, uel indulgebant,antiquus interpres,dixit uacabant,ſed ad uerbum ſcholizabant,ſiue ſcholizauerũt dici poteſt. Circa præſentem textum Alexander primo annotauit ea,ſine quibus contemplatio nequaquam fieri poteſt, & ſunt artes introductoriæ & artes ad utilitatem inuentæ,inſuper & neceſſaria, & commoda ad uitam. Inſuper ut Alexander dicit, artes voluptatum miniſtratrices in ordine redigit earum,quæ utilitatis gratia quæſitæ ſunt. Mortales enim voluptate,alternacꝫ rege indigentes res harum effectrices quæſiuerunt.Sed quæ ſint hæ artes, Alexander non expoſuit, Iuniores dicunt huiuſmodi artes eſſe,quæ docent ludere,quod abſit, nam ludos deteſtatur Ariſtoteles in.3. Ethicorum. Rectius puto huiuſmodi artes eſſe gymnaſticam, muſicam,pingẽdi artem,literas in quibus ſermones faceti habentur, ut comœdici,tragici,& vrbani : de quibus.8. Politicorum. Sed dices,non uidetur uoluptas finis alicuius artis, non igitur finis harum artiũ uoluptas eſt ſtatuendus. Ad hoc recte Alexander reſpondet,harum artiũ finem per ſe actionem, Voluptatem uero,vt actioni aſſeclam atcꝫ comitem. Demum Alexander vltra ea,quæ Ariſtoteles dicit,narrat mathematicas diſciplinas initium habuiſſe ab experientia. Vt docẽt ægyptij ſacerdotes,qui cum eſſent otioſi, per cœleſtes obſeruationes primum experientiam nacti,artem deinde confecere ſcilicet Aſtronomiam. Sic & Geometria initio inuenta eſt a terræ partitione,& propterea concludit. ut hæ artes ab otioſis inuentæ ſunt,ſic ipſarum vſum otium requirere. Et cum dixerit Alexander has artes initium habuiſſe ab experientia,intellexit per experientiam inuẽtionem ſenſualem, in memoria ſeruatam. Quo modo Prolemæus inuenit motum ſtellarum fixarum per inuenta Hipparchi.

*Conſideratio uerborum.*

*Ea ſine quibus contemplatio fieri non poteſt.*

*artes ad uoluptatem.*

*Prima expoſitio.*

*Secunda.*

*Dubitatio.*

*De inuẽtione artiũ apud ægyptum.*

*De aſtronomia.*

*De geometria.*

*Quod otiũ requiratur ad artes.*

*Expõ eius quod Alex. dixit.*

*Verum μὲν οὖν quidem igitur.*

## Verum in ethicis quæ ſit artis & ſcientiæ differentia,& aliorum genere ſimilium,dictum eſt.

Quoniam ( ut Alexander inquit ) pro ſcientia uſus eſt artis nomine, ut ſubaudi pro ſapientia aliquando arte,& ſciẽtia,relegat nos ad libros de moribus, & dicit { verũ in ethicis } ſcilicet in.6. moralium Nicomachiorum { quæ ſit artis et ſcientiæ differentia { & quæ } aliorũ } habituũ { genere ſimilium } ut ſunt intellectus, & prudentia { dictum eſt } ibi enim vt Alexander inquit, quinꝫ numero eſſe dicit habitus,quibus anima uerax eſſe dicitur ea veritate,quæ in oratione,atcꝫ compoſitione verſatur,dico ueritate, quæ in oratione,atcꝫ compoſicione verſatur,nam & ſentiendo anima uerax eſſe dicitur,ſed de ſenſu non eſt nunc ſermo. Sunt autem habitus hi,ars,prudẽtia,ſcientia,ſapiẽtia, & intellectus. quorum duo ad intellectum practicum,ideſt operarium artinent,ars videlicet & prudentia,tres autem ad intellectum contemplatiũ: uidelicet ſcientia,ſapiẽtia,& intellectus. Deſnit autem Alexander omnes hos habitus ex iſs,quæ ibi Ariſtoteles ait,& primo artem,quam habitum eſſe dicit cum ratione effectiuum,uel factiuum : & propterea uerſatur circa

*De habitibus.*

*Quid ars.*

factibilia,dirigitcꝫ in operationem,quæ eſt actio tranſiens, quæcꝫ & factio,& effectio dici ſolet. Deinde definit ſcientiam,quam habitum eſſe dicit demonſtratiuum, demonſtratiuum autem habitum,qui ex prioribus & medio vacantibus,& concluſione notioribus colligitur, uel ſcientiam eſſe exiſtimationem de vniuerſalibus,atcꝫ neceſſariis, aut cognitionem,qua cognoſcitur cauſa,ob quã res eſt,illius eſſe cauſa,nec rem aliter ſe habere poſſe. deinde definit prudentiã, quam habitum agendi cum uera ratione in iſs, quæ homini bona,uel mala ſunt,& in conſultatione cadunt. aut prudentiam eſſe uirtutem partis opinatricis animæ, Intellectũ uero uirtutem animæ, qua cognoſcimus demonſtrabilium indemonſtrabilia principia. Sapientiam denicꝫ eſſe intellectum,& ſcientiam eorum. quæ natura ſunt nobiliſſima : ut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ.

*Quid ſcia.*

*Quid prudentia.*

*Quid intellectus.*

*Quid ſapiẽtia.*

Sed cuius gratia ſermonem nũc facimus hoc eſt,quia denominatam ſapientiam circa primas cauſas,& principia exiſtimant omnes,quare (ut prius eſt dictum ) expertus quidem quemcũque ſenſum habentibus ſapientior eſſe uidetur. Artifex autem expertis. architectus manu artefice, & contemplatiuæ actiuis magis. Quod igitur ſapientia & circa quaſdam cauſas, & principia ſcientia ſit,manifeſtum eſt.

*Prima expoſitio.*

*Secunda.*

Sed quid uelit nunc facere,non eſt exploratum, Expoſitor aſſerit Ariſtotelem uelle nunc oſtendere,ſapientiam eſſe circa cauſas. Alij uero Ariſtotelem metaphyſicam (quæ nominata eſt ſapientia ) uerſari circa cauſas, atcꝫ principia : cui expoſitioni Alexander uidetur aſſentire, cum dicit Ariſtotelem uelle oſtendere eam,quæ proprijſſime ac maxime ſcientia eſſe intelligit, quã & ſimpliciter ſapientiam appellamus,uideri hominibus uerſari in primis cauſis, primiſcꝫ principijs. & non intelligit niſi de metaphyſica. Poſtea in exponendo textu Alexander aliter dicere uidetur,Ariſtotelem uidelicet uelle duo declarare, & ſpeculatrices artes cꝫ actiuas eſſe nobiliores,& ſapientiam eſſe primorum principiorum cognitricem : ubi nõ aſtringit ſe metaphyſicæ,cum de ſapientia communiter loquatur : & ſic uidetur redire ad expoſitionẽ primã, Dicit ergo Ariſtoteles { ſed cuius gratia ſermonem nunc facimus } ideſt cuius gratia demonſtratum eſt artem experiẽtiæ præſtare cognitione cauſæ, & eas eſſe nobiliores,quæ verſantur in cognitione cauſæ, reſpondet & dicit { hoc eſt,quia denominatam ſapientiam } ideſt quia eam ſcientiam,quam omnes ſapientiam uocant { omnes exiſtimant } uerſari { circa primas cauſas, & } prima { principia } vbi non ſpecificat,quæ ſcientia ſit hæc, quia poſtea ſpecificabit Ariſtoteles,quod ( ut Alexãder ſupplet) demonſtratum eſt,cum oſtenderetur ſemper nomen ſapientiæ in iſs magis uſurpari,qui magis ualent cognitione. Deinde ex iſs deducit ordinẽ in iſs,quæ ſibi nomen ſapientiæ uendicarunt. ut Alexander exponit, & dicit { quoniã ( ut prius dictum eſt ) expertus quidem quemcunꝫ ſenſum habentibus ſapientior eſſe uidetur } non quia eſt cognitio per cauſam,ſed quia iam cognitio quædam eſt rationabilis,comprehenſio enim uniuerſalis licet non uniuerſaliter, rationabilis tamen eſt. Fit enim mediante diſcurſu a pluribus ad unum uniuerſale, licet non uniuerſaliter. At ſenſus cognitio eſt ſine ratione { Artifex autẽ expertis,ſubaudi ſapientior eſt } quoniam artifex cauſam cognoſcit,experti aũt non & { architectus } ſcilicet inter artifices eſt ſapientior { manu artifice } qui opus conficit,quoniam (ut dictum eſt) cauſam cognoſcit,manu uero artifex non cognoſcit { & } ſubaudi inter artes atcꝫ ſcientias { contemplatiuæ actiuis magis nomẽ ſapientiæ uſurpauerunt } quia non ad vſum,ſed ſciendi gratia capeſſuntur. Hæc de ordine earũ cognitionum,quæ ſibi nomen

*Quæ Alex.*

*Gradus earum cognitionum,quæ ſibi nomen ſapientiæ cõ parariunt.*

*Dubitatio.*

nomen ſapientiæ compararunt, tunc epilogat, et dicit { ꝙ igitur ſapiẽtia & circa quaſdam cauſas,& principia } quædam { ſcientia ſit, manifeſtũ eſt } ex dictis. Sed vnde hoc manifeſtum ſit, non eſt exploratum. Alexander innuit, hoc eſſe,quia ſapientior eſt, qui conſiderat magis cauſas atque principia. & quia hoc eſt demonſtratum, ideo patet ſapientiam eſſe cõſiderationem circa principia,atcꝫ cauſas. Tenet autem hæc cõſequentia a cõcretis denominatiuiscꝫ in comparatiuo, ad abſtracta in poſitiuo: ſicuti ſequitur, albius eſt quod in niue eſt magis quale, igitur albedo eſt quæ in niue eſt qualitas : ſic quocꝫ ſequetur, ſapiẽtior eſt, ꝙ magis cãs, atcꝫ principia conſiderat,igitur ſapientia eſt conſideratio principiorum,& cauſarum.

*Modus quo uult procedere.*

Quoniam autem ſcientiam hanc quærimus, circa quales cauſas, & qualia principia ſapientia ſcientia ſit, hoc uticꝫ conſiderandum eſt. Si itacꝫ accipiat aliquis exiſtimationes, quas de ſapiente habemus ex hoc manifeſtum fiet magis. Primum itaque ſapiẽtem ſcire omnia maxime ſicut decet, accipimus, non per ſingula ſcientiam eorum habentem.

*Per ſingula καθ' ἕκαστον ſingularem.*

Cum deduxiſſet ex confeſſione omnium ſapientiam eſſe cognitionem principiorum & cauſarum, & cauſæ atcꝫ principia multifariam intelliganꝫ, merito, vt Alexander exponit,primum nunc quęrit,quarum cauſarum,atcꝫ principiorum ſit ſapientia,de qua nobis futurus eſt ſermo. et ſic, vt Alexander innuit,de metaphyſica,de qua nobis futurus eſt ſermo, eſt hæc quæſtio. vnde dicit { quoniam autem ſcientiam hanc querimus } hanc ſcilcet appellatam ſapientiam,de qua dictum eſt confeſſione omnium ipſam verſari circa cauſas,atcꝫ principia,propterea dicit { hoc cõſiderandum eſt } nobis { vticꝫ circa quales cauſas, & qualia principia } appellata { ſapientia ſcientia ſit } & demonſtrabit eam uerſari in primis cauſis,primiſcꝫ principijs. Nec eo loco, vbi demonſtrabit appellatam ſapientiam verſari circa primas cauſas, atcꝫ prima principia, hoc, vt indubitatum,ſed vt demonſtrãdũ oſtendet. Occaſione huius,ut Alexander ſubſcribit, cauſarum partitionem exequitur docens ea dici quadrupliciter, commemoratcꝫ priorum placita de cauſis, vt ſiquid ab illis recte fuerit inuentum, id ſequamur,ſin minus, aliquid præterea inueſtigemus. propterea concludit Alexãder oportere ex hac ſciẽtia primorum principiorum, atcꝫ cãrum cognitionem petere. Hæc ãt ſunt primæ, & quę proprijſſime ſubſtantiæ eſſe intelligantur, hæ nancꝫ ſubſtantiarum principia ſunt,ſubſtantiæ vero cæterarũ rerum, vbi patet apud Alexãdrum, Ariſtotelẽ pro eiſdem primas cauſas,& prima principia accepiſſe,quoniam aſſerit hæc eſſe primas & proprijſſime ſubſtantias, quoniam ſunt cauſæ omnium: Alij autem prima principia retulerũt ad communiſſima principia,quæ ſunt Ens,& cętera omnia, quæ ipſum Ens ſequũtur,primas autẽ cauſas retulit ad primas rerum ſubſtantias. Deinde exponit modum, quo vult accedere atcꝫ procedere ad hanc inquiſitionẽ, & dicit { ſi igitur acciat aliquis exiſtimationes, quas } ex communi hominum conſenſu { habemus de ſapiente, ex hoc } ideſt ex hac acceptione exiſtimationum { manifeſtum fiet magis } ſubaudi id qđ querimus,ſcilicet circa qualia principia,qualesꝫ cauſas appellata ſapiẽtia uerſetur. Huius ordinis cauſam aſſignat Alexander,quoniam conſueuit in cunctis ſemper Ariſtoteles aliqua demonſtraturus pro principijs uti communibus,& naturalibus mortalium opinionibus, aſſeuerãs cognitionem,atcꝫ ſcientiæ appetitum hominibus eſſe naturalem,& ꝙ ſciẽtiæ principia nobis ſint a natura tributa,hæc enim ſunt communes hominum cõceptiones. Idem quocꝫ ſeruauit in naturali auditu in quæſtione de loco, inſuper &

*Propter q̃d diuiſit cãs, & alia fecit.*

*Quid p̃ principia et cãs Alex.*

*Cã ordinis.*

cum de tempore diſputaret,&, ut breuibus ſit dicere,in cunctis ferè qõnibus hac uia proceſſit. Ad hunc igitur modum hoc in loco inueſtigans in quibus nam principijs uerſetur ſapientia,quid ſit munus ſapientis, & omnino quid ſapiens, præmittit communes ſententias, & naturales, quas habemus de ſapientibus; vt inquirentes, ſumamus atque ponamus apte atque conuenienter iſs, conſentanea. Deinde exponit ea,quæ communi ſententia de ſapiente, ſapientiacꝫ ipſa referuntur,quorum primum affert, & dicit { primum itacꝫ } earum exiſtimationum,quæ præponẽdæ ſunt, accipimus { Sapientem ſcire omnia maxime ut decet } & Alexander exponit omnia ſcire communiter, & vniuerſaliter.quoniam ſic comprehenſim poteſt de cunctis diſputare, non vt qui per ſingulas ſcientias, aut artes ſapiens ſit, nã qui tali doctrina ualent,ſi non iam ſapientes,ſed artifices,& eius de quo diſputant, ſcientes eſſe putantur. et hoc dicit { non per ſingula ſcientiam eorum } ſcilicet omnium { habentem } Expoſuit autem Alexãder { ut decet } ideſt, quoad fieri poteſt,quoniam fieri non poteſt, ut omnia ſapiẽs aliter quàm,ut dictum eſt,ſciat. Ex iſs igitur, quæ Alexander dicit,patet ſapientem omnia conſiderare in vniuerſali, hoc eſt per prædicata,quæ tranſcendunt determinata genera ſcibilium ſcientiarũ,atcꝫ prædicamentorũ,ut ſi cõſideraverimus ipſum hominem,ut ens, vt unum,ut actu, ut ſubſtantia, & ut cætera huius generis,non autem in particulari, atque in ſpeciali,hoc eſt per prædicata propria,quæ ſunt cõtracta ad genus determinatũ alicuius prædicamenti, atcꝫ alicuius ſciẽtiæ.differentiamcꝫ determinatam cõtrahentem genus prædicamenti,atcꝫ genus ſcientiæ. Vt ſi conſideretur homo, vt animal rationale mortale, & quo ad paſſiones, quæ ex his fluunt. nam ſic ſapiens,ut Alexander inquit eſſet omnis artifex,omnis quocꝫ ſciens, Sapientia etiam eſſet Phyſica,Mathematica,cæterætcꝫ artes. patet, quia conſideraret omnes res omnium ſcientiarũ quo ad ea prædicata,quæ contrahuntur ad genera ſcibilium ſcientiarũ omnium. De re hac in Dilucidario. & ſic patet Ariſtotelem per ſingula ſcientiã omnium in ſpeciali intellexiſſe,quo in modo artes,atcꝫ ſcientiæ res ſuas conſiderant.

*Primum.*

*Opio Alex.*

*Rõ Alex.*

Poſtea ea difficilia cognoſcere potentem,quę necꝫ leuia homini cognoſcere ſunt,hunc ſapiẽtẽ, dicimus. Sentire enim omnium commune eſt, quare facile,& non ſapiens.

*dicimus ther bum addiũ eſt.*

*Sapiens σοφὸν. Sapientiale ad ſapientiã pertinens.*

*Quid ſubaudiendum in textu.*

Nunc aſſignat ſecundam exiſtimationem, quam homines habent de ſapiente, & dicit { poſtea hunc ſapientem } ſubaudi dicimus { ea difficilia potentem cognoſcere, quæ necꝫ leuia } ideſt vulgata,ut exponit Alexãder { homini cognoſcere ſunt. } Sic igitur ſapiẽs ſcire putatur excellentia & difficilia,& quæ non facile cognoſcuntur. nam qui vulgata & facilia ſciunt,ſi non putantur eſſe ſapientes. Deinde teſtimonio ſenſus hoc probat,& ſubaudiendum eſt { quo fit, ut ſenſus non appelletur ſapientia,nec ſentientes,qua ſentiunt, ſapientes } hoc ſubintellecto,cauſam affert, & dicit { Sentire enim omnium } ſcilicet hominum,tam ſapiẽtum quàm vulgarium { commune eſt,quare facile, & non ſapiens } ideſt ad ſapientiã pertinẽs erit.Hæc de ſecũda exiſtimatiõe.

*Certiorem ἀκριβέστερον exactiorẽ. exquiſitiorem. Expõ Alex.*

## Adhuc certiorem.

Aſſignat tertiam exiſtimationem hominum de ſapiente & dicit { adhuc } ſubaudi ex communi hominum exiſtimatione dicimus ſapientem { certiorem } ideſt, ut Alexander exponit,qui exacte curioſecꝫ de ſingulis intelligibilibus agit, nec fallitur. & intelligit Alexander,per ſingula intelligibilia, ea quæ ſuæ profeſſioni conueniunt. nam ſapiens de his habet maiorem certitudinem,quam alij communiter habent de ſuis. Aut intelligit ſapiẽtiam eſſe certiſſimam quoad eius prima principia, quæ ſunt ſibi, et cæteris ſcientijs communes dignitates, vt poſterius dicemus.

**Et magis docentem causas, sapiẽtiorem esse circa scientiam omnem.**

Nunc assignat quartã hoĩm existimationẽ de sapiente, & dicit { et magis docentẽ cãs } hũc subaudi { sapiẽtiorẽ esse circa oẽm sciẽtiã } putamus. i. q in reddẽdis causis doctrinã p̃bet, is magis appellat̃ sapiens, q̃ q al'r docẽt. Hæc Alexã.

*Etiam & autem. Cõtingẽtiũ eorum. quæ extrinsecus accidunt.*

**Et scientiarum etiam eam, quæ sui causa est, & sciendi gratia eligibilis est, magis sapientiam esset, quam quæ est contingentium gratia.**

Assignat qntã existiationẽ, & dicit { et sciarũ ẽt eã q̃ sui cã est, & sciẽdi gr̃a eligibilis est } dicimus subaudi { magis sapiẽtiã eẽ q̃ } sciẽtiã { q̃ est gr̃a cõtigẽtiũ } .i. eoꝝ (ut Alexã. inqt) { q̃ extrĩsecus accidũt } cuiusmodi sũt ea, q̃ sunt uitę necessaria, & p delectatiõe iuẽta, & cętera huius gñis. hmõi.n. sciæ vltra ipm̃ scire amplificant̃ ad aliud, vt sunt oẽs practicæ sciæ. Sola aũt sapiẽtia est propter scire, & ob aliud nihil.

**Et principaliorem subministrante magis sapientiã esse. Non enim præcepta suscipere oporter sapiẽtẽ sed præcipere: neq; hũc alteri oportet obedire, sed huic minus sapiẽtẽ. Tales igit̃ existimationes, & tot hẽmus de sapiẽtia, & sapiẽtibus.**

*Prima expositio. Secunda.*

Assignat sextã existimationẽ q̃ est vt sapiẽs sit pricipalis, & tãq̃ priceps hñdus, & dicit { et } subaudi iter scias { pricipaliorẽ } nos dicimus { eẽ magis sapiẽtiã submĩstrãte } uno mõ p̃t exponi, ut Alex. p pricipaliorẽ sciẽtiã, q̃ cognoscit res pricipatuũ, & p submĩstrãtẽ eã, q̃ nouit res subiectas. Alio mõ põt exponi p pricipaliorẽ iter scias, eã q̃ architectonica est, & p submĩstrãtẽ eã, q̃ manu opat̃ p rõne architecti: vt Tho. expõit. & utroq; mõ bñ exponit̃. nã ex vtraq; expõne hr̃ q sapiẽs sit pricipalior, atq; vt priceps hñdus. Quòd ãt sapiẽs sic pricipalior, et ut priceps hñdus, pbat primo, & dicit { nõ.n. p̃cepta suscipe oportet sapiẽtẽ, sed p̃cipe } .i. sed dare p̃cepta. deĩde pbat scd'o, et dicit { neq; } oportet { hũc } s. sapiẽtẽ { alteri obedire } Sed oportet huic { minus sapiẽtẽ obedire } .s. obedir̃. Ex his p̃t accipi sexta existiatio uidelicet, qđ sapiẽs sit pricipalis & tanq̃ priceps iter sciẽtes hñdus, primo qa p̃cepta dat, scd'o qa p̃cepta dat. Hæc, vt mihi vr̃, est breuis Alexãdri expõ. tunc epilogat, & dicit { tales igit̃ existimatiões, et tot, hẽmus de sapĩa, & sapiẽtibus } utputa q sapiẽs sit, q oĩa cognoscit ut decet, et difficilia, q̃ sũt nõ uulgata, certioreq; mõ & p cãs, sui gr̃a ẽt & nõ pp aliđ, iterq; eos, q sciũt, vt priceps sp habitus. Hæc q̃si descriptio sapiẽtis heat̃.

**Ex ijs aũt id quidẽ qđ est oĩa scire, huic maxime necessariũ est inesse, q uniuersalẽ scientiã habet. Iste enim nouit quodãmõ omnia subiecta.**

Cũ Arist. eas sex existiatiões astruxisset de sapĩa, sapiẽteq; ipso, velut cõibus sniĩs cõcessas, nũc tẽtat eas singulas huic sciæ attribuere, sciẽtiq; huic, q vr̃em sciẽtiã hẽt. s. ipsi metaphysico, q vr̃em sciẽtiã hẽt, & prĩas, ac vr̃es cãs cognoscit. demõstrãs p hæc, vt Alex. inqt, de cõi hoĩm cõsensu appellatã sapiẽtiã (q̃ metaphysica est) ĩ primis causis, primisq; pricipijs uersari. Maxĩe.n. & cõiter ac vr̃r is omniũ rerũ sciẽtiã hẽt, q nouit prĩa pricipia. Nã queadmodũ, q nouit principia quarũdã rerũ, is quãdã illarũ cognitionẽ vr̃em hẽt, sic q nouit oĩum rerũ pricipia, is oĩum rerũ vr̃em quãdã obtinet cognitionẽ: Quare ex ijs, q̃ dixit, et ex his, q̃ dicet, fit syll's hoc pacto. Qui nouit oĩa, et difficilia, et certi⁹ et p cãm, & sui gr̃a, et ut princeps, est sapiẽs, metaphysicus est hmõi. igit̃ est sapiẽs. in p̃nti igit̃ textu pbat minorẽ discurrẽdo p oĩa & dicit { ex ijs aũt } .s. sex existimatiõibus { id qdẽ qđ est oĩa scire } qđ fuit prĩa existimatio { huic maxime necessariũ est inesse, qui vr̃em sciẽtiã habet } .i. q scit primas cãs, et prima pricipia, et hic est metaphysicus, de quo nobis futurus est sermo. Deĩde pbat hoc, & syll's est, Qui scit prĩas cãs, et prĩa principia, scit quodãmõ oĩa, metaphysicus, q vr̃em sciẽtiã hẽt, scit primas cãs, atq; prĩa pricipia: igit̃ scit quodãmõ oĩa. De syll'o accipit

*Prima expositio. Syllogismus.*

maiorẽ, et dicit { iste.n. } .s. qcũq; scit prĩas cãs, & prĩa pricipia { nouit oĩa subiecta } .i. oẽs res, q̃ ptinent̃ sub oĩbus subiectis oĩm sciẽtiarũ. Probat ãt hãc Alex. qm̃ queadmodũ q nouit pricipia aliquarũ rerũ, nouit aliquas res, igit̃ q nouit prima pricipia, & vr̃ia omniũ rerũ quodãmõ nouit oẽs res. minorẽ uero supposuit. Hęc est una Alex. expõ ĩ ãteriore textu.

*Probatio Alexandri. 2. expositio.*

Aliter ãt exponẽdũ, ut ipse expõit in pprio textu, ut uelit hęc oĩa attribuere ei, q vr̃em sciẽtiã hẽt. s. metaphysico. est.n. metaphysica maxĩe oĩm vr̃is scĩa, qm̃ de entibus hẽtur, qua entia sunt. Ens.n. cũctis rebus existẽtibus est cõe. igit̃ metaphysicus erit, q maxĩe oĩm vr̃em sciẽtiã hẽt. vñ dicit { ex ijs ãt } .s. sex existimatiõibus { id qdẽ } .i. illa qdẽ existimatio { q̃ est oĩa scire huic } .s. metaphysicæ { maxĩe necessariũ est iesse, q vr̃em sciẽtiã hẽt } .s. q̃ est de entibus, qua entia sunt. & de ijs, q̃ entia cõsequunt̃ q̃ entia sũt. pbat, et syll's erit, Quicũq; vr̃em sciẽtiã hẽt { nouit qudãmõ oĩa subiecta } metaphysicus vr̃em sciẽtiã hẽt, igit̃ metaphysicus nouit quodãmõ oĩa subiecta. De rõne tãgit minorẽ, & dicit { iste.n. } .s. qcunq; vr̃em sciẽtiã hẽt { nouit quodãmõ oĩa subiecta } hęc est maior. Prima ergo expõ Alexãdri per vr̃em sciẽtiã intellexit, q̃ est de primis oĩum rerũ principijs, & causis. Secunda vero q̃ est de cõissimis omniũ rerũ p̃dicatis. utraq; expõ placet. Alexãder tñ prosequit̃ primã expositionem in sequẽtibus.

*Syllogismus. Epilogus expõnum.*

**Fere autem & ea sunt hominibus difficillima ad cognoscendum, quæ sunt maxime uniuersalia. nam a sensibus sunt remotissima.**

*Maior syllogismi. Minor pro syllogismi. Prima expositio.*

Nunc attribuit secũdã existimationẽ appellatæ sapiæ, & põt hoc, qđ dicit, exponi duobus modis, primo iuxta primã expõnẽ Alex. supioris textus, p quã Alex. voluit Arist. intellexisse p vr̃em sciẽtiã, q̃ est de primis causis, primisq; principijs. nã hæc ul'issima sunt vr̃iter cãndi, cũ oĩm, q̃ fiũt, causę, atq; pricipia sunt, & sic legat̃ { fere aũt & ea sunt hoĩbus difficillima ad cognoscendũ, q̃ sunt maxĩe vr̃ia } q̃ cognoscere appellatã sapientiã ex cõsensu oĩm accepat. quo fit, vt vere dicat̃ appellatam sapiẽtiã (q̃ metaphysica est) versari circa difficillima. qm̃ versat̃ circa maxime ur̃a, q̃ sunt hominibus difficillima. & potest hoc, qđ dixit sic ad artem prioristicam resolui, Maxime vr̃ia sunt difficillima cognitu, appellata sapiẽtia, q̃ metaphysica est, versat̃ circa maxĩe vr̃ia, igit̃ appellata sapiẽtia, q̃ metaphysica est, versat̃ circa difficillima cognitu. De rõne assignauit maiorẽ, & dicit { fere aũt & ea, sunt maxĩe vr̃ia, sunt hoĩbus difficillima ad cognoscendũ } & iuxta hãc expõnẽ ĩtelligit p maxĩe vr̃ia, prĩas cãs, prĩaq; pricipia, q̃ sunt maxĩe vr̃ia ĩ cãndo. Addat̃ minor, sed appellata sapĩa, q̃ metaphysica est, versat̃ circa maxĩe vr̃ia, vt dictũ est, in cãndo: cõclusio addat̃, ergo appellata sapĩa, q̃ metaphysica est versat̃ circa difficillima, Maiorẽ probat, & dicit { nã } subaudi maxĩe vr̃ia, vt dictũ est, in cãndo { sunt a sensibus remotissima } vt syll's sit, quecũq; sunt a sensibus remotissima, sunt difficillima ad cognoscẽdũ, maxĩe vr̃ia. s. in cãndo sunt a sensibus remotissima, ergo sunt difficillima. Ecce qũo de psyll'o solũ accepit minorẽ. & iuxta hãc expõnẽ nulla qõ est ĩ uerbis Arist. Et hęc expõ vr̃ Alex. nã pbãs maxĩe vr̃ia eẽ a sensibus lõgissime, dicit, siqdẽ entiũ simplicissima quæq; et prĩa lõgissime absunt a sensibus: & sic innuit prĩas cãs, prĩaq; principia, q̃ sunt entiũ simplicissima, & prĩa. Iuxta quã expõnẽ psiderãs uerbũ { hoĩbus } dicit, addidit aũt { hoĩbus } ad drĩa naturę. Nã prĩæ cãę, prĩaq; principia, q̃ vr̃issima sunt ĩ cãndo, sunt hoĩbus difficillima, sed naturę notiora. expsit hãc expõnẽ Alex. ẽt cõmẽto. 11. ut legẽti qõnẽ, quã ibi mouet, patet. Al'r põt ĩtelligi iuxta secũdã expõnẽ supioris tex. ut ĩtelligamus vr̃issima ea, q̃ trãscẽdũt oĩa sciarũ gña, q̃ p̃dicatiõe vr̃issima sunt. et sic ĩtelligũt expositores oẽs latini. Cũ dices hęc vr̃issima esse hoĩbus difficillima ad cognoscẽdũ, qcũq; ipsi dixerit, Arist. loqt̃ cõsiderãdo vr̃issima, q̃ sunt ptes eẽntiales minus vr̃iũ, ut sic.n. sunt nobis difficillima, & maxĩe a sensibus remota, quo uero sunt tota, ĩ qbus cõtinent̃ minus vr̃ia, sunt nobis cognitu facilia, atq; sen-

*Resolutio ad artem. Prosyllogismus. Verbum hominibus. Secunda expositio.*



sibus pxima. Minus aũt vr̃ia, q̃ sunt tota q̃dã ĩdistĩcta, sunt nobis facilia, sensibusq; nr̃is pxima. quo uero sunt partes in vr̃ib⁹ cõtẽtę, sũt nobis difficilia cognitu, sẽsibusq; remotiora.

*Maior syllogismi. Maior pro syllogismi. Prima expositio. Syllogismus.*

**Sciẽtiarũ uero certissimæ sunt, q̃ maxĩe primorũ sũt, nã q̃ sũt ex paucioribus, nõne certiores sũt ijs, q̃ ex additiõe dñr: ut arithmetica, geometria.**

Tertia existimatio fuit, vt sapĩa de cõsensu oĩm eẽt certior de ijs, q̃ sũt suę pfessionis, q̃ quęuis scĩa pticularis sit de suis, nũc oñdit hoc cõpetere, metaphysicæ, q̃ appellata sapĩa est, & syllogizat sic, Scię, q̃ maxĩe primoꝝ sunt, certissimę sunt, & lõge certiores de ijs, q̃ suæ pfessiõi cõueniũt, q̃ reliq̃ quæ nõ sunt primoꝝ, sint de suis. Metaphysica, q̃ appellata sapĩa est, primoꝝ maxime est, Igit̃ lõge magis certior est de ijs, q̃ suæ pfessioni cõueniũt, q̃ cæteræ scię q̃ nõ sunt primoꝝ, de suis, De rõne assignat maiorẽ, & dicit { sciarũ uero } subaudi hæ { certissimę sunt, q̃ maxĩe primoꝝ sunt } Hæc est maior, cuius pbõnẽ subscribit, & dicit { nã q̃ sunt ex paucioribus, nõne certiores sunt ijs, q̃ ex additiõe dicunt̃? } certũ est qđ sic { ut arithmetica q̃ ex paucioribus est, certior ẽ { geometria } q̃ ad arithmeticã p additionẽ se hẽt. Addat̃ minor, sed q̃ primorũ scĩa est, ex paucioribus ẽ, igit̃ scĩa, q̃ primorũ est, certior est cæteris, q̃ dñr p additionẽ ad ipsam appellatã sapiẽtiã. Quo uero ad uerba attinet in trãslationibus ueteribus textus hic legit̃ affirmatiue, hoc pacto { nã q̃ sũt ex paucioribus certiores sunt ijs, q̃ ex additiõe dñr } In græcis uero codicibus legit̃ negatiue p pticulã οὐκ, sed nos interrogatiue trãstulimus. Quo uero mõ geometria se hẽt p additionẽ ad arithmeticã Expositor declrauit et Alex. qa geometria cõsiderat pũctũ & lineã & cætera q̃ hñt sitũ. Vnitas aũt & numerus, de qbus agit arithmeticus, nullũ hñt sitũ. Vel al'r exponit Alex. & ĩtelligit appellatã sapiẽtiã eẽ certissimã, qa est primorũ pricipioꝝ. i. de primis q̃ sunt cõia & prima axiomata, pbat aũt hoc, qa scĩa q̃ ẽ effectus primorũ axiomatũ, dignitatũq; certissima est. Nã si doctrinæ q̃ ex primis hñtur, cæteris sunt exactiores, scĩa q̃ ẽ de hmõi primis, exactior erit alijs, q̃ sunt de posterioribus, q aũt q̃ ex primis exactiores sunt, ijs q̃ ex paucioribus patet. Ex paucioribus aũt expõit, ut q̃ sunt pricipijs, ppiores, ut dictũ est ĩ libris poster. Idcirco.n. pprijssimas et potissimũ demr̃ones eas eẽ dixit, q̃ a ppositionibus medio uacãtibus, & primis pficiscunt̃, pxime ab ijs, q̃ p has demõstrant̃. Quare si sciæ, q̃ sunt ex primis pricipijs, sunt certissimæ, & scię, q̃ sunt ex pricipijs, q̃ sunt, primis pxima, sunt certiores, nõ tñ ita certissime, ut prĩæ, fit, ut sapĩa appellata, q̃ est de primis pricipijs cõibus oĩbus, sit certissima, lõgeq; certior ijs sciẽtijs, q̃ sunt de posterioribus principijs. Nã hæ ad illã ex additiõe dñr. Est ergo vis rõnis Alex. Si scĩa q̃ est ex primis, cæteris oĩbus certior est, q̃ sunt nõ ex primis, etiã scĩa de primis erit certior oĩbus sciẽtijs, q̃ nõ sunt de illis primis. Sed metaphysica appellata sapĩa est de primis axiomatibus dignitatibusq;, ergo certissima, differt ãt aliquã sciẽtiã eẽ de primis, & ex primis, qm̃ de primis eẽ põt tanq̃ de cõsideratis, at ex primis nõ, nisi tanq̃ p q̃ fit. Mouet Alex. hic qõnẽ qũo cognitio priorũ pricipioꝝ, & cãrũ difficillima est, ut supius est dictũ, Si ĩ his et p hęc cognitio p demr̃onẽ expeditior nobis est? vt ĩ p̃nti tex. hr̃. Rñdet & inuit de pricipijs hãc distĩctionẽ, q sint bifariã principia, alia cognoscendi, & hæc pricipia sunt quasi sniæ, atq; pnũciationes, p quas cætera demõstrant̃, & de his est verũ, q cognitio pricipiorũ ĩ expedito nobis est, & hoc pacto loqt̃ Arist. de cognitiõe pricipiorũ ĩ p̃nti tex. Alia uero sunt pricipia eẽndi, q̃ sunt pricipia Entis, quatenus Ens, & horũ cognitio est nobis difficillima, et nõ nobis expedita, et de his locutus est Arist. supius, cũ dixit, hãc appellatã sapiẽtiã eẽ difficillimoꝝ. Sed adhuc q̃ res, si ita ẽ, qũo hęc pricipia sciant̃, q̃ pricipia eẽndi dñr. Rñdet, hęc eẽndi pricipia ẽt p demr̃onẽ sciri, et quoad an est, & quo ad qualia sunt eoꝝ ppria attributa. Nã demr̃onis horũ sniæ quoq; sunt pricipia, Sed cõtra adhuc, qm̃ cũ oĩs demr̃o ex primis heat̃ fiet vt aliq̃ his heant̃ priora. Rñdet his, quo de-

*Cõsideratio uerborum. Secũda expositio. Vis rõnis Alexandri. Qõ Alexã. Solutio. Replicatio. Solutio. Replicatio. Solutio.*

mõstrabilia sunt, nõ eẽ absurdũ aliq̃ eẽ priora, q̃ simpl'r sunt eẽ nõ erũt priora. Sed cõtra adhuc, Nã si demr̃o est cognitio p cãm, tũc aliqua essent horũ cã, q̃ pinde prior his heret̃.

*Replicatio. Solutio.*

Rñdet, non oẽm demr̃onẽ p cãm effici, qa subaudi nõ demõstratio qa, per quã cognoscunt̃ hæc an sint, nec demr̃o posteriorũ passionũ, q̃ hr̃ per passiones priores. nec demr̃o ppter qd, quæ fit p mediũ, qđ est descriptio passionis, uel illius definitio. Verũ de his in lib. poster. 2. satis disputauimus. Ad ppositũ prima principia primasq; cãs scimus esse p demr̃onẽ qa, quę nõ est p cãm, Scimus ẽt de eis posteriora attributa, q̃ sunt ueluti passiones, p priora. nã iter attributa eorũ est aliqs ordo. Scimus.n. deũ & oẽm substãtiã separatã esse uolitiuũ, p hoc, qa oẽs sunt intellectiuæ. & alia eodẽ mõ. Insup scimus primas attributiones, q̃ sunt quasi earũ passiões, p descriptionem earũ, ut esse intellectuales, qa sunt separatæ a materia. Nam intellectuale est ens separatũ a materia, descriptio aũt passionis est propter quid eius, quia per eam de subiecto demonstratur propter quid. Hactenus de his.

**Est insup doctrinalis, quę cãrũ est speculatrix magis. Hi nãq; docẽt, qui cãs circa singula dicũt.**

*Conclusio. Maior syllogismi.*

Declarat quartã existimationem inesse metaphysicę, erat enim quarta, q q esset doctrinalis p cãs cõsiderãs, eẽt sapiẽs, nũc demõstrat hãc existimationẽ inesse metaphysicæ, & dicit { est insup } .s. metaphysica { doctrinalis } & subaudi illa { q̃ causarũ est speculatrix magis } & hoc exponit Alexãder trifariã, Prĩo q metaphysica appellata sapĩa sit causarũ speculatrix magis. i. magis reddẽs cãs eorũ, quæ docet. Scd'o q sit cãrũ speculatrix magis, nõ in reddẽdis causis eorũ, quæ cõsiderat, sed in cõtẽplandis causis, p quas sciũt, q sciũt. Tertio q sit speculatrix cãrũ magis & in cõtẽplandis causis, per quas sciæ gñant̃, & in aptitudine ad reddendũ cãs eorũ, quę cõsiderat. Nã scĩa, q̃ cãs considerat magis, magis est apta docere, atq; p cãs pcedere. Nec ualet argumẽtũ cõsiderat cãs, ergo p cãs docet, nã logica cõsiderat cãs, quæ tñ ea, quæ cõsiderat, nõ per cãs docet. Insup nec ualet, docet q̃ cõsiderat p cãs, ergo cõsiderat cãs. nã mathematicus docet p cãs, et tñ nõ psiderat cãs. At metaphysic⁹ cõtẽplat̃ cãs magis, q̃ cęteri artifices, & ẽ aptus magis ea, q̃ psiderat, p cãs docere. ppea dicit { est insup } metaphysica subaudi magis doctrinalis q̃ cæteræ { q̃ cãꝝ est speculatrix magis } q̃ cæteræ. nã cõsiderat oĩa genera cãrũ, & in unoquoq; gñe primas cãs. Probat hoc, & syll's sic resoluit̃ ad artẽ, Quicũq; singula gña cãrũ cõsiderãt & in eis primas cãs, primaq; principia, hi docent. i. sunt apti magis docere ea, q̃ cõsiderãt p illas cãs. Hãc maiorẽ affert, & dicit { hi nãq; q cãs circa singula dicũt. i. q cõtemplant̃ circa singula cãs. i. oĩa gña cãrum rerũ, & in unoquoq; primas cãs cõsiderãt { hi docẽt } .i. sunt apti docere magis p illas cãs ea, quæ cõsiderãt. Subaudiẽda est minor, Sed metaphysica cõsiderat oĩa gña causarũ, & in unoquoq; gñe primas cãs. igit̃ methaphysica est apta magis docere. Hæc est tertia Alexandri expõ, q̃ satis bene põt uerbis accõmodari.

*Expositiones Alexandri tres. Solutio dubitationis. Resolutio ad artem.*

**Et cognoscere & scire sui gr̃a maxime inest scientiæ, quæ est de maxime scibili. nã qui scire pp se desiderat, ipsã maxime sciẽtiã maxime desiderat, Talis aũt est, quę est de maxime scibili. Maxime aũt scibilia prĩa sunt, & causę. nã pp hęc, & ex his alia cognoscunt̃. Sed non hæc p subiecta.**

*Maior. Minor. Maior. Expositio terminorũ.*

Quintã existimationẽ nũc attribuit ipsi metaphysicæ, & syllogizat sic, sciæ quæ est de maxime scibili, maxime inest cognoscere et scire sui gr̃a, Metaphysica est scĩa, q̃ est de maxime scibili. igit̃ metaphysicæ inest maxime ipm̃ cognoscere & scire sui gr̃a. De hoc syll'o assignat maiorẽ, & dicit { & sciæ, q̃ est de maxime scibili maxĩe inest } ipm̃ { cognoscere, & scire sui gr̃a } Sed vr̃ q cęteræ, ppõnes, quę ponunt̃ in textu frustra ponant̃, qa nec ad syll'm, nec ad psyllogizãdũ. Vt patet sciẽti artẽ analyticã. Dicẽdũ q q̃dã eorũ ponunt̃ pro solutione tacitæ, quæstionis, quædã autem pro expõne

*Dubitatio. Solutio.*

terminorũ.Pro solutione quidẽ tacitæ q̃onis,quia cõclusum est per syllogismum proximũ metaphysicæ inesse ipsum scire ꝓpter se,posset obiter circa illius syllogismi maiorẽ quæri utrum qui desiderat scire propter se, desiderat scientiam, quæ est de maxime scibili ut.s.valeat hæc ɔ̃ña,desiderat scire propter se,ergo scientiam,quæ est de maxime scibili.nam cum sit dictũ in maiore propositione syllogismi,sciẽtiæ,quæ est de maxime scibili,inesse ipsum scire sui gratia,quæri posset,utrum qui desiderat ipsum scire sui gratia,desideret scientiam,quæ est de maxime scibili. Istud.n.licet uideatur extra propositum,tñ est utile saltẽ obiter.Rñdet ꝙ sic, & syllogizat sic, Maxime sciẽtia est de maxime scibili,qui scire ꝓpter se desiderat,ipsam maxime sciẽtiã,maxime desiderat. Igitur qui scire ꝓpter se desiderat,scientiã desiderat:quæ est de maxime scibili. De rõne primo assignat minorem,& dicit, Nã qui scire propter se desiderat,ipsam maxime scientiã maxime desiderat. Hæc est minor. deinde assignat maiorem, & dicit { Talis aũt } idest sed maxime scientia { est quæ est de maxime scibili. } subaudi conclusionẽ.igitur qui propter se scire desiderat,scientiã desiderat,quæ est de maxime scibili. Et sic circa maiorẽ ꝑ hæc soluere videtur q̃onẽ, quæ obiter occurrit. Pro expositione uero terminorũ, exponit quid sit maxime scibile,& dicit { maxime aũt scibilia prima sunt, & causæ } & põt intelligi per prima & cãs,vniuersales sententias,& omnibus scientijs cões,de quibus agit̃ in metaphysica,& põt intelligi prima principia & cãs primas & vniuersales in causando,& hæc expositio est Alexandri. Deinde Aristoteles assignat cãm,& dicit, nam { ꝓpter hæc } .s.prima principia,& uniuersales cãs { & ex his, alia cognoscũtur } saltẽ cognitione propter q̃d in uniuersali { sed non hæc per subiecta } .i.sed non illa prima per posteriora. Sed dices, non uidet̃ uerum alia omnia cognosci per illa prima in causando,q̃m illa sunt postremo nobis cognita,similiter ꝙ triãgulus habeat tres, non cognoscit̃ per illa nec aliqua alia conclusio uel in mathematicis uel naturalibus. Dicendũ per illa prima cognosci omnia,quæ rebus attribuunt̃ cognitiõe propter q̃d,sed in uniuersali,q̃m sicuti sunt omnium causę in uniuersali,sic faciunt oĩa attributa rebus cognosci cognitiõe propter q̃d in uniuersali. ipsa tñ per alia cognosci non pñt.s. cognitione ꝓpter quid,sed si cognoscunt̃ solum cognoscunt̃ cognitione quia. Ex his sequit̃ aliqua cognosci per aliqua,ꝑ quæ non pñt demonstrari.Nam oĩa accidentia mũdi cognoscunt̃ inesse suis subiectis ꝓpter primas cãs.Primaq; principia,per quæ non pñt demonstrari.Et rõ est,quia per illa cognoscuntur in uniuersali.

*Dubitatio optima.*

*Solutio.*

Principalissima etiã scientiarũ, & quæ magis princeps est ꝙ subseruiens,ea est,quæ cognoscit cuius cã sunt agẽda singula. Hoc aũt est bonum uniuscuiusq;,omnino uero id, quod est optimũ in uniuersa natura.

*Maior*

*Maior*

*Vniuersa πάσῃ. omni tota.*

Demum ostendit metaphysicæ inesse sextã existimationem .s.ꝙ sit princeps cæterarũ & syllogismus est, Scientia, quæ cognoscit causam cuius gratia agũtur singula,est cęterarum princeps.metaphysica est sciẽtia, quę cognoscit causam,cuius gratia singula aguntur.ergo est vt princeps cæterarum.De syllogismo assignat maiorẽ, & dicit { etiã ea } scilicet sciẽtiarum { quæ cognoscit } causam { cuius causa sunt agẽda singula, est principalissima sciẽtiarũ } { & ea, quæ magis princeps est,ꝙ subseruiens } Hęc est maior,minor vero subaudienda, minor prosyllogizatur sic, Bonum cuiusq;,quod est optimum in vniuersa natura,est cuius causa singula agũtur: metaphysica considerat bonum cuiusq;, quod est in vniuersa natura optimũ.igitur metaphysica considerat cuius causa.De prosyllogismo tangit maiorem,& dicit { hoc aũt } scilicet cuius causa { est bonũ vniuscuiusq;, omnino vero id quod omnino est id, quod est optimum in uniuersa natura } est ergo maior , Bonũ cuiusq;,q̃d omnino est id,quod est optimum in vniuersa natura { est hoc } scilicet cuius cã oĩa agunt̃,hęc fuit maior ꝓsyllogismi,est ãt hoc Deus,qui singulorũ, & totius naturæ finis est.Nã cuncta, quæ aguntur, tandem sunt dei gratia, vt eo participent aliqua magis, & aliqua minus, vt Alexander monstrat.

Ex omnibus igitur,quæ dicta sunt, in eãdem cadit scientiam quæsitum nomen. oportet enim hãc primorum principiorum, & causarum esse contemplatricem. etenim & ipsum bonum et cuius gratia una causarum est.

Nunc ex ijs,quæ dixit,colligit conclusionem syllogismi. Erat enim syllogismus, Quæ oĩa nouit, & difficilia, & certius,& propter causam,& sciendi gratia, & est inter omnes scientias,vt princeps, sapientia est: metaphysica omnia nouit,& difficilia,& certius,& propter causam,& sciendi gratia,& est inter scientias vt princeps. Ex his cõcludit conclusionem huius syllogismi, & dicit { ex omnibus igitur } ijs, scilicet sex existimationibus { quæ dicta sunt } & probata sunt inesse metahpysicæ,patet subaudi quoniam { nomen quæsitum } de metaphysica, de qua quæsitum est, vtrum esset sapientia { in eandem cadit scientiam } in quam cadit nomen sapientiæ. quasi dicat,patet metaphysicam esse sapientiam. & hæc conclusio syllogismi est,cuius primo accepit maiorem,cum probauit sciẽtiam,cui cõpetunt sex existimationes,esse sapientiam.deinde accepit minorem, cũ probauit metaphysicæ cõpetere illas sex existimationes. nunc vero attulit conclusionem, & repetit syllogismi minorem, non quidem repetendo omnes existimationes competere metaphysicæ sed solum vnam, per quam principaliter sciẽtia appellatur sapientia, & dicit { oportet enim hanc } scilicet metaphysicam { primorum principiorum & } primarum { causarum esse contẽplatricem } cuius rationẽ affert, ut Alexander exponit,et dicit { etenim & bonũ & cuius gratia vna } atq; eadẽ { causarũ est } modo bonũ est primum principiũ,atq; prima causa,& consideratur a metaphysica, quia ab ea consideratur cuius gratia.igitur metaphysica est sapiẽtia. Vel aliter possunt exponi verba hæc { etenim & bonum } & reliqua vt velit per hæc obijcere veteribus, quia finẽ sustulerunt e numero causarũ.propterea quia finis est vltimũ,cõtra hos dicit { etenim & bonũ et cuius gratia est vna } de numero { causarũ } . Vel tertio possunt exponi contra Platonem,qui dicebat bonũ ipsum nõ esse cuius gratia,sed ideam,siue formã. cõtra quem dicit { etenim & bonum,& cuius gratia est vna causarũ } idest coincidũt in idem genus causæ. Quo vero ad verba attinet,in codice Alexãdri legebatur,summũ bonũ,& cuius gratia: & ita clarius legitur.Nam bonũ potest esse summũ,& non summũ,& cum fuerit summum,erit prima causa,uel legebatur ipsum bonum,& idem est cum nostro textu.

*Prima expositio.*

*2.expositio.*

*Tertia expositio.*

*Verborum cõsideratio.*

Quod autem non effectrix, palam ex primis philosophãtibus. Nam propter admirari homines & nunc & primo ceperunt philosophari,a principio quidem ex dubitabilibus facilia admirantes, deinde paulatim sic procedentes, & de maioribus dubitauerunt,ut & de lunæ passionibus, & de ijs,quæ circa solem, & stellas,& de vniuersi gñatione.Qui uero dubitat & admiratur,ignorare videt̃,quapp & fabularũ amator Philosophus quodãmodo est. fabula nanq; ex mirabilibus constat. Quare si ad ignorantiam fugiendam philosophati sunt, palam,quoniam propter scire studium secuti sunt, & non causa alicuius usus.

*Effectrix ποιητική actiua.*

*Facilia πρόχειρα pauciora.*

*Stellas ἄστρα Astra.*

*Fabularum amator φιλόμυθος Philomythus poeta.*

Cum



Cum declarasset metaphysicam esse sapientiam ,nunc vult demonstrare metaphysicam non esse actiuam, nec effectiuam. & hoc ꝓponit, & dicit { ꝙ autem non effectrix } .i. ꝙ autẽ nec actiua,nec effectiua sit metaphysica, { palam ex primis philosophantibus } in quibus uerbis tangit conclusionem, & vim argumenti, per quod patebit conclusio. Sed dices hoc demõstrare uidetur superfluũ, quoniam si probatum est metaphysicam esse sapientiam, erit aptum metaphysicam nõ esse effectiuã, neq; actiuam, q̃m sapientia nec actiua est,nec effectiua. Fortasse Aristoteles probat huiusmodi conclusionem non ad doctrinæ necessitatem, sed ad doctrinæ amplificationẽ.aut fortasse hoc fecit, quia prudentes etiam apud plures dicuntur sapientes, qui & actiui sunt. Ad remouẽdum omnem scrupulum probat nunc metaphysicam non esse actiuam,nec factiuam.& primo probat huiusmodi cõclusionem per rationem,quam Expositor sic resoluit ad artem prioristicam, Nulla scientia ( in qua est ipsum scire propter se ) est actiua aut factiua, in metaphysica ( quæ philosophia dicitur ) est ipsum scire propter se, igitur metaphysica,quæ philosophia dicitur,nec actiua est,nec factiua.Minor prosyllogizatur, in quacunq; facultate artifex fugit ignorantiã sicuti finem, est ipsum scire ꝓpter se, in metaphysica,quę philosophia dicit̃,artifex fugit ignorantiã sicuti finẽ.igitur in metaphysica,quę philosophia dr̃, est ipm̃ scire propter se,minorẽ adhuc ꝓbat ex mõ,quo philosophi, & metaphysici pro tempore præterito, & nunc philosophati sunt. Circa hanc rationem primo probat minorem prosyllogismi ex ipso philosophandi modo,postea exponit qualis sit admirans,ibi { qui uero dubitat } deinde ibi { quapropter & } infert vnũ quasi corollarium deinde ibi { quare si ad ignorantiam } resumit vim totius rationis, de prima parte narrat modum, quo prius & nunc homines ceperunt philosophari,& causam, propter quã philosophati sunt.& primo narrat causam & dicit { nam propter admirari homines & nunc , & primo ceperũt philosophari } idest ceperunt inquirere causas effectuũ , quos admirabantur.Philosophari enim nihil aliud est quàm causam inquirere rei,quæ est in nostra admiratione.& per { admirari } vt Alexander inquit, intelligit non intelligere,& cupere intelligere, & dixit { & nunc , & primo } quia tam ad præsens tempus, quàm ad initium semper emergit aliquis effectus, cuius causa ignoratur.deinde addit differentiam inter ipsum admirari, quod fuit ab initio, & ipsum admirari, quod est procedente tempore, & demonstrat modũ,quo philosophati sunt,et dicit { a principio q̃dẽ admirãtes } ea { ex dubitabilibus,quæ facilia sunt } & obuia,propterea quia videbãtur,ut Alexander inquit,præter rationem fieri. verbi causa, cur electrũ paleas ad se trahat: Cur magnes ferrũ, aut quid sit arcus cœlestis, aut omnino quibus ex rebus nubes cõcrescat, vnde tonitrua edantur,et quomodo fiant fulgurationes & alia huius generis facilia ab initio addubitata sunt.deinde exponit ipsum admirari,quod procedente tempore emersit, & dicit { deinde } ex cognitione eorum , quæ facilia sunt, atq; manifesta { sic paulatim procedentes } ad inquisitionẽ occultorum { & de maioribus } ac difficilioribus { dubitarunt } & assignat exempla in mathematicis volẽs per hæc exempla idem & eundem modum esse philosophandi in rebus metaphysicis. & dicit { vt & de Lunæ passionibus, & de ijs,scilicet passionibus { q̃ sunt circa solẽ,& stellas } & intelligit per lunæ passiones (vt Alexander inquit)ipsius defectus,& accretiones atque decrementa,& per passiones quę sunt circa solẽ, ĩtelligit solis defectus et ortus,et occasus & motus,& magnitudinem.& per passiones quę sunt circa stellas intelligit,numerum,magnitudinem,motus,atq; ordinem.Dubitauerũt { & de vniuersi generatione } nam alij mundum non esse genitum dicebant, Alij uero genitum,uerum Democritus a casu factũ eẽ asserit, Anaxagoras vero a mẽte,Empedocles ab odio,vel amore.¶Per hunc etiã modum metaphysici sunt philosophati.nam videntes solem & stellas moueri ab ortu in occasum redeũdo in occasum, & semper in ortum, ceperunt inquirere causam,& sic inuenerunt deũ , atq; substantias diuinas. deinde exponit qualis sit admirans, & dicit { qui vero dubitat } scilicet de causa, { & admiratur } effectum { ignorare uidetur } sed subaudi cupiens scire. Postea ex dictis excerpsit corollarium,et dicit { quapropter & fabularum amator philosophus quodammodo est } id est quodammodo poeta , cuius rationem assignat { nam & fabula } de qua agit poeta { est ex mirabilibus } & indagatio de qua est philosophus, est ex mirabilibus.ergo philosophus,& poeta cõueniunt quãtum ad esse ex admirabilibus, & ita videntur coincidere aliquo modo in idem,licet sit magna differentia, vt patet. Nam philosophus versatur circa mirabilia ad inquirendam veritatem,poeta vero circa fabulosa,quæ continent ueritatem,ad delectandum. dixit autem hæc quoniam qui primo philosophati sunt per modum fabulosum philosopati sunt , veritatemq; tradiderunt in fabulis, vt Linus, & Musęus, qui volẽtes indicare terram esse rerum principium,dixerunt Dæmogorgonem esse omnium principiũ. volentes vero indicare ignem vel aerem esse omnium rerum principium,dixerunt Iouem omnium patrem. sic quoq; & alij aliter. demum recolligit conclusionem,& vim rationis,& dicit { quare si ad ignorantiam fugiendam } homines nunc, & ab initio { philosophati sunt,palam,quoniam propter scire studium secuti sunt,& nõ causa alicuius usus } & vtilitatis gratia. ergo metaphysica nec est actiua , nec effectiua , sed omnino contemplatiua.

*Dubitatio.*

*Solutio.*

*Resolutio syllogismi.*

*Ordo in textu.*

*Quid sit philosophari.*

*Quid admirari.*

*Nũc et primo cur.*

*Differentia admirationum.*

*Quæ Lunæ passiones.*

*Quæ Solis passiones.*

*Quæ stellarum passiones.*

*Quorsum hæc.*

Testatur autem & hoc id, quod accidit. nam fere cunctis existentibus, quæ sunt necessariorum, & ad facilitatem & ad uoluptatem huiusmodi prudẽtia quæri cepit. Perspicuum igitur, quoniam propter nullam aliam necessitatem ipsam quærimus.

*ῥᾳστώνη facilitatẽ pigritiã otiũ requiem.*

Expositores latini Aristotelem nũc illud idem probare a signo asserũt, Alexãder , cui assentio, illud idem probare ex historia, quæ accidit circa inuẽtores,autumat,unde Aristoteles dicit { testatur autem & hoc } scilicet metaphysicam non esse actiuam , nec factiuam { id quod accidit } scilicet circa inuẽtores, vt per historiam habẽtur { nam } ( vt inq̃t) { ferẽ cunctis existẽtibus,quæ sunt } de numero { necessariorum } ad uitam { & } etiam { ad facilitatẽ } scilicet uitæ,& { etiã ad voluptatem } vt musica & gymnastica,quæ non quæruntur propter se { huiusmodi prudentia } quæ (vt Alexander inquit ) metaphysica cõtemplatio est { quæri cepit } propterea concludit { perspicuũ igitur, quoniam propter nullam aliã necessitatẽ ipsam quærimus } sed solum propter se ipsam. Sed occurres huic, quoniam tunc naturalis philosophia non esset contemplatiua,quoniam quæritur ut Auerroes dicit propter aliud, utputa propter metaphysicam cõtemplationem,quæ aliud q̃uippiam est a naturali philosophia. Dicendum aliquid quæri propter aliud bifariã esse, aut propter aliud,quod est alterius generis ab actibus intellectiuis,& sic illa facultas , quæ quæritur propter aliud hoc pacto, non erit contemplatiua. aut propter aliud,quod est etiam pertinens ad actum intellectus,& sic quæritur philosophia naturalis propter metaphysicam. non enim metaphysica est actus alterius potentię ab intellectu. Immo & naturalis philosophia, & prima philosophia utraq; est actus pertinẽs ad intellectum. recte igitur ex his,quæ Aristoteles dixit,deduci potest omnem facultatem,quæ non est pro necessarijs ad uitam,nec propter uoluptatem comparandam,esse cõtemplatiuã,nam ( ut Alexander inquit)omnes effectrices artes aliquid huiusmodi quærunt. Quærũt enim efficiuntq; aliqua uel necessarijs,ut me-

*Prima expositio. Secunda.*

*Quæstio.*

*Solutio.*

*deductio ex solutione.*

chanicæ, vel ex vtilibus, vt sermocinales, vel ex ijs, quæ faciunt ad vitæ facilitatem atq; delectationem: vt comicæ, & tragicæ, & histrionicæ artes. Sed adhuc occurres, quoniam ex his sermocinales essent cõtemplariæ, quoniam non ordinantur ad actũ alterius potentiæ ab intellectu. & tamẽ per verba Alexandri, sermocinales non sunt contemplarię, quoniam sunt propter introductionem. Dicendũ sermocinales esse contemplarias, quia (vt dictum est) non ordinantur ad alium actum, quàm ad ipsam contemplationem. & ipsæ etiam sunt actus intellectus: Quòd si Alexander & alij ponant sermocinales inter effectrices, loquunt secũdum cõmunem opinionem, vt etiam nos superius locuti sumus, re tamen vera contemplariæ sunt. sed de his in dilucidario. Aut dici potest sermocinales esse practicas, quoniã parant etiam ad actus volũtatis tam elicitos, quàm imperatos. & fortasse sic de eis Alexander & Aristoteles locuti sunt.

*Optima dubitatio.* *Solutio.*

**Sed ut dicimus homo liber est, qui sui ipsius gratia est, & non alterius, sic hæc sola scientiarum libera est. sola nanquam hæc suimet causa est.**

Nunc tertio Aristoteles vult probare metaphysicã esse liberam, & sequitur hoc ex proxime dictis, est enim dictum atq; probatum metaphysicã esse sui gratia. Ex hoc syllogizabimus, Omnis scientia, quæ sui gratia est, & non alterius, est libera. metaphysica sui gratia est, & non alterius, igitur est libera. Maiorem probat per simile, & dicit { Sed, ut dicimus, homo liber est, qui suiipsius gratia est, & nõ alterius. sic hæc sola sciẽtiarum libera est } cuius rationem assignat, & dicit { sola nanq; hæc suimet causa est } ergo sola est libera. Quo vero ad verba attinet, est homo liber, & est homo seruus, homo liber est, qui non alterius causa est, sed suiipsius, vt puta sibi acquirens, & sibi operans. homo vero seruus, vt primo politicorum habetur, est, qui cũ homo sit, alterius est, qualis qui ob ingenij ruditatem nõ ad rerum cognitionem, sed ad seruiendum est aptus. hic propter dominum operatur, & quicquid acquirit, domino acquirit. Sed occurres, quia non videtur verum, hãc solam scientiam liberam esse, nam cæteræ speculatiuæ omnes liberæ sunt, omnesq; suiipsarum gratia. Dicendum, quicquid uelint alij, duplex dici liberum, aut a subiectione, & sic omnes speculatiuæ sunt liberæ, omnes quoq; sui gratia, aut ab ordine in superiorem finem, & sic hæc sola est libera, quoniam hæc sola est sui gratia, cæteræ uero licet sint liberæ a subiectione, nõ tamen sunt liberæ ab ordine, qui est ad superiorem finem, & hoc pacto intelligit Aristoteles illas duas exclusiuas, quarum prima est, hæc sola scientiarum est libera: Et secunda, sola hæc suimet causa est. quoniam hæc sola est sibi finis, & ad nullum superiorem finem ordinatur.

*Syllogismus.* *Cõsideratio uerborũ.* *Quis homo liber.* *Quis homo seruus.* *Quæstio.* *Solutio.*

**Quapropter & iuste ipsius possessio non humana putatur, multipliciter enim hominum natura serua est.**

Nunc quarto Aristoteles uult probare metaphysicã non esse humanam possessionem, & proponit cõclusionem, & dicit { quapropter } scilicet qa est libera sola, & sola sui gratia { & iuste ipsius possessio non humana putatur } ut dixit Socrates, qui dixit hominem non oportere sapere immortalia, cum sit ipse mortalis. Aristoteles igitur non solum ex dictis hoc approbat, sed nouam rationem affert, quæ sic ad artem resoluitur. Nulla scientia simpliciter libera, est possessio eius, qui est multifariã seruus, Metaphysica est scientia simpliciter libera, igitur metaphysica nõ est possessio eius, qui est multipliciter seruus. Tunc subaccipio. Omnis homo est multipliciter seruus. metaphysica nõ est possessio eius, qui est multifariam seruus. igitur in secunda figura, metaphysica nõ est hominis possessio. Vel sic, nulla sciẽtia simpliciter libera est possessio hominis multifariam serui. Metaphysica est scientia simpliciter libera. igitur non est possessio hominis multifariam serui. De ratione hac tangit minorẽ subaccepti syllogismi, & dicit { multipliciter enim hominũ natura serua est } Sed Aristoteles non uidetur sibi constãs, quoniam. 10. Ethicorum reprehendit Socratẽ, qui dicebat hominem non debere plus sapere q̃ mortalia, cum sit ipse mortalis, nunc uero dicit metaphysicam non esse humanam possessionem, & sic videtur uelle eam non attinere ad hominem. Dicendum Aristotelem. 1. rhetoricorum dixisse, illud haberi, ut possessionem, quo homo non potest libere uti. modo metaphysica non omnis homo potest libere uti, quoniam oportet, ut prius acquiratur, Ad eius autem acquisitionem homo non facile transit, cum plerũq; impediat propter carentiam bonorum, quæ sunt necessaria ad uitã. Cum his tamen stat metaphysicã attinere ad hominem, quoniã, vt Aristoteles inquit, non oportet ut quidam præcipiũt, qui homo sit, hunc humana sapere, et mortalia, qui mortalis, sed aliquid supra quærere. Quare laudat Socratem inquãtum dicebat primam philosophiam non esse humanã possessionem, Eum uero uituperat, inquantum uoluit nullo pacto primam philosophiã attinere ad hominem. nam homo debet semper aliquid supra quærere. Quare hæc stant, prima philosophia non est humana possessio, & prima philosophia attinet ad hominem. prima patet, quia homo uti nõ potest ea, quandocunq; uoluerit, Secunda etiam quia est illius finis, & perfectio.

*Syllogismus subacceptio* *Quæstio.* *Solutio.*

**Quare secundum Simonidem Deus utiq; solus hunc habet honorem. hominem uero non dignum non quærere scientiam quæ est secundum ipsum.**

Remouet hic Aristoteles errorẽ Simonidis, & primo concludit illum per carmen eius, & dicit { quare secundum Simonidem deus vtiq; solus hunc habet honorem } idest solus habet hanc scientiam honorabilem, quæ metaphysica dicitur, & non homo { hominem uero non dignum non quærere } subaudi dicens { scientiã, quę est secundum ipsum } idest scientiam quæ est secundum ipsum hominẽ, ut scientiam humanam, quæ docet agere, & inuenire necessaria vitæ. & sic vult vt diuina scientia propter suam excellẽtiam conueniat Deo, & non homini. Humana uero, quæ docet agere, uel inuenire ea, quæ sunt uitæ necessaria, cõueniat hominibus. Quo uero ad uerba attinet, græcus codex habet particulam, non, dicit enim { non dignum nõ quęrere } & sic lectio clara est, uerba autem illa { hominem uero non dignum } & reliqua possunt referri ad Aristotelem.

*Cõsideratio uerborum.*

**Sed si aliquid poetæ dicũt, & diuinum aptum est inuidere & in hoc maxime probabile est contingere, & infortunatos omnium esse eos, qui superflui.**

*Probabile. εἰκός. uerisimile. Infortunatos δυστυχεῖς. Indignos inuidia. Eos qui superflui τοὺς περιττοὺς imperfectos Eos qui excellunt.*

Cum narrasset errorem Simonidis, nunc adiũgit ea, quæ sequuntur ad id, quod poetæ dixerunt. & dicit { Sed si aliquid } subaudi ueri { poetæ dicunt, & diuinum aptum est inuidere } idest, in Deo cadat inuidẽtia, sequũtur ex his duo, quorum primũ affert, & dicit { & in hoc } idest & in re hac scilicet in sapientia { maxime probabile est contingere } idest maxime probabile erit, ut inuideat Deus, nam inuidia est de bonis, & excelsis, & cum sapientes cunctis excellant, maxime probabile erit Deum inuidere sapientibus. deinde affert secundũ, & dicit { & } subaudi maxime probabile erit { infortunatos omnium esse eos scilicet sapientes qui superflui } idest, qui excellunt (vt Alexander exposuit) in ipsa sapientia, quoniam propter sapientiam venirent in inuidiam Dei, & sic essent infelices.

Sed



**Sed nec diuinum inuidum esse conuenit, sed secundũ prouerbium, Multa mentiuntur poetę.**

Iis expositis, nunc reprobat opinionem Simonidis, ostendens filium esse id, in quo constituebatur eius error, & ita licet uera dixerint, tamen declarat non esse per ueram rationẽ probata, & dicit { sed nec diuinum inuidum esse conuenit } Nam inuidentia, ut testatur diuinus Plato, procul est a choro diuino. Propterea addit Aristoteles { sed secundum prouerbium, Multa mentiuntur poetę } ex quarum rerum numero (ut Alexander inquit) hęc est una. Expositor Thomas hic probat in Deo nõ cadere inuidentiam ex definitione inuidię, quę datur ab Arist. 2. Rhetoricorũ. Est. n. inuidia dolor de prosperitate alterius, propter existimationem, qua inuidus putat ut ex illa proprij boni diminutio accidat. Tunc argumentatur, In Deo non cadit dolor, nec tristitia, cum nulli malo subijci possit, igitur nec inuidia. Insuper propter bonum cuiuscunq; alterius diuinum bonum minui non potest, quia ex ipsius bonitate tanquam ex indeficienti fonte omnia bona scaturiunt. Quare in Deo inuidentia cadere non potest. Sed occurres in Deo cadit ira, ergo omnes affectus. non. n. uidetur magis ratio de uno, q̃ de cæteris, quare & inuidia. Dicendum primo, Nullum affectum inesse Deo per easdẽ causas, per quas insunt hominibus. hominibus. n. insunt affectus propter motum sanguinis & spirituum, & propter motũ appetitus sensitiui, propter has causas Deo nullus affectus inesse potest. Dicendum secundo affectus quosdam esse, qui secundum omnem rationẽ sunt mali, ut inuidia, odium, desperatio, & alij huius generis, & hi nullo pacto possunt Deo inesse, nec attribui. Alios uero esse, qui comparati rectę rationi, possunt habere rationem boni, Vt amor, ira, gaudium, misericordia, & id genus, & hi possunt attribui Deo. Ira. n. ut proficiscitur a ratione, est bona, & amor etiam, & sub hoc modo possunt attribui Deo, non autem ut affectus qui sunt motus appetitus sensitiui. Tunc diluta est quæstio. Non. n. est simile de uno, & de cæteris. quoniam aliqui sunt, qui omni ex parte sunt mali, aliqui autẽ uno modo mali, alio modo laudabiles.

*Quæ Tho.* *Qõ utrum affectus insint Deo.* *Solutio.*

**Neque tali aliam honorabiliorem existimare oportet, nam quæ diuinissima est, honorabilissima est. hæc autem sola dupliciter talis est. ea namq; maxime scientiarum diuina est, quam utiq; Deus habet, & quæ diuinorum est, siqua est. Sola autem ista hæc utraq; sortita est. Nam & Deus omnibus, principiumve quoddam esse uidetur, & huiusmodi aut solus, aut maxime Deus habet. hac igitur omnes necessariæ sunt magis, dignior uero nulla.**

*Diuina θεῖα Dea.*

Nunc quinto probat Metaphysicam esse cunctarum honorabilissimam, & primo proponit conclusionem, & dicit { neq; tali } .s. Metaphysica { aliam honorabiliorem existimare oportet } est igitur conclusio: Metaphysica est omniũ honorabilissima: deinde probat hanc conclusionem, & resoluitur textus ad artem prioristicam hoc pacto. Omnis scientia, quę diuinissima est, honorabilissima est metaphysica est scientia diuinissima, igitur metaphysica est honorabilissima, de ratione primo ponit maiorem, & dicit { nam } subaudi scientia { quæ diuinissima est, honorabilissima est } deinde assignat minorem miscendo illius probationẽ, & dicit { hæc autem } .s. metaphysica { sola dupliciter est talis } .s. diuinissima. Vbi uoluit habere hanc minorem. s. q; metaphysica sit diuinissima, & miscuit probationem, quæ sic cõponitur. Scientia dupliciter diuina est diuinissima, metaphysica est dupliciter diuina. Igitur diuinissima. Q' sit dupliciter diuina, probat, & componitur syllogismus sic { ea namq; maxime scientiarum diuina est, quam utiq; Deus habet, & quæ diuinorum est, si qua } scientia { est } quæ subaudi diuinorum est. i. Ea namq; sciẽtia dupliciter diuina est, quam Deus utiq; habet, & quæ est de rebus diuinis, hæc est maior. Deinde ponit minorem, & dicit { sola autem ista } .s. metaphysica { hæc utraq; sortita est } .i. sed metaphysica est scientia, quam solam Deus habet, & quæ sola est de rebus diuinis, & hanc exponit, & dicit { nam & Deus omnibus causa, & principium quoddam esse uidetur } de quo est metaphysica, & sic habetur secunda pars. s. q; metaphysica sola sit de rebus diuinis } & huiusmodi } metaphysicam { aut solus, aut maxime Deus habet } tunc infert principalem conclusionem, & dicit { hac igitur omnes necessariæ sunt magis, dignior uero nulla. } Quo uero ad uerba attinet, dixit { aut solus } qa solus Deus secundum perfectã cõprehensionem metaphysicã habet, dixit uero { aut maxime } quoniam, ut Expositor inquit, Deus metaphysicam habet, ut possessionẽ, homines autem non, ut possessionẽ, sed ut quippiam ab ipso Deo mutuo concessum. Vel aliter, Deus metaphysicam habet maxime, quia habet metaphysicam intuitiuam, quoniam per sui essentiam se ipsum intelligit, & sic intelligit Deum cognitione, quæ est ipse Deus, saltem obiectiue, homines uero metaphysicam habent abstractiuam, quia Deum cognoscunt in rebus naturalibus, quæ sunt Dei effectus, & sic intelligunt Deum cognitione, quæ est ipsi Dei effectus, de quibus in Dilucidario. 2. metaphy. est autẽ tanto maior cognitio Dei, quã habet de se, cognitione hominum, quã habent de Deo, quanto cognitio intuitiua est honorabilior cognitione eiusdem abstractiua. Sed occurres, quia non uidetur Deum metaphysicam solam habere. nam tunc solum se ipsum intelligeret, & nihil aliud præter Deum, & sic non cognosceret res naturales, nec res mathematicas. De re hac diximus in Theologicis, Nunc uero dicamus Deum solum seipsum intelligere, ut obiectum, cætera uero non ut obiecta, nec primaria, nec secundaria, nec terminatiua, nec motiua, sed ut coadunata obiecto, una. n. est ratio intelligẽdi, qua Deus & se, & omnia alia intelligit. s. diuina essentia, siquidẽ, ut proprium obiectũ, alia autem non ut obiecta, sed, ut coadunata proprio obiecto. Vna quoq; est terminatio, qua Deus terminatiue se, & alia intelligit, siquidem ut obiectum, cætera ut coadunata obiecto. Si enim Deus intelligeret cętera pręter se, ut obiecta siue motiua, siue terminatiua, siue primaria, siue secundaria, Deus pro intellectiõe indigeret aliquo, uel aliquibus pręter se: Probatur, quoniam semper intelligens aliquid, ut obiectum, indiget illo obiecto uel ut termino, uel ut mouente, quoniam licet possit illud intelligere eadem intellectione, non tamen eadem terminatione. Igitur saltem secũdarie, ut terminante eo indigebit, ꝓpria uidelicet terminatione, q̃ est ad illud, quod absit dicere de Deo. Intelligit autem Deus seipsum tantũ ut obiectum. Cætera autem ut coadunata proprio obiecto ex plenitudine suæ intellectionis, quæ nec sunt obiecta primaria, nec secundaria, nec mouentia, nec terminantia. Nam est una intellectio, & una terminatio, qua Deus intelligit se ut obiectum, & alia ut coadunata obiecto. Ex hoc sequitur, nõ ualere hoc intelligitur, igitur est obiectum potentiæ intelligẽtis, uel hoc indiget ut obiecto. Sed bene sequitur ut sit obiectum, uel obiecto proprio coadunatum, quoniam una intellectione, & una terminatione intelligitur, & hoc satis est.

*Probatio.* *Alius syllus* *Maior* *Minor* *Prima expositio.* *Secunda expositio.* *Disputatione tertia.* *Dubitatio pulchra de diuina intellectione.* *Solutio.*

Sed dices tunc, Deus non intelligeret creaturas intuitiue, quoniam non intelligeret intellectione, & terminatione quæ sunt ad illas in se. Dicendum per interẽptionem cõsequentię. Quoniam licet Deus non intelligat creaturas intellectione & terminatione, quæ sunt ad illas seorsum ab essentia, tamen sunt ad illas ut coadunatas cum proprio obiecto diuini intellectus, & sic Deus eas intelligit intuitiue, sed ut coadunatas proprio obiecto, ueluti dixit etiã in conclusione { omnes alias scientias esse maxime necessarias, nullam tamen hac digniorem } causa autem quia omnes alię sunt propter aliquã utilitatem, cum omnes uel ordinentur ad acquisitionem ne-

*Alia cõsideratio.*

cessariorum, ut acquisitiuæ uel ad bene agendum, ut morales, aut ordinantur ad altiorem finem, ut naturalis, & mathematicæ, uel ad introductionem, ut sermocinales, hæc sola ad nullum altiorem finem ordinatur. Ideo nulla est hac honorabilior. *Quæ Alex.* Ex his colligit Alexander hanc scientiam merito esse appellandam Theologiam, quoniam sola est scientia de Deo.

Oportet tamen in ipsa nobis ordinem constituere aliquo modo in contrarium earum quæstionum, quæ a principio sunt. nam incipiunt quidem (ut dictum est) omnes ab ipso admirari, si ita se habent, quemadmodum admirabilium tautomata non dum speculantibus causam, aut circa solis conuersiones, aut diametri incōmensurabilitatem. Mirum enim esse uidetur omnibus, siquid non minimorum non mensuretur. oportet autem in contrarium, & ad dignius sequendum prouerbium proficere, quemadmodum & in his, cum didicerint. Nihil enim magis ita mirabitur uir geometricus, quam si fiat diameter commensurabilis. Quæ igitur natura sit quæsitæ scientiæ, dictum est, & quæ sit intentio, qua oportet quæstionem, totamq; doctrinam assequi.

*ταυτόματα per se ipsa casualia.*

*Intentio σκοπὸς signum propositum. Quæstionē ζήτησιν inquisitionē.*

Expositor asserit Aristotelem in præsenti textu assignare terminū, in quem ducit hæc scientia. Sed cur hoc faciat, re centiores asserunt Aristotelem hoc facere ad inducendū auditores ad amorem huius scientiæ uia utilitatis. Nam cum in duxisset auditores ad amorem huius scientiæ uia dignitatis, nunc pro complemento procemij inducit auditores ad amorem huius uia utilitatis. hoc autem adimpler Aristoteles declarando finem, ad quem hæc scientia ducit, asserens hanc scientiam ducere philosophantes ad contrarium eius, quod fuit ab initio. Nam in principio fuit admiratio effectuum, & ignoratio causæ, in fine huius scientiæ erit certitudo effectuū, & scientia causarū, quæ sunt contraria. Sed hæc expositio non bene dicit, quoniam Aristoteles, ut construendo uerba uidebitur, non demonstrat hanc scientiam ducere ad contrarium eius, quod ab initio, quo ad admirationem & ignorantiam, & quo ad scientiam, & certitudinem. Sed tantum quo ad admirationē. Quoniam, ut Alexander inquit, ante cognitionem homines admirabantur, si res possent sic se habere. Nacti uero causarum cognitionem admirabantur, si possent nō sic se habere. Propterea dicamus cum Alexandro, Aristotelem uelle ostendere terminum huius scientiæ, ut ipsi uolunt, uerum terminus, quem demonstrat, est admiratio, non quidem eorum, quæ philosophantes ab initio admirabātur, sed oppositorum. Nam (ut dictum est) ante cognitionem homines admirabantur, si res possent sic se habere, nacti uero cognitionem admirabantur, si possent nō sic se habere. Hæc igitur scientia ducit ad admirationem nō quidē eorum, quæ erant ab initio admirabilia, sed oppositorum. Cur uero hoc faciat, Alexander non exponit. Tamē dici potest hoc Aristotelem fecisse in fine procemii, *ut* ostenderet hanc scientiā hoc habere cōmune cum aliis scientijs. Nam omnis alia scientia ducit ad admirationē, nō quidem eorum, quæ ab initio admirabilia erant, sed oppositorum. Verum admiratio, ad quā ducit hæc scientia, tanto maior admiratione est, ad quā ducunt cæteræ scientiæ, quanto res diuing admirabiliores sunt rebus cæteris, dicit ¶ Oportet tamen in ipsa ordinem ¶ uiā atq; rationem ¶ constituere aliquo modo in contrarium earū quæstionū, quæ a principio sunt ¶ & hoc exponit, & dicit ¶ nam incipiunt quidem (ut dictum est) omnes ab ipso admirari ¶ quod admirari est ¶ si ita se habent ¶ & in finem admirātur, si non ita se habent. Et sic initium est ab admiratione, & finis est in admiratione, non quidem eorundem, sed oppositorū. Et affert exempla, & dicit ¶ quemadmodum tautomata ¶ sunt de numero ¶ admirabilium nondum speculantibus causam ¶ causa uero cognita sunt admirabilia, si non ita se habent, per tautomata uero nō intelligit casualia, ut Expositor putat, sed pegmata, ut Alexander exponit. Sunt autem pegmata, ut Aristoteles scribit in mechanicis quædam corpora arte confecta, quæ per se, ac sponte moueri uidentur, ut ille Archimedis machinæ, quas pro bello construebat. Ille.n. per se ac sponte moueri uidebantur. Multa uero huius generis fiunt ab artificibus pro delectandis populis: quæ uulgus ignorata causa putat esse miracula. Deinde affert secundum exemplum, & dicit ¶ aut ¶ ut ¶ circa solis conuersiones ¶ in quibus sol uidetur stare, propter quod & solstitia dicuntur, hæc ignota causa mirabilia uidentur, si ita se habent. cognita uero causa, uidentur mirabilia, si nō ita se habent. Deinde affert tertium exemplum, & dicit ¶ aut ¶ circa ¶ diametri incō mensurabilitatem ¶ Est.n. admirabile, si diameter quadrati non debet cōmensurari lateri. Cuius causam affert, & dicit ¶ mirum .n. esse uidetur omnibus ¶ dum ignorant causam ¶ siquid non minimorum ¶ .i. siquid eorum, quæ nō sunt indiuisibilia ¶ non mensuretur ¶ suo diuisibili. Quare cum diameter & latus sint diuisibilia, mirum uidebitur ijs omnibus, qui causam ignorant, si non debeant cōmensurari. Quo uero ad uerba attinet, Alexander legebat hæc uerba hoc pacto ¶ mirum.n. esse uidetur omnibus, siquid minimo nō mensuretur ¶ ubi exponens dicit Aristotelē hoc dixisse propter diametrum. Nam cum sit in lineis aliquid minimum, ut in numeris est unitas, mirabile uidetur non omnes lineas minimo mē surari, essecq; inter se non omnes cōmensurabiles: siquidē habent aliquā cōmunem mensuram. Sed (ut Alexāder inquit) id non est uerum. omnes.n. numeri mensurantur uno, lineæ uero nō omnes uno mensurantur. Q uia nulla est minima linea, ac proinde non omnes lineæ sunt cōmensurabiles, eæ nanq; magnitudines cōmensurabiles sunt, q̄ eadē mensura mensurantur. Deinde ostendit qūo terminetur hæc scientia in admirationem, non quidem eorundam, quorum erat admiratio ab initio, sed oppositorū, & dicit ¶ oportet autē ¶ in metaphysica ¶ in contrarium ¶ .i. in admirationē de contrarijs ¶ & ad dignius ¶ .i. & ad digniorem admirationem ¶ secundum prouerbium proficere ¶ ita dico in metaphysicis quæstionibus ¶ quemadmodum & in his ¶ .s. tautomatibus, solstitijs, & diametro ¶ cum ¶ philosophantes ¶ didicerint ¶ causam, Nā admiratio ab initio erat, si res possunt sic se habere, agnita causa, admiratio erat si res possunt non sic se habere. Cuius causam affert, & dicit ¶ nihil.n. ita admirabitur magis uir geometricus ¶ subaudi ab initio, cum admirabatur, si diameter nō possit lateri cōmensurari ¶ q̄ ¶ agnita causa, admirabitur ¶ si fiat ¶ uel fieri possit ¶ diameter cōmensurabilis ¶ lateri. Igitur metaphysica terminatur in admirationē. Demum epilogat, & dicit ¶ quæ igitur natura sit quæsitæ scientiæ ¶ .i. metaphysicæ, quam nunc quærimus, quoniam est libera, contemplatiua, honorabilissima, & id genus ¶ dictum est, & ¶ etiam dictum est ¶ quæ sit ¶ scopus. i. intentio, finis, ac principale propositum ¶ qua ¶ uidelicet intentione ¶ oportet quæstionem ¶ .i. metaphysicam inquisitionem ¶ totāq; doctrinam assequi ¶ ut perueniamus ad illum finem. Dictum est.n. finem esse cognitionem primi principij, quæ est prima omnium rerum causa. Sed uidetur q̄ metaphysica non sit sibi finis, ut hic, & superius est habitum. quoniam finis est fruitio Dei, at fruitio est actus uoluntatis. Igitur metaphysica non erit quæsita propter se, sed propter actum alterius potentiæ ab intellectu, quoniam propter fruitionem, quæ est actus uoluntatis. Pro solutione annotatione dignum Aristotelem uoluisse uoluptatē esse perfectionem operationis adeo operationi copulatam ut dubium sit utrum

*Secūda pars*

*Qō de beatitudine, et de scientia Dei.*

*Solutio.*



uerum sit operatio propter uoluptatem, an contra uoluptas propter operationem. Q ua ratione fit, ut uoluptas non sit actus alicuius uirtutis, sed perfectio actus, cuiuscunq; uirtutis cognitiuę eo mō (ut inquit) quo pulchritudo est actus floris iuuentæ. Tunc diceret Aristoteles metaphysicam non ordinari ad aliud actum, q̄ sit contemplatio Dei, quia licet cū illo sit cōnexa uoluptas ut perfectio, non tamen, ut actus diuersus a contemplatione. cum uero dicebatur metaphysicam ordinari ad fruitionē illius actus, licet hoc uerum sit catholice sentiendo, fortasse quatenus metaphysicus est amās, Aristoteles tamē loquitur de metaphysico, quatenus est cōtemplans, finem enim metaphysicæ Aristoteles posuit in sola contemplatione, cui annexa est summa voluptas, ut perfectio, & sic nihil deest pro perfectione. Nō enim uoluptas attinet ad uoluntatem, sed est de genere operationis, cuius est perfectio. Nō igitur ordinatur metaphysica ad fruitionē, ut in finem, non tamen est negandum quin fruitio, quæ est actus naturalis uoluptatis circa finem, consequatur necessario sinē metaphysici. Est enim fruitio nihil aliud, q̄ uelle pſi stere in huiusmodi contemplatione uoluptate summa perfecta. hoc autem non finis metaphysici est, nec aliquid finis, cū finis totus sine hoc actu sit perfectus, sed est consequens ad acquisitionem finis adeo ei connexus, ut alter sine altero haberi non possit, uerbi causa, qui intuetur pulchrum, finem habet, quia habet intuitum uoluptate perfectū. Velle autem permanere in intuitu pulchri summa uoluptate pfecto, non est finis uidentis, sed consequens finem. bene tamen dici potest finem uolētis esse summi boni fruitionem. Quoniam homo q̄cunq; vult velle debet, ut summo bono fruatur, quem admodum finis amātis est frui pulchro. Tamē multū refert dicere finem uidentis, & finem amantis, sic quoq; refert dicere finem eorum, qui Deū amāt, & sinē eorum qui Deum contemplantur. Nam finis amantium nō est aliud q̄ fruitio, finis uero intelligentium est contemplatio summi entis uoluptate summa perfecta, uerum frui summo bono non est finis intellectionis summi entis, nec contra, sed frui est consequens necessitate naturæ ad cōtemplationem. Sed dices, uerum homo contēplatur ut fruatur, uel fruitur, ut contempletur. Aristoteles relinquit quæstionem de voluptate indefinitam. 10. ethic. Tū dici potest hæc adeo esse connexa, ut unum habere sine altero sit impoſe, fit enim ex intellectione voluptifica summi entis, & ex fruitione illius unus actus unitate cōnexionis, qui est tota hominis beatitudo, quia tam ut est amans, q̄ ut est cognoscens. Sed dices, cum iste actus beatificus sit uoluntatis, et intellectus cuius est principaliter, Dicēdum eum esse utriusq; ex æquo. est enim ille actus operatio utriusq; æquè principaliter. Sed dices, ille actus nō potest esse uoluntatis nisi moueatur ab intellectu, igitur intellectus cōcurrit, ut causa mouēs. igitur principalius. Dicēdum quòd concurrit, ut causa sine qua non, tamen voluntas, ut natura quædam est principalis causa illius actus. sed adhuc dices, unius effectus non possunt esse duæ causę secundum eundem ordinem. Dicēdum hoc esse uerum de effectu vno vnitate simplicitatis. non autem de effectu vno vnitate connexionis, qualis est hominis beatitudo.

Quoniam autem manifestum est, q̄ earū causarū, quę a principio sunt, oporteat sumere scientiam (Tunc enim scire dicimus unumquodq; cum primam causam cognoscere putamus) causæ uero quadruplíciter dicuntur, quarum unam quidem causam dicimus esse substantiā, & quod quid erat esse. Reducitur enim ipsum quare primum ad rationem ultimam. Causa autē & principium ipsum quare primum.

Completo procemio, nunc accedit ad narrationē, ubi primo proponit numerum causarum pro ueritate, & uerba sui spensiue legātur usq; ibi ¶ quarum unam quidem ¶ & pponendo numerum causarum, partim ex dictis concludendo, partim etiam ex alia ratione adiuncta supplendo, dicit ¶ qm̄ autem manifestum est ¶ ex ijs, quæ diximus ¶ q̄ earum causarum, quæ a principio sunt, oporteat sumere scientiam ¶ & intelligit per causas, quæ a principio sunt (ut Alexander exponit) primas causas, hoc fuit dictum, supplēdo uero ex ijs, quæ dixit lib. poster. Et ex ijs, quæ dixit lib. physicorum, dicit ¶ tunc enim scire dicimus unumquodq;, cum primā causam cognoscere putamus ¶ & exponit Alexander, primam causam cognoscere earum uidelicet rerum, quæ habent causas priores, & posteriores, non enim omnium rerum scientiā habemus per causas, quoniam non scientiam primæ causæ & dico primam, quoniā qui, ut Alexander inquit, aliqua cognoscit non a primis causis, sed ab ijs quæ cohærentes sunt, siue proximæ aliquibus, quarum sunt aliæ priores causæ, is non cognoscit ipsas causas, quæ, proximæ sunt rei, de qua quæritur. Deinde coaccipit aliud ex naturalibus pertrium, & dicit ¶ causæ uero quadrupliciter dicuntur, hic terminat suspensio: & debet legi ¶ quarum ¶ quod græce est ὧν, pro harum, hoc pacto harum quatuor enumerataruṁ ¶ unam quidem dicimus esse substantiam ¶ & appellat substātiam, formam, ut exponit Alexander, nec immerito, cū res quæq; per formam sit id, quod est ¶ & quod quid erat esse ¶ & per quod quid erat esse definitionem, atq; rationem significat, quæ formam explicat, & dixit ¶ substantiā ¶ respiciendo ad metaphysicum, qui considerat formam, ut substantiam, dixit uero ¶ quod quid erat esse ¶ respiciendo ad logicum, qui considerat formam, ut significatur per definitionem. Et quoniam eiusdem rei definitæ plures sunt quandoque definitiones, plures quoq; causæ formales, ideo docet omnes causas formales reducere ad ultimā. Et dicit ¶ reducitur enim ipſm quare primum ¶ idest ipsa prima definitio ¶ ad ultimam rationem ¶ idest ad ultimam definitionem ¶ causa autem & principiū est ipsum quare primū ¶ idest, sed cā et principiū est ipsa prima definitio, igit causa, & principiū reducitur ad ultimam definitionem. Et intelligit per causam, & principiū causam formalem, & dixit ¶ ultimo ¶ quoniam reddita definitione, quæ significat causam formalem ultimam, nō ultra quærimus quare. f. quasi nacti iam finem cognitionem eius causæ, ut Alexāder exponit, de qua nobis erat quæstio. Percunctati enim quare ignis calefaciat, postquam edocti fumus, q̄ esse ipsius ignis sit esse calidum, & calefactiuum nō amplius quærimus, quare calefaciat. Iam enim habemus, quod quærebamus. Rursus si quis, quærat quare nix est uisus discretiua, etiam si responsum acceperit, quoniam est alba, non tamen desistet ab inquisitione quare. Requiret enim quare album discernit uisum. At qui accepto aliquo responso, quærit etiam num quare, profecto is nondum causam accepit: Postquam uero didicit, quoniam hoc est ipsius albi definitio atq; esse, est enim ratio & definitio albi discretiuum uisus, non ultra quærit causam, quare album disgregat uisum. Siquidem post huiusmodi definitionem nihil est necesse quærere quare res sic se habet. Vel fortasse dixit ¶ ad rationem ultimam ¶ quoniam ad quæstionem quare, nonnullæ etiam responsiones reddi possunt, quæ nondum rationem, & definitionē contineant. Quia uero causam formalem docere nequeunt, ille, qui quærit quare, a quærendo non desistet: donec causam formalem, quam continet definitio, assignauerit. Erit igitur syllogismus, Quare primum reducitur ad rationem ultimam: Causa autem & principium scilicet formale est ipsum quare primum: Igitur reducitur ad rationem ultimam. Aliter potest legi, & fortasse facilius, dixit enim causam accipi uno modo pro substantia, & ipso quod quid erat esse, idest pro forma, quæ significatur per definitionem, statim probat, & dicit ¶ reducitur enim ipsum quare primum ad rationem ulti-

mam } quæ ſignificat ſubſtantiam, & quod quid erat eſſe. non reduceretur autem ipſum primum quare ad ſubſtantiam & ipſum quod quid erat eſſe, ideſt ad diffinitionem, quæ ſignificat ſubſtantiam, niſi ſubſtantia eſſet cauſa, & principium. Quare bene dictum eſt vno modo accipi cauſam pro ſubſtantia, & quod quid erat eſſe ideſt pro forma. Et quia dixerat ipſum quare primum vltimo ad definitionem redigi, ideo quomodo vltimum eſt primum & cauſa, explicat, & dicit { cauſa autem & principium eſt ipſum primum } & ſic eſt primum in natura, ultimum vero in reſponſione. Nam quod in quæſtione quare ultimo reſpondetur, id proprie cauſa eſt. quod autem ſic eſt prima cauſa, id cauſa eſt eorum, quæ ſunt cauſæ ſic, quod igitur vltimo reſpondetur in quæſtione. Quare, prima cauſa eſt in natura huiuſmodi cauſarum. Multiplicantur hic ab Alexandro aliæ expoſitiones, ſed hæ ſatis. Nunc vero ſatis ſit habere formam eſſe cauſam, quia datur in reſpõſione ad eos, qui interrogant de aliquo per quare, Et quia quis poſſet dicere formam propter hoc eſſe ultimum, cum vltimo per ipſam reſpondetur, ideo ſoluens dixit eſſe vltimam in reſponſione, & primam in natura. propterea dicit { ipſum autem quare } ideſt ipſa cauſa formalis eſt primum, & eſt cauſa & principium, ideſt vltimum: quatenus reſpondetur in vltimo.

**Alteram uero materiam & ſubiectum.**

Nunc explicat cauſam materialem ſecundo loco, & dicit { alterã vero materiam, & ſubiectum } & dixit { ſubiectum } vt Alexander inquit, quoniam latius patet quam materia, cum diuinorum ſubiectum non ſit materia. Diuina enim corpora conſtant ex ſubiecto & forma, non autem ex materia.

**Tertiam autem unde principium motus.**

Nunc explicat cauſam efficientem, & dicit { Tertiam autem } cauſam dicimus eſſe vnde eſt principium motus, & poteſt intelligi vnde pro quæ, vt dicamus tertiam eſſe, quæ eſt principium motus, & poteſt intelligi vnde pro a qua, vt dicamus { tertiam autem } cauſam dicimus { vnde } ideſt a qua eſt { principium } ideſt prima pars motus. Et hoc dixit, quoniam in motibus, qui non habent aliquo modo primam partem, non proprie eſt dare cauſam efficientem.

**Quartam uero cauſam huic oppoſitam, & quod eſt cuius cauſa, & ipſum bonum. Finis enim generationis omnis atque motus hoc eſt, & licet ſufficienter de his conſideratum ſit in ijs, quæ de natura: tamen accipięmus & nobis priores ad entium perſcrutationem uenientes, & de ueritate philoſophantes. Palam enim quia illi dicunt principia quædam & cauſas.**

Et licet οὖν igitur.

Facta narratione cauſæ efficientis, nũc docet cauſam finalem, & Expoſitor aſſerit Ariſtotelem finalem cauſam hic declarare per tres deſcriptiones, quarum prima eſt, quatenus conſideratur vt eſt terminus motus, & finis. Et hanc aſſerit, & dicit { Quartam autẽ cauſam } ſubaudi dicimus eſſe { huic } ſcilicet efficienti { oppoſitam } non ſimpliciter quidem, ſed ea oppoſitione, quæ eſt inter principium, & finem. Secunda uero eſt, quatenus conſideratur, vt primum in intentione, & hanc aſſerit, & dicit { & quod eſt cuius cauſa } Tertia autem eſt, quatenus conſideratur vt appetibile per ſe quippiam. Eſt enim, vt dicitur primo Ethicorum finis bonum, quod omnia appetunt, & hanc aſſerit, & dicit { & quod bonum } Alexander autem quaſi his aſſentiens dicit Ariſtotelem aſſignaſſe atque expoſuiſſe, primum ſcilicet quòd cauſa finalis ſit oppoſita efficienti, & dicit { finis enim generationis omnis, atque motus hoc eſt } Quare ſi illa eſt principium, hæc autem finis, merito dicuntur opponi. Et dixit { generationis & motus } nam generationis finis eſt forma ipſa, quæ rei pars eſt: motus autem finis eſt rei generatæ, qui eſt aliquid quæſitum extra rem, quæ generatur. Deinde proſequendo primo quaſi ſe excuſans, dicit { & licet ſufficienter de his conſideratum ſit in ijs, quæ de natura } propter quod non eſſet nobis de illis agendum { tamen } vt Alexander inquit, inquiſiturus in qua potiſſimũ cauſa verſetur ſapientia, cum cauſæ pluriſariam dicantur, optima ratione primum in ſententias priorum inquirit, & quam, aut quas cauſas quiſque attulerit, exponit: & dicit { accipiemus & } eos, qui ſunt { nobis priores, ad entium perſcrutationem venientes, & de veritate philoſophantes } cuius rationem affert, & dicit { palam enim quia illi dicunt principia quædam, & cauſas } non ergo erit ab ratione opiniones illorum percurrere, vt poſtea patebit.

**Adferentibus igitur erit aliquid utilitatis doctrinæ præſenti. Nam aut aliud quoddam cauſæ genus inueniemus, aut ijs, quæ nunc dictæ ſunt magis credemus.**

Superueniẽtibus. ἐπελθοῦσι Accedentibus. Adferentibus.

Quia propoſuit percurrere opiniones antiquorum de cauſis, nunc eorum opinionem proſequendo, cauſam ſimul affert, cur illorum opinio non ab re percurrenda ſit, Et dicit { accedentibus igitur } nobis ſubaudi ad antiquorum opiniones { aliquid vtile erit } ſubaudi & nobis { & doctrinæ præſenti quæ nunc eſt } in noſtris manibus. Nam ex narratione opinionũ eorum { aut aliud quoddam cauſæ genus inueniemus } ſicuti ex opinione Platonis genus cauſæ exemplaris { aut } ſi nullum aliud genus cauſæ inuenerimus { ijs } quatuor cauſis { quæ nunc dictæ ſunt, magis credemus } Quo uero ad verba attinet in græcis codicibus, quos nos interpretamur, unam tantum ſcripturam inuenimus, quæ ſic eſt. ἐπελθοῦσι γοῦν, ἔσται τι προὔργου τῇ μεθόδῳ τῇ νῦν, & ad verbum { adferentibus igiť, erit aliquid utilitatis doctrinæ, q̃ nunc eſt } & tunc eſt ſenſus { igiť adferentibus } ſcilicet nobis eorũ opiniones, q̃ ſunt de cauſis { erit aliquid vtilitatis doctrinæ, quæ nunc eſt } ideſt ſcientiæ, quam præ manibus habemus, inquantum explicata partitione earum, inquiremus in qua potiſſimum cauſa verſetur ſapientia, quam nunc præ manibus habemus. Alexander vero videtur exponere ſic { adferentibus igiť } ſcilicet illis veteribus opiniones, quas habent de cauſis { erit aliquid vtilitatis doctrinæ, quæ nunc } ideſt ad confirmationem memoratarũ cauſarum, igitur per methodum ſiue doctrinam intelligit doctrinam, quam commemorauit de cauſis, huic enim vtile erit primum venire in ſentẽtias antiquorum. Prima uero expoſitio per methodum, quæ nunc, metaphyſicam intelligit. Quę expoſitio mihi placet, quia ſubdit { nam aut aliud quoddam cauſæ genus inueniemus } ſi forte quæ a ueteribus dicta ſunt, ſub hac diuiſione cadere non videbuntur { aut ijs } ſcilicet cauſis { quæ nunc dicuntur } ideſt nunc numeratæ ſunt { magis credemus } ſcilicet ſi quæ tradiderunt, non excedunt numerum cauſarum a nobis traditum. Antiquus interpres, cuius interpretationes legit Expoſitor, ſic habet { ſuperuenientibus igitur erit aliquid prius methodo, quæ nunc } & Expoſitor exponens dicit, nobis igitur, qui eis ſuperuenimus, conſiderare ſubdit eorum opiniones { erit aliquid prius } ideſt aliquod præambulum { methodo, quæ nunc } ſcilicet a nobis quæritur. Vt puta ipſi metaphyſicæ, quam nunc quærimus. Boetius vero habet { accedentibus igitur ad opus ſcientiæ, præ opere uiæ,

quæ



quæ nunc eſt, aliquid erit } & tu intelligas { accedentibus } ſcilicet opinionibus veterum de cauſis ad opus ſcientiæ, ideſt ad ſciendum ſcibilia in methaphyſica { præ opere } ideſt vtile { viæ, quæ nunc eſt } ideſt vtile doctrinæ, quæ ad præſens eſt de cauſis { aliquid erit } uel { accedentibus igitur } ſcilicet nobis { ad opus ſcientiæ } ideſt ad ſciendum ſcibilia metaphyſica, narrare ſubaudi veterum opiniones de cauſis erit aliquid præ opere ideſt vtile { viæ quæ nunc } .i. doctrinę de cauſis. Eſt alia lectio ſic { ſuperuenientibus igitur, quæ nunc eſt, erit aliquid vitæ opus via } & legenda eſt ſic ſecundum Expoſitorem, nobis { igitur ſuperuenientibus } ei { quæ nunc eſt via } ideſt in præſenti methodo, & arte, conſideranda erit horum opinio { quaſi aliquid vitæ opus } ideſt neceſſarium, ſicut opera, quæ ſunt ad vitæ conſeruationem, vt intelligatur quaſi quædam metaphora vti in loquendo per vitæ opus, quodlibet neceſſarium accipiens. Hæ ſunt omnes lectiones, quas reperimus. Quę meo iudicio vanæ ſunt, nam græca lectio noſtri codicis plana eſt, quam Alexander ſequitur: vt quaſi dicat, cum accepiſſet non eſſe inutile referre veterum opiniones de cauſis, hic proſequendo vtitur nota proſecutionis { igitur } vel ergo dicens { igitur adferentibus } ſcilicet illis uel nobis opiniones de cauſis { erit aliquid vtilitatis } ideſt commodi { doctrinæ quæ nunc } ideſt præſenti tractatui, in quo agimus de cauſis: vel ipſi metaphyſicæ, quæ nunc pertractatur à nobis. Et ſic multiplicare tot lectiones eſt ex imperitia græcorum expoſitorum & ex deprauationibus tranſlatorum. Non enim mihi dubium eſt Expoſitorem tanti fuiſſe ingenij, vt omnes textus etiam corruptos potuiſſet interpretari.

**Primum itaque philoſophantium plurimi ſola ea, quæ in materiæ ſpecie ſunt, putauerunt principia eſſe omnium. Nam ex quo ſunt omnia entia, & ex quo fiunt primo, & in quod corrumpuntur ultimum, ſubſtantia quidem permanente, in paſſionibus uero mutata, id elementum, idquę principium eſſe entium dicunt.**

Expoſitor ſic autumat, vt Ariſtoteles id proſequatur, qđ propoſuerat, ꝓpoſuerat enim narrare opiniones, quas veteres habuerunt de cauſis, nunc eas narrat, & proſequitur, et talem, ut Expoſitor inquit, ordinem ſeruat, quia prius explicat quid illi ſenſerint de materiali ipſa cauſa, deinde quid ſenſerint de rerum generatione, quæ res ex hoc primo ſequitur. Melius autem cum Alexandro dicendum eſt, quòd hic velit Ariſtoteles aſſignare cauſam, cur ſententiæ veterum de cauſis hoc in loco ſint enumerandæ, videtur enim non eſſe conueniens, quoniam veterum opiniones ſunt de principijs, & cauſis rerum naturalium, ſcilicet generabiliũ, & corruptibiliũ & nos quærimus principia & cauſas entium inquantum ſunt entia, ſic enim attinet ad metaphyſicum conſiderare de principijs, & cauſis, ergo non videtur ſententiæ eorum ad propoſitum. Ariſtoteles vult reddere cauſam, cur ſententiæ veterum de cauſis hoc in loco commemorandæ ſint, & aſſerit hoc eſſe ad propoſitum, quia putabant hæc principia & cauſas, quæ ſunt rerum naturalium, eſſe eadem cum principijs, & cauſis entium in eo quod entia, quoniam veteres non cognouerunt alia entia præter res naturales: & ſic nec alia principia præterquàm rerum naturalium. Quare ſolam cauſam materialem veteres aſſeruiſſe declarat, quæ ſit rerum naturalium principium & cauſa, & entium ſimpliciter quo entia ſunt. Et hoc proponit pro concluſione veterum, & dicit { primum itaque philoſophantium } ideſt eorum itaque, primo philoſophati ſunt { plurimi ſola ea } ſcilicet principia { quę in materię ſpecie ſunt, putauerunt principia eſſe omnium } ſcilicet eadem videlicet rerum naturalium, & entium ſimpliciter. Et ita eorum ſententiæ hic narrandæ ſunt, non quidem quo ſunt rerum naturalium, ſed quo ſunt ſimpliciter entium principia. Deinde narrat ſyllogiſmos, quibus hanc opinionem probarunt & licet Alexander reducat omnes ſyllogiſmos in vnum, nos tamen ſeorſum componentes, primum ſic conficimus, Omne id, ex quo primo entia ſunt, eſt materia: omne principium & cauſa eſt ex quo entia ſunt: igitur omne principium & cauſa eſt materia. Quare per conuerſionem vniuerſalis propoſitionis in excluſiuam ſolum materia eſt principium, & cauſa entium ſimpliciter. De ſyllogiſmo tangit maiorem, et dicit { nam ex quo ſunt omnia entia, id } ſcilicet { elementum, idque principium eſſe entium dicunt }. hæc eſt maior. illud autem { quæ in materiæ ſpecie ſunt } vt Alexander inquit, dictum eſt pro eo, quæ ſunt in hac ſpecie principiorum materialium, & cum dixiſſet { ex quo ſunt omnia entia } intelligit tanq̃ ex parte eſſentiali ſicuti ex ferro eſt cultellus. Deinde affert ſecundũ ſyllogiſmum & ſic cõponitur, Omne id, ex quo cũcta entia fiũt, tãquam ex primo principio omnibus, quæ fiunt, præexiſtenti, eſt materia: Omne principium, & cauſa eſt id, ex quo tanquam ex primo principio omnibus quæ fiunt præexiſtenti, fiunt: Igitur omne principium, & omnis cauſa eſt materia. Quare per conuerſionem ſola materia eſt principium & cauſa entium ſimpliciter. De hoc ſyllogiſmo iterum tangit maiorem, & dicit { & ex quo fiunt primo, id elementum, idq; principium eſſe entium } ſimpliciter { dicunt } Hæc eſt maior, differt autem hæc ratio à priore, ſicut differt eſſe ex aliquo tanquam ex parte, & fieri ex aliquo tanquam ex principio præexiſtenti. Stat enim aliquid eſſe ex aliquo, tanquam ex principio præexiſtenti, ex quo nihil eſt tanquam ex parte. Omnis enim cauſa eſt, ex quo aliquid fit, tanquam ex principio præexiſtenti, non tamen omnis cauſa eſt ex qua aliquid fit tanquam ex parte. Quare hæc ratio ſecunda differt a prima. Deinde affert tertium ſyllogiſmum, qui ſic componitur, Omne illud, in quod tanquam in vltimum entia corrumpuntur, eſt materia: Omne principium, & omnis cauſa eſt id, in quod entia tanquam in vltimum corrumpuntur: Igitur omne principium, & omnis cauſa eſt materia. Quare per conuerſionem ſola materia eſt principium & cauſa. De ratione affert maiorem, & dicit { & in quod corrumpuntur vltimum, id elementum, idque principium eſſe entium dicunt } Quartum ſyllogiſmum affert, qui ſic componitur, Omne illud quod tam in generatione quàm in corruptione permanet, eſt materia, Omne principium, & omnis cauſa tam in generatione quàm in corruptione permanet, quoniam oportet principia ſemper manere, ſcilicet tam in generatione quàm in corruptione: Igitur omne principium, & omnis cauſa eſt materia, quare ſolum materia eſt principium, & cauſa. De ſyllogiſmo tangit maiorem, & dicit { ſubſtantia quidem permanente, in paſſionibus vero } ideſt in formis { mutata } ideſt omne illud cuius ſubſtantia permanet tam in generatione quàm in corruptione eſt { elementum idque eſſe omnium entium dicunt } hæc eſt maior. Verba igitur Ariſtotelis per artem prioriſticam reſolui poſſunt in quatuor ſyllogiſmos, ex quibus relinquitur ſolam materiã eſſe elementum, & principium entium ſimpliciter. Quare cum apud veteres eadem ſint rerum naturalium principia & entium ſimpliciter, quoniam eadem eſt materia rerum naturalium, & ſimpliciter entium, vtile erit in metaphyſica

referre opiniones, quas veteres habuerunt de rerum principijs, & causis. Nam erunt ad propositum metaphysicæ, quæ pertractat de causis, & principijs entium simpliciter. Quo vero ad verba attinet, πάθημα græce, est tum passio, tum affectus, tum apud Ciceronem perturbatio, sed hic pro forma accipit, quoniam materia secundum sui substantia semper permanet sub utroque termino generationis, & corruptionis, secundum vero affectus, siue passiones, hoc est formas mutabilis est. Nuncupauit autem formas Aristoteles passiones more veterum, qui solam materiam asserunt esse substantiam, formas vero accidentia, & affectus.

Et ob id neque fieri quicquam putant, neque corrumpi, quoniam talis natura semper seruatur. Sicut nec dicimus Socratem simpliciter generari, quando bonus fit, aut musicus, nec corrumpi, quando hos habitus deponit. Quia subiectum permanet Socrates ipse. Sic nec aliorum ullum: Oportet enim esse aliquam materiam aut unam aut plures una, ex quibus fiunt alia, seruata illa.

Cum dixisset illud, quod de principijs sentiunt veteres, scilicet quòd materia sit solum principium, nunc agit de rerum generatione, narrans quid veteres sentiant de rerum generatione, quæ res sequitur ex illo, quod dixerunt de materia. Quam consequentiam sic emolitur Alexander: Si materia est corpus actu, & non, vt ait Aristoteles, facultate, nihil simpliciter generabitur, nihilque simpliciter corrumpetur: Sed materia est corpus actu, & non potestate: igitur nihil simpliciter generabitur, nihilque simpliciter corrumpetur. Minor patet apud eos, Quia asserunt materiam semper actu existere, semperque eadem manere. Quippe qui posuerint materiam esse immortale principium, & immutabile secundum substantiam, solum autem affectionibus mutari. Quibus perspicuum est eos, qui solam materialem causam ponunt, generationem simpliciter tueri non posse, sed solum generationem, atque corruptionem secundum quid, quæ per affectiones alteratio est. Vnde de syllogismo hypothetico primo assignat conclusionem, & dicit { & ob id } scilicet quia asserunt materiam semper actu manere, & nunquam in substantia corrumpi { neque fieri quicquam } scilicet simpliciter { putant, neque } simpliciter { corrupi } hæc est conclusio, Deinde affert minorem syllogismi hypothetici, & dicit { quoniam talis natura } quam dicunt materiam { semper seruatur } semper est in actu, atque immortale semper existens. Deinde cum non exposuisset maiorem, assignat eius probationem per simile, & dicit { sicut nec dicimus Socratem simpliciter generari, quando bonus fit, aut musicus, nec corrumpi scilicet simpliciter quando hos habitus } videlicet bonitatis, & musicæ { deponit } & abijcit { quia subiectum } idest nec ob aliud, nisi { quia subiectum } videlicet { Socrates ipse permanet } sic a pari { aliorum vllum } entium simpliciter generabitur aut corrumpetur, & reddit causam, & dicit { oportet enim } scilicet in omni generatione { esse aliquam materiam aut vnam aut } materias { plures vna: ex quibus } subaudi vel ex qua { fiunt alia } scilicet entia { seruata illa } scilicet vna materia, vel seruaris pluribus. Quare sicut in generatione, qua Socrates fit bonus aut musicus, nihil generatur simpliciter, quia idem Socrates manet, sic in generatione cuiusque rei nihil generabitur simpliciter, quia semper eadem numero materia permanet. Quo fit vt omnis generatio sit secundum quid, & non secundum totum simpliciter. Quidam iuniores asserunt generationem in substantia esse simpliciter generationem, generationem vero in accidentibus esse generationem secundum quid. Quoniam in hac substantia permanet, & accidens generatur. Sed licet isti quantum ad quia est, bene dicant, quoniam verum est generationem simpliciter esse, qua substantia accipit esse, generationem uero secundum quid esse, qua accidens accipit esse, tamen propter quid hæc sit generatio secundum quid, illa simpliciter, non explicauit. Quidam & nos quandoque, dixerunt illam esse generationem simpliciter, quoniam per eam accipit esse substantia, quæ est ens simpliciter: Hæc vero est generatio secundum quid, quoniam per eam accipit esse accidens, quod est ens secundum quid. Sed hæc causa friuola est, Quoniam in substantia, vt exposuimus in libris de generatione, & corruptione non semel, est & generatio simpliciter, & generatio secundum quid, at si generatio simpliciter illa sit, per quam substantia accipit esse, quæ est ens simpliciter, nulla in substantijs esset generatio secundum quid. Et sic cum aliquod mixtum fieret igneum, aut aqueum, simpliciter generaretur. Quoniam per talem generationem accipit esse substantia videlicet igneitas, quæ est ens simpliciter. Attentione ergo dignum, generationem simpliciter uno modo exponi posse, vt sit illa, qua aliquid secundum se, & quodlibet sui accipit esse, & talis non datur, quoniam semper secundum materiam nihil generatur, quæ est aliquid compositi, quod generatur. Alio modo dicitur generatio simpliciter, per quam aliquid nunc primo est per denominationem verbi, est, de secundo adiacente: & sic generatio hominis, qua aliquid primo denominatur esse simpliciter per verbum, est, de secundo adiacente, dicitur simpliciter generatio. Hac ratione sequitur, homo nunc primo genitus est, igitur homo nunc primo est, Similiter, Socrates nunc primo factus est, igitur Socrates nunc primo est simpliciter. At id, quod generatur generatione secundum quid, non denominatur simpliciter nunc primo esse per verbum, est, de secundo adiacente, quoniam nō sequitur, Socrates nunc primo factus est musicus, igitur Socrates nunc primo est. Quoniam nunc, & prius Socrates erat musicus. Quo fit, vt in substantijs etiam sit duplex generatio, Altera secundum quid, vt generatio, qua Socrates fit igneus, vel aqueus, quoniam non valet, Socrates est factus nunc primo igneus, Igitur Socrates nunc primo est simpliciter. Generatio vero qua Socrates nunc primo fit, Socrates vel homo, generatio est simpliciter. quia valet, Socrates nunc primo factus est Socrates. Igitur Socrates nunc primo est simpliciter. Quare generatio simpliciter erit, per quam cum aliquid dicitur nunc primo factum esse, etiam dicitur nunc primo esse. Generatio vero secundum quid est, per quam cum aliquid nunc primo dicitur factum esse, non dicitur nunc primum esse: vt licet Socrates nunc primo sit factus musicus, non tamen sequitur, vt nunc primo sit.

Syllogism⁹ hypotheticus.

De generatione simpliciter & secundum quid.

Multitudinem tamen speciemque principij talis, non eandem dicunt omnes, sed Thales quidem talis philosophiæ author aquam esse dicit. quapropter & terram super aquam dicebat esse.

Cum dixisset oportere principiorum materialium esse aut multitudinem, aut vnitatem, nunc demonstrat quòd siue ponatur multitudo, siue vnitas, non eodem modo tractatur, quoniam nec multitudinem principiorū materialium, nec illud vnum ponunt idem specie: sic exponit

Alexander



Alexander. Nam qui ponunt multitudinem, alij ponunt quatuor elementa, alij magnum & paruum, alij infinitas partes similares. Ergo non ponitur ab omnibus eadem species multitudinis. Item nec eadem species principij si ponitur vnum, quoniam alij ignem, alij aquam, alij aliud, quę specie differūt: ergo nec unitas principij ponitur eadem specie. Vnde dicit { multitudinem tamen } scilicet principiorum materialium { speciemque principij talis } idest vnitatem materialis principij { non } eādem scilicet secundum speciem { dicunt omnes } Quare siue multitudo materialium principiorum, siue vnitas afferatur, non ponetur eadem specie apud omnes. Continuetur igitur hic textus cum proximo sic { oportet enim esse aliquam materiam, aut vnam aut plures vna, ex quibus } aut ex qua { fiunt alia, seruata illa } scilicet vna materia. Igitur prima differentia quantum ad multitudinem, vel vnitatem est, quoniam quidam plures, quidam vnam materiam ponebant. Hic statim subdit aliam differentiam asserens, quòd sine ponatur multitudo principiorum materialium, siue vnitas, nec multitudo ponitur eadem specie, nec vnitas. Hæc est vera Aristotelis expositio, quam Alexander breuibus indicauit, cum dixit, multitudinem tamen speciemque principij talis, idest materialis non eandem inquiunt omnes. Quasi dicat quòd siue ponatur multitudo, siue vnitas, nec multitudo, nec vnitas ponitur eadem specie. Deinde prosequendo differentias opinionum, primo prosequitur opiniones eorum, qui asseruerunt vnitatem principij materialis, vt innuat principium materiale, quod posuerunt, non esse apud omnes idem specie: & primo affert opinionem Thaletis, qui dicebat aquam esse rerum principium, & dicit { sed Thales quidem talis philosophiæ author } vt Expositor inquit { talis philosophiæ } idest speculatiuæ { author } Nam Thales solus ex septē sapientibus se transtulit ad speculationes, cæteri vero solum in moralibus versati sunt, hanc ob causam Thales dicebatur ἀρχηγὸς idest archegus & author, princeps vel rector philosophiæ talis, idest speculatiuæ. Vnde & Alexander exponens dicit, sed Thales quidem author primus talis philosophiæ idest naturalis, & contemplatricis, & etiam methematicæ, Nam philosophia speculatiua triplex est naturalis, metaphysica, & mathematica. Dictus ergo Thales est primus author philosophiæ speculatiuæ inter septem sapientes, quia ex septem sapientibus, qui post Theologos poetæ fuerunt, ipse solus ad studia contemplationum se transtulit omnium generum, cum cæteri solum studijs philosophiæ moralis operam dabant. Thales ergo primus author scientiæ contemplatricis principium materiale vnum { aquam esse dicit } ex hac positione processit ad assignandum ordinem, & situm terræ cum aqua, & dicit { quapropter & terram super aquam dicebat esse } scilicet fundatam, sicut principiatum supra suum principium, & sic non solum terram supra aquam ponebat, sed omnia entia: Quoniam omnia entia sunt principiata ab aqua, & cum principiata sint fundata super principio, sit, vt omnes res mundi sint super aquam, & terra, & aer, & ignis, & cœlum, & animalia, & plantæ. Attentione dignum, Thaletem dictum esse ex sapientibus speculatiuæ philosophiæ archegum, idest primum authorem, quoniam ex moralibus transtulit se ad studia speculatiuarum, Nam vt dicitur in libris Politicorum primus fuit, qui inuenerit defectus Solis, & Lunæ, & Stellas contemplatus fuerit, quod attinet ad mathematicam. Primus etiam fuit, qui Deum ex gentilibus cepit balbutire. Cuius contemplatio metaphysica est. Primus etiam qui cepit declarare quomodo ex aqua fiant rerum generationes, & corruptiones, quod pertinet ad naturalem philosophiam. Ergo recte dictus est primus author ex septem sapientibus qui se transtulit ad studia speculationum omnis generis. Qui vero, & quot fuerint sapientes, prætermitto enarrare, tum quia nolumus esse historici, tum etiam, quia satis Expositor narrauit.

Sumens forsitan opinionem ex eo, quia nutrimentum omnium humidum esse uidebat.

Cum narrasset opinionem Thaletis, nunc affert rationes, quibus ita putauerit, & quoniam duabus vijs ad hoc dicendum motus est, rationibus, & illustrium virorum authoritate, primo Aristoteles narrat rationes, quibus potuit moueri ad sic dicendum, quarum prima sic reducitur ad artem prioristicam, Nutrimentum omnium est principium materiale omnium: Sed humidum, quod scilicet est aqua, est omnium nutrimentum: Igitur humidum, quod est aqua, est principium materiale omnium: de syllogismo tangit minorem, & dicit { sumens forsitan opinionem ex eo, quia nutrimentum omnium humidum } scilicet quod est aqua { esse videbat } circa hanc rationem dubitatio est de maiore, ideo Alexander eam sic probat, principium essendi est materiale principium: nutrimentum est principium essendi: Igitur nutrimentum est materiale principium. Maior non indiget probatione, quoniam secundum omnem opinionem, principium essendi materiale principium est. In hoc enim materia differt ab efficiendi causa, quod materia sit essendi, efficiens generationis causa, atque principium. Minor vero probatur, quia ex quo nutrimur, ex eo sumus, at nutrimur ex nutrimento: Igitur sumus ex nutrimento, & sic patet totus prosyllogismus. Quantum vero ad veritatem rationis attinet: syllogismus non valet primo, quia licet humidum vnctuosum aereum sit materiale principium animalis, non tamen aqua, cum elementum purum alimentum esse non possit. Deinde dato quod humidum sit materiale principium omnium viuentium, non tamen est materia, ex qua constitutionis, sed ex qua alterationis: Insuper non est materiale principium omnium, sed viuentium tantum: & sic non est materia, cum non sit vniuersale principium omnium.

De qualitate rationis.

Et ex hoc calidum ipsum factum esse.

Nunc affert secundam rationem pro opinione Thaletis, quæ sic componitur, Ex quo calidum ipsum factum est, id omne est materia, principiumque materiale omnium: Sed humidum est, ex quo ipsum calidum fit: igitur humidum est materiale principium omnium. De ratione tangit minorem, & dicit { & } scilicet videbat { ex hoc } scilicet humido, quod est aqua { ealidum ipsum factum esse } minorem probauit Expositor, ex eo quod humidum sit caloris materia. Alexander aliter probat minorem ex eo, quia Thales calidum ignem putabat ex euaporatione exhalata ab humido generari. Maiorem tanquam per se notam reliquit, quam postea explicabit. Sed quo ad rationis efficaciam, maior est exponenda ut diximus, primo, vt sit materiale principium illud, ex quo fit calidum constitutione, non alteratione, modo calidum non fit ex humido constitutione, sed alteratione, vt Alexander exposuit, Quia calidū fit ex humido via euaporationis exhalatæ. Deinde ambiguum est, & forsitan falsum, quod sit materiale principium constitutionis omnium rerum naturalium, id quod est principium materiale alterationis ipsius calidi tantum.

Et animal ipso uiuere. Id autem, ex quo aliquid fit, hoc est principium omnium. Igitur & ob id talem accepit existimationem.

Nunc affert tertiam rationem, quæ ſic componitur, Omne illud, quo eſt ipſum viuere animalibus eſt materiale omnium principium: Humidum quod eſt aqua, eſt, quo eſt ipſum viuere animalibus: igitur humidum, quod eſt aqua, eſt materiale principium omnium. De ratione primo ponit minorem, & dicit ſ& ſ videbat ſ animal viuere ipſo ſ ſcilicet humido. Hæc erat minor. Deinde accipit quandam propoſitionem, quæ poteſt eſſe maior communis ſecundo, & tertio ſyllogiſmo, & dicit ſid autem ex quo aliquid fit, hoc eſt principium ſ ſcilicet materiale ſ omnium ſ non enim erit materiale principium magis vnius quàm omnium. Humidum eſt ex quo fit calidum, quæ fuit minor ſecundi ſyllogiſmi. Et ex quo viuit animal, quæ fuit minor tertij ſyllogiſmi ſ igitur & ob id ſ ideſt propter has duas rationes ſcilicet ſecundam ſ& ſ tertiam ſ talem accepit exiſtimationem ſ ſcilicet, ꝙ aqua ſit materiale rerum principium. Ex his patet Ariſtotelem de ſecundo, & tertio ſyllogiſmo accepiſſe maiorem communem quaſi utrique, & minores ſeorſum. De efficacia tertiæ rationis etiã dicendum, vt in aliis, Primo enim maior eſt falſa, quoniam id quod eſt principium viuendi, non oportet eſſe materiale principium omnium, ſed tantum viuentium. Deinde, quod eſt principium viuendi via alterationis, non oportet eſſe materiale eſſendi principium via conſtitutionis: At humidum non conſtitutione, ſed alteratione eſt principium viuendi: quare non ſequitur, ut humidum ſit omnium materia.

## Et inſuper quia ſemina omnium humidam habent naturam. At aqua natura humidis principium eſt.

Hic affert quartam rationem, quæ ſic componitur, Omne id, quod eſt principium natura humidis, eſt materiale omnium rerum principium: Aqua eſt principium natura humidis: igitur aqua eſt materiale principium omnium rerum. Minorem probo ſ quia ſemina omnium humidam habent naturam ſ aqua eſt principium ſeminum: igitur aqua eſt principium natura humidis. De ſyllogiſmo principali ponitur minor ibi ſ at aqua ſ De proſyllogiſmo vero ponitur maior ibi ſ quia ſemina ſ dicit ſ& inſuper ſ aqua eſt naturale principium omnium ſ quia ſemina omnium ſ ſcilicet rerum ſ humidam habẽt naturam ſ Hæc fuit maior proſyllogiſmi, cui adde, ſed aqua eſt principium ſeminum omnium: igitur aqua eſt principium natura humidis. Tunc vltra ſ aqua eſt principium natura humidis ſ ſed quod eſt principium natura humidis, eſt materiale omnium principium. Hoc pacto textus reſolui debet ad artem priſticam, Sed de efficacia huius rationis dicendum eſt, vt dictum eſt de efficacijs cæterorum. Diluitur enim ſyllogiſmus principalis primo, quia quod eſt principium natura humidis via alterationis, non eſt materiale principium omnium rerum. Deinde dato quòd aqua eſſet principium omnium humidorum, cum non omnia ſint humida: aqua non erit materia omnium. Quòd autem non omnia ſint humida, patet, Quoniam quædam ſunt ſqualida, quæ omnino humore carent. Dato etiam ꝙ omnia ſint ex humido, non ſunt omnia ex humido tantum, quin ſit ex ſicco, & frigido, & calido.

Sunt autem quidam, qui & ualde antiquos, & multo ante eam, quæ nunc eſt, generationem, & primos Theologos, ſic arbitrentur de natura putaſſe. Etenim Oceanum & Tethyn generationis parentes fecerunt; & ſacramentum deorum aquã, quæ quidem a poetis Styx appellatur. Nam honorabiliſſimum quidem eſt antiquiſſimum. Sacramentum autem honorabiliſſimum.

Sacramentum. ὅρκον. Iuſiurandũ.

Nunc accedit ad ſecundam viam, qua probatur Thaletis opinio, & eſt per authoritatem illuſtrium virorum. Nam quidem aſſeruerunt nonnullos valde antiquos, qui fuerunt Theologi multo ante ætatem Ariſtotelis, ſenſiſſe hanc Thaletis opinionem: primo quia Oceanum ideſt mare, quod circuit terram, & Tethyn ideſt Deam aquarum eſſe parentes generationis rerum: hoc autem non dixiſſent, niſi putaſſent aquam eſſe rerum principium. Fuit tamen Oceanus proprium nomen viri Tethyos coniugis ſecundum fabulas poetarum, ſecundum veritatem eſt mare, quod vniuerſam circuit terram. Dicit ſ ſunt autem quidam qui & ſic arbitrentur putaſſe de natura ſ vt Thales opinatur, quoſdam ſ valde antiquos, & multo ante eam generationem, quæ nunc eſt ſ ideſt & multo ante ætatem Ariſtotelis ſ et primos Theologos ſ ideſt ſunt quidam qui voluerunt quoſdam antiquos Theologos qui fuerunt ante Ariſtotelis tempora, aſſeruiſſe aquam eſſe rerum omnium principium, vt Thales ipſe aſſerit. Iſti qui dicunt, hanc Thaletis opinionem fuiſſe veterum Theologorum, qui fuerunt multo ante ætatem Ariſtotelis, voluerunt Homerum atque Heſiodum deſignare quaſi hi fuerint primi Theologi. Eſt igitur ſecunda probatio, quòd aqua ſit rerum principium, quoniam Homerus, & Heſiodus, vt Alexander exponit, ſic aſſeruerunt: qui fuerunt multo ante ætatem Ariſtotelis. Expoſitor vero ait illam Thaletis opinionem de aqua fuiſſe vetuſtiſſimorum Theologorum, qui fuerunt primi poetæ Orpheus, Muſeus, & Linus: & quia iſti fuerunt tempore, quo iudices erant in populo Iudæorum, patet eos fuiſſe ante Thaletem, & multo amplius ante Ariſtotelem, qui fuit tempore Alexandri. Quòd autem antiqui hi Theologi voluerint aquam eſſe rerum principium. Primo probat via generationis, & dicit ſ etenim Oceanum ſ quod mare eſt circuens vniuerſam terram ſ & Tethyn ſ quæ eſt Dea aquarum, & ſecundùm fictionem poetarum vxor Oceani ſ generationis parentes fecerunt ſ quod non feciſſent, niſi ſub quadam fabulari ſimilitudine darent intelligere aquam eſſe principium generationis. Secundo idem probat per quandam aliam fabulam, quæ idem portendit. Portendit enim aquam eſſe antiquiorem diis, & priorem: igitur eſt principium non ſolum rerum naturalium, ſed deorum, & dicit ſ& ſ ſcilicet fecerunt ſ aquam ſacramentum deorum ſ ſcilicet eſſe ſ quæ quidem a poetis Styx appellatur ſ quæ eſt palus infernalis. Ex hoc autem quòd Deos dixerint iurare per aquam, dederũt intelligere aquam eſſe diis nobiliorem, priorem, & antiquiorem: Quia iuramentum ſemper fit per nobilius, prius, & antiquius. Quare aqua, per quam dij iurant, eſt diis prior, nobilior, & antiquior: ſed hoc eſſe non poteſt, niſi ipſorum deorum, & rerum principium: Ergo aqua eſt omnium principium, dicit ſ Nam honorabiliſſimum eſt antiquiſſimum: Sacramentum autem eſt honorabiliſſimum ſ igitur ſacramentum eſt antiquiſſimum. Huic adde, ſed aqua eſt ſacramentum deorum, quoniam iurant per Stygem, quæ palus infernalis eſt: igitur aqua eſt antiquiſſimum quippiam deorum, hoc autem non eſſet, niſi aqua eſſet deorum, & omnium principium. Alexander colligit quid intendat Ariſtoteles, & dicit, quod colligere molitur huiuſmodi eſt, Qui aquam iuſiurandum eſſe deorum commenti



menti ſunt, eos quemadmodum Thaletem, aquam eorum eſſe principium poſuiſſe. Sic igitur aſſerentes aquam eſſe ſacramentum deorum, quo videlicet iurant dij, vel iuſiurandum deorum, quo ſacramentantur dij, cogunt̃ dicere aquam eſſe deorum, & omnium rerum principium. Deinde Alexander componit ſyllogiſmum Ariſtotelis hoc modo, Quod eſt honorabiliſſimum, id profecto vetuſtiſſimum eſt, & principium, idem enim eſt dicere vetuſtiſſimum & principium: Iuſiurandum eſt honorabiliſſimum, nam quod iuramus, id quaſi honoratiſſimum iuramus: Iuſiurandum ergo vetuſtiſſimum eſt, & principium. Hoc porro aqua dicebatur eſſe. Nam ſtyx per ipſos ſic dicentes aqua erat, quoniam palus infernalis: per ſtygem autem iurabant: igitur iurabant per aquam. Tota ergo dictio reſoluitur ſecundum Alexandrum in quatuor ſyllogiſmos, quorum primus ſic componitur, Quod eſt honorabiliſſimum, id vetuſtiſſimum, & principium eſt: Iuſiurandum eſt honorabiliſſimum: Igitur iuſiurandum eſt vetuſtiſſimum, & principium. Secundus ſyllogiſmus quo probatur minor, ſic componitur: Quod iuramus id quaſi honoratiſſimum iuramus: Iuſiurandum iuramus: igitur iuſiurandum eſt honorabiliſſimum, & ſic patet minor. Tertius ſyllogiſmus, quo ſubaccipimus aquam ſic componitur, Iuſiurandum eſt vetuſtiſſimum & principium: aqua eſt iuſiurandum deorum: igitur aqua eſt vetuſtiſſimum, & principium. Quartus ſyllogiſmus, quo probatur minor ſubaccepti ſyllogiſmi, ſic componitur, Styx eſt iuſiurandum deorum, vt per ipſos patet: Styx eſt aqua: aqua eſt iuſiurandum deorum. Hic ſyllogiſmus quartus eſt in tertia figura, medio exiſtente hoc aliquid, Styx enim hoc aliquid eſt videlicet palus infernalis. Sed dubitat Alexander circa primum ſyllogiſmum principalem, qui, vt eſt a nobis formatus, recte componitur, Sed dubitat, vt ipſum format Ariſtoteles: nam Ariſtoteles ſic format: honorabiliſſimum, quod vetuſtiſſimum, nam græca verba ſunt, τιμιώτατον μὲν γάρ, τὸ πρεσβύτατον. Vbi τὸ pro ipſo, quod accepit, quare eſt maior ſic accipienda, Honorabiliſſimũ, quod vetuſtiſſimum. Non enim dicit, quod honorabiliſſimum vetuſtiſſimum, ſed honorabiliſſimum quod vetuſtiſſimum, quod æquipollet illi, quod vetuſtiſſimum honorabiliſſimum. Quæ propoſitio ſi in hunc modum ſeſe habet, efficitur ſecunda figura, in cuius utraq; propoſitione terminus medius honorabiliſſimum prædicatur affirmatiue hoc pacto, Quod vetuſtiſſimum & principium eſt honorabiliſſimum: iuſiurandum eſt honorabiliſſimum: igitur iuſiurandum eſt vetuſtiſſimum, & principium. Quo ſyllogiſmo nihil concluditur, cum ſit in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis. Solutio Alexandri breuiter eſt, vt non ſit abſurdum in ſecunda figura fieri ſyllogiſmum ex duabus affirmatiuis, quando propoſitiones conuertuntur in terminis omnes vel altera. Et ſic eſt in propoſito, nam vetuſtiſſimum, & principium conuertitur cum honoratiſſimo, nam omne vetuſtiſſimum, & principium eſt honoratiſſimũ, & omne honoratiſſimum eſt vetuſtiſſimum, & principiũ. Quare maiore conuerſa in terminis, ſyllogiſmus relinquetur in figura prima. Quo uero ad poeticam fictionẽ attinet, Oceanum fingunt poetæ eſſe nomen proprium viri, Cœli & Veſtæ filij, & ſic Oceanum aſſerunt patrem deorum, rerumq; omnium principium, nec genitum vnquam, nec corrumpendum. Quod Homerus affirmat potiſſimum in Iliade, ubi introducit Iunonem dicẽtem Oceanum deorum nationem. Virgilius quoq; ait,

Oceanumq; patrem rerum,

Qui itaq; finxerunt Oceanum rerum omnium, deorumq; eſſe patrem, ab eo genealogiam deorum deducunt, currum quoque, vt dicit Theodoritius, ſtatuere, quem a balænis trahi per ingentia maria finxere, cui Tritones tibicines tribuere, maximos etiam eidem phocarum greges fecere ſub cuſtode Proteo, eiq; maximas nympharum cohortes ſocias obſequioſasq; dedere. Oceanum etiam pluribus nominibus nuncuparunt, & ei prolem filiorum deſignauere amplisſimam. Tethyn vero magnam Chryſippus tradit filiam fuiſſe Cœli, atque Veſtæ, & Oceani coniugem, atque nympharum matrem: Quam Virgilius Dorim uocat dum dicit,

Sic vbi cum fluctus ſubterlabere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat vndam.

Quibus patet Tethyn eſſe ſororem, & coniugem Oceani, quoniam ambo ſunt Cœli, & Veſtæ filij. Inſuper etiam patet, Oceanum & Tethyn eſſe parentes omnium rerum. Hæc de fictione Oceani, & Tethys. De Styge vero, dicamus poetas finxiſſe Stygem eſſe paludem infernalem, & deorum quoque eſſe iuſiurandum, Vnde Virgilius, Stygiamque paludem Dij cuius iurare timent, & fallere numen. De interpretatione vero dicendum Tethyn proculdubio aquam eſſe, quam dicit Chryſippus in feruore cœleſti è viſceribus terræ gigni. Quare recte ex cœlo, Veſtaque natam dicunt, quòd feruore cœleſti ex terra deducatur, quæ veſta dicitur. Doris vero amaritudo interpretatur, quæ quidem Solis agente feruore aquæ marinæ, vt philoſophi naturales aſſerunt, addita eſt. quod experientia notum videtur. Oceanus etiam aquam ſignificat, qui quoniam terram circuit, curru trahi Oceanum dixere, quoniam circa terram rotunditatem deſcribit, qui ideo a balænis fingitur trahi, quia a balænis vndique diſcurratur. Tritones autem eius tibicines finguntur, quòd terram terens ſuo motu, quem agit in littora, ſemper ſonet non: enim terere littora poteſt abſque ſono. Et ideo Tritones finguntur eius tibicines, Eum habere phocarum gregem, ideo finxerunt, quia phocæ ex anteriore parte ſpeciem referunt uitulorum, qui turmatim paſcuntur in eius litoribus. Paſtorem autem Proteum dixere, quòd harum phocarum abundantiſſimum ſit mare Carpathium, quod olim fuit ſub ditione Protei. Nympharum multitudinem cohortem eius fingunt, quòd in eo innumeræ aquæ fluuiatiles currant, quæ eum nunquam relinquunt. Styx fingitur a poetis eſſe infernalis palus, quoniam eſt fons in Arcadia exitioſus animalibus, cuius aqua ilico necat ex nimio frigore: vtpote, cum perfluens ipſa ſtatim lapideſcat, qua etiam vt Rabanus affirmat, æs, ferrum erodi, & omnia vaſa in ea miſſa frangi, præter cornua ferunt. Sed huic forſitan occurres, quoniam ſi Oceanus aqua eſt, & Tethys aqua, idem videbitur vir, & vxor: & ſic non recte finxerunt, Oceanum eſſe virum, & Tethyn vxorem.

Diluitur ambiguitas vno modo, quòd per Oceanum intelligat aquam ſimplicem, quæ eſt elementum, per Tethyn aquam elementatam, Et cum elementum ſit agens, elementatum patiens: ideo Oceanum virum, Tethyn vxorem finxerunt. Vel aliter dicamus, poetas diis vtrunque ſexum tribuiſſe, vt Valerij Setrani carmine patet dicentis

Iuppiter omnipotens Regum Rex, atque repertor,
Progenitor, genitrixq; deum deus vnus, & idem.

Volunt itaq; aquam cum aliquid agit, Oceanum viri nomine vocari, cum vero patitur, Tethyn vxoris appellatione dici. Item nec abſurdum eſt Tethyn eſſe ſororem & cõiugem Oceani. Nam Virgilius de Iunone dixit, Et ſoror, & coniux. Quoniam in prima hominum generatione vbi bonus vir, & vna mulier tantum fuerunt, eadem vxor

Dubitat'o Alexandri.

De fictione Oceani z Tethyos.

Dubitatio.

Soluciõ.

De iureiurando.

erat, & soror. De iure uero iurando dicendum, Omne id per quod iuratur, esse honorabilissimum, antiquissimum, & primum principium, quod est Deus. Causa est, quoniam id, per quod iuramus, inducimus in testem eorum, quæ dicimus: cui non potest accidere mendacium, nec error. Alioqui frustra per ipsum iuraremus. Nam si id, per quod iuramus, posset mentiri, iusiurandum per illud posset esse mendax: & sic adduceretur testis, in quo posset esse error, & mendacium, quare iusiurandum frustra induceretur. Si igitur id, per quod iuramus, est veridicum, & nullo pacto mendax, non poterit esse, nisi honorabilissimum, & principium, & sic erit Deus. Antiqui itaque qui inter principia non cognouerunt differentiam secundum genus, pro eodem vtebantur primo principio agente, & materiali causa, prima. Recte igitur Aristoteles per iuramentum, quod fit per aquam, exposuit aquam esse principium omnium rerum. Quod si iuremus per filios, & per vxores, & per fratres, non inducimus eos in testes, Sed in conditionem aliquam, quæ nobis displiceret, quando eueniret. Si quis enim dixerit per vitam Cæsaris hoc est ita, Volumus dicere, si hoc, quod dicimus, non sit verum, Cæsar perdat vitam. Ex his patet iusiurandum fieri posse per aliquid bifariam: aut inducendo illud per quod fit, in testem, & hoc pacto iuramus per Deum, atque per angelos, & sanctos: aut inducendo illud, per quod iuramus sub aliqua conditione, quæ nobis displiceret si contingeret, & sic possumus iurare per Deum, & per homines. Nam possumus dicere hoc, quod nunc tibi narro, ita est per vitam Dei, & significat, quòd si non fuerit ita, Deus pereat, & possumus dicere hoc ita est per Deum: scilicet quem induco in testem huius, quod dico. Eodem modo iurare possumus per angelos, & sanctos, quos gentilitas omnes appellabant deos infallibiles. Ergo per ea, quæ amamus, iuramus inducendo illud, per quod iuramus sub aliqua conditione, quæ nobis displiceret si eueniret, & sic per homines, & per deos more gentilium iurare possumus: & per res mortales, quæ possunt cadere sub periculo. Hoc pacto iurant amantes per vitam puellæ amatæ, & honorifici equites per vitam honoris, quem putant se possidere, & diuites per diuitias. Sic iurare possumus per uitam deorum more gentilium, vt dixi, quoniam licet deorum vita non possit cadere in periculo, tamen ita iuramus, ac si cadere possit, quod est valde nefandum, immo longe turpius quàm iurare per vitam filiorum, quoniam filij cadere possunt in periculo, dijs autem attribuimus possibilitatem casus, quod est turpissimum. Sicut obscenissimum est tribuere dijs posse mentiri, cum inducimus eos in testes. Quare cum antiqui iurabant inducendo aquam in testem, iurabant supponendo aquam esse primum principium omnium, in quo non potest cadere mendacium, vel error: & ex ijs Thales hanc suam existimationẽ accepit.

**Sed sit ne aliqua antiqua, atque uetus de natura opinio hæc? Forsitan incertum est. Thales tamen fertur hoc pacto de prima causa dixisse. Hipponem enim nemo cum his ponere dignum putabit, ob mentis, eius simplicitatem.**

Mentis διανοίας. Simplicitatem. εὐτέλειαν. Paruitatem. Parcitatẽ. Frugalitatẽ. Imbecillitatem.

Hic Aristoteles mouet quandam dubitationem quam sub ambiguo relinquit, & Expositor, qui scripturam habebat comparatiuam legit sic, quia hi antiquissimi aquam dixerunt esse rerum principium, ideo emergit q. Sit ne aliqua opinio prior ac antiquior ista de naturalibus, uel non? non est nobis manifestum. nam ista opinio adeo antiqua est, quòd nulla videatur ea prior. Alexander non habebat scripturam comparatiuam, ideo aliter exponit quæstionẽ. Nam quærere Aristotelẽ autumat vtrum hæc opinio vetus quædam sit, quasi respondens dicit { Forsitan incertum est } quasi non satis constet, an primi Theologi fuerint in hac sententia, necne, non enim hoc manifeste dicebant. Cum enim dixissent primi Theologi aliquod est primum principium, ex quo omnia generantur: non est exploratum sit ne hæc primorum Theologorum opinio illa Thaletis, aut non: cui consona est scriptura nostri codicis, quæ sic ad verbum habetur { Sed sit ne aliqua antiqua, atque vetus de natura } idest de materia { opinio hæc } quæ scilicet attribuitur Thaleti, aut non? { Incertũ forsitan est } quasi dicat, sit ne opinio Theologorum, quæ est de primo principio rerum, hæc quæ Thaleti attribuitur, aut non { incertum forsitan est } nam nonnulli dixerunt opinionem Theologorum, quam habuerunt de rerum principio, esse hanc, quæ attribuitur Thaleti: Nonnulli vero dixerunt illam Theologorum opinionem, quam habuerunt de rerum principio, esse alteram ab hac, quam Thaleti tribuunt: Propterea Aristoteles subdit { Forsitan incertum est } Et cum dixisset solutionem huius quæsiti esse incertam, subdit id, quod est certum, & dicit { Thales tamen fertur hoc pacto de prima causa dixisse } Hoc enim pro explorato omnes habent. Quidam, vt Alexander inquit, conantur syllogismo demonstrare, subaudi fuisse quandam opinionem antiquam hanc, quæ ascribitur Thaleti per syllogismum ex duabus affirmatiuis, quẽadmodum sese habere videtur ratio, quam diximus: & quam reduximus ad primam figuram conuersione maioris: Quam Alexander non repetit, nec nos curamus repetere. dixit autem { Fertur hoc pacto dixisse } Quoniam nullum extat Thaletis scriptum, ex quo affirmare quispiam possit, hæc ab ipso ad hunc modum esse tradita. Deinde quia vult prætermittere opinionem Hipponis, excusando se dicit { Hipponem enim nemo cum his } scilicet philosophis, quos hic ponimus { ponere dignum putabit, ob mentis eius } εὐτέλειαν idest { Simplicitatem } aut paruitatem, aut parcitatem, aut frugalitatem, aut imbecillitatem, aut, ut Byzantius inquit, vilitatem, Expositor exponit: vt Aristoteles voluerit ostendere Hipponem sensisse hanc Thaletis opinionem ad vnguem, vt quasi dixerit, eiusdem opinionis ad unguem est Hippon, nihil addens propter sui ingenij paruitatem, & sic vult, vt Aristoteles hic narret opinionem Hipponis, asserens Hipponis opinionem esse præcise illam Thaletis. Vnde ad verbum legendo dicit { Hipponẽ enim nemo vtiq; aliquid dignificabit posuisse cum his } i. addidisse supra his, quæ attribuuntur Thaleti { propter sui intellectus paruitatem } Ergo hæc est opinio Hipponis. Aliter exponit, vt velit Aristoteles reddere causam, quare Hipponem prætermiserit, asserens eum prætermisisse, quia imperfecte dixit, quasi non sit dignus, ut eius opinio enarretur hic cum alijs. Alexander volens quòd Aristoteles reddat causam, quare prætermiserit Hipponis opinionem, dicit, Hippon narratur posuisse pro principio simpliciter humidum indeterminate, non explicans aqua ne sit, vt Thales, an aer, vt Anaximenes, & Diogenes: Quocirca eius opinionem prætermittit quasi fluitantem, & nihil certi statuentem. Aliter exponit Alexander, asserens Aristotelem non propterea omisisse eius sententiam, quòd sit indiscreta, & nihil habens statuti: Tunc enim non dixisset propter vilitatem opinionis eius, sed quasi non debeat inter philosophos computari propter eius sententiæ vilitatem, quamobrem dixit { cum his } idest cum philosophis: quod fortasse dixit, quoniam impius fuit, ac longe abhorrens a Dei cognitione. In eius enim tumulo huiusmodi legitur Epigramma, Hic est Hipponis Tumulus, qui fato deficientes Dijs immortalibus æquabat.

Anaximenes



**Anaximenes uero, atque Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium aliquod ponunt simplicium corporum.**

Hactenus de opinione eorum, qui posuerunt aquam rerum omnium principium, nunc accedit ad eos, qui posuerunt aerem, & dicit { Anaximenes uero } scilicet Milesius { atque Diogenes } Apolloniata scilicet { aerem priorem aqua } subaudi ponunt, & ponunt ipsum maxime principium simplicium corporum, quæ sunt elementa, & sic cæterorum omnium. Sic enim exponit Expositor, quoniam in translationibus eius non erat verbum τί idest { aliquod } Sed quoniam in codice nostro reperitur τί idest aliquod, ideo lege sic, { Anaximenes vero, & Diogenes aerem priorem aqua, & maxime principium ponunt aliquod simplicium corporum } idest quod est vnum de numero simplicium corporum. Verbum { & } confirmatiue ponitur, quasi dicat { aerem priorem aqua profecto { vel certe } maxime principium ponunt aliquod } idest quod est vnum { Simplicium corporum } & cum dixisset { maxime } dedit intelligere, quòd etiam posuerit quædam alia principia videlicet rarum & densum, sed aerem maxime principium ponunt, quod est aliquod simplicium corporum, vel fortasse dixit { maxime } innuens esse principium principiorum, & primum omnium. Fuit autem Anaximenes Milesius tertius a Thalete, nam fuit discipulus Anaximandri, qui fuit discipulus Thaletis. Diogenes uero Apolloniata Anaximenis Milesij discipulus quartus fuit a Thalete. Expositor autem annotauit differentiam inter opinionem Anaximenis, & opinionem Diogenis. Nam Anaximenes dixit aerem esse rerum principium simpliciter nihil addendo, sed absolute vt elementum est, At Diogenes asserit aerem esse rerum principium, prout participat diuina ratione: & non absolute vt elementum est, sed, vt affectum diuina ratione. Mouentur ad dicendum aerem esse rerum principium, primo quia per aerem fit spiratio, qua vita animantium seruatur. Deinde quia ex aeris mutatione videntur variari rerum generationes, & corruptiones. Sed de his ad librum physicæ auscultationis. Nunc hoc intelligas has rationes non probare aerem esse primum omnium materiale principium, sed tantum mixtorum corporum, nam per primum argumentum habetur, quòd sit effectiuum principium refrigerationis in animantibus, & non materiale. Per secundum vero quòd sit effectiuum principium mixtorum via alterationis, & non materiale.

**Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius ignem.**

Hic assignat nunc opinionem Hippasi & Heracliti de materiali omnium rerum principio, & dicit { Hippasus autem Metapontinus, & Heraclitus Ephesius } materiale omnium rerum principium posuerunt { ignem } Argumentum fuit tenuitas maxima ignis: Nam oportet principium esse paruum, ac tenuissimum corpore, virtute vero maximum. hoc pacto se habet ignis. Deinde cum prisci philosophantes non distinxerint genera principiorum, omne principium quauis ratione arbitrabantur esse materiale principium, & cum ignem inter elementa uiderint esse maxime actiuum, opinati sunt eum esse primũ omnium materiale principium. Sed decipiuntur, nam quod est entitate paruum, & non nisi ens potestate, hoc est primum omnium materiale principium. At ignis est tenuissimum non entitate, sed raritate, ideo prima ratio diluitur. Deinde diluitur secunda, quoniam ex illo habetur, vt sit primum principium alterationis, quæ ratio attinet ad genus causæ effectiuæ, & non ad genus causæ materialis.

**Empedocles uero quatuor, adiungens ad ea, quæ dicta sunt, terram quartum. Hæc enim permanere semper, & non fieri dicit. sed uel multitudine, atque paucitate congregari, atque segregari & in unum, & ex uno.**

Congregari, διακρινόμενα. congregata. Segregari, συγκρινόμενα. Disgregata.

Transit nunc ad opiniones eorum, qui dixerũt plura esse rerum materialia principia, Et primo narrat opinionem Empedoclis Agrigentini, quam obscure tradit, & dicit, cum priores philosophi ipso Empedocle alij ignem, alij aquam, alij aerem principium esse ponebant { Empedocles vero quatuor } scilicet elementa ponit { adiungens ad ea } scilicet tria { quæ dicta sunt, terram quartum } Ergo materialia prima omnium principia posuit quatuor. Deinde affert rationem, quam Empedocles assignabat, & exponit modum, quo res fiunt ex illis quatuor, & corrumpuntur in illa quatuor. Quantum ad primam partem, Syllogismus sic componitur, Quæ semper manent, & non fiunt ex inuicem, nec ex prioribus, sunt prima rerum materialia principia: huic addit minorem, & dicit { Hæc enim scilicet quatuor elementa } permanere semper, & non fieri } scilicet ex inuicem, nec ex alijs prioribus { dicit } subaudi igitur sunt prima omnium materialia principia. Deinde exponit modum, quo res fiunt ex illis quatuor, & corrumpuntur in illa quatuor, & dicit { sed vel } idest etiam { multitudine, atque paucitate congregari, atq; segregari & in unum, & ex vno } Referendo singula singulis veluti { & in unũ } ad ipm̃ { congregari, & ex vno } ad ipsum { segregari } & tunc voluit demonstrare quonam modo in mixtis fiat generatio, & corruptio ab ipsa multitudine, & paucitate. Nam generatio, quæ apud Empedoclem nihil aliud est quàm mixtio elementorum, & in vnum coitus, qui ab amicitia efficitur, transitum habet ex multitudine in paucitatem idest in vnitatem. Corruptio uero, quæ discretio est, quæ fit a discordia, disiunctio est horum ex vno, idest ex paucitate in multa, & sic oportet supponere in talibus generationibus, atque corruptionibus mixtorum elementa seruare suas naturas. Ergo verba sic copulanda sunt, sed multitudine segregari ex vno scilicet cum mixta corrumpuntur, atque paucitate congregari in vnum, cum mixta generantur, Nam in generatione mixti itur ex multitudine in paucitatem & in unũ. In corruptione vero itur ex vno paucitateq; ipsa, in multitudinem, quæ intelligenda sunt de generatione, & corruptione particulari cuiusque mixti, non autem in generatione, & corruptione vniuersali totius mundi, ut postea dicemus. Nam in corruptione vniuersali mundi itur de multitudine in paucitatem, & vnum. In generatione vero de paucitate & de uno in multitudinem. Hæc est una expositio. Vel fortasse non de generatione, & corruptione mixtorum loquitur, quarum authores sunt discordia & amicitia, sed de generatione, & corruptione elementorum, & dicit { hæc enim } scilicet elementa quatuor { permanere semper, & non fieri dicit } scilicet generatione, & corruptione simpliciter dictis { sed vel multitudine } scilicet partium { atque paucitate } scilicet partium { congregari, atque segregari & in vnum atque ex vno } nam cum in aliqua mixtura, plures in vnum copulatæ sunt ignis partes, tunc congregatur & generatur ignis. Cum vero pauciores ex vno aliquo fiunt ignis partes, videlicet aut ex terra aut ex aqua, aut ex aere, corruptio, & segregatio est ignis in mixto. Sed secunda expositio est paululum obscura, atque violenta,

Alia expõ.

Tertio exponi potest quod mixta nec generentur, nec

Tertia expositio.

corrumpantur, sed ex multitudine dicuntur congregari in vnum, & ex paucitate disgregari ex vno: Quæ expositio valde consonat verbis, nam illud participium συγκρινόμενα & διακρινόμενα pro infinito legenda sunt videlicet pro congregari, & segregari. Quasi innuat mixta non esse dicenda generari vel corrumpi, sed congregari vel segregari. Hæ tres expositiones sunt Alexandri, quarum prima & vltima melius mihi placent. Sed ego aliter exponerem, quòd cum Aristoteles assignasset rationem, qua Empedocles tradiderit quatuor elementa esse rerum naturalium principia materialia, assignat modum, quo mixta generantur ex illis elementis, innuens duo alia principia ex parte agentis, scilicet litem, & amiciriam, & dicit { sed vel multitudine cõgregari & in unũ }. i. sed dicit mixta fieri congregatione ex multitudine in unum, hoc est amicitia, quæ nihil aliud est quàm congregatio multorum in vnum { atque paucitate segregatio ex uno } Nam lis est segregatio per paucitatem ex vno. Ergo innuit mixta fieri amicitia, corrumpi vero lite, Quare vltra quatuor elementa dedit intelligere alia duo principia ex parte agentis, simulq; exposuit modum quo ex elementis fit generatio, & corruptio, Quo vero ad syllogismum Empedoclis attinet, Maior est insufficiens, quoniam principia sunt, quæ semper manent, & non fiunt ex alteruris, & omnia, quæ fiunt, fiunt ex ipsis, quia igitur Empedocles prætermisit tertiam conditionem in maiore ideo est insufficiens. Deinde dato quòd ipse subintellexerit, Minor erit falsa, Tum quia elementa fiunt ex alteruris, Tum etiam quia non omnia, quæ fiunt, ex elementis fiũt: cum elementum fiat ex elemento, non tamen tanquam ex materia, quæ subijcitur generationi.

Propria expositio.

Anaxagoras autem Clazomenius, qui ætate quidem prior est hoc, operibus uero posterior, infinita principia dixit esse. Pene enim similaria omnia, ut aquam uel ignem, sic generari, corrumpive congregatione duntaxat, segregatione ve dicit. Aliter uero neque generari, neque corrumpi, sed permanere perpetua.

Nunc assignat opinionem Anaxagoræ, qui patria fuit Clazomenius, disciplina vero discipulus Anaximenis, & dicit { Anaxagoras autem Clazomenius, qui ætate quidem prior est hoc } scilicet Empedocle { operibus uero posterior, infinita principia dixit esse } uerbum { operibus } græce ἔργοις dicitur, Quod Alexander exponens. i. sententijs exposuit, quas habuit de rebus naturalibus. Non quidem quòd prorsus opinionem Empedoclis Anaxagoræ sententiæ præferat, ut prudentiorem, plenioremq; nam alicubi Aristoteles præposuit sententiam Anaxagoræ opinioni Empedoclis, sed quia putat Anaxagoræ opinionem posteriorem esse, & magis succinctam: quoniam melius est finita quàm infinita ponere, si quidem per finita tueri eadem Empedocles potest, sicut Anaxagoras per infinita. Ergo asserit Anaxagoram esse operibus posteriorem propter elementorum infinitatem cum sit dignius finita principia, & pauciora accipere, quod fecit Empedocles. Hęc enim præfatus subiungit { infinita principia dixit esse } sed in progressu opinionem Anaxagoræ præponit sententiæ Empedoclis, nam docebit opinionem Anaxagoræ conuenire cum sententia Platonis, qui dicit unum & infinitum principium. Conuenit fortasse quoad infinitatem, non autem quoad vnitatem, & sic recte in progressu sententia Anaxagoræ præponitur opinioni Empedoclis. Expositor uero ait Anaxagoram esse operibus posteriorem, quia posterius philosophari inceperit, Sed hæc expositio non conuenit ei, quod subiũgit { infinita dixit esse principia } propterea cum prima Alexandri expositione currendum est. Deinde vult Expositor, vt Aristoteles colligat duo, quorum vnum est illud, in quo differunt Anaxagoras, & Empedocles, & est, quòd Empedocles voluerit solum quatuor similaria elementa esse rerum principia. At Anaxagoras non solum quatuor elementa, quorum unumquodq; est similare, sed etiam omnia similaria, vt carnem, os, medullam, & cætera id genus. & hoc exponens applicat verbis Aristotelis, cum dicit { penè enim similaria omnia } subaudi Anaxagoras ponit principia { vt aquam & ignem } subaudi ponit Empedocles. Ergo non tantum quatuor elementa, sed omnia similaria Anaxagoras ponit rerum naturalium principia. Hoc est primum, & est differentia, Secundum vero est conuenientia, nam Anaxagores vult rerum naturalium generationem, & corruptionem fieri congregatione similarium, & segregatione similarium, & hoc subdit Aristoteles { sic generari, corrumpive congregatione duntaxat, segregationeve dicit } Anaxagoras partium similarium, vt Empedocles congregatione, atque segregatione quatuor elementorum similarium { Aliter uero neque generari, neque corrumpi } scilicet mixta dicit { sed } dicit similaria principia { esse perpetua } Sed hæc expositio est violenta, quoniam proximam partem refert ad mixta, vltimam vero ad ipsa principia, & sic non recte fieret aduersatio. Melius ergo exponamus cum Alexandro, & dicamus quod posteaquam Aristoteles comparauit opinionem Anaxagoræ ad illam Empedoclis, vult exponere modum quo generantur corpora similaria videlicet elementa quatuor, & cætera id genus, & dicit { penè enim similaria corpora } scilicet { omnia vt aquam, & ignem } & cætera penè omnia id genus { sic generari, corrumpive congregatione duntaxat segregationeve dicit } { vt Empedocles dixit fieri mixta & corrumpi congregatione, segregationeve. Nam ignis fit ex suis similaribus, aqua ex suis, & sic unumquodq; similare ex propriis partibus minimis similaribus. Deinde subiungens aduersatiuam de eisdem similaribus dicit { Aliter vero } similaria ipsa corpora { neque generari } dicit { neque corrumpi, sed permanere perpetua } Ad hunc ergo modum Anaxagoram dixisse ait hæc similaria, quæ infinita sunt, generari, & interire: generari quidem complurium similium concretione, interire discretione. Quo vero modo generentur dissimilaria & corrumpantur, non exposuit hic, quoniam in libro de generatione & corruptione exposuit, dixit enim dissimilare corpus generari similarium, quæ sunt diuersarum ratione, congregatione, Interire vero eorũdem segregatione. Animal enim fit aggregatione carnis, ossis, nerui, & cæterorum talium, quæ differunt specie, sed vnumquodq; similare est. Corrumpitur uero eorundem segregatione. & dixit { penè omnia similaria } quia non omnia posuit esse principia. Non enim quatuor elementa, quæ similaria esse patet sensus argumento, principia esse dixit, sed similaria, quæ sunt quædam mixturæ.

Tho. expō.

## Ex ijs igitur solam quispiam causam intelliget, quæ in materiæ spē dicitur.

Cum narrasset has opiniones de principijs, concludit quod genus principij voluerunt intelligere in suis opinionibus philosophi & asserit eos voluisse intelligere per principium, genus principij materialis, & dicit { ex ijs igitur } opinionibus scilicet, quæ narratæ sunt de principijs { Solam quispiam intelliget. cãm, quæ in materiæ spē dicitur }

Sed videtur q̃ Aristoteles non recte concludat hoc, quoniã meminit Empedoclis, & Anaxagoræ, qui causas quoq; efficientes posuerunt. Dicendum quòd idcirco meminerit, vt declararet, quibus causis materialibus isti vsi fuerint præter priores. nam licet isti vsi fuerint efficientibus, non tamen eis vsi sunt, nisi verbotenus, non intelligentes proprie rationem causæ efficientis. Sic Alexander videtur interpretari.

Procedentibus autem sic res ipsa uiam fecit, ipsosq; quærere coegit. Si enim quia maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo ut ex uno, uel etiam pluribus est, propter quid hoc accidat, etiam qua causa. Non enim subiectum ipsum facit mutare se. Dico autem ueluti neque lignum, necq; æs causa est, ut utrunq; ipsorũ mutetur. necq; lignum quidem lecticam, æs uero statuam facit. Sed aliud quippiam mutationis est proprium. Hoc autem quærere est alterum principium quærere, tanquã nos dicamus unde principium motus.

Refutatio.

Propria expositio.

Cum narrasset opiniones de causa materiali, nunc docet vnde post causam materialem processerint ad inuestigationem efficientis: & est q̃ subiectum aliqua indigeat causa, ut mutetur in ea, in quæ transit. propterea dicit { procedentibus autem sic } scilicet in inuentionem causæ materialis, vt processerunt { res ipsa uiam fecit, ipsosq; } scilicet sic procedẽtes { quærere coegit } scilicet ulterius ad inuestigationem causæ efficientis: quasi dicat, q̃ antiqui ipsi à seipsis processerunt ad inuentionem causæ materialis, nihil habentes, quo mouerentur ad inuentionem illius. At pro inuentione causæ efficientis habent, vnde moueantur, nam habent rem ipsam, quæ mouet eos ad inuentionem causæ efficientis. Sed quid intelligat per rem ipsam, quæ coegit eos ulterius quærere, non est perspicuum, Expositor, per rẽ ipsam, intelligit ipsam rei euidentem naturam, sed hoc est declarare ignotũ per ignotius, nam adhuc ignorare contingit quid est rei euidens natura? Alij intellexerunt per rem ipsam, ueritatem rei, quam quærebant. Et iterum est hoc exponere ignotum per ignotissimum, quoniam ignotissimum est, quid veritas sit rei, quam quærimus. Alexander uero uidetur intelligere per rem ipsam, proloquium diuulgatũ videlicet, quòd subiectũ aliqua indigeat causa, ut mutetur in ea, in quæ transit. Hoc enim proloquium facit, ut veniamus ad causam efficientem, & propterea ait { procedentibus autẽ sic } vt processerunt in cognitionem causæ materialis, ad quã processerunt a se, & non cõpulsi ab aliquo prologo { res ipsa } ideſt proloquium, ipsum per se verum { viam fecit } inuestigationis { ipsosq; quærere coegit } ex hoc enim q̃ subiectum aliqua indigeat causa, ut mutetur in ea, in quæ transit. Coegit quærere, quæ causa sit, ex qua mutatur, & cum non possit esse ipsummet subiectum, erit igitur causa externa, quæ efficiens vocatur. Hæc videtur Alexandri expositio.

Ego vero aliter exponerem, & intelligerem uno modo per rem ipsam, materiam ipsam, alio modo ipsummet efficiens, vbi intelligimus per rem ipsam, materiam: Sensus erit { procedentibus autem sic } scilicet vsq; in materiam, et peruenientibus ad ipsam materiam { res ipsa } ideſt materia ipsa, ad quam peruenerunt, quæ est, vt non mutetur a se, sed aliunde { viam fecit } ideſt præparauit in causam efficientem { ipsosq; quærere coegit } scilicet causam agentem. Materia enim ipsa præparauit viam inquantum scimus materiam non a se mutari, sed aliunde, peruenientes igitur in materiam, quæ non est ipsam mutat, sed aliunde mutatur, hæc materia quæ talis est, ut aliunde mutetur, parauit viam in cognitionem eius, è quo mutatur, quod est effectrix causa. Si uero per rem ipsam intelligimus causam efficientem, erit sensus { procedentibus autem sic } scilicet usque ad inuentionẽ materiæ { res ipsa } ideſt effectrix ipsa causa, quæ est ut mutet materiam { viam fecit } ideſt parauit { ipsosq; coegit quærere } & inuestigare, vt perueniamus in causæ efficientis cognitionem. Natura enim efficientis, quæ est, vt mutet materiam, ducit nos in cognitionem generis efficientis causæ. Est autem magis consonum mihi, vt per rem ipsam intelligamus naturam materiæ, quoniam, ut in auscultatorijs dicitur, transmutatio materiæ ducit in notitiam agentis: Cuius expositionis certitudinem demonstrant verba, quæ subdit { Si enim quia maxime omnis corruptio, & generatio ex aliquo } scilicet subiecto { vt ex vno vel etiam } ut ex { pluribus, est } cogit subaudi nos quærere { propter qd hoc accidat } ideſt propter quid tanquam propter materiam accidat, cogit enim scire materiam quæ est id, propter quod accidit. Etiã coget quærere { qua causa } scilicet externa accidat. Si enim generatio cogit nos scire materiam, etiam generatio, & materia cogit nos scire, qua causa generationem suscipiat, tanquam efficiente ordine quodam, Nam generatio cogit nos inuestigare materiam, ipsa vero naturæ materiæ cogit inuestigare efficientem causam { Non enim subiectum ipsum facit mutare se } igitur cum hæc sit eius natura, cogit nos quærere agentem, Quòd autem natura materiæ sit, vt non a se mutetur, exponit exemplis, & dicit { dico autem veluti neque lignum } quod est materia, & subiectum lecticæ { neque } æs, quod est materia & subiectum statuæ { causa est vt vtrunque ipsorum mutetur } Cuius rationem affert, & dicit { necq; lignum quidem lecticam, æs vero statuam facit, sed aliud quippiam mutationis est proprium } ideſt propria causa scilicet aut statuæ, aut lecticę. Tunc syllogizemus sic, Proprium principium mutationis quærere est alterum principium quærere. Natura materiæ facit nos quærere proprium principium mutationis, igitur natura materiæ facit nos quærere alterum mutationis principium. De syllogismo primo deducit minorem scilicet quòd natura materiæ faciat nos quærere alterum mutationis principium. Deinde subdit maiorem, & dicit { hoc autem } ideſt principium proprium { quærere, est alterum principium quærere } Hæc fuit maior, quam exponit, & dicit { tanquam nos dicamus } alterum principium ideſt { vnde principiũ motus } Est igitur syllogismus: Propriũ principium mutationis quærere, est alterum principium quærere, sed per declarata natura materiæ facit nos quærere proprium mutationis principium, igitur natura materiæ facit nos quærere alterum mutationis principium, quod dicere possumus principium, vnde motus. igitur res ipsa, id est natura materiæ cogit nos quærere alterum principium mutationis, quàm materiam.

## Qui igitur huiusmodi doctrinam prorsus a principio tetigere, unumq; subiectum esse dixere, nullam sibimet difficultatem fecerunt.

Cum dixisset quomodo ex ipsa materia philosophi compulsi sunt venire ad causam efficientem, nunc uult narrare, qui venerunt ex natura ipsius materiæ ad causam efficientem, & qui non, & primo redit ad eos, qui sola causa, & principio materiali vsi sunt, & exponit quomodo eos neglexerũt omnino effectricem causam, & dicit { Qui igitur huiusmodi doctrinam } quæ scilicet est de materia { tetigere a principio prorsus, unumque subiectum esse dixere } ut Thales, & Anaximenes { nullam sibimet difficultatem fecerũt } scilicet, qua ducantur in effectricem causam, & dixit { prorsus a principio } ut Thaletem, et Anaximenem designaret, Nam hi soli materiali principio usi sunt, nullam difficultatem habentes inter se, qua cogerentur fateri agentem causam. Nam Empedocles, & Anaxagoras, de quibus mẽtionem fecit, aliquid de principio efficiente at-

tigisse uidentur,ut ipse in processu docebit,& dixit { nullam difficultatem sibimet fecerunt } qua scilicet compellerentur fateri agentem causam,quoniam suorum dictorum absurditatem ignorauerunt,neq; præter causam materialem aliud principium inuestigabant,uelut ipsa non satis esset.Putabāt enim omnia euenire necessitate materiæ,& nō propter causam agentem,quæ mutaret subiectum,& materiam. Isti.n. volunt ꝙ proprium principium mutationis quærere non sit alterum a materia principium quærere,quoniam sola materia suijpsius naturæ necessitate sit principiū mutationis.Patet igitur quomodo syllogismus assignatus Thaleti,& Anaximeni nullam difficultatem fecit,qua cogerētur fateri agentem causam.

*Corruptio. φορὰ Motus localis.*

**Sed quidam eorum,qui unū dicunt quasi a quæstione hac superati,unū ipsum immobile esse dicunt,totamq; naturam,non solum generatione, corruptioneve(hoc enim uetustū quoq; est, cui omnes consentiunt )sed alia quoq; mutatione omni:atq; hoc ipsorum proprium est.**

Nunc ostendit alios philosophos,quibus non cōtingit intelligere cām efficientem,asserens hos esse, qui dicunt omnia esse vnum & immobile: nam cum motum subtrahant frustra quærunt causam motus. Hi sunt qui superantur ab inducto syllogismo,sed fugiunt eum dicentes nullū esse omnino motum. Nam si esset,omnino cogerētur fateri causam agentem: & dicit { Sed quidam eorum, qui unum dicunt quasi a quæstione hac } scilicet a syllogismo præexposito { superati,unū ipm immobile esse dicunt } & sic subtrahūt motum,itaq; victi syllogismo præinducto fugiunt in subtractionem motus, & cum dixit { quidam eorum, designauit Xenophanem,Parmenidem, & Melissum. Isti enim vniuersum unum statuebāt,quos ideo ait uictos fuisse hac quæstione,quia ignorantes illius syllogismi solutionem tollebāt a rebus motum. quoniam concesso motu, non poterāt ipsi asserere ens vnum esse, & cum dixisset { vnum ipsum immobile esse dicunt addit { totamq; naturam } quia ipsis tota natura unum esse uidebatur,& immobilis.Cū enim quispiam dicere possit absurdum esse,ut tota natura sit immobilis,ideo adijcit totam naturam esse immobilem, & non solū ipsum Ens.ne videlicet ad eam confugiat quispiam asserens esse mobilem. & quia rursus posses dicere,totam naturam esse immobilem uacantia generationis & corruptionis, non tamen uacantia motus,atq; cuiuslibet mutationis,ideo subdit,dico totam naturam esse immobilem { nō solum generatione corruptione ve } idest non solum uacantia generationis,corruptionisve { hoc enim uetustum quoq; est, cui omnes consentiunt } Omnes enim asserunt totam naturam esse ingenitam & incorruptibilem { Sed } vniuersam naturam dicunt immobilem esse { alia quoq; mutatione omni } Quare dicunt ens esse unum & immobile & naturā etiam uacantia omnis mutationis. Generatio enim & corruptio, & aliæ mutationes & si non sunt motus,fiunt tamē dum aliqua mouentur: Et ne putes hanc opinionē esse communem ueterum Philosophorū,subdit { atq; hoc ipsorum ꝓprium est } idest & hæc opinio est propria ipsis,scilicet Xenophani,Parmenidi, & Melisso,& nō aliorum opinio. Aut fortasse hæc vltima uerba sunt epilogus,quasi dicat,hæc igitur est ipsorum propria opinio. & dixit,propria opinio,quoniam in hac opinione ab alijs differebant primis naturalibus,qui saltem motum rarefactionis & condensationis in entibus concedebant,&ita ex uno principio materiali plura generabāt, licet generationem,et corruptionem non ponerent esse simpliciter,sed secundum quid, ut dictum est.

**Nulli igitur eorum,qui unum uniuersum ipsum ponunt huiusmodi causam intelligere conuenit, nisi forsitan Parmenidi,& huic intātum, inquantum non solum unam, sed etiam duas quodammodo causas esse ponit.**

*Forsitan. εἰ ἄρα.*

Cum declarasset nulli eorum,qui ponunt ipsum uniuersum esse unum tantum,posse intelligere causam effectricem motus,nunc excludit Parmenidem,&dicit { nulli igitur eorum,qui vnum vniuersum ipsum ponūt, huiusmodi cām } scilicet agentem, quæ est principiū vnde motus { intelligere conuenit,nisi forsitan Parmenidi } & exponit quomodo, & dicit { & huic } scilicet Parmenidi cōuenit ponere causam,quæ est principium agens { intantum,inquantum non solum unam,sed etiam duas quodāmodo causas ponit } De Parmenide et eius opīone meminit Theophrastus in primo libro de rebus naturalibus ad hunc modum, Parmenides autem Eleata, qui huic scilicet Xenophani successit, utraq; uia ingressus est, Statuit enim uniuersum esse sempiternum & generationem rerū tueri conatur,non ꝙ similē de utroq; sententiam habeat,sed re uera unum esse ratus, idemq; ingenitum, & globosum ad tuendam generationem,ex opinione vulgi rerum apparentium duo principia facit ignem, & terram,alterum ut materiam,alterum ut causam & efficiēs, Quāobrē Aristoteles dixit { nisi Parmenidi idq; quatenus duas causas statuebat } non qua ens unum dicebat esse, sed qua plura saltem secūdum apparentiam. Parmenides enim etsi ponit unum secundum rationem,ponit tamen plura ẜm sensum,quare inquantum plura ponebat, decebat eum ponere plures causas, quarum una esset mouēs, altera materia & mota:qa sicut multitudinē ẜm sensum ponebat,ita oportebat ponere motum secundum sensum, nam ex uno subiecto non potest intelligi multitudo cōstituta,nisi per aliquem modum motus.

**Hi autem magis dicere possunt, qui plura faciunt,ut calidum & frigidum, aut ignem & terram. nam igne ut motiuam habente naturam, aqua uera,& terra,& talibus e contrario utunt̄.**

Hic tertio ostendit eos,qui concesserunt syllogismum dictum,concludentem ꝙ natura materiæ faciat quærere alterum mutationis principium,quod dici potest principiū unde motus,& eos esse affirmat,qui plura faciunt.s.entia & plura principia,nā facientes plura entia & plura principia possunt alterum existimare ut agens,alterum ut subiectum,& materiam, & dicit { hi autem magis dicere possunt,qui plura faciunt } idest qui præter causam materialem, efficiētē quoq; asserunt:ut Anaxagoras,& Empedocles,qui manifesto præter causam materialem ponunt efficientē: Empedocles quidem amicitiam & discordiam,Anaxagoras uero mentē impermistam. Sic igitur una expositio est,ut intelligat eos, qui manifeste posuerunt plura principia,nā si manifesto posuerunt plura principia,dicere poterūt alterū esse ut materiā, alterū,vt agens, Cum.n.Empedocles posuerit principia rerū quatuor elementa,& amicitiam & discordiam,potuit dicere quatuor elementa esse in genere materiæ,amicitiā & discordiam in genere agentis causæ. Similiter cū Anaxagoras posuerit infinitas partes similares principium, & mētem etiam principium,potuit dicere similares partes esse materiā, mentem uero cām mouentem. Vel aliter intelligi pōt, ut non loquatur de ijs,quibus manifesto plura prīcipia esse placet, sed de ijs,quibus non manifeste plura principia esse placet, sed per quandam deductionem ex ijs,quæ dicunt.nam licet isti non manifesto plura principia ponāt,sed obscure,tamen plura ponunt,& sic possunt alterum ut agens, alterū ut materiam ponere,& dicit { hi autem magis dicere possunt } alterum ut materiam,alterum ut agens { qui plura ponunt } scilicet principia,licet latēter plura principia fateantur { ueluti } qui { calidum & frigidum,aut ignem & terram } principia ponunt { nam } licet non explicet quid eorum, quæ ponunt,



sit materia,quidue agens,tamen { igne ut motiuam habente naturam,aqua uero & terra,& talibus utuntur e cōtrario } uidelicet habentibus naturā materiæ & moti. Et sic licet nō manifesto alterum,ut agens,alterū ut materiam ponant,tamē possunt altero ut agente,altero ut materia uti:quatenus plura principia ponunt aliquo modo. Dixit aūt { & talibus } aerem significans,aut mixta ex humore.

**Post hos autē,taliaq; principia,ut nō sufficientia ad generandū entium naturā, rursus ab ipsa ueritate cōpulsi, ut diximus, sequens principiū q̄siuere.Nā ut entiū alia bn̄,recteq; sese habeant, alia fiant,nec ignē fortasse,nec terram,nec aliud quicq; taliū uerisimile ē esse causam:aut illos uerisimile est id ipsum existimasse, nec casui ipsi, fortunæue tantā rem cōmittere bene se habet.**

*Tho. expō.*

Quid uelit Aristoteles facere in pręsenti textu, nō est mihi exploratū, nam Expositor, cui multum esse tribuendum arbitror,uelle uidetur,ꝙ Aristoteles posuerit opiniones,q̄ fuerunt de causa effectiua,quo effectrix causa est principiū motus, nunc uero uelit ponere opiniones de causa, q̄ est principium boni, uel mali in rebus ipsis. Post in prosequenda sua expositione, exponens quid ipse uelit per causam boni, uel mali,uidetur uelle, ꝙ nunc Aristoteles uelit ponere opiniones de causa boni,uel mali, quæ est causa finalis. Et sic iuxta hęc quę dicit in prosecutione expositionis, ponit nunc Aristoteles opiniones de causa finali, nam causa finalis est, q̄ boni, uel mali causa est. Prius autē posuit opiniones de causa effectiua, quæ est effectrix causa, quo est motus principium. At causa finalis est causa boni, uel mali in rebus, quo est causa ordinis partium, & dispositionum partium, & figurarum.

*Alexā.*

Alexander uero uult ꝙ cum Aristoteles assignasset opiniones,quæ sunt de causis effectiuis materialibus,atque corporeis,nunc uelit assignare opiniones de causa effectiua,quę est causa boni,& ordinis.Nam effectrix causa, quæ est materialis,& corporea nō satis est ad rerum naturam generandam. Quare oportet inquirere causam effectricem, q̄ sit causa ordinis partium,& figurarum,& dispositionum, quibus res ueniant in suos fines, gratia quorum ordo, & dispositio, & numerus,& figura partium est eiusmodi, per quę uidetur innuere esse duplicem causam effectiuam particularem, q̄ materialis,atq; corporea est,& primā uniuersaleq;, in qua est prouidentia,q̄ disponit res in suos fines,ergo cum dixisset opiniones de efficiente primo modo, nūc uult, ut ponat opiniones, quæ sunt de efficiente secundo modo.

*Propria expō*

Ego uero puto Aristotelem uelle nunc narrare opiniones de causa finali, q̄ est causa boni,uel mali,ut Expositor inquit,nō tamē opiniones, quas explicat,applicat ad certū genus causæ, sed indistincte uult eas esse de causa, quæ est causa boni, uel mali non distinguens de causa finali, uel effectrice speciatim. Ideo dicit { Post hos autē } .i.post uetustissimos { taliaq; principia } .i.& post talia principia materialia { ut nō sufficientia ad generandum entium naturam } .s.quo ad omnia.s.quo ad partium substantias,dispositiones, numerum, posituram, ordinem,& figuram { rursus ab ipsa ueritate compulsi, ut diximus,sequens principium q̄siuere } .i.finalē causam, quæ est secundum executionē ultima,in intentione uero prima.Licet non sub ratione qua est finalis causa, uel effectrix causa: sed sub ratione qua est causa boni uel mali: quod cōsistit in ordine,& dispositione,& numero,& figura partium.Res.n.naturales ordinem seruant, & consecutione quadam gignuntur. Illorum uero nullum esse potest ordinis causa, quare oportet narrare opiniones,q̄ sunt de principio, quod est causa ordinis.Dixit autem { sequens principium } nam finalis causa sequitur agentem causam, licet prima in intentione sit, dixit { ab ipsa ueritate cōpulsi } intelligens per ipsam ueritatem totum illud, quod est in unaquaq; re naturali.s.de ordine, de figura, de dispositione, de numero, de magnitudine, de situ partium. Nam ipsa ueritate,quæ est in re quo ad omnia hæc cōpulsi, quoniam non possunt hæc esse ab aliqua causa materiali corporea,sed solum ab ea,in qua prouidentia est. compulsi itaq; hāc ueritate { quæsiuere sequens principium } .i. causam finalem, quæsierunt hanc causam profecto, qa pręmissa principia nō sufficiebant ad generandū naturam rerū, in qua inuenitur dispositio,& ordo,quibus bene se habet. Et reddit rationem, & dicit { Nam ut entium alia bene recteq; se habeant } .s. quo ad factum esse { alia bene } .s. recteq; fiant } quo ad fieri { nec ignem fortasse, nec terrā nec aliud quicq; talium } .s.aquam uel aerem { uerisimile est esse causam,aut uerisimile est illos } .s.philosophos,qui talia materialia principia posuerunt { id ipsum } .s. ꝙ sint causa { existimasse } Nam hæc corpora, cū agant secundum naturā propriarum formarum, q̄ solum ad unum est determinata, non possunt causa esse tantę uarietatis uidelicet in ordine,& dispositione,& figura, & situ, & numero, & magnitudine partiū. Ignis.n.calefacit, & tendit sursum. Aqua uero refrigerat, & tendit deorsum.Prędictæ autē utilitates,& bonæ dispositiones rerum in ordine,& reliquis poscunt causam nō determinatam ad unum: q̄ est alterius rationis ab his corporeis causis. Fortasse dicet quispiam hæc principia materialia, & corporea esse causas rerum quo ad esse & fieri simpliciter, quo tamen ad alia, q̄ faciunt,ut res sint bonæ,uel malæ,causa est casus,uel fortuna. Contra obijcit,& dicit { nec casui ipsi,fortunæue tantam rem } quæ est affecta dispositione boni, uel mali { cōmittere bene se habet } Nam quæ casui fortunæue cōmittuntur, raro eueniunt. at hæc boni uel mali dispositio semper uel plerunq; euenit. Igitur nō est a casu, uel fortuna. Quare oportet inuestigare aliud principium pręter ea, quæ dicta sunt.

**Itaq; quidam cum mentē mundi causam, ac uniuersi ordinis esse,perindeq; naturę,ac animalibus inesse dixerit,inter priores illos uana dicentes quasi sobrius habitus est.**

Descendit nunc speciatim ad opiniones, q̄ sunt de principio existēte supra materialia,& corporea principia,& primo affert opinionē, deinde specificat authores, dicit ergo primo { Itaq; quidā cū dixerit mentē esse causam mūdi } ac etiam esse { causam uniuersi ordinis, ꝑindeq; inesse } causam { naturæ ac animalibus } Dixit.n.intellectū esse in tota natura sicut est in animalibus.Nā sicut in animalibus est causa animalis,& totius ordinis quæ in partibus animalis est,sic est causa uniuersi ordinis,atq; naturæ:q̄ omnium rerū naturalium est. Sic igitur iste cū dixerit mentē esse causam mūdi, ac uniuersi ordinis,qui est in rebus mūdi,mentē illam ita asserit inesse naturæ totius uniuersi,sicuti inest animalibus ipsis suus ꝓprius intellectus. Quare opinio hæc ponit mentē esse animā mundi,atq; uniuersę naturæ,sicut intellectus est anima animaliū, scilicet q̄ sunt animalia intellectiua. Et ita sicut intellectus in animalibus causa est ipsius animalis, & ordinis,ac dispositionis partium,sic mens ipsa erit causa mundi, & uniuersi ordinis,ac totius naturæ.Hic qui mentē sic causam ponit mundi, ac uniuersi ordinis, totiusq; naturæ { inter priores illos } .s. philosophos { uana dicentes } & nō uera principia attingentes { sobrius habitus est } quasi solus rationē fuerit secutus. Cæteri.n.placita sua temere tradiderunt, cū huiusmodi causam præterirent. Sed addidit { ac animalibus } quoniam in animalibus mente præditis mens est principium & causa eorum,quæ ab ipsis recte fiunt.

**Anaxagorā itaq; manifeste sermones hos tetigisse scimus,sed Hermotimus Clazomenius prius dicendi causam habuit.**

Nunc specificat authores, & dicit { Anaxagorā itaq; manifeste sermones hos } qui sunt de mēte, ꝙ sit mundi anima,

& prima rerū causa ⁊ retigisse scimus ⁊ Quare Anaxagoras primus in hanc causam manifesto uenisse uidet. Deinde specificat aliū philosophū, q prius in hanc causam uenit, licet nō sit palā sicut Anaxagoras, & dicit ⁊ sed Hermotimus Clazomenius prius ⁊ .s. q̄ Anaxagoras ⁊ dicendi cām habuit ⁊ habuit. n. Hermotimus causam cur sic de huiusmodi causa sit dicendū, prius q̄ illā habuerit Anaxagoras. Quod si Hermotimus prius q̄ Anagoras habuerit causam dicēdi, etiā eiusmodi causę prius mentionē fecisse uidetur: quod Alexā. testatur. Non tamen ita palam sicut Anaxagoras.

Hi igitur, qui sic opinātur, causam bene se habendi entia, simul principium esse posuerunt, atq; talem causam, q̄ principium est motus.

Ex iis, q̄ dixit cōcludit, ut Alexander autumat, idē esse causam apud hosce bene se habēdi, & principium, unde motus. Q̄m causam recte mouendi, & efficiendi, non autē causam efficiendi tantum, & mouēdi principium esse ponebant. Sed uoluerunt idē esse principiū, quod mouet, ac efficit, & quod bene, rectęq; mouet, & efficit. Talē dixerunt esse mentē: quę eadem mouendi, effi cienciq; principium est, & bene, rectęq; mouendi, dicit ⁊ Igitur hi, qui sic opinantur, causam bene se habendi entia, simul principium esse posuerunt, atq; talē causam, q̄ principium est, unde motus. ⁊ Igitur secundum opinionē istorū eadem est causa essendi, & bene rectęq; essendi, eadem causa mouendi, & bene rectęq; mouendi, eadem est causa efficiendi & bene rectęq; efficiendi: & hæc est mens. Per quę colligi potest, prēter causam, quā materialē ponunt, nō esse danda agentia particularia, & mouentia specifica, q̄m omne, quod fit, secundum horum opinionē a sola mente proficiscitur. Et sic negant agentia particularia. Q uoniam uolunt eandem causam esse mouendi, & bene mouendi: efficiendi, & bene rectęq; efficiendi.

Amor ἔρως
Cupido ἐπιθυμία
Cupiditas
Desiderium.
In rebus οὐσιν

Primū autē Hesiodū id ipsum q̄sluisse quispiam suspicabitur, & siquis alius est, qui amorē, aut Cupidinē in rebus uti principiū posuit. quē admodū quoq; Parmenides est. Et. n. hic generationē extruens uniuersi primū quidē ait amorem Deorum prouidisse cunctis.

Cū exposuisset eos, qui mentē posuerunt esse principium bene se habēdi, nunc exponit eos, qui principium bene se habēdi posuerunt esse amorē, aut desiderium pulchri, quod idē est: Nam amor est desiderium fruendi pulchro, uel generādi pulchrum ex pulchro, uel producēdi pulchrum ex quocunq; potest. Q uā expositionē sequitur Expositor, cum ait Aristotelem hic afferre opinionem eorum, qui posuerunt amorem esse primum principium. s. bene se habendi. Melius autem secundum Alexandrum exponerem, q̄ cum Aristoteles demonstrasset Anaxagorā tetigisse principium bene se habēdi, & ante eum Hermotimū Clazomenium, nunc ostēdit ante hos, alios fuisse, qui principium bene se habēdi tetigerunt, & sunt qui posuerunt amorē esse principium bene se habendi. Hi. n. sunt qui ante Anaxagorā, & Hermotimū tetigerūt principium bene se habēdi, & dicit ⁊ Primū autē ⁊ .s. ante Anaxagorā, & Hermotimū ⁊ Hesiodū id ipsum ⁊ .s. principium bene se habendi ⁊ q̄sluisse suspicabitur ⁊ nec solū Hesiodus ante hos principium bene se habēdi q̄sluit, sed etiam ⁊ siquis alius est, qui amorē, aut cupidinē in rebus uti principium posuit ⁊ omnis talis tetigit principium bene se habēdi ante Anaxagorā, & Hermotimum. Dixit autē ⁊ suspicabitur ⁊ q̄m qui dicunt amorē esse principium in rebus, uel rerum, nō in aperto dicunt amorē esse principium rerum bene se habendi. Nā amor est principium pulchri. s. generandi ex pulchro, aut ex quocunq; potest, nō tamen est per se notum omnibus pulchrū esse id, quod bene se habet. Et propterea nō est in aperto, ut amor sit principium bene se habendi. Quo uero ad uerba attinet apud græcos reperitur ἔρως per o mega, & ἔρος per o micron, ρ o mega significat amorē cupidineum, q̄ cupido est, & hunc uoluerunt esse principium bene se habendi, quoniam hic amor est desiderium generādi pulchrū ex pulchro, uel pulchrū ex quocunq; potest: & q̄ de eiusmodi amore loquatur, apparet, quia subdit, uel ἐπιθυμίαν. i. cupidinē, uel cupiditatē, uel desiderium. Per o micron uero significat amorē, qui est in bonā partē: qui est desiderium fruendæ pulchritudinis. s. per uisum tantū: uel per intellectionē, quali amore desideramus uidere omne pulchrū ut cœlū, & cætera id genus. De hoc nō intelligit Aristo. q̄n hic amor nō est desiderium generandi pulchrum ex pulchro, uel ex quocunq; potest, sed fruendi. Et cū dixisset ⁊ & siquis alius est ⁊ Exponit quis fuerit hic alius, qui uoluit amorē esse principium bene se habēdi, & ponit carmen, & dicit ⁊ quemadmodum quoq; Parmenides est. Et. n. hic generationem extruens uniuersi ⁊ mundi. s. totius ⁊ primum quidē ait amorē Deos prouidisse cūctis ⁊ per quæ dedit intelligere amorem esse principium omnium rerū, ut bene rectęq; se habeant. Nō ergo ab ratione supicabitur quis Parmenidē ante Anaxagorā, & Hermotimū tetigisse principium bene se habendi. Sed occurres, q̄m Parmenides posuit omnia esse unum ens, & immobile, cui uidetur repugnans dicere amorē esse principium rerū quo res bene se habent, ac pulchræ sunt. Q̄m res non poterunt esse unum ens, & immobile, cū res sint plures multis, ac uarijs pulchritudinibus affectæ. Expositor recte tollit inconstantiam Parmenidis. Nam Parmenides asserit omnia esse unum essentia, & substantia, & secundū rem immobile. Apparenti uero sensu, plura, & mobilia. Et cum dixerit Parmenides amorem Deorum esse principium bene se habendi in rebus, & unus tantū sit Deus, ipse per Deos corpora cœlestia, uel substātias separatas, quę cœlestia corpora mouent intellexit. Sed utrum per amorē intellexerit substātias ipsas cœlestes, quæ amant principaliter se, & secundario hæc, quæ sub luna fiunt, & bene rectęq; ac pulchre fiūt. An intelligat ρ amorē ideā, q̄ est unus Deorum alius ab illis separatis substātijs, postea differendū.

Hesiodus uero omnium primū quidē chaos genitū fuisse, sed deinceps terrā latam, & amorē qui omnia immortalia condecorat. Propterea q̄ oportet in rebus causam eam esse, q̄ res ipsas moueat, & cōgreget, sed hos quo nam modo oportet distribuere circa id, quod est quis primus sit, liceat posterius iudicare.

Distribuere διαιρεῖ μεν

Nunc narrat opinionē Hesiodi, ut innuat eos, q̄ posuerunt amorē esse rerū principium, posuisse etiam amorē esse principium bene se habēdi, & hoc, ut indicet fuisse quosdā, qui ante Anaxagoram, & Harmodium posuerunt esse principium bene se habendi, & dicit ⁊ Hesiodus uero ⁊ .s. posuit rerum omnium, q̄ generanē & corrūpuntur, tria principia ⁊ primū quidē chaos ⁊ .s. materiale principiū ⁊ genitum fuisse, sed deinceps ⁊ secundū principium ⁊ terrā latam ⁊ ex illo .s. chao factam, latam uero, ut esset receptaculū capax omnium eorū, q̄ generātur. Est autem terra quatenus locus, principium, ut in auscultatorio lib. quarto traditur. Quare terrā latā accepit pro secundo principio ⁊ & amorē, qui omnia immortalia cō decorat ⁊ .s. posuit tertium principium. Amor uero dicitur condecorare immortalia, in quantū immortalia propter amorem, quē habent erga mortalia, beneficia mortalibus conferunt. Nā beneficium cōferre alicui est effectus amoris. Cum igitur immortalia nō conferrent beneficium mortalibus nisi propter amorē, quē immortalia erga mortalia habent, sit ut amor condecoret immortalia ponendo ea inesse pulchro, & nobili, si ergo mortalia in sui substantia bonam dispositionem obtinent ab ipsis Dijs immortalibus, oportet doctrinā hanc benefaciendi amori attribuere. Deinde reddit causam, quare amor condecoret ipsa immortalia, & dicit ⁊ Propter ea





ea q̄ oportet in rebus ⁊ .s. mundi ⁊ causam eam esse, q̄ res ipsas moueat, & cōgreget ⁊ ex illo chaos. s. generādo, modo mouere, & congregare efficit amor. Ergo amor condecorat immortalia. Sed quid sit amor apud istos, utrū subsātię ipsę cœlestes, quæ amant ijs mortalibus bene facere, an sit id ea alia ab his substantijs separatis, quæ condecoret has substantias faciendo, ut bene agant mortalibus, ut Hesiodus uidetur uelle, non est exploratum. Nec Aristoteles explicauit. Fortasse per amorem Deum intellexerunt, Nam Deus est, qui decorat substantias separatas, quę sunt cœlorum formæ, faciendo illas beneficia conferre mortalibus: & dixerunt amorem cōdecorare immortalia, in quantum immortalia mouent beneficia conferendo mortalibus, ut amantes Deum, cui complacere eniituntur. Ergo amor, quo substātię separatę amant Deum, facit, ut substantiæ separatæ beneficia conferant, & hoc facere appellant decorare. Hæc interpretatio nostra licet non fuerit ad mentem eorum, tamen est uera & Peripatetica. Nam Alexander asserit hos uoluisse bonorum causam, qui est amor, esse in principijs. Anaxagoras autem bonum causam facit efficientem, siquidem omne agens appetitum sequens, facit omne, quod facit. Quoniam interpretari quid illi uoluerint, est uaticinari. Sed unum pro explorato accipiendum est, fuisse aliquos ante Anaxagoram, & Hermotimum, qui uoluerunt esse aliquod principium benefaciendi rebus, utputa illi, qui amorem rerum principium factitant, ut Parmenides, & Hesiodus. Deinde mouet quandam dubitationem, quam postea dissoluere pollicetur, & dicit ⁊ sed hos ⁊ .s. authores ⁊ quonam modo oporteat distribuere circa id ⁊ .s. quæsitum ⁊ quod est quis primus sit ⁊ .i. potior in sententia utrum ille, qui amorem esse primum principium, an ille, qui dixit mentem ⁊ liceat posterius iudicare ⁊ Melius autem cum Alexandro dicamus, Nam cum omnes prænarrati concesserint causam efficientem, quæ est causa bene se habendi res, tam qui mentem, quam qui amorem dicunt, quærit quis primus author fuerit huius causę, Anaxagoras ne, ut uidetur, an Hermotimus, & ante hūc Hesiodus, & Parmenides, post modū licebit iudicare, & dicit ⁊ sed hos ⁊ qui tetigerunt causam efficientem bene se habendi ⁊ quo nam modo oporteat distribuere circa id ⁊ .s. quæsitum de causa bene faciendi, ut puta quis primus author fuerit huius causæ ⁊ liceat posterius iudicare ⁊

Amor φιλία amicitia

Quoniam autem & contraria bonis in natura uidebantur inesse, & non solum ordo, pulchrumue, sed uel inordinatio, atque turpe, pluraq; mala q̄ bona, & turpia q̄ honesta, sic alius quidam amorem atq; discordiam introduxit, ut utrunq; horum utrorumq; causa sit.

Secundum expositionem Expositoris, hic Aristoteles ponit opinionem eorum, qui posuerunt principia effectiua plura, & contraria. Ego uero cum Alexandro dicerem q̄ cum Aristoteles hucusq; locutus sit de ijs, qui principijs annumerarunt principium efficiendi recte, & pulchre, dixissetq; mentem esse tale principium, cum in animalibus, quibus adest, hunc ordinem sortita sit, docet rursus, quo ductus Empedocles inter principia efficientia posuerit efficiens principiū malorum: Ergo hic Aristoteles ponit argumētum Empedoclis, quo adductus Empedocles inter principia efficientia posuit principium efficiens malorum, & Aristoteles pro hac Empedocles sententia facit enthymema, in quo accipit duas propositiones pro antecedente, & dicit ⁊ Quoniam autem & contraria bonis ⁊ uidelicet mala ⁊ in natura uidebantur esse ⁊ quam propositionem exemplo explanat, & dicit ⁊ & non solum ordo, pulchrumue ⁊ quæ sunt bona ⁊ sed uel ⁊ .i. etiam ⁊ inordinatio, atq; turpe ⁊ quæ. s. sunt mala. Est igitur prima propositio: In natura sunt mala, quę sunt contraria bonis. Deinde accipit secūdam propositionem, & dicit ⁊ pluraq; mala q̄ bona, & turpia q̄ honesta. ⁊ Nam sunt uitia plura q̄ uirtutes, cum recedere a medio pluribus sit modis quā accedere ad medium. Deinde terminando suspensionem dat consequens, & dicit ⁊ sic alius quidā ⁊ .i. hac ratione Empedocles ⁊ amorem, atque discordiam introduxit, ut utrunq; horum utrorumq; causa sit ⁊ amor. s. bonorum, discordia uero malorum. Reducitur autem ad artem prioristicam syllogismus hic, hac forma. Contrariorum contrariæ sunt causæ: Mala sunt contraria bonis: Igitur malorū causa contraria est amori, qui est causa bonorum. Sed discordia est contraria amori, qui est causa bonorum. Igitur discordia est causa malorū, quæ sunt contraria bonis. Syllogismus est constitutus per illum locum topicum, Cōtrariorum contrariæ sunt, præterea & in illo, Si alterum cōtrariorū est in natura, & alterum, Sed in natura sunt bona, quæ sunt cōtraria malis. Igitur in natura sunt mala. Sed dices ad quid seruit secunda propositio, q̄ plura sint mala quā bona, & turpia quā honesta. Videtur. n. propositio illa superuacanea syllogismo. Dicendum eam propositionem esse additam ad tollendam obiectionem. Nā posset, dici bonū esse a natura, quoniam est per se intentum, & honestum similiter, ac malum & turpe, cum non sint per se intenta, sunt a casu, uel a fortuna. Obijcit ergo Aristoteles ea, q̄ sunt a casu, uel fortuna esse pauca, & ut in paucioribus, quæ uero sunt mala, uel turpia, sunt plura, & ut in pluribus, ergo nō sunt a casu, uel a fortuna. Per hæc quæ hic dicuntur, uidentur mala esse, q̄m per locum dialecticum, Si alterū contrariorum est in natura, & alterū: Bonū & malū sunt contraria: Igitur si bonū est in natura, malum etiam erit in natura. Præterea per illud etiam, quod dicetur. 6. huius, uidelicet bonū & malū sunt in rebus, uerū & falsum sunt in intellectu, uidetur malū esse in rebus. Insuper p illud, quod cōmuniter dicitur, uidetur malū esse in natura, nā malum intenditur & remittitur, quippe cū maius malū sit homicidiū quā adulteriū, & quod est q̄nq; maius, uel interdū minus, est in rebus, in rerum q; natura ipsa. Ex his posset quis opinari mala esse in natura, & ita sicut datur bonorū causa, ita danda est malorū causa, sed cū contrariorū contrariæ sint causæ, & amor sit causa bonorū, discordia erit causa malorū. Sed de his q̄stionibus duo essent diffinienda uidelicet utrum malū sit in rebus, & secundo, utrū malorū, q̄ sunt in rebus, sit causa cōtraria ei, q̄ est bonorū, uel bonū ipsum sit causa mali. Quę cū nos disputauerimus in Theologicis, hic breuibus puto esse dicendū: Malū bifariam intelligi possē, uno modo pro priuatione simpliciter cuiuslibet boni, tam apparentis, quā existentis, tam boni simpliciter quā boni secundū quid, & sic malū est simpliciter fugibile, qualis est totius entis priuatio. Alio modo malū accipitur pro priuatione determinati boni: & sic malū uni est, uel esse potest bonū alicui, ut aquæ mala est priuatio suæ formę, q̄ est bona igni. Pœna est malū patienti, bonū autē rei publicę. Similiter culpa est malū uiuenti, uel debēti uiuere secundum legē. Bonū uero desiderāti delectationē. Et hac ratione malū reperitur in entibus, atq; in rerū natura ipsa. Per hæc ad primā dubitationē patet, nā malū pro priuatione cuiuscq; boni est priuatio cuiuscq; entis. Q uod est priuatio cuiuscūq; entis, est simpliciter nihil. At si malum accipiatur pro priuatione determinati boni, sic malū est in rebus, & in natura. Habet. n. determinatū subiectū cui inest: ut cœcitas, q̄ habet animal aptū uidere: licet nō uideat. Diluitur uero secūda q̄stio: cū q̄rebatur utrū malū habeat causam aliam a causa boni. Nā si malū accipitur prima ratione, cū ipsum nihil sit, nullā prorsus obtinet causam. At si malū accipitur secunda ratione, bonū est causa malorū aliquando inquantū est deficiens, aliquando quo est per accidens agens. Verbi gratia in naturalibus corruptio aquæ est malū aquæ, & illius causa p accidens est uirtus ignis agens, q̄ principaliter intendit formam suā inducere in materia, p accidens aūt corruptionē aquę. Itē in naturalibus mōstrositas ē malū partui, & eius causa est uirtus seminis ut deficiēs. Similiter in uoluntarijs culpa est malū,

Dubitatio.

Solutio.

De malo & de causa malorum.

& eius causa est uoluntas, quæ deficit a regula rationis. Similiter pœna est malum, sed eius causa est princeps, uel uoluntas legumlatoris, intendens bonum reipublicæ. Quod esse non potest, nec seruari sine pœna delinquentium. Quare malorum omnium, quæ sunt in natura, causa est bonū, aut ut deficiens, aut ut agens per accidens, & sic nō oportet ponere alteram malorum, & alteram bonorum causam.

Nam siquis sequatur accipiatq; ad intellectū, & non ad ea, q̄ Empedocles balbutiendo dixit, amorem quidē bonorum, discordiam autē malorum causam esse inueniet. Quare si quispiam dixerit Empedoclē modo quodā & dicere, & primum dicere bonū, & malū principia rerum esse, recte fortasse dixerit: Si quidem bonorū causa omnium ipsum est bonū, & malorum malum.

Quoniam uerba Empedoclis nō clara sunt, aliquis posset dicere nō esse opinionē Empedoclis, q̄ alterum bonorū uidelicet amor, alterum malorū uidelicet discordia causæ sint, sed cuiusdā alterius, quem nō expressit, propterea subdit { Nam siquis sequatur }. ſ. Empedoclem { accipiatq; } subaudi ea, quæ dicit { ad eius intellectum, & non ad ea, q̄ balbutiendo dixit, amorē quidem bonorū, discordiam aūt malorū causam esse inueniet } quasi dicat, siqs sensum dictorū illius excerpat, nec simpliciter carmina sequatur, reperiet iccirco Empedoclem amorem & discordiam inter principia posuisse, ut alterā bonorū, altera malorū causa esset effectrix. Vocat aūt balbutire obscure loqui. Qm̄ sic balbutientes loquunt̄. Balbutit ergo, qm̄ Empedocles locutus de bono, omisit mentionem de malo, etiam quia nō dixit bonorū bonū, & malorum malum esse causas, sed bonorū amorem, malorū discordiam. Et qm̄ aliqui uoluerunt primos, qui dixerunt duo esse principia, alterum bonorū, alterum malorū, fuisse de schola Pythagoricorū, ut Plato sentit, quasi refellendo hoc, quod hi dicūt, subdit { Quare si quispiam dixerit Empedoclē modo quodam, & dicere, & primum }. ſ. ante alios { dicere bonum, & malum principia rerum esse, recte fortasse dixerit: Si quidē } apud Empedoclē { ōium bonorū causa est ipsum bonum } uidelicet amor { & malorū malum }. ſ. discordia. Non ergo Pythagorici fuerunt primi. Sic igitur licet Empedocles quo ad uerba dixit amorem & discordiam esse principia malorū, & bonorū, tamē uoluit dicere bonorū bonum, & malorū malum esse principiū. Sed cōtra hoc, quod Empedocles dicit, quispiam occurret, qm̄ nō ōium bonorū causa est ipsum bonum, nec ōium malorū ipsum malū. Nā corruptionis mundi causa est amor, Cum. n. elemēta ab amore coniungunt̄, mundus interit. Generationis uero causa est discordia. Nam cum elementa a discordia separantur, mūdus generatur. Sed de hac q̄stione aduersus Empedoclē posterius disserendum.

Dubitatio.

Hi igitur, ut diximus, & usq; ad hoc duas causas tetigerunt & materiam, & unde motus, ut diximus in ijs, q̄ de natura. Obscure tamen, & non manifeste. Sed ut in pugna inexercitati faciunt: Et. n. illi circūagitati persæpe accōmodatos ictus inferunt. Verū necq; illi a scientia, necq; hi uidētur scientes dicere, quæ dicunt. Fere. n. ijs nequaq̄ uti uidentur, nisi parum.

Cū narrasset opiniones, nunc uult demōstrare insufficientiam earū, & primo narrat usq; quo uenerūt ad causas, & ad quot, & dicit { Hi igitur }. i. Empedocles, Anaxagoras, Hermotimus, itē & ex poetis Hesiodus, & Parmenides, ut Alexāder exponit, & { ut diximus, & usq; ad hoc duas causas tetigerunt, & materiam, & unde motus }. i. & principium efficiens { ut diximus in ijs, q̄ de natura } Ibi. n. dictum est hos philosophos fuisse, qui de quatuor causarum generibus perueuerunt ad duo tantum genera. ſ. materiam & efficientem. Deinde assignat modum, quo hi philosophi peruenerunt ad hæc causarum genera, & dicit { Obscure tamen, & non manifeste } ſ. ad hæc duo genera peruenerunt. Qm̄, ut Expositor inquit, non exprimebant ad quæ genera causarum reducuntur ea, quæ principia ipsi dicunt. Empedocles. n. tantum rerum principia esse dicebat quatuor elementa, & amorem, atq; discordiam, utrum uero elementa sint materia: & amor, & discordia causa effectrix, non expressit. Similiter Anaxagoras dicebat similaria, atque mentem esse rerum principia, sed sit ne mens effectrix causa, similaria uero materia, aut e contrario, non explicauit, uel fortasse parte hac { Obscure tamen } Incipit narrare opinantium insufficientiam, & est q̄ id paululum, ad quod de principijs peruenerunt, sit obscure, ac amphibologice traditum. Nam cum plura principia posuerint, non est apertum sint ne omnia in eodem genere principij, aut in diuersis, & si sint in diuersis, nō exposuerunt quæ sunt in uno genere, quæ ve in alio. Deinde declarans hanc insufficientiam assignat exemplum simile, & dicit { Sed ut in pugna }. ſ. bellica { inexercitati faciūt } sic subaudi Philosophi huiusmodi de principijs rerum tradidere { Et. n. illi }. ſ. inexercitati in re militari { circūagitati }. ſ. ab hostibus { per sæpe accōmodatos ictus inferunt }. ſ. in hostes, non quidem ab arte militari acquisita ab exercitatione, sed a casu necessitate se defendendi compulsi, Tūc applicando exemplum ad rem subdit { Verū necq; illi }. ſ. inexercitati in bellis { a scientia }. ſ. militari, ictus cōmodos inferunt { neque hi } philosophi { uidentur scientes }. i. periti in logica { dicere, quæ dicunt }. ſ. de principijs. Logica. n. docet inuenire causas, & genera propria causarum, ut liber Posteriorum, ars uero militaris docet pugnare. Quare sicuti imperiti in arte militari pugnant a casu necessitate defendendi se compulsi, sic philosophi isti in logica ineruditi ea, q̄ dixerunt de principijs a casu dixerunt ipsa ueritate compulsi. Quod aut isti philosophi in logica imperiti ea, quę de principijs tradiderunt, dixerint, probat, & dicit { Fere. n. ijs }. ſ. causis, ad quas peruenerūt { nequaq̄ uti uidentur }. ſ. cum philosophantur { nisi parum } hoc est raro & a casu. Non. n. cum reddunt causas eor̄, quæ tradunt atq; fiunt, utuntur, p medio aliqua causa ex ijs, quas inuenerunt. Per q̄ patet eos nō cognouisse ut causas ea, quæ posuerunt causas, alioqui illis usi essent in demonstrando, & in reddendis causis omnium eorum, quæ fiunt.

Alexū. refert hoc ad causam efficientem.

Nam & Anaxagoras artificialiter utitur mēte ad mūdi facturam, Et cū dubitat quam ob causam ex necessitate est, tunc trahit ipsam. In cæteris uero quę quis magis ut causas eorum, quę fiunt q̄ mentem assignat.

Cum dixisset philosophos peruenisse ad duo genera causarum, cōpulsos a ueritate, nō ex peritia logicæ, & assignasset causam, qm̄ eis perparum utanē in ijs q̄ fiunt, uel in ijs, quor̄ causas reddunt, nunc hoc ita esse ostendit, & primo de Anaxagora, nā Anaxagoras, qui ponit mentē causam agentem, nō utitur mēte in omnibus, q̄ fiunt, sed solum in factura mundi, in facturis autē cæterarum rerum magis utitur alijs causis q̄ mente, & dicit { Nam & Anaxagoras artificialiter utitur mente ad mundi facturam, & cum dubitat } & quærit { quā ob causam }. mundus { ex necessitate est }. ſ. productus, & cōditus { tunc trahit ipsam }. ſ. mentem pro causa, asserens ex mente ipsa factum esse { In cæteris uero }. ſ. rebus { quę uis magis, ut causas eor̄, quę fiunt assignant q̄ mentem } & sic uenerunt ad mentē, q̄ sit agens causa, & tamen nō utuntur mente in omnibus quæ fiunt, sed solum in factura mundi. Quare perparum utuntur causis, ad quas peruenerunt.

Et signanter dixit Anaxagorā in factura mundi artificialiter esse usum mente, quoniam ex arte logicæ scimus mundi factorem non posse esse nisi mentem. Nam per diuisionem, quam



quam didicit in logica, deuenit ad dicendum causam mundi esse mētem, & diuisio est talis, Omne quod fit, aut fit ab agēte incorporeo absoluto a materia, aut ab agēte corporeo per mixto materiæ: Mundus fieri nō potest ab egente corporeo materiæ concreto, quia nec ab elemēto, nec ab elementato: Igitur fit agente incorporeo absoluto a materia. Quare fit ab ipsa mente. Anaxagoras erga motus hac logica ratione mundi facturam tradit esse a mente. Et sic recte Aristoteles ait Anaxagorā usum esse artificialiter mente ad mundi facturam. Anaxagoras ergo peruenit in artificialiter ad duo genera causarum, sed ad dicendū mentem esse causam mūdi ex arte dixit. Vel fortasse clarius dicere possumus Anaxagoram usum esse mente ad mundi facturam artificialem, dās intelligere, q̄ Anaxagoras uoluerit solam mundi facturā esse artificialem, qm̄ ex mente, cæterarū aut̄ rerū generationes nō esse artificiales, sed ex causis naturaliter causantibus.

Vlterius aiaduerte in scriptura Alexandri sic legi { Nam & Anaxagoras machina utitur mente ad mundi facturam, per inde atq; dijs in scena poetæ } porro Anaxagorā mente quasi machina uti dicit, ut solent in tragœdijs dij ex machina in auxilium laborantium produci, sic exponit Alexāder. Per q̄ innuit Alexander Anaxagoram usum esse mente pro causa, nō quidem pro sola causa, sed pro auxiliari causa, uel, p supplętoria causa, dādo intelligere, q̄ secundū Anaxagoram sit alia mundi causa, sed mens sit in auxilium illius. Sicut Dij in scenis introducuntur, ut causæ auxiliares laborātium. In scriptura uero nostri codicis hæc uerba non reperi.

In multis πολλαχοῦ in cōpluribꝰ.

Et Empedocles magis quidem q̄ ille causis utitur. Sed tamen nec sufficienter, nec in his inuenitur, quod concessum est. In multis. n. apud eum amor quidē disgregat, discordia uero congregat. Nam cum uniuersum quidē per discordiam in elementa distinguitur, tunc ignis, atque cæterorum elementorum unumquodq; congregatur. Sed cum per amorē in ipsum unum iterū congregantur, tunc ipsę partes ex unoquoq; rursus disgregentur necesse est.

Cū declarasset Anaxagorā perparum usum esse causis, ad quas peruenit, nunc exponit Empedoclem usum esse causis, in quas peruenit, in pluribus, nō tamen in omnibus ijs, q̄ fiunt, & dicit { Et Empedocles magis quidē }. i. in pluribus { q̄ ille }. ſ. Anaxagoras { causis } quas ponit { utitur } dixit in pluribus, qm̄ nō in omnibus factibilibus. Nā elementa sunt generabilia, & corruptibilia, & amor, & discordia similiter, q̄ tamen nō fiunt ex hismet causis uidelicet ex elemētis, & ab amore, & discordia. Et sic non in omnibus causis, quas inuenit, utitur, sed solum in mixtis ex pluribus: ut in generatione mundi, & in generatione cuiuscunq; particularis mixti. Sed contra obijcit primo, qa nō sufficienter, & Expositor exponit q̄ nō sufficienter huiusmodi causas tradat, qm̄ utitur eis quasi proloquijs per se notis, q̄ nō sunt per se nota. Vt in auscultatorijs est explicatū, dum. ſ. supponebat quasi p se notū, discordiam diffinito uno tēpore dominari elementis, altero uero diffinito determinatione amorem. Hæc. n. quasi proloquia supponens mentitur, qm̄ nō sunt proloquia. Ego uero dico q̄ Aristoteles cōtra obijciat, primo qa nō sufficienter. Nam, ut Alexāder exponit, nō abunde Empedocles eas causas usurpauit. Qm̄ nō in omnibus generabilibus, & corruptibilibus: Sed solum in mixtis, nō autem in simplicibus, q̄ sunt amor, & discordia, & q̄tuor elementa, & hoc dicit { sed tamen nec sufficienter }. ſ. in omnibus, q̄ fiunt, causis, quas inuenit, utitur, cū solum in mixtis, & non in simplicibus. Secundo obijcit, qm̄ { nec in ijs }. ſ. generabilibus & corruptibilibus, quorū causas assignat { inuenitur } id. ſ. { quod } ab eis { cōcessum est }. i. id, quod cōcedunt in sua positione. In sua. n. positione uolunt amorē esse causam cōgregationis, quā appellant generationē: discordia uero esse causam segregationis, quā uocant corruptionē. Modo hoc nō est uerum, qm̄ in aliquibus discordia p ipsum non magis segregationis, q̄ congregationis est causa. Similiter amor in quibusdam nō magis cōgregationis causa est, q̄ segregationis. Quod aut̄ ita sit, docte Alexāder exponit, qm̄ cū uniuersum in generatione mundi, a discordia ex uno dissidet, in elementa diuiditurq; ac seiungitur, tunc priſtinæ cuiusq; elemēti partes, q̄ in corruptione mundi cōsuæ erant (Sic. n. oia erāt unū) q̄ similares sunt, in idem cōgregantur, & cōcrescunt. Vt puta partes ignis in ignē, & pari ratione aeris in aerem, & sic de singulis, qua quidē ratione discordia p ipsum nō magis segregationis q̄ cōgregationis est causa, quippe quæ disgreget elemēta, & cōgreget partes cuiusq; elemēti in unoquoq; elemento. Rursus amor in corruptione mundi, cū eadē corpora, & elemēta concernit, & in unum cogit, primū ipsa diuidit, & in particulas secat, discernitq;. Neq;. n. integra & singula separatim existentia fiunt id, cuius author est amor. Nam mutuo cōtactu etiam in discordia essent in uno, sed cōfundūtur inter se. Quare amor nō magis cōgregationis, q̄ segregationis causa esse uidetur. quippe cum in corruptione mundi cōgreget elementa ipsa, & diuidat partes, ut possint recte permisceri in unum. Recte ergo dicit Aristoteles { nec in his }. ſ. generabilibus, & corruptibilibus { inuenitur, quod concessum est } ab eis. ſ. idest nec Empedocles est sibi constans: cum dicat amorem esse causam congregationis, qui tamen in corruptione mundi nō magis congregationis, quā segregationis causa sit: & discordiā causam segregationis, quæ in generatione mundi non magis segregationis, quam congregationis causa est, dicit { In multis enim } puta in omnibus elementis { apud eum }. i. apud Empedoclem { amor quidem disgregat }. ſ. partes cuiusq; elementi, ut confusio cōmodius fiat in corruptione mundi: & sic non magis congregationis, quam segregationis causa est amor { discordia uero congregat }. ſ. partes cuiusq; elementi, ut distinctio rectius fiat in generatione mundi: & sic discordia non magis disgregationis quam cōgregationis causa est, & hæc duo, quæ dixit, exponit, & dicit { nam cum uniuersum quidem } in generatione sui { per discordiam in elementa distinguitur, tunc ignis, atq; cæterorū elementorum unumquodq; } in suis partibus. ſ. similaribus { congregatur } ut elementum. ſ. euadat in suam integritatem { Sed } in corruptione mundi { cū per amorē in ipsum unum }. ſ. in chaos { congregantur iterū, tunc ipsę partes }. ſ. similares cuiusq; elementi { ex unoquoq; }. ſ. elemento { rursus disgregentur, necesse est } ut uidelicet miscella fieri possit secundum singulas partes, quæ recte fit cū quodlibet unius tanget quodlibet alterius.

Empedocles igitur primus præter ueteres diuisam hanc causam attulit, non unū principium motus faciens, sed tum diuersa, tum contraria. Præterea primus etiam ea, quæ quatuor elementa dicuntur, in specie materiæ fecit. Non tamen ut quatuor, sed ut duobus utitur solis, igne quidem per se, oppositis autē, ut una natura & aere, & terra, & aqua. Id autem ipsum ex eius carminibus contemplando quispiam sumet. Hic igitur uti diximus, sic & tot principia dixit esse.

Recolligit nunc opinionem Empedoclis, ut innuat quæ propria ipse dixerit præter ueteres, etiam ut demonstret Empedoclem sufficientius cęteris dixisse, & resumit duo, q̄ dixit, breuibus, quorum primum est, ut principium unde motus secetur in duo diuersa, & contraria, & dicit { Empedocles igitur primus præter ueteres }. i. supra captū ueterū philosopho rum { hāc causam }. ſ. { efficientē diuisam attulit, nō unū },

& idem { principium motus } scilicet quod est efficiens { faciens, sed tum diuersa, tum contraria } uidelicet amorē, & discordiam. Quę non tantum sunt diuersæ, sed uel contrariæ. Hoc est primum. Secūdum uero cp in genere causæ materialis sint quatuor elementa, & dicit { præterea primus etiam ea, quæ quatuor elementa dicuntur, in specie materię fecit } Vel secundum est, cp primus ipse dixit ea esse quatuor, quæ dicuntur elementa, ut in specie materiæ .i. quoniam referunt speciem materiæ in rebus cōponendis, nō tamen illis ut quatuor, sed ut duobus usus est, & sic ea, quę ut materia sunt, primo dixit quatuor esse, deinde pro duobus usus est, quoniam ut Alexander exponit, Empedocles quatuor elementis, quibus usus est in materiæ specie non parem honorem tribuisse fertur, sed igni tanq̄ pollentiori & eminentiori cætera oppositisse, Vt tria elementa sit una natura quædā & quasi unum elementum, ignis uero alterum. Vt patere dicit ex ipsius carminibus. Nam Empedocles philosophiam carminibus scripsit, dicit { non tamen ut quatuor } .s. elementis, ac materijs illis { utitur, sed ut duobus solis. Igne quidem per se } .s. ut uno elemento, unaq̄ materia { oppositis autem } uidelicet { & terra, & aqua, & aere, ut una natura } .i. ut materia unius naturæ, hoc est pro altero elemento. Ergo etiam ex parte materiæ posuit quasi duo principia { Id autem ipsum ex eius carminibus contemplando sumet quispiam } Inueniet enim in eius carminibus omnia hæc, quæ Aristoteles ei attribuit, uel fortasse per id intelligit hoc ultimum, sed utcunq̄ sint, omnia reperiuntur in eius carminibus. Expositor laborat circa uerba propter differentiam translationum, sed in textu nostri codicis nulla est difficultas, denium epilogat, & dicit { hic igitur } .s. Empedocles { uti diximus sic, & tot principia dixit esse. }

Leucippus autem & socius ipsius Democritus elementa quidem plenum, & uacuum esse aiunt, ut ens quidem illud, ut non ens uero hoc asserentes. Sed horum plenum quidem ac solidum ens, uacuum uero ac rarum, non ens. quapropter & id, quod est, inquiunt, non magis quam id, quod non est, esse. quoniam neque uacuum minus quam corpus est. hęc autem causas eorum, quæ sunt, ut materiam esse aiunt.

καὶ μανὸν.

ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος.

Hic Leucippi & Democriti sententiam de principijs materialibus cōmemorat, & duo facit, quia primo eam exponit aperte, deinde in textibus sequētibus quo discrepent ab alijs, aut cum ipsis consentiant, declarat: pro intellectu uero opinionis supponendum est, ut Alexander ait, Leucippum & Democritum asseruisse corpora naturalia omnia componi ex atomis, quæ sunt indiuisibilia quædam corpora: quæ præ sua nimia paruitate, in paruiora nequaquam diuidi possunt. Quia uero indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, & unumquodq̄ corpus naturale est maius, uel minus respectu alterius, ad seruandam in corporibus naturalibus maiori tatem, ac minoritatem inter atomos, quas plenum appellabant, uacuum interponebant in aliquo corpore naturali maius, in aliquo minus. Igitur omne naturale corpus uoluerunt constitui ex pleno, i. atomis, & ex uacuo inter atomos interposito. Quòd autem ex atomis unumquodq̄ naturale corpus cōstet, ex eo patet, quoniam unumquodq̄ totum ex suis primis partibus resultat. Et cum primæ corporū naturalium partes sint atomi, cum in priores minores diuidi nō possint. & corpus naturale unumquodq̄ sit totum, sit, ut unūquodq̄ corpus naturale constet ex atomis, tanquam ex primis partibus, & tanquam ex pleno, & ex uacuo, quod inter atomos collocatur, ut corpus naturale resultet ex atomis aliquando maius, nonnunquam minus. & etiam, ut per uacuum interpositum ligetur atomus cum atomo. Id autem quod decepit tales philosophos, est, quoniam licet omne corpus naturale, quo est totum similare, constet atomis, quę Aristoteles appellat minima naturalia, tamen quo est totum essentiale, atq̄ dissimilare, utputa animal, uel stirps, aut mixtum, id genus oportet constare ex materia prima, & forma prima, tanquā ex primis, ac remotissimis partibus, & ex quatuor elementis tanquam ex propinquioribus partibus, & ex partibus similaribus membrorum officialium, tanquam ex partibus adhuc propioribus, & ex membris officialibus tanquam ex proximis partibus: Iuxta eum ordinem ac rationem, quos explicauit Aristoteles in libris de stirpibus, & de animalibus. Ergo decepti sunt, quoniam licet omne naturale corpus constet ex atomis, tanquam ex primis partibus similaribus, hoc est uerum quo corpus naturale est totum similare: nō autem alijs rationibus. Sed redeamus ad opinionem, Democritus igitur & Leucippus cuiusq̄ corporis naturalis magnitudinem constare dixerunt ex atomis, quas plenum uocabāt, cp replerent indiuisibilia spatia, & ex quibusdam spatijs uacuis inter atomos interiacentibus, qui pori. i. meatus dicuntur tum, ut corporum naturalium aliquod sit maius, aliquod sit minus, tum ut ligetur atomus cum atomo ad unitatem constitutionis, dicit igitur Aristoteles { Leucippus autem, & socius ipsius Democritus elementa quidem ideſt materialia principia { plenum } ideſt atomos { & uacuum } .i. spatiola, quæ pori. i. meatus dicuntur, inter atomos iacentes { esse aiunt } tum ut naturalium corporū aliquod sit maius, aliquod minus, tum ut atomi ligentur ad unitatem compositionis { ut ens quidē illud } .s. plenum, quod est atomus { ut non ens uero hoc } .s. uacuum, meatus uidelicet interiacens. Et explicans quid per illud, quidue per hoc intellexerint, subdit { sed horū plenum, ac solidum } .i. atomi ipsi { ens, uacuum uero } .i. spatiola, meatus uidelicet interiacentes { non ens } ex his deducit duo, quorum primum est, ut nullum naturale corpus sit magis plenum quam uacuum, quoniam in unoquoq̄ tali tot sunt atomi, quas uocat plenum, quot meatus, quos uocat uacuum, ut Alexāder exponit, unde Aristoteles dicit { quapropter & id quod est } .i. omne corpus naturale { non magis inquiunt esse } .i. non magis dicunt habere de pleno { quam id, quod non est } .i. quam de uacuo { quoniam neque } in aliquo .s. corpore naturali { uacuū minus est quā corpus } .i. quam plenum, corpus. n. uocat plenū. Quia igitur in omni corpore naturali tot sunt atomi, quot meatus, dixerunt nullū corpus naturale esse magis plenum quam uacuum. Deinde infert secundum, cp hęc .s. uacuum & plenum solam causam materialem existimabant, quatenus ex his omne corpus naturale constare autumant. Est. n. dictum ab eis omne corpus naturale constare ex atomis, quas plenum uocant, & ex meatibus inter atomos iacentibus, quos uocant inane, siue uacuū & dicit { hæc autem } .s. uacuum, & plenum { causas eorū, quæ sunt, ut materiam esse aiunt } hoc est secundum.

Expō opinionis Democriti & Leucippi

Atq̄ ut illi, qui unum subiectam substantiam faciunt, cætera ipsius affectibus generant, rarum ac densum principia affectuum ipsorum ponentes, sic quoque hi differentias ipsas cæterorum causas esse dicunt.

Hic ostēdit in quibus, & quot Democritus & Leucippus consentiunt cum alijs, quoue modo ab eis discrepent, hoc. n. erat secundum, ut Alexander annotauit, & exponit Democritum ac Leucippus, cum alijs consentire, ut Alexander innuit, cp neq̄ hi, neq̄ illi utebantur efficiente causa pro rerum naturalium generatione, nam illi ueteres duabus affectionibus materialis causæ ad generationem rerum iuuabantur, ut qui cætera raritate, & densitate materiæ generabant. hi autē tribus uidelicet figura, ordine, & situ, dicit { Atq̄ ut illi } .s. ueteres philosophi { qui unū } .s. principiū materiale uidelicet { subiectam substantiam faciunt } non utentes efficiente causa { cætera } .s. corpora naturalia { generant } .i. generari dicunt { ipsius } unius materiæ { affectibus } .s. primis, loco efficientis causæ { rarum ac densum principia affectuū ipsorum } .i. formarum & compositorum posteriorū { ponentes } non quidem, ut sint causæ efficientes, sed uice causarum efficientium. Nam & ipsa etiam affectiones materiæ sunt { sic quoq̄ hi differentias ipsas } .s. tres uidelicet figuram, ordinem, & situm { cæterorum } quę generantur. s. { causas esse dicunt } non efficientes, sed loco efficientium. Nam hæ tres differentiæ sunt affectiones materierum, quas ponunt, sicut rarum & densum affectiones eius materiæ, quā ueteres posuerunt. Quare conuenientia est, cp nec ueteres, nec hi utuntur efficiente causa pro generationibus rerū, sed affectionibus materierum, quas ponunt: simul cum hac conuenientia patet eorum differentia, Nam ueteres utuntur duabus materiæ affectionibus, raro uidelicet ac denso, hi autem tribus differentijs ordine, figura, ac situ. Quo uero ad rem ipsam attinet ueteres, qui posuerunt unum corpus materiam uidelicet aut aerem, aut ignem, aut medium horum, aut aliquod tale, utebantur raritate, & densitate, ut primis illius materiæ passionibus, & ut principijs cæterorum affectuum posteriorum, qui generantur. Nam aer, quē ponunt materiam, cū rarefit, trāsit in ignē, cū cōdensat, euadit aqua. Propterea dicit { rarum & densum principia affectuū ipsorum } .s. posteriorum { ponentes } quia cæteræ formæ naturales uariatione earum primarum fiunt in materia. Similiter hi tres differentias assignatas in atomis, & meatibus, causas rerum esse uolūt, quatenus uariationibus illarū trium omnia generātur. Alexander narrat inueniri in codicibus græcis aliam scripturam, quæ talis est { & ut mathematicorum, eodem modo & isti } ubi dicit, si hæc scriptura recte se habet, Platonē innuere, quoniam ut ille generationem corporum ex mathematicis secundum discrimina, & multitudinem triangulorū differentias corporum gignebat, sic & isti secundum discrimina figurarum primorum cætera ex eis generabant.



Has tamen tres esse inquiunt, & figuram, & ordinem, & positionem. differre. n. aiunt id, quod est, rhythmo, & diathece, & trope solum. horum uero rhythmus figura est, diathece uero ordo, at trope positio. Nam A quidem ab N figura. AN autem ab ipso NA ordine, Z uero ab N positione.

Explicat nunc illas tres differentias, quibus utuntur Democritus & Leucippus ad generationes rerum diuersas loco agentium, & dicit { Has tamen } .s. differentias, quibus utuntur ad generationes rerum diuersas, loco agētium { tres esse inquiunt } uidelicet { & figuram } secundum quam alij quod eorum, quæ generantur, est angulare, aliquod circulare, aliquod rectum { & ordinem } .s. secundum prius & posterius { & positionem } secundum ante, & retro, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum. Cuius rationem affert, & dicit { differre. n. aiunt id, quod est } .i. alterum ens ab altero { rhythmo } .i. fluxu { diathece } .i. contactu { & trope solum } .i. conuersione. ut sit maior hæc, rhythmo, diathece, trope differt ens ab altero ente, sed figura est rhythmus: ordo est diathece, situs est trope. Igitur ens differt ab ente figura, ordine, & situ. Primo ergo ponit maiorem, cum dicit { differre. n. id, quod est } aiunt rhythmo, diathece, & trope, deinde affert minorem, & dicit { horum uero figura est rhythmus } .i. de fluxus quidam puncti, uel lineæ, uel superficiei { ordo uero contactus } quo unum contiguū est alteri, atq̄ dencepicium { at positio } est { trope } .i. conuersio, qua partes conuertuntur secundum alium, atque alium modum. cum. n. caput est sursum, & pedes deorsum est unus situs, ut in homine, cū uero cōtra, est alius situs, ut in planta, ubi caput est deorsum, .s. radices, pedes. & rami sursum, ergo situs est conuersio. Quare ens differt ab ente figura, ordine, & positione. Quare sicut illi antiqui dupli affectu raro & denso utebantur ad generationem omnium posteriorum affectuum, sic isti utuntur tribus differentijs figura, ordine, & positione. Deinde p exempla in literis ostendit aliqua differre figura, aliqua ordine, aliqua positione, ut exponat ipsam maiorem, & dicit { Nam a quidem ab n differt figura } prout ut alia figura est ipsius a, alia ipsius n. { AN autē ab ipso NA ordine } nā in AN aliter ordinātur a, & n, & aliter in na { N ab Z } .i. ab n græco differt { positione } nam in z ponuntur tres lineæ, uel tres partes cōtinuæ, & in N ipso tres aliæ, nō autē eodēmodo ponuntur, ideo differunt situ. Quare Democritus & Leucippus pro diuersa rerum generatione nō utuntur agente causa, sed his tribus materierum, quas ponunt differentiis: Sic alij denso & raro, quæ sunt primæ differentiæ eius materiæ, quam ponunt.

De motu uero unde, aut quonam pacto insit rebus, & hi ueluti cæteri inertia omiserunt. De duabus igitur causis, ut diximus, eouscp a prioribus quæsitum fuisse uidetur.

Cum narrasset quomodo Leucippus, & Democritus cōsentiant, cum alijs, & in quo, nunc exponit defectum Democriti & Leucippi, & aliorum, qui ponunt rarum & densum. Vbi accipiendum rebus naturalibus non tantum inesse generationem, & corruptionem, sed motum uidelicet secundū locum, alterationem, & auctionem, loquens igitur de Leucippo, & Democrito, qui alternis impulsibus atomos moueri censebant, manci uidentur, quia non explicarunt unde motus naturalis proficisceretur. Nam motus, qui fit alternis impulsibus, uiolentus est, qui motu naturali posterior est. Ergo oportuit eos afferre causam motus naturalis, & uiolenti, quā non assignarunt. Vnde dicit { De motu uero } .s. naturali, & uiolento, quibus atomi mouentur, & corpora, quę ex atomis constant { unde, aut quonam pacto insit rebus } .i. atomis, ac corporibus, quæ constant ex atomis { & hi } .s. Democritus, & Leucippus { ueluti cæteri } .s. qui utuntur raro & denso pro causis generationum { inertia omiserunt } quoniam ne illorum quidem quispiam causam reddit motus in corporibus naturalibus. Ergo Democritus, & Leucippus sicuti alij sunt diminuti. Sed dices atomis inesse motum ui grauitatis, aut leuitatis, quoniam aliæ sunt leues, alię graues. Contra obijcit Alexander, nam partes indiuiduæ, ex quibus constat quæcp atomus, expertes sunt grauitatis, atcp leuitatis. Vt tertio libro de cælo demonstrauit, ergo tota atomus. non. n. ex non grauibus, uel ex non leuibus graue, aut leue esse potest. Tunc epilogat, & dicit { de duabus igitur causis } materiali. s. & efficiente { ut diximus, eouscp a prioribus quæsitum fuisse uidetur. } De materiali quidem dictum est ab omnibus fere, sed de causa mouente dictum est a quibusdam.

Inter autem hos, & ante hos hi, qui Pythagorici uocantur, primi tangentes mathematica, ea auxere, enutritiq̄ in ipsis eorum principia, entium omnium principia esse posuerunt.

Narrauit huc usq̄ opiniones philosophorum naturalium, qui rerū naturalium principia corporea esse posuerunt: nunc transit ad opinionem mathematicorum, qui rerum naturalium principia asserunt esse incorporea, qui prima etiam principia rerum mathematicarum, prima principia rerum naturalium esse tradunt, & dicit { inter autem hos } .s. Democritum & Leucippum, hoc est inter tempora Democriti, & Leucippi { & ante hos } .s. & ante tempora Democriti, & Leucippi { hi, qui Pythagorici uocātur } quasi dicat qui Pythagorici uocantur, quorum aliqui fuerunt contemporanei Democrito ac Leucippo, aliqui priores. Aut aliter cū dicit, Inter autem hos, & ante hos non solum de Democrito, &

Leucippo loquitur, sed etiam de cunctis cõnumeratis physicis, qui partim ante Democritum & Leucippum, partim cũ ipsis floruerũt. Vel potius quoniam ipse Pythagoras Democrito & Leucippo ætate paulo superior fuit, cuius multi audi tores cum his floruerunt, ideo dicit {inter autẽ hos}. ſ. Leucippum & Democritum. i. inter tẽpora horum, & refert hoc ad discipulos pythagoræ, qui fuerunt cũ Democrito, & Leucippo contemporanei {& ante hos}. ſ. Leucippum, & Democritum, & refert hoc ad ipsum Pythagoram, qui fuit ætate paulo superior {hi qui Pythagorici uocantur, primi tangentes mathematica} siue mathemata {ea auxere} Nõ. n. solum mathemata primi tetigere, sed etiam auxere, ac locupleterunt. Expositor autem legit uerbum πρόϊγον produxerunt. i. primi intro duxerunt mathemata, melius autẽ legendum est auxerũt, nam Pythagorici inuenerunt mathemata, & auxerunt. Deinde explicat opinionem, & causam opinionis, & dicit {enutritiq; in ipsis}. ſ. mathematicis, quæ primi inuenere, & auxere {eorum}. ſ. mathematicorum {principia} uidelicet numeros, qui principia sunt rerum mathematicarum {entium omnium, principia esse posuerunt} Quo uero ad Pythagoricos attinet, dug fuerunt philosophantium sectæ, alia eorum, qui in Ionia Græciæ regione philosophati sunt, & illi a Thalete Milesio principium sumpserunt, ut dictum est: alia eorũ, qui philosophati sunt in Italia. ea uidelicet in regione, quæ olim magna Græcia dicebatur, nunc Apulia, & Calabria, quorum princeps fuit Pythagoras Samius ex Samo græciæ Insula, qui apud Crotoniatas philosophatus est: & hi dicuntur aliquando Pythagorici, aliquando Italici. Et quia horum aliqui fuerunt inter tempora Democriti, & Leucippi, aliqui uero ante, ideo {inter autẽ hos} dixit {& ante hos} & cum dixit {enutritiq; in ipsis} tetigit causam, quare ea, quæ posuerunt prima rerum mathematicarũ principia, eadẽ ipsa posuerũt entiũ oĩum principia, causa est, quia erant nutriti in studijs rerum mathematicarum, quoniã consueuerunt homines ad ea, quæ nouerunt, omnia, quæ inquirunt, aut pertractant, reducere: & per ea indicare. Hac ratione homines quidam nostræ etatis tam inscribendo, quam in disputando, quam in cõfabulando omnia reducunt ad metaphysicam, quoniam in ea tantum sunt nutriti. Hinc nõnulorum scribentiũ in naturali philosophia, quæsita omnia, ad metaphysicam attinent, alij in logica scribentes similiter faciunt. Nam, ut Aristoteles inquit in Ethicis authoritate Hesiodi, quas quisquam nouerit artes, in eis uersatur, & magnã sui temporis partem consumit. Mathematum uero principia ut postea dicemus, sunt ipsi numeri, & natura primi p ipsos, quoniam alia ex appositione sunt, magnitudines. n. positionẽ presumpserunt. Quia igitur numeri mathematum sunt prima principia, hos eosdem entium omnium principia esse autumant.

Quoniam autem numeri his priores sunt natura, & in numeris magis uidebatur eis cõtemplari similitudines multas eorum, quæ sunt, & fiunt quam in igne, & terra, & aqua, siquidem numerorum affectus quidẽ talis est iustitia, alius uero talis anima, atq; mens, alius autem talis tempus, & cæterorum fere quisq; similiter. Insuper & affectus concentuum in numeris intueri, ac rationes. Quia itaq; cætera quidem numeris uidebantur similia esse in omnibus, quę sunt secundum naturam, & numeri primi, atq; ante omnẽ naturam sunt: numerorum elementa, entium omnium elementa esse putarunt: totumque cœlum concentum ac numerum esse, quando & quæcunq; in numeris, & concentibus ostendere

Intueri θεωῦντες inuenerunt.

poterant, ad cœli affectus, ac partes, & ad uniuersum totum hæc aggregantes, accõmodabant.

Hic textus suspensiuus est usq; ibi {Numerorum elementa} cõtinuatio uero est, q̃ cum Aristoteles narrasset opinionem Pythagoricorũ, & causam cur ita opinati sint, nunc assignat rationem eorum. Nam causa, quam assignauit, est præterem, at nunc assignat rationes, quæ sunt ad rem. Quarum prima est, Prima sunt principia, in posterioribus. n. dictũ est, idem esse primum & principium. Sed numerus est natura prior cæteris omnibus quæ in mathematica, & quæ in natura sunt. Igitur numeri sunt omnium rerum principia, de ratione tangit minorem cũ dictione suspensiua {quoniam} & dicit {quoniam autem numeri} his. ſ. rebus mathematicis, & naturalibus {natura sunt priores} conclusio ponetur, ubi terminabitur suspensio. Alexander quoad ipsa uerba attinet, ait, Dictionem cõmodius sese habere si pro {autẽ} substitueretur {enim} ad hunc modum {quoniam enim rebus numeri natura priores sunt} & reliqua, Quæ correptio non multum refert, numeros uero omni natura, cunctisq; rebus naturalibus priores esse rati sunt Pythagorici, quoniam ut Alexander suppleuit, nulla res potest esse sine numero, sed neq; cognosci quidem omnino. At numeri sine alijs cognosci possunt. Hac ratione numeros omni natura, cunctisq; rebus naturalibus priores esse rati sunt, & sic patet minor. Secunda uero ratio sic cõponitur, Ea, in quibus apparent magis similitudines rerum, quę sunt, uidẽtur magis principia eorum, quæ sunt. patet, quoniam semper in principijs est similitudo eius, quod fit. gerit. n. omne, quod fit, similitudinẽ sui principij: Numeri sunt ea, in quibus uidẽtur esse magis similitudines eorum, quæ sunt, quam in elementis corporeis: Igitur numeri sunt magis omnium principia, quam elementa corporea. Huius syllogismi tangit minorem, & dicit {& in numeris magis uidebatur eis contemplari similitudines multas eorum, quæ sunt, & fiunt}. i. tam entium, quæ sunt in esse, quam entium, quæ sunt in fieri. Res. n. siue sint in esse, siue sint in fieri semper gerunt similitudines suorũ principiorum, semperq; principia intra se habent similitudines eorum, quæ efficiunt {quã in igne & terra, & aqua} quæ sunt elementa corporea. Deinde probat minorem in tribus generibus rerum, utputa in uoluntarijs, & in formis naturalibus, substantialibus, & in accidentibus, & dicit {siquidem numerorũ affectus talis est iustitia}. i. unus affectus eorũ, qui sunt in numeris, est similis iustitiæ, & per iustitiam innuit omnia uoluntaria {alius autem} affectus. ſ. eorum, qui sunt in numeris {talis} est {anima, atq; mens}. i. similis animæ atq; menti, & per animam atq; mentem intelligit idem & innuit formas naturales {alius autem}. ſ. affectus numerorum {talis} est {tempus}. i. similis tempori, & utitur tempore pro exemplo omnium accidentium. Et amplificans sermonem ad omnia uoluntaria, & ad omnes substantias naturales, & ad omnia accidentia, subdit {& cæterorũ}. ſ. entium, quæ fiunt {similiter}. ſ. est effectus similis numeris: & sic perspicua est minor. Pro expositione huius minoris primo exponit Alexander, quomodo in iustitia sit aliquis affectus, qui est in numeris, asserens in ipsa iustitia esse compensationem, & æquabilitatem, & quia in numeris est compensatio, & æquabilitas: Ideo asserit eos dixisse numerum pariter parem esse iustitiã. Numerus uero pariter par, ut inquit, est quatuor, quia cum primus sit quadratus, in paria diuiditur, & est par. Est. n. bis duo. Ergo quatuor est numerus pariter par. Quinto autem Ethicorum expositum est ab Aristotele iustitiam consistere in quatuor: de quibus petendum est in eo loco. Præterea, ut ait, mentem & animã appellabant unũ, nam animam pro mente dixit. Sed quia mens stabilis est, & undiq; similis, & principatum obtinet, idcirco mentẽ unum appellabant uel unitatem. Quin etiam substantiam unum dicebant, quoniam substantia primum est. Opinionem uero



uocabant duo, quia in utranq; partem flecti potest, & cum dixit {cæterorum similiter} intellexit in cæteris rebus naturalibus. Quoniã tempestiuitas est in septenarijs consistens, Fœtus. n. humanus septimo mense uitalis editur, & septimo ætatis anno dentit, & circa annorum alteram septimanã puberscit, circa tertiam deniq;, barbam emittit. Item sol, ut dixerunt, qui auctor frugum est, in eo loco situs est, ubi septimus numerus habetur, qui, ut diximus, tempestiuitas appellatur: utputa supra Mercurium, & infra Venerem, qui locus a terra est septimus. Quicquid Ptolemæus in magna cõstructione ultimo inuenerit. Ipse. n. Solem posuit supra Venerem, & sub Marte. Antiqui uero, qui Pythagoricos sectãtur, sub Venere. Præterea quia numerus septem eorum, qui in decem continentur, nullum generat, nec ab ullo generatur, iccirco ipsum appellabant Mineruam. Numerus. n. binarius efficit quatuor, ternarius nouem & sex: quaternarius octo, quinarius decem generat, generantur autem quatuor, & sex, & octo, & nouem, & decem: Septem numerus neque generat quempiam, neque generatur ab aliquo, qualis est Minerua, quæ a nulla matre nata est, & Virgo persistit. Quinque uero appellabant nuptias, quia nuptiæ sunt maris & fœminæ coniunctio, cum autem impar numerus apud istos sit mas, par uicissim fœmina, hic primus ex primo numero pari. i. binario, & primo impari. i. ternario gignitur. Ergo quinarius est coniunctio maris & fœminæ, quare recte dixit {& cæterorum similiter} quoniã omne, quod est in natura secundum eos constat certo numero: & sic patet secunda ratio pro Pythagoricis. Tertia uero ratio componitur hypothetice sic.

Si concentuum rationes sunt affectiones in numeris, numeri sunt rerum principia: Sed concentuũ rationes sunt affectiones in numeris: Igitur numeri sunt rerum principia. Syllogismus est hypotheticus a positione antecedentis ad positionẽ consequentis, cuius minorem affert, & dicit {Insuper etiam affectus concentuum, ac rationes} uidebatur subaudi eis {in numeris intueri} Hæc fuit positio antecedentis, quę fuit minor syllogismi. Maiorem posuit, quæ fuit hypothetica tota, & non probauit, potest tamen probari. Quia non uidentẽ rationes concentuum magis contineri in numeris, quam cæterarum rerum. Ergo si numeri sunt principia concentuum, quia rationes concentuum continentur in numeris, a pari numeri erunt principia omnium rerum, quia non magis in eis continentur rationes concentuum q̃ cæterarum rerum. Valeat hæc probatio pro eis, quantum ualere potest. Quòd autem concentuum rationes in numeris contineantur, probat Alexander, quia Diapason in dupla proportione consistit. Diapente in sexquialtera, diatessaron in sexquitertia: & sic de singulis concentuũ rationibus. Tunc recolligens quasi omnia, quæ dixit in rationibus, dicit {quia itaq; cætera quidẽ} quæ fiunt {numeris uidentur similia esse} dico {in omnibus, quæ sunt secundum naturam} Nam omnia, quæ sunt secundum naturam similia sunt numeris. Hæc quantum ad secundam rationem quam premisit {& numeri primi, atq; ante omnem naturam sunt} quãtum ad primam rationem. Deinde prætermittens tertiam rationem, infert conclusionẽ, & terminat suspensionem, & dicit {numerorum elementa entium omnium elemẽta esse putarunt} Et intelligit per elementa numerorum omnes numeros, qui sunt usq; in decem, ut tria, & quatuor, & sic de alijs, uel ut Alexãder exponit per elementa numerorum, intelligit par, & impar, & unitatem. & quia tu posses intelligere principia numerorũ esse solum principia rerum sublunarium, ideo subdit {totumque cœlũ cõcentum, ac numerum esse} cuius rationem affert, & dicit {quando & quæcunq; in numeris, & concentibus ostende re poterant, ad cœli affectus} ut sunt motus, & cõfigurationes, & Eclipses, & id genus {ac partes}. ſ. orbes {& ad uniuersum totũ} ut est sonus, qui uniuerso cœlo ab eis harmonicus conciliusq; tribuitur & ornatus {hæc} quę dicunt de numeris {accõmodabant} Hoc Alexãder egregie declarauit, Nam cum corpora, quę circa medium uertuntur, habeant in proportione sua interualla, & alterum uelocius circũacta sonum efficiant, grauem tardiora, celeriora acutum, qui soni interuallorum proportione fiant, ex his harmonicũ sonitum effici tradebant: cuius concentus, cum numerũ esse principium dicitarent, merito cœli, & uniuersi numerũ principium esse statuebant, ideo dixit {& ad uniuersum totum hæc aggregantes accõmodabant} dans intelligere proportionem numerorum, ex qua resultat sonus harmonicus cœlo rum, & proportionem numerorum, ex qua resultat ornatus. Nam Solis exempli causa interuallum a terra in dupla proportione esse putabant q̃ Lunæ. Interuallum autem Veneris in tripla, Mercurij in quadrupla, & in cæteris singulis inesse alia quam numerorum proportionem, & motum cœli in numeros fieri, arbitrati sunt. Ité & moueri uelocissime, ut quæ maximum habeant interuallum: tardissime, ut quæ minimum: Media uero, magnitudinis circunferentiæ. Ex ijs ergo similitudinibus rerum, & numerorum res, & entia ex numeris cõstare, & numeros quosdam esse affirmabant. Sic igitur quæcũq; numeris, cõpositionibusq; harmonicis, cũ cœli affectionibus, partibusq; conueniunt, hæc illi quasi manifesta fumentes cœlũ ex numeris, & in concentũ constare demostrabant.

Et siquid alicubi deficiebat, illud supplebant, quo tota sua, pertractatio cõnexa esset. Veluti, quia denarius numerus perfectus esse tradetur, atq; omnem numerorum naturam cõprehendere, ea quoq; quæ feruntur in cœlo, decem quidem inquiunt esse. At cum nouem tantum manifesta sint, ideo antichthona decimam faciunt. Verum de his, alijs in locis exactius est a nobis diffinitum.

Supplebant προσελάμβανον implebant.

antichthona ἀντίχθονα aduersa terris.

Hic remouet unum dubium in doctrina Pythagoricorũ, nam cum in rebus manifestis aliquid defecerit, cuius defectu illis rebus non potest numerus adaptari, quid est agendum? Verbi causa uniuersum est perfectum, & numerus denarius est perfectus, quonam modo numerus denarius potest accõmodari uniuerso, cum uniuersum nõ constet nisi nouenario? Constat. n. uniuersum nouem globis nobis exploratis, septẽ uidelicet errãtium stellarum, octauo inerrantium, nono ipsa terra. Nam & hanc circulariter moueri arbitrãtur circa ignẽ, qui in centro terræ est, quem Vestam uocant. Est igitur quæsitum, quo nam modo denarius uniuerso adaptari potest?

Respondet, q̃ id quod deerat, supplebant, ac implere conabantur, ut sibi tota doctrina constaret, & dicit {Et siquid alicubi deficiebat}. ſ. in rebus manifestis, quod uidebatur necessarium, aut requisitum ad perfectionem eius, cui deficit {illud supplebant, quo tota sua pertractatio} ac doctrina {cõnexa esset} ac perfecta. Illud uerbum {supplebant} Græce est προσελάμβανον, quod antiquus Interpres uertit {ad uocabãt} Argyropylus uero uir optime peritus {percupiebant} tamen uerti potest quoad sensum supplebant, uel implebant. Verbũ uero συνημμένα antiquus Interpres uertit continuata, Argyropylus cõnexa ac perfecta, & translatio est clara. Deinde hoc, quod dixit, exponit in exemplo, & dicit {Veluti quia denarius numerus perfectus esse uidetur} Est. n. primus limes cõprehendens omnium numerorum naturam, quippe cum alij numeri omnes non sint, nisi quędam repetitio denarij, unde & Plato usq; ad denarium fecit numerum, ut quarto auscultationis Physicæ scribit Aristoteles, propterea subdit {atque omnem numerorum naturam cõprehendere}. ſ. uidetur. Quia igitur denarius est numerus perfectus, & uniuersum est perfectum, ideo {ea quoq;, quæ feruntur in cœlo}. i. in toto mundo. ſ. globos, ex quibus uniuersum cõstat {decem quidem inquiunt esse} quoniam ad nouem globos manifestos addunt decimũ immanifestum,

& dicit { at cũ nouem tantũ manifesta sint } uidelicet septẽ errantium stellarum, octauus stellarum inerrantium, nonus terra. Est.n.terra, ut dictum est, globus nonus, quæ circulari ter mouetur circa Vestam cõsistentem, q̃ per ipsos est ignis, qui est in centro terræ, ubi animæ maleficorum secundum eos cruciantur { Ideo antichthonem } .s.terram { decimam faciunt } quandam.n.terram antichthonem siue oppositam terram addebant, quam ipsi in oppositum terræ nostræ exploratæ moueri dicebant, & per additionem illius terræ antichthonis, complebant numerum denarium, quo mundum constare dicebant. Quia uero res hæc hic obscure est pertractata, ideo subdit { uerũ de his, alijs in locis exactius est a nobis diffinitũ } .s.in lib. de cœlo. Hæc sunt q̃ Arist. narrasse ait Expositor de opinione Pythagoricorũ, quantũ ad id, qd̃ dixerunt de rerũ substãtia. Nã uoluerunt, ut inquit, omnium rerũ substantias constare ex numeris, nihilq; aliud esse cuiusq; rei substantiam q̃m numerum. Et quoniam rerum substantiæ cõstant numeris, iccirco omnium rerum principia cõsequenter declarabit esse numeros, textu qui sequetur. Pace tanti Expositoris dixerim, Aristoteles probauit in hoc textu tribus rationibus rerum principia esse numeros, & primo proposuit mathematicorum principia esse rerum omnium principia, in nuens numeros esse rerum mathematicarum principia, & rerum etiam naturalium, ut Alexander exposuit.

Enarramus ἐπεξχόμεθα adinuenim' cõtinuamus

Sed cuius gratia hæc enarramus; est id, ut & ab his ea, quæ principia iam esse ponunt, accipiamus, & quo nam modo dictas in causas cadant. Atq; uidentur & hi numerum principium eorum esse, quæ sunt, & ut materiam, & ut affectus, habitusue putare. Numeri uero elementa esse par atque impar: quorum quidem alterum finitum, alterum infinitum est. Sed unum ipsum ex utrisq; his est. Nam & par est, & impar, itaq; numerum ex uno constare dicebant. Cœlum uero totum, ut dictum est, esse numeros.

Expositor uult Aristotelẽ in textibus proximis declarasse Pythagoricos uoluisse numeros esse rerum substãtias, nunc uero narrare eorum opinionem de principijs. Q uæ expositio refutata est pace tanti uiri in fine proximi textus. Quoniam Aristoteles primo accepit opinionem Pythagoricorũ, q̃ numeri sint rerum omnium principia. Deinde adduxit p̃ hac positione tres rationes. Ergo narrauit & probauit opinionem Pythagoricorũ de principijs, non ergo hic narrat opinionem Pythagoricorũ de principijs, & superius de substantia rerum. Alexander uero exponit, q̃ Aristoteles hic nos admoneat, quorsum hoc in loco tam multa dixerit de istorũ opinione, & ait Aristoteles se tam multa dixisse, ut intelligatur, ad quod genus causarũ Pythagorici principia referant.

Propria expõ

Ego uero pace tantorum uirorum dixerim, q̃ cum Aristoteles narrasset opinionem Pythagoricorum de rerum principijs tam diffuse, & nõ declarasset de quibus generibus principiorum Pythagorici fuerint locuti, utrum de principijs, quæ sunt in genere materiæ, an de principijs, quæ sunt in alio genere, nunc declarat se ob duo de opinione Pythagoricorum tam diffuse esse locutum. Primo, ut accipiamus, quæ sunt illa, quę principia ponunt. Deinde, ut sciamus principia, quæ posuerunt, in quibus generibus principiorum sint reponenda, utrum in genere materiæ, an in genere efficientis causæ, & dicit { sed cuius gratia hæc enarramus, est id } propter duo { ut & ab his ea, quę principia esse ponũt, accipiamus } hoc est primum { & } ut accipiamus { quo nam modo dictas in causas cadant } .i.in quibus generibus causarum sint earum uidelicet, quæ sunt explicatæ. 2. physicæ auscultationis, uel fortasse hæc duo sunt unum, ut Alexander autumat uidelicet, ut accipiamus quo nam modo dictas in causas cadant. Et tunc oportet, ut secundum sit interpretatio primi, Nam cum ait { ut & ab his accipiamus ea, quę principia esse ponunt } subdit expositionem, & dicit { & } pro .i. ut accipiamus { quo nam modo dictas in causas cadant } & sic puto legisse Alexandrum, quod mihi placeret, nisi Aristoteles usus fuisset duplici copulandi nota, qua nunquam uti consueuit, nisi ubi diuersa copulat. Deinde explicat in quæ genera principiorum cadant ea quæ principia posuerunt, & dicit { atque uidentur & hi numerum principiorum eorum esse putare, quæ sunt, & ut materiam, & ut affectus habitusue } .s.putare. Circa quæ uerba Expositor dicit, primo hos uoluisse numerum esse rerum principium, ut materiam. Deinde hos uoluisse affectus, atque habitus numerorum, esse affectus, atque habitus entium naturalium. Intelligens per affectus accidentia facile mobilia, quæq; celeriter transeunt; ut rubor, qui ex pudore oritur, & leuis dolor, qui ex leui ictu gignitur, per habitus uero accidentia permanentia, quæ difficulter abeunt, ut calidum corporum mixtorum, & nigrum Aethiopũ. Verbi gratia affectus numeri, qui dicitur par, est habitus iustitiæ, uel iustitia ipsa, propter æqualitatem diuisionis, quia huiusmodi numerus æqualiter per dimidia usq; ad unitatem secatur. Vt in exemplo octonarij patet, qui in duos quaternarios scinditur. Quaternarius uero in duos binarios, at binarius in duas unitates. Q uia igitur iustitia consistit in quatuor, ut quinto Ethicorum traditur, ideo par quod est habitus numeri, iustitia est, uel iustitiæ habitus. Simili ratione alios numeri habitus, uel affectus asserebant esse habitus, aut affectus rerum naturalium. Hoc est formas rerum naturalium. Hæc expositio est difficilis, quoniam Aristoteles loquitur copulatiue, quasi innuat eos opinatos esse numeros esse rerum naturalium, tum ut materiam, tum etiam, ut affectus, habitusq;. Propterea Alexander asserit Aristotelem his uerbis declarare, placuisse Pythagoricis numeros esse rerum principium, ut materiam, & habituum atque affectionum rerum naturalium, ut causam efficientem. Nam pro numero differentijs affectiones & habitus rerum generari aiebant rebus, quæ ipsis componuntur. Et sic oportet legere { atq; uidentur & hi numerum principiorum eorũ esse quæ sunt } .i. rerum naturalium { & ut materiam } .i. in genere principij materialis, putare { & } putare { ut affectus, habitusue } .s. & in genere causæ efficientis: quæ.s.affectus, & habitus efficit in rebus ipsis, & sic uelle uidentur numeros esse causam rerum duplici genere causæ, & ut materiam, & ut efficientem. Nec expositio ista est extranea, nam affectus, & habitus sunt causæ effectrices, quoniam, ut dicitur. 3. physicæ auscultationis semper existimatur species mouens. Qua re non ab ratione exposuit pro affectibus, & habitibus effectricem causam. Verum nõ eadem ratione. Numerus enim quo est duplus, sesquitertius, uel sexquialter, est causa, ut efficiens affectuum, atque habituum rerum. Aspasius uero non recedens ab hac Alexandri expositione, ait Aristotelem cum dicit numerum esse parem, intellexisse numerum simpliciter, cum uero dixit affectus, & habitus esse causam effectricem, per affectus, paria, per habitus uero, imparia ait intellexisse. Vel etiam ait Aspasius numerorum par Aristotelem intellexisse esse materiam, & affectiones: Impar uero habitus. Sed quæcunq; dicantur, bene tolerabilia sunt. Cum dixisset numeros esse rerum principia in duplici genere causæ, exponit principia numerorũ, ut ordinem exponat in principijs Pythagoricorum, & dicit { numeri uero elementa } ideest principia uidentur eis { esse par, atq; impar } quæ sunt primæ numerorum differentiæ { quorum quidem alterum finitum .s. impar, alterũ uero infinitũ } uidelicet par { est } Q uo uero modo par numerus sit infinitus, Impar autem finitus, Expositor declarat ex ijs, quæ tertio auscultationis physicæ dicta sunt. Alexander uero prætermisit tanquam clarũ,

Aspasii expõ



ac protritum omnibus. Potest tamen syllogismus probans numerum parem habere rationem infiniti hoc pacto componi. Omne quod semper diuiditur in duo, habet rationem infiniti. Diuisio enim continui tendit in infinitum, quoniam continuum semper diuisibile est in duo dimidia. Numerus par nulla alia ratione diuidi potest, nisi in duo, ergo habet rationem infiniti. Q uia uero impar numerus non est diuisibilis in duo, fit ut numerus impar rationem finiti subeat, infiniti uero rationem fugiat. Præterea adducit aliam rationem q̃ numeri impares ordinate aucti non uariant speciem numeri. At pares, si ordinate crescant, speciem euarient, & denominationem. Primam partem probat Expositor supponendo q̃ ordinati impares sint unum, tria, quinque, septem, & nouem, & sic ad infinitum. Ordinati pares sunt duo, quatuor, sex, octo, decem, & sit infinitum. Tunc probatur q̃ numeri impares ordinate aucti non uarient speciem. Nam unum & tria faciunt quatuor, qui est primus numerus quadratus. Vlterius quatuor & quinque nouem constituunt, qui seruat eandem rationem, quoniam est etiam numerus quadratus insuper nouem & septem faciunt .xvi. qui etiam est numerus quadratus, & sic de alijs in infinitum, qui semper seruant eandem rationem quadrati. At auctio, quæ fit in numeris paribus non seruat eandem speciem. Q uoniam unum & duo reddunt tria. Tria uero & quatuor faciunt septem. At septenarius numerus alterius speciei est a ternario. Quoniam ternarius est numerus incompositus ex numeris. Septenarius uero compositus ex numeris. Sed hæc sunt superflua ad expositionem, ut putauit Alexander, qui dixit cætera esse clara. Cum assignasset principia numerorum, quæ sunt par, & impar, assignat principium parium, & imparium, asserens principium parium, & imparium esse unitatem, & dicit { sed unum ipsum } ideest sed unitas ipsa { ex utrisq; his est } ideest attinet tam ad parem numerum, quam ad imparem, cuius rationem subdit { Nam & par est & impar } & tu intelligas unitatem esse parem numerum, & imparem causaliter, quoniam unitas est principium tam paris quam imparis. Tunc concludit { itaque numerum ex uno constare dicebant cœlum uero totum, ut dictum est, esse numeros } ideest ex numeris esse. Igitur in principijs hic ordo est, ut unitas sit principium paris, atque imparis, Par uero & impar numeri, at numerus principium est cœli, Cœlum uero omnium eorum, quæ sunt sub cœlo. Igitur apud Pythagoricos omnium principium primum est unitas, quod Plato concedit asserens unum esse ante ens in Parmenide. Hactenus de prima Pythagoricorum positione.

Ordo principiorum.

Alij uero ex eisdem his principia decem inquiunt esse ea, quæ per seriem dicuntur, uidelicet finitum & infinitum, par & impar, unum & multitudinem, dextrum & sinistrum, marem & fœminam, quiescens & motum, rectum & curuum, lumen & tenebras, bonum & malum, quadratum, & altera parte longius.

κεκμηκὸς obliquum.

Cum narrasset opinionem eorum Pythagoricorum, qui posuerunt unitatem primum omnium principium, ut diximus, nunc ut Alexander autumat, narrat Pythagoricorum opinionem eorum, qui decem oppositiones pro principijs posuerunt, quoniam apud ipsos denarius numerus est primus perfectus: & ideo eum numerum accommodauerunt primis omnium rerum principijs, & dicit { Alij uero ex eisdem his } .s. Pythagoricis { principia decem inquiunt esse ea, quæ per seriem dicuntur } ideest dicunt esse decem oppositiones. Per ea.n.quæ per seriem dicuntur, oppositiones intelligit, eorum, quæ correspondenter inuicem opponuntur: & sic uolunt prima omnium rerum principia esse decem oppositiones, & uiginti opposita: quæ per ordinem explicat.

| Perfecta | Imperfecta |
|---|---|
| Finitum | infinitum |
| Impar | par |
| Vnum | multitudo |
| Dextrum | sinistrum |
| Mas | fœmina |
| Q uies | motus |
| Curuum | rectum |
| Lumen | tenebræ |
| Bonum | malum |
| Q uadratum | altera parte longius. |

Et dicit { uidelicet finitum & infinitum } quæ constituunt primam oppositionem { par & impar } quæ constituunt secundam { unum & multitudinem } q̃ tertiam { dextrum & sinistrum } quæ quartam { marem & fœminam } quæ quintam { quiescens & motum } quæ sextam { rectum & curuum } q̃ septimam { lumen & tenebras } q̃ octauam { bonum & malum } q̃ nonam { quadratũ & altera parte longius } q̃ decimã oppositionẽ reddunt. Igitur rerũ prima principia sunt decẽ oppositiones. Expositor nititur assignare causam, quare hę oppositiones sint sic ordinatæ, ut prima sit finiti & infiniti, secunda uero paris atq; imparis, & sic suo ordine in reliquis. Et ait hos posuisse finiti & infiniti primam oppositionẽ, nõ per rationẽ, sed authoritate aliorũ Pythagoricorũ, qui prima contraria posuerunt finitũ, & infinitũ. Similiter paris atq; imparis posuerunt secundã oppositionẽ & authoritate priorũ, & quia finitũ & infinitũ attribuuntur pari & impari, tertiam posuerunt unius & multitudinis, quia par & impar sunt numerorũ principia, q̃ numeri sunt unũ & plura. & quia ex numero constituitur magnitudo, quatenus numerus positionẽ habet: Ideo quartã oppositionẽ fecerunt dextri & sinistri, q̃ positionẽ habent: & qa naturalia supra magnitudines mathematicas addunt uirtutes actiuã, & passiuã, ideo quinta oppositio est maris, & fœminæ, quorũ mas agens, fœmina patiens est: & qa ex uirtute actiua & passiua sequuntur motus, & quies, ideo sexta oppositio erit motus, & quietis: & qa primę differẽtiæ motus sunt rectũ, & circulare, ideo septimã oppositio erit recti, & curui: & qa nõ solũ ponebant rerũ principia quantũ ad actiones naturales & motus, sed etiam quantũ ad actiones animales, quarũ prima est cognitio, ideo octauã oppositionẽ posuerunt luminis & tenebrę. Quia uero secunda afalis actio est appetitio, ideo nonã oppositionẽ posuerunt boni, & mali: & qa mathematica superadduntur substãtijs naturalibus, ideo ultimã oppositionẽ posuerunt quadrati, & eius figuræ, quæ dicitur altera parte longior. Dicitur autem quadratum figura quatuor lateribus equalibus, cuius anguli omnes sunt recti.







Altera parte lõgior figura est, cuius licet latera opposita sint equalia, non tamen omnia latera omnibus sunt equalia. Vt licet latus A, sit equale lateri C, & latus B, lateri D: tamen nõ omnia latera sunt æqualia alicui horum: & addit Expositor harum decem oppositionum decem opposita se tenere cum perfecto, ut sunt finitum, impar, unum, dextrum, mas, quies, circulare siue curuum, lumen, bonum, quadratũ, decem alia

his correspondentia cum imperfecto, sed hęc, quę Expositor ait quantum ad ordinē oppositionū recte dicit, quantum uero ad causam ordinis non uidetur mihi recte dixisse. Quoniam uel priores oppositiones tioluit esse priores, quia sunt causalitate priores, & ordine naturæ, aut priores ordine ad nos, ut quia semper oppositiones priores sint effectus nobis notiores, oppositiones uero posteriores causæ nobis ignotiores. Vel ordo oppositionū est partim, quo ad nos, & partim quo ad naturam. Non est dicendum ꝙ harum oppositionū ordo sit mixtus, qm̄ tunc esset cōfusio, & uoluntarius. Nō. n. uidetur causa necessaria, cur q̄dam harū oppositionū sint ordinatæ ordine naturæ, & quædā ordine, quo ad nos nisi uelit dicere ordinem esse ad placitum: & sic nō erit ordo necessarius. at si ordo fuerit causalitatis, prima oppositio, quę finiti & infiniti est, erit causa secundæ, quę est paris & imparis, quod falsum est: nam, ut dictum est par & impar sunt causæ finiti & infiniti, ut in expositione est dictū. Item nec secūda oppositio, quæ paris, & imparis est causa tertiæ, & sic de aliis. Nec ordo potest esse quo ad nos, quoniam semper oppositio posterior erit effectus prioris, cuius oppositum potes uidere discurrendo per omnes. Et quia non potest reddi causa ordinis in talibus oppositionibus. Propterea Alexāder & Aspasius enumerauerunt oppositiones, nullam afferentes ordinis cau sam. Noluerunt. n. laborare, ubi labor sit frustra. Insuper oppositiones istæ decem, quo nam modo sint principia rerum, utrum ut materia, an ut efficientes causæ, authores huius opinionis non explicarunt, nec exposuerunt, sint ne hæ decē oppositiones simul concurrentes ad unumquenq; effectum, an alia oppositio sit unius effectus principium, alia uero alterius. Et si omnes simul, non explicarunt sint ne principia omnia æque primo, cui ordine quodā & si altera sit causa alterius, & non omnes unius, nō est exploratum, q̄ oppositio sit principium cuius, & quonam modo utrum ut effectrix causa, an ut materia. Propter has difficultates Alexander & Aspasius ualde raptim horum opinionem tetigerunt.

Quo quidem pacto & Alcmęon Crotoniates putasse uidetur: & aut hic ab illis, aut illi ab hoc sententiam hanc susceperunt. Etenim fuit Alcmæon, cū Pythagora ætate esset senex: hic autem similem sententiam attulit illis. Dicit. n. plerasq; humanarū rerum duas esse, ipsas inquiens contrarietates. Non ut illi definitas, sed quasuis: ut album & nigrum, dulce & amarū, bonum & malum, magnū & paruum. Hic itaq; de reliquis indefinite dixit. Pythagorici uero & quot & quę nam sint ipsę contrarietates enuntiarunt.

Cū assignasset secundā Pythagoricoꝝ positionem nunc narrat opinionē Alcmæonis Crotoniatę, qui conuenit cū positione secunda quantum ad duo, primo ꝙ ut illi asseruerunt oppositiones rerū esse principia rerū naturaliū, sic Alcmęon oppositiones rerū autumat rerū naturalium esse principia. Secundo ꝙ ut illi oppositiones dixerunt plures, q̄ essent rerum principia, sic Alcmęon asseruit plures oppositiones esse rerū principia. Sed differt qm̄ illi de secunda positione posuerunt decē tantū oppositiones esse omnium rerū principia, & exposuerunt quæ: At Alcmęon indefinitas, qm̄ tot specie, quot generatiōes specie sunt, tot uero numero, quot generationes numero sunt. Nā omnis generatio habet sua contraria propria inter quę fit, ut generatio albi habet pro principio oppositionem, quæ est inter albū, & nigrū. Qm̄ fit de nigro in album: & hæc generatio huius albi pro principio habet oppositionē huius nigri & huius albi: qm̄ fit ex hoc nigro. At secunda Pythagoricoꝝ positio uoluit omnium generationum oppositiones decē sufficere pro principijs. Quod quo nam modo sufficiant, nō expresserunt: ut dictum est. Dicit { Quo quidē pacto & Alcmęon Crotoniates putasse uidetur } uidelicet quā tum ad duo: quæ explicabit: ut & ꝙ oppositiones rerum sint rerum omnium principia, & ꝙ plures oppositiones sint rerū principia: nō una tantum. Et explicans rationem accepit κατ' ἰδεὰν { & } pro enim, uel pro quoniam, quasi dicens, quoniā { aut hic ab illis, aut illi ab hoc }. ſ. Alcmęone { sententiam hanc susceperunt } Et ꝙ utrunq; esse potuerit, probat, & dicit { Etenim fuit Alcmęon, cū Pythagora ętate esset senex } & sic esse potuit, ut Alcmęon suam opinionē acceperit a Pythagoricis, uel ut Pythagorici, qui fuerunt de secunda opinione, acceperint ab Alcmęone. Cum. n. fuissent contemporanei, utrunq; esse potuit { hic autem } idest, sed qualitercunq; fuerit { hic }. ſ. Alcmęon { similem sententiam attulit illis }. ſ. Pythagoricis de secunda positione, quantum ad duo, quæ uno contextu explicat, & ait { Dicit. n. } Alcmęon. ſ. { plerasque humanarum rerum duas esse } plures. ſ. dualitates { ipsas inquiens cōtrarietates } Igitur his uerbis innuit Alcmęonem duo dixisse, & ꝙ oppositiones sint rerum principia, & ꝙ illæ sint plures, & per humanas res, sensibiles intelligit, quatenus homo uersari potest circa cognitionem illarum. Diuinæ uero res, cum sint supra captum hominis, suprahumanas appellarunt. Cæteras uero omnes, quæ sub humano captu habentur, quales omnes sublunares, humanas uocarunt. Harum singulas dualitates cōtrariorum dixerunt contrarietates, atque oppositiones, quibus pro principijs utebantur rerum naturalium. Deinde affert differentiam, & dicit, Sed hic Alcmęon licet ponat plures oppositiones ꝑ rerū principijs, tamen { Non ut illi definitas }. ſ. numero certo, ut delicet decem { sed quasuis } idest, sed numero incerto, sicut incertus est numerus specierum, quæ generantur: & sicut infinitus est numerus individuorum sub speciebus, quæ generantur. Verbi gratiæ { ut album & nigrum } quæ oppositio est in generatione nigri, uel albi { dulce & amarū } quæ oppositio est in generatione dulcis, uel amari { bonum & malum } quæ oppositio est in generatione boni aut mali. { magnum & paruum } quæ oppositio est in generatione magni, uel parui. Et sic cōsequenter pro numero specierum, quæ generantur. Propterea concludit { Hic itaque de reliquis }. ſ. oppositionibus, quæ principia sunt generationum reliquarum specierum { indefinite } idest nullo certo numero { dixit } sicut reliquę species aliæ ab his, quas enumerauit, numero incerto, ac indefinito sunt { Pythagorici uero } qui sunt de secunda positione { & quot & quæ nam sint ipsę contrarietates } quibus utebantur pro principijs { enuntiarunt } quia dixerunt esse numero decē: & exposuerunt quæ. Ex his patet non recte exposuisse, qui τυχούσας, uertit quascunq; fortuna contingentes, ꝙ Alcmęon posuerit quasi inordinate quascunq; oppositiones, siue contrarietates, quæ fortuna uel casu sibi in mentem ueniebant, esse rerū principia. Non enim illa fuit bona translatio, nec hæc est recta expositio. Alexāder uero asserit differentiam inter Pythagoricos, qui sunt de secunda opinione, & Alcmęonem esse, ꝙ Pythagorici decem oppositiones rerum principia esse affirmauerint, quas determinarunt, atque explicarunt, Alcmęon uero quancunq; oppositionem indeterminate principium esse dicebat. Itaq; omnis contrarietas apud hunc principium esse poterat. Quæ expositio nō placet quia quasi coincidit cum expositione proxima. Melius ergo dicerem ꝙ differentia sit, quoniam Pythagorici uoluerunt oppositiones sub certo, definitoq; numero esse rerum principia, & explicarunt quot, & quæ. At Alcmęon dixit oppositiones, quæ sunt rerum principia esse quasuis, ideſt nullo certo numero definitas, sicut nec specierum, quæ generantur certus est numerus, & ideo nec dixit quot, nec quæ, cum nec dicere possit quot sint species, nec quæ. Hæc est uera expositio.

Expō Alexā.

Refutatio.

Ab his igitur utrisq; tantum sumere licet, ꝙ contraria rerum principia sint, sed ab alteris, quot,



quot, & quæ sint. Quo tamen modo reduci possint, dilucide quidem ab illis non est pertractatum. Sed uidentur, ut in materię specie elementa collocare. Ex ijs enim ut ex his, quæ insunt, constare substantiam, fictamq; esse inquiunt. Antiquorū igitur pleraq; naturæ elementa esse dicentium, ex his satis quispiam mentem percipere potest.

Cum narrasset opiniones Pythagoricorum, & Alcmęonis, nunc ex illis, quæ dixit quid liceat colligere, exponit, & dicit { ab his igitur utrisq; }. ſ. Alcmęone, & his, qui sunt de secunda opinione { tantum sumere licet, ꝙ contraria } siue oppositiones, siue contrarietates dixeris { rerum principia sint } & in hoc conueniunt ambo. Deinde colligit differentiam, & dicit { Sed ab alteris } videlicet a Pythagoricis, qui sunt de secūda opinione, licet colligere oppositiones { quot, & quæ sint } quia decem, & exposuerunt quæ. Deinde tangit primos Pythagoricos, qui posuerūt numeros esse rerum principia, ut Alexander recte exponit: & dicit { quo tamen modo } numeri. ſ. quos ponunt rerū principia { reduci possint } subaudi in genera causarum, quæ enumerata sunt secundo libro physicæ auscultationis { Dilucide quidem ab illis }. ſ. primis Pythagoricis, qui numeros posuerunt { non est pertractatum } non enim explicarunt dilucide sint ne numeri principia, ut materia, an ut efficientes causæ. Explicat tamen ipse Aristoteles qd fortasse illi senserint, & dicit { sed uidentur, ut in materiæ specie elementa } quæ numeros ponunt { collocare } Videntur enim ordinare numeros secundum speciem causæ materialis. Cuius rationem affert, & dicit { ex his enim } numeris. ſ. { ut ex his, quæ insunt, constare substantiam, fictamq; esse inquiūt } dixit, { ut ex his, quę insunt } quoniam hæc est ratio causæ materialis, materia. n. ut quinto huius dicetur, est ex qua aliquid fit, cum insit: quod quidem additur ad differentiā priuationis, ex qua dicitur etiā aliquid fieri, non tamen ineſt. Eximmusico enim fit musicum, non tamen immusicum ineſt musico. merito etiam dixit { fictam esse substātiam } quoniam talis generatio quā posuerunt, ut Alexander inquit, figmento similis est, nec vllam habet cum uero similitudinem. Ex his patet, non recte esse expositum ab aliquibus, qui uerba Aristotelis videlicet { dilucide quidem ab illis } exponētes per illos intellexerūt eosdem. ſ. Alcmęonem, & Pythagoricos de secūda opinione. nam uerbum /ab illis/ refert procul dictos, non aūt proxime nominatos, & propterea Alexander recte intellexit per illos Pythagoricos primos, qui numeros rerū principia posuerunt. nam de numeris Aristoteles dicit hæc quæ refert. Demum epilogat, & dicit { ex his igitur satis quispiam percipere potest mentem antiquorum, pluraq; elementa naturæ esse dicentium } mentem enim quæ est græce διάνοια, pro sententia accepit. Elemēta uero pro materialibus principijs, uel pro causis efficientibus intellexit, nam, ut Alexander inquit, præter materiam nonnulli causam efficientem asserebant, ut retulit.

Sunt autem quidam, qui de uniuerso perinde atq; si unius esset naturæ dixerunt. non tm̄ modo eodem omnes, aut ratiōe recti, aut ratione eius, quod est secundum naturam.

Expositor asserit Aristotelem velle ponere opiniones philosophorum hic de vniuerso toto, sicut de uno ente. Ego uero cum uiro doctissimo Alexandro dico, ꝙ cum Aristoteles commemorasset opiniones eorum, qui plura uel materia lia, uel plura elementa. i. plures causas posuerunt, redit nunc ad illos, qui ens unum esse statuebant: & quia loqui possumus de vno vniuerso, aut quo intelligatur esse unum principium, ut quidam naturales authores dixere, aut quo uniuersi natura sit una, ut Xenophanes, & Parmenides, & Melissus arbitrati sunt, nunc loquitur de uniuerso, quo eius natura est una, & dicit { sunt autem quidam, qui de uniuerso perinde atq; si unius esset naturæ dixerunt. igitur loquitur de opinione eorum, qui dicunt vniuersum esse unius naturæ. & non quatenus vniuersum est unum principium: & sic loquitē de opinione Xenophanis, Parmenidis, atque Melissi. & docet Parmenidis sententiam de uniuerso, quo est vnius naturæ; discrepare ab opinione Melissi, & dicit { non tamen modo eodem omnes }. ſ. opinantur de ipso uniuerso quo est unius naturæ, nam quāuis uterq; diceret uniuersum esse unius naturæ, eos tm̄ discrepare ait { aut ratione recti, aut rōne eius, quod est ſm naturam } Et Expositor exponēs ait ꝙ in mō, quo differunt, nec bene dixerunt, nec naturaliter locuti sunt. non naturaliter quidē locuti sunt, ꝙa rebus naturalibus motum sustulerunt. Nullus. n. naturaliter loquiē, qui tollit a natura motū. Non bene uero, qm̄ per rationes sophisticas positionem impossibilē tulerunt. Sed ꝙa hæc expositio non facile uerbis accōmodaē, ideo cū Alex. dicamus, ꝙ licet Parmenides & Melissus dicat uniuersum esse unū, uniusq; naturæ { tamen non eodē modo oēs } opinantur, dico nō eodem modo { aut rōne recti }. i. quia discrepant in ipso recto { aut rōne eius, quod est ſm naturā }. i. quia discrepant rōne eius, qd̄ est ſm naturam. Quod discrepent ratiōe recti, patet, ꝙa alter melius, alter peius dicebat, & alter altero, pbabilius. ergo discrepant rōne recti. Quòd uero rōne eius, qd̄ est ſm naturā, patet etiam, qm̄ Parmenides, cum dixit uniuersum esse unum, respexit ad formā, & ideo ipsum finitum asseruit. Nam forma est cā terminationis. Melissus uero asserens uniuersum esse unum, respexit ad materiam, & ideo ipsum posuit infinitum, quoniam infinitio materiā attingit: cum eius capacitas sit infinita.

Sed sermo de his nullo modo ad præsentem causarum considerationē accommodaē. Non. n. ut naturalium quidam unum supponentes ens, ex ipso uno tanquam ex materia generant, sed alio modo hi dicunt. Illi enim uniuersum generantes motum addunt. Hi uero immobile inquiunt esse.

Cum narrasset opinionē eoꝝ, q̄ posuerūt uniuersum esse unū naturæ, & pōt illoꝝ opinio attinere una rōne ad cōsideration̄ de causis, alia rōne non: Ideo primo ostēdit, quam rōne non pertinet ad pītē considerationē, quæ est de causis asserēs, ideo huius opinionis cōmemorationē esse inutilē ad pīsentē considerationē, quæ est de causis, qm̄ vniuersum quod ponīt unum, neq; principiū, neq; cām sic esse posuerunt, ut qui aquā, aut ignem, aut aerem principiū esse dixerunt, qm̄ ex hoc uno mouendo generabant. sed qui dixerunt vniuersum esse vnū, asseruerunt ipsum esse immobile. dicit { sed sermo de his }. ſ. philosophis qui asseruerunt uniuersum esse unū, & immobile { nullo mō ad præsentē causarum considerationē accōmodaē } qm̄ illud unum, qd̄ ponunt nō dicunt esse cām, qm̄ nihil est extra illud, cuius ipm̄ possit esse cā, et fuimet causa esse non pōt, igitur non habet rationē causæ neq; causati, quare non pōt attinere ad considerationē de causis. Sed huic occurres, qm̄ quidam naturales posuerunt unū ens, & tm̄ seruarunt rōnem causę in illo uno, qm̄ ex illo tanq; ex una materia generabāt. Qui. n. posuerunt unū aerem esse principiū rerum, ex aere oīa generabant, sic qui posuerunt unam aquam. ergo pari rōne qui ponunt vniuersum esse vnum, possunt illud vnum intelligere, vt causam. Respondet, ꝙ non sunt similia, primo quoniā qui ponunt unum aerem, uel unā aquam esse oīa, volunt oīa esse unum aerem substantia, non tamen accidentibus, nam licet ignis & aqua & terra, & alia omnia sint aer secundum

substantiam, tamen discrepant accidentibus: secundo quoniam nuturales illi uni tribuunt motum rarefactionis, et condensationis, & sic poterunt ex illo uno fieri diuersa secũdum accidentia, per rarefactionem, & condensationem. At qui ponunt uniuersum esse unius naturæ, asserit omnia esse vnũ & secundum substantiam, & secundum accidentia, quoniam nulla differentia rerum est nisi secundum apparẽtiam, & sic tollitur omnino motus, quare non potest illud uniuersum habere rationem causæ. Neque enim sui ipsius causa esse potest, nec aliorum, quoniã præter ipsum nihil aliud est. Soluit igitur, & dicit { non enim ut naturalium quidam unum supponentes ens } ut uel aerem, uel aquam, uel tale aliud, quod omnia sunt secundum substantiam, sic subaudi dicunt isti, nam qui ponunt unum scilicet aut aerem, aut aquam, aut aliud tale { ex ipso uno } quod ponunt { tanquam ex materia generant } subaudi cæteras res naturales mundi, & sic possunt seruare rationem causæ & causati { sed alio modo hi dicunt } nam cum uelint illud unum quod ponũt, nihil generare, nõ possunt in eo seruare rationem causæ, nec causati. Deinde affert rationem, quare illi possunt seruare rationem causæ, & causati, hi uero non, & dicit { illi enim uniuersum generantes } idest naturales enim dicentes omnes res generari { motum addunt } ei corpori, quo utuntur pro principio, dicebant enim illud esse mobile rarefactione, atque condensatione, & sic poterant ex illo uno uia rarefactionis, uel condensationis omnia generari, per quem modum dixerunt etiam uniuersum generari ratione differentiæ, quæ in partibus inuenitur. Quare potuerunt seruare rationem causæ & causati { hi uero } scilicet qui uniuersum dicunt esse unum simpliciter secundũ substantiam, & accidentia, illud { immobile dicunt esse } quoniam nec locus est extra ipsum ad quem moueri possit, nec rarefieri, nec condensari, cum non possit amplificari in locum, qui est extra ipsum. Et sic nec in toto nec in parte generari, cum omnis generationem comitetur motus. Quare non poterant seruare rationem causæ aut causati. Ergo sermo horum hac ratione nullo modo attinet ad præsentem considerationem, quæ est de causis. Sunt philosophorum sectæ duæ, altera eorum, qui dicuntur Sophistæ, ut Xenophanes, Parmenides, & Melissus. Altera naturalium, illi dicuntur Sophistæ, quoniam per syllogismos Sophisticos concluserunt omnia esse unum ens, & immobile: Hi uero naturales, quod concesserint plura mobilia esse, & motum saltem secundum accidentia per ea, quæ patent ad sensum. Hi uero conueniunt, & differunt: conueniunt quidem quia utraque secta asserit omnia esse unum corpus, siue unum ens, utraque etiam secta tollit rerum mobilium ueram multitudinem: differunt uero primo quia Sophistæ asserunt omnia esse unum substantia, & accidentibus, nec plura esse posse, nisi apparentia, naturales uero concesserint plura mobilia, quia non omnia sunt unum saltem accidentibus. Secundo differunt, quia Sophistæ sustulerũt motum, quoniam sustulerũt multitudinem rerum mobiliũ. Naturales uero seruarunt motum, quia concesserunt rerum mobilium multitudinem. Tertio differunt, ꝙ Sophistæ sustulerint a rebus rationem causæ, & causati: quia sustulerũt motum. Naturales uero seruarũt rationes causæ, & causati, quia seruarunt motum, ex his perspicuum est sermonẽ sophistarum quatenus tollit rationes causę et causati, non pertinere ad considerationem, quæ habetur de causis. Sermonẽ uero naturalium, quatenus seruat rationes causę atq; causati, pertinere ad cõsiderationem præsentem de causis. Quam rem Alexander paucis admodum uerbis tetigisse uidetur.

De sectis philosophorum.

aliquatenus. τοσοῦτον. Tantum. Hactenus.

**Verũtamen aliquatenus proprium erit præsenti considerationi. Nam Parmenides quidem uidetur unum secũdum rationem tangere. Melissus uero secundum materiam. Quapropter & alter finitum ipsum inquit esse: alter autem infinitum.**

Expositor vult ꝙ cum Aristoteles ostẽdisset positionem eorum, qui dixerunt vniuersum esse unum sm naturam, nõ attinere ad præsentem considerationem, quæ est de causis, quoniam uniuersum ipsum, quod ponunt esse unum, nec est causa, nec causatum, nunc uelit narrare ꝙ agere de hac positione attineat ad pręsentem consideratione aliquatenus. s. quantum ad rationem qua mouentur, & quantum ad modum ponendi. Quantum quidem ad ratione ponendi quoniam in ratione, qua Parmenides uoluit vniuersum esse unũ finitum, tetigit formam, quæ est essendi ratio, quæq; attinet ad considerationem de causis. Sic enim argumentabat, quicquid est præter ens, est non ens: Vnum est ens: igitur quicquid est præter unum, est nõ ens. Quod si quicquid est præter unum, sit nihil, omnia erunt unum. vbi patet Parmenidem inspexisse ad ipsam formalem ratione essendi, quę cum sit una, uisus est tetigisse formam. In ratione uero qua Melissus asseruit omnia esse unum infinitum, tetigit materiam: qua vniuersum est infinitũ. Sic enim argumentabat, Quod non habet principium, neq; finem, est infinitum: Ens nõ habet principium, neq; finem: igitur ens est infinitum. Minorem sic probabat. Omne quod principium habet & finem, generatur, ens non generatur, ergo ens neq; principium habet, neq; finem. Minorem iterum probabat, quoniam si ens generatur: uel ex ente, vel ex non ente, non quidem ex ente, quoniam tunc res esset anteq; generaretur: nec ex non ente, quoniam ex nihilo nihil fit: igitur ens non generatur, & sic tetigit ens ex parte materiæ. Nam probat infinitatẽ entis ex eo quia non generatur ex aliquo priore, quod proprie pertinet ad materiam, quæ est ingenita, & incorruptibilis. Melissus igitur ipsum ens ratione materiæ posuit esse unum infinitum. Parmenides uero, qui cõsiderauit ens ex parte formæ, asseruit ens esse unum finitum. Quare quantum ad rationes, quibus vtuntur, positiones hæ attinent ad cõsiderationem præsentem, quæ est de causis. Sed qua nam rõne quo ad modum ponendi positiones istæ attinent ad præsentem considerationem, quæ est de causis, Expositor non declarauit, nec aliquis pro eo. Sed pace tanti expositoris dixerim, Ego non video, quonam modo quo ad rationes ipsas, quibus mouentur, positiones hæ attineant ad præsentem de causis cõsiderationem. Primo quoniam quo ad paralogismos, quibus utuntur, positiones hæ pertinent ad secundũ librum Elenchorũ, vbi docet loca, quibus paralogizauerunt. Deinde nec primus paralogismus tangit formam, nec secundus materiam. Quòd primus non tangat formã, patet, quoniã forma nec accipitur ut medium, nec ut extremum paralogismi principalis, nec ut medium, uel extremum in proparalogismis. Simili mõ nec secundus paralogismus tangit materiam, qm̃ nec pro medio, nec pro extremo paralogismi uel proparalogismi, immo uidetur ꝙ in eo excludatur materia, quoniam ait esse infinitum, quoniã non generatur, & non generari, quoniam non fit ex aliquo præsupposito. Igitur potius procedit ex carentia prioris principij: quàm ex constantia materiæ. Cum Alexandro ergo dicamus has positiones attinere ad præsentem considerationem, quæ de causis est, nec quo ad argumenta, quibus mouentur, nec quo ad modum ponendi, sed quo ad res ipsas, quas ponunt. Nam Parmenides ait omnia esse unam formam. Melissus uero omnia esse unam materiam. dicebat enim Parmenides omnia esse unum forma, et essentia formali. Melissus uero omnia esse unũ materia, ac subiecto: Igitur quo ad res, quas ponunt, positiones sunt de causis & sic licet nullã causam explicent, ea tamen q̃ dicũt, de numero causarũ sunt. Qua rõne dicerẽt Sorticolæ, qui captiũculis nimiũ tribuunt, materiã inspexisse Melissum, qui asserit omnia esse unum infinitum non autem inspexisse materiam. Similiter formã inspexisse

Parmenidem



Parmenidem, qui affirmat omnia esse unum finitum. Non autem inspexisse materiam. Ergo quo ad considerata ipsa quæ sunt causæ, positiones hæ spectant ad cõsiderationem præsentem de causis, quo uero nullã causam explicant, nec materialem, nec formalẽ, non attinent positiones hæ ad pręsentem considerationem de causis, & hoc dicit { uerumtamen aliquatenus } sine alqua ratione { proprium erit præsenti considerationi } s. considerare ea, quæ isti asserunt, saltem quo ad ipsa cõsiderata, quæ causę sunt, cuius rationem affert, & dicit { nam Parmenides quidem uidetur unum secundum rationem tangere } quatenus omnia dicit esse unũ forma, atq; essentia, & sic consideratum est forma { Melissus uero secũdum materiam } s. omnia dicit esse vnum. Et sic consideratum est materia. Ergo quo ad considerata, positiones hæ sunt præsentis speculationis. Quòd autem Parmenides inspexerit formã, & Melissus materiam, probat a signo, & dicit { quapropter & alter. s. Parmenides finitũ ipsum } s. uniuersum { inquit esse } s. spectãdo ad formam { alter infinitum } s. Mellissus spectando ad materiã. Ergo quod Parmenides dixerit uniuersum esse unum finitum, erit nobis signum, quòd ipse uoluerit omnia esse unum forma, ac essentia. Quòd uero Mellissus dixerit uniuersum esse infinitũ, erit nobis signo quòd ipse uoluerit omnia esse unum materia. Quare licet isti nullam causam dicant esse ipsum uniuersum, tamẽ quia ea, quæ asserũt, de numero causarum sunt, ad præsentem considerationem, quæ de causis est, attinere uidentur, hæc sunt, quæ ab Alexandri expositione satis breui collegimus.

**Xenophanes autem ante hos unum ipsum attulit primus (Parmenides enim huius fuisse discipulus fertur) nihil tamen dilucide dixit, & neutram naturam tetigisse uidetur, sed in totum cœlum respiciẽs, ipsum unum dicit esse Deum.**

Cum exposuisset quomodo aliquatenus ea, quæ considerantur ab his, spectant ad præsentem considerationem, quę est de causis, in præsenti textu Incusare vult Xenophanem, & laudare Parmenidem: & dicit { Xenophanes autẽ ante hos } s. Parmenidem & Melissum, unum ipsum attullit primus } quòd autem fuerat primus, probat, & dicit { Parmenides enim huius fuisse discipulus fert } quare Xenopanes est primus, qui dixit unũ ipsum s. esse omnia { nihil tamẽ } scilicet ipse Xenophanes { dilucide dixit } & accipiẽs { et } pro quoniã, subdit quoniã dicendo unum ipsum esse omnia { neutram naturam tetigisse uidetur } quoniam neque materiam, neq; formam { Sed in totum cœlum respiciens } cuius ambitus est oĩa continere { ipsum unum dicit esse deũ } nam dicendo ipsum unum esse cęlum, cœlum aũt præ continẽtia sui ambitus est Deus, igitur ipm̃ unum dicit esse Deũ. Vnde syllogismus esse potest hoc modo, Cœlum. i. mundus est Deus: cœlum. i. mũdus est omnia: igitur omnia sunt Deus. Vlterius, Deus est unũ quippiam: Omnia sunt Deus: igitur omnia sunt unum quippiam. Quare Xenophanes primus, qui dixit oĩa esse unum, qua uero unitate, utrum unum forma, an unum materia, non explicauit.

**Hi igitur, uti diximus, in præsenti perscrutatione sunt pretermittendi, duo quidem omnino, Xenophanes & etiam Melissus: cum sunt paululum rudiores. Parmenides aũt magis inspiciens, videtur alicubi dicere, nam præter ens non ens nihil esse censens, ens necessario unum, & nihil aliud esse putat, de quo dilucidius in ijs, quæ de natura diximus.**

Cum dixisset quonam modo positio eorum, qui dixerunt vniuersum esse vnius naturæ, sit extra propositũ: nunc concludit eos esse prætermittendos, licet inæqualiter, nam Xenophanes, & Melissus sunt pretermittendi omnino, Parmenides uero aliqua rõne audiendus est, & sic videtur in præsenti loco cõparare opinantes, qui dixerunt vniuersum esse vnum, & dicit { Hi igitur uti diximus } qui sustulerunt rerũ differentias, et causalitates a rebus, asserẽtes oĩa esse unum, vt Parmenides, & Melissus, & Xenophanes in pñti perscrutatione } de causis { sunt prætermittẽdi } non tamẽ eodem modo. Prætermittendi quidem, quoniã sustulerunt rationes causæ, & causati a rebus. Non eodem modo uero, quoniam ut inquit { duo quidẽ omnino, videlicet Xenophanes et Melissus } s. ꝑtermittẽdi sunt { cũ sint paululum rudiores } s. Parmenide: qm̃ omnino sine ratione loquuntur { Parmenides uero } non est omnino prætermittẽdus, qm̃ { magis inspiciens } i. diligentius considerans { videtur alicubi } i. in aliquo suorum librorum { dicere } & argumentari pro sua positione, & sic nõ est omnino prætermittendus. Quòd aũt diligentius considerauerit Parmenides, declarat adducendo suam rationem, & dicit { nam præter ens non ens nihil esse censens } quoniã non ens, quod est præter ens, nihil est, quia igitur ꝑter ens nõ ens nihil esse censet { ens necessario vnũ, & nihil { aliud } s. præter { vnũ esse putat } Sic igiẽ, ut Alexander inquit, sumebat, quod non est ens, id esse non ens, ut non album, quod nõ est album nõ ens autem nihil esse, quibus positis consequens esse putat ens unum esse. Si quis autem uellet posset paralogismum melius sic componere, Nõ ens est nihil quicquid est præter ens, est non ens: Igitur quicquid est præter ens est nihil. Vltra, quicquid est præter ens, est nihil: Vnum est ens: igitur quicqd est præter unum, est nihil. Quare omnino sunt unũ. Sed qa tetigit syllogismũ Parmenides raptim, & illius solutionẽ omnino prætermisit, ideo se excusando, dixit { de quo dilucidius in ijs } quæ sunt { de natura, diximus } & fortasse magis ad formam libro Elenchorum secundo dilucidius.

Paralogismus Parme:

**Sed cum ea sequi, quæ apparent, compelleretur, ipsum quidem unum quoque ratione, plura uero sensu accipiebat ponebatque duas causas duoq; principia rursus calidũ & frigidum quasi ignẽ, ac terram dicens: quorũ alterum quidem ut ens constituit calidum, alterum ut non ens.**

Sed contra opinionẽ Parmenidis est sensus, nam sensu tactus iudicabat plura tactilia esse, uisu plura uisilia, gustu plura gustatilia, olfactu plura olfactilia, auditu etiã plura audibilia: ergo sensibus compellitur fateri plura entia esse. Ratiõne uero, ac syllogismo facto compellit dicere unum tantum esse ens omnia: igitur perplectitur inter duo opposita. Ideo utriq; oppositorũ satisfaciendo cõmemorat alterum esse dicendum sm sensualem apparẽtiam, alterum sm rationem & rei ueritatem, et dicit { sed cũ ea sequi, quæ apparerẽt } s. per quinq; sensus { compelleretẽ } potissimũ tormentis, ac verberibus, quæ attinent ad tactum, & similiter alijs sensibilibus, quæ attinent ad alios { ipsum quidem unum quoq; ratione } i. syllogismo & rei veritate { accipiebat, plura uero sensu } & apparentia, & non rei veritate, quoniam apparentia, quæ non sunt rationi conformia, asserebat esse falsa. Cuius oppositum volunt Peripatetici, qui tradunt experimentum sermonum verorum esse, vt sint conformes apparentibus per sensus: Secundum quam opinionẽ vt Alexander inquit, mundum genitum esse aiebat { ponebatq; duas causas, duoq; principia rursus } s. mundi, & rerum, quæ ad hũc modum sunt { calidum & frigidum, quasi ignem, ac terram dicens, quorum alterum quidem } videlicet ignem, & { calidum, vt ens constituit } alterum. s. terram & frigidum { vt non ens } & sic non tantum Democritus & Leucippus ens & non ens posuerunt in principijs, sed etiam Parmenides. ac fortasse, vt Alexander inquit, Parmenides frigidum appellabat non ens, quoniam hæc magis est materialis causa.

Videtur enim materia esse quoddã non ens. Calidũ vero & ignem ens, quia posuit effectricem causam. Vel fortasse, vt Expositor inquit, ne sua positio suæ rationi videretur esse opposita, qua conuincebatur fateri quicquid est præter vnum, esse nihil: dicebat alterum eorũ videlicet calidum esse ens. Alterum vero, quod est præter illud vnum ens, videlicet frigidum, esse non ens ratione & veritate, sed esse ens sola sensus apparitione, & quantum ad hoc propinquus videtur veritati, si frigidum pro materia accipiebat, quippe cum principium materiale non sit ens actu, cui attribuebat terram. Similiter etiam cum alterum cõtrariorum sit, vt priuatio, quæ pertinet ad rationem non entis, & frigidum sit priuatio calidi, videtur esse non ens. Dicendo ergo frigidum esse nõ ens, dupliciter veritati appropinquauit, primo si vtebatur frigido & terra pro materia, calido & igne pro agente, ut Alexander exposuit. Deinde si frigido & terra vtebatur pro priuatione, calido uero & igne pro forma.

TEX. 1. Ex dictis igitur, & a sapiẽtibus, qui huic iam sermoni incubuere, tot accepimus. a primis quidem corporeum esse principium ipsum (nam aqua & ignis, & cætera id genus corpora sunt) quorum & alij quidem unum, alij autem plura principia corporea, cõstituerunt: vtrique tamen hæc vt in materię specie, a quibusdam aũt et hãc ipsam cãm, & eã insuper vnde est principiũ motus. & hanc quidem ab alijs unam ab alijs duas.

Hic, vt Expositor inquit, recolligit ea, quæ dicta sunt de rerum principijs ab antiquis, & primo ea, quæ dicta sunt a naturalibus, vel fortasse hic epilogat ea, quæ dicta sunt ab antiquis de rerum principijs, & primo epilogat opiniones naturalium, & dicit { ex dictis } idest ex ijs, quæ diximus igitur { & a sapientibus, qui huic iã sermoni incubuere } idest qui indagarunt, & inquisiere de ijs principijs, quæ loquimur, uel incubuere sermoni horum sapientum, de qbus sermonẽ fecimus. Hoc enim de quibus mẽtionem fecit, dicere videtur incubuisse huic sermoni, & in eo fuisse versatos: { tot } nos { accepimus } Et explicans eos authores, & ea, quę acceperat, dicit { a primis quidem } veteribus. s. nominatis, ꝙ uetustiores, et primi fuerint, accepimus principium ipsum primũ { esse corpus } & locuti sunt de materiali principio. Appellauit autem hos Aristoteles sapientes primos, ꝙ iam primi inceperint per rationes sapere ipsas causas inquirendo, & interponẽs rationẽ dicit { nam aqua } a Thalete, { & ignis } ab Hippaso, & Heraclito { & cætera id genus } quæ materiale principium posuerũt { corpora sunt } Aer enim quem principium esse ponebant Anaximenes, & Diogenes, corpus est, Medium corpus, quod rerũ principium posuit Anaximander (cuius opinionis meminit in libris de generatione) etiam est corpus. ex hoc itẽ numero sunt Leucippus & Democritus, nam & hi materialia principia corpora ponebant. Deinde subdiuidens eos, q posuerunt corpus materiale principium, dicit { quorum & alij quidem unum } vt Thales, Anaximenes & Heraclitus { alij autem plura principia corporea constituerunt } Vt Leuccippus, & Democritus, & Anaxagoras, & Empedocles. Nam secundum hos omnes plura erant principia materialia, etiam scd'm Parmenidem { Vtriq; tamen } .i. vtrorumq; sectæ hæc. s. ponunt { ut in materiæ specie } Deinde epilogat eos, qui tetigerunt cũ causa materiali efficientem causam, & dicit { a quibusdam aũt hanc ipsam cãm } .i. materialem { & eam insuper, vnde est principium motus } .i. & vltra materialem cãm tetigerunt etiam efficientem { & hanc quidem } .s. efficientẽ { ab alijs vnam } .s. positam esse inuenimus, & designat { Anaxagoram } qui mentem, ut principium efficiens inter principia posuit. Parmenides uero amorem { ab alijs duas } positas esse diximus, & designat Empedoclem, qui quatuor elemẽtis, quæ ipsi erant pro materia, amorem & discordiam addebãt, quibus utebatur pro principijs efficientibus. Expositiones Auerroes vsq; ad præsentem textum nõ inuenimus, Fortasse defectu translatoris, quia eas non reperit in Arabicis scripturis. Sumit igitur ipse primo pro inductione textus, primos naturales conuenisse quantum ad hoc, ꝙ omniũ generabilium sit unum quatuor elementorum: secundo sumit nullum esse elemẽtum, quin fuerit positum ab antiquis pro materiali principio, præter terram, quam nullus posuit esse materiale principium, præter eos, qui posuerunt leges. Quæ vtraq; sunt ambigua, primum quidem, quoniam ut Aristoteles in libris de generatione meminit, & Alexander refert hic Anaximander fuit naturalis philosophus qui tamen posuit principium materiale nullum elementorum, sed corpus medium inter elementa: vt illud, quod est igne densius, aere rarius: uel tale quippiam videlicet uaporem. Secundum uero, quoniam ipse per ponentes leges, non potuit intelligere nisi Mosen, qui dixit hominem factũ esse ex terra. Nã vbiq; per ponentes leges intelligit tres, Mosen, Mahumetẽ, & dominum nostrum: iuxta illud peculiare suũ, loquentes trium legum: At vbi sic intellexerit, mentitur, quoniã alij, qui non dederunt leges, dixerunt terrã esse rerum principium materiale, ut Hesiodus, de quo Aristoteles in subsequẽtibus, Hesiodus quoq; inquit terrã ortam esse primã corporum. Insuper Parmenides etiam terrã materiale principium posuit. Empedocles quoq; terrã cum tribus alijs elementis materialia principia affirmat. Et licet Empedocles nõ posuerit terram solam esse materiale principium: Parmenides tamen, qui non posuit leges, terram solam materiale principiũ esse affirmauit. quare hoc est omnino impie, & inepte dictum. Non enim intellexit quonam modo legum latores intellexerunt terram esse materiale rerum principium: & ideo trãseat hoc, qd' ipse secundo loco dixit. Secundo circa illa Aristot. verba { vtriq; tamen hoc, vt in materiæ specie } & sm suã translationẽ { quasi spẽs materiæ } facit unã considerationem, cur dixit corpus, qd' posuerunt esse quasi in specie materiæ, & non esse spẽm materiæ, & rñdens assignat tres cãs, quarum prima est quoniam materia est in potentia: quodlibet aũt corpus eorum, quæ ponunt, est in actu. quare nullum eorum põt dici materia, sed ut materia. Deinde qa materia in rei veritate nec generatur, nec corrumpit, & tu intelligas, ut obiectum, et ut terminus, qm̃, ut subiectum, generat & corrumpit, ut ipse affirmat primo physicarũ auscultationum. attamen elementa, quæ isti ponunt materiã, generabilia, & corruptibilia sunt, & ut obiecta, & ut termini. Tertio quia isti non perceperunt de causis, nisi materialem. quare non potuerunt ponere elementa esse cãm, nisi ut materiam.

Q ue Auerroes. cõ. 1.

Tex. cõ. 14

Cõmen. 60.

TEX. 2. Vsq; igitur ad Italos, & p̃ter illos mediocrius cæteri de ipsis dixerũt. Verum, uti diximus, causis duabus usi sunt, & harũ alteram (quidam unã faciunt, quidam duas) eam uidelicet quæ est, unde motus principium.

Mediocri⁹. μετριώτερον Modestius. opportuni⁹. Moderati⁹.

Vult nunc exponere apud quos uiguit opinio naturalis de rerũ pricipijs, & apud quos nõ: & dicit { vsq; igit̃ ad Italos, & p̃ter illos } .i. usq; ad Italos exclusiue { mediocrius cęteri } .s. naturales { de ipsis } .s. rerum naturaliũ principijs { dixerunt } .q. d. cæteri alij oẽs Italis exclusis, moderatius de principijs locuti sunt. Ergo antedicta positio uiguit apud naturales, & nõ apud Italos, & intelligit p Italos Pythagoricos: Quia Pythagoras, ut Alexãder iqt, Tarẽti docuit philosophiã, uel ut alij dixerũt, apđ Crotoniatas. et cũ dixisset usq; Italos, ne ipsos Italos cõnumeratis opinionibus annumeremus, addit { & p̃ter illos } nã cũ dicimus usq; ad aliquẽ, ipm̃ quoq; cum prioribus possumus intelligere, si intelligitur inclusiue, quare vult uerbum vsq; teneri exclusiue, quasi dicat

cæteri



cæteri omnes Ionici, Italis exclusis, quorum opiniones sunt narratæ usq; ad opiniones Italorum exclusiue, neq; uerbum { vsq; } tempus designat hoc in loco: nam Empedocles, ut Alexander inquit, cuius opinionis mentionẽ fecit, quasi fuerit in his, qui vsq; ad Italos, non fuit ante Pythagoram, sed vsq; spectans dixit ad connumerationem opinionum, quæ memoratæ sunt. Prius enim illorum q̃ Pythagorę opinionem refert, aitq; multos, qui nominati sunt ante Pythagorã, mollius de cã disseruisse & Alexander exponit mollius, quoniam de una causa tantũ hoc est materiali. Vnde apud Grecos codices est discrimen non paruum, nam aliquo in codice legitur mollius, in aliquo uero stultius, quod quidam obscurius, quidam mollius interpretantur. Et Alexander probat ꝙ nõ possit exponi mollius pro obscurius, quoniã quod de causis tradunt Pythagorici, est obscurissimum. ex alio videtur ꝙ sic, quoniam in progressu de omnibus, qui ante Pythagoram fuerunt, dicit { sed omnes subobscure locuti sunt } & Expositor assignat causam, quoniam non assignabant ad quod genus causæ huiusmodi principia reducerentur. Et cum pro utraq; lectione sit dubitatio, ego legerem mollius, quoniam molles sunt, qui non laborant vsque ad vltimum, & quia opiniones omnes, quæ fuerunt ante opiniones Italorum enarratæ, non peruenerunt usq; ad totalem principiorum notitiam, propterea dixit mollius, quasi dicat { cæteri de ipsis } .s. principijs { dixerunt mollius } qui fuerunt prænarrati vsq; ad Italos exclusiue { mollius } qa non perfecerunt notitiam de principijs { verum, vti diximus causis duabus vsi sunt } .i. duobus generibus causarum. s. materiali, & efficiente { & harum alteram } .s. efficientem quidam vnam faciunt, quidam duas } dico harum alterã { eam videlicet quæ est unde motus principium } .i. effectrix causa. Hanc enim alij vnam, ut Anaxagoras mentem, & Parmenides amorem, alij duas ut Empedocles amorem, & discordiam.

Q ue Auer. cõ. 2.

Auerroes in præsenti commẽto ferè dicit tot errata, quot verba, quoniam ipse intelligit { vsq; } prout designat tempus, quod Alexander refutauit, quoniam Empedocles, cuius opinionis mentionẽ facit, quasi fuerit in his, qui sunt vsq; ad Italos, & tamen nõ fuit ante Pythagorã. Quare { vsq; } dixit spectans ad connumerationem opinionũ, quæ memoratæ sunt, quasi dicat cæteri prænarrati omnes vsq; ad Italos exclusiue, de ipsis principijs dixerunt, insuper verbum μετριώτερον legit modicum, & vult vt referatur ad causam formalem, ꝙ scilicet de causa formali fuerint locuti parum: ut ostendit per verba Empedoclis alibi enarrata: & errauit primo quia exponit textum, qui nullibi est Aristotelis, ut patet legenti verba græca, Secundo qa nulla facta est hucusq; mentio de formali causa. Ergo non potest modicum referri ad formalem causam. Cætera, quæ dicit, quoniam sunt ad verba, quæ non sunt Aristotelis, prætermittenda sunt.

TEX. 3. Pythagorici uero duo quidem principia modo eodem esse dixerunt. tantum autem addiderunt, quod & proprium est ipsorum. Quoniam finitum, & infinitum, ac unum non alias quasdam naturas esse putarũt, ut ignem, aut terram. aut aliquid aliud tale. sed ipsum infinitum: at ipsum unum eorum esse substãtiam, de quibus dicuntur. quapropter & omnium substantiam numerum esse affirmant. De his igitur hoc modo tradiderunt.

Cum epilogasset opiniones naturalium, hic epilogat opiniones Pythagoricorum: & primo epilogat id, quod dixerunt de principijs, Secundo narrat quæ dixerunt de definitionibus. De prima parte dicit { Pythagorici uero duo quidem principia esse dixerunt modo eodem } .i. perinde atque alij. Sed occurres, quoniam paulo ante dixit ipsos Pythagoricos vna causa. s. materiali fuisse vsos, quonam mõ duabus dicit? Respondet Alexander eos duas causas dixisse, non tamen duo genera causarũ, sed quod duo principia materialia efficerent, ut alij, nam qui terram & ignem ponunt, ij duo principia materialia efficere videntur. Ergo cum dicit { eodem modo } intelligit vt illi, qui posuerunt duo principia materialia videlicet ignem & terram, vt Parmenides.

Vel aliter exponit Alexander, ꝙ. s. Pythagorici duo principia dixerint. s. finitum & infinitum, quorum alterum ut forma est finitum ipsum, alterum ut materia infinitum ipsum { modo eodem } quo alij posuerunt duo tantum videlicet materiam & formam, & per numerum infinitum parem intelligit, per numerum vero finitum imparem. At par, ut materia, impar, vt forma est. Et licet Pythagorici consentiant in numero principioꝝ, tamẽ differũt in ipsis principijs numeratis, nam illa ponunt terram & ignem duo materialia principia, Pythagorici finitum & infinitum duo materialia principia. Vel illi ponũt materiam & formam, Pythagorici par & impar, alterũ pro materia, alterum pro forma, & sic conueniunt in numero principiorũ, nõ autem in numeratis ipsis principijs, & propterea subdit differentiã quo ad numerata, & dicit { tantum autem addiderunt } illud de principijs, { quod proprium est ipsorum } & explicans, quid est proprium Pythagoricis, dicit { quoniam finitum, & infinitum, ac vnum non alias quasdam naturas putauerunt esse } .s. ab ipsis principiatis, ergo differunt in ipsis numeratis principijs, quatenus Pythagorici ponunt principia duo, quæ ponunt esse easdem naturas cũ principiatis, quod dicit esse propriũ Pythagoricis, & non alias quasdam naturas à principiatis { vt } .s. ponunt naturales { ignem aut terram, aut aliquid aliud tale } esse alias naturas a principiatis { Sed } Pythagorici ponunt { ipsum infinitum, aut ipsum vnum eorum } scilicet principiatorum { esse substantiam de quibus dicuntur } esse principia: ergo Pythagorici conueniunt cum naturalibus quantum ad numerum principiorum, quantũ vero ad numerata ipsa principia differunt in eo, quod est proprium Pythagoricis videlicet, ꝙ principia non sint aliæ naturæ a principiatis. Nam Parmenidis sectatores uolunt principia esse alia a principiatis, & intelligit per infinitum numerum parem, per finitum numerum imparem. Sed occurres, quonam modo sunt duo principia secundum Pythagoricos, si, vt ipse refert, principia his erant finitum, & infinitũ, & vnum? Ad hunc enim modũ tria efficiuntur. Respondet Alexander ipsum vnum non ponere in numero principiorum, quoniam vnitatem, ut dictum est, par impar dicebant, ꝙ sit virtute par & impar, & sic cũ non ponat vnitas in numero, videntur duo esse principia, videlicet infinitũ hoc est par, & finitũ hoc est impar. Vel tertio exponi potest apud Alexandrum, ꝙ Pythagorici duo principia dixerunt. s. finitum & infinitum { modo eodem } quo. s. Parmenidistæ posuere duo terram, & ignem { tantum autem addiderunt } pro differentia illud { quod propriũ est ipsorũ } s. Pythagoricorum, & explicat illud propriũ, & dicit { quoniam finitum & infinitum, ac unum } quod unum idem est vtriq; { non alias quasdam naturas esse putauerunt } subaudi ab ijs, de quibus prædicantur { vt ignem } apud eos, qui ponunt ignem esse corpus infinitũ, ubi infinitum prædicatur de igne, & non esse substantia ignis { aut terrã } apud eos, qui ponunt terram, vbi infinitum prædicatur de terra, & non est substantia terræ { aut aliquid aliud tale } .s. mediam quandam naturam, vt ait Anaximander, ubi patet infinitum prædicari de media illa natura, & non esse eius substantiam { Sed } apud Pythagoricos { ipsum infinitũ et ipsum vnũ } putauerunt { eorum esse substãtiam, de quibus dicuntur } vt quoniam infinitum dicitur de pari, infinitum est substantia paris: quia vero finitum dicitur de impari, finitum est substantia imparis. At apud illos licet finitum vel

Dubitatio.

Solutio Alexandri.

infinitum dicatur de igne,uel terra,uel medio corpore, non tamen est substantia eius,de quo prædicatur: est ergo conuenientia q illi posuerint duo principia,Pythagorici finitum & infinitum,differentia uero q finitum & infinitum, quæ ponunt principia,sunt substantia eorum, de quibus prædicantur. At apud illos finitum & infinitum non sunt substantiæ eorum,de quibus prædicantur. Vel quarto fortasse dilucidius dici potest Pythagoricos conuenire cum naturalibus,quoniam naturales ponunt finitum & infinitum principia rerum,Nam infinitum uolunt intelligi pro terra & materia,finitum pro igne,& forma.Pythagorici etiam finitum et infinitum ponunt principia rerum,nam infinitū volunt intelligi pro pari numero,finitū pro impari. Differentia tamē est,quod Pythagorici volunt finitum & infinitum esse substantias eorum,pro quibus ipsa intelligūt videlicet paris,& imparis,naturales vero non: & sic intelligendo lege {Pythagorici vero duo quidem principia} videlicet finitum,et infinitum {esse dixerunt eodem modo}.(Sicut illi,qui dicunt terrā & ignem, terram quidem infinitum,ignem uero finitum:Igitur conueniunt quòd vtrique duo ponunt finitum,& infinitum. Deinde addit differentiam,& dicit {tantum autem addiderunt}.(.s. pro differentia id {quod proprium est ipsorum}.(Pythagoricorum, & explicans illud subdit {quoniam finitum & infinitum,ac vnū} quod non aliud est quàm illa quę ponunt principia rerum {non alias quasdam naturas esse putarunt}: ab illis, de quibus prædicantur, & pro quibus intelliguntur, ut sunt aliæ quædā naturę ab ab ipso finito,qđ intelligit Parmenides eē {ignē} aut ab infinito, quod intelligunt esse {terram, vel aliquid aliud tale, sed} dicunt {ipsum infinitum,ac ipsum vnū} & subaudi etiam ipsum finitum {eorum esse substantiam, de quibus dicitur} vt substantiam paris,& imparis,de quibus prædicantur. Non sic Parmenides dicit finitum esse ignem,infinitum terram,sed differre saltem secundum apparentiam. Tunc quasi via repetitionis concludit id, quod dixit, & ait {quapropter & omniū substantiam numerū esse affirmant} quoniam ex numeris substantiam constituunt. Tum epilogat,& dicit {de his igitur}.(.principijs Pythagorici {hoc modo tradiderunt} Expositor autem vult Pythagoricos cōuenire cum aliquibus eorum philosophorum, quorum opiniones sunt narratę,quia tam Pytagorici quàm illi ponūt duo principia verbi gratia, Empedocles amorem & discordiam, quorum alterum bonorum, alterum malorum principium est. Ita Pytahgorici,ut patet ex coordinationibus quorum principia sunt malum & bonum. Licet, vt Expositor inquit, Empedocles illa duo sua principia ponat ex parte efficientis,Pythagorici ex parte materię.uerum Pythagorici addiderunt.(.extra propositum, vnū videlicet finitum & infinitum esse substantias rerum, & non accidentia eorum de quibus dicuntur, vt igni vel terræ. Illi Empedoclistæ de his nihil dixerunt. Nec quòd sint substantiæ rerum,nec quòd sint accidentia. Et ideo cum dicit {vt ignē, aut terram,aut aliquid aliud tale}.i. vt ab igne, aut a terra, aut ab aliquo alio tali {sed ipsum infinitum} et finitū {ac ipsum vnum} dicunt {substantiam eorum esse,de quibus dicuntur} videlicet ignis,uel terræ,uel alterius. Lector igitur nō mireris me narrasse tot expositiones, quoniā textus est obscurus,cuius obscuritatem Alexāder testatur, qui etiā expositiōes huius multiplicauit. Auerroes aīt supra prima parte textus colligit Aristotelē annotare conuenientiā inter Pythagoricos & naturales quantum ad hoc q duo sunt rerum principia, non tamen per illum eundem modum, q apparuit naturalibus, naturalibus enim apparuit duo esse principia ignem & terram. Pythagoricis finitū & infinitum & sic Auerroes uocat Parmenidistas & Xenophanem naturales de licentia, quoniam ab Aristotele libro physicarū auscultationum appellantur non naturales. Deinde supra secunda parte textus {tantum autem addiderunt} colligit illud,quod est proprium Pythagoricis de principijs,Asserēs esse propriū Pythagoricis ponere pro principijs finem.i.finitum & unum,& nō intelligentes sunt per unum nisi illud, quod signat eandem intentionem cum ipso finito. Et sic hęc ambo pro uno principio enumerāt. Et alterum principium ponere ipfinitum & in fine per infinitum intelligit multa,& sic intelligit principia rerum esse unum & multa. Et quia dixit secundum eundem modum,ne tu intelligas secundum eundem modum simpliciter annotauit aliquam differentiā, quantum ad hoc quod Pythagorici finitum & infinitum intelligunt materiam & formā quippe cum finito pro forma, infinito pro materia utantur. At naturales qui ponunt ignē & terram, igne utuntur pro agente, terra uero pro materia. Deinde super illa parte {qm̄ finitum et infinitū & unum} intepretando asserit differentiam inter Pythagoricos & naturales: Quoniam Pythagorici licet ponāt duo principia finitum & infinitum cōmunia omnibus naturalibus, tamen non naturalia ponunt principia naturalium ut finitum et infinitum, quæ sunt res mathematicæ. At naturales, qui ponunt ignem & terram,principia naturaliū,ponunt naturalia principia naturalium. Et quantum ad hoc Pythagorici sunt diminuti, cum non posuerint rerum naturaliū principia naturalia. Quod autem non naturalia posuerint principia naturalium,pater, qm̄,ut inquit,non posuerunt hæc duo videlicet finitū & infinitū principia, nisi quatenus illa opinabanē esse rerū principia. Et quatenus opinabantur numeros esse rerum naturalium substantias,& ipsos esse substātias, quoniā putabant principia substantiæ esse substantias: per hęc omnia vult habere finitum & infinitum esse non naturalia, sed mathematica, & tamen esse rerum ipsarum naturalium principia,& substantias. Sicut est ipse numerus. Deinde super illa parte {quapropter et omnium substantiam} Colligit vnum & multa esse omniū rerum principia, quoniam omnium numerorum principium sunt vnum & multa, & numeri sunt omnium rerum substantiæ: ergo vnū & multa sunt omnium rerum principia. Hæc sunt, quæ Auerroes ait pro expositione textus, vbi licet expositio primæ & secundæ partis posſint accomodari verbis Aristotelis,cætera nullo pacto sunt ad uerba sed sunt insomnia,quę ipse credit esse interpretationes verborum. Magno miratu dignum est, quonam pacto vir iste,tantam fidem lucratus sit apud latinos in exponendis verbis Aristotelis,cum vix vnū verbum recte exposuerit, potissimum cum ipse tertio libro de cœlo & mundo conqueratur de translationibus, asserens translationes,quas ipse exponit, esse Alcindi,& falsas,ueriores autem esse translationes ipsius Isachi: quas non habebat. Albertus vero non semper contemnendus exponit verba Aristotelis sic {Pythagorici vero duo quidem principia modo eodem esse dixerunt}.i. secundum eundem modum causarū materialis,et formalis: ergo intelligit {modo eodem} quo naturales enumerarunt causam formalem & materialem. Deinde explicat quid addiderunt, & dicit {tantum autem addiderunt}.i. sed addiderunt vnum in positione sua {quod & proprium est ipsorum} et explicās illud, dicit {quoniam putauerunt finitum, & infinitum ac vnum} quę posuerunt principia tam eorū,quæ sunt quàm eorum,quæ fiunt {non alias quasdā naturas esse} {sed esse naturas corpoꝛ,quibus insunt {vt} si diceremus {ignem aut terram,aut aliquid aliud tale} esse finitū,vel infinitum vel vnum,non alias naturas diceremus finitū,& infinitum, & vnum {sed ipsum infinitum,ac ipsum vnum eorum esse substantiā} videlicet ignis,aut terrę,aut alterius {de qbus dicuntur} sic principia de principiatis. Hæc est expositio Alberti, quæ non displicet. Tamen non est omnino vera, quo ad primā partem,nam dicendo Pythagoricos duo principia ponere mō quo naturales dixerunt materiā v3 & formam,errat,quoniam in opinionibus philosophorum naturalium,quas inducit,nulla facta est mentio de forma.

Et de

Que Auerroes.cō.3.

Admiratio in Auerroe. Cō.35.



TEX.4. Et de ipso quid est dicere, definire incepe-
runt quidem, sed ualde simpliciter tractaue-
runt. In superficie nanque definiebant: atque
cui primo competeret definitio dicta, eius rei
substantiam esse putabant. Vt siquis putaret
idem esse duplum & dualitatem, quoniam pri-
mum duplum duobus inest. At non idem for-
tasse est dualitatis esse, ac dupli. Alioquin unū
plura erit. Quod & illis accidebat, a prioribus
igitur cæterisq; tot sumi possunt.

Hic Expositor arbitratur Aristotelem explicare secundū proprium,quod Pythagorici addebāt supra naturales philosophos,uel fortasse melius est dicendum,q narret hic Aristoteles Pythagoricos primos aggressos esse rationem reddere,ac definire quid sit vnūquodq; entium. Nec ab ratione quidem,quoniā consideratioꝛi de causis annectitur consideratio de definitionibus, cū cōtigat definiri per quodlibet genus causæ. Ergo cum narrasset ea, quæ Pythagorici tradiderunt de causis,conuenienter narrat eos esse primos,qui dixerunt de definitionibus & quid est illud, quod dixerunt: & dicit {& de ipso quid est dicere, & definire} primi subaudi {inceperūt quidem} Deinde declarat quomodo de definitionibus tractauerint,& quid est illud, quod tractauerint,& dicit {sed valde simpliciter tractauerūt,in superficie nanq}.i. ruditer ac negligenter, vt exponit Alexander vel sine arte. Nam qui ex arte agunt de aliqua re, penetrant per intima rei. Deinde explicat, quæ de definitionibus tractauerint,et sunt duo,quorum primum est,quod omne,qđ inest primo alicui,sit illius definitio,secundum,quod omne, quod inest alicui primo, sit illius substantia: dicit {atq; cui primo competeret definitio dicta}.i.prædicatum primū, quod ab eis dicta est definitio. Est enim, vt diximus, omne prædicatum primum apud ipsos definitio {eius rei substantiam esse putabant} Est igitur id quod dixerunt, prædicatum primum,quod ab eis dicitur definitio,esse substantiam eius rei,cuius est primum prædicatum,et cui primum inest. Deinde assignat exemplum de duplo: Duplum enim primum prædicatum est de duobus. Et ideo putabāt duplum esse totam substantiam duorum. Quod autem duplum sit primum prędicatum de duobus,patet,quoniam duplū non dicitur de duobus propter aliquod prædicatū medium, quo competat duobus: sed dicitur immediate de duobus. Dicit igitur {ut siquis putaret idem esse duplū & dualitatem}.i. ut tota substantia dualitatis sit ipsum duplum {quoniam primum duplum duobus inest} & non per aliquod aliud medium. Quam opinionem corrigens Aristoteles adijcit {At non idem fortasse est dualitatis esse,ac dupli,aliogn} ideſt nam si idem esset dualitatis esse, ac dupli {unum plura erit} Probatur consequentia vno modo ab Alexandro sic,quia dualitas quæ est vnus numerus binarius, multa efficitur,omnia.(.quibus primum congruit ratio dupli: & sic dualitas esset idē,qđ quatuor, & qđ sex,& qđ octo,& sic de cæteris,quoniam oībus illis ratio dupli primum competit {qđ} absurdū {et illis} Pythagoricis {accidebat} qui asserebant omne,quod primo ineſt alicui, esse eius substantiam. Sequitur enim vt duplum sit substantia duorum, & quatuor,& sex, & octo, & cæteroꝛ;id genus,qm̄ cuiq; eorū ineſt primo. Et sic dualitas erit omnia ea qbus primū ineſt duplum. Quibuscunq; enim duplum est vnū & idem substantia,dualitas erit idem. Quare sequitur secūdum hos vt unum videlicet dualitas,quæ vnus numerus est.(.binarius, sit plura: quoniam ea omnia, quibus duplum est substantia idem. Vel fortasse alia ratione sequitur,Pythagoricos dicere vnum esse plura, vt Alexāder deducit: nam numerus pariter par primū congruit amicitiæ. Est enim amicitia secundum definitionem numerus pariter par. Quippe amicitiam pariter par esse definiunt, quæ cum sit definitio ipsius, quibuscunq; hæc definitio cōgruit, erūt amicitia, hoc autem modo vnū multa erit. Vt multa sint pariter paria ut quatuor,& octo,& sedecim, ęre amicitia erit illa oīa,& sic amicitia,quæ unū est, efficiē plura. Nam pariter par (qa est eadem ratio) quam illi ponebant esse amicitiam, de pluribus vere dicitur. Demum epilogat,& dicit {a prioribus igitur}.(.philosophis,qui posuerunt unum tātum principium materiale {cæterisq;}.(.qui posuerunt plura principia materialia {tot sumi possunt} vel aliter secundum Alexandrum {a prioribus igitur, cæterisq;}.i.& ab aliis, qui illos secuti sunt {tot sumi possunt} Auerroes uero super prima parte textus {& de ipso quid est dicere} exponens uerba {sed ualde simpliciter tractauerunt} asserit Pythagoricos,cum voluissent considerare de entibus.(.definitiue, posuisse considerationem in eo, quod est ualde simplex, vtputa in ipso ente, quod est ualde simplex,& in illo,quod est magis manifestum,& dignius inesse, et in cognitione videlicet in substantia, per definitionem,quam dixerunt substantiam esse infinitum,& unum & numerum. Quæ expositio non placet,nam Aristoteles non dixit eos ualde simpliciter tractasse de ipso quod est respiciendo ad ea, quæ desiniunt videlicet ens,& substantiam,sed quo ad modum,quo de ipso ideſt tractauerunt. vt Alexander exponit, uidelicet quia tractauerunt ualde ruditer, superficialiter, & sine arte. Deinde super illis uerbis {atq; cui primo competeret definitio dicta} exponit Auerroes q Aristoteles declaret opinionem eorum de numero,et de entibus,q uidelicet natura entium sit natura numeri,argumento,q numeri prædicentur de entibus,quæ opinio est sicut illorum existimatio, qui putant duplum & dualitatem esse ideſt,idem eiusdem naturę: Argumento q duplum sit vniuersalius,est & prius dualitate naturaliter. Quod prius naturaliter sit describitur, lib. 5. huius, quod cum auferrur, aliud, & non econuerso, & cum aliud est,erit illud. Secundum igitur hanc expositionē Aristotelis adducit opinionem Pythagoricorum de rerum substantijs,q sint numeri,& illorū motiuum videlicet, qa numerus prædicatur de illis ut quoddam prius,Nam apud eos omne,quod prædicatur de aliquo,vt quoddā prius,est substantia illius,& omnino idem illi,ut duplum,quod prædicatur de dualitate,vt quoddā prius, est idem dualitati & substantia eius. Quæ expositio est veluti insomnium,nam Aristoteles nullam mentionem facit de substantia rerum, q sit numerus,sed vt Alexander inquit,in præsenti parte exponit quid est illud,quod dixerunt de definitione,ubi nos exposuimus Pythagoricos dixisse duo de definitionibus & q omne quod ineſt alicui primum sit ab eis dicta definitio, & q omne,quod ineſt alicui primo,sit illius substantia. Quæ Auerroes ait,nunquam Aristoteles somniauit. Deinde supra tertia parte {at nō idem fortasse est} Auerroes vult q Aristoteles aduersetur Pythagoricis q videlicet licet dualitas sit duplum,non tamen oportet, vt illud quod est duplum, sit secundum modū,quo est duplum,ipsa dualitas. Quoniam cum de aliquo aliqua plura vno prædicantur,non est necesse vt eodem modo prædicentur de eo,de quo illud unū prædicatur: neq; est necesse,ut prædicatum demōstret substantiam eius,de quo prædicatur. Hæc expositio est vera quantum ad id,quod uelle uidetur scilicet,q Aristoteles aduersetur Pythagoricis, quantum uero ad rationē,quam ipse fingit esse contra eos,nō est vera. Cum ratio,quam fingit,nec sit Aristotelis, nec sit intelligibilis: vt patet consideranti ea, quæ Alexander, & nos scripsimus. Deinde super quarta parte {alioquin vnum plura erit} exponit q Aristoteles velit sic argumentari,Si natura posterioris non fuerit alia a natura prioris: tunc natura vnius,& natura pluris erunt eadem,ideſt tunc vnius & plurium erit una natura. Et exponit qđ uelit dicere Aristoteles.(.q si entia essent numeri,quia

Que Auerroes.c.4.

numerus est prior entibus, tunc plura essent unum, & unum plura. Quantum autem dissonet hæc expositio verbis Aristotelis & ab eius sententia, omnibus, qui græca verba legunt, perspicuum est. Aristoteles enim, vt diximus, probat non omne, quod cōpetit alicui primo, esse omnino idem illi, quoniam tunc duplum esset dualitas, & sic dualitas, quę vnus est numerus, esset omnia illa, quibus duplum inest primum: vt fuit deductum. Deinde super quinta parte { qđ & illis accidebat } vult Aristotelem intelligere quòd impossibile accidens dicētibus entia eē numerum sit sicuti impossibile accidens opinantibus vnum esse plura, & quòd contraria sint vnum, quia sunt in vno. Quæ expositio nō est ad propositum: nec ad verba Aristotelis, nam illud relatiuum { quod } cum ait { quod & illis accidebat } referat absurdum præmissum.s.quòd unum multa erit, quod quonam modo sequatur, superius fuit expositum ab Alexandro: & nos retulimus. Deinde super sexta parte { prioribus igitur } Auerroes delirat deliramento suæ translationis. Nā Aristoteles epilogat, & Auerroes vult quòd Aristoteles velit ostēdere multa alia esse priora sensibilibus prioritate, qua numerus est prior. Quod nulla ratione est audiendū. Nemo mirari debet nos primo narrare veras Aristotelis expōnes, deinde falsas Auerrois, et aliorum: Nā rectum est iudex sui, & obliqui, ut igitur cæterarum expositionū obliquitas dilucescat, iudicauimus prius ueras expōnes esse pertractādas atque dilucidandas.

TEX. 5. Post dictas autem philosophias, Platonis accessit tractatio, qui in plerisque quidem Pythagoricos hos secutus, tamen propria quoque nonnulla præter Italicorum philosophiam habuit. Nam ab adolescentia primum & cum Cratylo, & cum Heraclitanis opinionibus uersatus (qui quidem uniuersa sensibilia semper fluere, & de ipsis scientiam non esse censebat) hæc quidem postea ita esse putauit.

Versatus. συγγενόμενος. Factus amicus. conueniens.

Accedit nūc ad philosophiam Platonis, qui secutus Pythagoricos in multis, nonnulla ipse priuatim præcepit, vt de ideis. Dicit { post dictas autē philosophias } .s.Ionicorum & Pythagoricorum, vel fortasse melius, dicit { post dictas autem philosophias } .s.Pythagoricorum { Platonis accessit tractatio: qui } .s.Plato { in plerisq; quidem Pythagoricos hos secutus } .s.quantum ad mathematica quòd sint rerum substantiæ { tamen propria quoque nonnulla præter Italicorum } .i. Pythagoricorum { philosophiam habuit } Nam vltra numeros, & mathematica, quæ posuerūt Pythagorici esse rerum substantias, arbitratur esse ideas, & docet qua ratione Plato ductus ideas asseruerit. Expositor autem, quia in suis trāslationibus legitur { in multis quidem hos sequens } per hos intellexit naturales, ut Empedoclem, Anaxagorā, & ceteros tales, & fallitur defectu trāslationum ut puto. Nam in græcis codicibus legitur { Pythagoricos hos } quos Platonem dicit secutum esse in multis. Iterum exponens dicit Platonem habuisse nōnulla præter philosopiam Pythagoricorū, & præter philosophos naturales prædictos: & iterum hoc est difficile accommodare verbis Aristotelis, quæ sequuntur. Cum enim dixisset Platonem habere nonnulla præter Italicorum philosophiam, explicaturus, quòd illa sint ideæ, docet qua ratione ductus sit ad illas, & accipit ab opinione naturalium, quòd sensibilium non sit scientia & dicit { nam ab adolescentia primum & cum Cratylo, cum Heraclitanis opinionibus versatus, qui } .s. Cratylus { vniuersalia sensibilia semper fluere, & de ipsis scientiam non esse censebat, hæc quidem postea ita esse putauit } nam tenet Plato Cratyli familiaritatem nactus, qui studiosus Heracliti erat, sensibilia omnia in fluxu esse, & nihil vnquam consistere, nec eorum scientiam esse. Quo vero modo ex hac opinione venerit in ideas, declarabitur in progressu. Nunc vero tantum accipiamus Platonem secutum in multis Pythagoricos, habuisse quædam ꝓpria, ad quæ ductus est, ex ijs, quæ asseruerūt Cratylus, et Heraclitus. Auerroes vero super prima parte textus tria dicit, quorum primum est quòd Anaxagoras, Empedocles, & Democritus voluerint mathematica esse principia entiū naturalium. Secundum quòd primi naturales in Italia fuerunt Anaxagoras, & Empedocles, & Democritus. Tertiū est quòd Plato sequebatur in maiore parte suæ philosophię eos, qui ponebāt mathematica esse causas rerum sensibiliū. Quoniā, ut inquit, Plato dicebat primo formas.i.ideas esse & deinde opinabatur numerorum & idearum eandem esse naturam: vt septimo huius erit manifestum. Tertio asserebat elementa composita esse ex superficiebus æquilateris, quæ sunt quinq; dicta corpora ultimo libro Euclidis. Quarto dicebat cum naturalibus primam materiam esse, esseq; quatuor corpora: Hæc sunt tria quæ Auerroes asserit in prima textus parte, quorum primum, & secundum sunt aperte falsa: Quę nec Aristotelis, nec Alexander vnquam somniauit: immo eorum contraria planius dixit superius. Tertium vero non est ad propositum textus, vt patet per expositionem Alexandri, quam diximus. Deinde super secunda parte textus { nam ab adolescentia primum & cum Cratylo } exposuit primum, ut dicit ordinem successionis ab ipso Democrito asserens primum quod contingit post Democritum, fuisse opinionem Herculeorum, qui faciebāt dubitare omnes, qui se dabant studijs philosophiæ illo tempore, propterea quia dicebant nullam esse scientiam, nihilq; sciri posse: Quæ expositio est figmentum, cū exponat illud quod non est in uerbis Aristotelis, nec in insomnijs eius. Super eadem parte adducit rationem eorum, qui negant scientiam: quæ sic potest reduci ad artem prioristicam: Scientia variabilis non est scientia: Omnis scientia est scientia variabilis, igitur nulla scientia est scientia. Maior patet, quoniam scientia est necessaria, & semper. Minor probatur, quoniam cum scitum est in transmutatione, scientia est in transmutatione: sed scibilia sunt in transmutatione: Igitur scientia. Quòd scibilia sint in trāsmutatione, patet, qa sensibilia sunt in transmutatione, & omnia scibilia sunt sensibilia: Igitur omnia scibilia sunt in transmutatione. Deinde super illa parte { hæc quidem postea ita esse putauit } Auerroes ait has opiniones peruenisse ad Aristotelem, vsq; nunc. Et errat errore translatoris, qui retulit hæc ad Aristotelem, & non ad Platonem. Plato enim fuit, qui retinuit ea quæ dixerunt Heraclitus, & Cratylus: & non Aristoteles.

Que Auerroes cō. 5.

TEX. 6. Cum uero Socrates circa moralia uersaretur circa autem totam naturam nihil: atque in his ipsis uniuersale quæreret, primusque circa definitiones mentem firmaret, illum recipiens, propterea quia de uniuersalibus huiusmodi quæsiuerat, quasi de alijs definitiones has factas, & non de sensibiliū aliquo existimauit. Nō enim potest ipsa communis definitio alicuius sensibilium esse, cum semper mutētur. Sic itaque talia quidem entium ideas uocauit, sensibilia uero circa hæc, præter hæc, atque secundum hæc dici omnia. Per participationē enim plura uniuocorum esse eiusdē nominis ideis esse ait, participationem vero secundum nomen mutauit. Nā Pythagorici quidem dicunt entia esse numerorum imitatione, Plato uero participatione no-

μέθεξις. participatio.

μίμησις. Imitatio.

men



men mutans. Quę nam tamē sit participatio specierum, uel imitatio, in communi quærere omiserunt.

Cum exposuisset ea vsq; quæ ductus esset Plato.s.quòd particularium sensibilium scientia sit relinquenda, nunc adducit Socratem hanc ob causam, quia sensibilium sciētia haberi non possit, se tribuisse studijs moralis philosophiæ, derelinquendo totam scientiam de natura tanquam impossibilem: dicit { cum uero Socrates } .s.Platonis præceptor, Archelai discipulus, qui Archelaus auditor fuit Anaxagoræ Clazomenij { circa moralia uersaretur, circa autem totam naturam } .i.circa uero studia rerum naturalium { nihil } subaudi uersans, propter hanc opinionem, quæ suo tempore emerserat uidelicet quòd non sit de sensibilibus scientia, uoluit aliquid de rerum natura perscrutari, sed solum est occupatus in ea philosophiæ parte, q̄ pertinet ad mores. Deinde exponit quid Socrates fecit ī moralibus, & dicit { atq; in his ipsis } moralibus.s.quibus erat occupatus { uniuersale quæreret, primusq; circa definitiones mentē firmaret } Plato.s. { illum recipiēs } .i.sequēs { propterea quia de uniuersalibus huiusmodi } .i.moralibus Socrates primus { q̄siuerat } atq; de difinitiōibus { existimauit definitiōes has } scilicet quę sunt rerū sensibiliū esse { factas quasi de alijs } scilicet a rebus sensibilibus { & nō de sensibiliū aliquo } sed de ideis. Dixit { atq; ī his ipsis uniuersale quæreret } quoniā disputans de honesto, in uniuersali quærebat, quid esset honestum, nec sumebat hoc honestū. Dixit etiam { primusq; circa definitiones mentem firmaret } nā id de quo quæstio erat, antequam quæstio enodaretur, definire conabatur.

Dubitatio.

Sed quomodo Socratem primum de definitionibus disseruisse tradit, si Pythagorici, ut dictum est, qui hunc ætate præcesserunt, id ipsum facere tentarunt. Respondet Alexander, & optime, quia illi, ut testatus est molliter, & citra artificium de ipsis disputauerunt. At Socrates primus cepit ex arte definire, & cum diligentia. Dixit insuper { definitiones has } .s.quæ sunt rerum sensibilium { esse factas quasi de alijs } nam Plato suscepta doctrina Socratis circa definitiones & uniuersale, quæ in moralibus exposuit, transferens se ad naturalia putauit definitiones quarundam aliarū naturarum & fieri & esse, non autem alicuius sensibilium. Cuius rationem affert, & dicit { non enim potest ipsa communis definitio alicuius } particularis { sensibilium esse } nec, ut Alexāder suppleuit, potest definitio esse ipsius uniuersalis quidē, quod in his habetur { cum } hæc & omnia, quæ his insunt etiam uniuersalia { semper mutētur } immo semper fluere, mutari, nec unquam in eadem natura persistere dicebat, ac proinde definitionem cōmunem, & uniuersalem cuiusmodi eæ sunt, de quibus agimus, sensibilium alicuius esse non posse. Nam cum sensibilia sint inepta ad esse, definitionibus quoque erunt inepta. Expositor autem reddit rationem cur nullius particularis sensibilis, cōmunis definitio assignari possit ex eo, qa omnis definitio omni, et semper conuenit, & tu adde, & soli, ut in Topicis exploratum est. Et sic aliquam immutabilitatem requirit, cū competat semper: cum uero nullum sensibile sit semper, ei nulla definitio nec cōmunis, nec propria competere potest, nec etiam definitio ei potest soli competere: cum uniuersalis definitio, quę primo competit speciei, nulli eius indiuiduo soli competat. Cum dixisset definitiones non esse sensibilium alicuius, sed factas esse quasi de alijs, exponit concludēdo de quibus alijs definitiones sint factæ, & dicit { sic itaq; talia quidem } quorum.s.definitiōes factę sunt { ideas entium } .s.sensibilium { uocauit sensibilia uero ipsa } putauit subaudi { dici omnia circa hæc } .s.circas has ideas { præter hæc } .i.præter has ideas { atq; secundum hæc } .i.et secundum has ideas. Alexander dicit sic, illas naturas a sensibilibus diuersas, quarum sunt definitiōes, ideas appellabat, a quibus sensibilia & esse, & dici affirmabat. Ergo secundum Alexandrum sensibilia sunt præter hæc.i.præter has ideas, inquantum ideæ sunt naturæ a sensibilibus diuersæ, sunt circa hæc, & secundum hæc, quatenus sensibilia sunt ab ideis, & dicuntur nomine idearum atq; illarum participatione. Nā omnes homines dicuntur participatione et nomine, quo idea hominū dicitur homo. Quare sensibilia sunt pręter hęc, quatenus ideæ sunt naturæ à sensibilibus diuersæ, sunt circa hæc, quatenus sensibilia sunt ab ideis. Sunt secundum hæc, quatenus sensibilia nuncupantur nominibus idearum & sunt participatione earum. Expositor autem fecit considerationes circa uerba, cur uidelicet naturas illas, ideas, & species Plato appellarit, asserēs Platonem illa uniuersalia, quæ posuit à sensibilibus separata, appellasse ideas uia similitudinis, quatenus ideæ sunt exemplaria, ad quorum similitudinem sensibilia consistunt. Species uero, quatenus participatione earum sensibilia sunt: nā, ut Porphyrius inquit, participatione speciei omnes homines sunt homo. Vel aliter dicit, Platonem illa uniuersalia appellasse ideas, quo sensibilium sunt essendi principium. Species uero quo sunt eorum principium cognoscendi. Et propterea aliter exponens uerba { circa hęc, & secundum } hæc, dicit, sensibilia esse propter ideas, uel circa ideas, inquantum ideę sunt sensibilium causæ essendi, secundum autem eas, quo ideæ sunt sensibilium exemplaria.

Solutio Alexandri.

Quæ expositio optima est, & conueniens uerbis suę translationis, quam puto sic repertā esse in græco codice sui trāslatoris. Verum in nostris codicibus græcis uerbum species, nō legimus, licet legatur alibi, uerbum autem (præter hæc) in codicibus translatoris eorum testiū, quos exponit Expositor non reperitur: in nostris uero legimus. Deinde sequitur pars illa { per participationem enim ubi assignat causam, quare sensibilia dicantur secundum hæc.i.secundum ideas, præfatus enim sensibilia præter hæc, & secundum hæc dici, & est explicatum quonam modo præter hæc, quoniam ab ideis diuersa sunt. Nunc ut Alexāder inquit, exponit quomō sensibilia sunt secundum hæc.i.secundum ideas. & dicit { per participationem enim plura uniuocorum eiusdem nominis ideis esse } subaudi { ait } Alexander laborat circa expositionem huius loci, uno modo ait Aristotelē exponere, quæ sensibilia sunt, quæ participatione idearum sunt, & quæ secundum ideas sunt, & addit ea sensibilia esse secūdum ideas quæ { uniuocorum ideis } sunt, uniuoca enim ideis uniuoca sunt, hoc autem est, quoniam nō omnium sensibilium ideas esse dicebant, nam eorū, quæ ad aliquid dicuntur, nullas esse statuebant, nec eorum, quæ sunt præter naturam, neq; omnino malorum. Ergo vult ea sensibilia esse secundum ideas idest participatione idearum, quæ sunt vniuoca ideis.i.propter ideas vt sit idem dicere vniuoca ideis, & vniuoca simpliciter. Nam quæ non sunt simpliciter vniuoca, non sunt participatione idearum, ut ea, quæ sunt præter naturam, & ipsa mala. Alio modo exponit plura pro sensibilibus, vt sit sensus, multa & sensibilia sunt participatione earum idearū quibus sunt uniuoca, homines enim sunt participatione hominis. Equi autem participatione equi, ut sit sensus, sensibilia & uniuoca ideis habent esse participatione idearum.

Aut sensus esse potest etiā secundum Alexandrum, multa esse participatione idearum, hæc autem multa sunt, quæ inter se sunt vniuoca: vt homines ipsi inter se, & equi ipsi inter se, & canes ipsi inter se. Homines enim ipsi, qui sunt vniuoci inter se, participatione ideæ sunt eiusdem, non autem homines & equi, quoniam non sunt vniuoci inter se, multa enim & quæ sunt vniuoca inter se, habent esse participatione vnius ideæ. Non enim sensibilia vniuoca esse diceret ipsis ideis referens Platonis opinionē, cum ille dicat ideas æquiuocas ijs esse, quæ ad sui exemplar fiunt. Sed quęres utrum ideæ sint æquiuoce ijs, quæ ad sui exemplar efficiunt.

Sustinet Alexander q̄ ideæ non sint æquiuoce ijs, quæ ad sui exemplar efficiuntur, sed vniuoce primo quia in qui-

bus vniuocum Plato vsurpat, in ijs ipso communi pro uniuoco utitur. Deinde quæ ad exemplar ideæ efficiuntur, ea niſi ratione et forma ſint ideę ſimilia, qua nam re alia ſimilia eſſe poſſunt? cum ideis nihil adſit aliud, nec ipſis quicquam accidat. At quæ forma ſunt ſimilia, hæc uniuoca certe ſunt. Quare ideæ uniuocæ ſunt ijs, quæ ad exemplar earum fiũt. laborauit igitur Alexander in expoſitione huius loci, quoniã **textum** græcum habuit mancum. At noſter textus ſic lacet κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ τῶν συνωνύμων ὁμώνυμα τοῖς ἄθροις. ideſt { per participationem enim plura uniuocorum, quæ eiuſdem nominis ſunt, ideas eſſe ait } eſt igitur ſenſus clarus quòd ideo ſenſibilia ſint ſecũdum ideas, quoniam per participationem plura uniuocorum, quæ ſunt eiuſdem nominis cum idea, hæc ſunt, quæ ideis, eſſe ait. Nõ enim omnia ſenſibilia ſunt ideis, ſed quę ſunt eiuſdem nominis cum idea, ut homines ſunt participatione ideæ quoniam ſunt eiuſdem nominis cum idea hominis, quæ dicitur homo ipſe per eſſentiam, ſi enim Alexãder habuiſſet hunc textum non receſſiſſet à ſecunda ſua expoſitione. Q uid vero ſit aliquod per eſſentiam, quidne participare, dicamus, aliquid per eſſentiã dicitur, quoties eſt totaliter aliquid, & nihil aliud præter illud: ut ſi calor eſſet calor per ſe exiſtens, in quo nihil aliud eſt quam calor: hic dicereur calor per eſſentiam. Quod uero non totaliter eſt aliquid, ſed haber aliquid aliud adiunctum præter illud, participare dicitur. Sicut ignis, qui eſt aliquid aliud quàm calor, participare dicitur calore. Sic cum idea hominis ſeparata nihil aliud habeat quàm ipſam hominis naturã, per eſſentiã eſt homo: & propter id Plato ideam hominis appellat per ſe hominem. Socrates uero & Plato, quia præter naturam ſpeciei humanæ habent principium indiuiduationis, dicuntur participare ſpecie ſecundum Platonem. Deinde declarat unde Plato acceperit nomen participationis & dicit { participationem uero ſecundũ nomen mutauit. Nam Pythagorici dicũt entia eſſe numerorũ imitatione, Plato uero participatione }. ſ. idearum { nomen mutans } ergo Plato accepit nomẽ participationis a Pythagoricis: nam imitationem a Pythagoricis appellatam Plato mutato uocabulo, participationem dixit. Pythagorici enim, vt Expoſitor ait, dicebãt hæc ſenſibilia eſſe quaſi quaſdam numerorũ imitationes, quatenus numeri qui per ſe poſitionem non habent, accipiendo poſitionem corpora efficiebãt, quia vero Plato ideas ipſas poſuit immutabiles, ad hoc, vt de eis ſcientiæ, ac definitiones haberi poſſint, non conueniebat ei in ideis uti nomine imitationis, loco eius uſus eſt **nomine** participationis. Ego uero dico Platonẽ potuiſſe vti nomine imitationis & participationis indifferenter, nam ſenſibilia poſſunt dici fieri, & eſſe imitatione, & participatione idearum, imitatione, nam opifex, qui ſenſibilia efficit, imitatione propriæ ideæ illa condit. Etiam participatione illius ſua uniuoca efficit ergo poteſt uti utroque nomine, ſed gaudens nominum, & rerum nouitate, imitationẽ à Pythagoricis appellatam, mutato uocabulo participationẽ appellauit: ut huius nominis inuentor diceretur. Deinde narrat in quibus Plato & Pythagorici fuerunt diminuti, & dicit { Quæ nam tamen ſit participatio ſpecierum }. i. idearum, qua. ſ. ſenſibilia participant ideis apud Platonẽ { uel } quæ nam ſit { imitatio }. ſ. numerorum, qui ſenſibilia fiũt numerorum imitatione { omiſerunt quærere in eõmuni } ſed bñ quæſiuerunt in indiuiduo. nam quonam modo hic ignis ſit calidus participatione vel imitatione caloris huius uel illius, quæſiere, ſed non quo modo ſenſibilia participent communi ſpecie, vel imitentur communem ſpeciem, expoſuerunt. Alexander uero uerbum in communi expoſuit, quia cõmuniter nec Pythagoricorum quiſquam, nec Plato ipſe quid participatio, aut imitatio ſit, aut quomodo fiat, declarauerit, ſed qua ratione, aut modo fiat, quærere in medio communiter relinquerunt. Sed occurres, quia a Platone in Parmenide explicatum eſſe videtur. Præterea Pythagorici dicebãt

Quid ſit aliquid per eſſentiã, & qd ſit participare.

αὐτοάνθρωπος.

cæteros numeros tales eſſe imitatione primorum, quos proprie eas res eſſe dicebant, quæ de ipſis dicerentur, Vt quia planetæ ſunt quinq, planetæ ſunt quinarius. Verum licet pro parte meminerint participationis, & imitationis, nullus eorum perfecte expoſuit quid nam ſit participatio, uel imitatio, & quantum ad hoc Ariſtoteles eos eſſe diminutos expoſuit. Auerroes in calce commenti quinti circa partem primam præſentis textus, dicit, Socrates uero fuit primus eorum, qui locuti fuerunt de philoſophia morali, Secũdo dicit, & nihil addit eis, quæ dicta fuerunt ab antiquis in philoſophia ſpeculatrice. Primum quod dicit, eſt falſum, nam ante Socratem ſtudiũ philoſophiæ non erat niſi in moralibus, vt ſuperius dictum eſt, vbi Ariſtoteles Thaletem Mileſium ait fuiſſe primum eorum, qui moralibus uacabãt, ſe ſtudijs naturalis philoſophiæ tribuiſſe. Ergo ante Thalem philoſophiæ ſtudia non erant, niſi in moralibus. Quare & ante Socratem, qui fuit longe poſterior Thalete. Secundum vero quod dicit, non eſt ad propoſitum. verba textus ſunt { circa autem torã naturam nihil } modo per nihil non intelligit quòd nihil addiderit eis, quæ fuerũt inuenta ab antiquis, ſed quòd circa ſcientiam de natura nullo modo ſe tribuerit, propterea quia opinabatur ſenſibilium ſcientiam haberi non poſſe propter mutabilitatem eorum. Deinde Auerroes parte illa { atque in his ipſis vniuerſale } vſque ibi { non enim poteſt ipſa communis definitio } non habet textum correſpondentem noſtro, ideo quæ inducit pro expoſitione ſunt vana. Exponit enim quæ non ſunt Ariſtotelis, tangit tamen cauſas, quibus Plato motus eſt ad ponendum ideas, quarum prima eſt, quia inuenit indiuidua in unoquoq genere ſe habere ſimili modo, & quia omnia ſunt ſimili modo in ſuo genere: igitur eſt impoſſibile, vt ſint accidentaliter, & cum non ſint per accidens, generabuntur a cauſis ſimilibus: tales ſunt ideæ: igitur pro generatione tuenda poſuerunt ideas. Secunda cauſa, quia Plato opinatus eſt nihil in ſenſibilibus eſſe fixum, atque immutabile, igitur ſi de eis erit ſcientia, non poteſt ſcientia pendere ab ipſis, nec ſcientia, quæ dicitur definitio, cum ſemper ſint id trãſmutatione. nec ſcientia, quæ habetur per demonſtrationem, cum demõſtratio non ſit niſi neceſſariorum, & per neceſſaria. His rationibus Plato opinatus eſt quòd intentiones. i. vniuerſalia, quæ inueniuntur in indiuiduis vt iuſcuiuſq ſpeciei, eadem ſint. i. ſemper maneant, & quòd deſtnitiones ſint rerum, quæ ſunt neceſſariæ extra animam, quas res extra animã vocauit formas, & exemplaria. Formas quidem. i. ideas rerum ſenſibilium, Exemplaria vero, quæ a ſpicit rerum cõditor, ſicut artifex aſpicit formas rerum artifi cialium pro ſtructura rerum artificialium. Quòd autem conditor debeat pro generatione rerum reſpicere ad ideam eorum, quæ generat, velut ad exemplar, probat Auerroes ea ratione, qua vſus eſt Plato, quoniam aliter quodlibet eſſet a quolibet, & non eſſet ex ſemine hominis homo ſemper, neque ſemper ex ſemine equi equus, quòd qua ratione valeant hæ cõſequentiæ, ſeptimo libro huius dilucidabitur, nunc vero accipiantur, ut ualeant quantum valere poſſunt. Deinde ſupra parte illa { ſenſibilia vero circa hæc } Auerroes exponit { circa hæc }. i. q ſenſibilia omnia definiantur per hanc naturam. i. per ideas. Nam verbum περὶ τὰ, ideſt propter hæc tranſtulit barbarus interpres, & Auerroes quòd ſenſibilia omnia definiantur per ideas intelligit. Exponit vero { ſecundum hæc }. i. quòd ſenſibilia inueniantur & ſint in eſſe per illam naturam ſcilicet idearum ſicut res, quæ fiũt, fiunt ab opifice per ſuum exemplar. Deficit autem illud præter hæc/Ideo hæc expoſitio eſt manca, & non, vt nos diximus. Deinde ſupra illa parte { per participationem enim plura vniuocorum } uſq ibi { inſuper præter ſenſibilia } textus, quem exponit, nullo pacto conuenit nec cum translationibus latinis, nec cũ græcis verbis, propterea expoſitio Auerrois eſt omittenda, cum non ſit intelligibilis, nec ad verba Ariſtotelis. Nemo igitur mirari

Que Auerroes cõ. 5.

Que Auerroes cõ. 6.

Commẽ. 51

Que de Auerroe.

mirari debet Expoſitorem egregium Thomam Auerroem omnino prætermiſiſſe, nouit enim eum nihil fructus afferre expoſitionibus Ariſtotelis, cum ferè ſemper blateriżet ſuper uerbis barbaris, quæ nũquam ſomniauit Ariſtoteles.

Inſuper præter ſenſibilia & ſpecies, res mathematicas medias eſſe dixit a ſenſibilibus quidem hoc differentes, quod perpetuæ, ac immobiles ſint a ſpeciebus autem hoc, quod ipſæ quædam complures ſimiles ſint. Species autem ipſa quæque eſt una ſolum.

Cum narraſſet opinionem Platonis quam habebat de ideis, nunc narrat opinionem eiuſdem, quam ſuſtinuit de rebus mathematicis, ut de figuris, & numeris, & magnitudinibus, & aſſerit Platoni placuiſſe res mathematicas eſſe medias inter ideas, & ſenſibilia & dicit { inſuper præter ſenſibilia, & } præter ſpẽs. ideas { res mathematicas medias eſſe dixit } utrum uero medias abſtractione, qua intellectus abſtrahit prius à poſterioribns, ut magnitudines, & numeros ab elemẽtis & mixtis, quę materiæ ſunt ſenſibiles, an medias natura, utputa qa ſunt natura magis ſeparatę, q̃ phyſica corpora, et minus q̃ ideę: an medias p abnegationẽ eorũ, quæ extremis cõpetunt, Ariſto. non expoſuit. ſed quia Plato uoluit res mathematicas medias eſſe, Ariſtoteles tantum exponit eas eſſe medias per abnegationem eorum, quę competunt extremis, & dicit { à ſenſibilibus quidẽ hoc differentes } quòd res mathematicæ { perpetuæ, ac immobiles ſint } ſubaudi ſenſibilia corruptibilia ac mobilia { a ſpeciebus } ideſt ideis differentes { hoc, quod ipſæ quædam } ſcilicet res mathematicæ { cõplures } ſcilicet numero, ac ſingulares { ſimiles ſint } ſubaudi in ſpecie: ut plures numero lineæ ſub eadẽ ſpecie lineæ, plures ſuperficies ſub eadem ſpecie ſuperficiei, plures numero magnitudines ſub eadem ſpecie magnitudinis, plures numero trianguli ſua eadem ſpecie trianguli { ſpecies autem } ideſt idea { quæque eſt una ſolum } ideſt una numero ſola in ſua ſpecie. idea enim hominis non eſt eiuſdem ſpeciei cum idea equi, ſed una ſola numero ſub ſpecie hominis. Illa uero equi, una ſola numero in ſpecie equi. non enim poſſunt plures numero ideæ ſub eadem ſpecie eſſe. per quę patet res mathematicas eſſe medias per abnegationem eorum quæ competunt ſenſibilibus, & ideis. Nam res ſenſibiles ſunt tum mobiles, tum corruptibiles. At res mathematicæ neque mobiles, neque corruptibiles, ſed perpetuæ. Præterea ideæ non ſunt plures numero ſub eadem ſpecie: at res mathematicę ſunt plures numero ſub eadem ſpecie: ſunt igitur mediæ per abnegationem eorum, quæ competunt ſenſibilibus, & ideis, quæ ſunt in extremis. Nec plura habemus ab Ariſtotele. Alexander videtur (pace tanti viri dixerim) peruertere uerba Ariſtotelis. ait enim ſecundũ Platonem mathematica eſſe media inter ideas, & ſenſibilia, quę quidem à ſenſibilibus diſcrepare putat, quòd eſſent ſempiterna, & prorſus immobilia. Ab ideis autem q̃ ideæ vnum aliquid numero eſſent. Mathematica uero in multis hoc eſt in ſenſibilibus, & ſingularibus, quibus inſunt, ſimilitudinem declarent. Neque enim ipſa per ſe ſubſiſtunt, ſed conſideratione. Nam ex materialibus rebus ſeparata per conſiderationẽ materia & motu, per quas & cum quibus datum eſt ipſis ſubſiſtere, ſuperſunt mathematica, quæ in rebus materialibus, & multis, ac per accidentia materialia diſcrepantibus ſimilitudinem declarant. Ergo Alexander vult quòd mathematicæ res differant ab ideis, quoniam mathematicæ res ſunt in rebus ſecundum eſſe multæ in multis, ſolum per conſiderationem ſeparatæ. At ideæ ſint vnaquęq̃ ſola in ſe ſeparata ſecundum eſſe & non multæ in multis ſenſibilibus. & iuxta hanc expoſitionem lege verba { ab ſpeciebus autem } ideſt ideis ſubaudi res mathematicæ differentes ſunt { hoc, quòd ipſæ quædam complures ſimiles ſint } ſcilicet ſecundum eſſe in rebus ſenſibilibus { ſpecies autem } ideſt idea { ipſa quæq̃ eſt vna ſolum } ſecundum eſſe in ſe ſeparata. Ergo ſecundum hanc expoſitionem mathematicæ res differunt a ſenſibilibus, quòd ſenſibilia ſint mobilia & corruptibilia: Mathematica perpetua, & immobilia. Non enim ſecundum ſe corrumpuntur, ſed per accidens corruptione eorum, in quibus ſunt ſecundum eſſe. At ſenſibilia ſunt per ſe corruptibilia corruptione, quæ eſt ad ipſa, & per ipſa. Ab ideis uero, quòd ideæ ſint in ſe ſeparatæ ſecundum eſſe. At mathematica in ſenſibilibus ſunt poſita ſecundum eſſe. Hæc eſt expoſitio Alexãdri. Quæ meo iudicio, nec eſt verbis conſona, nec eſt ad mentẽ Platonis: opinionem enim quæ eſt Ariſtotelis Alexander Platoni tribuit, propterea ſe quaſi corrigens Alexander ſubdit, aut certe res ita ſe habẽt quaſi dicat quòd hæc ſit opinio Ariſtotelis, & veritas ipſa. Plato tamen non ita differuit, qui naturas ipſas, & ſubſtantias per ſe, ac ſempiternas eſſe faciebat. Sed fortaſſe multa ſimilia eſſe dixit in mathematicis, quaſi ipſorum quodq̃ non ſit vnum numero. Mathematica enim multa numero ſunt triangulus, & quadratum, & aliorum quodque, ut ſenſibilia ſeruantia ſimilitudinem inter ſe ſecundum definitionem. At idea quæq̃ vna numero eſt. & ſic ſe corrigens venit in noſtram expoſitionem, quòd ſecundum Platonem res mathematicæ ſint mediæ inter ideas & ſenſibilia per abnegationem eorum, quæ competunt extremis videlicet ideis, & ſenſibilibus. Vtrum vero ſint mediæ ſecundum magis, ac minus abſtractum, uel media ſecundum ſubſtantiam & naturam, hic Ariſtoteles non curauit explicare, quoniam in his libris ſæpe explicabit. Expoſitor vero circa expoſitionem opinionis Platonis aſſerit Platonem dixiſſe mathematica eſſe perpetua, & immobilia ex ratione ſcientiæ mathematicæ. quoniam ſcientia mathematica ea ratione, qua mathematica ſcientia eſt, abſtrahit a motu, & ita a generatione, & corruptione. Quare res mathematicæ vt mathematicæ, ſunt immobiles atque perpetuæ. Res vero ſenſibiles ex ratione ſcientiæ naturalis, qua ſcientia naturalis, complectuntur motum, quoniam naturalis ſcientia concernit motum. Sed hoc, quod Expoſitor dicit, eſt verum, ſi intellexerit, quòd vno cauſarum, quibus res mathematicæ abſtrahunt a motu, eſt natura ſcientiæ mathematicæ, quæ eſt in ſuis conſiderationibus, nec motũ nec ſenſibilem materiam conſiderare. Natura vero ſcientiæ, naturalis contra. At ſi intellexerit naturam ſcientiæ mathematicæ eſſe ſolam cauſam, qua res mathematicæ abſtrahant a motu, non puto eſſe verum, quoniam vt ipſemet ſubdit, ſola cauſa huius abſtractionis eſt, quoniam Plato putat id omne eſſe in re, quod eſt in intellectu: Et quia in intellectu res mathematicæ eſſe poſſunt nõ conſiderato motu, nec ſenſibili ipſa materia: ideo ita mathematicas res putauit eſſe in re ſine motu ac materia ſenſibili. Inſuper circa expoſitionem eiuſdem opinionis Expoſitor ait Platonem poſuiſſe plura quæ numero differunt ſub eadem ſpecie ad ſeruandum naturam demõſtrationum mathematicarum, quæ eſt, vt prædicatum cõcluſionis inſit pluribus ſubiectis eiuſdem rationis. Nam ſi Geometra demonſtrat triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, fruſtra demonſtraret, niſi illud prædicatum habere tres angulos æquales duobus rectis, pluribus triangulis competeret: & ſicut dico de triangulo, ita dicendum in omnibus alijs figuris. Mathematica ergo dicit Plato eſſe vnum in pluribus, vt ſeruetur natura demonſtrationis. Hoc autem non accidit in ideis. nam idea ſeparata non poteſt ſeruari niſi in vno indiuiduo tantum. Non enim dicitur idea hominis, niſi de idea hominis, quæ eſt vna numero tantum in ſua ſpecie. Sed hoc,

Que Expoſitor.

quod Expositor ait, est mihi obscurum, quoniam non magis demonstratio mathematica requirit, ut prædicatum cõclusionis insit pluribus subiectis eiusdem rationis, quam demonstratio naturalis, uel metaphysica, quæ fieret de aliqua idea, quoniam omnis demonstratio, quo demonstratio est, ex uniuersalibus & ex his, quæ sunt per se, & de usibus, & ex his, quæ sunt per se, constat. igitur & in demonstrationibus, in quibus demonstraretur aliquid de ideis, oportebit seruare rationem uniuersalitatis ante dictę.

Tertio Expositor nititur assignare locum, è quo Plato accepit causam sui erroris. Est autem locus à modo intelligendi, cuius propositio est, sicut res intelligitur, ita res est. tunc ex hac propositione argumentebatur, sicuti res intelligitur, ita res est: sed res mathematicæ intelliguntur sine rebus sensibilibus: Igitur res mathematicæ sunt sine rebus sensibilibus. igitur res mathematicæ sunt separatæ à sensibilibus similiter eidem propositioni addo, sed uniuersalia intelliguntur sine singularibus: Igitur sunt uniuersalia sine singularibus. quare ideæ, & res mathematicæ separatæ sunt ab ijs, quibus coniunguntur. Expositor paucis verbis refutat Platonis locum, asserit enim alium esse intelligendi modum, alium uero modum essendi. Nam licet quod intelligitur, in re sit oporteat, non sicuti intelligitur, ita oportet ut sit. verbi gratia gustu percipimus dulcedinem pomi sine colore pomi, non tamen dulcedo pomi est sine colore pomi, quoniam alius est modus gustandi, & alius est modus essendi. Sic etiam quanuis intellectus intelligat mathematica non cointelligendo sensibilia & uniuersalia non cointelligendo singularia, non tamen oportet aut mathematica, esse præter sensibilia, aut uniuersalia esse sine singularibus. Sed de abstractionis multiplici differentia egimus libro secundo physicæ auscultationis, vbi multiplicem esse abstractionem exposuimus. quantum uero ad syllogismum attinet, non oportet ita rem esse, sicuti intelligitur, uelut non oportet ita rem esse, sicuti sentitur. Q uare argumentum Platonis uidetur omnino friuolum. Auerroes vero habebat textum suum

Q ue Auer. cõ. 5.

usque ibi { quoniam autem ideæ sunt cæteris causæ } omnino alienum à uerbis Aristotelis tam græcis quàm latinis, ideo eius expositiones sunt omnino nullifaciendæ, cum nullo modo faciant ad intellectionem uerborum Aristotelis, nec aliquid contineatur, quod sit in se utile. Maior enim pars eorum, quæ scribit in hoc libro, est aliena ab intentione Aristotelis, cum eius textus nullatenus conueniant verbis Aristotelis, nec græcis, nec latinis translationibus.

**Quoniam autem ideæ cæteris causæ sunt, elementa illarum omnium entium elementa esse putauit. Igitur ut materiam quidem magnum & paruum. Vt substantiam uero unum principia esse dixit. Ex illis enim participatione unius ideas ipsas numeros esse asserit.**

Cum narrasset opinionem Platonis de ideis & mathematicis, nunc narrat eius opinionem de rerum principijs, & intendit demonstrare magnum & paruum, & unum esse rerum principia secundum Platonem, procedit autem in postassumendo siue in subaccipiendo, utens primo hoc enthymemate, ideæ sunt rerum causæ: igitur causæ & principia idearum, sunt causæ & principia omnium entium: & dicit { quoniam autem ideæ cæteris } scilicet rebus omnibus { causæ } & principia { sunt elementa illarũ } scilicet idearum / ideſt principia & causæ idearum { omnium entium elementa } ideſt principia & causas { esse putauit } elementum enim proprincipio, & causa accepit. tenet autem enthymema vim suam ab illo loco. Quicquid est causa & principium causæ, est causa & principium causati. Deinde subaccipit magnum & paruum, ut materia, unum ut forma sunt idearum principia, & causæ, propterea concludit { igitur ut materiam quidem magnum & paruum; ut substantiam vero } ideſt ut formam uero { vnum principia esse dixit } Minorem non expressit, sed subaccipiendam esse supponit pro explorata in doctrina Platonis. eius tamen probationem affert sed obscuram, quæ potest sic ad artem resolui, ex quibuscunque participatione vnius ideæ fiunt numeri, sunt idearum principia vt materia, & unum, ut forma: Magnum & paruum sunt ea, ex quibus participatione vnius ideæ fiunt numeri: Igitur magnum & paruum ut materia, vnum uero ut forma, principia idearum sunt. huius assignat mirorem, sed obscuram, & dicit { ex illis enim } ideſt ex magno enim & paruo uti ex materia { participatione unius } ut formæ { ideas ipsas } fieri, & { esse numeros asserit } ergo magnum & paruum, ut materia, unum uero vt forma idearum principia sunt. Et cum dixisset Plato magnum & paruum, ut materiam esse idearum principia, quoniam, ut Alexander inquit, magnum & paruum Plato ait esse dualitatem indefinitam. Cum uero dixisset { ex illis enim } ideſt, ut Alexander exponit, ex magno & paruo coeuntibus, & in specie constitutis ab uno, & cum dixisset { participatione vnius } Alexander exponit ideſt, quia sumunt ab ipso uno ut sint species, siue formæ, quæ & ipsæ numeri sunt. ideas enim numeros speciſicos esse ait, sed cum formas dixisset, addidit numeros, nam formæ, ut numeri ideæ sunt formæ enim aliæ quoque sunt, quemadmodum etiam numeri. Et sic vult magnum & paruum participatione vnius esse idearum principia, non quidem quo species uel formæ sunt, sed quo ideæ numeri speciſici sunt. Nam formæ, uel species ut numeri ideæ sunt. Sed ex his, quæ Alexander inquit adhuc non intelligimus, quomodo ex magno & paruo, fiant ideæ, quæ numeri sunt participatione unius. Expositor vero ait Platonem suppoſuisse ideas esse numeros, numeros uero fieri participatione unitatis ex magno & paruo ideſt ex additione & subtractione, quas uocat magnum & paruum, quia igitur numerus fit subtractione, uel additione unitatis, dixit Plato numeros fieri ex magno & paruo participatione uniꝰ ideſt ex additione, & subtractione unitatis. Q uia uero ideas putauit esse numeros, ideo ideas fieri ex magno & paruo participatione uniꝰ arbitratus est. Hæc expoſitio licet sit colorata, tamen mihi est obscura, quoniam magnum & paruum Plato pro materia accepit, unitatem uero pro forma, modo additio & subtractio non sunt numerorum materiæ, nec unitas est forma numeri, sed potius materia, cum numerus sit multitudo ex unitatibus aggregata, ideo nec Alexandri expoſitio, nec expoſitio hæc uidetur consona opinioni Platonis. Propterea siquis uoluerit intelligere hanc Platonis opinionem, petat declarationem à Simplicio primo physicæ auscultationis super illo textu { nos quidem enim materiam } & ab Hermodoro Platonis socio in ea dictione, quam scribit de opinionibus Platonis, & à Dercyllide in vndecimo libro Platonicæ philoſophiæ, & à Porphyrio super eodem textu Aristotelis primo physicorum. Quam declarationem hic prætermittimus, tum quia in recognitionibus physicis dilucidauimus, tum etiam quia nullum fructum affert quantum ad ueritatem ipsam quam hic quærimus. Auerroes autem super illa parte { quoniam autem ideæ sunt cæteris causæ } ait sic, species sunt causæ aliarum rerum ideſt causa scientiæ indiuiduorum, non causa indiuiduorum, ergo Auerroes antecedens enthymematis intelligit quòd ideæ sint causæ sciendi, non autem essendi indiuidua. Q uæ expoſitio ideo est remota, quoniam Aristoteles de mente Platonis non

Com. 79.

Q ue Auerroes cõ. 6.



non concluderet, nisi q̃ principia idearum essent principia sciendi res, & non principia essendi, cuius oppoſitum tenet Plato. Sunt enim ideæ principia rerum tam essendi q̃ sciendi. ergo & principia idearum erunt similiter principia sciendi & essendi rerum.

**Ipsum tamen unum perinde atque Pythagorici, ut substantiam esse, nec aliud quicquam esse, quod unum dicitur. Et item numeros cæteris, ut illi causas substantiæ esse dicebat.**

Hic Expositor Aristotelem opinionem Platonis comparare opinioni Pythagoricorum tradit, ostendens primo ea, in quibus Plato cum Pythagoricis conuenit, quæ duo esse autumat, quorum primum esse inquit q̃ unum sit substantia rerum, quoniam non potest aliud quicquam esse. s. accidens, quod unum dicatur. Cum igitur ipsum unum nõ possit probari de aliquo ente, ut accidens de subiecto, sit, ut unũ sit substantia rerum, & non accidens. Secundum uero, quod ex primo sequitur, est qđ numeri sint causę substantię rebus cunctis. Nam cum numerus nihil aliud sit q̃ unitates collectæ, sit ut numerus sit rerũ substantia, uelut unitas ipsa. Hæc expoſitio uidetur Alexandri. tamẽ aliter dici potest iuxta sensum eorum, quæ proximo textu explicata sunt: ut sint duo, in quibus conueniunt, primum q̃ unum ipsum, sit ut substantia. i. ut forma rerum. Dictum est enim magnum & paruum esse ut materiam, unum uero, ut substantiam. i. ut formam, dicit { Ipsum tamen unum perinde, atque Pythagorici, ut substantiam esse } .i. ut formam rerum { nec aliud quicquã esse } q̃ formam. s. { quod unum dicitur } Ipsum enim unũ nihil aliud dici potest q̃ forma: cum magnum & paruum, nihil aliud dici possint q̃ materia. Hoc est primum. Deinde tangit secundum, quod sequitur ex hoc primo, & dicit { Et item numeros causas substantię cęteris } .s. rebus Plato { dicebat, ut illi } .s. Pythagorici. Nam causa substantię numero rum est unitas: igitur unitas est causa substantiæ cæteris rebus. Hæc ergo duo sunt, in quibus conueniunt Pythagorici cum Platone. Et licet Plato numeros principia & causas rerum esse asserat, ut Pythagorici, non tamen eodem modo penitus. nam, ut Alexander inquit, Pythagorici numeros causas esse dicebant quasi inexistentes rebus, hoc est ut materiã, quasi uticę ex ipsis omnia entia consisterent. Plato autẽ ipsos extra res existere, quarum causæ sunt: cum eos uelut exemplaria esse traderet. Quod uero dicit { ut illi } non sic est accipiendum, quasi Plato eadem, atq̃ Pythagorici ratione numeros causas esse substantię confirmauerit. Sed quia ipse quoq̃ ut illi numeros rerum causas esse dixit. Et sic comparatio nõ est quo ad speciem causæ, sed tantũ in ratione causę. Auerroes autem præsentem textum usq̃ ibi { pro infinito uero } omnino alienum habet a uerbis Grecis Aristotelis, & a translationibus Latinorum, ideo quantũ ad expoſitionem uerborum nullam nobis utilitatem affert. Quantum uero ad rem ipsam, dicit duo consideratione digna, quorum primum est, quomodo intelligitur q̃ unum sit substantia, & nihil aliud est ens, quod dicatur esse unum. Et respondet Platonem intellexisse unum quod est principium numeri, esse substantiã, & nihil aliud est ens, de quo dicitur esse unum alio modo ab uno in numero. Et sic uult unũ quod est substantia de mente Platonis, esse unum, quod est principium numeri, & nullum aliud unum. Non. n. distinguebat Plato inter unum, quod est principium numeri, quod etiam est de genere quantitatis, ab uno, quod conuertitur cum ente. Secundum est quo nã modo hoc, quod Plato dicit, est propinquum opinioni Pythagoricorum. Et respondet assignans causam, quoniam Pythagorici similiter & Plato asserunt corpora constare ex punctis, lineis, & superficiebus, quæ sunt partes indiuisibiles, & ex numeris, qui etiam constant ex indiuisibilibus. Propterea enumerans absurda, quę utriſq̃ contingunt, dicit Platoni contingere omnia illa absurda, quæ contingunt dicentibus omnes

Q ue Auer. cõmen. 7.

rerum substantias esse unum infinitum & immobile, quoniã nullus horum potest affirmare, quomodo sit cõmunicatio. i. generatio, qua cõmunicatur esse. dicentes quidẽ omnes substantias esse unum ens immobile nõ possunt seruare generationem, nec aliquem alium motũ, nec dicentes compoſitum constare ex indiuisibilibus: cum omne tale sit indiuisibile: quod subiectum esse non potest: nec generationis, nec alterationis, nec actionis, nec passionis. Quod autem nullum indiuisibile possit recipere aliquod horum, probat Auerroes, quoniam omne, quod recipit transmutationem, est compoſitũ ex materia & forma. Quare si indiuisibile recipit trãsmutationem, erit compoſitum ex materia & forma: omne autẽ compoſitum ex materia, & forma est diuisibile, igitur indiuisibile erit diuisibile. quod est impoſsibile, quare & illud, ex quo sequitur, at sequitur ex illo, q̃ indiuisibile recipiat transmutationẽ: igitur impoſsibile est indiuisibile recipere transmutationem. Sed utrum indiuisibile possit moueri localiter, sexto physicę auscultationis est exploratum. Insuper utrum indiuisibile possit alterari, in libris de generatione & corruptione disputauimus. Vbi etiam diſſeruimus possit ne indiuisibile per se generari, an per accidens. Ideo ne physica transferamus in metaphysicam, hęc ꝑtermittenda esse cẽsemus.

**Pro infinito uero ut uno, dualitatem & infinitum ex magno ac paruo feciſſe, hoc propriũ est. Insuper etiam hic quidem numeros præter sensibilia. Illi uero numeros esse dicunt res ipsas. Et mathematica media inter ista non ponunt.** TEX. 6.

Cum explicaſſet ea, in quibus Plato cum Pythagoricis conueniat, nunc adiicit ea, in quibus diſcrepat. Q uorum primum est, quoniam Pythagorici unum infinitum esse ponebant, & unam quandam naturam, quæ ipsis erat pro subiecto & materia, est autem id numerus par, cum specie unum sit par, quod in paria diuiditur. Plato uero dualitatem faciebat, quam subiectum esse dicebat, & infinitum, quia non constituitur in specie per se, magnum. s. & paruum, ac exceſſum, & defectum. In his namq̃ infiniti naturam esse putabat, quæ quidem illi erat causa materialis quanquam magnum non est idem specie atque paruum, neque exceſſus ac defectus. sunt enim oppoſita, ac proinde non sunt unum, dicit { Pro infinito uero ut uno } quod Pythagorici ponebant pro una quadam natura, quæ erat eis pro subiecto & materia { dualitatem } .s. Plato faciebat, & exponens quo modo dualitatem, dicit { & } pro .i. quia { infinitum feciſſe ex magno & paruo hoc proprium est } .s. Platonis. Nã Plato dualitatem faciebat, quam tum subiectum, tum infinitum esse dicebat. Infinitum quidem, quoniam non constituitur in specie per se, tale uero infinitum Plato ait consistere in magno, & paruo loco materię, & subiecti. Quod quo nam modo intelligendum sit, quæratur a Simplicio primo physicæ auscultationis, & a recognitionibus nostris, quas ultimo confecimus. Hæc est prima differentia. Deinde assignat secundam differentiam, asserens Platonem numeros pręter sensibilia reliquisse, nec ipsos rebus subiecisse ut materiam: nec ipsarũ eos sic causas statuisse. At Pythagoricis placebat numeros esse res ipsas, entiaq̃ ex numeris constare, cui cõsentaneum erat, ut res omnes numeros esse faterentur, dicit { Insuper etiam hic quidem } .s. Plato { numeros pręter sensibilia } subaudi esse, dicit { Illi uero } .s. Pythagorici { numeros esse dicunt res ipsas } & res ipsas constare ex numeris. Hęc est secunda differentia. Deinde assignat tertiã differentiã, & dicit { & } .s. Pythagorici { mathematica media inter ista } ideſt inter ideas, & sensibilia { non ponunt } qm̃ asserunt numeros, & mathematica esse rerũ sensibilium substantias. At Plato mathematica inter sensibilia, & ideas collocabat. Hæc est tertia differentia. Auerroes uero super prima parte textus, intelligit differentiam q̃ Pythagorici intellexerint duo principia,

Q ue Auerr. cõmen. 8.

unum .ſ. & infinitum, & ſic poſuerunt dualitatem in principijs, ſicut Plato uerum differentia eſt, quod Pythagorici in dualitate, quam ponunt, nullam aſſignant contrarietatem. At Platonici in dualitate uolunt contrarietatem, quia poſuerunt magnum & paruum, quæ ſunt contraria, & propterea dicit Pythagoricos poſti ſe duo ſicut unitatem, quonam in dualitate, quã ponunt, nulla eſt contrarietas. At in Platonica dualitate eſt contrarietas, ideo ponunt Platonici dualitatem, ut dualitatem. Et cum dixiſſet, hoc eſſe proprium, intelligit Auerroes eſſe proprium principijs, quæ Antiqui poſuerunt eſſe tria. Nam contrarijs ſemper ponunt ſubiectũ. Pythagorici uero, qui poſuerunt unum & infinitum rerum principia, & ex dualitate omnia generari, non poſuerunt uni & infinito ſubiectum. Quæ expoſitio ualeat quantũ ualere poteſt. Nõ enim conſona eſt uerbis Ariſtotelis, ut patet cõſideranti græca, & trãslata Ariſtotelis uerba. Deinde ſuper illa parte { In ſuper etiam hic quidẽ numeros } errauit Auerroes, quoniã Plato non numeros formas ſenſibilium aſſerit, licet dicat formas .i. ideas, & numeros .i. mathematica media. Error autem eſt, quoniam uerba textus ſunt, καὶ ἔτι ὁμὲν τοὺς ἀριθμοὺς παρὰ τὰ αἰσθητὰ .i. Inſuper etiam hic quidem numeros præter ſenſibilia: Nõ enim dicit numeros ex ſenſibil bus, ut Auerroes blaterizat. Dicit tamen in defenſionem ſui erroris eſſe duas ſectas, quoniã quidam formas & numeros aſſerunt eſſe eiuſdem naturæ, alij uero numerorũ ipſam naturã eſſe aliam a natura idearum, mathematicaq; eſſe media inter ſenſibilia & ideas, tradiderunt: quæ narratio, quantum ſit ad propoſitum tu conſidera.

Vnũ igitur & numeros pter res ipſas feciſſe, & non ut Pythagorici, & idearum etiam introductio, ob conſiderationẽ fuit, quæ in rationibus ſit. Priores.n. dialecticæ participes non erant.

Explicatis diſſenſionibus Platonis cũ Pythagoricis, nunc cauſam reddit cur Plato numeros ipſos exemerit a ſenſibilibus, & ideas poſuerit alias quaſdam ſubſtantias ac naturas a ſenſibilibus: & ſic, ut Expoſitor inquit, aſſignat cauſam ſecundæ differentiæ: & cauſam fuiſſe ait Alexander dialecticã: quã priores .ſ. Pythagorici nondũ attigerant, & dicit { Vnũ igitur & numeros præter res ipſas feciſſe, & non ut Pythagorici } qui .ſ. unum & numeros in rebus ipſis, ut illarum ſubſtantias poſuerunt { & idearum etiam introductio } quam Plato fecit { ob conſiderationem fuit, quę in rationibus ſit } uerbum { in rationibus ſit } eſt, ἐν τοῖς λόγοις ἐγένετο. Et Byzantius conuertit, in differendo nimirum fuit. Alexãder uero in ſua lingua exponit in rationum exquiſitione, & dialectica. Nam Plato qui conſuetus erat ex dialectica uti diuiſionibus, & definitionibus (dialecti.n. eſt utrunq;) uenit, ut ſepararet aliqua a ſenſibilibus, quę ſunt numeri & mathematica, & poneret eſſe quaſdã alias naturas, utputa ideas præter ſenſibilia. Per diuiſionẽ quidẽ uenit in mathematica, quæ ſunt præter ſenſibilia, quoniam diuiſio eſt generum & ſpecierum, & non ſenſibilium. Quippe cum diuiſio ſenſibilium ſit ipſorum reſolutio in elementa, & principia quę nõ ſunt ſenſibilia: quę putabant numeros eſſe & mathematica Platonici: & ſic per diuiſionẽ uenerunt in mathematica. Per definitionẽ uero uenit Plato in uniuerſalia, & ideas. Q_m definitiones non ſenſibilium ſunt, cũ non ſint ſingularium, ſed uniuerſalium. Iraq; his præceptis dialecticis factũ eſt, ut in contẽplatione intelligibilium uerſaretur uidelicet idearũ, & rerũ mathematicarum: ad q̃ non peruenerunt Pythagorici, cuius rationẽ affert, & dicit { Priores.n. dialecticæ participes nõ erant } Et p priores Pythagoricos intelligit: qui dialecticæ erant ignari. Ex his patet cauſa ſecũdę differentiæ. Auerroes uero ſuper hac parte { Vnũ igitur & numeros } uerũ textum habens exponit falſo. Nã uult Platonẽ aſſeruiſſe unum & numeros eſſe partes rerum ſenſibilium, & non ut dixerunt Pythagorici, quia Plato uoluit unum & numerum eſſe partes formales rerum ſenſibilium, dicit ſecũdo Platonẽ ueniſſe tam ad ideas, q̃ ad mathematica ex peritia, quam habebat in arte definiendi. Q_ũ res extra animam ſingulares, & ſenſibiles ſunt tranſmutabiles, quarũ eſſe nõ poſſunt definitiones. Cum definitiones ſint rerũ ſempiternarum. Et quia formæ apud nos .i. rerum ſenſibilium, quæ ſunt apud nos, ſunt coniunctę cum materijs, iudicauerunt q̃ natura earũ .i. idearũ nõ ſit alia a natura numeri. Horum, quæ Auerroes ait, Primũ eſt falſum, nã Plato nõ ponit ideas, nec unũ nec numeros partes rerũ ſenſibiliũ, nec hoc dicit textus eius, nec noſter. Secundũ uero quod ait, ſtare poteſt, Nam cũ Ariſtoteles ait { ob cõſiderationẽ fuit, quę in rationibus ſit } poteſt intelligi ob peritiam fuit, q̃ eſt in definitionibus .i. in ea parte logicæ, q̃ docet definire, quã partẽ Plato habebat, Pythagorici uero nõ. Tertium uero quod cõcludit, uidelicet q̃ natura idearum ſit natura unius & numerorum, diſputabitur alias de mente Platonis.

Dualitatem autem alteram naturam feciſſe, ex eo fuit, quia numeri præter primos apte ex ipſa perinde ac ut ex ſigillo quodam fiunt ac generantur. *Sigillum ἐκμαγεῖον effigies.*

Cũ aſſignaſſet cauſam ſecundę differentiæ, nunc aſſignat cauſam primę, ut Expoſitor inquit, pro cuius rei euidẽtia accipienda ſunt quędam ex ijs, quæ Alexander hic ait. nã omnia, quæ dicit referre, eſſet nimis, & fortaſſe nõ ſatis utile: cũ non faciant ad ueritatem, quã quærimus. Primo ergo Alexãder accipit numeros eſſe priores entibus, quod ex ijs q̃ Plato ait, deducit, nam corporibus ſuperficies, q̃ plana uocat, ſunt priores, ſimpliciores.n. corporibus ſunt. Superficiebus eadem ratione lineæ, lineis puncta, quæ a mathematicis ſigna, ab ipſo Platone unitates appellantur: quę ſimplices omnes ſunt, nec habent quicquam ante ſe. At unitates numeri ſunt. Igitur numeri ſunt priores entibus. Secundo accipiamus ex ijs, quæ Alexander inquit, ideas eſſe numeros, nam priora rebus ſunt numeri, ut deduximus, priora rebus ſunt ideæ. Quoniam res quæ fiunt ad exemplar idearum efficiuntur, & ab ipſis habent eſſe. Igitur per ſyllogiſmum in tertia figura ideę ſunt numeri. Ex his deducimus tertium, quod Alexander deducit, ut numerorum principia idearum principia ſint apud Platonem. Quare unitatem atque dualitatem idearum, & numerorum principia eſſe quarto dẽducendum eſt. Q_uibus ita exiſtentibus, Plato unum & dualitatem idearum, numerorum, ac rerum omnium principia eſſe ſtatuebat. Tunc uenio ad uerba Ariſtotelis { Dualitatem autem alteram naturam feciſſe } Expoſitor ſubaudit ab ideis. Nam Plato fecit dualitatem eſſe numerum, quæ eſt altera natura a natura idearum., melius fortaſſe ſubaudiendum eſt ab ipſa unitate. Eſt enim dualitas altera natura a natura unitatis, & q̃ ſic intelligat in cauſa, quam aſſignat demonſtrat, & dicit, alteram naturam feciſſe dualitatem ab ipſa unitate { ex eo fuit, quia numeri præter primos apte ex ipſa } .ſ. dualitate { perinde ac ut ex ſigillo quodã fiunt, ac generantur } qui non generantur ex ipſa unitate: Igitur dualitas eſt altera natura ab ipſa unitate. Et cum dicit { præter primos } intelligit præter impares, ut Alexander exponit. Primi enim numeri ſimpliciter dicuntur, qui ſola unitate menſurantur, ut tertij, quinti, ſeptimi, & cæteri id génus: Cum enim ſola unitate menſurentur, quæ non eſt numerus, impares primi numeri dicuntur, cõpoſiti uero numeri, quos numerat dualitas, quę eſt numerus, ut omnes pares. Sic igitur, ut Alexander inquit, primos numeros ſimpliciter appellauit omnes numeros impares. Hi enim priores quã pares eſſe conſueuerunt, primi uero, quos nullus numerus numerat, cum ſola unitate menſurentur, & nullus eorũ dualitate generetur. Siquidẽ addita unitate cuiq; numero pari, impares numeri generantur. Additur autẽ unitas, ut principium: Hoc.n. cõſtituit ſpeciem, nec ſubijcitur, ut materia. Cæterum, ut magnũ & paruũ uno definita dualitas eſſe dicebantur, ſic utrunq; illorum uno terminatum unitas

ipſius

*Que Auer. Cõmen. 8.*



ipſius uocatur. Cum ergo dixit { præter primos } intellexit præter ſimpliciter primos, ut ſunt impares, qui ſola unitate menſurantur. omnes autem alij a primis, ut pares generãtur numero ſuper numero addito. Ita quoniam ipſorum generatio eſt ex duobus numeris, ex dualitate effici uidentur. At uiciſſim numeri ſimpliciter primi, quia non ad hunc modũ generantur, ex dualitate generari negantur. Sed dices, tunc non uem nõ erunt primus numerus ſimpliciter, qm̃ conſtant ter tribus, & quidem ter q̃q;. Igitur nullus iſtorũ erit primus numerus. Dicendũ q̃ tria nõ eſt primus numerus, ſed duo, cũ igitur nouem cõſtent octo & unitate, q̃ nõ eſt numerus: Ideo dicitur primus numerus. quindecim etiam cõſtat quatuor decim & unitate: Propterea dicitur primus numerus, Licet igitur cõſtet ter tribus, nõ tamen primo, ut Alexander inquit, cũ etiam dixit { quia numeri præter primos apte ex ipſa perinde ac ut ex ſigillo } quod Græce dicit ἐκμαγεῖον { fiunt ac generantur } Ideo dixit ex dualitate ueluti ex ſigillo pares omnes fieri, quoniam ut ſigilla, & formæ quibuſcunq; imprimuntur ea reddunt ſibi ſimilia, ſit dualitas quaſi ſit quoddã ſigillũ, numeros, quę poſt ipſam ſunt, generat duo duplumq; efficiens, cuicunq; apposita fuerit. Addita.n. uni efficit duo, quia bis unũ eſt duo, duobus uero quatuor, Bis.n. duo ſunt quatuor. Tribus ſex, Bis.n. tria ſunt ſex. Similis eſt cæterorũ ratiõ. Ergo dualitas eſt ueluti ſigillum, qm̃ omnes numeri, quos generat, ſibi ſimiles efficit. Auerroes ſuper hac parte, exponit primo cur Plato uocet dualitatẽ eſſe alterã naturam & aſſerit, quia eſt ex natura materiæ, nõ ex natura formæ. Et ſic hæc eſt tertia expoſitio. Nam Expoſitor aſſerit Platonẽ. Voluiſſe dualitatẽ eſſe alterã naturam a natura idearum, nos uero diximus eſſe aliam naturã ab unitate, ut ratio, quã ſubdit, explicat. Auerroes ait dualitatẽ eſſe aliam naturã a natura formæ, quia eſt de natura materię. Secundo Auerroes aſſignans cauſam, quare dualitas ſubeat naturã materiæ, dicit, quia ex ea generantur numeri pares, ſicut res generanẽ a ſuo exẽplari nõ generatione naturali. Quod cur dicat nõ generatione naturali, non eſt mihi exploratũ. Immo Plato aſſerit ex dualitate fieri omnes numeros pares uera ac naturali generatione, ut ex ſigillo. Tertio dicit, q̃ dualitates ſit cauſa infiniti, fortaſſe quia parẽ numerũ efficit, quẽ Pythagorici infinitum uocant. Hæc autẽ duo dualitati ineſſe ait uidelicet, q̃ ſit altera natura uidelicet materia, & q̃ ſit cauſa infiniti, nõ ſicut accidens. & aſſignat cauſam, dicit, qm̃ ſi hoc eſſet accidens dualitati, & intellige ſi illa duo eſſent accidẽtia per accidens dualitati, nõ ſemper inuenirenẽ in dualitate, cuius rationẽ aſſignat, quia quod inuenitur in aliqua re accidentaliter, ideſt ut accidens per accidens eſt e contrario, qm̃ raro inuenitur, hoc eſt poteſt plerunq; nõ ineſſe: ut ſecundo phyſicę auſcultationis declarauimus. Hoc quod ait errore ſuæ translationis dicit, Nã licet ſit in ſe uerũ, nullo pacto cõuenit uerbis Ariſtotelis, ut patet cõſideranti uerba Græca. Etiam quod in ſua trãslatione dicit, loco horum currere in Græco albũ .i. locũ uacuũ nõ ſcriptũ, dat nobis intelligere nõ eſſe credendũ ſuis translationibus, nec ſuis expoſitionibus, qm̃ translator Arabicus nõ habebat Græcum codicẽ emendatũ: & ita cũ translationes eſſent corruptæ ac mutilatæ, expoſitiones non poterant eſſe bonæ. Hæc igitur eſt cauſa errorũ Auerrois in his omnibus, quæ expoſuit in his Libris.

*Dubitatio.*

*Soluio.*

*Cõmen. 44.*

*Cauſa erroꝝ Auer. in oĩbus, q̃ expoſuit i his lib.*

Fit tamẽ idipſum e contrario. Nõ enim rationi conſentaneum eſt ita. Nam ex materia quidẽ nunc multa faciunt. Species autem ſemel generat duntaxat.

Cũ narraſſet cauſas, quibus Plato motus eſt dicere unitatem, & dualitatẽ eſſe rerum principia, nunc oſtẽdit irrationabilitatẽ opinionis Platonis. Nam Plato, ut Expoſitor inquit, dixit duo, quæ nõ ſunt rationi cõſentanea, Primum eſt, q̃ ex parte materię poſuerit dualitatẽ. Vbi cõſentaneum fuiſſet rationi ponere unitatẽ, qm̃ omnes unam materiam eſſe dicunt, q̃ ſucceſſione recipit omnes formas. Secundũ eſt, q̃ ex parte formæ poſuerit unitatem, ubi conſentaneum rationi eſt, ut ſit dualitas, qm̃ ex parte formę eſt contrarietas, quæ in dualiate conſiſtit. Iuxta hanc expoſitionẽ, dicit { Fit tamẽ idipſum } .ſ. quod Plato arbitratur { e contrario } & primo quantum ad illud, quod dicit de dualitate materiæ { Non.n. rationi cõſentaneum eſt ita } .ſ. ut in materia ſit dualitas { Nã ex materia quidem } quæ una numero eſt { nunc } philoſophantes naturales { multa faciunt } .ſ. ſucceſſione { Species autẽ } .i. forma { ſemel generat duntaxat } .i. una tantũ unũ ſemel cõpoſitum efficit, plures autẽ & diuerſæ plura. Et ſic rationabile uidetur ex parte materiæ eſſe ponendã unitatem, ex parte uero formæ dualitatẽ atq; contrarietatẽ. Alexander autẽ aliter exponit, aſſerit. n. Platonẽ poſuiſſe dualitatem ex parte materiæ, & unitatẽ ex parte formæ: quorũ contraria ſunt rationabiliora, & uult q̃ primo reſumat ab ſurditatẽ, ſecundo repetat ea abſurda, quæ dixit, Tertio explicet abſurditatem. Quantũ ad primam partẽ dicit { fit tamẽ id ipſum } .ſ. quod Plato dicit { e contrario. Nõ.n. rationi conſentaneũ eſt ita } dicere. ſ. ea, q̃ Plato dicit, Deinde repetit illa abſurda, q̃ Plato differit quorũ primũ explicat, & dicit { Nã ex materia quidẽ nunc } .i. Platonici, qui nunc ſunt { multa faciunt } ex dualitate. n. qua pro materia utuntur, omnes pares numeros generant: Ergo ex materia multa faciunt, nõ quidẽ ſimul, ſed ſucceſſione. Deinde explicat ſecundũ, & dicit { Species autẽ } q̃ unitas & forma eſt { ſemel generat duntaxat } .i. at forma licet una numero ſit. Cõplures tamen formas efficit, nã unitas addita diuerſis paribus diuerſos ac plures facit impares. Sed ſemel uni pari addita, nõ niſi unũ imparem efficit, pluribus autẽ ſi addatur, plures impares generat. Et ſic patet Platonẽ poſuiſſe ex parte formæ unitatẽ. Hæc de repetitione eorum, quæ Plato opinatus eſt. Ex his patet Ariſtotelẽ reſumpſiſſe abſurditatem, non autẽ illam explicaſſe.

Sed uidetur ex una materia una menſa eſſe. Qui uero formam affert, unus cum ſit, multas facit: qui quidem ſimiliter ſeſe habet, atque mas ad fœminã. Nam hæc uno coitu impletur. At mas plures implet. Et tamen hę imitationes principio rum illorũ ſunt. Plato igitur de ijs, q̃ quæruntur, hoc pacto determinauit. *Tex. 9.*

Vt ſectemur expoſitionẽ Alexandri, nunc explicat abſurditatem illorum duorum, & primo quantũ ad dualitatẽ, quã poſuit ex parte materiæ, dicit { Sed uideẽ ex una materia eſſe una menſa } Igitur ſicut poteſt eſſe una mẽſa multorum, ſic una materia poteſt recipere multas formas, nõ ſimul, ſed, ut dictũ eſt, ſucceſſione. Verbũ mẽſa Græce eſt τράπεζα, quæ ſi conuertitur menſura, ut antiquus translator, & Byzantius trãſtulerunt: obſcurus redditur uerborũ ſenſus. Ergo ex parte materiæ rationabilius eſt ponere unitatem, ſicuti ex parte menſę. Deinde oſtẽdit irrationabilitatẽ ſecundi, & aſſerit ex parte agentis poſſe poni unitatẽ, non autẽ ex parte formæ, cũ unum agens ſit, quod poteſt plures formas generare, & dicit { Qui uero formã affert } .i. agens { unus cum ſit, multas facit } .ſ. formas, igitur rationabilius eſt ponere ex parte formarum pluralitatem. Quod autẽ unus agens plures efficiat formas, ſubdit per exemplũ, & dicit { qui quidẽ } agens. ſ. { ſimiliter ſeſe habet, atque mas ad fœminam. Nam hæc uno coitu impletur } pro uno fœtu, & pluribus pro pluribus, ſed non ſimul { At mas } uno die { plures implet } ergo ex parte formæ rationabilius eſt ponere pluralitatem. Ex parte autem materię unitatem. Sed quia tu poſſes credere hoc exemplũ, quod accepit de mare & fœmina, eſſe omnino idẽ cũ eo, ad cuius propoſitũ ipſum induxit, ſubdit { & tamẽ hę } .ſ. cõparationes maris & fœminę, & fœturarũ { imitationes illorum principiorũ ſunt } .ſ. fœminæ cũ materia, & fœturarũ cũ for-

mis, non tamen sunt identitates, ut ita dixerim. Quare ut similia, & non, ut eadē accipias. Tunc epilogat, & dicit ¶ Plato igitur de ijs, quæ quæruntur, hoc pacto determinauit ¶

Quæruntur autem principia atque causæ rerum. De principijs igitur hæc a Platone tradita sunt. Sed circa finem huius textus quæritur, unde accidat discrimen inter naturales philosophos, & Platonicos: ita ut illi unam materiam, & plures formas, Platonici plures materias, & unam formam posuerint. Expositor affert causam q̄ naturales philosophi considerauerint principia ex transmutatione, quam inuenerunt in rebus sensibilibus: in qua unum subiectum successiue uiderunt accipere contraria, & propterea ex parte materiæ unitatem, ex parte uero formæ pluralitatem posuerunt. At Platonici considerauerunt principia ex parte uniuersalium, ex quibus deuenerunt ad ponenda rerum principia. Nam cum uidissent discrimen multorum singularium sub uno uniuersali proficisci ex parte diuersitatis in materia, posuit diuersitatem ex parte materiæ: & unitatem ex parte formæ. Hæc expositio certe est ingenio plena & pulchra, tamen mihi est aliquo pacto dubia. Quoniam per hanc Expositoris causam bene potest colligi cur Plato posuerit diuersitatem ex parte materiæ, sed non cur posuerit dualitatem: immo fortasse per hanc expositionem cogetur Plato ponere infinitas materias, sicuti infinita sunt singularia: quæ diuersis materijs constant. Propterea cum Alexandro ubi supra dicendum, Platonem ex parte materiæ posuisse dualitatem, ex parte formæ unitatem: quoniam putauit eadem esse numerorum principia, & rerum sensibilium, & quia principium numerorum, ut materia est dualitas, ut forma uero est unitas, ut exposuit Alexander superius, ideo rerum ex parte materiæ posuit dualitatem, ex parte formæ unitatem. At naturales non concedunt eadem esse numerorum principia, & rerum sensibilium, sed sensibilia quo transmutantur, cōstare ex subiecto transmutationis, quod est unum, & ex formis, quæ sunt diuersę in diuersis. Et sic ex parte materiæ unitatem, ex parte formæ pluralitatem concesserunt.

Quo uero ad uerba attinet, uerbum imitationes Græce est μιμήματα, in scriptura Byzantij reperi mutationes, sicut etiam in translationibus, quas Expositor exponit. Vbi Expositor laborat, & exponit per mutationes participationes, ut sit sensus ¶ & tamen hæ ¶ siue hæc. s. quæ mas generat in uno die diuersa in diuersis fœminis mutationes sunt, idest participationes illorum principiorum, idest idearum. Vel influentię illorum principiorum in ipsa causata. Hæc expositio esset conueniens, si Aristoteles loqueretur in opinione Platonis: at nunc loquitur contra Platonem explicando absurditatem, quam proposuit. Propterea aliter per mutationes, opinionis mutationes interpretatur, quam naturales habebant de principijs, ut sit sensus ¶ & tamē mutationes principiorum illorum sunt ¶ quæ posuerunt naturales. Mutauit enim illa eorum principia in sua principia. Quæ expositio quantum conueniat, tu considera. Quare exponendus hic locus est, ut diximus, ut uelit dicere q̄ hæc, quæ diximus de fœturis & fœmina, sint non eadem omnino materiæ, & formis, sed illorum principiorum imitationes: atque comparationes: quasi uelit se excusare, si similitudines non currant quatuor pedibus. Auerroes autem super prima parte uidelicet ¶ sed uidetur exuna materia ¶ conqueritur de mutilatione textus Græci asserens textum repertum esse abscisum de libro Græco, dicit tamen q̄ natura rerum, quam Plato dixit in dualitate consistere, assimilatur naturæ maris, qui facit multitudinem. Secundo dicit q̄ hæc imitatione sunt, idest exempla & comparationes, quasi innuat exemplum de mari non currere quatuor pedibus, sed esse positum, ut sentiant, qui discunt. Circa primum igitur quod dicit, puto mutilationem non esse ortam ex mutilatione, quæ reperitur in Græcis codicibus, sed potius ex incuria translatoris, ut ipse met dicit alibi. Secundo puto non bene dixisse, Exemplum enim quod inductum est de mari, potius est inductum ad ostendendum ex parte formæ esse multitudinem, & non ad ostendendum unam esse naturam, ut patet in expositionibus, quas dedimus. Quantum uero ad secundum eius dictum recte dicit, Nam Aristoteles quasi se excusando de exemplo, dicit exemplum esse positum, non ut ita sit, sed ut intelligatur illud, pro quo positum est. Reliqua quæ dicit in presenti cōmento, nec sunt ad uerba sui textus, nec ad uerba nostri. Iccirco ad expositionem nullum fructum afferunt. Dicit tamen in illis, quæ blaterizat, tria, quorum primum est q̄ Plato definiendo ideas uoluerit, ideas esse rerum principia in duplici genere causæ. uidelicet ad modum efficientis, & ad modum formæ. Et etiam addas ad modum exemplaris, ut postea dicemus. Et cum dicit ad modum formæ, intelligit non quidem informantis materiam, Nulla enim idearum est forma materiam informans, sed formantis, quatenus efficit formam, quæ informat materiam. Secundum quod dicit, est, speciem hominis non esse formam eius tantum, ut intendebat Plato, sed compositum ex materia & forma, & tu intelligas cum species accipitur concretiue concretione ad suppositа sibi individua. Nam cum accipitur quiditatiue species nihil aliud est quam forma hominis, vt septimo huius dicetur. Tertium quod ponit, est conditio requisita quæstioni, quæ sit de principijs, & est, vt quærenda sint principia, quæ conueniant omnibus apparentibus, quæ insunt in re, quoniam tunc uidentur esse uera. Cum enim posteriora, quæ sunt effectus, significant priora, quæ sunt principia, tunc uerum erit priora esse principia posteriorum. Verum de his libro octauo physicæ auscultationis dictum est, & secundo libro huius iterum dicemus. Hæc licet sint preter textum nolui ea tacere.

Q ue Auer. Cōmen. ix.

Cōmen. xi.

Patet autem ex dictis ipsum duabus solum causis esse usum, & ipso quid est, atque materia. Ipsius enim quid est cæteris species sunt causæ. Speciebus uero unum.

Ex his, quæ dixit, concludit quot causis sit usus Plato, & dicit ¶ Patet autem ex dictis ¶ ex quatuor causis, quas explicauit Aristoteles ¶ ipsum ¶ .s. Platonem ¶ duabus solum esse usum ¶ quas explicans, dicit ¶ & ipso quid est ¶ idest causa formali ¶ atque materia ¶ idest & ipsa causa materiali. Deinde explicat rationem, & primo in causa formali, & dicit ¶ Ipsius enim quid est ¶ idest ipsius formæ, quæ est quid est ¶ cæteris ¶ scilicet sensibilibus ¶ species ¶ idest ideę ¶ sunt causæ ¶ Ideæ enim sunt causæ formales sensibilium, inquantum in eis formam efficiunt ¶ Speciebus uero ¶ idest ideis, causa formalis est ipsum ¶ unum ¶ ut materia uero causa idearum est dualitas: quæ etiam sensibilibus causa est materialis, de qua statim. Est igitur ordo, q̄ unum & dualitas sint causæ idearum, unitas quidem ut forma, dualitas autem ut materia. Hæc eadem causæ sunt sensibilibus ideis mediis unitas uidelicet ut forma, dualitas ut materia. De materiali causa in sequentibus, in presenti textu de causa formali sit dictum in tantum. Quanquam, ut Alexander inquit, in quibusdam exemplaribus ita scriptum reperitur ¶ Ipsius. n. quid est, cæteris quidem formæ sunt causæ. Scientibus autem unum, & formæ materia ¶ & per cæteros eos esse intelligit, qui ignorant Platonem sensisse unum, & subiectam materiam principia esse, & ipsum unum causam esse ideæ ipsius quid est. Sed prior scriptura, ut Alexander inquit, castigatior habetur, quæ declarat formas cæteris rebus causam esse ipsius quid est, formis autem ipsum unum. Et quidem illam lectionem uetustiorem esse, author est Aspasius, sed postea mutatam fuisse ad Eudoro, & Harmosto.

Et quæ nam est ipsa subiecta materia, de qua species, hæc quidem in sensibilibus, unum uero

in



in speciebus dicitur. Quoniam dualitas magnū & paruum sunt.

Cum dixisset Platonem duabus causis fuisse usum, postquam meminit causæ formalis, & quomodo hæc sit causa docuit, adducit secundam, & hanc ait esse materialem, & dicit ¶ Et quæ nam est ipsa subiecta materia ¶ quasi respondens dicit, est illa ¶ de qua species ¶ .s. dicuntur, idest quæ in specie constituitur per ideas, & formas: ut Alexander exponit. Deinde declarat causam formalem, & materialem non solum reperiri in ideis, sed per ideas in rebus sensibilibus, & dicit ¶ hæc quidem ¶ .s. ambæ causæ, quæ dictæ sunt materia uidelicet & formalis causa, dicuntur ¶ in sensibilibus ¶ .s. esse. Nam causæ idearum sunt causæ sensibilium ¶ unum uero ¶ .i. unitas uero ¶ in speciebus dicitur ¶ .i. in ideis dicitur causa formalis ¶ Quoniam dualitas ¶ q̄ est ut materia ¶ magnum & paruum sunt ¶ Ergo in ideis sunt tres causæ, ut forma quidem unitas, ut materia dualitas, quæ sunt magnum & paruū. Hæc eadem sunt principia sensibilium: Nam idearum & numerorum, & sensibilium eadem sunt principia: ut dictum est. Nolo te latere Alexandrum habuisse scripturam alio modo, sed quoniam illa uenit in idē, hæc sufficiant. Sed quæret aliquis cū Plato causam efficientem dixerit in eo loco, ubi ait, operę precium est igitur effectorem, ac patrē uniuersi inuenire, ac demonstrare. Nec cuius causa, & finē præterniserat, ubi rursus dixit, penes omnium regē cuncta sunt, & omnia illius causa, cur Aristoteles nullius harum causarū mentionem in Platonica opinione fecit. Dicendū hoc esse, quia Plato cum de causis loqueretur, hanc utranq̄ reticuit. Sic igitur agente, & finali usus est Plato, sed non eo loco, ubi egit de causis, uel quia eorum, quæ nascuntur & intereunt, has causas non ponit, nec̄ de ipsis accuratius dixit.

Questio.

Solutio.

Præterea eius, quod est bene, & eius, quod est male causam, elementis cuique suam reddidit: quod quidem & priorum quosdam philosophos magis quæsiuisse dicimus, Empedoclem uidelicet, & Anaxagoram.

Hoc quoq̄ de Platone refert q̄ causa bonorum, & malorum elementis tribuerit cuiq̄ suam, & dicit ¶ Præterea eius, quod est bene ¶ .i. bonorū ¶ & eius, quod est male ¶ .i. malorum ¶ causam elementis cuiq̄ suam reddidit ¶ bonorum quidem causam tribuit uni. Hoc enim est quod ipsum desinit, & in specie aut forma constituit. Malorum uero indefinitæ dualitati, quippe quæ per ipsum multitudinis & inæqualitatis, ac omnino infinitatis est causa. Et cum hæc dixisset de Platone, admonet nos quosdam etiam ante Platonem causam huiusmodi inuestigasse, decq̄ ea differuisse, & dicit ¶ qđ quidem & priorum quosdam philosophos magis quęsiuisse dicimus, Empedoclem uidelicet, & Anaxagorā ¶ quorum Empedocles non solum boni, sed mali etiam causa usus est per efficientis causæ participationem, ut de Platone docuit, Nam amorem bonorum, discordiam malorum causas asserit. Anaxagoras uero tum boni, tum etiam mali efficientem causam mentem esse statuebat.

Breuibus igitur summatimq̄ narrauimus & qui nam, & quo pacto de principijs, ac de ueritate ipsa dixerunt. Veruntamen tantum ex his habemus neminem eorum, qui de principio, causaq̄ dixerunt, præter ea, quæ in ijs, quæ de natura a nobis determinata sunt, dixisse.

Recolligendo breuibus ea omnia, quæ ueteres de principijs dixerunt, dicit ¶ Breuibus igitur ¶ .i. strictim ¶ summatimq̄ ¶ .s. per capita ¶ narrauimus, & qui nam ¶ .s. authores ante ipsum ¶ & quo pacto de principijs, ac de ueritate ipsa dixerunt ¶ contemplatricem philosophiam more suo, ut Alexander inquit, Aristoteles ueritatem appellat. Deinde quid boni ex ijs, quæ ueteres dixerunt de causis, colligere liceat, exponit: Asserens se iccirco quęstionem principiorum repetisse, ut doceret, nullum esse causæ modum, qui non cadat in quempiam ex quatuor in auditu physico demonstratis, quod hinc licet intelligere, quia omnes, qui de causis locuti sunt, aliquam ex his causis cōmemorarunt, qui licet nec dilucide neque distincte, sed obscure potius & implicite disseruerint, illas tamen aliqua ex parte attigisse uidentur. Nam in secūdo libro de physico auditu accuratius de quatuor causis disputatum esse in prōptu est intelligere. Quocirca dixit ¶ In ijs de natura sunt a nobis determinata ¶ ut ostēdat nullam causam præter memoratas in auscultatione physica a prioribus fuisse tactam, dicit ¶ Veruntamen tantum ex his habemus neminem eorum, qui de principio, causaq̄ dixerunt, præter ea, quæ in ijs, quæ a nobis de natura determinata sunt, dixisse ¶ Nullus enim eorum potuit addere aliquas causas præter illas, q̄ distincte sunt. 2. physicę auscultationis.

Sed obscure quidem omnes, aliqua tamen ex parte illa tetigisse uidentur.

Cum dixisset ueteres tetigisse causas non quidem omnes, sed quasdam, nunc subdit modum, quanam ratione tetigerint eas, quas tractauerint, & dicit ¶ Sed obscure quidē omnes ¶ .s. ueteres authores ¶ reliqua tamen ex parte illa tetigisse uidentur ¶ dixit ¶ aliqua ex parte ¶ quia non tetigerunt omnes causas, sed aliquas, dixit uero ¶ obscure ¶ quia nec dilucide nec̄ distincte, sed implicite tetigerunt. Quoniam licet tetigerint aliqua, quæ reduci possint ad aliqua causarum genera, tamen non distincte illa sub proprijs causarum nominibus complexi sunt: sicuti si quis uideret Carinum, quem ignoraret esse Carinum: sic ueteres aliqua, quę reducuntur ad nō nulla causarum genera, tetigerunt, q̄ tamē ignorauerunt esse in generibus causarū. Ea. n. q̄ sunt causæ tetigerunt, tamē nō tetigerunt ea sub ratione, qua sunt causæ. Vel fortasse dixit ¶ Aliqua tamen ex parte illa tetigisse uidentur ¶ quia omnia causarum genera tetigerunt, quia tamen nō sub proprijs causarum rationibus, Ideo dixit aliqua ex parte: & hæc expositio est consona ijs, q̄ dicturus est. Nā ostendet omnes causas tetigisse, licet non distincte sub proprijs rationibus causarū.

Quidam enim ut materiam principium dicunt, siue unum, siue plura supponant. Etiam siue corpus, siue incorporeum statuant. Veluti Plato quidem magnum dicens, ac paruum. Italici autem infinitum. Empedocles uero ignem & terram, & aquam, & aerem. Anaxagoras autem similarium infinitudinem. Itaque hi omnes talem causam tetigerunt. Præterea etiam qui aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidē densius, aere autem tenuius. Etenim sunt qui primū elementum tale esse dixerunt. Hi igitur solum hanc causam tetigere.

Cū assignasset modū, quo processerunt ueteres authores ad ipsas causas, nunc speciatim demonstrat, quo modo unū quodq̄ genus causę tetigerint, & primo quomodo tetigerint materiam ipsam, asserens eos, qui causam materialē ponebant, alios unā, alios plures posuisse. Itē quosdā corpus, alios incorporeum, quo in loco Platonem primū refert ex his, qui materiam incorpoream ponebant, & dicit ¶ Quidam enim ut materiam principium dicunt, siue unum, siue plura ¶ .s. principia ¶ supponant, etiam siue corpus, siue incorporeū ¶ .s. principium ¶ statuant. Veluti Plato quidē ¶ eorum. s. qui

plura & incorporea principia materialia ponunt { magnum dicens, ac paruum } deinde narrat Pythagoricos, & dicit { Italici autem } .ſ. qui ſunt Pythagorici { infinitum } hoc autem erat par, quippe qui numerus ipſis erat pro materia. Nam impar numerus finitus his habebatur, & formæ obtinens locum. Deinde tangit eos, qui materiale principium poſuerunt corpus, & non unum, ſed plura, & dicit { Empedocles uero ignem & terram, & aquam, & aerem. Anaxagoras autem ſimilarium infinitudinem } .i. infinita ſimilaria. Hic. n. ex eorum numero fuit, qui principium materiale, corpus eſſe ſtatuebat, quoniam unum quodq; ſimilare corpus eſt, nec unum materiale principium, ſed plura, quia infinita tetigit.

Deinde quaſi epilogando, dicit { Itaq; hi omnes talem cauſam tetigerunt } .ſ. materialem. Leucippi & Democriti ſententiam reticuit, q̃bus placebat corpus & incorporeum materiam eſſe, inane uidelicet pro incorporeo, plenum uero pro corpore, quoniam de his ſupra ſermo habitus eſt. Deinde narrat eorum opiniones, qui dixerunt materiale principium eſſe unum corpus, & dicit { Præterea etiam qui aerem, aut ignem, aut aquam, aut } medium { igne quidem dẽſius, aere autem tenuius } uidelicet uaporem poſuerunt unum materiale principium & corpus conſtituunt { Et. n. ſunt, qui primum elementum } .i. principium materiale, quod eſt primũ elementum { tale } .ſ. medium inter ignem, & aerem { dixerunt } ut Anaximander. Demum quaſi epilogando dicit { Hi igitur ſolum hanc cauſam tetigerunt } & per hos intelligit eos, de quibus dicit, Præterea etiam qui aerem, aut ignẽ, aut aquam, aut igne quidẽ denſius, aere uero tenuius poſſere. Nam hi ſolam cauſam materialem tetigere. Cæteri uero his priores non ſolam cauſam materialem poſuerunt, non Anaxagoras, non Pythagorici, non denicq; Plato.

**Quidam uero alij eam, unde eſt principium motus, qui amicitiam, & diſcordiam, aut mentẽ, aut Cupidinem principium faciunt.**

Nunc enumerat eos, qui meminerunt eius cauſæ, quæ eſt unde principium motus, quæ quidem eſt efficiens, & dicit { Quidam uero alij } tetigerunt ſubaudi { eam, unde eſt principium motus } ut .ſ. { qui amiciam, & diſcordiam } ſubaudi afferebant { ut Empedocles: aut mentem, ut Anaxagoras, aut } ἔρωτα .i. amorem, qui dicitur { Cupido } ut Parmenides, & Heſiodus. Nam ἔρος per o micron, ſignificat amorem beneuolentiæ. Expoſitor habebat textum ſuperfluum, uidelicet { aut extra hæc } quem in græcis codicibus non inuenimus, nec illius Alexander meminit. Sed uidetur q̃ amor ſit cauſa finalis, quoniam mouet amantem, ut quid appetendum. Nõ ergo recte poſuerunt amorem efficientem cauſam. An amor accipi poteſt ex parte deſiderantis, & ſic ſe tenet ex parte cauſæ efficientis, & hoc pacto de amore locuti ſunt, nam ut ſic eſt effectrix cauſa. Aut poteſt accipi, ut ſe tenet ex parte rei amatę, & ſic mouet, ut finis, & ſub hac ratione non ſunt locuti uetereres. Nam ſub hac ratione amorem mouere non cognouerunt. hanc reſponſionem puto intellexiſſe Alexandrum. Quod ſi aliter intellexerit, tu habebis duas ſolutiones.

**Quod quid erat eſſe uero & ſubſtantiam dilucide quidem nemo reddidit. Maxime uero hi dicunt, qui ſpecies & quæ in ſpeciebus ſunt, ponunt. Neque enim ut materia ipſis ſenſibilibus, ideæ ſunt, & quæ in ſpeciebus, neque ut unde motus principium factũ eſſe exiſtimant. Immobilitatis enim cauſam magis, & ut res ſint in quiete, autumant. Sed quod quid erat eſſe cuiq; aliorum ſpecies præſtant. Speciebus autem ipſum unum.**

Cum dixiſſet eos, qui tetigerant cauſam materialem, nũc affert eos authores, qui tetigerunt cauſam formalem: & dicit { Quod quid erat eſſe uero & ſubſtãtiam dilucide quidem nemo reddidit } & per quod quid erat eſſe, & ſubſtantiam formalem cauſam intelligit. Dicitur enim formalis cauſa τὸ τί ἦν εἶναι καὶ οὐσία, ideſt quod quid erat eſſe & ſubſtãtia, quod quid erat eſſe quidem, quoniam eſt cauſa, perquam ſcitur quid eſt eſſe rei. Et potius per præteritum erat, q̃m per præſens eſt, ut notetur coæternitas formalis cauſæ cum eo, cuius eſt formalis cauſa. Nam formalis cauſa erat cum re ſemper. Dicitur uero ſubſtantia, quoniam formalis cauſa eſt totius compoſiti ſubſtantia, & eſſentia. Materia. n. potius facit ad non eſſe, & dixit { dilucide quidem } nam Empedocles, qui poſuit os, & carnem habere aliquam rationem, per quã ſunt talia, tetigit formalem cauſam. Nõ tamen id ponebat, ut attinet ad formalem cauſam: & ſic non dilucide, ſed obſcure tetigit formalem cauſam. Deinde explicat eos, qui aperte tetigerunt formalem cauſam, & intelligit Platonem, & dicit { Maxime uero } .i. plus, cæteris dilucidius { hi dicunt } .ſ. formalem cauſam { qui ſpecies } .i. ideas { ponunt, & } ponunt etiam { quæ in ſpeciebus ſunt } & intelligit per ea, quę in ſpeciebus ſunt, ea, quæ ſunt idearum principia. Hæc enim quæ in ideis ſunt principia, elementa etiam dicuntur, quippe cum elementa non de ſola materia dicantur. Diſcordia enim & amicitia per Empedoclem elementa ſunt, & in elementis habentur: quæ tamen non ut materia ſunt. Sunt autem hæc numerus, & unitas. nam numerus & unitas apud Platonem ſunt idearum principia, & elementa. Deinde explicat quod dixerat, & dicit { Neque enim ut materia ipſis ſenſibilibus ideæ ſunt, & quę in ſpeciebus } .i. ideis. Cum materia ſit, quę ineſt. at neque ideæ, neque principia idearum, ut Alexander inquit, in ſenſibilibus habentur. Igitur nec ideæ, nec idearum principia ſenſibilium materiæ eſſe poſſunt. Deinde demonſtrat, q̃ ideæ nec ſint cauſa effectrix ſenſibiliũ, & dicit { neq; unde motus principium factum eſſe exiſtimant } .ſ. ideas ipſas, uel quæ ſunt in ideis. Nam efficientis munus eſt mouere. Ideæ uero per Platonem quietis potius, & immobilitatis cæteris ſunt cauſę. Ideo dicit { Immobilitatis enim cauſam magis, & ut reſ ſint in quiete } ideas. ſ. & quæ ſunt in ideis, exiſtimant: atq; { autumant } Niſi. n. ideæ ſenſibilibus immobilitatem pręberent, ſenſibilia definiri non poſſent per ideas. Definibile. n. oportet, ut immobile ſit, ac inuariabile. Igitur ideæ ſi ſenſibilibus prębent definitiones, etiam immobilitatem ac inuariabilitatem ſenſibilibus prębebunt. Sed contra, nam ideæ prębent formas ſenſibilibus ipſis, igitur ſenſibiliũ ideę ſunt effectrices cauſæ: quaſi reſpondens afferit ideas effectrices cauſas eſſe formæ, quatenus formæ efficiuntur exemplo idearum, non tamen ſunt cauſę motus, dicit { ſed quod quid erat eſſe } .i. formam { cuiq; aliorum } .ſ. ſenſibilium { ſpecies præſtant } .i. ideæ dant: quatenus ad ipſarum exemplar efficiuntur. Et ſic cauſæ efficientes eſſe poſſunt, non tamen principium unde motus { Speciebus autẽ } cauſa uidelicet formalis eſt { ipſum unum } Expoſitor autem exponit ideas prębere ſingulis ſenſibilibus quiditatem per modum cauſæ formalis, & nõ per modum cauſæ efficientis. Veluti ipſa unitas prębet ideis quod quid erat eſſe. Alexãder tamen expoſuit primo modo. Et uidetur rationabilius, quoniam ideæ nõ poſſunt eſſe cauſæ formales ſenſibilibus inexiſtẽtes, ſed quatenus ſenſibilium formas formant. formare autẽ efficere eſt.

**Id uero gratia cuius actiones, & mutationes, & motus ſunt, aliquo quidem modo cauſam eſſe dicunt, ſic autem non dicunt. Nec eo modo, quo ſua natura flagitat. Qui nanq; mentem dicunt, aut amorem, ut bonum quidem aliquod has cauſas ponunt: Nõ tamen, ut horum gratia aliquod entium ſit, aut fiat, ſed ut ab his horum motus**





**eſſe dicant. Similiter autem ut & qui unum, aut ens dicunt eſſe huiuſmodi naturam, cauſam qui dem ſubſtantiæ eſſe aſſerunt, non tamen huius gratia aut eſſe, aut fieri. Quare accidit eis aliqua ex parte dicere, & non dicere bonum eſſe cauſam. Non enim ſimpliciter, ſed per accidens dicunt.**

Nunc de cauſa finali, quæ eſt ipſum bonum, & cauſa rerũ quaſi finis, agens, docet neminem priorum de hac cauſa prodixiſſe. Nam & ſi bonũ cauſam eſſe quodãmodo dicunt, non tamen, ut finem, & quaſi huius graria cætera fiunt, quemadmodũ bonum cauſam eſſe eſt idoneum, ſed ipſo, ut cauſa efficiente utuntur: & dicit { Id uero gratia cuius actiones, & mutationes, & motus ſunt cauſam eſſe dicunt } Probatur, de bono loquuntur: bonum eſt finis, & cuius gratia: Igitur de fine, & cuius gratia loquuntur. Vel ſic, Bonũ cauſam eſſe dicunt: Bonum eſt finis, & cuius gratia: Igitur finẽ, & cuius gratia eſſe dicunt. Quod autem bonũ cauſam eſſe dicant, patet, quia amorem Empedocles, mentem Anaxagoras cauſas eſſe dicunt: Amor autem & mens bona ſunt: Igitur bonum cauſam eſſe dicunt. Inſuper Plato unum aut ens cauſam eſſe dicit: At unum & ens bonum eſt: Igitur bonum cauſam eſſe dicit. Quod uero bonum ſit finis, & cuius gratia, patet, quoniam bonum eſt, quod omnia appetunt primo Ethicorum. Pro ſolutione Ariſtoteles premittit nos poſſe loqui de bono per ſe .i. quatenus bonum eſt, & ſic eſt finis, & cuius gratia: aut per accidens, quatenus eſt amor, uel mens, uel unum, & ſic eſt cauſa aut agens, ſi accipitur pro amore, aut pro mente, aut formalis, ſi accipitur pro uno, uel ꝓ ente. Antiqui ergo locuti ſunt de bono nõ per ſe, ut eſt bonũ, quoniam ut ſic locuti eſſent de cauſa finali. Sed de bono, ut eſt aut amor, aut mens, aut unum, & ſic non ſunt locuti de cauſa finali per ſe, ſed accidens, quatenus ſunt locuti de bono, non quo eſt bonũ, ſed quo eſt amor uel mens. Vt enim loquuntur de bono, ſic loquuntur de fine, loquuntur autẽ de bono non per ſe, quatenus bonum, ſed per accidens, quatenus eſt amor, uel mens. Igitur loquuntur de fine per accidens. Dicit { ſic autem nõ dicunt, nec eo modo } .ſ. de cauſa finali dicunt { quo ſua natura efflagitat } .i. per ſe, ut cauſa finalis eſt: ſed per accidens, ſicuti per accidens loquuntur de bono. Quo. n. modo de bono ipſo loquuntur, eo modo loquuntur de finali cauſa. Loquuntur de bono per accidens: Quod probat, & dicit { Qui nanq; mentem dicunt } ut Anaxagoras { aut amorem } ut Empedocles { ut bonũ quidem aliquod has cauſas ponunt } cum & amor, & mens bonum ſit { Nõ tamen } ponunt amorem & mentem bonum { ut horũ gratia } .i. mentis & amoris { aliquod entium ſit, aut fiat } quod eſt dicere, ut cauſam finalem { ſed ut ab his } .ſ. amore, & mente { horum motus eſſe dicant } .i. ſed ut cauſam efficientem, quæ eſt principium unde motus. Deinde idem exponit in opinione Platonis, & dicit { Similiter autem ut & qui unũ aut ens dicunt eſſe huiuſmodi naturam } .i. bonum. Plato. n. dicit unum & ens, eſſe bonum, cum diceret unum & ideam. Platonici igitur qui ſic dicunt { cauſam quidem ſubſtãtiæ } .i. formæ { eſſe aſſerunt } & ſic uolunt bonum eſſe cauſam formalem { non tamen } ponunt bonũ eſſe cauſam { huius gratia aut eſſe, aut fieri } .i. non tamen bonũ ponunt cauſam finalem, ſed formalem. Idea. n. & unum ſunt formales cauſę ſenſibilium. Tunc ad formam reſpondens, dicit { Quare accidit eis aliqua ex parte dicere, & } aliqua ex parte { non dicere bonũ eſſe cauſam } & exponens quo modo, dicit { Nõ enim } bonum { ſimpliciter } .i. per ſe quatenus eſt bonum dicunt eſſe cauſam, quoniam ſic loquerẽtur de bono, ut cauſa finali { ſed per accidens dicunt } quoniam non de bono, quo bonum eſt, ſed quo eſt amor, uel mens, uel unum. Nam ut dictum eſt, quomodo loquuntur de bono, ſic loquuntur de fine, loquuntur autem de bono, non quatenus eſt bonum ſed quo eſt amor, uel mens, uel unum: & ſic loquuntur de bono per accidens. Igitur locuti ſunt de cauſa finali per accidens. Sed quæret aliquis, ſi Plato in Epiſtolis dicit, penes omnium regem cuncta, & huius gratia omnia ſunt. Quomodo his uerbis non dicit bonum eſſe cauſam, ut finem? aut ſi dicit, quomodo Ariſtoteles dicere negat? Ariſtoteles met reſponder in calce huius libri, cum dicit uniuerſos uideri cauſas quærere, quanuis obſcure: & ſic Plato poſuit finalem cauſam, ſed obſcure.

**Quod igitur recte determinatum ſit de cauſis & quot, & quales, teſtari nobis uidentur & hi omnes, qui cauſam aliam tangere non poſſunt. Ad hæc autem ꝙ quærenda ſint principia, aut ſic omnia, aut horum aliquem modum, pater. Quomodo uero quiſque horum dixerit, & quonam modo emergentes dubitationes de principijs habeat, poſt hoc pertranſeamus de ipſis.**

Cum cõmemoraſſet ea, quæ Antiqui dixerunt de cauſis, nunc colligit fructus, qui inde habentur. Et explicando primum dicit { Quod igitur recte ſit } nobis { determinatum de cauſis quot } .ſ. genera { & quales } quantum ad definitiones, & accidentia { teſtari nobis uidẽtur & hi omnes, qui cauſam aliam tangere non poſſunt } .ſ. quę non contineatur in aliquo genere eorum, quæ nos determinauimus ſecundo phyſicę auſcultationis: hic eſt primus fructus. Deinde aſſignat ſecundum, & dicit { Ad hæc autem ꝙ } .ſ. in hac ſcientia { quærenda ſint principia, aut ſic omnia } .i. aut ſic principia omnia quærere oporter, ut ſecundo phyſicę auſcultationis eſt explicatum { aut hõrum } .ſ. quatuor principiorum { aliquem modum } .i. aliquod genus: ut formalẽ cauſam, & finalem: quas maxime conſiderat hæc ſcientia, licet etiam aliqua ex parte efficientem. Deinde ordinando ſe ad ſequentia præmittit ea, quæ uult pertractare, & dicit { quomodo uero quiſq; horum } .ſ. antiquorum { dixerit } .i. an bene, an male { & quo nam modo emergentes dubitationes de principijs } .ſ. quiſq; antiquorum { habeat, poſt hoc pertranſeamus de ipſis } Auerroes in cõmen. ſuper illa parte { Ad hęc autem quærenda } deducit ſecundum fructum, ex primo nã ſi Antiqui non potuerunt addere aliud principium ſupra ea, quæ nos ſecundo phyſicę auſcultationis diximus, ſequitur ut prędens perſcrutatio aut cadet ſuper omnia illa principia, quę diximus, aut ſuper aliqua eorum. Alexander uero reddit rationem. Nam licet præſens doctrina nõ omnium cauſarum rationem poſcat, modus tamen qui quæritur cauſæ, in quatuor ipſe quoq; continetur. Nec abhorret ab huiuſmodi cauſis, cum præter hæc cauſarum genera, nullum aliud eſſe intelligatur.

Q̃ Auer. Cõmen. x.

**Patet igitur eos omnes, qui & unum uniuerſum ipſum, & unam naturam quandam, ut materiam eſſe ponunt, & hanc corpoream, magnitudinemque habentem, multifariam peccare. Quippe cum corporum tantummodo elementa affirment, incorporeorum uero nequaquam, cum & incorporea entia ſint.**

Cõnumeratis ueterum de principijs & cauſis ſententijs, differens quid pro ſanis dixerint, quidue ſecus, ab ijs ſermonis initium capit, qui principium unum idemq; corpus eſſe ſtatuebant. i. ab opinione eorum, qui dixerunt materiam eſſe corpus, & dicit { Patet igitur eos omnes, qui & unũ uniuerſum ipſum ponunt } ut Parmenides, qui ponit omnia eſſe unum ſubiecto, & materia { & } qui { unam naturã quandam, ut materiam eſſe ponunt, & hanc corpoream, magnitudinemq; habentẽ, multifariam peccare } Ergo generatim

improbat omnium illorū opiniones, qui dixerunt materiam esse corpus, cur uero addiderit { magnitudinēq; habentē } cum dixerit { & hanc corpoream } causa est, quia aliquid potest esse corporeum, ut prima materia secundum Auerroem, quæ dimensionem habet interminatam, quæ tamen nullam habet magnitudinem, cum nec sit bicubita, nec tricubita. At elemētum est corporeum, & magnitudinem habet, quod ipsi posuerunt materiam. Deinde generatim cōtra hos ponit primam rationem, quoniam uolentes omnium rerum principia exponere, corporum tantum principia reddunt, cū tamen rerum nonnullæ habeantur incorporeę. Quippe fieri nō potest, ut incorporei corpus principium sit, dicit { quippe cum corporum tantūmodo elementa affirment, incorporeorum uero nequaquā, cum & incorporea } nōnulla { entia sint } quorum corpus non potest esse materiale principium.

Que Auer. Cōmen. xl. Auerroes super illa parte { & hanc corpoream, magnitudinemq; habentē } exponit, & fecerunt eam corporalem uidelicet aut ignem, aut aerem, aut aquam. Et recte dicit, quoniā unumquodq; elementum est corporeum, & magnitudinem habet terminatam. Deinde super illa parte { Cum corporū tantummodo } Auerroes uult q; errauerint uetteres, quoniā posuerunt primum elementū corpus, & nō posuerunt ipsum substantiam incorpoream: debuerunt ponere, q; autem sic dicendo errauerint, probat, quoniam si primum elementum sit corpus, tunc uidetur esse compositum ex materia & forma, & sit erit genitum & corruptibile. Omne enim compositum est generabile, & corruptibile. At primum elementum non debet generari, neq; corrumpi: contingeret enim elemētum habere elementum, & sic in infinitum. Sed hæc quæ Auerroes ait, sunt uera, sed nō sunt ad uerba textus. Nam absurdum Aristotelis est, q; dicentes materiam esse corpus, assignabunt corporum elementum tantum, & non rerum incorporearum, quæ sunt in numero entium: & sic sunt diminuti. At Auerroes uult absurdum esse q; ponant elementum corpus, quod debuerant ponere substantiam incorpoream: & sic nullo modo hæc expositio conuenit uerbis Aristotelis.

Tu uero non ignores hanc Aristotelis rationem, supponere substātias incorporeas esse, quarum principia debent quæri, sed quoniam tales substantias negauerunt antiqui, uidetur ratio Aristotelis procedere ex concessis, & non ex simpliciter talibus.

## Et de generatione, & corruptione aggredientes causas dicunt, & de omnibus naturaliter pertractantes motus causam tollunt.

Hic secundo obijcit ab insufficientia causæ mouentis. Nā generationem inducentes, generandarum tum & mouendarum rerum causam, authoremq; prætermittunt. Neq; enim materia se ipsam mouet. Ergo oportuit eos explicare agentē causam, quæ est principium, unde motus. Verbum / dicunt / quod in græcis codicibus legitur λέγουσι, in aliis λέγουσι. i. dicere, inuenitur, ut translationes habent, & sic clārius erit. Unde dicit { Et de generatione, & corruptione causas dicere aggredientes }. i. & generationis & corruptionis causas dicere aggredientes { & de omnibus } subaudi quę generantur, & corrumpuntur, atq; mouentur { naturaliter }. i. more philosophorum naturalium { pertractantes, motus causam tollunt } quod est absurdum, cum materia seipsam non moueat, q; uero causam motus tollant, quę est unde motus principium, pro explorato supponit in eorum opinionibus. Nam tangentes materiam, nō tetigerunt mouentē causam. Immo ut Alexander inquit, causam afferentem motum omiserunt.

Expositor autem sic resoluit textum ad artē prioristicam. Quicunq; debet determinare de motu, debet ponere causam unde motus: Sed dicentes materiam esse corpus, debent determinare de motu: igitur debent ponere causam inde motus. Minorē probat, tum quia qui dicunt materiam esse corpus, aggrediuntur dicere causas generationis, & corruptionis, quæ sine motu non sunt, tum etiam quia de rebus omnibus, quę generantur & corrumpuntur & mouentur, naturaliter pertractarunt. At naturalis pertractatio requirit motū, quippe cum natura sit motus principium. Igitur debuerunt ponere causam, unde motus. Et sic cū eam substulerint nihil de ea dicendo, defecerunt. Verbum { naturaliter pertractantes } Græce est φυσιολογοῦντες quod ideo dixit, quoniam de omnibus, quæ mouentur & generantur & corrumpuntur, possumus loqui metaphysice. s. prout sunt entia, actu uel potentia, & physice prout sunt entia naturalia. Ideo addidit { naturaliter pertractātes } quoniam si metaphysice, secus esset dicendum. Circa rationem uero Expositoris est dubitatio. Quoniam maior uidetur falsa. Nam Aristoteles tertio physicę auscultationis definiens motū dicit, motus est actus entis in potentia, ut in potentia. Vbi patet eum agere de motu, & nō per causam unde motus, sed per causam in qua motus est, cuius motus est actus. Fortasse Expositor intelligit maiorem, quoties determinatio de motu non fuerit secundū quid, sed simpliciter. cuius signū est, quoniam & Aristoteles eodem libro etiam asserit motum esse actum mobilis: Vbi causam unde motus tetigit. Auerroes autē super hac parte uidelicet { & de generatione } dicit tria primum, q; dicentes materiam esse corpus, uoluerunt loqui de causis generationis & corruptionis, & non potuerunt, quia uera generatio & corruptio non inueniuntur nisi in corruptibilibus. Dicentes autem materiam esse corpus, nō potuerunt dicere aliquid esse uere corruptibile, aut uere generabile: ut superius est deductum. Igitur non potuerunt loqui de causis generationis & corruptionis. Secundum, q; licet non potuerint loqui de causis generationis & corruptionis, tamen potuerunt loqui de alijs. s. de causis alterationis, & motus localis, & auctionis: de quibus non potuerunt loqui Pythagorici, qui posuerunt mathematica esse rerum principia. Tertium est, q; licet posuerint causam materialem & motum, dimiserunt causam mouentem materiam, quod uidetur. absurdum, cū materia nō moueatur a se ipsa. Hæc sunt quæ, Auerroes ait, quorum prima duo non sunt ad uerba Aristotelis, ut patet considerandi Græcam scripturam. Tertium uero est bene dictū, & conuenit cum expositione Alexandri.

Tex. cōm. vi.

Que Auer. Cōmen. xi.

## Præterea substantiam, & ipsum quid est nullius rei causam ponunt.

Hic tertio obijcit ab insufficientia causæ formalis, quoniā formam nullius causam esse statuerunt, cum res omnes ab ipsa forma esse mutuentur. Quandoquidem inter se secundū materiam nullo discrimine distent. Cum materia eadem sit in rebus omnibus, dicit { Præterea substantiam, & ipsum quid est nullius rei causam ponunt } & sic sunt diminuti, ga non sola materia sufficit, cum res secundum materiam nullo discrimine distent. Appellauit formam merito substantiam, quoniam, ut Alexāder inquit, a forma unicuiq; suppeditat esse. Aut, ut Expositor ait, per substantiam intelligit formam partis, quæ quatenus subsistendi principium est, substantia dicitur, per quod quid est intelligit formam totius, quæ dicitur quod quid est, inquantum cognoscendi principium, quia per eam scitur quid est res.

Ab hæc etiam facile quoduis simplicium corporum præter terram principium esse dicunt: nō opinantes generationem ex elementis, aut mutationem. Neque considerantes mutuam generationem quo nam pacto fiunt, ignis uidelicet & aqua, & terra, & aer.

Tex. lx. Q uoduis ὁτιοῦν quodlibet temere.

Nunc speciatim descendit ad eos, qui posuerunt aliquod trium elementorū esse materiale omnium rerū principium, hoc est excepta terra, ignem, uel aerem, uel aquam. Obijcit contra hos secundum Alexandrum, q; oportebat nō ex mo-



do mutuæ ipsorum generationis accipere ex ipsis primum principium. Quoniam alterum ex altero generari cōmune omnibus elemētis est, neq; hac ratione alterum altero prius, aut posterius habetur, quod isti non præstiterunt. Quare terra nō debebat excipi. Expositor autē coniungit plures textus usque ibi { Quod si id, quod ortu posterius est } Vbi rationem sic orditur, per quam probat nullum posuisse terrā elementum rerum. De ratione principij est tenuitas atque simplicitas. Terra est crassior inter elementa. Igitur nullus posuit terram. Ad tenuitatem igitur atq; ad simplicitatem aspicientes aliqui aquam omnium principium statuerunt, quia ipsa est tenuior q; terra, alij aerem, quia ipse est tenuior q; aqua. Alij ignem, quia ipse est tenuior aere. Tunc ulterius, si tenuitas est causa ponendi aliquod principium esse, quāto aliquod corpus erit tenuius, tanto magis principium est statuendum: Sed ignis est omnium elementorum tenuissimū. Igitur ignis potissimū debet poni principium. Perperam igitur fecerunt, qui aerem, uel aquā, principium rerū posuerunt præter mittentes ignē. Hæc totius contextus sententia est secundum Expositorem. Ego uero cum Alexandro dico Aristotelem obijcere contra eos, qui posuerunt aliquod trium elementorum esse principium rerum terra excepta, primo quia nō opinati sunt generationem, aut mutationē fieri indifferenter ex omnibus elementis. Quoniam si opinati essent ex terra ita fieri omne, quod fit, sicuti ex cæteris tribus, nō magis aliquod illorum trium posuissent principium q; terram. Secūdo quia si cōsiderassent elementa omnia mutuo fieri, nullum eorum posuissent elementum rerum. Quū oportet principia semper manere, & nō fieri ex alterutris: Vnde dicit { Ad hæc etiam facile quoduis simplicium corpora præter terrā principium }. s. rerum naturalium { esse dicunt } considerata subaudi tenuitate atq; simplicitate, in quibus cōsistit ratio principij. Dixit autē { quoduis } Græce uero ὁτιοῦν, quia temere quodlibet poni potest cōsiderata tenuitate. Cū præter terram quod libet elementū sit tenue, atq; simplex saltē respectu alterius. Tunc subdit inconsiderationes, & primo primam, & dicit { non opinantes generationē, aut mutationē } fieri { ex elementis } omnibus indifferenter. Nā si considerassent ex elementis omnibus indifferenter fieri generationē, atq; mutationem. s. ita ex terra sicut ex alijs tribus, nō magis aliquod illorum trium q; terram posuissent elementū rerum. Deinde subdit secundam inconsiderationem, & dicit { Neq; considerantes mutuam generationem, quo nam pacto } . s. per eam { fiunt ignis, uidelicet, & aqua, & terra, & aer } Nā si hunc elementorum mutuū ortum considerassent, nullum eorum posuissent principium rerū: uel si aliquod eorū principium statuissent, nō magis aliquod trium q; terrā affirmassent esse elementū.

Que Auer. Cōmen. xii. Auerroes uero nec textum bonū habens, nec Expositorū aliquē Græcorū sectatus, super textu p̄senti dicit eos errasse in excipienda terra, quū procedunt p uiam cōmunem ad ponendum aliquod trium elementorum esse rerū principium, quę cōmunis uia est, q; ex illis sic omne quod fit. modo hæc ratio nō magis tribus illis elementis inest q; terræ. Igitur nullū eorum magis q; terra ponendū est rerum principium.

## Alia nanq; congregatione, alia disgregatione ex sese mutuo fiunt. Hoc autē ad ipsius prioris, atq; posterioris rationē plurimū refert.

Cū accepisset in secunda ratione contra ueteres elementa mutua generatione generari, nunc exponit hanc mutuā generationem nō eadē ratione fieri, & etiam quū nonnulli prætermiserunt ignē etiam, uolens ostēdere nō recte ignem prætermisisse, sicuti ostensum est non recte terram esse prætermissam, primo declarat discrimē mutuæ generationis elemētorum, ut demonstret uariam differentiam prioris & posterioris in elementis: ut inde procedat ad intentum, & dicit { Alia nanq; }. s. elementa { congregatione }. i. condensatione { alia disgregatione }. i. deest rarefactione { ex se mutuo fiunt } subaudi & alia utroque modo. Verbi causa, ignis ex aere fit rarefactione, aer ex igne condensatione. Ex aqua uero rarefactione. Item aqua ex aere generatur cōdensatione, ex terra rarefactione. At terra fit semper condensatione, sicut ignis semper rarefactione. Bene ergo dictum est elementa mutuo inuicem generari, quia alia generantur ex elementis tantum condensatione, ut terra, alia tantum rarefactione, ut ignis. Alia utroq; modo ut aqua, & aer. Et sic patet elementa fieri mutuo, non tamen eadē ratione. Deinde ostendit hanc uariam generationem elementorum ex inuicem multum facere ad differentiam prioris & posterioris, quoniam si elementum fit rarefactione, ut ignis ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, elementum densius crassiusue prius est, elementum uero rarius posterius. At si elementum fit condensatione elementum rarius est prius, densius uero posterius. Ideo dicit { Hoc autem ad ipsius prioris, atq; posterioris rationē plurimum refert } Nam pro alia atq; alia ratione generādi, aliud atq; aliud elementū est prius, posteriusue.

Que Auer. Cōmen. xiz. Auerroes super hac parte in idem incidens asserit elementa inuicē fieri aut secundum congregationem, aut secundum segregationem, ideſt, aut secundum condensationem, aut rarefactionem. Ergo licet generentur inuicem, tamen nō eadem ratione. Nam qui omnium rerum principium esse ignē asseruit, uoluit ex illo fieri cætera elementa condensatione. Q ui uero posuerit aerem, asseruit aliqua elementa ex eo fieri rarefactione, ut ignem. Aliqua condensatione, ut cætera. Simili ratione de aqua dicendum est.

Tex. lxi. Vtiq; ἂν Profecto γάρ Tenuissimū μικρομερέστατον minimarum partium.

Itaq; plurimū profecto id maxime omnium elementum esse uidebitur, ex quo primo cōgregatione terra fit. Hoc autem tenuissimum, atque subtilissimum omnium corporum erit. Quapropter qui ignem principium ponunt, & consentanee maxime huic rationi dicent. Et tale cæterorum quisq; corporum elementū esse fatebitur.

Cum declarasset differentiam generationis elementorum mutuæ: nunc procedit ad intentum demonstrando ignem esse maxime elementum. Q uoniam ex igne primo fit terra, quam omnes in rerū generatione primo ortam esse tradunt, & theologantes, & poetæ: uidelicet uia cōdensationis ex ipso igne, & dicit { Itaq; plurimum id maxime omnium elementum esse uidebitur: ex quo primo congregatione } ideſt uia cōdensationis { terra fit } unde syllogismus componitur sic, tenuissimum ac subtilissimum esse debet rationabiliter uia condensationis principium terræ: Ignis est corpus tenuissimum, atque subtilissimum: Igitur ignis rationabiliter esse debet uia condensationis principium terræ. Cum accepisset ergo maiorem, subdit minorem { Hoc autem }. s. ignis { tenuissimum, atque subtilissimum omnium corporum erit } hæc est minor, subdit conclusionem, & dicit { Q uapropter qui ignem principium ponunt, & consentanee maxime huic rationi } ideſt huic syllogismo { dicent: & tale }. s. ignem { cæterorum quisq; corporum elementum esse fatebitur } & sic loquetur consentanee syllogismo, & fatebitur ignem esse elementum elementorum, & omnium: quæ est conclusio syllogismi. In præsenti textu posset fieri difficultas quantum ad uerba. Nam Græcus textus sic incipit, πλεῖστον μὲν γὰρ ἂν, & reliqua, ideſt { plurimum quidem enim utique } & sic per illud uerbum { enim } uidetur textus præsens redditiuus causæ, & non illatiuus. Sed in contrarium uidetur per illud uerbum ἂν, ideſt utique, siue itaq;. Quare utroq; modo intelligi potest, sed clarius, ut nos transtulimus, pro γὰρ profecto, pro ἂν itaque dicendo. Quoniam clara est series. Insuper uerba illa { & tale cæterorum quisque corporum } sic leguntur, in codicibus nostris τοιοῦτον δὲ καὶ τῶν ἄλλων, & reliqua. Vbi propter illud uerbum δέ, ideſt autem uidentur uerba aduersatiue esse legenda. Sed in contrarium per illud

uerbum καὶ uidentur esse legenda copulatiue. Et quoniam clara est sententia, si legantur copulatiue, ideo sic puto esse legenda. Si.n. legantur, ut Expositor legit, obscura erit lectio, cū nullus ordo possit cadere in uerbis Aristotelis. Dixit autē notanter { terra sit } & nō elementa, ut transtulit Byzātius, quoniam omnes, qui mundū generant, ponunt aut terrā esse primum ortam, aut inter prima orta.

Tex. 14. Videlicet φιλονείκει.

Nemo igitur posteriorum, & qui unū dicunt, terram esse elementum censuit: uidelicet ob magnitudinē partium. At trium elementorum unū quodq; iudicem aliquem habuit. Quippe cū alij ignem, alij aquam, alij aerem id esse inquiunt.

Expositor uult Aristotelem hoc de terra adduxisse ad confirmationē eius, quod dixit, ignē esse primum elementū, quia est omnium corporū tenuissimum. Nam nullus posuit terrā solam esse rerum principium, prę partium ipsius crassitudine. Alexander autem attendens ad uerba, quæ sunt illatiua, uult Aristotelem cōcludere, ut nemo ipsorum solam terram elementum esse censuerit: ut quę cętera partium crassitie uincat. Quæ expositio uerbis ualde consona est, dicit { Nemo igitur posteriorum, & qui unum } .s. solum elementū { dicunt, terram esse elementum censuit } & dixit { qui unū elementum dicunt } quoniam Empedocles posuit terram elementum, sed cum alijs tribus, Parmenides terram etiam, sed cum igne. Et exponens causam subdit { uidelicet ob magnitudinem } .i. ob crassitiem { partium. At trium elementorū unumquodq; iudicem aliquem habuit } .i. habuit aliquē authorem, qui iudicauit ipsum esse principium, quoniā prę ceteris terram quodlibet aliud elementum tenuitatis nonnihil obtinet. Quod uero unumquodq; elementum iudicem habuerit, probat per expositionem opinionum, quę superius sunt expositę: & dicit { Quippe cum alij ignem, alij aquam, alij aerem id esse inquiunt } Nam unumquodq; hoc nonnihil tenuitatis obtinet, quæ est de ratione principij.

Sed cur nam & terram non dicunt, ut plerisq; hominum. Cuncta nanq; terram inquiunt esse. Hesiodus quoq; terram ortam esse primam corporum ait, adeo uetusta, atq; uulgaris hæc existimatio fuit. Hac igitur ratione neq; { siquis horum aliquid dicat prę ter ignem, neq; siquis aere quidem densius, aqua uero tenuius id ponat, recte dicere potest.

Cum non dixissent terram esse rerum principium, & aliquis dicere posset ideo terram non esse rerū principium, quia est contra cōmunem hominum opinionem, & nō quoniam est crassarum partium, remouens hoc, ut Expositor inquit, ostendit secūdum cōmunem opinionē esse dicendum, q; terra sit rerum principium. ergo si nō dixerunt philosophi terrā esse rerum principium, est propter partium crassitudinem, & nō quia est cōmunis opinio terram non esse rerum principium. Alexander, si recte intellexi, uult, ut Aristoteles moueat quęstionem, quam nō soluit, sed solutionē esse subintelligendā ex dictis, & dicit { Sed cur nam & terrā } philosophi subaudi { non dicunt } aliorum .s. elementū esse { ut plerisq; hominum } subaudi opinantur { Cūcta nanq; } entia .s. corporea, quę sunt in rerum natura, uulgo mortales { terram inquiunt esse } quoniam ex terra orta, & in terram reuersura. { Hesiodus quoq; terram esse ortam primam corporū ait } .s. post chaos, sententiam suam, ut Alexander inquit, uulgi testimonio confirmans { adeo uetusta, atque uulgaris hæc existimatio fuit } recte ergo quærit cur nam philosophi terram non dixerint esse rerum principium, cum sit uetusta atque uulgaris existimatio. Hanc quæstionem non soluit, sed uult esse solutam secundum Alexandrum, per id, quod dixit esse uidelicet de ratione principij, ut sit tenuissimarum partium, qualis ipsa terra non est. Et ideo solutionē hanc supponens, docet secundum hanc sententiam, qui præter ignem aliquod aliud corpus elementum esse statuebant, siue de horum quatuor numero, siue mędium corpus inter ignem & aerem horum neminē recte dicere, & ait { Hac igitur ratione } .s. qua philosophi negarunt terram esse rerum principium, quia est crassarum partium { neque siquis horum aliquid dicat prę ter ignem, neq; siquis aere quidem dēsius, aqua uero tenuius id ponat } .s. rerum principium { recte dicere potest } Nam omne tale est crassarum partium: cum solus ignis partium sit tenuissimus.

Quod si id, quod ortu posterius est, natura est prius, id autem, quod est digestum, atque congestum, posterius est generatione, contrarium his euenit utiq; ut aqua quidē aere, terra uero aqua sit prior. De ijs igitur, qui unam causam ponunt, qualem nos diximus, dicta hæc sint.

Digestum συμπεπεμμένον concoctum perfectum. Congestum συγκεκριμένον cōmistum concretum cōpositum.

Cum posuisset opinionem philosophorum dicentium terram non esse elementū, propter crassitudinē corporis: nunc ut Expositor ait, probat terram esse maxime elementum, uel ut Alexander inquit, subiungit qua rursus ratione possit terra putari elementum, & textus potest resolui ad artem sic. Quod est prius cæteris elementis, uidetur magis principium q̄ cætera elementa: Terra est prior cæteris elementis: Igitur uidetur magis principium q̄ cætera elementa. Minor pro syllogizatur sic. Quod est perfectius, est natura prius imperfectioribus: terra est cæteris elementis perfectior: Igitur erit cæteris elementis natura prior. Iterum minor pro syllogizatur. Quod est concoctius atque concretius, est perfectius: Terra cæteris elementis est concoctior, atque concretior: Igitur terra cæteris elementis est perfectior. Dicit { q̄ si id, quod ortu est posterius, natura } id est perfectione { est prius } hoc est, quod est perfectius prius est natura imperfectiore, quanquam posterius generatione efficiatur. Imperfectius.n. quod tempore præexistit, ut fundamentum imperfectius est domo, puer uiro { id autem quod est digestum } ideſt perfectum { atq; congestum } ideſt concretum { posterius est generatione } Igitur perfectum atque concretum prius est natura, hic est primus prosyllogismus. Deinde ponens minorem principalis syllogismi subdit { cōtrarium ijs euenit utique } uidelicet { ut aqua quidem aere, terra uero aqua sit prior } Adde maiorem, quod est prius cæteris elementis, uidetur magis principium quam cætera elementa. Et habebis terram esse magis principium quam cætera elementa. Demum epilogat, & patet. Quæres fortasse utrum perfectum sit simpliciter prius imperfecto. Cōmuniter cū Expositore fere omnes dixerunt perfectum & imperfectum accipi posse, aut ut reperiuntur in diuersis, aut ut reperiuntur in eodem, & cum non simul, saltem successiue in eodē. Cum quidem accipiuntur prout sunt in diuersis, simpliciter & absolute perfectum est prius imperfecto, ut actus est prior potentia, & ut ens, quod actu est, simpliciter semper est prius ente in potentia. Cuius ratio est, quoniam nihil reducitur de imperfecto ad perfectum, aut de potentia in actum, nisi per aliquod perfectum, quod est in actu prius existens atq; simpliciter pręsuppositum. qua ratione fit, ut principium uniuersi sit perfectissimum, quoniam reducit omne, quod est in potentia, ad actum, & omne, quod aptum est perfici, ad suam perfectionem & prius existens, quasi pręsuppositum omnibus. At si considerentur ut successiue recipiuntur in eodem, quod procedit de imperfecto ad perfectum, & de potentia in actum, semper imperfectum est prius tempore perfecto, & potentia prior actu tempore. Et sic diluitur quæstio. Sed non recedendo ab hac solutione, quæ ut uidebitur, est Aristotelis facilius & dilucidius dici potest q̄ perfectum & imperfectum possunt cōparari inter se secundū prius & posterius, uel ad tertium, cui insunt secundum prius & posterius. Si comparantur inter se, semper perfectum est simpliciter prius imperfecto non solum natura sed tempore, quoniam imperfectum reducitur ad perfectionem ab aliquo perfecto, quod tempore & natura præsupponitur. Sin autem comparentur ad tertium, cui successiue insunt, imperfectū est prius perfecto, ut dictum est: & sic patet solutio. Secundo queres sit ne magis de ratione principij simplicitas, an compositio?

Dubitatio. Solutio.

Tertia q.



Secunda q.

Nonnulli dixerunt q̄ de ratione principij sit magis simplicitas, quoniam composita dependent ex simplicibus, & non e contrario, ut mixtum ex elementis, & non elementa ex mistis. Sed occurres, quoniam loquēdo de principio quod est in genere causæ materialis fortasse uerum est simplicitatem esse magis de ratione principij, q̄ sit cōpositio: At in alijs generibus causarum nō est ita. Quoniam generans uniuocum est æque simplex, uel æque compositum sicut genitum: Vt animal generans sicut animal genitum. Pro dilucidatione igitur primo accipiendum Aristotelem locutum esse in genere principij materialis, quoniam eorum opiniones narrauit, qui locuti sunt de materiali principio, & de eiusmodi opinionibus disputauit. Deinde accipiendum per simplicitatem Aristotelem intellexisse in psenti loco raritudinē, & per cōpositionem densitudinē. Potest.n. simplex accipi pro eo, quod opponitur cōposito, & pro eo, quod opponitur denso. Similiter compositum accipi pro eo, quod opponitur simplici, & pro denso. Tunc dicendum apud Aristotelem q̄ simplicitas nec est magis nec minus quam cōpositio de ratione principij materialis, intelligendo per simplicitatem raritatē, & per cōpositionem densitudinem. Patet ex libro secundo de generatione, quoniam ita ex raris elementis fiunt densa, sicut e conuerso ex densis rara, cum quodlibet elementum generetur ex quolibet. Confirmat hoc Aristoteles in præsenti loco, quoniam primo ostendit terram non esse principium prę crassitudine suæ substantiæ. deinde, ut Alexander inquit, subiungit rursus ratione qua possit terra putari elementum: quod non feciſſet nisi opinatus esset, non magis raritudinem quam densitudinem esse de ratione principij materialis. Sed attendendum tam in genere causæ materialis quam in genere causæ efficientis primum in utroque genere oportere esse simplicissimum, accipiendo simplicitatem, ut opponitur cōpositioni: non tamen eadem ratione. Nam in genere causæ materialis, primum non potest esse cōpositum, alioquin non esset primum, haberet enim ulterius materiam, quæ esset altera pars suæ compositionis, & illa ulterius aliam, & sic oporteret consistere ad simplicissimam, aut procedere in infinitum. Tamen primum in tali genere alteri est cōponibile. Quippe cum prima sit omnibus compositis altera pars. Sed in genere causæ efficientis primum nec est cōpositum, nec alteri cōponibile. Quoniam cum summa simplicitate, quam habet, maximam perfectionem obtinet, quæ neque cōpositionem in se, neq; componibilitatem cum altero patitur. At hęc duo uidelicet summa perfectio, & summa simplicitas materiali principio competere nō possunt, quippe cum in genere materialis principij simplicius sit imperfectius, Est.n. potētialius.

Sed queres cur Antiqui philosophantes cogebantur diuersa principia materialia ponere, ut aliqui terram, aliqui aliud quippiam aliorum trium. Quasi respondens Expositor ait eos coactos fuisse diuersa principia ponere, inspectis rationibus diuersis. Nam aliqui considerantes rationem simplicitatis, quia non considerabant res, nisi secundum modum, quo aliquid exit de potentia ad actum, in cuius ordine non oportet id, quod est principium, esse perfectius, dixerunt aliquod trium elementorum esse materiale principium magis quam terram: quoniam quodlibet eorum nōnihil simplicitatis obtinet. At considerantes perfectionem esse de ratione principij, quæ in rebus corporeis ineſt cōpositis magis q̄ simplicibus, opinati sunt terram esse materiale principium, ut uulgo mortales putant, & Hesiodus existimauit, qui hanc primam post chaos genitam esse tradit, sententiam suam uulgi testimonio confirmans, ut Alexander inquit. Sed non recedendo ab ijs, quæ superius diximus, non est uerum Antiquos aliquos respexisse ad simplicitatem, quæ est oppositа compositioni, aliquos uero ad compositionem, quæ est perfectior simplicitate. Nam loquendo de simplicitate & compositione his rationibus, nullum elementum est compositius, nullum est simplicius altero. Q̄ uippe cum nullum sit compositum ex pluribus, uel paucioribus formis & materijs quam sit alterum. Sed quodlibet est compositum ex prima & una simplici forma, & ex prima & una simplici materia. Igitur nullū hac ratione est simplicius altero, nec compositius. Et sic nec ignis est simplicior terra, nec terra est compositior igne. Antiqui itaque respexerunt ad simplicitatem & compositionem, intelligendo per simplicitatem raritudinem, per compositionem uero densitudinem. Et hac ratione ignem dixerunt esse simplicissimum, terram uero maxime compositam. At inter media mediocritate participantia. Et quia, ut diximus, quod libet elementum potest immediate ex quolibet elemento generari, ut secundo de generatione probauit Aristoteles, qui obseruarunt ex rarioribus uia condensationis fieri densiora, opinati sunt aliquod trium, & potissimum ignem esse rerum principium materiale. Q̄ui uero contra ex densioribus fieri rariora opinati sunt contra uidelicet terram potissimum, uel aquam esse rerum principium: ex quibus uia rarefactionis cuncta generari existimarunt. Hæc est causa, ut diuersa principia posuerint uetusti philosophantes. Auerroes autem ab ea parte, quæ est { Nemo igitur posteriorum, & qui unum dicunt } usq; ad epilogum ibi { de ijs igitur qui unam } nullam partem fere fui textus habet, quæ conueniat codici Græco, nec translationibus Latinis, nec expositio quam affert in cōmentis, quę his partibus respondent, consentanea est translationi Arabicæ, quæ reperitur post translationem Latinā nostram. ut sit mihi uisum translationem, quā Auerroes exponebat, nō esse eam, quam nos habemus post Latinā: Sed fortasse aliam habebat, quā ipse exposuerit. Nemo igitur debet admirari Auerroem esse neglectum in his Libris fere ab omnibus: eiusq; nec in bonum, nec in malū meminisse Expositorē: qui curiosissimus erat cuiuslibet Interpretis, qui ipsum præcessisset: q̄m nihil boni affert ad expositionem textus.

Tex. com. 7. et inde.

Que Auer.

Idem autem, & si quispiam hæc plura ponat, ut Empedocles materiam quatuor corpora esse dixit. Etenim huic partim quidem eadē, partim uero propria euenire necesse est. Nam & hæc uisissim ex sese generari uidemus, quasi neq; igne, neq; aere, neq; terra semper eodem corpore permanente. Dictum est autem de his in ijs, quæ dicta sunt de natura.

TEX. 15.

Explicatis, quæ dici possunt in eos, qui unum idemq; corporum principium esse statuebant, in eodem errore uersari ait, si quis hæc plura esse putauerit, hoc est si quis plura principia corporea esse dixerit: Intelligendo per principia corporea indifferenter elementa quatuor, uel alia quæcunque dixerint, hæc est una Alexandri expositio. aut fortasse non eos generatim designat, qui principia & corporea & plura esse docebant. Sed eos, qui plura ex quatuor corporibus, & non unum ex illis principium esse afferebant: dicit { Idem autem } subaudi erratum euenit { & si quispiam hæc } .s. corporea principia materialia { plura } generatim { ponat } uel { hæc } .s. ex quatuor corporibus plura principia, & non unum ex illis ponat. Expositor autē per idem intelligit eandem difficultatem, quoniam tam dicentes unum ex quatuor corporibus, quam dicentes plura ex illis esse principia pa-

tiuntur eandem difficultatem, nam ratione simplicitatis uidentur elementa leuia ignis & terra esse principia, ratione uero compositionis uidentur elementa grauia. Ergo patiuntur eandem difficultatem cum prioribus. Alexander per/idem/ intelligit eadem errata, quæ uero sint hæc eadem errata, statim replicata opinione Empedoclis, exponet, unde dicit { ut Empedocles materiam quatuor corpora esse dixit } deinde ostendit quomodo eadem, & quomodo non eadem absurda Empedoclem sequentur: & quæ sint illa eadem, & quæ sint illa non eadem: & dicit { Etenim huic } .s. Empedocli { partim quidem eadem } .s. absurda, quæ prioribus { partim uero propria } .s. absurda { euenire necesse est } deinde exponit, quæ eadem, & primo primum, & dicit { Nam & hæc uicissim generari ex sese uidemus } & sic primum absurdum, quod etiam prioribus accidit, est ut hæc alterum ex altero generetur: quod est contra unam proprietatem principiorum, ut non fiant ex alterutris. Deinde adducit quasi aliud cõmune absurdum, & dicit { quasi neque igne, neque aere, neq; terra semper eodem corpore permanente } .i. ita alterum fit ex altero, ut neque ignis, neque aer, neque terra semper idem corpus permaneat, quod est contra aliam proprietatem principiorum, quę est, ut semper permaneant. Sed quia hæc breuiter dicta sunt, dicit { Dictum est autem de his, in ijs, quæ dicta sunt de natura } .i. ut Alexander exponit. tertio libro de cœlo, & mundo, uel in libro physicæ auscultationis. nam ibi expositæ sunt proprietates primorum principiorum prolixius. Illud quoque istorum sententiæ consentaneum est substantiam, & formam non esse de numero causarum, qui utrorunque communis est error: ut Alexander adducit.

neq; penitus absq; ratiõe.

De causa quoq; eorum, quæ mouentur, utrũ una sit, an duæ ponendæ, neq; recte neq; bona cum ratione penitus putandum est esse dictum.

Secundum Expositorem hic ostendit secundum inconueniens, quod pertinet ad causam mouentem, Alexander cui magis adhæreo, uult ꝙ postq; enumerauerit cõmunia errata, hic enumeret absurda propria Empedocli, & dicit { De causa quoque eorum, quæ mouentur, utrum una sit, an duæ ponendæ, neq; recte, neq; penitus absq; ratione bona cum ratione penitus putandum est esse dictum }. Expositor sic intelligit, ut uelit Aristoteles nõ esse recte, neq; bona cum ratione dictum ponere duas, ut posuit Empedocles, nã si causæ mouentes accipiantur proximæ, erunt contrariæ, sed eas Empedocles non intellexit. at si accipiantur remotæ, sicut procul dubio intellexit Empedocles, tunc non erunt plures, neq; contrariæ. nam pluralitas principum mala. Fortasse melius est dicendum ꝙ licet Empedocles posuerit duo, prima principia mouentia uidelicet amorem, & discordiam, nõ satis liquet amor & discordia sint ne duo, an unum mouens principium. Quandoquidem amor discordię muneribus fungi uidetur: cum quæ per se tota sunt, dissociet discernatq;, ut concernat efficiatq; corpus unum. Non enim potest dissecari corpus, quin aliud efficiatur in unum, sicut nihil corrumpi, quin aliud generetur. quin & discordia per Empedoclem non solum discernit, sed quæ similaria inter se sunt, concernit cogitq; eadem ex unitate seiungens. Quare non satis liquet sint ne amor & discordia duo, an unum principium, dicit { De causa quoque eorum, quæ mouentur } quæ dicitur effectrix, ut amor, & discordia { utrum una sit, an duæ ponendæ, neque recte, neque bona cum ratione penitus putandum est esse dictum } Quoniam, ut deduximus neutrum liquet: cum amor, & discordia una commune uideantur una causa, alia uero duæ causæ: in codicibus alijs, ut Alexander inquit, loco illorum uerborum { neque bona cum ratione penitus } habetur, neque penitus absque ratione, sicuti in codicibus nostris legitur οὔτε ἀλόγως: ut sit sensus neque recte prorsus, neque penitus absque ratione.

Q ue Auer. Cõmen.15.

Auerroes uero ab illa parte textus exposita { Idem autem, & si quispiam } usque ad partẽ sequentem { Omnino etiã } textum, quem exponit nec habet consentaneum codicibus Græcis, neque translationibus Latinis, neque translationibus Arabicis, quæ iuxta ponuntur cum Latinis. Dicit tamen quædam, quæ egent consideratione, primum ꝙ densitas & raritas non faciant transmutationem in substantia, neque in qualitate, cum sint de situ. ergo uult rarum & densum esse in prædicamento situs. Sed quarto physicę auscultationis asserit rarum & densum esse contraria in quantitate. (Cõmen.84.) Libro septimo eiusdem asserit raritatem & densitatem esse qualitates, quæ calidum sequuntur, ac frigidum. (Cõmen.15.) Iterum libro eiusdem octauo autumat densari, atque rarefieri esse motus locales. (Cõmen.77.) Auerroes ergo non uidetur sibi constans. sed siue Auerroes sit sibi constans, siue non, parum refert. Illud tamen nõ ignorandum rarũ, & densum posse capi respectu centri corporis, cuius sunt, & sic sunt quantitates. nam rarum est cuius partes circunferentiales magis remouẽtur a centro: densum, cuius partes circunferentiales propinquiores sunt centro, aut respectu punctorum mundi, & sic sunt de prædicamento relationis, siue situs, aut respectu spatij, quod occupant, & sic attinent ad motum localem: aut ut consequuntur calidum, & frigidum, & sic attinent ad prædicamentum qualitatis. Secundum etiam quod consideratione dignum affert, est discrimen considerandi in hac scientia, & in naturali philosophia de eisdem, quoniam, ut inquit, in hac scientia inducit ea, quæ sunt declarata in naturali philosophia de causis, & principijs cõmemorando ea, & ipsa considerando, ut sunt entia, & ut sunt principia substantiæ, non autem, ut sunt principia corporis naturalis. At philosophus naturalis considerat ea, ut causæ, uel principia corporis naturalis. Tertium est ꝙ quædam considerantur hic, & quid sint, & qualia sint, sed supponuntur esse a scientia naturali. Hic enim declarantur quid primũ principium sit, quidue prima substantia. sed sint ne primum principium, atque prima substantia uel non, petendum est a naturali philosopho. Hæc licet ad intellectum uerborũ Aristotelis nõ faciant, nõ sunt omnino inutilia intelligere.

Omnino etiam ex eorum sententia, qui ita dicunt, alterationẽ e medio tolli necesse est. Nõ.n. ex calido frigidum, neque ex frigido calidũ erit. Quid.n. ipsa contraria utiq; patietur, & quæ nã erit utiq; una natura, quę fit ignis & aqua, quod ille non dicit.

Cum enarrasset primũ proprium absurdum contra Empedoclem, nunc narrat secundum uidelicet, ꝙ data opinione Empedoclis, tolletur e medio alteratio. Q m̃ ex calido non posset fieri frigidum, nec e conuerso, neque ex graui leue, nec e conuerso: neque ex duro molle, nec e conuerso: & generatim sequetur nullum contrarium fieri posse ex suo contrario, & sic tolletur alteratio, dicit { Omnino etiam ex eorum sententia, qui ita dicunt, alterationem e medio tolli necesse est } probat, & dicit { Non enim ex calido frigidum, neque ex frigido calidum erit } & sicut de frigido & calido, ita quoque de cæteris contrarijs sequetur. Sed dices statim, ꝙ Aristoteles sumit falsum, nam ex calido fit frigidum, & e cõuerso, ex frigido enim ferro fit calidum idem ferrum. Similiter ex albo fit nigrum, e conuerso. Contra obijcit Aristoteles accusans Empedoclem de insufficientia, & dicit { Quid enim ipsa contraria utiq; patietur } aut enim ipsum calidum recipit frigidum, & e conuerso, aut aliud quippiam est, quod recipit successiue contraria. Vnum contrarium recipere alterum impossibile est: Sic enim calidum erit frigidum, & graue leue, quæ sunt contra sensus. Visu enim patet album non esse nigrum: auditu, acutum non esse graue, gustu: dulce non esse amarum, olfactu: austerum non esse suaue, tactu

deniq;



deniq; nec calidum esse frigidum, nec graue leue. At si dicat aliud quippiã, contra obijcit Aristo. { quid.n. ipsa contraria vtiq; patietur, & quæ nã erit utiq; una natura } .s. cõis subiecta { quæ fit ignis } .i. calida { & } postea { aqua } .i. frigida, uel ecõuerso { qđ ille non dicit } nec põt dicere ẽm opinionem suã, quæ est, ut quatuor ipsa corpora sint prima omnium elementa, atq; prima principia: qbus nullũ est elementum prius, nec cõius.

Q ue Auer. cõ.15.

Auerroes uero ait eos, qui posuerũt unũquodq; elemẽtũ esse simplex.s. nõ cõpositũ ex materia, & forma, ut ponit Empedocles, sequi ut neq; calidũ fiat frigidum, neq; ecõuerso. qm̃ idem iposs ibile est, ut simplex elementũ recipiat passionẽ.i. qualitatẽ passibilẽ, & ut mutet de contrario in cõtrariũ. Similr etiã si elemẽtũ est simplex corpus, iposs ibile est ut mutet de magno in paruo, & ecõuerso. Hæc patent, qm̃ cum elementũ sit simplex, non põt recipere, cũ careat materia, ui cuius reddat receptiuũ: & cum non possit recipere, nõ poterit trãsmutari de cõtrario in contrarium, cũ omnis mutatio supponat subiectũ, in quo recipiunt contraria successiue. Supra uero illa parte { quid.n. ipsa contraria vtiq; } Auerroes exponẽs inquit quapropter cum illic nõ fuerit alteratio in substãtia.i. cũ in elementis, uel elemẽto non fuerit gñatio simpliciter, necesse est, ut natura cuiuslibet mixti, qđ fit ex elemẽtis, sit natura eius elemẽti, qđ est principium rerũ. verbi gratia, si elemẽtũ atq; principiũ rerum sint ignis, natura cuiuslibet rei, quæ fit ex igne, erit ignis. & si erit aqua, natura cuiuslibet rei erit aqua: & sic de alijs, quod nullus dixit. Nullus.n. ait mixta ex elemẽtis cõuenire cũ elemento noĩe, & definitione.i. esse ipsa elemẽta, uel ipm̃ elementũ ex quo fit noĩe, & definitione. Hoc qđ Auerroes ait, uerũ est. nã sublata e medio gñatione, nihil gñabit nisi accidẽs, & res solo accidente discrepabunt, ꝙ si res solis accidẽtibus discrepabunt, oĩa erũt una substãtia spẽ, & essentia. quare substantia, & essentia omnium erit una, eademq;. Verum uerbis Aristotelis non cõuenit, ut patet verba græca consideranti, & latinas translationes.

Anaxagoram autem si quippiam elemẽta dicere duo putauerit, ea maxime ratione putauerit, quam ille quidem ipse non dilucide pertractauit: * secutus quidem fuisset utiq; ex necessitate, si qui ipsam dicerent.

* sed quã.

Cum narrasset opinionem Empedoclis, & eã refutasset, posthac Anaxagoræ refert opinionem, refutans, ut absurda, quæ ab ipso palam, & aperte dici uidentur. ac per absurditatem eorũ, quæ ipse palã dicit, alia ipm̃ per illa dicere uoluisse docet, fauens.s. eius sermoni, & eius, ut ipse ait, explicãs voluntatẽ. nam cum Empedoclis dicat oĩa in oĩbus esse cõmixta, ipse materiã illum somniare colligit, quæ potentia quidẽ cuncta, actu uero nihil est eorũ, quæ esse pñt. Hæc.n. licet ille nõ dicat aperte, tñ eius sententiæ consentanea sunt, si quis eam ad eius mentem explicauerit. Hæc.n. rõni innitunt. quę uero ab ipso dici vident, prorsus aliena sunt: dicit { Anaxagoram aũt si quispiã elementa duo dicere iurauerit } videlicet mentẽ pro causa agente, & infinitas partes similares, siue chaos pro materia { ea maxime rõne putauerit } nõ quam ipse dicit in aperto, sed { ꝙ ille quidẽ ipse non dilucide ptractauit } sed quã { secutus quidẽ fuisset utiq; } Anaxagoras { ex necessitate, si quiipsam } rõnẽ dilucide { dicerẽt } ergo sermo Anaxagoræ debet recipi non ẽm uerba, quæ ipse palam dixit, sed quæ uoluit dicere, ac quæ dixisset, si qui rõnem rei recte explicassent. Debet.n. eius sermo recipi ad illũ sensum, ut illud, quo pro materia utit, nihil sit actu eorũ, quæ pñt esse, sed potentia, quẽ sensum si qui expressissent, Anaxagoras recepisset. In quibusdã translationibus exemplarium latinorũ legimus { sed quam secutus quidem } licet Byzantius licẽtiose aliter trãstulerit, & recte quidẽ ad sensum. vult igit habere Arist. ex his, ut Alexander, & Expositor indicatunt Anaxagoræ opinionẽ ueram esse, quantũ ad id, qđ nõ expressit, sed concessisset, si quis prius explicasset. Falsa vero quantum ad id, quod expressit palam.

Quippe cum absurdum quoq; aliter sit dictu, mixta esse cuncta a principio. Tum quia accidit antea impermixta esse oportere.

Continuetur sic textus { sed quam secutus quidem fuisset vtiq; ex necessitate, si qui ipsam dicerent } dico secutus quidem fuisset Anaxagoras ex necessitate, si qui ipsam dicerent { quippe cum absurdũ quoq; aliter sit dictu mixta esse cuncta } .s. in ipso chaos { a principio } ut ipse dicit palam. nec hoc est primum absurdum, ut Expositor putat, sed est repetitio sermonis Anaxagoræ, quem palam dixit, vt enumeret absurda, quæ contra hunc occurrunt: quorum primũ est, ut hæc ante permixtionẽ impermixta præfuissent. & dicit { Tum quia accidit antea } .i. añ mixtionẽ in ipso chaos { impermixta esse oportere } probat Alexander cõsequentiam, nam quæ inter se miscent, ea prius separata esse oportet: ueluti simplicia cõpositis priora sunt & non econuerso. Quòd si prius separata esse oporteat, chaos nõ erit primum omnium rerum principium, cum eorũ, quę sunt ante chaos, ipsum chaos principium nequaq; est.

Tum quia non aptum est cuilibet quodlibet misceri.

Secundo argumentat, qm̃ sermone Anaxagoræ cõcesso ꝙ oĩa sint in ipso chaos ꝓmixta, quodlibet cuilibet erit ĩ ipso chaos ꝓmixtũ, hoc aũt falsum esse sic dicit { Tum quia non aptũ est cuilibet quodlibet misceri } .s. in ipso chaos. Nõ.n. linea cũ albo, aut albũ cũ musica misceri est apta. Solum.n. ea apta sunt inuicẽ misceri, quę inuicẽ alterari pñt. quippe cũ mixtio sit eorũ, quæ inuicem alterantur, vnio.

Tum etiam, quia affectus, & accidẽtia a substantijs separarentur. quippe cum eorũdem mixtio, & separatio sit.

Tertio argumentat ꝙ hac doctrina concessa, affectiões, & accidentia a substantia separari, ac ꝑ se subsistere rõni cõsentaneũ erit. Probat, qm̃ quorũ est mixtio, horũ quoq; qñq; habebit separatio, et qñq; prius habita est separatio. Cũ igit apud Anaxagorã affectus & accidẽtia in ipso chaos fuerint ꝓmixta, in quo ẽt oĩa fuerunt ꝓmixta: affectiones, & accidẽtia qñq; erũt separata, & antea fuerũt separata: qđ absurdũ esse nemo dubitat: dicit { Tum ẽt, quia affectus, & accidentia a substãtijs separarent. quippe cũ eorũdẽ mixtio, & separatio sit } sed præfuit eorũ mixtio in ipso chaos. igit qñq; erit erit eorum separatio: quinimmo etiam præfuit eorum separatio. Auerroes autem quantum ad uerborum expositionem nullã utilitatem affert. dicit tñ ueram mixtionẽ esse, vt miscibilia alterant adinuicẽ donec fiat ex eis forma media: quod quonam modo sit, libro de generatione dictum est.

Q ue Auerroes cõ.16.

Si quis uero quæ dicere uult, exactius pertractando sequetur, admirabilius fortasse dicere uidebitur. Nã cũ nihil segregatũ erat, patet tum nihil fuisse uerum dicere de substãtia illa, ueluti neq; albũ, neq; nigrũ, neq; fuscũ, neq; ullũ alium colorem, sed necessario erat incolorata, aliquem enim colorũ habuisset: similiter & insipida, eademq; rõne neq; aliud similiũ quicquã neq;.n. quale quid ipsa esse poterat, neq; quãta, neq; qđ. Aliqua n. particularium formarũ ipsi adfuisset. Hoc autẽ est impossibile, si erant omnia mixta. Segregata enim iam fuissent.

TEX.18

ὑπῆρχεν ἄν.

Nunc consequenter ostendit positionem Anaxagorę esse mirabilẽ, si recte intelligat, non quo ad superficialẽ uerborũ

intellectum. Si.n.superficialiter intelligaẽ,sequenẽ absurda, quæ dicta sunt. At si interpreteẽ medullitus,eius positio apparebit mirabilis,& ueritati,quæ de prima materia est,consona.nã prima materia neq; est qualis , neq; quãta,neq; aliquid aliorũ prædicamentorũ,sic substantia ipsius chaos erit neq; quanta,neq; qualis,neq; aliqd aliorum p̄dicamentorũ, si in ea oĩa sunt p̄mixta,& alterũ ab altero actu separatum nullum. Quare miscella illa,quã chaos Anaxagoras appellabat,si recte interpreteẽ,nihil aliud est , nisi prima materia, quæ potentia est oĩa;actu uero nihil. Aristo.ergo talẽ interpretationẽ assignãs miscellæ Anaxagoricæ demõstrat positionem illius esse mirabilẽ , sicuti materia ipsa prima miratu oĩbus digna est,vt sit syll's, Quod est aliquid, & neq; substantia,neq; quantũ,neq; quale,neq; aliquid aliorũ prædicamentorũ,est materia prima: Miscella aliquid est,qđ nec est substantia,nec quantũ,nec quale,nec aliquid aliorũ prædica mentorũ:igiẽ miscella materia est prima. p̄bat igiẽ minorẽ, vel fortasse explicat minorẽ,& dicit { si quis uero } subaudi non quæ dicit { sed quæ dicere uult,exactius } distinctiusq; { pertractando } positionẽ.s. Anaxagoræ { sequeẽ } Anaxagoras ipse { admirabilius fortasse dicere uidebitur } q̄m eius positio de miscella,nihil aliud erit q̄ positio, quæ habeẽ a Peripateticis d̄ prima ip̄a materia. Quòd ãt ita sit,declarat p̄bando minorẽ,uel explicãdo minorẽ. & dicit { nam cũ } scilicet in eã miscella { nihil segregatũ } .i.actu separatũ ab alio { erat } nec per se existebat actu,sed oĩa in ea permixta, { patet tñ } .s.cum oĩa fuerint in miscella { nihil fuisse uerũ dicere de substantia illa } .i.de miscella , ut neq; quale { ueluti neq; albũ , neq; nigrũ,neq; fuscũ } & generatim { neq; vllum aliũ colorẽ,sed necessario } tum { erat incolorata. } q̄m de quocũq; genus prædicaẽ,oportet ut aliqua illius sp̄es prædiceẽ,siue p̄dicatio sit uniuoca,siue denoĩatiua:ut in Topicis est dilucidatũ.& cum dixerat { sed necessario erat incolorata } significat iam esse actu incoloratã { aliquẽ.n.colorem.s.specialẽ actu habuisset,subaudi si miscella illa fuisset colorata actu. miscella igiẽ illa nõ est qualis qualitate coloris , Deinde oñdit q; non sit qualis qualitate saporis, & dicit { similr & insipida } nullo sapore actu affecta:et amplificans eius sermonẽ ad uniuersale subdit { eademq; ratione, neq; aliud similiũ quicq̄ } subaudi est actu , videlicet olfactilis,auditilis,aut tactilis { Neq;.n.quale qđ ipsa } .s.miscella esse poterat } patet igiẽ miscellam non fuisse qualẽ, Deinde p̄currens ad alia prædicamenta dicit { neq; quanta, neq; quid } .i.actu aliqua substãtia,cuius rõnem repetit , & dicit { aliqua.n.particulariũ formarũ } actu { ipsi } .s. miscellæ { inesset } per quã diceretur aut hõ,aut equus,aut linea,aut superficies,aut aliquid cæterorũ prædicamentorũ, quod esse impossibile oñdit,& dicit { hoc aũt est impossibile, si } ĩ miscella { erãt oĩa mixta } & nihil in ea actu { segregata enim iam eẽnt,si in ea miscella essent aliqua actu. quia nihil aliud est in miscella esse aliqua actu,& eẽ inuicẽ segregata. Ex his patet miscellã esse verã rerum omniũ materiã:ut.s. nullam formam habeat actu, sed sit p̄ter omnes. est igiẽ syll's,quod est aliquid,& neq; substantia,neq; quale,neq; quantũ, neq; aliquid cæterorũ prędicamentorũ,est p̄prie & uere materia, sed miscella est aliquid,& neq; quale,neq; quãtũ,neq; aliud cæterorũ prædicamentorũ,ut est expositũ:igitur miscella est vere,& p̄prie materia. Sed in minore est deceptio. q̄m licet miscella nõ sit actu qualis,neq; quãta, neq; substantia, neq; aliquid cæterorũ prædicamentorũ,tñ non eadem rõne,ueluti materia.nã materia est in potentia mere passiua respectu eorum,quorũ est materia nec actionẽ nec motũ hñs uirtute illius,quod p̄ter obtinet. At miscella non est in potẽtia mere passiua,quin miscibiliũ nõnihil habeat,aut virtute,aut in esse remisso. Cuius signo nobis sunt motus,& actiones,quæ uirtute miscibiliũ miscellæ insunt. Insuper licet miscella nõ actu aliqđ miscibiliũ sit,est tñ aliquod actu.s.suę sp̄ei,ut hõ, uel equus,aut lapis,aut tale quicquã s̄m formã suæ sp̄ei. At materia nec actu est aliquod miscibile,nec ipsa actu est ĩ aliqua specie. Quare nullo pacto miscella illa vere materia esse potest,nisi similitudinarie,vel interpretatiue, vt Aristoteles inquit,quæ si ea ratione interpretetur,erit cognitu mirabilis. Auerroes vero in hoc textu videlicet { nam cum nihil segregatum erat } quæ Aristoteles de miscella dicit,ipse materiæ primæ tribuit,& errat,nam per ea quæ Aristoteles ait,habetur minor syllogismi,& eius declaratio , quam neq; Auerroes considerauit,neq; aliquis expositor expressit. deinde Auerroes aliqua ex parte digrediendo in ea cõmenti parte,quæ incipit { & nõ est possibile existimare ipsum prędicari de aliquo ente } disputat sit ne materia ipsa genus,aut non,& primo probat materiã non posse de aliquo ente prædicari habente qualitatem,aut quãtitatem,aut aliquod aliud genus entium quoniam si ita esset, tunc esset genus entium, de quibus prædicatur,& ulterius sequeẽ illa,de quibus prædicatur,esse species, ipsamq; illarum genus. sed contra,q̄m per Auerrois rationẽ deducerem albũ esse genus,quoniam albũ prædicatur de aliquo habente substantiã,vt de Socrate,& de aliquo habẽte qualitatẽ,vt de pomo habẽte dulcedinẽ,& de aliquo habẽte quantitatẽ,ut de ligno : & sic de alijs prædicamentis. Igitur albũ esset genus,argumẽtũ est Auerrois. Debes ergo intelligere in prędicatione per se,nam s̄m Auerroẽ materia,uel nomẽ significans materiã in concreto prædicaẽ de ente hñte substantiã, & de ente hñte qualitatẽ, & sic de cæteris p̄dicamentis denoĩatiue,ut ipse scribit.7.huius pluribus locis,& lib.9.cum inquit,materia nõ prædicaẽ de aliquo noĩe p̄ricipali:i.p̄ se,sed denoĩatiuo, vniuersale aũt prædicaẽ de re p̄ se,ut dr̄ q; hõ sit animal. Et sic licet album prædicetur de singulis prædicamentorũ,non p̄ se prædicaẽ, sed denoĩatiue,& sic non sequiẽ,ut sit genus. Secundo principaliter accipit genus discrepare ab ipsa materia. nã genus est forma vniuersalis , materia uero quatenus materia , nec forma,nec hñs formam,cum,ut sic non debeat esse in actu aliquid oĩno. Sed Auerroes non vr̄ sibi constans;dicit.n. lib.metaphysicæ.8.& sic materia non diciẽ de definito , nisi s̄m q; est genus ei. Nomen.n.generis significat materiã s̄m q; est in potentia illud,qđ habet materiã,& sic p̄dicaẽ de habẽte materiã.ergo materia nõ differt a genere. Pręterea.10. metaphysicæ Auerroes ita inquit, genus aũt significat materiam.s.genus qđ dicitur in rei veritate,hoc est genus p̄dicamẽtale,nõ genus,quod diciẽ de oĩbus attributis eidẽ parti.i. non genus,qđ accipiẽ pro genealogia,uel stirpe,ueluti diciẽ genus herculeorũ,uel heraclitarum. ergo genus non differt a materia. Tertio dubitaẽ q̄m si genus esset forma uniuersalis,genus non p̄dicareẽ de cõpositis singularibus p̄ se. q̄m pars non prædicaẽ per se de cõposito , cuius est pars. Pro solutione aĩaduerte genus esse materiã posse bifariã intelligi, aut similitudine mõ,quo dicimus Cæsarẽ esse leonẽ inter milites.q̄m ita se habet Cæsar inter milites sicuti leo inter beluas.aut p̄prietate,ita ut p̄prie sit ip̄m genus. Prima rõne sępe inuenies apud authores genus referre materiã, differentiã uero formã. Nam ita genus est potẽtia indifferentiæ suæ differentiæ,sicuti materia potẽtia receptionis oĩa ea, quæ recipere põt. Et sic intelligas oẽs authoritates,quæ dicunt genus esse materiã,uel referre materiã. Proprietate uero nec genus est materia,nec materia est genus. & sic intelliguntẽ oẽs authoritates,quæ asserũt genus & materiã discrepare. Diluiẽ uero tertia obiectio,q̄m forma,quæ est altera pars cõpositi, ut significaẽ per nomẽ partis,nullo mõ prędicaẽ de eo, cuius est pars. Non.n.hõ est intellectualis aĩa,uel intellectus,sicuti nec corpus est albedo. vt uero significaẽ per nomen totius atq; cõcreti, forma p̄dicaẽ per se de eo,cuius est forma. nam Socrates est hõ,est uera & p̄ se p̄positio. nã hõ signat animã intellectualẽ per modũ totius. Similiter Socrates est aĩal est vera & p̄ se p̄dicatio,q̄m aĩal signat sensitiuã aĩam p̄ modũ totius. ueluti cõcedimus corpus esse albũ, q̄m album signat albedinem per modũ concreti. De his disputauimus in dilu

cidario

Quæ Au cõ.17.

Com.11. Cõ.23. 43 44

Commẽ



cidario pluribus locis. Tertio accipit Auerroes materiã nullam habere formam ex ijs,quas recipit, utputa neq; uniuersalem,neq; particularem,quod idem primo physicæ auscultationis confirmat,id tribus rationibus probando: Contra tamen hoc,quod hic ait Auerroes, videtur illud,qđ dicit primo auscultationis physicæ,cum inquit ẽt manifestum est q; ista materia non denudatur a corporeitate,q̄m tunc haberet disp̄oñem substantialem,& reliqua. Quicquid sit de veritate ipsa, Auerroes non dicit absolute materiã nullam habere formam,sed ex eis,quas recipit. Quarto Auerroes affert ordinem,quo recipiunẽ formæ in materia , asserens materiã primo recipere formã vniuersalem,& postea mediante forma vniuersali recipere formas alias vsq; ad idiuiduales. Sed occurres,q̄m s̄m Auerroẽ , forma corporeitatis est coæterna materiæ:ut diximus. Ergo illam non recipit. Fortasse Auerroes loquiẽ de his formis vniuersalibus,& particularibus,quæ de nouo per generationẽ recipiuntur in materia, ut vegetalis,sensitiua,& intellectiua: quæ ordinatim recipiunẽ in materia, vt libro de gñatione animalium diximus. & fortasse de his non in facto,sed in fieri loquitur,q̄m in facto nõ sunt plures tales formæ in materia,sed bene in fieri, nã semper p̄steriore accedẽte, desinit prior. Quinto Auerroes explicans unitatem materiæ ait materiam esse vnam numero prout est subiectum formarum indiuidualium , & quia subiectum quo subiectum est, priuatur ijs,quæ habet : erit materia una numero priuationem formarum materialium, est uero numero multiplex multitudine formarum indiuidualium,quibus diuiditur,ac numeratur : de quo Auerroes duodecimo huius dilucidius, quia uero superius dixit materia discrepare ã genere,nunc Auerroes demonstrat materiã & genus esse similia, & dissimilia. Similia quidẽ,quia tam genus q̄ materia est quoddã ens in potentia. Dissimilia uero, quoniam materia est vna numero in multis , quatenus eius esse consistit in potentia receptiua . At genus est unũ in forma media inter actum,& potentiã in multis. & sic est ens in potentia contrahibilitatis,q̄m per plures differentias cõtrahi potest ad plures sp̄es . Propterea cõcludit genus prædicari per se subaudi de sp̄ebus suis,& de indiuiduis suarũ specierũ, materia uero nequaq̄,nisi denoĩatiue,ut dictum est. Quęres fortasse qđ est genus sumi a materia,differentiam vero a forma? Dicendum materiã recipere diuersos perfectionis gradus,ut declarauimus in naturalibus. Ergo quatenus materia perficitur inferiore p̄fectionis gradu,remanet adhuc in potentia,atq; materialis ad gradũ altioris perfectiorẽ, ueluti cum corpus p̄ficiẽ ab anima humana in esse sensibili,adhuc remanet ut materiale respectu alterioris perfectionis. & sic animal quatenus genus sumiẽ a materia. Rõnale uero quatenus differentia sumitur a forma.

Com.69.

Com.63.

Cõ.11.14.

TEX.18 Dicit autem permixta esse omnia pręter mentem,hanc autem impermixtam solã , & sincerã. ex his igitur fit ut ipse principia dicat, & unum ipsum (hoc enim est simplex,& impermixtum) & alterum ueluti ens,quale ponimus indefinitũ anteq̄ definiatur,aliquaque specie participare. Quare neq; recte quidẽ,neq; dilucide dicit,vult tamen aliquid his simile dicere,quæ posteriores dixerunt,& quæ nunc magis appa rent.

Expositor hunc textũ disiungens a proximo , vult Arist. ostendere Anaxagorã subtilius tetigisse naturã effectiui principij,quem posuit intellectum. Alexander aũt uult hũc textum esse continuũ proximo textui.nam cũ deduxisset Anaxagorã ad hoc q; segregata essent oĩa , oñdit statim hoc esse contra ip̄m dicens { dicit aũt permixta esse omnia p̄ter mentem,hanc aũt impermixtam solã, & sinceram } .i.puram nihil cõpositionis participantẽ. quare falsum est segregata esse omnia. Deinde ostendit q̃uo opinio Anaxagoræ est similis, immo quasi reducibilis ad illã Platonis: & breuiter eã colligens dicit { ex his igiẽ fit,ut ipse } .s. Anaxagoras { p̄ricipia dicat } .s.similia ijs principijs,quę Plato dicit { & unũ ip̄m, Hoc enim est simplex,& impermixtum } Mens.n.quæ per ip̄m simplex est,mixtionisq; expers, p̄portionale unius, qđ ponit Plato ex parte formæ,uideri potest { Et alterũ ueluti ens } ponit.s.simile dualitati { quale ponimus } .i. qualem dualitatẽ ponimus { indefinitum anteq̄ definiaẽ } .s.p̄ vnitatem,& anteq̄ eã ponimus { aliqua sp̄e participare } .s.aliqua vnitate:per quam ponaẽ in sp̄e trinarij,uel quinarij, vel alicuius alterius eiusmodi. Ex his patet opinionẽ Anaxagoræ reduci posse ad illã Platonis , nam mens rep̄ñtat unitatẽ: Miscella dualitatẽ : hoc pacto videẽ Alexander exponere. Licet Expositor potius exponat, q; Arist. enitaẽ reducere hãc Anaxagoræ opinionẽ ad suam:quod est contra id, qđ subdit statim.d. { quare neq; recte qdẽ, neq; dilucide dicit } .s. Anaxagoras quantũ ad superficialẽ intellectum sui sermonis { Vult tñ aliquid his simile dicere,quæ posteriores dixerunt } .s.Platonici. q̄m mens quã ponunt,refert unitatẽ,mixtura uero refert dualitatẽ { & } simile ẽt ijs { quæ nũc magis apparent } .s.opinioni nr̄æ.nam mens refert principium effectiuum. Mixtura uero primã ipsam materiã. & sic patet q̄ pulchra sit hæc expositio. Auerroes aũt super textu p̄ñti nihil dicit ad uerba Aristotelis,q̄m translationes eius nec cõueniunt verbis græcis,nec translationibus latinis,immo nec translationibus Arabicis, quæ habentur cum translationibus Latinis : propterea prætermittendus est. Que Auerroes cõ.18.

Atenim hi quidem solũ ijs sermonibus , qui circa generationem & corruptionẽ , & motum sunt,proprij sunt. fere enim circa talem substantiam solum & principia,& causas quærunt. Qui vero de omnibus quidem entibus contemplationem faciunt,quorum quidem alia sensibilia, alia insensibilia ponũt,de vtrisq; generibus eos considerationem facere patet, quo circa magis apud ipsos moram quispiam trahet inquirendo quid bene,aut non bene dixerint ad eorum,quę nunc proponuntur considerationem.

Expositor quantum ad primam partem textus vult vt se excuset ã perscrutatione diligentiore opinione philosophorũ naturalium . Quoniã opiniones ille pertinent magis ad philosophiam naturalẽ q̄ ad hanc scientiam. Sed illud, quod sequitur ibi { qui uero de omnibus quidẽ entibus } demonstrat q; Aristoteles nunc naturales authores secernat ab ijs, qui substantias incorporeas substituebãt,vt fuerunt Pythagorici,& Plato.hi enim de cunctis rebus differentes quasdã substantias ã natiuis & naturalibus, & omnino corporeis, sensibilibusq; diuersas ponebant. quo fit,ut horum sententię discussio ad susceptum negotiũ usui maiori sit. Inquisitio.n. nobis nõ de ijs causis suscepta est,q̄ naturales sunt,& in motu uersanẽ,sed de intelligibilibus,& incorporeis . Ergo exponamus cum Alexandro quòd commemoratis veterum naturalium sententijs de principijs , distinctisque,nunc naturales authores secernat ã metaphysicis , qui substantias incorporeas asserebant , utputa a Pythagoricis & Platone, qui de cunctis rebus differentes quasdam substantias a naturalibus,& omnino corporeis,sensibilibusq; diuersas statuebant. & primo secernit illis ab his , Deinde prosequitur horum metaphysicorum sermones, de prima parte dicit { At enim hi quidem } sermones ut Expositor suppleuit, uel { hi quidem } authores naturales, vt suppleuit Byzantius { solum ijs sermonibus, qui circa generationem & corruptionẽ et motum sunt } .i.solum ijs sermonibus,qui sunt naturales { proprij sunt } .i.proprie accommodantur. Cuius causam

reddit,& dicit ¶ Fere enim circa talem substantiam ¶ .s.naturalem,ac mobilem authores illi ¶ & principia, & causas quærunt ¶ igitur uersantur circa philosophiam naturalē tantum,& sic damnati sunt,ꝙ non de omni substātia differuissent,nec ea tradidissent,quæ huic doctrinæ cōferre possent. ¶ Qui uero de omnibus quidem entibus contemplationē faciunt,quorum quidem ¶ .s.entium ¶ alia sensibilia ¶ .i.materialia,corporea,ac in motu consistentia ¶ alia insensibilia ponunt ¶.& a motu,materiaꝙ sensibili seiuncta ¶ de utrisꝙ generibus ¶ .s.tam sensibilium ꝙ insensibilium ¶ eos considerationem facere patet ¶ ecce quo modo distinxit authores naturales a metaphysicis,quos nūc prosecuturus proponit: & dicit ¶ quocirca magis apud ipsos moram quispiam trahet inquirendo quid bene,aut non bene dixerint ad eorum quæ nunc proponuntur considerationem ¶ .i. pro utilitate considerandi res,quas nunc sumus tractaturi. Naturalium ergo authorum doctrina eo nomine damnata est, ꝙ non de omni substantia differuissent,nec ea tradidissent, quæ huic doctrinæ conferre possent. Pythagoricorum autē & Platonis sententia commendatur, ut magis huic commentationi accommodata. quo fit,ut discussio huius sententiæ ad susceptum negotium usui maiori sit. Expositor autem videtur ratiocinari doctrinam Pythagoricorum & Platonis magis attinere ad præsentem scientiam hoc argumento, Doctrina, quæ pertinet ad omnia genera entium,magis pertinet ad præsentem scientiam: Sententia Pythagoricorum, & Platonis pertinet ad omnia genera entium: igitur magis pertinet ad præsentem scientiam. Maior patet, quoniā præsens scientia est de omnibus generibus entium,& non de aliquo particulari genere entis. At cum philosophi naturales solum de entibus naturalibus,quæ in motu cōsistunt,agant, fit ut sint postergandi in præsenti scientia. Auerroes autem super præsenti parte asserit considerationem elementorum,i. principiorum rerum mobilium,quę est propria scientiæ naturali,esse diuersam a consideratione principiorum substantiæ, quatenus est substantia,quæ est propria huic scientiæ. Licet nonnulli naturalem scientiam putent esse eandem cum metaphysica,quoniam subtraxerunt genus substantiarum separatarum,ut postea dicemus. nam qui è medio sustulerūt genus substātiarum separatarum,naturalem philosophiam fecerunt primā. Cætera,quæ Auerroes ait, nec sunt ad verba Aristotelis,nec utilitatem.

Que Auer. cō.18.

TEX.19 Vitra ꝙ ἐκτοπωτέρως alio mō ꝙ peregrinius fusius.

Igitur ń,qui Pythagorici uocantur,principijs quidem,& elementis ulterius utuntur ꝙ naturæ interpretes. Argumento ꝙ non ex sensibilibus ipsa sumpserint. Res enim mathematicæ motu uacant astrologicis exceptis. Differunt tamen, & tractant omnia de natura, nam & cœlum generant,& id quod accidit circa partes huius, & affectus,& opera cōseruant. Et principia & causas in his consumunt,ut consentientes cæteris naturalibus,quoniam & ipsum ens, hoc est quodcunqꝫ,sensibile est, atqꝫ continet, quod cœlū appellant. Causas autem & principia (ut diximus) sufficientia quasi dicunt & ad ascendendum in ea,quæ superiora quoqꝫ sunt,& magis illis ꝙ sermonibus,qui de natura sunt,accommodati.

Expositor putat Aristotelem nunc uelle disputare primo contra Pythagoricos, & bene dicit,sed ꝙ primo comparet opinionem horum ad opinionem philosophorum naturalium ſm conuenientiam & differētiam in præsenti textu, & in sequenti argumentetur contra Pythagoricos, dissentit ab Alex.qui vult,vt Aristo. hic insectetur Pythagoricos,ꝙ aliena magis,& abiuncta a rebus naturalibus principia ponant,ac ulteriora.i.latius patentia excedentiaqꝫ, & quę aliarum naturarum principia esse queāt,incorporea.s. ac immobilia,utputa numeros. Hi enim neqꝫ rebus naturalibus proxima,neqꝫ cōmunibus opinionibus & naturaliū authorum sententijs consentanea principia ponebāt. nam quæ ab alijs principia statuūtur,magis corporibus naturalibus cohęrēt, & manifestiora sunt. Argumentatur ergo Arist. contra Pythagoricos,ꝙ rerum naturalium proxima principia non naturalia,& sensibilium insensibilia principia statuerint,ac excedentia,& quæ aliarū naturarum principia esse queant qđ esse absurdum. 3.lib. de cœlo & mundo probauit Arist. asse rens oportere sensibilium sensibilia,sempiternorū sempiterna,& corruptibilium corruptibilia proxima principia esse, & omnino effectibus similaria. Vnde quasi repetēs id, quod 3.lib. de cœlo dixit aduersus Pythagoricos. dicit ¶ igitur ń,ꝙ Pythagorici vocantur principijs quidem,& elementis ulterius ¶ .i.fusius patentibus ¶ utuntur ꝙ naturæ interpretes ¶ cuius simul cām reddit,& dicit ¶ argumento ꝙ non ex sensibilibus ipsa ¶ .s.principia,& elemēta sumpserint,sed a mathematicis. nam cum essent in his uersati,ex his & horū consentanea principia ponebant. Hęc porro sunt mathematica, quorum per ipsos principia numeri sunt. Quòd aūt mathematica immobilia sint, ꝓbat,& dicit ¶ Res enim mathematicæ motu uacant,astrologicis exceptis ¶ Astrologia.n. licet scientia mathematica sit,de rebus tamē naturalibus, & quæ in motu sunt,edisserit,cum astra,in quibus uersatur,naturalia sint,& moueātur. Quòd aūt hæc principia fusiora rebus naturalibus,non attribuant, nisi rebus naturalibus, subdit ¶ differunt tamen,& tractant omnia de natura ¶ & de nihilo alio ꝙ de rebus naturalibus disputant,& hæc ex illis generari tradunt ¶ nam & cœlum,& id, quod accidit circa partes ¶ .i.cœliqꝫ partes ¶ generant ¶ .i.generari asserunt, quæ principia,ut supra diximus, par & impar sunt ¶ & affectus, & opera cōseruant ¶ siue obseruant rōnē reddentes eorum ex numeris nam rōnem reddunt rerū cœlestium ¶ & principia & cās in his consumunt ¶ quāsi nihil sit, aut fiat ex ipsis præter sensibilia corpora: & quantum ad hoc ¶ ut consentientes cæteris ¶ .s.authoribus ¶ naturalibus ¶ ponebāt, qui præter corpora naturalia quæqꝫ in motu sunt, nihil esse putabant ¶ quoniam & ipsum ens hoc est quodcunqꝫ in ¶ rerum natura est ¶ sensibile est, atqꝫ continēt quod cœlū appellant ¶ Extra.n.cœlum nullum esse ens ponebant,vt Peripatetici putabant,qui extra cœlum res posuerunt, quæ vitam optimam ducūt,sed omne,quod est,& cœlum, & quæ intra cœlum continent,esse putabant ¶ Causas aūt, & principia,ut diximus sufficientia quasi dicunt,& ad ascendēdum in ea,quæ superiora quoqꝫ sunt ¶ quoniā incorporearum,& plusqꝫ naturalium rerū dici possunt ¶ & ¶ .s. quæ principia ¶ magis illis ¶ .i.illarum rationibus q̄ ¶ naturalibus sermonibus accōmodati sunt ¶ Ergo errauerunt,inquantū principia posuerūt quæ apta sunt accōmodari rebus superioribus ꝙ sint res naturales,& tamen solum rebus naturalibus attribuerunt. Quòd aūt principia quæ posuerunt possent accōmodari rebus supranaturalibus,patet, quoniā Pythagorici posuerunt numeros esse rerum naturalium principia, quos Plato substantijs ēt intellectualibus pro principijs attribuit. nam & Deum,& animā numerum esse asserit seipsum mouentem. Dixit aūt ¶ sufficientia quasi ¶ quia non apud oēs numeri possunt accōmodari pro principijs substantijs intellectualibus,quæ sunt supranaturales, sed solum apud Platonicos. Dixit ēt principia illa videlicet numeros esse aptos accōmodari magis rebus ultra naturalibus videlicet intellectualibus ꝙ naturalibus: qm̄ apud Pythagoricos numeri minus circūcernunt motum ꝙ res naturales. At res intellectuales sine motu sunt. igitur apud illos numeri sunt magis rebus metaphysicis accommodabiles ꝙ rebus naturalibus.

Auerroes uero supra præsenti textu indicat cōuenientiam & differentiam quantum ad considerata in astrologiam, & naturalem

Que Auer. cō.19.



naturalem philosophiam. Cōuenientiam quidem, quoniam tam naturalis philosophia, ꝙ astrologia considerat corpora cœlestia,& eorum partes,& accidentia,& motus. Differentiam uero,qm̄ astrologia non cōsiderat ea,quatenus simplr sunt mota: Considerat.n. figuras,& situm eorum ſm qualitatem motus hoc est prout stella est uelox,et tarda,repedās, progredięs,& directa,stationaria,propinqua,atqꝫ remota. Insuper considerat de magnitudinibus stellarum,& paruitate, & de numero. At naturalis considerat de naturis earū, quo sunt mobilia,ut ꝙ moueantur circulariter, qm̄ neqꝫ grauia, neqꝫ leuia.et declarat qualis spēs motus eis sit possibilis,qualisve non.quoniam circularis est eis possibilis, rectus vero non. Libro uero secundo de cœlo Auerroes asserit astrologiam & naturalem differre in considerandis stellis,atqꝫ cœlis ipsis,& cœlorū partibus,atqꝫ figuris,atqꝫ situbus, & motibus. Primo quia astrologus in qōnibus, quæ mouentur de talibus assignat ipsum,quia est,tātum,naturalis uero ipsum propter quid. Secundo quia astrologus omnia, quæ de illis considerat,in ordine ad quantitates motuum, aut distantiarum,aut situum. Naturalis aūt absolute,ut mouentē tantū.

Cō.61.

Com.55.

Sed quonam modo finito ac infinito solū supposítis,& pare impareqꝫ,motus erit. aut quonā pacto fieri potest,ut sine motu,mutationeve generatio sit,atqꝫ corruptio,aut eorum opera,quæ feruntur in cœlo: nihil dicunt.

Cum accusasset Pythagoricos de incompetentia principiorum,quæ ponebāt,vt ꝙ essent excedentia res naturales, & illis non competentia: nunc secundo accusat,ut Alexander inquit,eos,ꝙ causas effectrices motuū, & generationis, & corruptionis,& aliorum,quæ cœlo attribuuntur,reddere non possint: & dicit ¶ sed quonam modo finito, ac infinito, & ¶ pro.i. ¶ pare ¶ quo utuntur pro infinito ¶ impareqꝫ ¶ quo utuntur pro fine,finitoqꝫ ipso ¶ suppositis ¶ .i.ut materialibus principijs subiacentibus, non suppositio aliquo pro agente ¶ motus erit. ¶ q.d. ꝙ nullo modo esse posit. Cuius causam reddit Alexander,quoniā numeri, quos supponunt materiales causas,immobiles sunt, & nullius motus authores,effectricesqꝫ causæ. Præterea cū numeri sint causa materialis apud eos,& materia non moueat, nisi mota: numeri mouere non poterunt,nisi fuerint moti. at cum Pythagorici nullam cām asserant,quæ numeros moueat, iure coguntē è medio tollere motum. Deinde ostendit eos esse coactos è medio tollere generationē,& corruptionem,quoniā sublato motu & alteratione, generationem & corruptionē tolli necesse est: cum sine motu nec generatio fieri possit, nec corruptio: & dicit ¶ aut quonam pacto fieri potest, vt sine motu,mutationeve generatio sit,atqꝫ corruptio. ¶ ergo cū cogantur tollere motum,cogentur generationem è medio tollere,ac corruptionem. Deinde tertio ostendit eos esse coactos è medio tollere opera stellarum,quæ feruntur in cœlo. Sublato enim motu tolluntur opera stellarum,& dicit ¶ aut eorum opera quæ feruntē in cœlo ¶ quonā modo esse pñt. s. ¶ nihil dicunt ¶ Subtrahunt enim motum, & cām motus. ergo subtrahunt opera eorū siderum,quæ mouentur in cœlo. verbum ¶ nihil dicunt ¶ construi debet cū singulis partibus,videlicet quonam modo motus erit, nihil dicunt, aut quonam pacto sit generatio,& corruptio sine motu, nihil dicunt aut opera eorum astrorum quæ feruntur in cœlo quonam modo esse pñt,nihil dicunt.i.non explicant.& per opera astrorum Alexāder intelligit ortus & occasus astrorum, & similia,& fortasse intelligit sonos, qui sine motu in cœlis esse non possunt: qui stellis insunt ſm Pythagoricos moribus harmonicis accedentibus, interuenientibusqꝫ. Auerroes autem in præsenti parte velle videtur Aristotelē velle probare ꝙ finitum & infinitum nō sint rerum principia,qm̄ cum sint contraria,oportet subesse medium subiectum. At cum Pythagorici nullum potuissent subiectum mediū, non poterunt ponere finitum & infinitum contraria principia. Quæ expositio nec conuenit græcis verbis,nec latinis translationibus, nec est ad propositum.

Que Auer. cō.20.

Præterea siue quippiā eis det magnitudinem ex his esse,siue id ostendat, tamen quonam modo corporum alia leuia, alia grauia erunt? Ea enim quæ supponunt, ac aiunt, non magis de mathematicis corporibus, ꝙ de sensibilibus dicunt. Quocirca de igne, aut terra, aut cęteris corporibus talibus nihil omnino dixerūt: tanquam nihil ā sensibilibus arbitrati sint dicere propriū.

Tertio accusat eos,quoniam non possunt reddere rōnem quonam pacto ex numeris magnitudo, & corpus constare posit. nam cum numeri nullam habeāt distantiam, magnitudines,& corpora(quæ distantiam habent)quonam pacto constare possunt ex numeris? Non enim possunt assignare rationem. Insuper cōcesso ꝙ magnitudines ex numeris cōstent,qua nam ratione possunt dicere aliqua corpora esse leuia,aliqua grauia,cum numeri neqꝫ graues sint, neqꝫ leues? Supponens ergo primam accusationem,prosequitur secundam & dicit ¶ præterea siue quispiam eius det ¶ concedatqꝫ sponte nulla ratione cogente ¶ magnitudinē ¶ omneqꝫ corpus ¶ esse ex ijs ¶ .i.constare ex numeris, quod esse nequit, cum id quod distantiam habet,ex ijs constare nequeāt, qug distantia uacant,tamē eis hoc concesso ¶ siue ostēdat ¶ .s. ratione cogente,ꝙ magnitudo corpusqꝫ omne cōstet ex numeris ¶ tamen quo nam modo corporū alia leuia, alia grauia erunt? ¶ cum numeri neqꝫ graues sint,neqꝫ leues: igitur ex eis non possunt corpora grauia fieri,aut leuia. Quòd autē numeri neqꝫ graues sint,neqꝫ leues,probat, qa ex equo tam naturalibus,qꝫ mathematicis competunt. Et cum mathematica abstrahant a materia graui & leui, & ab omni materia sensibili,etiam numeri,qui eis competunt equaliter sicuti naturalibus corporibus,abstrahent a materia graui & leui, & sic in se erunt neqꝫ graues neqꝫ leues, nō ergo ex his possunt corpora grauia,aut leuia cōstare: dicit ¶ Ea enim ¶ .i.numeros ¶ quos supponunt ac aiunt, ¶ ut materialia principia rerum omnium ¶ non magis de mathematicis corporibus ꝙ de sensibilibus dicunt ¶ sed æqualiter asserunt numeros esse rerum mathematicarum,atqꝫ naturalium materialia principia: Igitur in se numeri neqꝫ sunt graues,neqꝫ leues. Abstrahūt enim ab omni materia sensibili,sicut res ipsæ mathematicæ. Tunc concludit accusationem, & dicit ¶ quo circa de igne,aut terra,aut cæteris corporibus talibus ¶ uidelicet aere,aut aqua ¶ nihil omnino ¶ .i. nullam propensionē.s. neqꝫ grauitatem,neqꝫ leuitatem,neqꝫ caliditatem, neqꝫ frigiditatē ¶ dixerunt ¶ aut dicere potuerunt. quoniam numeri ex quibus constant,neqꝫ graues sunt,neqꝫ aliquid id genus, in hoc autem defecerunt ¶ tanquam ¶ .i. quoniam ¶ nihil de sensibilibus ¶ .s.corporibus ¶ arbitrati sint dicere propriū ¶ qđ non comperat mathematicis quod ideo falsum est, quoniam corpora sensibilia addunt aliquid propriū supra mathematicis,utputa propensiones naturales, atqꝫ sensibilium ipsam materiam. Quòd si ea, qug corporibus naturalibus,qua sunt naturalia,priuatim conueniunt, grauitatem,leuitatem,humiditatem,siccitatemqꝫ silentio prætereunt, merito de corporibus naturalibus,ut Alexander inquit,non disseruisse uideri possunt,quāquam id præstare uellent,& se præstituros profiterentur. Auerroes uero in psenti textu post multa, quæ dicit extra propositum textus in calce cōmenti colligit cām, quare contingit Pythagoricis non dicere sermonem conuenientem sensibilibus,quam causam dicit esse, quia intromiserunt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus,qa ex numeris,qui non sunt mobiles: quam sententiam Auerroes confirmauit secundo libro de cœlo,& lib. 3.eiusdem.

Que Auer roes cō.21.

Com. 61. Com. 69.

Præterea quonam pacto ſumere oportet numeri affectus, ac numerũ ipſum cãs e ſſe eorum, quæ a principio, & nunc in cęlo ſunt atq; fiunt. Numerum autem nullũ alium eſſe præter hunc numerum, ex quo mundus eſt cõſtitutus.

Quarto accuſat Pythagoricos q ex una parte ponerent numerum eſſe cauſam omnium eorum, quæ ſunt, uel fiunt in mundo, Ex altera uero q nullum alium numerum ponerent præter hunc, qui eſt rerum ſubſtantia, & ſic ſequitur, ut idem ſit cauſa ſui. dicit { preterea quonã pacto ſumere oportet numeri affectus } oportet par & impar { ac numerũ ipſum cauſas eſſe eorum, quę a principio } .ſ. ortus rerum { & nunc } .i. uſq; nunc { in cœlo } .i. in mundo { ſunt, atq; fiũt. Numerum autem nullum alium eſſe præter hunc numerũ, ex quo mundus eſt cõſtitutus? } Sequitur enim ſententiam ſic dicentium, ut idem numerus ſit cauſa, & cauſatus, quod abſurdum eſſe nemo eſt qui dubitat: cũ cauſa ab opere cauſæ ſemper diuerſa ſit, vt Alexãder exponit. Auerroes autem in præſenti textu, qui credit Ariſtotelem ducere Pythagoricos ad hoc abſurdum, ut idem ſit numerus qui eſt cœli ſubſtantia, & ſubſtantia rerum generabilium, dicit hoc pro tanto eſſe abſurdum, pro quanto cœlum habet naturã, quæ ſibi propria eſt, aliam ab ea quæ eſt generabilium & corruptibilium, cum cœlum ſemper ſit in præterito, præſenti, et futuro, Generabilia uero nequaquam. Q uod autẽ idem ſit numerus, patet quia apud eos eadem eſt natura numerorum ex quibus conſtat mundus, & numerorum ex quibus conſtant generabilia. Quæ expoſitio eſt vera, non tamen eſt ad uerba Ariſtotelis, ut intelligenti græcam lectionem perſpicuum eſt.

Q ue Auer. cõ.22.

Occaſio. καιρὸς.
Opportunitas.
Temp⁹ opportunum.

Nam cum hac quidẽ in parte opinio ſit, ipſorum ſententia occaſio quoq; eſt: paulo autem ſupra, uel infra iniuria, & diſceptatio, uel mixtio. Demonſtrationem autem afferunt ex eo, quia vnumquodq; iſtorum quidẽ numerus eſt. Accidit autem ſecundum hunc locum, ut earum magnitudinum, quæ conſiſtunt, multitudo ſit iam, quoniam hi affectus ſingulos locos ſequuntur.

diſceptatio. διακρισις.
Juſtitia.
Judicium.
Diſcrimen.

Vt Alexandro placet Ariſtoteles his verbis oſtẽdit quo modo Pythagorici mundum confecerint, & numeros qui in ipſo habentur: Quod expoſitoribus non diſplicet, qui aſſerunt Ariſtotelem adducere hic rationẽ, qua dicebant omnia, quæ in mundo ſunt eſſe numeros. Eſt autẽ ratio ſumpta ab exemplis eorum, quæ ipſi ex numeris conſtituunt, & dicit { nam cum hac quidem in parte } .ſ. mundi { opinio ſit } cuius ſubſtantia eſt numerus binarius { ipſorum ſententia occaſio quoq; } quæ græce καιρὸς. i. tempus opportunũ { eſt } .ſ. in altera mũdi parte. Tempus enim & opinio dugres mundi ſunt, quæ licet in mundo ſint, tamen non eandem mundi partem tenent { paulo autem ſupra, uel infra } hæc duo. ſ. in alia mũdi parte eſt { iniuria, & } διάκρισις. i. { diſceptatio } ſiue judicium, ſiue iuſtitia { uel mixtio } aut ex iis, quæ in mundo habentur, quicquã aliud. Res enim quæ in mũdo ſunt, proportionibus locorũ & ſituum diſcrepant, quæ proportio in numerorum uarietate conſiſtit. Quòd aũt ita ſit, adducit rationem eorum, & dicit { demonſtrationem autem } .ſ. q horum conſtitutio huiuſmodi ordine conficiatur { afferunt ex eo, quia vnumquodque iſtorum numerus eſt quidẽ } nam horum unumquodq; alicuius numeri eſſe aiunt, cuiq; autem loco in mundo ſuum / propriumq; numerum eſſe. medio. ſ. mũdi unum ponunt, q hic ſit primũ, poſt medium uero duo, quæ quidem opinionem & audaciam appellabant. Et ſic quo magis a medio recederetur, eo fieri numerum eorum, quæ conſtituerentur, ampliorem: q numeri, ex quibus conſtituuntur, ac potius quibus hęc ſunt, tales ſint probat, quoniam numerorũ affectiones, ipſosq; numeros conſentaneos eſſe locis, qui in mũdo habentur, atq; ipſis proprios eſſe putant: Deinde q magnitudines etiã & corpora, quæ in mundo ſunt, diſcrepent hac eadẽ ratione oſtendit, & dicit { accidit autem ſecundum hunc locum } mundi ſcilicet qui ſub luna eſt { ut earum magnitudinum } & corporum naturalium { quę conſiſtunt } .ſ. ſub luna { multitudo ſit iam } & diuerſitas { quoniam hi affectus numerorũ. ſ. quibus cõſtant magnitudines { ſingulos locos ſequuntur } .i. differunt, ut loca differunt. & cum dixit { ſm hunc locum } loca noſtratia, quæ ſub luna in terra ſunt intelligit, quaſi uelit ut in hoc loco ſublunari idcirco multitudo magnitudinũ conſiſtat, quoniam numerus iam in hoc complura ſit, quorum plura exiſtentia differentias efficiant ſecundum multitudinem magnitudinum. Q uòd ſi loca differãt pro differentia numerorũ, & magnitudines pro differentia locorum, ſit, vt magnitudines ſint multæ pro varietate numerorum, ut ſit ratio, corpora differũt locis & ſunt multa multitudine locorum: loca uero uaria ſunt & diuerſa pro differentia numerorum igitur magnitudinum multitudo eſt pro differẽtia numerorum. Expoſitor autem dicit hic inferius eſſe opinionem, quoniam hic inferius ſunt res contingentes, de quibus eſt opinio. Inſuper & tempus, quoniam contingentia ſunt hic, quæ ſubſiſtunt tempori, pro quanto aliquando ſunt, aliquando non ſunt. Item hic inferius eſt iuſtitia, aut diſcretio, aut mixtio. iuſtitia quidem, quoniam cum res ſunt in loco: qui eis competit, obtinẽt iuſtitiã diſcretio ve o, cum res ſublunares ponerentur extra loca, vbi ſunt ſibi ſimilia: verbi cauſa, una gleba ignis extra locũ, in quo eſt ignis: mixtio uero, cum corpus eſſet ſimul cũ corpore alterius rationis, verbi cauſa una gleba ignis ſimul cum terra quare ſublunа ſunt tẽpus, & opinio, & iuſtitia, & diſcretio, & mixtio.

Sed hæc expoſitio quantum conueniat verbis, exiis, quæ dicta ſunt, patet. Nam per verbum καιρὸς non tẽpus, quòd eſt menſura motus intellexit, ſed occaſionem opportunitatemq; quæ in tempore accidit: & in rebus, quæ ſub cœlo ſunt: quem ordinem dualitatem habere putabant, hãc opinionem in mundo obtinere confirmabant, quoniam iis dualitas erat opinio. rurſus quem ordinem numerus ſeptẽ obtineret, hunc in mundo aſſignabant tempeſtiuitati, quoniam hunc numerum tempeſtiuitatem eſſe cenſebant. Iniuriam uero uel iudicium paulo ſupra, uel infra tempeſtiuitatẽ, quoniam numerorum, qui hoc erant, q hæ res ordo idem haberetur. Sed in quibuſdam exemplaribus ut Alexãder inquit, pro iniuria legitur inuictũ, quod à Pythagoricis idcirco q nque appellari tradunt, quoniam in triangulis triquetris, quæ latera primum dicibilia cõtinent, laterum angulum rectum complectẽtiũ alterum eſt trium, alterum eſt quatuor, baſis vero quinq. ergo quoniam baſis æquialet vtrique ſimul, ideo uictrix ipſa, latera uero debellata eſſe dicuntur. ergo numerus quinq; inuictum ab iſtis appellatur, quaſi non ſuperatus, ſed inuictus ſuperiorq;, ſit. nolo tamen te latere hęc Pythagorica eſſe obſcuriſſima, adeo vt Cicero dixerit, ea meruiſſe ſilentium. ſunt enim dicta metaphorice, et quidem adeo obſcure, ut uix uerba intelligãtur, quare iubente Cicerone, de his ſilendum eſt.

Sed utrum hic idem numerus ſit, qui eſt in cœlo, quem accipere oportet unumquodq; horum eſſe, an alius præter hunc? Plato nanque alium eſſe dicit, & licet ille quoque numeros & hæc eſſe, & horum cauſas arbitretur, tamẽ alios intelligibiles, alios ſenſibiles eſſe cenſet. Sed de Pythagoricis quidem loqui nũc omittamus, ſatis eſt enim eos tetigiſſe tantum.

Cum



Cum acceſſiſſet ſecundum Pythagoricos, quomodo numerus ſit ſubſtantia rerum & cauſa rerum, nunc mouet. q. & poteſt quæſtio intelligi uno modo vt Alexãder intelligit, q; quærat Ariſtoteles, utrum idem numerus ſit ſubſtantia rerum, quæ ſunt in mundo & cauſa illius ſubſtantiæ, ita vt idem ſit cauſa ſui: an alius numerus ſit qui ſit cauſa, & alius quia ſit ſubſtantia, & effectus. reſpondet Plato probabilius eſſe, ut ſit numerus cauſa, & alius numerus effectus. Aliter quæſtio intelligi poteſt, ut quærat, utrum ſint duo numeri, alius qui ſit ſubſtantia rerum cœleſtiũ, alius qui ſit ſubſtantia rerum ſenſibilium, an idem numerus ſit qui ſit ſubſtantia cœleſtium, & ſubſtantia rerum ſenſibilium. Hic ſecundus quęſtionis ſenſus uidetur ſatis conueniens propter opinionem Pythagoricorum, qui uoluerunt omnes numeros eſſe eiuſdem rationis, & etiam uidetur conſonus verbis, quibus utitur pro ſolutione, unde dicit { ſed utrum hic idem numerus ſit, qui eſt in cœlo } .i. qui eſt ſubſtantia rerum cœleſtium { quem accipere oportet unumquodq; horũ eſſe } .i. quem oportet accipere ut ſit ſubſtantia rerum ſenſibilium, quæ ſublunares ſunt, ita ut idem numerus ſit ſubſtantia rerum cœleſtium, & rerum ſenſibilium { an alius } .ſ. ſit numerus cœleſtis { præter hunc } .i. præter hunc numerũ ſenſibilem, ita ut ſint duo numeri, alter qui eſt ſubſtantia cœleſtium, alter qui eſt ſubſtantia ſenſibilium? hæc eſt quæſtio. Cui reſpondens dicit { Plato nanq; alium eſſe dicit } quoniam aſſerit duo eſſe genera numerorum, quorum alterum eſt ſubſtantia rerum cœleſtium, alterum uero ſubſtantia rerum ſenſibilium. Sed dices vtrum Plato aſſerens hos duos numeros genere diſcrepantes uoluerit, ut numerus cauſa ſit numerus effectus, verbi cauſa, vt numerus cœleſtis, qui eſt ſubſtantia rerum cœleſtium, idem ſit cum eo, qui eſt cauſa illius: & numerus, qui eſt ſubſtantia rerum ſenſibiliũ, idem ſit cum eo, qui eſt cauſa illius. Reſpondet Ariſtoteles, & dicit { & licet ille } .ſ. Plato { quoq; numeros & hæc eſſe, & horum cauſas arbitretur } ita, vt velit q; numerus cauſa in vnoquoq; rerum genere ſit numerus ſubſtantia { tũ alios ſenſibiles } qui idem ſint cauſæ, & ſenſibiles ſubſtantiæ, { alios intelligibiles } qui idem ſint cauſæ, & res ipſę intelligibiles { cauſas eſſe cenſet } ita, vt ſint duo genera numerorum qui ſunt cauſæ, & duo genera numerorum q ſunt ſubſtantiæ. Sed ſi ſequemur expoſitionem Alexãdri, lege quæſtionem hoc pacto { ſed utrum hic idem numerus ſit, qui in cœlo eſt } .i. qui in mũdo eſt { quem accipere oportet unũquodq; horum eſſe } .i. qui ſit ſubſtantia cuiuſq; rei, quæ eſt in mundo { an alius præter hunc } qui non ſit ſubſtantia cuiuſq; rei, quæ eſt in mundo, ſed cauſa ſubſtantiæ. Ergo ſenſus quæſtionis eſt, utrum ſit in rebus mundi idem numerus cauſa, & numerus ſubſtantia rerũ? reſpondet, & dicit { Plato nanque alium eſſe dicit } nam aſſerit numerum qui eſt cauſa, alium eſſe a numero qui eſt rerum ſubſtantia: alioquin idem eſſet cauſa ſui { & licet ille } .ſ. Plato { quoq; numeros & hæc eſſe } .ſ. quæ res ſunt in mundo { & horũ cauſas arbitretur } Sunt enim duæ ſubcontrariæ ſimul veræ, quoniam numeri ſunt hæc. i. ſubſtantiæ rerum mundi, & numeri ſunt cauſæ horum. i. ſubſtantiarum rerum mundi, & oſtendens has eſſe ſubcõtrarias ſimul ueras ſubdit { tamen alios } .ſ. numeros { intelligibiles eſſe cauſas cenſet } .ſ. rerum ſenſibilium { alios } eſſe numeros { ſenſibiles } q ſunt ſubſtantiæ rerum mundi, & effectus. Aſſerit enim Plato, ut Alexãder inquit, intelligibiles numeros eſſe formales numeros atque ideales, quos cauſas rerum ſenſibilium ſtatuebat. Ergo voluit Plato, ut alij ſint numeri cauſæ videlicet q ſunt numeri formales, & ideales, & alij numeri ſubſtantiæ, qui ſunt res ipſæ ſenſibiles. Hæc eſt expoſitio Alexandri, Expoſitor autem quaſi tertio modo exponit, quantum enim ad quæſtionem quærit ut Alexander, utrum idem ſit numerus cauſa, & numerus ſubſtantia, & quantum ad ſolutionem vult, quòd Plato aſſerat eſſe alium propterea quia nihil poteſt eſſe ſui ipſius cauſa. Sed quantum ad illud, quod addit de duplici numero, aſſerit duplicẽ eſſe numerum intellectualem, & ſenſibilem, & vnumquemq; diuidi in numerum cauſam, & in numerum ſubſtantiam ut ſit numerus intellectualis numerus cauſa, & numerus ſubſtantia & numerus ſenſibilis ſimiliter. Vnde Ariſtoteles dicit { & licet ille } .ſ. Plato { quoq; numeros } uelit eſſe duorum generum uidelicet { & eſſe hæc } .i. ſubſtantias rerum { & horum cauſas arbitretur, tamẽ alios intelligibiles, alios ſenſibiles cauſas eſſe cenſet } diuerſos tamẽ ab eis, quorum ſunt cauſæ. Nam numeros in tellectuales exiſtimauit cauſas eſſe rerum inſenſibiliũ, numeros vero ſenſibiles cauſas eſſe ſenſibilium: Quæ expoſitio placet etiam, & quoniam intelligere opiniones Pythagoricorum erat difficile etiam Ariſtoteli ideo ſubdit { ſed de Pythagoricis quidem loqui nunc omittamus } .ſ. propter obſcuritatem eorum, quæ dicunt { ſatis eſt enim eos tetigiſſe tantum } locumq; monſtraſſe. Auerroes autem ſuper illa parte præcedentis textus { accidit autem ſecundum hunc locum, ut earum magnitudinum } licet in exponẽdo nihil ad propoſitum dicat, tamen reprobat eam opinionem, quam ueteribus tribuit q differentiæ ſubſtantiales corporum ſint propter loca, quoniam ſi ita eſſet, contingeret, ut idem corpus eiuſdem naturę quando fuerit ſurſum, ſit cœlum & æternũ propter locum, & quãdo fuerit deorſum, ſit aliquod quatuor elementorum aut generabile & corruptibile propter locum, Q uod proabſurdo derelinquit, vnde & primo libro de cœlo aſſerit naturam de cœlo & alijs corporibus dici æquiuoce, quod idẽ confirmat ſecũdo phyſicæ auſcultationis. Super autẽ hac parte { Plato nanq; alium eſſe dicit } Auerroes aſſerit cum Alexandro numeros, qui ſunt cauſæ ſenſibilium, eſſe alios à numeris, qui ſunt ipſę res ſenſibiles, quoniã numeros, qui ſunt cauſę, arbitratur eſſe intellectuales, numeros vero qui ſunt res ſenſibiles, eſſe ſenſibiles. Inſuper ſecundo ait Ariſtotelem dimiſiſſe vlteriorem conſiderationem de Pythagoricis tum quia ſufficienter contradixit, tum etiam quoniã poſt hæc eſt neceſſarium contradicere opinioni Platonis, qui afferit numeros intellectuales eſſe cauſas ſenſibiliũ. Verum verba textus non ſunt conſona huic expoſitioni, ut patet conſideranti verba græca.

Q ue Auer. cõ.23.
Cõ.5.
Cõ.3.
Q ue Auer. cõ.24.

Qui uero ideas ponũt cauſas, primo quidem quærentes harum rerum ſumere cauſas, alia his æqualia numero attulerunt: perinde ac ſi quiſpiam enumerare uolens, pauciora quidem cum ſint, non poſſe putet, plura autem a ſe facta enumeret.

Prima Alexandri expoſitio.

Conueniunt omnes, q reprobata poſitione Pythagoricorum, nunc accuſet poſitionem Platonis de ideis, & Alexander præſentem textum tripliciter exponit: Primo quidem q Ariſtoteles Platonicis hoc primo vitio det, q inueſtigantes cauſas rerum naturalium, tranſeant ad quædam æqualia numero iis, quorum cauſas quærunt, æque ignota, vel ignotiora, & dicit { qui uero ideas ponunt } .ſ. Platonici eſſe { cauſas, primo quidem } .ſ. vitio errauerunt, quoniã { quærentes harũ rerum } .ſ. naturalium { cauſas ſumere, alia } .ſ. ideas { iis æqualia numero attulerunt } quæ ſunt aut ignotiora, aut æque nota, & ſic errãt, quoniam certificatio ſemper fieri debet per notiora. Deinde eiuſmodi errorem oſtendit per ſimile in numeris, & dicit, & faciunt iſti { perinde ac ſi quiſpiam enumerare uolens putet } ſe { nõ poſſe enumerare pauciora quidẽ } uel equalia { cum ſint } & ſubaudi ignotiora { plura autem } aut æqualia { a ſe facta enumeret } æque ignota, uel ignotiora credens. ſ. addit ione eorum certificari de numeratione id igit quod primo uitio dat Platonicis eſt, q pro certificatione rerum ignotarũ quam quærunt, addunt tot uel plura æque ignota uel ignotiora. Vel quod uitio dat Platonicis, eſt q uolentes entium

Secũda expoſitio.

causas cognoscere, per hæc. ſ. ideas quærebant ipſorum cau ſas, nam per illas putabant entium cauſas reddere, ſimile fa ciētes ac ſiuglit quiſpiam multitudinē aliquam numerare, q̄ numerare nequeat aliam æqualem multitudinē apponat, & ſic deinde connumeret primā cum ſecunda, & hi tanto ma gis errabunt quanto rebus inquirendis adderent multitu dinem numero æqualem ex ſimilibus, ſimiliterq; ignotis cō ſtantem: ſicut faciunt Platonici, qui ideas ponunt nihil alio quàm ſola æternitate à ſenſibilibus diſcrepantes: & quidē aut ignotiores, aut eque ignotas ſicut res ſenſibiles, quarum cauſas quærunt, unde dicit ¶ Qui uero ideas ponunt cauſas primo quidem } ſubaudi errant, quoniam ¶ quærentes ha rum rerum } .ſ. naturalium ¶ ſumere cauſas, alia } .ſ. ideas ¶ iſs æqualia numero attulerunt } putātes per additionem æqualium uel pluriū fieri certiores de præaccepta multitu dine facientes. ſ. ¶ perinde ac ſi quiſpiā enumerare uolens } ſubaudi quædam ¶ putet non poſſe } illa enumerare ¶ pau ciora } uel ¶ æqualia cum ſint, plura autem a ſe facta enu meret } conſtat enim hunc ſtulte moueri, quia in pauciori bus uia certificationis facilior eſt, cum facilius certificemur in paucis q̄ in pluribus. Eſt enim numerus tāto certior, quā to minor eſt, cum ſit unitati propinquor, quæ eſt mēſura cer tiſſima. Id igitur quod uitio dandum eſt Platoni, eſt, q̄ pro certificatione rerum ſenſibilium, quæ numero certo conſi ſtunt ſaltem ſecundum ſpeciem, addat alia tot numero, & errauit. quoniā ſi minor numerus non eſt certus, maior non erit certus, ſed numerus rerū ſenſibiliū eſt incertus, qui cum numero ideārū eſt maior, ergo redditur incertior. Sed hęc expoſitio nō placet, niſi reducatur ad priorem, quoniam tūc difficultas uerteretur circa enumerationem tantum, & non circa rerum naturas, quarum ſcientiam quærimus. Solum enim Ariſtoteles accuſaſſet Platonem, q̄ idearum additio ne relinqueretur ignorantia numerationis rerum natura lium ſecundum ſpeciē, & non ignorantia naturarum. Pro terea dicendum, vt in prima expoſitione dictum eſt, quòd quemadmodū in numeratione redditur numerus incertior additiōe equalis numeri, ut ſi primus erat incertus, additio ne maioris, uel æqualis redditur incertior quo ad numera tionem: ita ſi res naturales ſint incertæ ſecundum naturas ſpecificas, redduntur incertiores quo ad naturas additione idearum, quæ ſunt tot numero, quot res naturales ſecūdum ſpeciem ſumptæ, & æque ignotæ, uel ignotiores. Q uam expoſitionem ſequens Expoſitor inquit, ſicut igitur numera tio eſt quædam rerum certificatio quantum ad earum nu merum, ita cauſarum inquiſitio eſt naturarum rerum certi ficatio quantum ad naturas. Ergo ſicut numerare pauci ores res facilius ſit quantum ad earum numerū, ita de paucio ribus certiores ſumus quantum ad earum naturas. Quia igi tur Plato pro notificatione naturarum rerum ſenſibilium, addidit rerum genera, quæ uocauit ideas: addidit ſupra diffi cultatem maiorem difficultatem, accipiens quod eſt diffici lius, proi manifeſtatione rei minus difficilis. Tertio ex ponit Alexander q̄ illud, quod Ariſtoteles reprehendit, ſit, quòd adiſcientes totidem ferè numero iſs, de quibus inqui rebant, ſi omnium. ſ. tam priorum q̄ etiam adiectorum cau ſas inquirere, & explicare uolebant, difficilius rem agebant, huic enim ſenſui ſimile eſt etiam numeri exemplum: ut pa tet conſiderāti, & iuxta hanc expoſitionem dicit ¶ qui vero ideas ponūt cauſas, primo quidem } ſubaudi errant, quoniā ¶ quærentes harum rerum } .ſ. naturalium ¶ ſumere cau ſas, alia iſs æqualia numero attulerunt } .ſ. ideas, & ſic rem difficiliorem fecerunt ſubaudi ſi uoluerint priorum, & adie ctorum reddere cauſas ¶ perinde ac ſi quiſpiam enumerare uolens } ſe ¶ nō poſſe enumerare putet pauciora cū ſint } prius aſſumpta ¶ plura autem à ſe facta } additione. ſ. poſte riorum ad priora ¶ enumeret } unde ſicut numerare priora cum prioribus difficilius eſt, q̄ numerare priora tantum, ſic ſcire res naturales cum ideis difficilius eſt q̄ ſcire res natu rales tantum. Et ſic exemplum conuenit huic tertiæ expo ſitioni & hanc expoſitionem puto faciliorem, verbisque magis accomodatam eſſe.

Tertia expoſitio.

Enim γάρ autem δέ.

Pene autem æquales, aut non pauciores ſpe cies his ſunt, quorum cauſas quærentes, ex his ad illas profecti ſunt, quoniā per ſingula quod dam eiuſdem nominis eſt, quod & præter cæte rorum ſubſtantias unum eſt in multis & in his, & in perpetuis rebus.

Eiuſdem nominis. ὁ μώνυμος. Præter. παρά. Circa.

Cum accepiſſet q̄ quærentes rerum cauſas aſſumpſerint Platonici iſs æqualia numero, quorum cauſas quærebant, nunc declarat illa, quę Platonici aſſumpſerunt, eſſe æqualia numero iſs, quorum cauſas quærebant, & primo proponit illud, cuius rationem vult reddere, & dicit ¶ pene aūt æqua les, aut non pauciores ſpecies } .ſ. ideæ ¶ his ſunt } .ſ. ſenſibi libus ¶ quorum cauſas quærentes ex his } ſenſibilibus ſcili cet ¶ ad illas } .ſ. ideas ¶ profecti ſunt } hoc eſt illud, quod apponit, cuius cauſam reddere vult in codicibus noſtris grę cis loco uerbi /autem/legitur/ enim/ ſed Alexander, & By zantius /legunt/autem, & puto ſic eſſe legendum: quoniam hic proponit, non reddit cauſam. Et cum dicit ¶ his } non ſingularibus & indiuiduis, ſed formis, ſiue ſpeciebus, quæ in ipſis ſunt, intelligit. Neq; enim Socratis, aut Platonis, ſed hominis, equi ve cauſas indagabant. His enim numero penè æqualēs ideas eſſe tradebāt ¶ penè } autem forteſſe idcirco adiecit, quoniam non omnium cōmunium ideas eſſe ſtatue bant. nam neq; artificioſoꝝ, neq; malorum ideas faciebāt, quanq; ipſorum doctrina ut horū quoq; ideas eſſe dicerent, erat conſentaneum, ut paulo poſt declarabit. Cum propo ſuiſſet non eſſe ideas pauciores iſs, quorum cauſas quęrerēt, aſſignat rationem, et dicit ¶ quoniam per ſingula } .ſ. indiui dua eiuſdem ſpeciei, ut per ſingulos homines, per ſingulos equos, per ſingulos leones ¶ quoddā } .ſ. uniuerſale ¶ eiuſ dem nominis eſt } .i. uniuocum ¶ quod & præter cæterorū ſubſtantias } .i. quod & præter ſubſtantias ſingulariū eiuſ dem ſpeciei ¶ unum eſt in multis } .i. una ſpecies eſt in mul tis, & huius talis ſpeciei Plato poſuit ideā, & tot ideas, quot ſunt tales ſpecies ſingularium, ut ideam hominis, ideam leo nis, & ſic cæterorum & cum dixit ¶ præter cæterorum ſub ſtantias } intellexit rationem non re, quoniam idea eſt præter ſubſtantias cæterorum re. At ſpecies, quæ eſt unum uniuer ſale in multis, eſt præter illa multa nō re, ſed ratione & quo niam ſpecies ratione eſt præter multa, ideo ei correſpondet idea. Plato enim poſuit cuilibet uniuerſali reſpondere ideā, quod ſecundum rationem eſt præter ſingularia: addit ¶ & in his, & in perpetuis rebus } nam cum dixit ¶ in his } intel ligit, ut Alexander inquit, quæ naſcuntur & intereunt, & cū dixit ¶ & in perpetuis rebus } nō intelligit diuerſa apud Ale xādrum, ſed eadem, quę naſcuntur & intereunt. nā hęc ſunt perpetua in mundo, quoniam hæc in mundo per ipſos ſem piternum habēt eſſe ſaltem ſucceſſione, quaſi dicat & in his & in perpetuis rebus .i. & in ſingularibus cōrruptibilibus, quæ perpetua ſunt in mundo. Expoſitor uero dicit ¶ & in his } .ſ. ſenſibilibus corruptibilibus ¶ eſt perpetuis rebus } idęſt & in mathematicis, quæ ſunt ſempiterna, quia etiam in eis multa ſunt eiuſdē ſpeciei. Laborat autem Expoſitor, cur dixit ¶ aut æquales, aut non pauciores ſpecies his } & labo rat fruſtra, ut mihi uidetur, quoniam ſecundū Alexandrum pro eodem accepit, ut ſit alterum quaſi alterius expoſitio. Q uoniam Alexander ſic habebat ¶ quoniam per ſingula eſt quoddam æquiuocū } enititur aſſignare cauſam, quare uniuerſale, quod eſt unum in multis, ſit æquiuocū, quia uero nos in græcis codicibus habemus ὁ μώνυμον, .i. eiuſdem nominis, nō aggredimur aliter expoſitionem. Nam Alexan der exponit æquiuocum pro uniuoco: & ſic uenit in idem.

Q ue Auer. cō. 25. 2.

Auerroes quātum ad expoſitionem textus nec parte illa, Qui



¶ qui uero ideas ponunt cauſas } nec parte preſenti aliquid boni affert. Tamē parte præſenti in calce cōmenti dicit ſic, & vniuerſalier natura ſpecifica, nullum habet eſſe niſi qua tenus eſt in intellectu, per quę indicat uniuerſalia non eſſe re

Comment. 8. » alia, quoniam ut ipſe dicit libro de anima primo, intellectus,
» eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus, libro quoq; ſecundo

Com. 20. » eiuſdem ait ſic, intellectus autem mouetur ad ultimam per
» fectionem à rebus uniuerſalibus, quæ ſunt in anima. Libro

Com. 18. » etiam tertio eiuſdem dicit ſic, & omnia dicta ab Ariſtotele
» in hoc ſunt ita, q̄ uniuerſalia nullum habeant eſſe extra ani
» mam. Quoniam ſi vniuerſalia eſſent extra animam, ut po
» nit Plato fruſtra poneretur intellectus agēs. Duodecimo ue
» ro libro huius ſic inquit, uniuerſalia enim apud Ariſtotelem
» ſunt collecta ex particularibus i intellectu, qui accipit inter
» ea conſimiliudinem, & facit ea vnam intentionem. Plato
» autem ponebat vniuerſalia exiſtere per ſe extra animam.

Ergo ſecundum Auerroem nihil eſt extra animam, niſi ſin gulare. Sed de re hac in dilucidario dilucide diſputauimus.

Deinde nullo eorum modorum eſſe ſpecies uidentur, per quos ipſas eſſe oſtendimus. Ex quibuſdam enim non neceſſe eſt fieri ratiocina tionem. Ex quibuſdam autem & eorum etiam ſpecies fiunt, quorum nō eſſe ſpecies cenſemus.

Cum Ariſtoteles ſit argumentatus contra cōcluſionem Platonis aſſignando contra eum primū uitium, nunc obij cit contra rationes, & primo præmittit modos, quibus pro ficiſcendum eſt contra rationes Platonis. Et præmittit duos modos, quorū primus eſt, q̄ rōnes eius non concludant, ſe cundus uero, q̄ ſi concludunt, poſſunt reduci contra eum, ſcilicet ad dicēdum quædam, quæ ipſi negant: & dicit ¶ de inde nullo eorum modorum eſſe ſpecies } .i. ideæ ¶ viden tur, per quas ipſas eſſe oſtendimus } quaſi dicat ſecūdo Pla to erraūit, quia rationes, quibus uſus eſt ad probandū ideas, non ualent. Quòd vero non ualeant, oſtendit ¶ dicit ¶ ex quibuſdam enim } .ſ. modorum, quibus utuntur ¶ non ne ceſſe eſt fieri ratiocinationem } ergo primus modus eſt, q̄ rationes, quibus vtuntur, non concludant ¶ ex quibusdam autem } .ſ. modorū, quibus utuntur ¶ & eorum ſpecies } .i. ideæ ¶ ſiunt, quorum non eſſe ſpecies cenſemus } ergo ſe cūdus modus eſt q̄ ſi rationes Platonis cōcludunt, poſſunt reduci contra eum. ſ. ad dicendum ideas eſſe quorundam quorum negant eſſe ideas, vſus eſt autem Ariſtoteles uer bo ¶ oſtendimus } & verbo ¶ cenſemus } quaſi profeſſus, vt Alexander inquit, dum Platonis refert ſententiam, ſuam ipſius referre ſibi uideri, eamq; non ut aliena placita dogma taq; inſectari, ſed ut ſuam differere ac examinare, vt intel ligatur ueritatis indagandę gratia queſtionē eſſe ſuſceptam.

Vel, vt Expoſitor inquit, ut intelligatur primo Platonicus fuiſſe, Platonisq; diſcipulus. Sed pro intelligentia verbo rū Ariſtotelis, quicqd Alexāder prolixe dixerit, animaduer tas, rationes quibus Plato vſus eſt, aliæ ſunt omnino falſæ, aſyllogiſticæ, ac omnino nihil demōſtrantes, aliæ uero ſunt quæ aliquid demonſtrare uidētur, illud tamen incōmodum non effugiunt, quin earum rerum ſint ideæ, quarum his eſſe non placet. omnino falſæ quidem ſunt, ſi quicq̄ uerum eſt, ideæ ſunt, aliquid eſt uerum, & non ex his, quæ apud nos ha bentur, ideæ igitur ſunt. præterea ſi memoria eſt, ideę ſunt, quia memoria rei manentis eſt: ſed memoria eſt, & non re rum, quæ apud nos ſunt: Igitur ideæ ſunt. Inſuper ſi nume rus eſt entis, ideæ ſunt, numerus eſt entis, & ea, q̄ apud nos ſunt, non ſunt entia: Igitur ideæ ſunt. Ad hęc, ſi definitiones ſunt entium, ideæ ſunt, definitiones ſunt entiū, & quæ apud nos ſunt non ſunt entia: Igitur ideæ ſunt. Sed quoniam, vt Alexāder inquit, huiuſmodi rationes falſæ ſunt, & nihil con ficiūt, idcirco harum nullam cōmemorat, quaſi ſupponens eſſe euidentis falſitatis. vult igitur Alexander, ut eas tantum refellat, quæ aliquid demonſtrare videntur: illud tamen in commodum non effugiunt, quin earum rerū ſint ideæ, quarum his eſſe non placet. Expoſitores ergo, qui volunt, vt Ariſtoteles proſequatur vtrunq; modum expoſitum in te xtu cōtra Platonem, non conſonant iſs, quæ Alexander in quit. Auerroes autem nihil dicens ad propoſitum textus, affirmat in præſenti parte ſermones, qui ſunt demonſtratio num partes, quique dicuntur ſcientiæ, non eſſe aliud quàm ſpecies. i. non eſſe alias propoſitiones, q̄ confectas ex termi nis ſpecificis, quas eſſe bifariam ſub diſtinguit. quoniam alię conſtant ex uniuerſali, quod eſt vnum prædicatum de plu ribus, ueluti omne animal rationale eſt animal, vel diſcipli nabile. Aliæ vero ex affirmatiuis. i. ex indefinitis, q̄ deſcri buntur ut in eis aliquid prædicetur de aliquo, ut quoddam currēs eſt animal rationale. & tu intelligas q̄ ſyllogiſmi alij ſint ex uniuerſalibus utriſq;, alij uero ex altera vē, ex altera particulari uel infinita. Quæ licet ſint uera, ignoro quonam modo ſint ad propoſitum uerborum Ariſt. in præſenti loco.

Q ue Auer. cō. 27.

Etenim per rationes ſciētiarum ideæ eorum omnium erunt, quorum ſcientiæ ſunt.

Expoſitores putant nunc Ariſtotelē proſequi illos duos modos ſpeciatim, per quos contra Platonem procedēdum eſſe propoſuit: & primo quidem ſecundū oſtendendo, ſequi per rationes Platonis ſpecies eſſe aliquorum, quorum ſpe cies Plato negabat. Secundo primum oſtendendo, rationes Platonis non eſſe ſufficientes ad oſtendum eſſe ſpecies. par tem ſecundam deſignāt ibi. ¶ maxime uero omnium id quiſ piam } Alexander aūt putat Ariſtot. proſequi ex modis, per quos propoſuit eſſe procedendū contra Platonem ſecundū tantum, quoniam rōnes, quæ non concludunt ideas, quibus vſus eſt ad ſyllogizāndum ideas, ſunt adeo apertæ falſita tis, vt nō indigeāt pertractatione. Ergo vult, vt Ariſtoteles oſtendat rationes Platonis ſi concludunt ideas eſſe, conclu dere etiam earum rerū eſſe ideas, quarū Plato negat ideas: nec opus eſt, ut Alexander inquit, externis rationibus ad ex pugnanda Platonis dogmata: quoniam ſi rationes, quibus iſti idea s eſſe arguere conant huiuſmodi ſunt, ut uel propoſi tum non conficiant, aut earum quoque rerum ideas eſſe col ligant, quarum iſti eſſe negant, nihil opus eſt externis ratio nibus ad refellendam eorum opinionem. Sed utrum Ariſto les proſequatur tantum ſecundum modum procedendi cō tra Platonem, cū erimus in ea parte, quæ incipit ¶ maxime uero omnium id quiſpiam } dilucidabimus. Nūc vero dica mus Ariſtotelem oſtendere rationes Platonis, ſi concludūt ideas eſſe, earum rerum etiam concludunt ideas eſſe, quarū ideas eſſe negat Plato: & primo hoc oſtendit per rationem eius, quæ accipitur ex ſcientia, quæ ſecundū expoſitores hæc eſt. Quorum eſt ſcientia, eorum ſunt ideæ: ſcientia eſt ſen ſibilium: igitur ideæ ſunt ſenſibilium. Maior patet, qa quo rum eſt ſcientia, eorum nō poſſunt eſſe niſi quędam æterna & uniuerſalia, quæ uocantur ideæ, non enim ſcientia eſt cor ruptibilium. Ergo erit æternorum, quæ ſunt ideæ ſenſibi lium. ſecundum igitur hanc rationem argumentor cōtra eū, quorum ſunt ſcientiæ, illorū ſunt ideæ (ſecūdum enim eum propter ſcientiā, quæ habetur de ſenſibilibus, eſt neceſſitas idearum) Sed negationū habetur ſcientia (ſunt enim aliquę concluſiones demonſtrationum negatiuæ, aliquæ uero affir matiuæ) Igitur ideæ ſunt negationum: cuius oppoſitū Pla to ponebat & ſic ſecūdum hāc expoſitionem cum præſenti textu debet copulari ſequens, quoniā ſecundū eos ex utroq; ſit una ratio contra Platonem. Sed hæc expoſitio cum hoc quod eſt contra Alexandrum, uidetur contra uerba Ariſto telis, nam per uerba quæ ſequuntur, manifeſte Ariſtoteles demonſtrat eſſe alteram rationem contra Platonem hanc ab ea, quæ ponitur in uerbis ſequēribus. Q uare dicamus cum Alexandro Platonem multifariam ſcientijs uſum eſſe ad aſſerēdas ideas & de rationibus, quibus utitur, prima eſt

ralis, Omnis scientia ad aliquid unū,& idem relata/officio suo fungitur, sed non refertur ad aliquod singulare. Ergo præter sensibilia aliquid est in vnaquaque sempiternum,& exemplar eorum,quæ in vnaquaq; scientia efficiuntur hoc autem est idea. secunda uero talis,quarum rerum sciētiæ habentur,eæ res sunt; scientiæ autem aliorum q̄ singularium habentur. Nam singularia sunt infinita,& indeterminata. Scientiæ uero quiddam definitum sunt,ergo aliqua præter singularia,& hæc sunt ideæ. Deinde medicina nō est scientia huius sanitatis,sed sanitatis simpliciter. Est igitur aliqua ipsi sanitas,& hæc est idea. Ad hęc,geometria non est huius æqualis,& huius commensurabilis,sed simpliciter equalis, & simpliciter cōmensurabilis. Est igitur quiddā ipsi æquale,& ipsi cōmensurabile,& hoc est idea. Itaq; huiusmodi rōnes propositum,hoc est ideas esse,non cōficiunt, licet aliqua esse colligant præter singularia,& sensibilia, quæ tamē non protinus sunt ideæ. Nam cōmunia,quorum scientias esse dicimus,præter singularia sunt,quæ tamen non sunt ideæ.prę terea rerum artificiosarum ideas esse colligunt. Etenim ars omnis opera sua ad aliquid unum refert,& eæ res,quarum artes habētur,& artes rerum à singularibus diuersarum habentur sed posterior ratio non solum non demonstrat ideas esse,sed earum rerum,quarum his non placet ideas esse,confirmare videtur. Nam si idcirco ipsi sanitas est,quoniā medicina non est huius sanitatis,sed sanitatis simpliciter,idem quoque erit in singulis artibus. Ars enim non est singularis,neq; huius,sed illius simpliciter,in quo versatur,ut ars lignaria est sedilis simpliciter,non huius sedilis,& lecti simpliciter,non huius lecti,eadē est pingendi,ac edificandi artium ratio,& aliarum cuiusq; ad suum subiectum,sequitur ergo contra Platonis placita rerum quoq; artificiosarū ideas esse. Quare hoc pacto ratio,quæ accipitur ex scientia,intelligēda est,vt si propterea quia scientiæ sunt vniuersalium,& nō singularium,ideæ sunt rerum sensibilium,ideæ eadem ratione erunt rerum artificiosarum,quoniā artes sunt rerum uniuersalium,& nō singularium,hoc autem est cōtra Platonis placitum. Et sic si ratione colliguntur ideæ,eadem colligentur ideæ earum,rerum,quas Plato negat ideas.

**Et per ipsum unum in multis, negationum quoque erunt.**

Secunda ratio,qua utebatur Plato ad asserendum ideas esse,est talis. Si aliquod est in singulis,quod est præter singula,idea est.quod enim unum est in pluribus ab ipsis seiunctum,& sempiternum,hoc idea est:sed est vnum in multis, quod est præter illa,ut homo in multis hominibus,qui est præter illos homines,& animal in multis animalibus,quod est præter illa animalia. Igitur sunt ideæ, contra hanc rationem obiecit, quoniam per hanc sequetur negationum esse ideam,atq; non entium. negatio enim vna eademq; de multis dicitur,& de non entibus,& a singulis,de quibus vere dicitur,diuersa est.non homo enim de equo,& cane,cæterisq; omnibus ab homine diuersis dicitur,ac proinde unū in multis est,neq; idem est,quod eorum aliquod sit de quibus dicitur.propterea semper manet,cum similiter de similibus uere dicatur non musicum enim de multis vere dicitur,de omnibus videlicet non musicis,quemadmodum non hō de nō hominibus, quo fit ut negationū quoq; ideæ sint: quod est cōtra Platonis placita,& absurdissimū.non existendi enim idea esse qui poterit,pbat aūt Alexāder nō existēdi nō posse esse ideam pluribus rationibus, quæ cū sint perspicuæ, bona ratione derelinquantur. Aristoteles itaq; dicit { & per ipsum vnum in multis } .i. & per argumentum, quod accipiē ab eo,quod est unum in multis, probans ideas esse { negationum quoq; } ideæ { erunt } quoniam eadem ratio,quæ valet in illis,valet in negationibus,ut exposuimus.

**Per intellectionem autem alicuius deletis rebus, intereuntium erunt. nam horum quiddam phantasma existit.**

Tertia ratio, qua vtebatur Plato, sic componitur secundum expositores, quorumcunq; sunt scientiæ, illorum sunt ideæ: sed corruptibilium sunt scientiæ: igitur corruptibiliū sunt ideæ,& sic aliquæ ideæ corruptibiles sunt. Sed non placet hæc expositio,primo,quia non sequitur,ut si ideę sint corruptibilium,sint ipsę corruptibiles,immo potius sequiē, vt sint sempiternæ. Deinde quia hæc expositio non potest verbis applicari,ut patet consideranti uerba Aristotelis. Alter ergo ratio Platonis componitur, Si intellectio est alicuius deletis rebus,quibus ineſt,ideæ sunt: Sed intellectio est hominis,uel animalis deletis singularibus hominibus, qbus homo ineſt,uel singularibus animalibus, quibus animal ineſt. Igitur hominum,& animalium ideæ sunt. Contra obiicitur,quoniam tunc cuiusq; singularis esset idea, quoniam assumpta maiore,addo,sed cuiusq; singularis est intellectio deleto singulari: Deleto enim Socrate, vel Platone intelligentia eorum remanet. quoniam phantasma cuiusq; eorum seruamus eis deletis.quoniam & ea intelligimus, quæ penitus non sunt,vt Hippocentaurum,& Chimeram,ergo eorū erunt ideæ,quod est contra eos. quare nec hac quidem rōne efficitur,ut ideæ sint:dicit { per intellectionem autem alicuius } videlicet aut hoīs, aut animalis { deletis rebus } .f. singularibus,quibus insunt { intereuntium erunt } .Ideæ.i. cuiusq; singularis corruptibilis erit propria idea.i. per argumentum sumptum ab intelligentia,quæ remanet deletis rebus singularibus,quorum est intelligentia, sequetur, ut idea sit cuiusq; singularis,ut Socratis,uel Platonis,nam corrupto Socrate uel Platone, remanet intelligentia, qua intelligitur Socrates vel Plato,cuius rationem subdit,& dicit { nam horum quidem phantasma existit } ergo & intelligentia etiam remanebit illis deletis: cum intelligentia per phantasma habeatur. Auerroes autem super hac parte, licet nihil boni afferat quantum ad intelligentiam textus,tamē dicit primo, vniuersale non habere esse, nisi secundum quod vniuersale est scientia.i. nisi quatenus est in anima:quod per alia Auerrois loca probatum esse derelinquamus. Secundo dicit vniuersalia non esse generabilia & corruptibilia, nisi per accidens,quod an ita sit,in dilucidario est disputatū. Tertio asserit hæc sensibilia dupliciter comprehendi, aut comprehensione,quæ non est scientia eorum,sed imaginatio: aut comprehensione,quæ est eorum scientia, & hæc comprehensio est intellecta ipsa vniuersalia. Tertio uero libro de anima dicit,humanā comprehensibilia diuidi in duo,scilicet in cōprehensibile,cuius principium est sensus. & incomprehēsibile, cuius principium est cogitatio. & tu intelligas hanc esse subdiuisionem eius comprehensibilis,cuius comprehensio non sit scictia: vt sit vniuersa diuisio hæc,q̄ cōprehensibile aliud sit cuius comprehensio est scientia,aliud uero,cuius comprehensio non est scientia,& hoc ſm subdiui ditur, q̄ sit aliud, cuius principium est sensus,& aliud, cuius principiū est cogitatio. Hactenus de comprehensionibus.

Q ue Auer. com.27.

Com.33.

**Præterea rationum exactiores partim eorū, quæ sunt ad aliquid ideas faciunt, quorum non dicimus per se genus esse. partim tertium hominem asserunt.**

Quarta ratio contra Platonē secundum expositores est, vt assumpta eadem maiore videlicet,quorum est scientia, eorum sunt ideæ,additur hæc minor:sed relatiuorū est sciētia:igitur relatiuorum sunt ideæ,quod Plato negat,cum eorum,quæ sunt ad aliquid,nullam ideam cōcedat. Vel fortasse ratio,qua utebatur Plato,hæc erat, In quibus aliqd idem prædicatur de pluribus non æquiuoce, sed quasi naturam vnam significans, in ijs hoc de ipsius uere dicitur,vel quia proprie sunt id quod per prædicatum significatur,vt cum Socratem,



Socratem,aut Platonem hominē esse dicimus,aut quia hæc sunt rerum verarum signa,ut cum hominem de hominibus pictis prædicamus.ergo sequitur,vt exemplar hominum sit homo, nam homo prædicatur vere de veris hominibus,& de exemplari uerorum hominum, sed exemplar,verorum hominum est idea,igitur ideæ sunt. vnde ratio erit hæc, Si exēplaria verorum sensibilium sunt, ideæ sunt exēplaria verorum sensibilium sunt vt probatum est. Igitur ideæ sunt, ex hac itaq; ratione argumentor contra Platonem,exemplaria sunt ideæ:exemplaria sunt eorum, quæ sunt ad aliquid: Igitur eorum sunt ad aliquid, sunt ideæ. Maior est Platonis,minor uero probatur ab Alexandro,immo minor omnibus est perspicua,cum exēplar sit æquale ei, cuius est exēplar,æquale autem omne est ad aliquid,quare exemplaria sunt eorum,quæ sunt ad aliquid unde dicit { preterea rationum exactiores partim eorum, quæ sunt ad aliquid ideas faciunt } ut illa,quæ accipitur ab exēplaribus,quæ Plato putauit ideas esse { quoꝝ non dicimus per se genus eē } genus autem pro substantia,& natura dixit. Et sic cum eorū quæ sunt ad aliquid nec substantia per se sit,nec natura,ideā non dicimus nos Platonici & dixit { quorum nō dicimus per se genus esse } loquēs in prima persona per uerbum/dicimus/ vt innueret se esse Platonicum,quasi disputet aduersus propriam opinionē. Deinde argumentatur quinto contra Platonem,dicens { partim } rationes.f.exactiores,quibus Plato probauit ideas esse { tertium hominē asserunt } sed quæ sint istæ rationes, quæ tertium hominē asserunt,& quę probant ideas ipsas esse apud Platonem, non est exploratum. Alexāder primo explicat duas,quarum prima est talis.quæ de substantijs cōmuniter dicūtur,& sunt aliquid præter illa de quibus dicūntur,sunt ideæ:uniuersalia sunt eiusmodi:igit vniuersalia sunt ideæ. Secunda uero talis, quæ inter se similia sunt,habēt ideam præter ipsa:singularia eiusdem speciei inter se similia sunt:igitur habent id eam præter ipsa.rationes istæ dant tertium hominē. Assumpta enim maiore primæ rationis,addo minorem,sed homo est substantia cōmunis sensibilibus hominibus:& ideę sensibilium hominū, nam sensibiles homines sunt homo,& idea sensibilium hominum est homo,& substantia illa cōmunis utriusq; est præter sensibilem hominem,& præter ideam hominum:igitur datur tertius homo,& pariter poterit dari quartus,& quintus: & sic in infinitum,quod Plato non concedit,insuper assumpta maiore secundæ rationis,addo minorem,sed homo sensibilis,et idea sunt inter se similes:igitur habēt ideā, quare hominis sensibilis,& hominis idealis est idea,quæ est tertius homo præter illos: quod Plato negat.Sophistæ,ut secundo Elenchorum docuimus,sic paralogizabant tertium hominem,supponendo hominem nos cognoscere deambulare, & nos nullum hominem particularem cognoscere, vt puta neq; Socratem,neq; Calliam,neq; talem aliquem. Tūc sic, hominē cognoscimus ambulare,& nō cognoscimus aliquē ex singularibus deambulare,ut supposuimus,neq; hominē, qui est idea, deambulare dicimus, immobilis enim est idea: ergo alius homo præter hos tertius deambulat. quare erit tertius homo,de quo deambulare prædicamus. Phanias in eo libro,quem scripsit in Diodorum, testatur Polyxenum Sophistam syllogizare tertium hominem alio modo,quem bona ratione prętermittimus, satis autem est accipere duas esse rationes,quæ exactiores uidebantur,alteram,q̄ eorum quæ dicuntur ad aliquid,ideas esse confirmet,& alteram q̄ tertium hominem asserat,& homines in infinitum multiplicet: qua ratione etiam vnumquodq; multiplicari potest ex ijs,quorum ideas esse tradunt.verum,vt Alexander inquit, priore quidem tertij hominis expositione cum alij quidam, tum in primis Eudemus aperte in libro de dictione vtitur, posteriore vero ipse in quarto de ideis, & etiam paulopost vtetur Aristoteles. Expositor autem tertium hominem tri fariam exponit,vno modo quidem intelligendo hominem idealem,qui est tertius præter duos vel plures sensibiles homines,qui hominis idealis prædicationem suscipiūt. Quam expositionē Expositor reprobat, quoniam hoc modo dari tertium hominem Plato concederet,nec pro absurdo haberet,sed pro necessario. Alio modo,vt dicatur tertius homo, qui est alius ab ideali homine,& à sensibili,homine,vt Alexander expositit in prima sua expositione,quā expositionem etiam reprobat,quoniam ad hoc absurdum,Aristoteles ducet postea,& sic ducēdo bis ac idem absurdum, uidetur superfluus. hæc tamen reprobatio non multū cogit,quoniam licet repetat idem,tamen non superfluit, quoniam quod dixit obscure,& quasi raptim,ibi explicat ac morose exponit, Tertio modo Platonem posuisse in nōnullis generibus tria uidelicet,aliqua sensibilia,aliqua mathematica,& aliqua species siue ideas, vt in numeris,& huiusmodi,sed non videtur maior,ratio,quare in quibusdam rebus ponatur magis mediū q̄ in aliꝭ. oportebit igitur in specie hominis ponere hominem,qui tertius sit inter hominem sensibilem,& hominē idealem: & hanc expositionem approbat,tu uero recte habes eam expositionem, quam debes probare. Auerroes autem super prima huius textus parte,ubi ponitur quarta ratio,ducit Platonem ad hoc absurdum q̄ si ideæ darentur, ideæ essent ad aliquid.consequētiam probat,quoniam ideæ sunt species,at speciē esse ad aliquid ex eo probat, quia species est illud,quo respōdetur ad quæstionem factā per quid de quolibet singulari,& sic species refertur ad ea, quorū est species. Quæ expositio nullo modo conuenit verbis Aristotelis,Aristoteles enim ducit Platonem ad concedendum eorum,quæ sunt ad aliquid esse ideam ex ratione Platonis, qua utebatur ad ponendum ideas,quod ipse negabat.modo do Plato hac Auerrois ratione non esset redargutus, sed reprobatus. Super uero secunda textus parte, vbi quinta ratione contra Platonem probat tertium hominem esse, Auerroes sic deducit,si homo sensibilis,ut Plato inquit,habet hominem intellectum,qui est idea,eadem ratione homo intellectus debet habere hominem tertium alium videlicet ab homine intellecto, quæ expositio nulla est, quoniam non est eadem ratio apud Platonem de homine sensibili, & de homine intellecto, quoniam ab homine sensibili bene fieri potest abstractio,non autem ab homine intellecto: Præterea nec tertius homo tātum sequeretur,sed quartus,& quintus per eius rationem.

Q ue Auer. com.29.

**Et omnino rationes quæ sunt de speciebus, ea tollunt,quæ magis esse uolūt,qui formas esse asserunt,q̄ ipsas ideas. Fit enim ut non sit dualitas prima,sed numerus.**

Hæc est sexta ratio cōtra Platonem,quam Expositor,vt mihi videtur,adeo obscure exponit,ut eius expositio nequaquam uerbis Aristotelis applicari possit. Facilius ergo cum Alexandro dicamus,q̄ una rationum Platonis hęc fuit,si de quibuscunq; aliquid commune dicitur,in his est idea: de sensibilibus eiusdem speciei aliquid commune dicitur: igitur in sensibilibus eiusdem speciei est idea.Hæc est una ex rationibus Platonis.cōtra ita.q; obiicimus sumpta maiore eius,addo minorem,sed de dualitate indefinita dualitas dicitur:igit dualitatis indefinitæ erit idea. & sic dualitate indefinita erit aliquid prius,quare dualitas indefinita non erit principium, cum principio nihil sit prius,dicit { & omnino rationes } .f. Platonis { quæ sunt de speciebus } .i.quas Plato inducit ad probandas ideas { ea tollunt,quæ magis quàm ipsas ideas esse volunt } Platonici { qui formas esse asserunt } magis autem potissimumq; principia esse uolunt Platonici. nam principia,quæ uolunt,ipsarum quoq; idearum sunt principia. Sunt uero apud Platonicos principia,unum, & indefinita dualitas, quæ etiam numerorum hæc esse principia istis placet. Quòd autem rationes Platonis dualitatem tollant, quæ est principium, quod magis volunt Platonici q̄ ideas,

ex hiſce perſpicuum eſt, quæ diximus. nam ex ratione præexpoſita ſequitur, vt dualitas indefinita habeat aliquid prius, & ſic tollitur ut ſit principiū ¶ ſit enim ut non ſit dualitas ¶ ſcilicet indefinita ¶ prima, ſed numerus ¶ .i. cōmunis dualitas, quæ dicit de indefinita dualitate. Quare indefinitæ dualitatis erit numerus prior, & id ea prior, q̄ eſt dualitatis ſimpliciter. vel ſic, vt exponit Alexander, cum dualitate indefinita dualitas ſimpliciter ſit prior, dualitas indefinita non erit principium, ſed dualitas ſimpliciter, quę eſt idea, quę dicitur de dualitate indefinita. Iterum ſequitur, vt nec dualitas ſimpliciter ſit prima, ſed numerus, & hoc dicit ¶ ſit enim ut non ſit dualitas ¶ ſimpliciter. ſ. ¶ prima, ſed numerus ¶ qui prędicatur de dualitate ſimpliciter: quæ omnia Platonici negant. ſic igitur ex ratione Platonis ſequitur, ut non ſit indefinita dualitas prima, ſed dualitas ſimpliciter. Iterum ſequitur vt nec dualitas ſimpliciter ſit prima, ſed numerus. At Plato magis vult dualitatem indefinitam eſſe primā, et principium quàm ideas, & ſic patet uniuerſa Ariſtotelis ratio ſecundum Alexandrum. poteſt ratio adhuc dilucidius exponi, q̄ accepta Platonis maiore, q̄ de quibuſcunq; aliquid cōmune dicitur, in eis ſit idea, addo minorem, ſed de dualitate numerus dicitur, igitur dualitatis numerus erit idea, quare dualitas non erit principium, quod magis vult Plato q̄ q̄ ideæ ſint. differt autem hæc expoſitio ab illa Alexandri, quod illa per dualitatem intelligit dualitatem indefinitam, ea enim uult, ut dualitas ſimpliciter ſit prior, & dualitate ſimpliciter adhuc numerus prior. At nos per dualitatem intelligimus ſuſe nō limitatam ad hanc, uel illam, ideo dicit ¶ ſit enim vt non ſit dualitas prima, ſed numerus ¶ nam numerus prædicatur de dualitate. Auerroes autem ſuper prima parte textus prædicti non redarguendo Platonem, ſed argumentando, contra ipſum ſic argumentatur. ſi dantur ideæ, tollitur definitio ſpeciei, quæ eſt, vt ſit vniuerſale, quod prædicetur de pluribus numero differētibus inquit, deducit, quoniā quæliber idea eſt vnum numero, & ſpecies: igitur ſpecies. i. idea eſt vnum numero; & cum vnum numero non prędicetur de pluribus, idea non prædicabitur de pluribus, & ſic ſpecies non prædicabitur de pluribus, cum idea ſpecies ſit. Super uero ea parte ¶ ſit enim ut nō ſit dualitas prima ¶ Auerroes vult ut ſequatur contra Platonem dualitatem eſſe poſteriorem eo, quod ex ipſa ſit. Nam eſt poſterior numero, qui ſit ex dualitate, q̄ autem ſit poſterior numero, patet quia numerus eſt genus dualitatis, & vniuerſale eſt prius minus vniuerſali tempore, & ſecūdum cauſam & genus prius ſua ſpecie. Sed errat Auerroes, quoniam Ariſtoteles non reſellit Platonem, ſed redarguit reducendo eum ex his, quę argumētatur de ideis, cōcedere quæ negat. At hęc, quę Auerroes ait non ſunt redargutiones, ſed oppoſitiones. ſed occurres, quoniā Auerroes ait hic intellectū vniuerſale eſſe prius ſecundum cauſam & tempus eo, quod eſt ſub eo. Ariſtoteles vero libro de anima primo dicit animal vniuerſale aut nihil eſſe, aut poſterius, & Auerroes in cōmento ait vniuerſale vnum aut nihil eſſe omnino, aut ſi aliquid eſt, poſterius eſſe rebus ſenſibilibus, ergo vniuerſale non eſt prius minus vniuerſali tempore, & cauſalitate. Et tu pro prius tempore & cauſalitate intelligas prius à quo non conuertitur conſequentia ſecundum eſſe. Nam ſequitur, homo eſt, ergo animal eſt, & non conuertitur, ideo animal eſt prius homine tēpore, et cauſalitate, tempore quidē, quoniam omne tale poteſt prius tempore eſſe, poteſt enim animal prius tēpore eſſe in quibuſdā, in quibus non eſt homo, cauſalitate uero. ſ. quia omne ſuperius, eſt formalis cauſa definitiua minus vniuerſalis, & non è contrario. Cum vero Ariſtoteles & Auerroes primo libro de anima dixerunt vniuerſale eſſe poſterius, loquuntur de uniuerſali Platonico, quod eſt ens ſeparatum, & idea, & voluerūt intelligere vniuerſale eiuſmodi eſſe poſterius. ſ. cognitione, quoniam omne ens ſeparatum cognoſcitur à nobis à poſteriore cognitione quia, cognitione uero propter quid fortaſſe eſt è conuerſo.

Quę Auer. tē. 20.

**Et id, quod eſt ad aliquid, prius ſit eo, quod eſt per ſe.**

Hæc eſt ſeptima ratio contra Platonē, quaſi dicat ¶ & ¶ ſequitur ſeptimo ¶ vt id, quod eſt ad aliquid, prius ſit eo, qđ eſt per ſe ¶ .i. prius ſit abſoluto. Sed quoniam modo hæc ſeptima ratio ſit redarguio Platonis, expoſitores non declarauerūt, quare uno modo dicamus, q̄ ratio Platonis erat, de quibuſcunq; aliquid cōmune dicitur, in his eſt idea: de ſenſibilibus aliquid cōmune dicitur igitur in ſenſibilibus eſt idea per hanc ergo rationem redarguitur Plato hoc modo, accepta maiore, addo minorem, ſed de dualitate indefinita, & de dualitate ſimpliciter dicitur numerus: igitur numerus eſt idea dualitatum & illis prior vt idea ideatis, tunc ultra, dualitas indefinita eſt rerum, & ſubſtantiarum principium, ergo numerus eſt prior ſubſtantijs, eſt enim numerus prior dualitate indefinita, quæ prior eſt ſubſtantijs ſenſibilibus, ſicuti principium prius eſt ijs, quorum eſt principium. tunc ultra, numerus eſt prior ſubſtantijs ſenſibilibus: ſed numerus eſt ad aliquid: igitur id, quod eſt ad aliquid, eſt prius eis, q̄ ſunt per ſe & abſoluta. Quòd autem numerus ſit ad aliquid, patet, quia omnis numerus alicuius eſt. hæc eſt prima expoſitio. uel ſic, numerus eſt idea dualitatū, & illis prior, vt idea ideatis, ut deduximus: ſed idea eſt exemplar omniū ſubſtantiarum ſenſibilium, quæ generantur: igitur exēplar eſt prius ſubſtantijs ſenſibilibus. At exemplar eſt ad aliquid, exemplar enim eſt alicuius exemplar, & imago, igitur id, quod eſt ad aliquid, prius eſt ſubſtantijs ſenſibilibus, quę ſunt entia abſoluta: & ſic relatiuum erit prius abſoluto: quod Plato negat. quare ſi eſſe ideas conſiſtit in exemplaria eſſe, eſtq̄ exemplar gratia eius, quod ad ipſius efficiur ſimilitudinem, fit, vt quæ ſunt ad aliquid, priora ſint ijs, quæ per ſe ſunt: qđ Plato negat, & hic eſt modus redarguendi ſecundus.

**Et uniuerſa illa, quibus aliqui opiniones de ideis ſecuti, principijs aduerſati ſunt.**

Hæc eſt octaua ratio contra Platonem, & quaſi ampliſicandō ſermonē ad omnia dicit ¶ Et uniuerſa illa ¶ .ſ. argumenta ¶ quibus aliqui opiniones de ideis ſecuti ¶ .i. quibus vtentes ad probandum ideas ¶ principijs aduerſati ſunt ¶ poſſunt reduci contra eos, deducēdo ipſos ad cōcedendum, quod negant. nullum enim eſt argumentum eorum ex illis, quæ nos nō narrauimus, quin reduci poſſit cōtra eos. quare generatim ex omnibus argumēt is, quibus vtuntur ad ideas aſſerendum, redargui poſſunt, ſed quæ ſint hæc argumēta, quæ non adduxit Ariſtoteles, expoſitores non declarauerunt: nec declarauerūt quonam modo ex illis redargui poſſint aſſerentes ideas. Alexander enim dicit, eſſe quaſdam rationes præter commemoratas, quæ per idearum poſitionē principijs ipſarum aduerſantur: & illas explicat, non tamen ex illis docet redarguere. igitur harum primā eſſe arbitror, quod communiter de aliquibus dicitur, id principium eſt, ideaq̄ illorum: aliquid communiter de ſenſibilibus dicitur: igitur ſenſibilium eſt principium & idea. redargutio autem eſt, ut ſumatur maior, & addatur hæc minor, principiū communiter de principijs: elementum de elementis dicitur: ergo principiorum, elementorumq̄ principium, & elementum aliquid erit, & idea, eiſq̄ prius: quod ipſi negant, nā principia, quæ ipſi aſſerunt, neq̄ principia, neque elementa erunt.

Secunda uero eſt, ut aſſumpta eadē maiore, addatur hæc minor, ſed idea prædicatur communiter de omnibus ideis: igitur idearum erit idea. Quare erit aliquid prius ideis ipſis. & ſic ideæ non erunt principia: quæ ipſi poſuerūt principia, & omnium prima: ergo aduerſantur ijs, quæ ipſi poſuerunt principia. Tertia eſt, ut aſſumpta eadem maiore, addaē hęc minor, ſed idea dicit de unitate, & de indefinita dualitate: igitur unitatis, an indefinitæ dualitatis eſt idea: & ita eis erit aliquid prius. quare aduerſantur principijs, quoniā coguntur

aſſerere



aſſerere unitatem & indefinitam dualitatem non eſſe principia. Sunt & aliæ redargutiones, quæ poſſunt colligi ex uerbis Alexandri, quas breuitatis cauſa prætermittimus. Quæ uero Auerroes dicit in hac parte, nō ſunt digna lectiōe, quoniam ſunt penitus aliena a uerbis Ariſtotelis.

Quę Auer. com. 29.

TEX. 29 **Præterea exiſtimatione quidem, qua ideas dicimus eſſe, non ſolum ſubſtantiarum erunt ſpecies, ſed cæterorum multorū etiam. Etenim notio una non modo circa ſubſtantias, ſed etiā circa ea, quæ ſunt alia a ſubſtantijs, eſt. Et ſcientiæ non ſolum ſubſtantiæ ſunt, ſed etiam aliorum, &**

Notio. νόημα. quod intelligitur.

TEX. 30 **alia eueniunt huiuſmodi infinita. Neceſſitate autem opinionibus ve quæ de ipſis habentur, ſi ſpecies participabiles ſunt, ſubſtantiarū dūtaxat ideas eſſe neceſſe eſt. Non enim per accidens participantur.**

Hic Ariſt. aſſignat nonā redargutionē, nam Platonici ſic ſubſtantiarū ideam ſyllogizabant, Quorum notio una eſt, idea eſt una: nam ſm eos unum qđ eſt in re ſicuti intelligit: ſed ſubſtantiarū eſt una notio. Intelliguntur. n. ſubſtantiæ una cōmuni intellectione definitiua: igitur ſubſtantiarū eſt una idea. Redargutio uero eſt, ut aſſumpta maiore, addaē minor, ſed una notio eſt aliorū a ſubſtantijs: igit aliorum a ſubſtātijs erit idea, cuius oppoſitū ſtatim, pbabit ibi ¶ neceſſitate autē opinionibus ve ¶ Ariſto. ergo primo ſumit redargutionē, & dicit ¶ præterea exiſtimatione quidem ¶ .i. argumentatione ¶ qua ideas dicimus eſſe ¶ ac eſſe probamus ¶ non ſolū ſubſtantiarū erunt ſpēs ¶ .i. ideæ ¶ ſed cæteroꝝ multorū et ¶ .ſ. quæ ſunt alia a ſubſtātijs: quæ Platonici non cōcedunt. Hęc eſt redargutio. & dixit ¶ dicimus ¶ ut indicet ſe Platonicum eſſe, de quo ſuperius. Quid uero intelligat per cætera multa, deinceps dicemus. deinde explicat argumentationē Platonis, & cum ea copulat redargutionē, quā propoſuit, & dicit ¶ etenim notio vna ¶ .ſ. qua in ſubſtātijs ideam unā probauimus ¶ non mō circa ſubſtantias, ſed et circa ea, quæ ſunt alia a ſubſtātijs, eſt ¶ ut deductū eſt. Tum quid per notionē unam quæ græce eſt νόημα, intelligit, non eſt clarū, Byzantius, νόημα expoſuit qđ intelligitur. Expoſitores expoſuerunt ſimplicē, ac indiuiſibilē intelligentiam, qua ſcit de vnoquoq; quid ſit. & ſic per noema cognitionē definitiuam expoſuerunt. Alexander uero per noema rōnem intelligit, quæ ex doctrinis colligit. vnde dicit, Illa. n. rō, quiddam cōe in pluribus intelligi, qđ etiam ſublatis ſenſibilibus intelligat, ut proximo textu eſt viſum, mortalium tm̄ rerū ideas eſſe demonſtrat. Rationes uero eæ, quæ ex doctrinis colligere ideas moliuntur, non mō ſubſtantiaꝝ, ſed multoꝝ aliorum ideas eſſe conficiunt. ergo per noema rōnē intelligit, quæ ex doctrinis colligit. Verum hoc, qđ Alexander ait, non aduerſat ei, qđ dixerunt expoſitores, nā cognitio definitiua et doctrina eſt. ſed quid intelligat per cætera, quæ alia ſunt a ſubſtātijs, Alexander expoſuit, quanta & qualia, et horū entiū unūquodq; igitur intelligat. 9. prædicamēta accidentiū. & reddit rōnem, qm̄ non ſolum ſubſtātiæ intelliguntur de latis et ijs, de quibus intelliguntur prædicari, ſed quāta et & qualia, & cætera. 9. prędicamenta. nec doctrinæ. ſ. definitiuæ de ſubſtantijs tm̄ habentur, ſed de uirtutibus, quæ ſubſtantiæ non ſunt, ſed habitus, & qualitates. Ergo per cætera, quæ a ſubſtātijs alia ſunt, intelligit. 9. prædicamēta accidentiū. deinde aſſignat decimam redargutionē. nam Platonici ſyllogizabant ſubſtātiarum ideam hoc pacto, quoꝝ eſt ſcientia, eorum eſt idea. ſed ſubſtantiarū eſt ſcientia. ergo ſubſtantiaꝝ eſt idea. Redargutio uero eſt, ut aſſumpta maiore, addaē minor, ſed ſcitiæ nō tantū ſubſtantiæ ſunt, ſed accidentium: igitur accidentiū erit idea, qđ negant ut patebit per rōnem eoꝝ, quæ ſtatim aſſignabitur: dicit ¶ & ſcientiæ ¶ .ſ. demōſtratiuæ ¶ non ſolum ſubſtantiæ ſunt, ſed etiā aliorum ¶ .i. ſed et accidentiū. Addit uero Ariſt. ¶ & aliæ eueniunt huiuſmodi infinita ¶ .ſ. in doctrina Platonicorum, per quæ poſſumus eos redarguere. & ſic non ſolum per ſcientias, & definitiones, quas idearum ponunt, poſſumus ipſos redarguere, ſed per alia infinita, quę ipſi ponunt: ſicut quia ponebant ideas principia eſſendi & efficiendi rerum, quæ accidentibus etiam conueniunt, & per alia talia multa. Alexander uero dicit ¶ & alia eueniūt huiuſmodi infinita ¶ dixit quia ſunt aliæ quædam rationes ad aſſertionem idearum pertinētes, ex quibus efficitur, ut nō ſubſtantiarum ſolū ideas haberi ſit conſtendum. quæ vero ſint iſtæ rationes, Alexāder enumerat non omnes, ſed quaſdam quarum prima eſt eorum, eſt idea, in quibus eſt vnū de pluribus diuerſum ab ijs, quibus ineſt. modo hęc propoſitio nō tantum de ſubſtantijs uera eſt, ſed de accidentibus. Secūda vero eorum eſt idea, in quibus efficiendis exēplar eſt efficientium cauſarum, modo hæc propoſitio non ſolum in ſubſtantijs ideas probat, ſed in accidentibus, quoniam efficientes cauſæ accidentia efficiunt ad exemplar, igitur accidentiū eſt idea, & exemplar. Tertia ratio quicquid affirmātes vere dicimus, id exiſtit, ſed affirmantes concentus eſſe quinq; uel tres & harmonias tres vere dicimus, igit tot ſunt, ſi tot ſunt non poſſunt eſſe numerus rerum noſtratium. quoniā numerus rerum noſtratium eſt infinitus. ſunt igitur aliqua ſempiterna, per quæ uere dicimus quas ideas appellamus. At hæc ratio nō ſolum ualet in ſubſtantijs, ſed in accidentibus. ſunt & aliæ rationes huiuſmodi ferè innumeræ, propterea dixit ¶ & alia eueniunt eiuſmodi infinita ¶ quoniam ſunt innumeræ rationes, quibus probāt ideas, quę poſſunt torqueri contra eos. & cum duxiſſet ad hoc, q̄ non ſolum ſubſtantiarum ſint ideæ, ſed accidentium, oſtendit hoc eſſe contra eos, & dicit ¶ neceſſitate autem ¶ quę habetur per demonſtrationes ¶ opinionibus ve ¶ .ſ. Platonicorū ¶ quæ de ipſis ¶ .ſ. ideis ¶ habenē, ſi ſpēs ¶ .i. ideæ ¶ participabiles ſunt ¶ ut eorū opiniones dicunt & demonſtrationes, pbant ¶ ſubſtantiarū tantum ideas eſſe neceſſe eſt. Non. n. ¶ ea, quæ ſunt ¶ per accidens participanē ¶ & ſic illud, quod p redargutiones eſt deductum, eſt contra eos. Alexander aūt meo iudicio perperā exponit, cū dicat ideas eſſe participabiles p ſe. Sequi uero, ut ſint participabiles per accidens, qm̄ uero nō uideo, quonam modo hoc ſequaē, ideo dico ideas tantū eſſe ſubſtantiarum, non aūt eorum, quæ ſunt accidentia. Non. n. ea, quæ ſunt per accidens. i. non enim ea, quæ ſunt accidentia, participantur. per accideīs enim accidentia uocat. & hoc pacto exponendo uerba ſunt clara.

**Sed oportet eatenus unūquodq; participare, quatenus non dicit de ſubiecto. dico aūt ut ſi quippiam duplo ipſo participet, eiuſdē quoq; ppetuo participet, ſed per accidēs. accidit. n. duplo ppetuum eſſe. quare ſpecies ſubſtantiæ erunt. atque hæc ſubſtantiam & hic, & ibi ſignificant.**

ταὐτὸ. eatenus. ¶ quatenus.

Cum accepiſſet ſubſtantias tantum eſſe participabiles, & aliquis poſſet quærere utrū accidente aliquid poſſet participare, quaſi rīdens aſſerit aliquid poſſe participare accidente non per ſe, ſed per accidens, rōne alterius, & hoc per exemplū, qđ affert de duplo: & dicit ¶ ſed oportet eatenus unūquodq; participare ¶ & p unūquodq; intelligit unūquodq; eorum, quæ ad idearū exemplum hīt eſſe, ut Alexander exponit, ſed addit ¶ quatenus non dicitur de ſubiecto ¶ .i. quo idea non eſt accidens. nam ut Alexander inquit dici de ſubiecto pro accidente poſitum eſt: hoc eſt, quatenus non dicitur per accidens, neq; ex aliquo accidente, quod ei accidit: per ſe igitur, quæ ad exemplū idearum ſunt, & efficiunt, ipſis participabunt, non aliquo eis accidēte. Deinde affert exēplum eius, quod per accidens eſſe dicitur: & ait ¶ dico aūt ¶ ſubaudi per accidens participare ¶ ut ſi quippiam ¶ uidelicet dua-

litas sensibilis { duplo ipso } .i. idea dualitatis { participet id quoq; } .i. idea dualitas sensibilis { perpetuo participat } idest perpetuitate participabit, quæ accidit ideæ dupli { sed per accidens } non enim dualitas sensibilis participare potest per se perpetuitate, sed per accidẽs, quatenus ꝑpetuitas accidit ideę dupli, qua ꝑ se sensibilis dualitas participat { accidit enim duplo perpetuum esse } tunc concludit illud, qđ superius dixerat, & ait { quare species } .i. ideæ { substantiæ erunt } & non accidentia. Quòd vero dualitas sensibilis nõ possit per se participare perpetuitate, probatur ex ijs, quę Alexander ait, quoniam tunc dualitas sensibilis esset sempiterna, oporteret enim ipsam sempiterno esse similem, & sic esset sempiterna. At si sempiterno participauerit ꝑ accidẽs, non oportebit esse sempiternam. quoniam quod participat aliquo per accidens, non oportet esse simile ei, quo per accidens participat, sed ei, quo per se participat ideo concludit { quare species } .i. ideæ { substantiæ erunt } siquidem illę substantiæ sunt, & quæ substantijs participãt, ea quoq; substantiæ esse intelliguntur, ideo subdit { atq; hæc eadem substantiã significant & hic } .i. apud nos { & ibi } .i. & in sempiternis, vt homo & hic & illic substantiam significat calidum uero vtrobiq; quale nõ enim siquid apud nos est qualitas, id in ideis est substantia. habebat Alexander alium textum, & laborat in illo exponendo, sed quoniam eius expositio ad nostrum textum reducitur, ideo bona fronte eam prętermittimus. Auerroes autem quantum ad textus expositionem nihil boni dicit, vnum tamen tangit cum dicit, accidentia enim determinant sua subiecta accidẽtaliter, & vult dicere ꝙ accidentia specificant sua subiecta accidentaliter. quoniam substantiales formæ specificant sua subiecta essentialiter. causa est, quoniam accidẽtia & formæ substantiales sunt formæ, cuiuslibet autem formæ proprium est specificare subiectum, cui inest, accidentaliter quidem si forma fuerit accidens, substantialiter vero, si forma fuerit substantia. cætera uero, quæ dicit, nullum fructum afferunt nobis.

Q̃ue Auer cõ.30.

Aut quid erit dicere esse aliquid vnum in multis præter hæc?

Aut, vel ἢ alioquin. quoniam.

Expositores partem illam { atq; hęc substantiam, & hic & ibi } cum hac præsenti parte copulant, & volunt hic designari decimam rationem, quæ apud eos est sexta ratio: vt patet legenti ea, quæ dicunt. Alexander uero dupliciter exponit, uno modo copulando hanc partẽ cum illa { sed oportet hac unumquodq; participare, quo non dicitur de subiecto } & tũc soluit quæstionem, & reddit causam eius, quod dixerat, dixerat enim hęc sensibilia participare idea, quo idea non dicitur de subiecto, i. non ex accidenti, sed per se. contra posset quispiam dicere hæc sensibilia participare ideis non ꝑ se, sed per accidens. quoniam si per se, tunc hæc sensibilia essent æterna, quoniam participans æterno per se, est æternũ. Arist. ergo soluit, & reddit causam, & dicit, si hæc sensibilia subaudi participant idea per accidens { quid erit dicere esse aliquid vnum in multis pręter hæc? } .i. quid erit dicere esse ideam unam in multis .s. sensibilium { præter hæc } .s. sensibilia? Non enim idea potest esse una in multis & præter illa multa sensibilia, si hæc sensibilia per accidẽs participauerint ipsa idea. Primo quia idea non dicetur una de multis, quoniã omne quod prædicatur de multis per se prædicatur. deinde quia non poterit esse unũ exemplar in multis rebus. nam participans non oportet esse simile ei, quo per accidens participat. vnde Alexander legit ἢ pro redditiuo causæ, utputa pro alioquin, uel pro quoniam. quoniã hic reddit causam eius, quod dixit. dixit enim oportere ipsa idea unumquodq; sensibile participare, quo nõ dicitur de subiecto, reddẽs causam dicit { alioquin quid erit dicere } ideam ipsam { esse aliquid unum in multis præter hæc? } scilicet sensibilia. Aliter potest exponi, ut per hæc uerba reddatur causa eius, qđ ultimo dixit, dixit enim ultimo { atq; hæc substantiã & hic, & ibi significant } & demõstrauit per hæc hominẽ, equum, & cætera sensibilia eiusdem speciei. Quòd autem homo & equus, & cætera id genus { hic } .i. in ipsis sensibilibus { & ibi } .i. in ideis { substantiã significent } ꝓbat & dicit { alioquin quid erit dicere } ideam ipsam { esse aliquid unum in multis præter hæc } sensibilia, non enim potest hõ in ideis esse accidens & hic substantia, quoniã accidens non est unũ in multis substantijs præter substantias, cum accidentis esse sit inesse substantijs. per quæ patet solutio ad tacitam qõnẽ quoniam licet hæc sensibilia participent ideis per se, non sequitur, ut hæc sensibilia sint æterna, sed, ut sint substantiæ, quoniam per se participant ideis, quatenus sunt substantiæ, & non quo sunt æternæ. Sed quæres utrum discrimẽ repertum in rebus sensibilibus sit quale discrimini in ideis, uel si non tale, saltem sit ei proportionale. Respondet Alexander tale esse discrimen in ideis, quale est in rebus, quæ fiũt ad illarum exemplar, aut eis proportionale. In rebus enim sensibilibus, quæ fiunt, est verbi causa aliud animal rationis compos, aliud uero rationis expers: Simili modo in ideis est rationis compos, & rationis expers, aut horũ proportionalia, per quæ alia idea rationabile, alia irrationabile præbere possit. nam quam rationem habent inter se quæ ad illarũ similitudinem effecta sunt, & ab illis habent esse, hanc obtinent illa, quæ horum exemplaria sunt. Alia multa addit Alexander, quæ omitto breuitatis causa.

Etiam si species quidem eadem est idearum atq; participum, aliquid erit commune. Non.n. in dualitatibus hisce, quæ pereunt, & in dualitatibus multis quidem, sed æternis, dualitas magis unum, & idẽ esse dicetur, q̃ in hac, & in ✝ aliqua, Si uero non eadem species est nomen utiq; erit commune, perinde atq; si quispiam Calliam, & lignum hominem uocet, nulla ipsorum communi ratione inspecta.

Non. οὔτι. nibil.

✝ alicuius aliquis. καὶ τῆς τινός.

Hic Aristoteles assignat decimam rationem contra Platonem & utitur, ut Alexander inquit, argumento a diuisione per contradictionem hoc pacto, si ideæ sunt, aut idearum, & ipsorum participum eadẽ est ratio, aut non eadem. Si eadẽ, tunc ut in participibus, quæ eiusdem sunt speciei, est quiddã commune, idea uidelicet, sic item in his, & in idea, a qua pendent hæc, erit aliquod commune, cum illa & hæc eiusdẽ sint speciei, Quòd si ita est, cum illud commune esse non possit ẜm eos, nisi idea, ideæ habebitur idea, & sic in infinitũ procedetur: & sic habetur aliquid, quod Platonici negant. Si non sit eadem ratio idearum atq; participum, tunc ideis & participibus solum nomen erit commune, sicuti Calliæ & ligno, in quo sculpta est hominis imago nomẽ homo solum cõmune est, & ratio substantiæ omnino diuersa. & sic idea dicetur ęquiuoce homo, uel equus, uel id genus, cuius est idea quod non concedunt Platonici, ut dicemus. Aristoteles ergo supponens diuisionem contra eos, qui tenent ideas, hoc pacto, videlicet aut idearum, & ipsorum participum eadem est ratio, aut non eadem, primo destruit primũ membrum, & dicit { etiam si species } .i. ratio { quidem eadem est idearũ, atq; participum } .i. & sensibilium, quæ ideis participãt { aliquid erit commune } quare & ideæ erit idea, quia illud commune erit idea ideæ, & participũ: & sic habetur aliquid contra Platonicos. Tu posses dicere esse aliquod cõmune, sed non ita unũ & idem sicuti in dualitatibus hisce quæ pereunt, uel sicut in dualitatibus æternis. obijcit cõtra, & dicit { non enim in dualitatibus hisce, quæ pereunt, dualitas magis unũ & idem dicetur quàm in hac } .s. dualitate sensibili { & in aliqua } & in illa æterna. Hæc enim & illa ita sunt eiusdem rationis, sicut hæc corruptibilis, & hæc corruptibilis { & } pro neq; .i. neq; { in dualitatibus multis quidem } sed æternis { dualitas magis unum & idem esse dicetur q̃ in hac } scilicet corruptibili { & aliqua } .s. æterna. Ergo dualitatis corruptibilis, & dualitatis æternæ, quæ est idea, aliquod cõmune est, & idea, & sic ideæ erit idea. deinde destruit secundum membrum, & dicit { si uero } .s. idearũ, & participum { non eadem species } .i. ratio { est, nomen } .s. tantũ { erit vtiq; cõmune } .s. ideæ, & ijs, quæ idea participant { ꝑinde atq; si quispiam Calliam } uerum hominem { et lignum } hominem videlicet sculptum { hominem uocet nulla ipsorum } .s. ligni & Calliæ { cõmuni ratione inspecta { quare idea dualitatum æquiuoce dicetur idea: & non nisi quãtum ad nomen, non aut quantum ad rem. Sed dices: concedo ideam omnino æquiuoce dici hominem vel equum, vel id, cuius est idea. Alexander suppleuit, si ita est, cur aliqua erit æquiuocorũ idea, quæ causa est existendi potius q̃ aliorum quorumpiam? cum neq; substantia, neq; specie hæc sint illi similia, quæ ipsi æquiuoca esse dicunt. & sic habetur contra Platonicos ꝙ idea non sit formalis causa. præterea etiã sequeretur vt per ideam non possit cognosci particeps ideę, per æquiuocum enim non cognoscitur id, cuius est æquiuocum, quod etiam Plato non concederet. vsus est autem Aristoteles exemplo dualitatis pro cęteris sensibilibus cum suis ideis, vt sermo eius esset clarior. Auerroes autem in præsenti textu nihil boni nobis attulit, quod esset vtile pro expositione verborum Aristotelis, vt considerãti verba græca perspicuum est, tamen inter loquendum contra primum diuisionis membrum asserit corruptibili & æterno nihil cõmune vniuocum esse: quod repetens decimo huius ait, hoc nomen corpus dictum de corruptibili & æterno æquiuocũ est. occurres huic, quoniam intelligentiæ & homini secundum Platonẽ cõmune genus est substantia, vt Porphyrius inquit, soliti sumus dicere quantum ad rationem metaphysicam æternæ substãtię & corruptibili esse aliquod cõmune. quo vero ad rationem naturalem nequaq̃, sed de re hac in disputationibus, nunc uero colligamus Auerroem hoc dixisse ad destruendum primum membrum, non animaduertẽs primum membrum destrui, quia ex eo sequitur aliud, quod Platonici negarẽt. s. ꝙ ideę sit idea: & sic in infinitũ, qđ Platonici negarẽt. Est enim hęc decima ratio redargutio vtens diuisione ꝑ contradictionẽ, nã ex vtroq; mẽbro dato, sequitũ aliquid, quod Platonici negarent. ex his, quæ hic Aristoteles ait, patet differentia inter quartã rationem, & hãc decimam, est enim quarta ratio veluti membrũ huius rationis decimę.

Q̃ue Auer. com.30.

Com.26.

TEX. 31.

Maxime vero omnium id quispiã dubitauerit quid nã species sempiternis sensibilibus, aut ijs, quæ oriuntur, & occidunt conferant.

Expositores putant Aristotelem hic afferre alium modũ impugnandi Platonis rationes videlicet primum, qui est, vt rationes Platonis non syllogizent, quod cõcludere intendebant. Plato enim per suas rationes colligere intẽdebat ideas esse ad bonum rerum sensibilium, ad earumq; vtilitatẽ: At Aristoteles Platonis rationibus obijciens ostendit ideas nullatenus, nullaq; in re prodesse rebus sensibilibus: & sic tollit intentum rationum Platonis. ergo cum prosecutus fuerit secundum modum impugnandi rationes Platonis, qui fuit ex concessis redarguere Platonem cogendo eum concedere, quæ negabat: vel negare, quæ concedebat, nunc prosequitũ modum primũ, ostendendo rationes non cõcludere, quod concludere intendebant. Alexander vero cum Aristoteles superius dixisset { primo quidem quęrẽtes harum rerum causas sumere, alia his æqualia numero attulerunt } vult vt Aristoteles declaret hic recte esse dictum illud, Platonicos videlicet in apponendis ideis nihil aliud facere q̃ apponere æqualia numero super ęqualibus numero. nam si quę à Platone ponuntur, nihil sensibilibus conferunt, Plato nihil aliud quàm æqualia numero quęrẽdis apponebat, quasi maiorem rerum scientiam habiturus sit si plura substituantur, quare ostendit ideas inutiles esse ijs, quibus Plato putauit esse utiles. Quæ expositio est pulchra et cõsona ijs, q̃ superius dixit, vnde dicit { Maxime uero omniũ id quispiam dubitauerit, quid nam species } .i. ideę { sempiternis sensibilibus aut ijs quæ oriuntur & occidunt conferant } vel tertio exponi potest, vt sit dubitatio quædã hæc, hoc pacto. dato ꝙ ideæ sint vt Plato autumat, quid cõferunt mortalibus atq; immortalibus sensibilibus: vtrum aliquid, an nihil? & hæc expositio plane verbis conuenit. Quo vero ad verba attinet, dixit { perpetuis sensibilibus } quoniam diuinorum quoq; corporũ ideas posuerunt, vt Solis, Lunę, & cęterarũ stellarum neq; enim horum tantum, sed omnis etiã cœli ideas esse cõminiscebãtur. idcirco paulo ante dixit in alijs quoque unum in multis est, tum in his, tũ in sempiternis. itaq; cœlestia sempiterna appellat, & sensibilia. nostratia vero nascentia & intereũtia. quærit igitur quid rebus naturalibus vel diuinis, uel mortalibus ideæ conferant. hæc est quæstio, quam mouet Aristoteles, vt in fine Alexander exposuit.

Neque enim motus, neque mutationis ullius ipsis sunt causæ.

Ostendit ergo primo ꝙ ideæ non cõferant ad motum rerum sensibilium, motus enim naturalibus corporibus communissimus est. corpora enim diuina semper, continenterq; in orbem mouentur quæ uero generantur, cunctis mutationibus uariant secundum suam naturam. ideas ergo nihil corporibus conferre neq; ad generationem, neq; omnino ad aliquem motũ ostendit, & dicit { neq; enim motus, neq; mutationis vllius ipsis } .s. rebus sensibilibus vtriusque generis { sunt causæ } nec assignat causam, Alexãder tamẽ, & Expositor causam afferunt. nam cum ideæ ex istorum sentẽtia immobiles sint, probabilius est ipsas status q̃ motus rebus esse causas, vt intelligatur minime has causam esse efficientem. Auerroes autẽ reddit causam ex eo, quia materiale nõ transmutat nisi ab alio materiali: ut in septimo huius ipse dilucide declarabit, paucis vero interpositis, clarius rationem afferens asserit, quoniam indiuiduum non generatur, nisi ab alio indiuiduo eiusdem speciei. & quia tu posses dicere ideas concurrere ad generationem indiuiduorum, vt vniuersales causæ concurrunt, ueluti corpora cœlestia: ideo subdit ideas neq; iuuare in generatione indiuiduorum sicut corpora cœlestia iuuant, quoniam Plato uult, ut sint causæ particulares & non vniuersales, quales intelligẽtiæ sunt, quæ mouent orbes. de quo libro septimo dilucide.

Q̃ue Auer. cõmẽ.31.

Com.51.

At vero neque ad aliorum scientiam conferunt. non enim illæ substantia horum sunt: essent enim vtiq; in istis.

Secundo ostendit ideas non cõferre ad rerum sensibilum scientiam, siue cognitionem. & expositores sic componunt syllogismum, rei cognitio atq; scientia habetur ex substantia rei: ideæ non sunt rerum sensibilium substantię: igitur cognitio, & scientia rerum sensibilium nõ habetur ex ideis. Sed quoniam non exposuerunt substantiam, quid .s. per substantiã intellexerint, Alexander dilucidius sic format, vnaquæq; res cognoscitur & scitur per suam formam: ideę nõ sunt rerum sensibilium formæ: igitur res sensibiles nõ cognoscuntur per ideas. dicit { At vero neq; ad aliorum scientiam conferunt } .i. ad sensibilium cognitionẽ, quæ sensibilia sunt alia ab ideis. hæc est conclusio. deinde tangens syllogismum, assignat solã minorem, & dicit { non enim illæ } .s. ideę { substantia } .i. forma { horum sunt } per substantiã enim Alexander formam exponit. Deinde probans ꝙ ideæ nõ sint formæ sensibilium prosyllogizat Alexander sic, Cuiusque substantia & forma est in eo, cuius est substantia, & formæ: at ideæ nõ sunt in rebus sensibilibus, quippe cum ideæ sint per se, & separatæ de prosyllogismo tangit maiorem, & dicit { essent enim utiq; in istis } sed quoniam ideæ non sunt

in istis,non ergo sunt horum formæ.

Necp adesse,quippe cum non insint his in rebus,quæ earum sunt participes.

Expositor perperam exponens putat Aristotelem refellere tacitam responsionem,quæ est cp ideæ insint participantibus,contra obijcit,ut Expositor inquit,cp nō possint inesse his sensibilibus,ut participantibus eis:quæ expositio non est absq admiratione,cum textus sit clarus, nam cum dixisset {at uero neq ad aliorum scientiam confert} subdit {neq adesse}.s.confert,ubi Alexander inquit postquam ostēdit, ideas neq motus,neq omnino mutationis æmulis sui causas esse posse,neq scientiæ,nēq cognitionis,cum absint ab his rebus,hoc sumpto demonstrat ne ad hoc quidē,ut hæc sint, quicquam conferre. proponit ergo conclusionem, & dicit {neq ad esse}.s.conferunt,probatur, omne quod confert ad esse,est materia uel forma eius,cui confert. Ideæ nō sunt materia,neq forma participum.igitur non conferunt ad esse participibus. Minor probatur,quoniam materia & forma insunt rei,cui sunt materia & forma. At ideæ nō insunt participibus: igitur non sunt materia & forma participum. De ratione ponit minorem prosyllogismi, & dicit {quippe cū non insint ijs rebus,quæ eorum sunt participes} & hæc est minor prosyllogismi. Auerroes autem super minore prosyllogismi asserit substantias abstractas non esse de substantia rerum sensibilium,cum illæ sint æternæ, istæ uero generabiles,& corruptibiles.& propter hanc causam concludit illas substantias non posse causas horum esse neq secūdum formam,neq secundum agentem. Contra,quoniam intellectualis anima est æterna a parte post, & tamen est forma corporis humani corruptibilis,& causa eius in triplici genere causæ: vt.2.de anima habet. Quare nihil prohibet substantiam æternam ex altera tantum parte esse formam alicuius substantiæ corruptibilis,modo nō sit æterna ex utraq parte.nam hæc incipere potest cū illa corruptibili, cuius est forma. Sed,adhuc replicabis, quoniam quādiu durat forma alicuius substantiæ,durat substantia,cum quælibet substantia quæ esse habet per formam,incipiat atq desinat incipiente atq desinente sua forma.Igitur sicuti si nunquam incipiente forma substantia non inciperet,quæ habet esse per illam formam,sic quoq nunquam desinente forma,substantia cuius est forma,nunquā desinet. Diluitur uero hæc obiectio, quoniam forma desinet actu esse forma. Intellectualis enim anima licet aperte post non desinat, tamen desinet esse forma hominis actu. & sic inceperio & desitio differunt: nam intellectualis anima secundum rem non potest incipere, quin incipiat esse forma hominis. potest tamē remanere, & non actu forma hois. Vnde uero sit ista differentia,libro de intellectu disputauimus,& libro de immortalitate aiæ.

Sic enim fortasse uidebuntur causæ esse, ut ipsa albedo mixta albo. sed hic sermo facile admodum imminui potest, quē Anaxagoras quidem primus, Eudoxus autem posterius, & alij quidam dicebant. Est enim perfacile multa absurda ad huiusmodi opinionem imposſibiliaq conducere.

Hic remouet quandam tacitam responsionem, quæ posset afferri ad rationē proximam,cp videlicet ideæ causæ sunt essendi rebus sensibilibus,perinde ac si albedo corpori albo causa esse dicatur,ut album sit.quoniam cum ipso misceatur, estq natura quædam quæ per se existere potest. Ad hunc enim modū albedo causa est corporibus,ut alba sint. Quāobrem si ideæ rebus naturalibus essent mixtæ, possent fortasse ipsis qualescūcp sint causam existendi præbere: ita demum ut homo esset homo mixtione ipsius hominis ideę.hęc est responsio. Contra obijcit Aristoteles protinus, & docet fieri non posse,ut ideæ rebus sensibilibus mixtæ sint, ut albedo corpori albo. Primo ergo affert responsionem, & dicit {Sic enim fortasse uidebuntur causæ esse}.s.ideæ rerū sensibilium {ut ipsa albedo mixta} corpori {albo} videtur causa esse corporis albi: vt album sit. Ergo responsio est cp ideæ sint causæ formales,non per se,vt anima corporis animati,sed per accidens vt albedo corporis albi. Causa uero quare ideam as similauerunt potius formæ accidētali quam substātiali,est,quoniam idea miscetur rebus sensibilibus, ut albedo corpori,& est quædam natura,quæ per se potest existere,sicuti albedo quædam natura est,quæ potest adesse,& abesse præter subiecti corruptionē. At anima præter subiecti corruptionem abesse non potest. Ideo potius albedini cp animæ as similauerunt ideam. Hæc est eorū responsio, contra quam protinus Aristoteles refellit, & dicit {sed hic sermo}.i.sed hæc responsio {facile admodum imminui potest} cum sit infirma,ac debilis.nō autem expresit ea, quibus potest refelli facile,sed exposuit eos,qui asseruerunt rem aliquam esse admixtione alterius rei, quæ prædominatur in mixtura.& dicit {quem}.s.sermonem.s. cp aliqua res esse posſit admixtione alterius rei prędominantis {Anaxagoras quidem primus,Eudoxus autem posterius,et alij quidā}.s. qui hos sectantur {dicebant} Anaxagoras enim ex cūctis similaribus rem quāq misceri asseruit,sed ex eo rei substantiam esse videri,quod plurimum esset in mixtura. quoniam a prædominanti denominari mixtum asseruit. Eudoxus uero Platonis familiaris ideārū mixtione ipsarum æmula constare putat,& alij quidā ut dicebat,in hac opinione fuerunt. & quia non explicauit absurda propter facilitatem, ideo dicit {est enim facile multa absurda ad huiusmodi opinionē, imposſibiliaq conducere}.s.sensibilia {nec ullo eorum modorum ex ipsis ideis sunt,qui dici consueuerunt} nam res sensibiles nō sunt ex ideis,tanquā ex partibus,non enim ideæ sunt materia uel forma rerum sensibilium,nec partes,neq ex ideis hæc,ut ex contrarijs fiunt. nam quod ex contrario fit, id subiecto eodem manente, & variante efficitur. & tuncidem esset subiectum idearum & rerum, quæ fiunt, quod absurdum esse,





nemo est,qui dubitet. pinde res sensibiles,quę fiūt,nō essent ideis similes. neq res sensibiles ex ideis fiunt vt ex imperfectum cum ex ideis non perficiant res sensibiles.sicut vir ex puero perficitur, neque ex ideis res sensibiles sunt ut ex patre filius.nam ille immobiles sunt,& homo singulares homines singularem procreat,nō autem idea hominis:neq demum ex ideis fiunt res sensibiles, vt isthmij fiunt ex olympijs. vel fortasse cum dixit {qui modi dici consueuerunt} intellexit modos, qui dicuntur, ac afferri solent ab idearum authoribus. quasi dicat neque ex ideis cætera fiunt aliquo modo ex ijs, qui traditi sunt ab authoribus. nam aliqui ex authoribus voluerunt sensibilia fieri ex ideis, ita vt idea sit in singulis partibus,verbi gratia in singulis hominibus idea hominis habeatur, aut ita vt pars ideæ insit in singulis, vel sic vt idea suis participibus quasi exemplar sit,quorum duo priores participandi modi sunt, vt pauloante ostendimus, imposſibiles. sed quouis modo exponatur,recte exponitur.

Que Auer. cōmē.31.

Auerroes autem exposuit {qui consueuerunt dici} ab eis authoribus,verum per modos intelligit,quoniam alij dicunt quòd sint horum exemplaria, alij quòd sint causæ scientiæ horum, & sic vult nullo istorum modorum ideas esse necessarias. Addit quoque vnum quòd mixtio intentionis vniuersalis substantialis cum particularibus fortior sit mixtione accidentium cum suis subiectis. & per intentionem vniuersalem intelligit illud, quod iuniores vocant conceptum obiectiuum. Nam, vt in dilucidario diximus,ad modum loquendi iuniorum duplex est conceptus, vnus dicitur formalis, quo verbi gratia homo intelligitur, & hic est aut ſpecies intelligibilis, quæ repræſentat hominem, aut ipsa intellectio, qua homo intelligitur: alius dicitur conceptus obiectiuus, & hic est proprie res, quæ repræſentatur per conceptum formalem, vt homo, qui repræſentatur per formalem ſpeciem hominis. Auerroes ergo intelligit per intentionem vniuerſalem conceptum obiectiuum, qui intelligit vniuerſaliter, hoc eſt,qui intelligitur vt Socrates, neq ut Plato, neque vt Callias, neque vt aliquis talis,hæc enim intentio vniuerſalis vnitur ſingularibus vnione naturæ cum ſuppoſitis, quæ vnio eſt maior quàm formæ cum materia, & quàm accidentis cum ſubiecto, atque omnium vnionum maxima. quoniam per eam ſuppoſitum denominatur formaliter,ac per ſe denominatione naturæ, vt Socrates homo, & Plato homo.

TEX. 32. Ineptire. κενολογεῖν. Vanaloqui, ſuperuacaneum.

Dicere autem exemplaria esse ipsas, resque cæteras ipsarum esse participes, ineptire est, & poeticis translationibus vti.

Cum ostendisset quo nam modo ideæ sint causæ, ostendisset q ideas ipsas neque motus, neque scientiæ, cognitionisve, neque omnino exiſtendi his rebus esse causas: nec item res ex ideis fieri aliquo modo ex appellatis ab aliquo, nomen participationis, quod isti vsurpant, dum ideis tanquam exemplaribus cætera participare dicunt, velut inane reiscit. ad hunc igitur modum ait docere est inania dicere & translationibus more poetarum vti. quoniam qui in ideis vtuntur verbo participare, nihil ſignificant ex ijs,quibus particeps participat. per quæ patet,idem esse ideas esse exemplaria rerum sensibilium, & res sensibiles participare ideis. nam participare,vt Alexander inquit,idem est quod exemplar esse. Proponit ergo eos, qui dicunt ideas esse rerum sensibilium exemplaria, inania dicere,& poeticis translationibus vti. vtuntur quidem poeticis translationibus, quoniam translationes poetis sunt familiares. Exemplar autem a pictoribus, qui ad exemplar pingere dicuntur, translatum est. & sic asserentes ideas esse exemplaria, translatione a pictoribus sumpta vtuntur, videlicet more poetarum, quibus familiare est vti translationibus. quæ res absona est philosophis, qui ex propriis docere debent. vnde dicit {dicere autem exemplaria esse ipsas} scilicet ideas {resque} scilicet sensibiles {ipsarum} scilicet idearum {esse participes} quasi secundum exponat primum, nam idem est ideas esse exemplaria rerum sensibilium, & res sensibiles ideis participare, hoc itaque dicere {est} κενολογεῖν, ideſt {ineptire} & ſuperuacaneum esse {& poeticis translationibus vti} hæc duo proponit.

Quid enim est, quod operatur ad ideas respiciens? nam & esse quoduis, & fieri simile potest, etiam si ad similitudinem illius non producatur, ut & si sit,& si non sit Socrates, fiet utiq qualis est Socrates ipse. Simili autem modo palam, qm̄ fieret, & si Socrates perpetuus esset.

Vt ὥστε Quare.

Quòd ideas afferere esse exemplaria, sit vti translationibus, non exposuit, quoniam ex ipsa traditione patet.nam eo ipso, quo dicunt ideas esse exemplaria, dicunt translationem. Cum exemplar, ut dictum est, translatum sit a pictoribus, qui ad exemplar pingere dicuntur. Docet ergo ideas exemplaria vocare plenum esse ineptiarum,& esse inanem doctrinam. Et hoc ostendens per interrogationem dicit {quid enim est} scilicet illud {quod operatur ad ideas respiciens?} quasi dicat nihil. quoniā si exemplaria sunt, aliquid esse oportet, quod ad ipsas operatur, ut pictores ad exemplaria pingere notantur. modo nihil apparet in rebus, quod operetur ad ideas respiciens. Quo vero ad rem attinet,animaduerte vtilitatem exemplaris esse, vt artifex ponat ſimilitudinem formæ in ſuo artificio videlicet in ſcanno, aut lectulo reſpiciendo ad exemplar, quod mente concipit, nam tunc ſcannum recte conficit, cum formam inducit in lignis ſimilem exemplari, quod mente concipit. cum vero forma, quam inducit, non fuerit ſimilis exemplari, quod mente tenet, errat in opere. Si ergo ideæ ſunt exemplaria, oportebit agentia cū agunt, aut reſpicere ad illas, aut mente illas tenere: quod cum nullum horum ſit, ideo quærit {quid enim eſt} ſcilicet illud {quod operatur ad ideas reſpiciens} vtrum effectus ſimilis ideæ externæ, an ſimilis ideæ, quam mente tenet deductam ex intuitu ideæ externæ: quod cum nullū horum eſſe poſſit, dicere ideas eſſe exemplaria ineptire eſt, & vanalloqui. Deinde ſequitur illa particula {nam & eſſe} & reliqua. Vbi Argyropylus videtur facere principium alterius rationis, nam interpretatur {& inſuper & eſſe} & reliqua, verbo enim {& inſuper} vtimur,cum vltra priorem rationem adducimus aliam. quam expoſitionem Alexander videtur ſequi primum, poſtea ſe corrigens aliter exponit. nam cum dixiſſet quòd dicere ideas eſſe exemplaria non ſit vtile ad rerum generationem,nunc illud probat, quoniam oporteret agens, cum efficit, tenere mente exemplar deriuatum ab exemplari externo, in cuius ſimilitudine formam efficiat in materia: & ſic oporteret agens omne reſpicere, uel reſpexiſſe ſemper,cum uoluerit generare, ad exemplar externum, quod eſt idea, ut ab illo trahat mentale exemplar, in cuius ſimilitudine generet: quod falſum eſſe patet, quoniam cernimus hominem ab homine generari, ſingularem videlicet a ſingulari, vt equum ab equo, ſimili cæterorum ratione, quorum nullum in ideam intuens efficit, quod efficit. ſed cuiuſque generatio, & ordo naturalis habetur altero præbente principium, altero excipiente, & conſeruante,& ipſum per ordinem quendam ducente. Præterea etiam neque ſcientia præditi ea, quæ ad ſcientias pertinent, ideam quampiam ſpectantes conficiunt: ergo nullum agens reſpicit ad ideas, cum generauerit ſibi ſimile: & dicit {nam

& esse quoduis, & fieri simile potest, etiam si ad similitudinem illius } scilicet ideæ { non producatur } ideſt etiam si non respiciatur in eius productione ad similitudinem alicuius ideæ. ignis enim ignem efficit, qui non respicit ad ideam similem igni producto. vel aliter { nam & esse quoduis } scilicet productum { & fieri simile potest } scilicet alicui { etiam si ad similitudinem illius } cui natum est simile { non producatur } quoniam aliquid nasci potest simile alicui, illo non existente. quod Aristoteles demonstrat exemplo Socratis, & dicit { vt si sit, & si non sit } in rerum natura Socrates { fiet } scilicet Theætetus { vtique qualis est Socrates ipse } nam non modo Socrate viuente fieri potest Theætetus, Socrati similis, sed etiam cum Socrates nullus sit, potest enim etiam nunc aliquis & esse, & generari talis, qualis olim Socrates erat. Quòd si non existente quicquam simile generatur, satis planum sit quibusdam aliqua effici similia etiam nullo assimilante, aut in exemplar intuente. Quia igitur, vt qui non existenti similis est, is non est factus ad illius exemplar, sic licet forma sempiterna sit, non tamen simile tudo eius erit quasi ad exemplar, cum nullus utique sit qui ad illius exemplar operetur: & hoc dicit { simili autem modo palam, quoniam fieret } scilicet Theætetus { & si Socrates perpetuus esset } scilicet sine intuitu Socratis perpetui. quoniam, vt dictum est, nullo intuente Socratem perpetuum Theætetus fieri potest. dixit autem Aristoteles hoc ad imminuendas quasdam rationes quasdam, quibus ideæ confirmantur: quæ licet sint, non tamen protinus hęc ad ipsarum exemplar efficiuntur, cum nullus ad illas spectans hæc efficiat. Expositor autem textum illum { simili autem modo palam } copulat cum textu sequenti, nam componit rationem vtens diuisione sic, aut agentia respiciunt ad ideas, cum generant, aut non, si non, ergo ponere ideas exemplaria est superuacaneũ. Si sic, contra Theætetus fieri potest Socrati similis, siue non sit, siue sit Socrates. ergo non spectat agens ad Socratem, cum facit aliquod sibi simile. Expositor vero vir doctissimus animaduertit rationem hanc Aristotelis non destruere ideas, siue exemplaria diuina, quæ in intellectu ipso diuino habentur. agens enim naturale si intenderit sibi simile generare, hoc est, quia aliquod superius agens intellectuale ipsum dirigit videlicet tribuendo ei talem formam, qua posita, intendatque sibi simile generare. Nam vt secundo physicæ auscultationis dicitur, natura non cognoscens finem agit propter finem, nec ob aliud nisi quia dirigitur ad finem ab aliquo superiore agente, qui finem cognoscit, vt Auerroes libro duodecimo huius, authoritate Themistij dilucide declarat. Tale autem intellectuale agens dirigere non poterit agentia naturalia ad agendum sibi similia, nisi præhabuerit rõnes oẽs rerum, quæ fieri possunt ab agentibus naturalibus in sui mente. rationes vero, quæ sic habentur, ideæ diuinæ, exemplariaque Theologica dicuntur. quare has ideas Aristoteles non refellit sed illas Platonicas, quas Plato extra diuinam mentem ponit, vt exemplaria in generationibus. Verum hæc, quæ dicit Expositor, consideratione non parua digna sunt. Nam si Expositor per ideas in mente diuina reconditas, intelligit rationes inrelligendi creaturas, quæ mediæ sunt inter essentiam diuinam, & ipsas creaturas apprehensas, tales rationes mediæ necessariæ non sunt, nec pro distincta creaturarum cognitione, nec pro distincta rerum productione. primo quia si tales mediæ cognoscendi rationes sunt in mente diuina, cum ipsæ ab ipso Deo cognoscibiles sint, licebit quærere aut pro illarum cognitione rursus in Deo aliæ cognoscendi rationes constituendæ sunt, aut earum cognoscendi ratio sufficiens est sola essentia. non sunt rursus aliæ rationes assignandæ pro idearum illarum distincta cognitione. quoniam in infinitũ procedetur. At si pro illarum distincta cognitione sola essentia sufficiat, pari ratione etiam pro creaturis distincte cognoscendis essentia sola sufficiens erit. non ergo rationes mediæ sunt in Deo necessario collocandæ pro distincta rerum cognitione. Deinde essentia est formalis ratio producendi omnem creaturam, continens in se formaliter rationem producendi omnem, qua creaturæ omnes distincte produci possunt: Igitur essentia est ratio formalis cognoscendi omnem creaturam distinctissime. Quare comprehensione essentiæ, omni alio circunscripto, creaturæ ab ipso Deo distinctissime cognoscuntur, & ita pro distincta creaturarum cognitione non est necessarium ponere ideas in mente diuina, quæ sint rationes mediæ cognoscendi creaturas. Quòd autẽ eiusmodi rationes mediæ non sint necessariæ ex parte ipsius Dei pro distincta rerum productione, probatur. quoniam nullum agens in genere suæ accessionis pro distinctis effectibus producendis ex parte sui distinctas producendi rationes requirit. Cœlum enim ex parte sui pro distinctis effectibus producendis rationes producendi distinctas nequaquam requirit. Eadem enim producendi ratione ex parte sui omnia producit, quæ producere potest. Quare longe minus Deus propter infinitudinem rationis, quam in producendo obtinet, requirit pro distinctis creaturis efficiendis distinctas producendi rationes. Cum ex infinita rationis plenitudine, quam habet in producendo, infinita distincte producere possit. At si Expositor per ideas in mente diuina reconditas, creaturas ipsas apprehensas, atque productiones intellexerit, tales sunt necessariæ in mente diuina pro distincta tum creaturarum cognitione, tum pro distincta creaturarum productione, propter conditionem creaturarum, quæ ab ipso Deo cognoscuntur, atque producuntur. pro distincta quidem creaturarum cognitione, quoniam cum ideæ in mente diuina, vt dictum est, non sint, nisi creaturæ apprehensæ a Deo, quam necessarium est creaturas esse distincte producibiles, tam necessarium est ipsas antequam ab ipso producuntur, apprehendi distincte. nam cum producantur, vt effectus intellectualis agentis, effectus autem intellectualis agentis nunquam ex parte sua effici possunt distincte, nisi in mente producentis prius in similitudine vniuoca collocati fuerint. Hoc enim pacto, vt septimo huius dicetur, simile a suo simili fit in operibus artis, vt domus in re a domo, quæ est in anima. quare cum Deus sit omnium rerum opifex res ipsas agens, vt ipsæ sunt apte fieri, & creaturæ aptæ sint fieri distincte: necessarium erit, vt ipsæ prius ab ipso Deo sint distincte cognitæ, cum ipsæ sint distincte producibiles. Deinde quòd necessaria sit distinctio idearum ex parte creaturarum, quæ producuntur, intelligendo, vt dixi, per ideas creaturas ipsas producibiles apprehensas a Deo apprehensione suæ essentiæ, probatur etiam, quoniam ab æterno creaturæ sunt producibiles distincte. ab æterno enim lapis sui natura est producibilis secundum suum proprium esse distinctum, similiter & equus, & homo, & cætera id genus, quoniam eis ab æterno fieri ex nihilo non repugnat. Dicuntur autem potentiæ huiusmodi obedientiales, quæ cum sint distinctæ in se, distincte correspondent ipsi Deo extrinsecus. quare sit, vt creaturæ ipsæ idcirco distincte a Deo effici possunt, quoniam ab æterno suis potentijs obedientialibus distinctis fieri ex nihilo non repugnat. Ergo ex parte dei distinctio idearum, quę sunt rationes mediæ non est necessaria, nec pro cognitione distincta,

Quærposi tor dicit.

Dubitatio cõtra expositorem.



stincta, cum sola essentiæ apprehensio sufficiat, nec pro distincta productione. quoniam, vt sol vna eademq; ratione producendi cuncta efficit distinctissime, quæ facere potest, modo præsint obedientiales rerum quæ fiunt, potentiæ distinctæ, ita Deus vnica agendi ratione, quæ est essentia cuncta agit distincte, cum præsint potentiæ obedientiales ex parte rerum, quibus non repugnat fieri ex nihilo distincte. Sed a Theologicis hæc dilucidius sunt petenda. Alexander in sua expositione hoc pacto refellit ideas Platonicas, quæ sunt præter diuinam mentem, quæcunque efficiuntur, sunt singularia, & ab aliquo singulari generata, vt hic homo ab illo homine, & hic equus ab illo equo, hæc vitis ab illa vite, & in cæteris simili ratione: sed quicquid per naturam aliquid efficit, id per naturam sibi insitam operatur, hoc est per causam, principium, quod in ipso habetur, & per potentiam, qua valet aliquo modo moueri. Ea nanque natura sunt, & naturam obtinent, quibus in ipsis principium motus inest, per quod hæc aliqua esse dicuntur, & non per accidens, & equus equum per sibi insitam naturam procreat. At neque homo, neque equus, aliudve eorum, quæ natura gignunt, efficiuntque intuens in exemplar suo fungitur munere. neque enim omnino, simul atque res futura quomodo fieri debeat, considerauit. Cum igitur eorum, quæ nunc quicquam natura efficiunt, nullum ad exemplar suum munus absoluit, fit, vt ne ante quidem efficiebatur. Alexander ergo hoc pacto refellit ideas Platonicas, refellit etiam id, quo ducti sunt, vt putarent naturam in aliquod exemplar intuentem effectus suos perficere, asserens eos partim quidem vere dicere, partim secus. quantum enim ad hoc quod opera naturalia ordine quodam, ac numeris quibusdam definitis cuncta fiant, non casu, aut fortuna, bene dicunt. quantum vero ad hoc quod dicunt opera naturalia fieri ordine, & numero definitis, quia agens naturale ad exemplar respiciat, non recte dicunt. Neque enim natura intelligendo suo munere fungitur. Hæc enim facultas rationis est expers, licet causa sit, vt motus sic ordinem seruet, vt primum secundus consequatur stato quodam ordine, non per quandam ratiocinationem: hunc protinus tertius, donec motus finem, cuius causa fiunt, assequatur. quem ordinem ars, quæ duce ratione opera sua conficit, imitata est. Ars enim potentia quædam est rationabilis, natura vero facultas, quæ ratione vacat. Quidam autem respondent naturam afferentes artem quandam diuinam esse, quæ nihil citra rationem efficiat, & cui munere diuino datum sit, vt ad certum & determinatum exemplar opera videlicet sua conficiat: & hi sunt, qui inter Deum & naturam non distinguunt. Contra quos Alexander obijcit, asserens naturam non sic esse artem diuinam: sed quoniam a Dijs est, a quibus munere videri potest donata: non quod ad exemplar operetur. nam quomodo ad exemplar, quod minime intelligit, quicquam efficiet? Præterea, in rebus quoq; malis, quæque præter naturam fiunt, licet constantiam inuenire, vt in abscessibus, vulneribus, tumoribus, morborumq; ambitibus: in quibus patet agẽs ad exemplar non respicere. Ad hæc animalia quædam constantes habent generationes, non tamen ad ideam, ut vermes, culices, & cicadæ: per hæc Alexander refellit Platonicas ideas. Auerroes autem in commento licet nihil ad textus rationem explicet, tamen refellit Platonicas ideas argumento Alexandri cum dicit, indiuiduum per se non generatur, nisi ab indiuiduo suæ speciei, quapropter necesse est, vt generans Socratem sit aliud indiuiduum Socrati simile: Quare cessat necessitas exemplaris ideæ.

Quę Auer. sem. 32.

Præterea exemplaria plura eiusdem erunt. Quare & species: ut hominis, animal, bipes, simul etiam & ipse homo. Preterea. τὲ Et. etiam

Alexander ait verba, quæ hinc pertinent vsque ad illum locum { præterea fieri non posse } in quibusdam exemplaribus non haberi, quo, vt inquit, factum est, vt cum perobscura sint, a nullo tamen fuerint explicata. Argumentum vero Aristotelis in hoc textu est Enthymema tale, si ideæ, quæ ponuntur a Platone sint horum exemplaria, vnius rei complura exemplaria habebuntur, eiusdemque plures erunt ideæ. nam si homo & animal est, & bipes, & homo, & hæc discrepant inter se, cum cuiusque horum habeatur exemplar, & idea, erunt plura exemplaria eiusdem rei. dicit { præterea exemplaria plura eiusdem erunt quare & species } ideſt ideæ plures eiusdem erunt si subaudi ideæ erunt exemplaria { ut hominis } scilicet erunt exemplaria { animal, bipes, simul etiam } cum his { & ipse homo } In græcis aũt verbis legitur sic, οἷον τοῦ ἀνθρώπου, τὸ ζῷον, τὸ δίπουν. ἀλλὰ δὲ καὶ τὸ αὐτοάνθρωπος. Argyropylus tamen transtulit, ut diximus. Quòd autem hæc tria sint exemplaria hominis, atque ideæ, patet, quoniam hæc omnia prædicantur de homine, & cum cuilibet prædicato correspondeat exemplar, & idea, erunt hominis animal, bipes, & ipse homo ideæ, atque exemplaria, quoniam homo & est animal, & bipes, & homo, & per hominem, de quo illa tria prædicantur intelligit, hominem sensibilem. Sed dices hoc non est absurdum, ideo declarat Alexander hoc esse absurdum, quoniam qua ratione illa tria prædicantur de homine sensibili, eadem ratione prædicantur de idea hois, quæ dicitur αὐτοάνθρωπος. nam ipse homo est & animal, & bipes, & ipse homo, & sic ideæ hominis erunt tria exemplaria, treſque ideæ, Quòd si ita sit, idea non erit simplex, sed ex ideis conflata. Sequetur etiã vt idea sit prior idea, quoniam ipsum animal ipso homine prius habetur. Animal enim genus est ipsius hominis, & alia multa addit Alexander, quæ superflua sunt.

Insuper non solum sensibilium species, sed etiam ipsarum specierum exemplaria erunt, veluti genus ipsum, vt specierum genus. Quare idem erit exemplar, atq; imago. TEX. 33.

Imago. εἰκὼν. Similitudo.

Apud Expositorem hic ponitur tertia ratio, quæ firmatur in loco topico hoc pacto, sicuti species ad indiuidua, ita genus ad species. sed species exemplar est indiuiduorum: igitur genus exemplar est specierum. Tunc destruitur cõsequens, quoniam sequitur vt idem sit exemplar, & exemplatum. nam species erit exemplar indiuiduorum, & exemplatum. ideæ, quæ est specierum genus. Alexander autem vult hoc esse absurdum eius, ad quod deduxit secundum proximum argumentum, erat enim proximum argumentum,

Si ideæ sint exemplaria, plura exemplaria erunt eiusdem exemplati. vltra, plura exemplaria sunt eiusdem exemplati, igitur idem erit exemplar, & multorum exemplarium exemplatum, vt species hominis erit exemplar hominum sensibilium, & exemplatum illarum idearum videlicet animalis, & bipedis, dicit { insuper } subaudi si plura exemplaria erunt eiusdem exemplati, vt ipsius hominis animal ipsum, & bipes ipsum { non solum sensibilium } ideſt indiuiduorum { species }

ideſt ideæ { ſed etiam ipſarum ſpecierum } ideſt idearum { exemplaria erunt, veluti genus ipſum } erit { vt ſpecierum genus } ideſt ſicuti idea generica, ut deductū eſt { quare idem erit exemplar, atque imago } nam ſpecies erit exemplar indiuiduorum { et imago } ideſt exemplatum ideæ generis. ἰδέων enim græce & imago, & ſimilitudo, & exemplatum dicitur. Sed hoc non videtur abſurdum reſpectu diuerſorum, tamen hoc eſſe abſurdum declaro, quoniam exemplatum omne eſt factum ad ſimilitudinem exemplaris, & exemplar omne eſt perpetuum, ad cuius ſimilitudinem alia fiunt, quare idem erit perpetuum atque factum: vt idea hominum quo eſt exemplata imago, erit facta, quo vero exemplar ſenſibilium hominum erit perpetua.

Deinde fieri non poſſe uidebitur, vt ſeorſum ſit ſubſtantia, & id, cuius eſt ſubſtantia. quare quo nam pacto ſeorſum erunt ideæ ipſæ, ſi ſunt ſubſtantiæ rerum.

Cum probatum ſit ideas non eſſe exemplaria rerum ſenſibilium, nunc probat ideas non eſſe ſubſtantias rerum ſenſibilium, & textus præſens reſoluitur ad artem prioriſticam hoc pacto, nulla ſubſtantia ſeparari poteſt ab eo, cuius eſt ſubſtantia: idea ſeparatur ab eo, cuius eſt idea: igitur idea non eſt ſubſtantia eius, cuius eſt idea. de ſyllogiſmo primo tangit maiorem, & dicit { Deinde fieri non poſſe videbitur, vt ſeorſum ſit ſubſtantia, & id, cuius eſt ſubſtantia } hæc fuit maior, ſed ſubintellecta minore videlicet, ſed idea ſeparatur ab eo, cuius eſt idea, & dat concluſionem ad modum interrogationis dans intelligere minorem, & dicit { quare quonam pacto ſeorſum erunt ideæ ipſæ, ſi ſunt ſubſtantiæ rerum } & per ſubſtantias rerum Expoſitor formales cauſas intelligit. & ſic ſecundum Expoſitorem cum Ariſtoteles probaſſet ideas non eſſe exemplaria, in præſenti loco probat ideas non eſſe ſubſtantias, ideſt formales cauſas rerum ſenſibilium: cuius ſyllogiſmus eſt, vt diximus. Alexander intelligere videtur per ſubſtantias definitiones, quæ ſubſtantiam explicāt. & etiam formales cauſas rerum. & hoc ideo, quia definitio ſubſtantialis formam ſolam ideſt ſolam cauſam formalem explicat. Quare quouis modo exponatur, ſyllogiſmus probat intentum.

In Phædone autem ſic dicitur, vt & res ſint,
TEX.34. & fiant, cauſæ ſpecies ſunt. Et tamen ſi ideæ ſunt, nullo pacto fiunt res, quæ participant, niſi ſit id, quod eſt moturum.

Cum probaſſet ideas non eſſe cauſas formales rerum ſenſibilium, nunc probat non eſſe effectrices cauſas rerum ſenſibilium ſufficientes, & ſyllogiſmus erit, effectrices cauſas ſufficientes ſunt, quibus exiſtentibus effectus ponuntur: ſed ideis exiſtentibus, non ponuntur ſenſibilia: ergo ideæ non ſunt effectrices rerum cauſę ſufficientes, circa hunc ſyllogiſmum primo, narrat verba Platonis in Phædone, in quibus aſſerit ideas eſſe cauſas rerum ſenſibilium vt ſint, ideſt formales, & vt fiant ideſt effectrices rerum ſufficientes: & dicit { In Phædone autem ſic dicitur } ad verbum, ὡς καὶ τοῦ εἶναι τοῦ γίγνεσθαι, αἴτια τὰ εἴδη καὶ .i. { ut res ſint, & fiant, cauſæ ſpēs ſunt } cum dixit { ut ſint } innuit ideas eſſe rerum formales cauſas. cum vero dixit { vt fiant } innuit ideas eſſe rerum cauſas ſufficientes effectrices. hæc Plato in Phædone. obiicit Ariſtoteles oſtendens ideas non eſſe cauſas effectrices rerum ſufficientes in præſenti loco, quoniam proximo textu probauit ideas non eſſe rerum cauſas formales: & ſolum de ſyllogiſmo tangit minorem, & dicit { & tamen ſi ideæ ſunt, nullo pacto fiunt res } ſcilicet ſenſibiles, { quę participant } .ſ. ideis, hoc eſt nullo pacto fiunt individua ſenſibilia. hæc erat minor, cuius ꝓbationē nō poſuit, ſed loco ꝓbationis ſubdit, niſi { niſi ſit id, qđ eſt moturum } .i. particulare agēs: & particularis motor. & dat intelligere ꝑ hanc additionem, rationem, qua probatur minor. ſ. ꝙ ideis exiſtentibus non ponātur ſenſibilia, quoniam ſi ab æterno ideæ eſſent, & non ponerentur motores particulares, & efficientes particulares, nullum individuum fieret: ergo ideæ non ſunt ſufficientes rerum cauſæ effectrices, cum nihil efficiant, niſi particulares motores aderint. Sed occurres, quoniam ſi ita eſſet, ab intelligentijs nihil efficeretur, cum intelligentiæ, & ideæ eiuſdem rationis abſtractionis ſint. Dicendum apud Ariſtotelem intelligentias nihil efficere, niſi corpore cœleſti medio accedente, & etiam concurrentibus particularibus agentibus: quibus & generationes, & corruptiones fiunt in his inferioribus. Quare hoc, quod Ariſtoteles obiicit contra Platonem, nō obſtat ſibi. Auerroes vero quo ad expoſitionem textus, nihil nobis boni attulit, quo tamen ad rem ipſam, ſic ait, impoſſibile eſt formas remanere, & deficere res, quarum ſunt formæ, quoniam remanente, non eſſet corruptio. Sed hoc, quod Auerroes ait, nec eſt ſibi conſtans, nec verum. Sibi conſtans quidē non eſt, quoniam in fictione, quam facit de vnitate intellectus, aſſerit intellectum ſemper remanere, licet homines, quorū eſt forma, corrumpantur. Verum autem nequaquā, quoniam ſecundum veritatem intellectus humanus, ſecundum Ariſtotelem libro de generatione animaliū, eſt forma corporis humani extrinſecus accedens, vltimo poſt cæteras animas, qui tamen in corruptione hominis, vt eodem libro aſſerit, remanet. Ergo ſtat formam remanere corrupto eo, cuius erat forma. Et cauſa erroris eſt, quoniam ſtat formam remanere ſecundum ſubſtantiam, & corrumpi id, cuius eſt forma, quoniam deſinit eſſe illius forma: licet ſimpliciter non deſinat eſſe. Sed occurres, quoniam tunc homo ſimpliciter non corrumpetur, quoniam eius forma remanet ſubſtantia, licet deſinat eſſe ſecundum quid. Præterea tunc corruptio equi eſſet maior quàm corruptio hominis, quoniam in corruptione equi forma corrumpitur ſimpliciter. In corruptione hominis forma corrumpitur ſecundum quid tantum. Diluitur prima obiectio, quoniam ſi per corruptionem ſimpliciter intelligis corruptionem, quæ fit ſecundum ſe & quodlibet ſui, nihil ſimpliciter corrumpitur, quoniam ſemper materia ſaltem remanet. At ſi per corruptionem ſimpliciter intelligis eam, quæ fit ſecundum ſe, vtputa per quam perditur nomen, & definitio: ſic aliquid poteſt ſimpliciter corrūpi, ſolum per hoc, quod eius forma deſinit eſſe forma. Secunda vero obiectio diluitur, quòd abſit, vt homo dicatur æqualiter corrumpi ſicut equus. Bene tamen dicitur vterque corrumpi ſecundum ſe ſimpliciter, quoniam vterque in corruptione amittit nomen, & definitionem, non tamen eodem modo, quoniam homo amittit nomen & definitionem per hoc, quod eius forma deſinat eſſe forma, Equus uero per hoc, quod eius forma deſinat eſſe forma, & deſinat eſſe. Sed hæc dilucidius petenda ſunt in libro de intellectu, & in libro de immortalitate animæ.

Inſuper etiam multa alia fiunt, ut domus, & annulus, quorum non dicimus eſſe ſpecies. quare patet & cætera etiam & eſſe, & fieri poſſe, & per tales cauſas, per quales fiunt & ea, quæ modo ſunt dicta.

Hæc eſt ſecunda ratio ad eandem concluſionem, quam Expoſitor ſic conficit, ſicut artificialia ad artificiales ipſas cauſas, ita naturalia ad cauſas naturales: ſed artificialia fiunt a proximis cauſis ſine ideis: igitur naturalia fiunt a ſuis



ſuis proximis cauſis ſine ideis. De ſyllogiſmo primo aſſignat minorem, & dicit { inſuper etiam multa alia fiunt } quæ non ſunt effectus naturales ſubaudi a ſuis proximis cauſis ſine ideis { vt domus & annulus } quæ fiunt a ſuis proximis cauſis effectricibus { quorum } nos Platonici { non dicimus eſſe ſpecies } ideſt ideas. Artificialium enim rerum Plato negat ideas. Deinde aſſignat concluſionem cum qua ſimul innuit vim maioris, & dicit { quare patet & cætera etiam } .ſ. naturalia { & eſſe, & fieri poſſe } .ſ. nō ab ideis { & per tales cauſas, per quales fiunt & ea, quæ modo ſunt dicta } .i. per quales fiunt artificialia. & dixit { & per tales cauſas } & non dixit per eaſdem, quoniā cauſæ per quas fiunt artificialia ſunt artes, cauſæ vero, per quas fiunt naturalia ſunt agentia naturalia: ſunt tamen ſimiles, quoniam artificialia fiunt ab agentibus proximis ſine ideis, & naturalia fiunt & ab agentibus proximis ſine ideis. & propterea dixit & per tales cauſas, per quales fiunt artificialia quoniam per ſimiles cauſas, ſimilitudinē uero declarauit Alexander, quoniam genitor artifici, fœmina uero ei proportione reſpōdet, quod pro materia eſt. Aliter etiam Alexander rationē ſtruit, & quidem dilucide hoc pacto, quibus cauſis fiunt ea, quorum ideas eſſe negant, harum ſimilibus fient ea, quorum ideas eſſe aiunt: ſed ea, quorum ideas eſſe negant, fiunt a cauſis proximis, vt artificialia: igitur ea, quorum ideas eſſe aiunt, fiunt a cauſis proximis penitus idearum virtute ſublata. Sed quia hæc ratio ad eandē venit, ſatis ſit nobis monſtraſſe locum.

TEX.35. Præterea ſi ſpecies ſint numeri, quonam modo cauſæ erunt?

Alexander in præſenti loco aliter quàm cæteri exponens hunc locum, vult Ariſtotelem per hanc opinionem, quæ eſt quòd ideæ ſint numeri, demonſtrare ipſas ideas non eſſe, & iuxta hanc expoſitionem erit ratio Ariſtotelis, Si ideæ ſunt ideæ numeri ſunt: Sed ideæ non ſunt numeri: igitur ideæ non ſunt. Syllogiſmus eſt hypotheticus, a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedentis. Quòd autē ideæ non ſint numeri, probat per interrogationem, & dicit { præterea ſi ſpecies ſunt numeri, quonam modo cauſæ erunt } ſcilicet individuorum ſenſibilium? Non enim poſſunt cauſæ eſſe talium. Et quòd non poſſint cauſæ eſſe talium, probatur nam eorum quorum ratio eſt eadem alterum alterius cauſa eſſe non poteſt, niſi per accidens, ſed numerorum, qui ſunt ideæ, & numerorum, qui ſunt ſenſibilia eadem eſt ratio ſecundum Platonicos: igitur ideæ non poſſunt cauſæ eſſe ſenſibilium, niſi per accidens, quomodo alterum individuum alterius cauſa eſt per accidēs, quod eſt cōtra Platonem, qui aſſerit ideas ſenſibilium cauſas eſſe per ſe. At Expoſitor vult cū Ariſtoteles probaſſet ideas non eſſe effectrices cauſas, quòd nunc probet ideas nō eſſe numeros, vt Plato ponebat authoritate Pythagoricorum. quam rem Ariſtotelem probare autumat pluribus rationibus. quarum primam per interrogationem affert, & dicit { præterea ſi ſpecies ſunt numeri, quonam modo } ſpecies { cauſæ erunt } .ſ. ſenſibilium. Quod autem cauſæ ſenſibilium eſſe non poſſint, probat ſyllogiſmo anteaſſignato. Quam expoſitionem etiam Alexander innuit aperte. vnde Ariſtoteles dicit { quonam modo cauſæ erunt? } cum cætera quoq; numeri ſint nihilo ſecius quàm ideæ.

Ex eo ne quia reſ hæ alij numeri ſunt: ut hic quidem numerus homo, hic autem Socrates, hic uero Callias: Cur igitur his illi ſunt cauſæ?

Hic inducit reſponſionem pro Platone, quæ eſt, quòd licet ideæ & ipſa ſenſibilia ſint numeri, tamen ſenſibilia ſunt numeri diuerſi ab ideis, & numeri diuerſi inter ſe, quemadmodum ideæ ipſæ ſunt inter ſe diuerſæ. & ſic poſſunt ideæ eſſe cauſæ ſenſibilium, quoniam ſenſibilia numeri ſunt ab ideis diuerſi. dicit { ex eo ne, quia res hæ } ſcilicet ſenſibiles { alij numeri ſunt } tum. ſ. ab ideis, tum inter ſe { vt hic quidem numerus eſt homo } qui idea eſt ſenſibilium homo. ſimiliter hic numerus eſt equus, qui idea eſt ſenſibilium equorum { hic autem Socrates, hic vero Callias } qui res ſenſibiles ſunt. & ſic individua ſenſibilia ſunt numeri diuerſi ab ideis, & inter ſe, & ſic ideæ poſſunt horū cauſæ eſſe. Contra obiicit & dicit { cur igitur his } .ſ. numeris ſenſibilibus { illi } ſcilicet numeri ideales { ſunt cauſæ? } cum hi & illi in ratione numeri non differant. Et eorum numerorum, quorum ratio eſt eadem, alter alterius non magis cauſa eſt, & ratio adhuc ſtat, quòd ideæ non ſint cauſæ horum. nam ſi ſunt hi numeri illis æquales, vt ſit verbi gratia quinarius numerus homo ipſe, qui eſt idea, & homo ſenſibilis, quonam pacto alter alterius cauſa eſſe poteſt vtriuſq; exiſtentibus quinarijs, & conuenientibus in ratione numeri? niſi alterius alter cauſa ſit per accidens vt alterum individuum alterius, quod Plato negat.

Nihil enim refert, ſi illi quidē perpetui ſunt, hi uero non ſunt.

Iterum reſponderi poteſt illos numeros, qui ſunt ideæ, cauſas eſſe, hos vero, qui res ſenſibiles ſunt, eſſe effectus, quoniam illi ſunt ſempiterni, hi vero corruptibiles. Contra obiicit Ariſtoteles, quia non refert quantum ad rationem numeri. nam quinarius perpetuus, & quinarius corruptibilis eiuſdem rationis ſunt: ſicut album perpetuum, & album corruptibile, non enim differunt in ratione albi, ſic quinarius perpetuus, & quinarius corruptibilis in ratione quinarij nullo pacto differunt. Quare non magis alter quàm alter alterius cauſa erit, niſi ut dictum eſt, per accidens, ſicuti alterum individuum alterius magis cauſa eſt per accidens: & non per ſe dicit { nihil enim refert } quantum ad per ſe rationem cauſæ { ſi illi quidem perpetui ſunt } videlicet numeri ideales { hi vero non ſunt } videlicet numeri ſenſibiles. quoniam perpetuum & corruptibile ſecundum Platonem non uariant ratio nſm, ſecus fortaſſe eſſet apud Ariſtot.

Quod ſi propterea quia ea, quæ ſunt hic, rationes ſunt numerorum, ceu concentus. TEX.36.

Hæc eſt tertia reſponſio pro Platone, nam dicemus ea, q̄ hic ſunt non eſſe numeros, ſed proportiones numerorum, ideas vero numeros eſſe. & quoniā numeri ſunt cauſæ proportionum numeralium, ideo poſſunt ideę cauſę eſſe rerum ſenſibilium, quatenus ideæ ſunt numeri: res vero ſenſibiles proportiones numerales. dicebāt enim Platonici nullā rem ſenſibilem eſſe numerum, ſed in quadā numerorum ratione conſiſtere: & ſic vnaquæq; res ſenſibilis non eſt numerus, ſed proportio quædam in numeris conſiſtens, & hoc declarat ſimilitudine concentus, qui non eſt numerus, ſed proportio numerorum. i. res rationem quandam inter ſe numerorum habens, ueluti concentus, qui dicitur diapaſon, conſiſtit in dupla proportione, iterum alius concētus in ſexquitertia, alius in ſexqualtera, quæ omnia numerorum ſunt rationes, & non numeri. ſic igitur dicere poſſunt ideas eſſe cauſas rerum ſenſibilium, quia ideæ ſunt numeri, res vero ſenſibiles proportiones numerorum, quæ fiunt ab ipſis numeris. hanc ergo reſponſionem innuit, ſi legatur textus ſuſpenſiue ſic { Quod ſi propterea quia ea, quæ ſunt hic } .ſ. res ſenſibiles { rationes ſunt numerorum, ceu concentus } ſubaudi dicatur ideas eſſe cauſas horum, quoniam ideæ ſunt numeri, hæc vero proportiones numerales, quæ fiunt ab ipſis numeris. ſuſpenſio vero terminatur in textu proximo. tamen hæc eſt tertia euaſio pro Platone. Nam ſic cauſa alterius rationis eſt ab effectu, cum effectus ſit proportio numerorum, cauſa vero ſit idea, quæ eſt numerus: non enim proportio numerorum numerus eſt.

Patet vnum quid esse ea, quorum sunt rōnes. Quod si id est materia, patet & ipsos numeros quasdam fore quarūdam inter se rationes dico aūt hoc pacto si Callias sit ratio in numeris ignis, & terræ, & aquæ, & aeris, & ipse homo cæterorum quorundam subiectorum erit, & idea, numerus, & ipse homo siue numerus sit quidā, siue non: tamen erit ratio quorundam in numeris, & non numerus, neque ob hæc numerus quidam erit.

Hic terminat suspensionem, & replicat contra responsionē, & accipit primo præter ꝓportiones, quæ sunt res sensibiles, esse aliquid vnū, quod ꝓportiones illas suscipit, qđ vnū in musicis est sonus, in rebus uero sensibilibus est materia. & dicit, si inquā dicat ideas esse causas, quia sunt numeri hæc uero effectus, qa sunt ꝓportiones numerorum { patet ea }. .s. sensibilia { quorum sunt rationes, esse vnū quid }. .i. esse vnū subiectū. s. præter ipsas ꝓportiones { Quod si id } subiectum. s. { est materia } proportionibus subiiciens, & subaudi proportiones ipsæ effectus ab ideis proficiscentes, { patet & ipsos numeros }. .i. & ipsas ideas, quæ separati numeri sunt { fore quasdam rationes quarundam inter se } uidelicet similes proportionibus, quæ sunt res ipsæ sensibiles, alioquin non essent exemplaria, Si enim effectus essent proportiones, & ideæ essent numeri, & non proportiones, ideæ non essent exemplaria illis similia, immo dissimilia. Deinde exponit hanc obiectionem exemplo, & dicit { dico aūt hoc pacto, si Callias sit ratio } consistens { in numeris ignis, & terræ, & aquæ, & aeris, sequitur etiam ut & ipse homo } qui idea est { cæterorum quorūdam subiectorum erit } ratio. s. & proportio { & idea } hominū sensibilium, quæ est { numerus, & ipse homo } qui est idea separata, erit etiā proportio & ratio numerorum: alioquin non esset exemplar, simile rebus ipsis sensibilibus. sed dices, homo ipse, qui est idea, est numerus apud Platonem, ergo non est ratio numerorū. respondet ꝙ siue sit numerus, siue nō, necessitate consequētiæ sequitur ut sit ratio numerorum, & non numerus: & dicit { siue numerus sit quidam, siue non } sit numerus quidam { tamen } necessitate consequentiæ { erit ratio quorūdā } subiectorum consistens { in numeris, & nō numerus } nam licet ſm opinionem Platonis idea hominū sit numerus, necessitate consequentiæ sequitur, ut non sit numerus. Sed adhuc dices, idea est numerus, ergo idea hominum est numerus. respondet, & dicit, ꝙ verum est secundum opinionem, tamen { nec ob hæc } quia scilicet est idea homo separatus numerus { quidam erit } quoniam licet secundum opinionem sit numerus, non tamen secundum necessitatem consequentiæ. Sequitur enim necessitate consequentiæ, effectus idearum non sunt numeri, sed proportiones numerorum in suis subiectis consistentes: igitur ideæ sunt proportiones numerorum in proprijs subiectis constitutæ. alioquin ideæ non erunt exemplaria rerum sensibilium, cum nullum dissimile esse possit exemplar eorum, quibus est dissimile. hoc pacto Alexander hunc textum exposuit, qui mihi semp fuit obscurissimus. Auerroes autem super illa parte { præterea si species sint numeri, quonam modo causæ erunt } nullam rationem habens de uerbis Aristotelis probauit ideas non esse sensibilium causas, per hoc, quoniam idem ens esset compositum ex multis numeris diuersis secūdum formam. nam unum indiuiduum ui delicet Socrates est animal, & est homo, & est Socrates, & ita habebit numerum, per quē est animal, & numerum per quem est homo, & numerum per quem est Socrates. hoc autem putat esse absurdum. Hæc ratio primo est sua, & non Aristotelis, deinde non videt absurdum aliquid confici ex pluribus, & diuersis numeris communicantibus, immo necessarium. Q uinarius enim componitur ex binario, & ternario: sed ternarius continet binarium. Secundo probat ꝙ idea non sit pars rei sensibilis, per hanc rationem, quia æternum non potest esse pars rei genitæ, & corruptibilis, quæ ratio nec est ad propositum uerborum Aristotelis, nec necessaria. nam intellectus æternus sal tem a parte post, est pars hominis. At secundum ipsum est pars hominis, & æternus vtraq; ex parte. Super uero præsenti parte Auerroes asserit definitionem numeri nō esse numerum, sicuti nec definitio animalis est animal. Sed hoc nec est ad mentem Aristotelis, nec verum. nam definitio rei cōuertitur cum ipsa re. Si enim animal est substantia animata sensitiua, substantia animata sensitiua est animal. Ergo definitio numeri est numerus.

Q ue Auer cō. 36.

Præterea multis ex numeris unus fit numerus. ex speciebus autē quonam modo una spēs?

TEX. 37.

Expositor hic designat secundam rationem, quam sic cōficit, ex multis numeris unus fit numerus: species. i. ideæ sunt numeri: igitur ex multis ideis una fit idea. sed hic syllogismus fit ex quatuor terminis. ideo sic debet concludere. igit ex multis ideis unus fit numerus, qđ Plato non haberet pro absurdo. Quare per subacceptionem, conuersa conclusione, sic syllogizamus, unus numerus fit ex pluribus ideis, hęc enim est conclusio conuersa, quæ pro maiore accipitur. Sed vnus numerus est una idea: igitur ex pluribus ideis est vna idea in tertia figura, hoc modo textus ad artem prioristicam resoluendus est. Sed occurres, quia non uidetur absurdū ex pluribus ideis vnam esse ideam apud Platonem, quoniā videmus ex pluribus elementis fieri unum mixtum, & tamen elementa differunt specie, quare sicut ex pluribus speciebus fieri potest unum mixtū specie, ita ex pluribus ideis, una idea per admixtionem. Innuit Expositor solutionem, quoniam ex pluribus speciebus fit unum mixtum per corruptionem elementorum, uel per remissionem formarū substantialium apud Auerroem. At ideæ nec corrumpi, nec remitti possunt. Ergo ex pluribus ideis uia mixtionis vna idea fieri non potest. vnde Alexander ad hanc eandē solutionem accedens, dicit, hac quoq; ratiōe ideas numeros esse non posse docet. quoniam ex multis numeris simul positis. i. nec corruptis, nec remissis unum efficitur numerus, vt tria & quatuor coniuncta nec corrupta, nec remissa inter se septem efficiunt. At ex pluribus ideis coniunctis. i. nec corruptis, nec remissis non potest effici una idea. Cum canis forma, & forma hominis, exempli gratia coniunctæ unam formam non efficiant. ergo ideæ non sunt numeri. Sed adhuc dubitabis, quoniam homo ex animali, & bipede cōstat. ergo idea ex pluribus conflata est. Contra obiicit Alexander, primo quia tunc ideæ non erunt simplices, sed compositæ. Deinde quia aliæ priores erunt, aliæ posteriores. Prior enim est forma animalis, posterior autem hominis, uel equi forma. Præterea est alia differentia, quoniam ex quibusvis discrepantibus numeris vnus numerus efficitur. non item ex quibusuis diuersis ideis idea una effici potest, vt ex equo, & cane. Insuper est alia ratio, quoniam quæ rem aliquam cōponunt, ea separatim existentia in compositione veniunt hominem autem & animal nunq; separata, vel sumere, vel intelligere licet. patet igitur ideas non esse numeros. Auerroes vero hanc partē exponit vt dictum est, addit tamē unā opinionem obiter eorum, qui dixerūt vnitatē esse punctum & dualitatem lineam, & trinitatem superficiem, & quatrinitatem corpus, & eam refellit. quoniam tūc superficies componeretur ex linea, & puncto, & corpus ex linea, superficie, & puncto: quod ipse putat impossibile. sed hoc, quod Auerroes putat impossibile, Plato vult esse necessariū & ideo reprobatio huius opinionis petaē à libro sexto physicæ auscultationis, nam eo libro hæc opinio refellitur alijs rationibus.

Dubitatio

Q ue Auer. cō 35.

Q ue Auer. cō. 37.

Quōd



Centenario μυριάδι. In numero continente decē milia.

Quod si non ex ipsis, sed ex unitatibus, quæ sunt in numero, ut in centenario: quonam pacto unitates se habent? Etenim si specie similes sint, plura eueniunt absurda, sinautē specie non sint similes nec inter se, nec omnes omnibus.

TEX. 38.

Quo different, cum expertes passionis sint. neque enim consona sunt hæc rationi, neq; consentanea menti.

Cum probasset ideas non esse numeros, nunc vult refutare quandam responsionem, quoniam aliquis dicere posset ex ideis ipsis coniunctis non fieri ideā vnam: ex eo quia nec in numeris vsu venit, vt ex numeris coniunctis vnus exeat numerus. & sic negabitur maior syllogismi principalis. s. ꝙ ex multis numeris vnus fiat numerus. nō enim numerus fit ex numeris coniunctis, sed ex vnitatibus: cum omnis numerus constituatur ex vnitatibus, non ex trinitatibus, aut quaternitatibus quoniam decies mille numerus ex vnitatibus, non ex milleſimis, aut centenis numeris constat. & sic est cōcedendum ideas numeros esse, non tamen quatenus idea ex numeris constat, sed quatenus ex unitatibus conflatur. & sic nullum sequitur absurdum contra positionem Platonis, qui ideas numeros esse asserit. primo ergo affert responsionem, & dicit { ꝙ si non ex ipsis }. .s. numeris coniunctis { sed ex vnitatibus, quæ in numero sunt } subaudi numerus fit { vt in centenario } qui numerus est non ex denarijs, sed ex vnitatibus, sequetur, vt idea fit numerus, non ex numeris, sed ex unitatibus conflata, quod Plato concedit & sic Plato potest euadere à syllogismo assignato. Quo vero ad verba attinet in centenario græce dicitur ἐν τῇ μυριάδι: Modo μυριὰς numerus est, qui continet decē milia. Argyropylus cōuertit centenarium, quoniam non refert quantum ad sententiā. centenarium enim non fit ex denarijs, nec numerus, qui continet decem milia, fit ex milleſimis sed uterq; numerus ex vnitatibus conflatur. assignata hac responsione, obiicit contra quærendo vnitates ea, ex quibus cōiunctis cōflantur ideæ, sunt ne inter se specie similes, an dissimiles? & dicit, si ita dicatur, quæritur { quonam pacto unitates se habent }. .s. ex quibus ideæ conflantur, utrum sint specie similes, an specie dissimiles, & primo destruit primum membrum, & dicit { etenim si } vnitates, ex quibus ideæ constant { specie similes sint, plura eueniunt absurda } quę ipse hoc in loco tanquam nota silentio prætermittit, sed in. 12. libro latius prosequitur. Expositor tamen enumerat duo, quorum primum est ꝙ diuersæ ideæ non differant ſm substantiam, sed solum ſm excessum vnius super aliā, sicuti maior numerus differt a minore unitatum multitudine. Secundum est, quia tunc unitates essent multæ, & non differentes, quod patet esse falsum, quoniam ad multitudinem omnem per quam fit variatio in speciebus, diuersitas sequitur amplissima. Alexander autem argumentatur, si omnes unitates sunt eiusdē speciei, cur aliæ ideam conficiant, aliæ non item? & tūc omnis numerus erit idea, non tantus numerus, neq; ex tot vnitatibus, ex quot ipsis placet cōfici ideam, si quidem omnes unitates, ex quibus fiunt, eiusdem sunt speciei. Ad hæc omnes inter se ideæ, cum nihilo differant præterquam unitatū multitudine, eiusdem erunt speciei. & vlterius sequetur, ut quæ eis participauerint, eadem specie continebuntur. At rationale, & irrationale nō quorumpiam multitudine, sed quadam potius qualitate differre videntur. Si quis enim dicat irrationabile in paucioribus vnitatibus consistere, dubium nō est, quin si addas irrationabili vnitates, quibus a rationabili superatur, irrationabile futurum sit rationabile. atq; hæc quidem absurda sequuntur, si unitates eiusdem speciei esse ponantur. Deinde destruit aliud membrum, & dicit { sin autē specie non sint similes nec inter se } puta quæ eiusdem numeri sunt, ut quæ sunt eiusdem binarij, specie non sunt similes { nec omnes }. .s. unitates spē sunt similes { omnibus } scilicet unitatibus, ut quæ sunt diuersorum numerorum, vt quæ sunt binarij, nō sunt similes unitatibus ternarij, & in cæteris simili ratione: si inquam unitates numerorum quouis modo considerate, siue eiusdem siue diuersi numeri differāt specie, assignetur id, quo different, nō enim different passione { cum sint expertes passionis } quoniam nulla unitas est calida, aut frigida, aut alba, aut nigra. quanto magis forma differre non possunt, cum nulla forma esse possit, quin aliquam passionem secum ferat. quare si non differt unitas ab vnitate passione, nec forma differre poterit, & propter hoc non fecit mentionem nisi de differentia, quæ accipitur a passionibus, quoniam non possunt aliquæ differre forma, quin differant passione, nec aliquam aliam differentiam in se admittere valent. Sola enim situs differentia, ut ipse ait in primo de anima, in vnitatibus cadere potest, non iam unitates simpliciter, sed quo signa, & pūcta sunt. & cum dicit { neq; enim consona sunt hęc rationi, neq; cōsentanea menti } Expositor refert hæc ad ea, quæ Plato dicit de ideis. Ea enim quæ de ideis Plato dicit, non sunt consona rationi, sicuti ea quæ certa ratione probantur, nec consentanea menti, sicut dignitates, quæ solo lumine intellectus patēt. Alexander uero refert hæc ad unitates, de quibus dixit ꝙ sint specie dissimiles, dicit enim hæc de unitatibus dicta, ꝙ specie differant, nec rationi nec menti consona sunt: Cum unitas una nihil habent, quo differre possit ab altera, nisi fortasse situ, quem habet in continuo, cum accipitur, ut punctus.

Præterea genus aliud conficere numeri, circa quod arithmetica uersetur, necesse est: Et omnia, quę a quibusdam media nuncupantur: Quę quomodo sunt, aut e quibus principijs sunt aut cur horum, & ipsarum media erunt?

TEX. 39.

Apud expositores hæc est tertia ratio ad probandū ideas non esse numeros, & forma eius est syllogismi hypothetici à destructione consequentis hoc pacto. Si ideæ sunt numeri, erunt tria numerorum genera, vnum idearū, alterum sensibilium rerum, tertium mathematicum, circa quod versatur arithmetica, & scientia media, quę dicitur mathematica. consequentia patet, quia ratione ideæ sunt numeri, & res sensibiles, sed numeri, eadem ratione res mathematicæ erūt numeri, ergo erūt numeri medij, qui nec sunt ideæ, nec res sensibiles, sed numeri alterius generis ab vtrisq;, circa quos uersantur arithmetica, & medię scientiæ. At secundum Alexandrum hęc est secunda ratio ad probandum unitates, ex quibus constat numeri ideales, non esse specie dissimiles. quoniam si omnes vnitates numerorū idealium omnibus sunt dissimiles, aliæ unitates erunt, ex quibus ideæ cōstituuntur, aliæ quibus uetūtur arithmetici, & ita erit aliud genus numeri, in quo versatur arithmetica, aliud eorum, ex quibus ideæ conflantur, atq; cuncta mathematica eadē ratione habebūt aliam speciem numerorum, ex quibus res ipsæ mathematicæ constabunt: & etiam res sensibiles habebunt aliam speciem numerorum, ex quibus ipsæ conficiunt: & dicit { præterea } subaudi si unitates numerorum idealium omnes omnibus sunt specie dissimiles, erunt aliæ unitates, ex quibus constant numeri ideales, aliæ vnitates ex quibus constant numeri arithmetici, aliæ vnitates, ex quibus constant numeri, quibus constant mathematica, & aliæ vnitates, ex quibus fiunt res sensibiles, igitē { necesse est genus aliud cōficere numeri, circa quod arithmetica versetur, & } aliud genus numeri, ex quo constant { quæ à quibusdā media nuncupantur }. .i. ex quibus constant mathematica, & subaudi aliud genus ex quo constant ideæ. & aliud ex quo constant res sensibiles. et sic multiplex erit genus numeri consequens istud non destruit quo ad omnes partes, sed tantum quantū

ad illam partem cp̃ sit numerus, ex quo constant res mathematicę scilicet linea, superficies, & corpus: & procedit interrogãdo, & dicit { quę } .s. mathematica { quo modo sunt } utrum magis, uel minus abstracta q̃ ideæ, ita ut numeri res mathematicas; etiam sint magis uel minus abstracti q̃ ideales { aũt quibus principijs sunt } vtrũ ex proprijs numeris, an ex eisdem, ex quibus sunt ideæ { aut cur horum } .s. sensibilium { & ipsarum } .s. idearũ { media erũ } ita vt numeri quoq; medij sint. hæc cum sint difficilia, videtur cõsequẽs aut falsum, aut difficile. in hunc modum dictio græci nostri textus se habet, at illa Expositoris, quam videtur sequi Alexander, secus se habet: estq; ferè in intelligibilis, addit autem Alexander mathematica esse non posse media inter res sensibiles, & ideas, quoniã inter hominem, equũ, subsantiasq; sensibiles ex vna, & ideas ex altera nulla media esse dicebãt Platonici, quare recte cõsequens est falsum: & sic non possunt poni numeri medij, ex quibus constent mathematica. mihi textus hic fuit difficilis propter differẽtiã dictionum, & propter inconstantiã Alexandri; quã habet in exponendo.

Q ue Auer. cõ. 38. Huic expositioni Auerroes ferè consentit, cp̃ concludit tres esse species numerorum, quorum primus est numerus mathematicus, quem non distinguit à numero arithmetico, & hic quantitas est discreta, qua numeramus res ipsas, quæ numerari possunt, hic enim dici potest apud eũ arithmeticus & mathematicus, denominatione quidem, quæ sit à specie, dicitur arithmeticus, denominatione vero, quæ sit a genere, dicitur mathematicus, nam mathematica genus est arithmeticæ. Et ideo cum dixit Aristoteles { circa quod arithmetica versatur, & omnia, quæ à quibusdam media nuncupãtur } debet subaudiri idem uerbum hoc pacto, & circa quod uersantur omnia, quæ a quibusdam media nuncupantur. nam circa hmõi numerum uersatur arithmetica speciatim, & mathematica generatim. est autem hic numerus quantitas discreta, qua numeramus res ipsas, qm̃ hic numerus non multiplicatur per res numeratas, qm̃ res numeratæ, quę differũt spẽ, eodem numero numerari pñt, ut eodem binario, uel eodem trinario numerarẽ duo uel tres hoies, & duo uel tres lapides, & alia id genus. Secundus uero numerus est numerus formalis. i. idealis, qui est subsantia ideæ. & hic diuersat̃ per numerationẽ entium. i. idearum, quarũ subsãtia est, quoniã sicut alia est idea hominũ, & alia equorũ, ita alius est numerus qui est subsantia hoium, et alius, qui est subsãtia equorum. Tertius numerus est subsantia rei sensibilis, cuius hic numerus idealis est forma. At Alexander uelle vr quatuor esse numeros, quorum primus est arithmeticus, quo utimur in numeratione rerũ, de quo satis diximus. Secundus est numerus mathematicus, qui est subsãtia rerũ mathematicarum, nam binarius est subsãtia lineæ, quaternarius est subsãtia superficiei, octonarius uero subsãtia corporis, unitas aũt puncti. Tertius est numerus rerũ sensibiliũ, qui subsãtia est rerũ naturalium. Q uartus est numerus idealis, qui subsãtia est idearũ, ut dictum est. Propterea de rebus mathematicis dubitauit Arist. quarum numerũ secũdo modo dictũ subsãtiã putauit esse Plato, ut innuat destructionem consequentis, & dicit { Quæ } .s. mathematica, quorũ subsãtia numerus sc̃do mõ dictus est { quomodo sunt } utrum magis, an minus abstracta q̃ ideę { aut ex q̃bus principijs sunt } utrum ex ꝓprijs numeris, an ex eisdem, ex q̃bus sunt ideæ, uel ex q̃bus sunt res sensibiles { aut cur horũ } .s. sensibilium { & ipsarũ } .s. idearũ { media erunt } Q uare cum cõsequens saltẽ pro hac parte habeat has difficultates, uideẽ falsum saltem pro hac parte, quæ est ut mathematica habeant ꝓprios numeros pro sua subsãtia. Tu uero si melius itelliges, placebis mihi magis. sed de his hactenus. Auerroes uero cõmẽ. 39. ait, licet ꝑ propositũ uerborũ Aristo. omne mediũ esse compositũ, aut ex rebus simplr̃ simplicibus videlicet ut tepidũ, qd̃ ex calido frigido ve simplr̃ simplicibus cõstat. aut ex rebus simplicibus in respectu medio-

rum ut rubrum, uel ceruleũ, quod sit ex albo & nigro, quæ sunt simplicia respectu mediorũ, non aũt absolute simplicia cum constent ex primis qualitatibus, aut ex formis mediorũ ut mixtũ, quod constat ex formis elementorũ, quæ sunt media. Quæ dicta, licet sint præter uerba Arist. sunt possibilia. Secundo dicit per se notũ esse, ut nulla sit natura media inter abstractũ et materiale, & tu intelligas aliquo ex ijs modis quos dixit. nam cœlum. 3. physic. assignat mediũ inter hęc, & Arist. 2. physic. asserit ultimã formam hois esse mediam.

Q ue Aue cõ. 39. TEX. 40.

Ad hæc utraq; unitas, quæ est indualitate, ex aliquo erit, ex ipsa priore uidelicet dualitate. At fieri nequit.

Apud expositores hæc est quarta rõ ad probãdum ideas non esse numeros, & est syllogismus hypotheticus a destructione consequentis hoc pacto. Si ideæ sunt numeri, vtraq; unitas, quæ est in dualitate, quæ est subsãtia rerũ sensibilium, uel rerũ mathematicarũ { erit ex aliquo, ex ipsa priore videlicet dualitate } hoc est ex dualitate ideali { At fieri ne quid } .i. qd̃ est absurdũ, qm̃ tunc dualitas esset prior unitate, & probat consequentia, quoniã si ideæ essent numeri, sint gratia argumenti dualitas. Dualitas ergo idealis erit principium. ulterius, cũ res sensibiles sint numeri, sint grãtia argumenti dualitas, igit̃ erit dualitas effectus. Sed dualitas idealis, quæ est cã, est prior dualitate, quæ est effectus: igit̃ dualitas idealis, quæ est causa, est prior utraq; unitate, ex qua est dualitas effectus, & ita dualitas erit prior unitate: qd̃ est absurdum. Cum omnis dualitas sit numerus ex unitatibus constans. & sic semper unitate posterior. hoc absurdum sequit̃ ad Platonem, qui ponit dualitatem quæ est principium, & dualitatem quæ est effectus: nõ autem ad Aristotelem, qui nullum quantũ asserit esse de principijs actiuis, nec passiuis: & ita nec numerũ, nec dualitatẽ. Alex. aũt, si recte intellexi, vult Aristot. probare dualitatẽ non esse principium vt Plato atuumat, qui asserit dualitatẽ infinitã esse principiũ, nam si dualitas est principium, cum res omnes aut principia sunt, aut ex principijs, sunt aut̃ in dualitate ipsa, quæ ab ipso Platone principiũ esse statuitur, unitates, quæ principia esse non possunt, cum apud Platonẽ dualitas sit principiũ: profecto vnitates, quæ in ipsa dualitate habentur, quæ principiũ est, ex principijs constituentur & cũ nullũ sit principiũ, nisi ipsa met dualitas, in qua vnitates ipsæ sunt, erit necesse utranque vnitatem eius ex dualitate ipsamet cõsistere. At perabsurdum dictu est, ut partes dualitatis ex ipsa met dualitate constent, cuius ipsæ sunt partes: & unitatem ex dualitate fieri.

Q ue Aue cõmẽ. 41

Hæc Alexandri ratio efficacissima est, tamen Aristotelem facit, ut de uno in aliud transgrediatur videlicet de eo, quod cepit. s. cp̃ ideæ non sint numeri, in hoc, cp̃ dualitas infinita nõ sit prĩcipium. Auerroes uero in præsenti textu præter propositum asserit dualitatem in una, eademq; re non inuehiri, nisi propter materiam, uerbi causa dualitas hominum, vel equorum est propter materiam, immo generatim omnis numeralis multiplicatio est propter materiã, & quia ideæ sunt ẽ materia ipsa absolutæ, fit, vt nulla idea sit in sua specie numero multiplicata.

Deinde propter quid numerus unum est cõprehensus.

Apud expositores hæc est quinta ratio etiam hypothetica a destructione consequentiæ hoc pacto, si idea esset numerus, idea esset numerus comprehensione unius. destruit consequens, & dicit { deinde propter quid numerus est unũ comprehensus } .i. collectione vnus? Videtur enim esse nõ posse, quia, ut Expositor suppleuit, nõ possunt multæ unitates, ex quibus constat numerus, colligi in vnum, nisi aut ab agente extrinsecus vniente. aut ab aliquo vinculo copulante. non ab agente, quoniã idea non est facta, cum sit æterna, non etiã ab aliquo vinculo copulante videlicet uisco, uel clauo, cum nullũ tale sit, nec quia altera unitas est actus, altera potentia



potentia, cum omnes sint eiusdem rationis. Quod si aliquid est, quod numeros in unitate constituat, efficiatq; ideas, iam non ideæ, ut Alexander inquit, principium in numeris fuerint, sed illud prius, quod ipsos unum efficit. sed esset quæstio in opinione Aristotelis, utrum numerus sit unus, & unde unus. nam binarius, & ternarius differunt, & unusquisque in propria specie est unus. uerum hęc quæstio in libro prædicamentorum est petenda.

TEX. 41. Insuper etiam ad ea, quæ dicta sunt, si unitates sunt diuersæ, oportebat eos perinde dicere, atque ij dicunt, qui elementa quatuor, aut duo asserunt esse. nam horum quisque non elementum esse dicit ipsum commune, ueluti corpus, sed ignem, ac terram, siue sit ipsum commune corpus, siue non. nunc autem perinde dicitur, ac si unum ipsum similare esset, ut ignis, uel aqua. quod si ita sit, numeri substantiæ sane non erunt. Sed si est uidelicet dicere quid unum ipsum, & id est principium, multipliciter unum dicetur. secus enim est impossibile.

Alexander habebat duas dictiones, quarum prima erat negatiua ad hunc modum uidelicet { Insuper etiam ad ea, quæ dicta sunt, si unitates non sunt diuersæ } & iuxta dictionem hanc negatiuam facit unam expositionem fere in intelligibilem. Secunda uero dictio est affirmatiua, ut in Græcis nostris codicibus legitur, & ut Argyropylus habebat, & iuxta hanc dictionem assignauit secundam expositionem, quam pro parte Expositor sequitur. ubi primo disputat quo modo unitates ipsę sumuntur, ex quibus fiunt numeri, qui sunt ideæ, deinde ex conclusione disputata ostendit ideas non esse numeros. de prima parte, dicit { Insuper etiam ad ea } scilicet argumenta { quæ dicta sunt } additur hoc aliud, uidelicet { si unitates sunt diuersæ } scilicet ex quibus constant numeri, qui sunt ideæ, & qui sunt res mathematicæ. hoc enim placebat ipsis, unitates discrepare, & alias esse unitates, quæ in ideis habentur, alias uero quæ habentur in rebus mathematicis. Si ergo dictio ad hunc modum sese habet, sensus erit { si unitates sunt diuersæ } per hos, neque eadem specie continentur, sic definiendum his erat, ut certum aliquod unum elementum, & principium esse dicerent, non simpliciter unum, quod commune sit. ut enim qui de principijs corporeis edisserunt, ij non corpus simpliciter elementum esse dicunt, sed quoniam corpora inter se specie differunt, determinant, quod sibi elementum esse uideatur aer uidelicet, aut ignis, uel aliud simile, non ipsum commune corpus simpliciter. siue enim commune corpus aliquid sit, siue secus, certe ipsum elementum esse negant. ut igitur illi disserunt, sic his erat determinandum, explicandumque, quale unum, elementum ipsis esse placeret, cum sint unitates diuersæ, dicit { si unitates sunt diuersæ } scilicet specie { oportebat eos perinde dicere, atque ij, qui elementa quatuor, aut duo asserunt esse } Isti enim, quoniam corpora sunt multa, & specie diuersa, ideo determinando, quæ corpora sint principia, & quæ non, alij dixerunt ex corporibus principia esse quatuor simplicia, ut ignem, aerem, aquam, & terram, ut Empedocles, alij dixerunt ex corporibus principia esse duo, ut ignem & terram uidelicet Parmenides { nam } ut inquit { horum quisque non elementum esse dicit, ipsum commune ueluti corpus } scilicet generatim sumptum { sed } nominatim { ignem & terram } ut Parmenides, uel ignem, aerem, aquam, & terram, ut Empedocles { siue sit ipsum cõmune corpus } eiusdem speciei, in quo illa conueniunt { siue non } scilicet sit tale commune corpus secundum speciem, in quo illa conueniunt. ideo exponit, quale unum sit intelligendum, & dicit { nunc autem } ipsum unum { perinde dicitur, ac si unum ipsum similare esset } idest cum simpliciter unum dicunt, sic loquuntur, quasi unitates specie similes, ac sine discrimine forent, hoc enim significauit, cum dicerent { ac si unum ipsum similare esset, ut ignis, uel aqua } nam dicens similare, docuit mutuam unitatum similitudinem, & speciei societatem. ergo unitates ex quibus constant numeri, sunt unitates determinatę speciei, quæ accipiuntur pro rebus, scilicet determinate speciei, utputa speciei quantitatis, quibus applicantur unitates, non autem communiter pro unitatibus, sed accipiuntur pro rebus secundam certam speciem, utputa speciei quantitatis, quibus applicantur, idest pro rebus numeratis secundam hanc uel illam speciem rerum utputa, quæ sunt in genere quanti, & sic patet, quo nam modo unitates accipiantur. Deinde ostendit ideas non esse numeros, & dicit { quod si ita sit } scilicet ut unitates sumantur pro rebus certæ speciei, uidelicet quanti { numeri } idest ideæ. de his enim numeris loquimur { substantię sane non erunt } quoniam numerus non est substantia, nisi unitates, ex quibus constat, substantiæ sint. modo, ut probatum est, unitates non sunt substantiæ, sed certi generis sunt, uidelicet generis quanti: igitur numeri ideæ non sunt substantiæ: cum non constent ex unitatibus substãtificis. deinde remouet quasi tacitam obiectionem, quoniam potest dici ipsum unum esse eiusdem speciei: & sic posset dici unum accipi non pro rebus numeratis generis quanti, sed pro uno in se considerato, quod unius rationis est in omnibus. contra obijcit, nam si unum hoc pacto accipitur, cum unum sit principium, oportet ut unum non sic accipiatur pro uno in se considerato, sed oportet dicere unum esse multiplex, ut pro uno, ex quo fit numerus, qui est substantia rerum mathematicarum, & pro uno ex quo fit numerus, qui est substantia idearum, & pro uno, ex quo fit numerus, qui est substantia rerum sensibilium. quare oportet unum multipliciter dici, dicit { sed si est uidelicet dicere quid unum ipsum } idest esse eiusdem speciei { & id } scilicet unum { est principium, multipliciter unum dicetur } quia tot modis, quot sunt numeri, quorum unum est principium { secus enim est impossibile } non ergo unum potest dici unius speciei: ac tantum una ratione dici. hoc pacto est una expositio, quam pro parte Expositor sequitur, tamen non ignorabis hunc textum inuetiri uarium, & esse difficillimum. Auerroes autem ultimam partem huius textus exponit, ut Aristoteles uelit destruere aliud membrum, nam primo probauit unum non esse multiplex secundum speciem, nunc secundo probat unum non esse existens per se extra animam & principium omnium entium: quoniam oportet ut unum multipliciter dicatur, quoniam in quolibet prædicamento est unum scilicet indiuisibile in eo prædicamento, cuius est. nam unum dicitur multis modis pro numero prædicamentorum: quæ expositio potest stare, ut mihi uidetur.

Q ue Auer. Cõmen. 41.

TEX. 42. Ponimus τίθεμεν ponunt ponuntur. Alto βαθὺ os profundo.

In principia autem substantias uolentes redigere. Longitudines quidem ex breui, ac longo ex quodam paruo magnoq; ponimus, & planum ex lato, atque angusto, corpus autem ex alto ac humili.

Nunc, ut Expositor autumat, disputat cum Platone quantũ ad id, quod de mathematicis magnitudinibus asseruerunt, & primo explicat Platonis placitum, de quo in eo libro, quẽ ut Alexander inquit, de philosophia scripsit, mentionẽ fecit, & dicit, nos { autẽ } Platonici { uolẽtes entia in principia }

ſcilicet q̃ ipſi ſtatuebant { redigere }. ſ. ſimpliciter prima, in textu Alexandri { entia } legitur, tamen dicit Alexander Ariſtotelem ſemper ſubſtantias intelligere, cum entia dicit, tamen in noſtro οὐσιῶν, ideſt ſubſtantias dicit { longitudines quidem ex breui, ac longo ex quodam paruo magnoq; ponimus } Erant autem his etiam principia magnum & paruum, quam indefinitam dualitatem uocabant. in hanc ergo cuncta redigere uolentes longitudinis, ideſt lineæ principia breue & longum eſſe dicebant, quaſi ex longo quodam & breui, ideſt magno & paruo longitudo generetur, uel quaſi tota linea ſit in horum altera. omnis enim linea uel longa eſt, uel breuis { & planum } ideſt ſuperficies { ex lato atq; anguſto } quæ & ipſa magnum & paruum ſunt { corpus autem ex alto } ſiue profundo { & humili } & hæc etiam magnum & paruum ſunt. per quæ uult habere magnum ac paruum eſſe prima omnium principia: quæ dualitas ſunt infinita. In libro Alexandri legitur/ ponimus/ ut innuat de idearum opinione uelut de propria differere, in noſtro uero codice legitur τιθέντας, id eſt ponunt, uel ponuntur: ſed quouis modo legatur, ad rem non refert. Id uero accipere licet, quod quia Platonici putauerunt magnitudines uidelicet lineam, ſuperficiem, atque corpus eſſe rerum naturalium ſubſtantias, etiam magnitudinum principia, quæ ſunt magnum ac paruum ad quæ cætera reducuntur, omnium rerum principia putauerunt.

TEX.43. **At quo nam modo aut planum habebit lineam, aut ſolidum lineam, atque planum? aliud enim genus eſt latum atque anguſtum, & altum ac humile. ut igitur neque numerus eſt in ipſis: quoniam multum & paucum ab his eſt diuerſum, ſic patet nec aliud quicquam ſuperiorum inferis ineſſe.**

Cum narraſſet opinionem Platonis, nunc obiicit contra, & poſſet ratio ſic componi. Rerum diuerſarum principia ſunt diuerſa. linea, ſuperficies, & corpus ſunt res diuerſæ. igitur lineæ, ſuperficiei, & corporis principia ſunt diuerſa, propterea quærit { At quo nam modo aut planum } ideſt ſuperficies { habebit lineam } ſcilicet tanquam proximum principium, atque proximum terminum { aut ſolidum } ideſt corpus habebit { lineam atque planum } ideſt ſuperficiem tanquam proxima principia, atque proximos terminos: quaſi dicat non uidentur eiuſmodi diuerſæ res, ut principia eadem, eoſdemq; terminos habeant. linea enim cum ſit terminus ſuperficiei, non uidetur eſſe terminus corporis. Quod autem ſint diuerſæ res, probat ex differentia principiorum, & dicit { aliud enim genus } ſcilicet principiorum { eſt latum atq; anguſtum } quæ ſunt principia ſuperficiei { & } aliud genus principiorum ſunt { altum ac humile } quę ſunt principia corporis. igitur ſuperficies, & corpus ſunt diuerſæ res. non ergo eadem linea poteſt eſſe ſuperficiei & corporis terminus, atque principium. & hoc concludit per ſimile in numero, quoniam ſicut nullus numerus eſſe poteſt in aliqua magnitudine, quia numeri principia ſunt diuerſa a principijs magnitudinum, ſic linea eadem non poteſt eſſe terminus ſuperficiei, & corporis quoniam principia ſuperficiei diuerſa ſunt a principijs corporis: & dicit { ut igitur neque numerus eſt in ipſis } ſcilicet magnitudinibus { quoniam multum & paucum } quæ ſunt numerorum principia { ab his } ſcilicet principijs magnitudinum { eſt diuerſum } multum enim & paucum differunt a breui & longo, quæ ſunt principia lineæ, & a lato atque anguſto, quæ ſunt principia ſuperficiei, & ab alto ac humili, quæ ſunt principia corporis { ſic patet nec aliud quicquam ſuperiorum } ideſt priorum { inferis } ideſt poſterioribus { ineſſe } neque enim linea erit in ſuperficie, quia linea ex breui, & longo, ſuperficies ex anguſto & lato exiſtit, quæ ſunt diuerſa genera inter ſe. nec item hæc in corpore habebuntur propter eandem rationem. hæc eſt ratio.

**At uero neque latum ipſum genus eſt ipſius alti. eſſet enim corpus ipſum planum quoddam.**

Hic remouet tacitam reſponſionem, nam poſſet dici ipſum latum, quod eſt principium ſuperficiei, eſſe genus alti, quod eſt principium corporis, & ipſius lati genus eſſe ipſum longum: & ſic linea, & ſuperficies poſſunt eſſe in corpore, quomodo genera ſuperiora ſunt in inferioribus, refellit hanc reſponſionem Ariſtoteles, & dicit { At uero neque latum ipſum } quod eſt principium ſuperficiei { eſt genus ipſius alti } quod eſt principium corporis { eſſet enim corpus ipſum planum quoddam } id eſt ſuperficies quædam. quorum enim principia ſubalterna uel eadem ſunt, ipſa eadem uel ſubalterna ſunt. quare ſuperficies non poteſt eſſe in corpore. nec etiam ſuperficies & linea, in corpore eſſe poterunt.

**Præterea ex quo nam inerunt puncta?**

Secundo accuſat Platonem de inſufficientia, nam enixus eſt aſſignare principia lineæ, cum ait magnum eſſe ac paruum, principia ſuperficiei, cum dixit eſſe latum, & anguſtum, & principia corporis, cum aſſeruit eſſe altum & humile, ſed puncta ex quo principio erunt? oportuit enim aſſignare cum punctum ad lineam ita ſe habeat, ut linea ad ſuperficiem, & ſuperficies ad corpus, dicit { Præterea ex quo nam } ſcilicet principio { inerunt puncta? } & quo nam modo puncta reducuntur ad magnum & paruum, & quo modo erunt in linea. hæc eſt inſufficientia Platonis: de punctis nihil meminiſſe.

**Huic itaque generi Plato quoque aduerſabatur, quaſi geometricum dogma ſit, ſed principium lineæ uocabat, idque lineas indiuiduas perſæpe ponebat. & tamen harum finem quendam eſſe neceſſe eſt. quare ex ea ratione, qua linea eſt, punctum quoque eſt.**

Tertio impugnat Platonem quantum ad uarietatem opinionis, nam dicebat aliquando punctum nihil eſſe, ſed ſolum ad imaginationem mathematicorum, aliquando dicebat punctum eſſe, quia aſſerebat interdum punctum eſſe principium lineæ, interdum uero eſſe lineam indiuiduam: & ſic aſſerebat punctum eſſe, cõmemorat autem non Xenocratem ſolum, ſed etiam Platonem indiuiduas lineas poſuiſſe puncta, quas ſcilicet indiuiduas lineas generi eidem hoc eſt breui & longo ſubijciebant. dicit { Huic itaque generi Plato quoque aduerſabatur } inquantum de puncto uaria aſſereret, uno modo de eo aſſerendo { quaſi geometricum dogma ſit } & ſic ſolum habere eſſe ad imaginationem geometricam aſſerebat, & nullam naturam habere. ſed aſſerebat hoc eſſe dogma quoddam, & poſitionem quandam geometriæ, quæ in rerum natura non habeatur. ergo uno modo negabat punctum eſſe. deinde exponit, quo modo aſſerebat punctum eſſe, & dicit { ſed principium lineæ uocabat } ergo aſſerebat ipſum eſſe { idq; } ſcilicet punctum { lineas indiuiduas perſæpe ponebat } ergo aſſerebat punctum eſſe. quare alia ratione dicebat punctum eſſe, tum quia illud aſſerebat principium lineæ, tum etiam quoniam ipſum aſſerebat eſſe lineam indiuiduam. addit quod ſiue ſit principium lineæ, ſiue ſit ipſa linea indiuidua { neceſſe tamen eſt harum } ſcilicet linearum { finem quendam eſſe } nam ſiue punctum ſit lineæ principium, ſiue ſit linea indiuidua Plato ſemper punctum aſſerit eſſe finem, ac lineæ terminum. ergo oportet, ut punctum ſit aliquid in rerum natura exiſtens, ex hoc concludit { quare ex ea ratione, qua linea eſt } ſ. in rerũ natura, & etiam ſuperficies



cies eſt in rerum natura, utputa quia linea ſuperficiei, ſuperficies autem corporis finis eſt, eadem { quoque punctum eſt }. ſin rerum natura, eſt enim punctum finis lineæ, ſicuti linea finis ſuperficiei, & ſuperficies corporis. ergo ſicut linea in rerum natura eſt, quia eſt finis ſuperficiei, ſic punctum etiam eſt in rerum natura, quia punctum eſt finis ipſius lineæ. hæc mihi uidetur expoſitio huius loci, quanquam Alexander in parte hac differt. Expoſitor uero omnino aliter exponit. nolo te ignorare inter iuniores philoſophos eſſe non paruam opinionum differentiam. nam aliqui uoluerunt punctum, lineam, & ſuperficiem, & generatim indiuiſibilia non eſſe in rerum natura, ſed ſolum eſſe ad imaginationem mathematicorum. at ſolum corpus eſſe. alij uero contra aſſeruerunt tam indiuiſibilia quam corpora eſſe in rerum natura: quarum opinionum argumenta petantur ab eis. unum tantum accipias ex iſs, quæ Ariſtoteles ait, Ariſtotelem eſſe locutum ex hypotheſi, ait enim ſi linea eſt apud Platonem, quia eſt finis ſuperficiei, & ſuperficies etiam, quia eſt finis corporis. punctum etiam eſt, quoniam eſt finis lineæ. tamẽ aſſerere uel non aſſerit, niſi corpus eſſe.

TEX.44. **Omnino autem philoſophia quærente manifeſtarum rerum cauſam, hanc quidem omiſimus. nihil enim de cauſa dicimus, unde eſt mutationis principium.**

Nunc Ariſtoteles diſputat cum Platone de ideis quo ad cauſalitatẽ, ut Alexandro placet, & demonſtrat primo ideas Platonem non poſſuiſſe effectiuas cauſas hoc pacto, ſi Plato poſuiſſet ideas effectiuas cauſas rerum, Plato aliquando feciſſet mentionem de efficientibus cauſis: at Plato nullam unquam mentionem fecit de efficientibus cauſis igitur Plato ideas non poſuit efficientes cauſas. de ſyllogiſmo huiuſmodi tangit minorem, & dicit { Omnino autem philoſophia } ideſt metaphyſica { quærente manifeſtarum } ideſt ſenſibilium { rerum cauſam } ſcilicet efficientem. eſt enim inquiſitio propoſita iſs, qui in rerum contemplatione uerſantur cognoſcere, quæ cauſa ſit efficiens horum ſenſibilium, & qua ratione harum quæq; generetur { hanc quidem }. ſ. efficientem cauſam { omiſimus } & dixit { omiſimus } ut ſe Platonis eſſe diſcipulum innueret { nihil enim de cauſa dicimus } ſcilicet nos Platonici, unde eſt mutationis principium, ideſt de efficiente. ſic patet, ſcilicet quod Plato ideas non poſuerit effectrices cauſas, quoniam nihil memi nit efficientis cauſæ.

**Subſtantiam autem ipſarum dicere putantes alias quidem ſubſtantias eſſe dicimus. modum uero quo harum illæ ſubſtantiæ ſunt, ſuperuacue dicimus. quippe cum eſſe participes, ut antea etiam diximus, nihil eſt.**

Hic ſecundo loco oſtendit ideas non eſſe rerum ſenſibilium formales cauſas, & ratio ſic componitur. forma eſt in rebus, quarum eſt forma: ideæ non ſunt in rebus, quarum ſunt ideæ: igitur ideæ non ſunt formæ rerum ſenſibilium. quare cum docuiſſet ideas non eſſe cauſas efficientes apud Platonem, docet ideas non eſſe formales cauſas, & dicit, ideam { Autem ſubſtantiam ipſarum } ſcilicet rerum ſenſibilium, ideſt formalem cauſam { dicere } nos { putantes alias quidem ſubſtantias } ſcilicet a rebus ſenſibilibus diuerſas { eſſe dicimus } quas ideas uocabant. & ſic de ratione attulit minorem tantum, ſcilicet quod ideæ non ſint in rebus, quarum ſunt ideæ. deinde oſtendit, quod dato & conceſſo quod ideæ ſint formæ rerum ſenſibilium, tamen modus quo eas dixerunt eſſe formas, eſt ſuperuacaneus. Eas enim formas eſſe dixerunt, inquantum putauerunt res ſenſibiles participare ideis, at participatio huiuſmodi, quam iſti uſurpant, nihil eſt, ut ſuperius diximus. ſic igitur cum ideæ, nec rebus ſenſibilibus inſint, nec res ipſę ſenſibiles ideis ipſis participent, ideę nulla ratione formæ eſſe poſſunt, dicit { modum uero quo harum } ſcilicet rerum ſenſibilium { illæ } ſcilicet ideæ { ſubſtantiæ } ideſt formæ { ſunt, ſuperuacue dicimus } quia participatio nihil eſt, cuius rationem ſubdit { quippe cum } res ſenſibiles { eſſe } idearum { participes ut antea etiam diximus, nihil eſt } Inanis enim eſt participationis uox, quam iſti uſurpant. ideæ ergo non ſunt formales cauſæ rerum ſenſibilium.

**Neque id etiam, quod circa ſcientias, cauſam eſſe uidemus, & propter quod omnis mens, & omnis natura facit, & quod unum principiorum dicimus eſſe, ideæ ſpeciesque tangunt. Sed mathematicæ ipſę iſs philoſophia fuit, qui hac tempeſtate ſunt: quanquam inquiunt aliorum gratia has pertractare oportere.**

Tertio demonſtrat ideas non eſſe cauſas finales rerum ſenſibilium: quam rem non alio probat quam ex natura idearum, quæ ſuis naturis uacant cauſalitate finis. nam finis cauſa eſt, ut res recte ſit. at ideæ ſuis naturis cauſæ ſunt rerum non ut recte ſint, ſed ut omnino ſint. apud Platonem ergo ideæ non ſunt cauſa finalis. inſuper finis eſt primus intentione, & ultimus ineſſe. at ideæ intentione, & eſſe priores rebus ſenſibilibus ſunt apud Platonem. igitur ideæ non ſunt finis, dicit { Neque etiam ideæ, ſpecieſque tangunt } ideſt ſuis naturis ſunt finis, qui finis deſcribitur eſſe { id, quod circa ſcientias cauſam eſſe uidemus } ſcilicet gratia cuius ut ſunt ſcientiæ, quæ demonſtrant per cauſam finalem, ut ſcientiæ de partibus animalium { & propter quod omnis mens } ideſt omne agens per intellectum { & omnis natura }. i. & omne agens naturale { facit, & quod unum principiorum } ſcilicet ex quatuor generibus cauſarum { dicimus eſſe } ſcilicet intentione ſaltem, executione uero eſt effectus. unde patet quid finis ſit, etiam patet ideas ſuis naturis non eſſe finem, qui hic deſcribitur. non enim ideæ ſunt per quas tanquam per finem aliquæ ſcientiæ demonſtrant, neque ſunt id, cuius gratia agens per intellectum, aut agens per naturam agit, neque ſunt intentione primæ, eſſe uero poſtremę, cum omni modo priores rebus ſint. quare textus reſolui poſſunt in tres ſyllogiſmos, quorum primus eſt. Finis eſt cuius gratia aliquæ ſcientiæ demonſtrant: ideæ non ſunt, cuius gratia ſcientiæ demonſtrant: igitur ideæ non ſunt finis. ſecundus. Finis eſt cuius gratia agens per intellectum, uel per naturam agit: ideæ non ſunt, cuius gratia agens per intellectum, uel per naturam agit: igitur ideæ non ſunt finis, tertius. Finis eſt intentione primum, executione poſtremum: at ideæ non ſunt executione poſtremæ: igitur non ſunt finis. deinde, ut Expoſitor inquit, qualis fuit philoſophia apud Platonicos exponit, & dicit { ſed mathematicæ ipſę } ſcilicet facultates { philoſophia fuit } apud enim Platonicos philoſophia erat ſcientia mathematica, quoniam prætermittebant principium, & finem motus. Sed dices, ſi mathematica caret principio, & fine motus, ipſa mathematica non pertractabitur gratia philoſophandi. quaſi reſpondens, dicit { quanquam } Platonici ſcilicet { inquiunt aliorum gratia has } ſcilicet mathematicas { pertractare oportere aliorum gratia } dixit, quia gratia rerum naturalium. non enim mathematicæ pertractant figuras, & etiam magnitudines, niſi gratia rerum naturalium, quarum hæ ſunt affectus, & accidentia. Quare licet mathematicæ abſtrahant a fine, tamen ipſę ſunt propter finem, quoniam propter philoſophiam: cum conſiderent ea accidentia, quæ ſunt affectus rerum naturalium, de quibus agit philoſophia. Alexander uero aſſerit Ariſtotelem docere unde his data fuerit

erroris occaſio .ſ. quia cum circa mathematica elaborarent, in horum contemplatione philoſophiam eſſe crederent, ac idcirco cum in his ſolum uerſarentur, ea principia rerum eſſe ſtatuerunt, quæ mathematicorum principia eſſe putabant. & dicit { ſed ijs, qui hac tempeſtate ſunt } ſcilicet Platonicis { philoſophia fuit ipſę mathematicæ } ſolam enim mathematicam philoſophiam eſſe credebant propter frequens ſtudium, quod in mathematicis ponebant: & quoniam mathematicæ abſtrahunt a fine & ab efficiente, ideo philoſophiam putarunt ſimili ratione abſtrahere ab ijs: quanq;, ut dictum eſt, naturalium gratia mathematica pertractabant. Q ue Auer. Cōmen.45. Auerroes autem licet quantum ad textus explanationem nihil utilitatis nobis afferat, tamen unum aſſerit, quod non eſt ſub ſilentio prætereundum, nam aſſerit demonſtrationes Ariſtotelis acceptas hic eſſe & logicis propoſitionibus, atque communibus, non ex propoſitionibus per ſe, ac proprijs: per quę declarauit quæ ſint logicæ rationes. Quam rem expoſuit Cōmen.70. etiam primo de cœlo, & mundo, & libro quarto phyſicæ Cōmen.67. auſcultationis, & libro octauo eiuſdem. Cōmen.88. Ideo non curo hic exponere.

TEX.45. Præterea ſubſtantiam ipſam ſubiectam, ut materiam, magis mathematicam quiſpiam exiſtimabit, & magis prædicari, & differentiam eſſe ſubſtantiæ, & materiæ, ut magnum & paruum, quemadmodum naturales quoque rarum etiam dicunt, & denſum primas hæc aſſerentes ſubiecti differentias eſſe. Hæc enim exceſſus quidam ſunt, & defectus.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic ponere ſecundam rationem ad probandum ꝙ ideæ non ſunt principia eſſendi, quæ expoſitio cum non facile uerbis Ariſtotelis applicetur, melius cum Alexandro puto eſſe dicendum, ꝙ Ariſtoteles uelit oſtendere dualitatem indefinitam, quam Plato poſuit omnium rerum principium, eſſe potius mathematicam quā naturalem. dictio enim, ut patet, comparatiua eſt. Inſuper exiſtimabit etiam magnum & paruum magis prædicari, & magis eſſe differentiam ſubſtantiæ, & materiæ: quam ipſam materiam, quæ dualitas indefinita eſt, nec ab ratione Alexander ſic exponit, nam cum diſſeruiſſet de uno, quod apud iſtos eſt formale principium, debet de dualitate indefinita diſputare, quæ eſt materiale principium: de qua duo aſſerit, quorum primum, dicit { Præterea ſubſtantiam ipſam ſubiectam, ut materiam } uidelicet dualitatem ipſam indefinitam { magis mathematicam quiſpiam exiſtimabit } ſubaudi quam naturalem, deinde tangit ſecundum, & dicit { & } magnum ſubaudi & paruum exiſtimabit quiſpiam { magis prædicari } ideſt prædicatum eſſe { & differentiam eſſe ſubſtantiæ, & materiæ } quam eſſe materiam. Materia enim eſt dualitas ipſa indefinita, magnum uero & paruum non materia ſunt, ſed prædicatum materiale ſignificans differentiam materiæ; & hoc explicat, & dicit { ut magnum & paruum } magis explicant differentiam materiæ, & prædicatum materiale, quam materiam ipſam, quæ eſt dualitas, hoc probat a ſimili, quoniam quemadmodum qui rarum & denſum ponunt in principijs rerum naturalium, non putant hęc eſſe materiam, ſed materiæ ac ſubiecti differentias ſiue ſubiectum aer ſit, ſiue ignis, ſiue denique medium aliquod, ſic magnum & paruum, & exceſſus, atque defectus ſubiecti cuiuſdam potius differentiæ eſſe uidentur, quibus rerum mutatio fiat quā eſſe ipſa ſubiecta: & dicit { quemadmodum naturales quoque rarum etiam dicunt & denſum hæc aſſerentes primas ſubiecti differentias eſſe } nō autem ipſum ſubiectum. ſubiectum enim apud eos eſt aer, uel aqua, uel aliquod tale. differentiæ uero ſubiecti rarum & denſum, ſic ſubiectum eſt dualitas indefinita, differentię uero ſunt magnum & paruum. Quod autem rarū & denſum ſint differentię ſubiecti, exponit, & dicit { Hæc enim } ſcilicet rarum & denſum { exceſſus quidam ſunt, & defectus } at exceſſus, & defectus materię differentię ſunt, non autem ipſa materia. quare magnum & paruum nō materia, ipſa ſunt, ſed materiæ differentiæ.

De motu uero, ſi hæc quidem erunt motus, ſpecies moueri perſpicuum eſt. Sin minus, unde acceſſit? Tota nanq; conſideratio de natura tolletur. TEX.46.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic aſſignare tertiam rationem ꝙ ideæ non ſint cauſæ eſſendi, quæ expoſitio cum difficultate applicatur uerbis, Alexander uero uidetur uelle ꝙ Ariſtoteles accuſet Platonem, ꝙ non docuerit, unde motus ſuppetat rebus naturalibus. nam cum Plato egiſſet de naturalibus, quibus motus ineſt, tradidiſſetq; ideas eſſe exemplaria, neceſſario debebat de motu uerba facere. Propterea dicit { De motu uero } ſubaudi unde ſuppetat rebus naturalibus, nihil iſti docuere. Non enim potuerunt dicere motum rebus ineſſe ab ideis, nā ſi ab ideis motus eſſet in rebus, ideę in ſe haberent principia motionum, uidelicet exceſſum & defectum, qui motus quoque ſunt. Exceſſus enim & defectus ſunt motionum principia apud Platonem, & etiam ſunt motus. Quare ideæ mouerentur habentes in ſe principia motionum: quæ principia ipſa quoque motus ſunt. quod iſtis non placet, dicit { ſi hæc quidem } ſcilicet exceſſus, & defectus { erunt motus } cum ſint in ideis, in quibus ſunt principia omnium rerum { ſpecies moueri perſpicuum eſt } Id enim mouetur, in quo eſt principium motus, quod motus eſt { ſin minus } .ſ. in ideis ſunt exceſſus, & defectus, quærit { unde acceſſit } ſcilicet motus, quaſi dicat a nullo accedere poteſt, quod abſurdum eſt { Tota nanq; de natura conſideratio tolletur } ſcilicet ſublato motu. Sunt qui aliter expoſuerunt, ſupponentes apud iſtos omne quod fit, eſſe a ſuo uniuoco, tunc argumentatur, ſi in rebus naturalibus inſunt motus, & ab ideis, uel ideę mouentur, uel non, ſi mouentur, eſt contra Platonem, qui eas poſuit immobiles. Si non mouentur, tunc motus non erit ab uniuoco, contra Platonis placitum, & iuxta hanc expoſitionem oportet legere hoc pacto { De motu uero } ſubaudi nihil docuerunt, nec potuerunt aliquid dicere, nam ſi motus ineſt rebus ab ideis { ſi hæc quidem } ideſt ideæ { erunt motus } ideſt in motu conſiſtentes { ſpecies moueri perſpicuum eſt } & res naturales, quę mouentur mouebuntur a ſuo uniuoco { ſin minus } ſcilicet ideæ mouentur, quæritur { unde } motus { acceſſit } rebus naturalibus. Non enim a ſuo uniuoco, & ſic tolletur motus, quod eſt abſurdum { nam tota conſideratio de natura tolletur } tu uero elige expoſitionem gratiorem. Auerroes autem in pręſenti Q ue Auer. Cōmen.45. loco cum nihil ad expoſitionem dixiſſet, ultimis uerbis ſuæ enarrationis ait quid ſentiat Ariſtoteles de uniuerſalibus, quę ipſe uocat intellecta rerum, aſſerens Ariſtotelem opinari intellecta rerum, ideſt uniuerſalia notificare ſubſtantias, rerum non autem eſſe ſubſtantias rerum. Quoniam in doctrina definitiua uniuerſalia notificant ſpecies, quæ definiuntur.

Id etiam non fit, quod facile eſſe uidetur, demonſtrare uidelicet omnia unum eſſe. Non.n. ipſa deſignatione omnia unum fiunt. Sed ipſum aliquid unum, ſiquis dederit omnia. Sed neque hoc, niſi ipſum uniuerſale dederit eſſe. Hoc autem in quibuſdam fieri nequit.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic afferre quartam rationem ad probandum ideas non eſſe cauſam eſſendi, & ordinat dictionem ad hanc intentionem, quæ expoſitio cum difficultate admodum non parua uerbis Ariſtotelis accommodari poteſt. Propterea cum Alexandro mihi uidetur

Ariſtotelem



Ariſtotelem diſputare cum Platone de unitate, quam principem ſubſtantiam eſſe putauit, cum Pythagoricis, aſſerens ipſum unum formale principium eſſe ac cauſam, dum ipſe animaduerteret unius naturam cauſam eſſe, non tantum cuique ut ſit, ſed ut ſeruetur. Demonſtrabat autem Plato facile rem unamquanq; unum eſſe, quatenus eſt. Contra uero unius in multa diſſolutionem cauſam eſſe interitus. Nā res quæq; in ſua natura eſt, quatenus ipſa ſola ſeruatur. cum uero diſſoluitur, protinus aboletur, cuius fidem partim ab animalibus capiebat, quæ ſi in una, & in eadem ſpecie præſtent, ſeruantur, eadem ſi diſſoluantur, intercidunt. partim & a ſingulis inanimatis, quinetiam ipſum mundum ideo ſeruari putabat, quod in uno, & eodē permaneat, eundem interiturum, ſi ab illa, ut illa dicam, identitate, ac unitate receſſerit. ob hanc igitur cauſam unius naturam, ut res quæq; ſit, & bene ſit cauſam eſſe ratus, ipſum unum principem omnium rerum cauſam eſſe ſtatuebat. ad hunc modum propoſitis ſingulis hominibus, qua homines ſunt, reperiebat. & in hanc unitatem omnes homines referens, unius cōmunione homines eſſe dicebat, & hoc unum in cunctis hominibus ipſum hominem, quæ idea eſt, appellabat. eadem ratione in equis, & canibus, cæteriſq; urebatur, rurſus homines cum canibus, ac cæteris animalibus conferens, putabat hæc per unum quoddam eſſe animalia, quod unum cauſam eſſe ſtatuebat, ut hæc eſſent animalia. Et iterum quandam unitatem, & ideam cōminiſcebatur, quā ipſum animal appellabat, in quam animalia redigebat. Tum animalia, & ſtirpes, cæteraq; corpora ſumens, & unius communione hæc eſſe ſubſtantias reperiens, quandam ideam, & unitatem ſubſtantiæ faciebat, ideſt ipſam ſubſtantiam, ad quam rurſus omnes ſubſtantias referebat. eadem ratione ſubſtantiam, & qualitatem cōmunione entis entia eſſe ratus, ipſum ens confingebat, in quod entia omnia referebat. Hac igitur expoſitione uſus, ad unum & principium uidetur omnia referre. Contra uero Platonem Ariſtoteles aſſerit, quod licet ipſe demonſtrare ſibi uidebatur omnia unum fieri, non tamen ſic fieri ait, ut Plato putat. Nam cum expoſitis quibuſdam pluribus, & ſumpta quadam cōmunitate id unum, & ideam effecerit, in quo eſt communitas & ſimilitudo illorum, non tamen ipſa, quæ expoſita ſunt, unum efficiuntur, ut Plato uult, ut uerbi gratia homines unum ſint. ſed ipſe homo unum quiddam ſit, qui ab eo oſtenditur ex illorum mutua ſimilitudine, ipſi autem multi non ſunt unum. ita licet ei omnia quæ ſumit, concedantur, nūquam tamen efficiet, ut multa, omniaq; unum fiant. ſed, ut fiant quidem ad unum exemplar, maneant tamen in multitudine. neq; enim multi, & ſinguli homines ipſe homo demonſtrantur, ipſe enim homo diuerſus eſt ab his. neq; omnia entia ſint ipſum ens, & ipſum unum, ſed quiddam cōmune ipſis pluribus eſt ipſum unum, & ens. itaque & ſi demus Platoni hæc fieri ad quoddam exemplar per ſe unum, & eſſe quoddam unum, cuius cōmunione multa hæc eadem inter ſe ſpecie, uel genere eſſe dicantur, non tamen eueniet, ut cuncta unum fiant, licet per ſingulas horum multorum ſimilitudines quiddā per ſe unū, & unitas quædā efficiatur. Dicit ergo Ariſtoteles { Id etiam non fit, quod facile eſſe } ac fieri { uidetur demonſtrare uidelicet omnia unum eſſe } Plato enim facile demonſtrare uidetur omnia eſſe unum, ut deduximus, non tamen ita eſt, ut facile uidetur demonſtrari. & notanter { uidetur } dixit, quoniam non uere demonſtrat omnia unum eſſe, ſed facile uidetur demonſtrare. & aſſignat rationem, & dicit { non enim ipſa deſignatione } ideſt expoſitione, ac relatione ad unum { omnia unum fiunt } non enim quia omnes homines referuntur ad unum uniuerſalem hominem, omnes homines interſe ſe ſimpliciter unus homo ſunt. nec quia homines, & canes, & equi, & cætera id genus referuntur ad unum uniuerſale animal, ſunt inter ſe unum ſimpliciter animal, nec quia ſubſtantia, & qualitas, & quantitas & cætera entia referuntur ad unum uniuerſaliſſimum ens, ſunt inter ſe ſimpliciter unum ens { ſed } bene ſequitur omnia eſſe { ipſum unum aliquid } id eſt ſecundum quid, puta communitate, ac ſimilitudine { ſiquis dederit } id eſt conceſſerit Platoni { omnia } ſcilicet unum eſſe. Nam ſiquis conceſſerit Platoni omnia eſſe unum ens, ſequitur omnia eſſe unum ſecundum quid, non ſimpliciter, hoc eſt communione, ac ſimilitudine ad unum relata, non quod inter ſe fiant unum ſimpliciter. Sed dices, ſi omnia ſunt unum ſecundum quid, utrum omnia ſunt unum ſecundum quid in particulari, ſubdit { nec hoc } ideſt licet omnia ſint unum ſecundum quid { neque } tamen { hoc } ſcilicet in particulari omnia ſunt unum ſecundum quid { niſi } Plato { ipſum uniuerſale dederit eſſe } in quo ſcilicet omnia ſunt unum. ſed dices adhuc utrum in omnibus ſit uerum quod ſint unum uniuerſale, ſubdit { hoc autem in quibuſdam fieri nequit } & ſic non in omnibus uniuerſaliter eſt uerum uidelicet quod omnia ſint unum uniuerſale. Exponit autem Alexander in quibus non eſt uerum, & primo dicit non eſſe uerum in negatiuis, ut in non currit. Non currit enim commune eſt, & ſimile ijs, de quibus uere prædicatur, ſed neque genus hæc habent, neque ſpeciem, neque ipſum non currit id ea quędam eſt. Iam etiam in ſedentibus, deambulantibus, mortuis, intereuntibus, & pleriſque alijs, quæ alicuius habent communitatem, non licet aliquid per ſe unum accipere. Patres etiam per quandam communem habitudinem patres omnes ſunt, non tamen eſt aliquid unum, uidelicet ipſe pater. & trianguli internos angulos duobus rectis eſſe æquales uniuerſale omnium triangulorum eſt, non tamen genus. itaque non in omnibus licet unum per expoſitionem, uel deſignationem ſumentes, ipſum per ſe unum efficere, & in hoc cuncta referre. ſed in ijs tantum, in quibus quod communiter prædicatur, & uniuerſaliter dicitur, eſt genus, aut ſpecies: ex quo intelligitur nihil aliud ijs eſſe ideam, niſi genera, & ſpecies, quæ communiter dicuntur, & uniuoce prædicantur de ijs, quorum ſpecies, uel genera ſunt: & dixit { ſiquis dederit omnia } ut doceret non eſſe his concedendum, ſiqua ſimiliter inter ſe dicantur per mutuam ſimilitudinem, protinus illud unum eſſe ponendum, ut omnia illi ſubiecta ad ipſum habeant eſſe, quod unum ſit ab ipſis ſeparatum, aut dixit { ſiquis dederit omnia } ideſt ſiquis concedat omnia, quæ ſimiliter inter ſe dicuntur, cuiuſdam unius communione ita dici, & illud quoque concedat tale unum in multis eſſe, non tamen id in alijs erit quam in generibus & ſpeciebus communibus. Hæc enim ſola, quæ ſic communia, & uniuerſalia ſunt, ideam quandam naturæ uidentur ſignificare quod ſi ſic intelligitur, cum dicit { hoc autem in quibuſdam fieri nequit } uidetur hoc dicere propter ens, quod ens Plato, ut genus quoddam accipiens, ipſum ens, & ipſum unū ideam faciebat, & in hoc referebat omnia. at ſi ens, & unum, genera non ſunt, ſed ex eorum numero, quæ multifariam dicuntur, non dubie ſimilitudo entium ſecundum hoc non eſt, ut ita loquar, ſubſtantialis.

At uero neque rationem ullam habent longitudines, plana, ac ſolida, quæ ſunt poſt numeros, quo nam pacto ſunt, aut erunt? neque ſi uim ullam habent. (οὔτε neq;) hęc enim neque ſpecies eſſe poſſunt (quippe cum non ſint numeri) neque media (illa enim ſunt mathematica) neque ea, quæ corrumpuntur. Sed rurſus quartum hoc aliud genus emerget. TEX.47.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem ponere quintam rationem ad probandum ideas non eſſe cauſas eſſendi, & dictionem ordinat ad hanc intentionem: ego uero facilius exponendo arbitror Ariſtotelem diſputare cum Platone de magnitudinibus, quas rerum ſenſibilium ſubſtantias, aſſere-

bat: & oſtendit per conceſſa ab ipſo Platone, aut magnitudines nihil eſſe, aut eſſe quartum genus entium, quod eſt contra Platonem, qui poſuit tria rerum genera, & dicit { At uero neque rationem ullam habent } .i. comparationem ad ea entia, quę Plato ponit in triplici ordine, magnitudines, quę ſunt { longitudines } .i. lineæ { plana } .i. ſuperficies { & ſolida } .i. corpora { quæ ſunt poſt numeros } ſunt enim poſt numeros, quoniam numeri apud Platonem ſunt in priore ordine { quo nam pacto ſunt, aut erunt } .ſ. in ordine rerum, quem Plato ponit { neque ſi uim ullam } .i. cauſalitatem aliquam { habentur } ut Plato affirmat, qui aut magnitudines eſſe rerum naturalium cauſas, ac ſubſtantias. Quod autem nihil ſint, probat, & dicit { Hæc enim neque ſpecies } .i. ideę { eſſe poſſunt, quippe cum nō ſint numeri } Ideæ enim ſunt numeri: hæ magnitudines non ſunt numeri: igitur hæ magnitudines non ſunt ideæ { neque media } .ſ. inter ideas, & ſenſibilia { Illa enim } .ſ. media ſunt { mathematica } magnitudines non ſunt mathematica. Primo quia mathematica ſunt diuidua, magnitudines uero non omnes ſunt diuiduæ. deinde quia mathematica non ſunt principia. at magnitudines ſunt principia { neque } magnitudines ſunt { ea, quę corrūpuntur } nā magnitudines ſunt principia & interitus immunia { ſed rurſus quartū hoc aliud genus emerget } quod eſt contra Platonem, qui tria tantū genera poſuit, & dicit { quo nam pacto ſunt, aut erunt } dixit quidem { ſunt } quomodo immobilia ſunt, quæ ſemper ſe habent eodem modo, dixit { erunt } quomodo corruptibilia & generabilia ſe habent, quæ ſunt poſt non eſſe, quaſi ſemper in futuro. Auerroes uero ſuper falſa ſua tranſlatione, quę correſpondet huic noſtrę, dicit ſic, impoſſibile enim eſt, ut numerus, & ſuperficies, & linea habeant unum genus cōmune omnibus non ęquiuoce, uerbi gratia quantitatē. Manifeſtum eſt enim ꝙ hoc nomen quantitas dicitur de eis æquiuoce, neque etiam inuenitur una intentio in eo, quod iam fuit, & erit, quod eſt potētia, & quod eſt actu. & ꝙ ita ſit, probat a ſigno, quoniam artes doctrinales, quæ mathematicæ dicunt, conſiderantes de eis, non ſunt unum .i. eiuſdem generis, ſed plures .i. ſed diuerſorum generum: ut geometria, quæ eſt de magnitudinibus, & arithmetica, quæ eſt de numeris.

Q ue Auer. Cōmen. 46.

Omnino quoque entium quærere elementa, ſi non ipſa, quæ multipliciter dicuntur, diſtinxerit, impoſſibile eſt inuenire.

Expoſitor hic aſſignat ſextam rationem ad probandum ideas nō eſſe principia eſſendi, & dictionem ordinat ad hanc intentionem ego uero puto Ariſtotelem diſputare cum Platone quantū ad hoc, quod Plato enixus eſt inuenire omnium entium cōmunia atq; eadem principia, contra quam opinionem obijcit Ariſtoteles hoc pacto quorum non ſunt principia cōmunia, horum fieri nō poteſt, ut principia cōmunia reperiantur: Entium nō ſunt principia cōmunia: Igitur entium principia cōmunia & eadem reperiri nō poſſunt. Minor probatur, eorum quæ multipliciter dicuntur, cōmunia principia non ſunt: entia multipliciter dicunt: ergo entium principia cōmunia nō ſunt. de ſyllogiſmo tangit minorē, & dicit { Omnino quoq; entium q̄rere elementa, ſi non ipſa } .ſ. entia { quę multipliciter dicunt, diſtinxerit, impoſſibile eſt inuenire } per quæ patet minor ſyllogiſmi: & per { elementa } principia intelligit, ut patet omnibus.

Potiſſimum ἄλλως τε aliter præſertim.

Et potiſſimum ſi hoc modo quæret ex quibus nam ſint elementis? non .n. accipi poſſunt ea, ex quibus actio, aut paſſio, aut rectum eſt. Sed ſi poſſunt quidem, ſubſtantiarum tantummodo ſumi poſſunt. Quare rerum omnium elementa, aut quærere, aut habere putare, nō eſt uerum.

Quoniam elementa intelligi poſſunt pro principijs effectiuis, & pro principijs eſſentialibus, quæ ſunt materia & forma .i. quæ ſunt dualitas indefinita pro materia, & unitas pro forma, oſtendit Platonem potiſſimum erraſſe, quia quæſiuit inuenire cōmunia principia eſſentialia, quæ ſunt materia, & forma omnium entium, cum hoc eſſe non poſſit, & dicit { Et potiſſimum } ſubaudi impoſſibile eſt inuenire cōmunia eadem principia { ſi } Plato { hoc modo quærat, ex quibus nā ſint elementis } .i. ſi quęrat principia eſſentialia .i. materiam, & formam, quæ ſunt indefinita dualitas pro materia, & unitas pro forma. Hæc enim proprie ſunt principia ex quibus deinde aſſignat cauſam, quare hęc principia eadem omnium accipi non poſſint: aſſerens eſſe nonnulla entia, quæ cōſtare nō poſſint ex talibus principijs, niſi ex accidenti. nam neque actio, neque paſſio, neq; rectum, neq; curuum, neq; aliquod accidens, quod ſubſtantiæ inhæret, ex materia & forma cōſtare poteſt, niſi ex accidenti, hoc eſt ratione ſubſtantiarum, quibus inſunt, quæ ex talibus principijs conſtant, dicit { non enim accipi poſſunt ea } .ſ. principia eſſentialia { ex q̄bus } per ſe { actio, aut paſſio, aut rectum } aut aliquod accidens { eſt } nullum enim accidens ex talibus principijs conſtat { ſed ſi poſſunt quidē } entium .ſ. talia principia ſumi { ſubſtantiarum } quibus .ſ. accidentia inſunt { tantummodo ſumi poſſunt } quare accidentium per ſe talia principia accipi non poſſunt, tunc concludit errorem, & dicit { quare rerum omnium elementa } .i. principia eſſentialia { quęrere, aut } res omnes talia principia { habere putare, non eſt uerum } nam huiuſmodi principia eorum, quorum nulla ſunt, indagare, aut ſe inueniſſe credere ſummæ dementiæ eſt.

Quonā pacto etiam quiſpiam elementa omnium diſcet? Patet enim antecedere non poſſe cognitionem.

Expoſitor uult Ariſtotelem diſputare contra Platonem quantum ad id, quod ponebat ideas eſſe principia ſcientiæ in nobis, cuius quatuor rationes contra putat Ariſtotelem ponere. Melius tamen dico cum Alexandro, ꝙ cum Ariſtoteles demonſtraſſet contra Platonem nō omnium entium eſſe cōmunia principia, nunc doceat quanuis omnium entium elementa cōmunia ſint, fieri tamen nō poſſe, ut eorum doctrina, ſcientiaq; habeatur, & cur fieri nequeat, ut omnium elementa diſcamus, cauſam explicet. ergo docet, quāuis omniū entium ſint cōmunia elementa, tamē eorum nō poſſe doctrinam haberi. Et hoc proponit, & dicit { Quo nam pacto etiā quiſpiam elementa } ideſt principia { omnium } .ſ. entium { diſcet } ſubaudi ſi omniū entium cōmunia principia ſint: quaſi dicat nullo modo diſcet aliquis, nec eorū ſcientiam habebit, & cauſam ſubiungit dicens { Patet enim antecedere nō poſſe cognitionem } Alexander ſic reſoluit textum ad artem prioriſticam. Eorum, quæ habent principia, fieri nō poteſt, ut quicquam intelligamus, niſi eius principia cognouerimus. Probatur, nam quorū cognitio habetur per principia, hęc ante principiorum cognitionem intelligi nequeunt: & ſic patet maior, addo minorem, ſed omnium entium per iſtos principia ſunt cōmunia. Ergo fieri nō poteſt, ut entiū quicq; intelligamus, niſi ante principia cognouerimus. At quorum habentium principia, principia diſcere eſt impoſſibile, horū ſcientia haberi minime poteſt: entiū principia diſcere eſt impoſſibile: igitur fieri nō poteſt, ut entium doctrinam habeamus. quæ reſolutio nō uidetur ad propoſitum. Nam Ariſtoteles propoſuit, ſi omnium entium cōmunia principia ſunt, quo nam modo quiſpiam elementa omnium diſcet? quaſi dicat eorum elementorum nō poſſe eſſe diſciplinam, nec ſcientiam: & nō dixit entium non eſſe diſciplinam, nec ſcientiam: ſicuti in ſuo ſyllogiſmo concludit Alexander. quare aliter reſoluo textum ſic, ſi aliquis elementa entium diſcet, Antea pręcedet aliqua cognitio, ſed antecedere nō poteſt aliqua cognitio: igitur nullus poterit diſcere talia principia, quæ ſunt cōmunia omnium entium. de hoc ſyllogiſmo hypothetico tangit

git



git minorem, quæ eſt deſtructio conſequentis, & dicit, Patet enim antecedere nō poſſe cognitionem .ſ. ante aliquā addiſcere principiorum omnium entium.

Nam ut is, qui geometriam diſcit, alia quidē ante cognoſcere poteſt, nihil autem eorum, quorum eſt ſcientia, & quæ ſunt ſibi diſcenda prius, cognoſcit, ſic & in alijs fieri ſolet. Quare ſi omnium aliqua ſcientia eſt, qualem dicunt quidam, nihil is utiq; antea cognoſcit.

Hic probat maiorem, quæ eſt antecedens ſyllogiſmi hypothetici, uidelicet ꝙ ſi aliquis elementa entium diſcet, antea aliqua pręcognoſcit, & hoc per exemplum in geometria, & in alijs ſcientijs, ſic ſyllogizat. Sicuti in geometria diſciplina fit ex aliqua antecedente cognitione, ſic in cæteris ſcientijs d ſciplina fit: ſed in geometria diſciplina fit ex p̄cedenti aliquorum cognitione: igitur in cæteris diſciplinis, & in diſciplina, quæ eſt ſcientia cōmunium principiorū entium. Minor exponitur ab Alexandro, qui enim, inquit, geometriam diſcit, is quanquam in ipſo diſcendi initio nihil eorum cognoſcit, quorum geometria eſt ſcientia, aliqua tamen intelligit, ex quibus ea cognoſcit, per quę doctrina ipſa efficitur, uerbi cauſa, maius, minus, æquale, rectum, curuum. Longitudinis item, ac latitudinis, corporiſq; intellectum habet. ſi ergo omnis non in ipſis, quæ diſcuntur, ſed alijs quibuſdam p̄cognitis efficitur, profecto qui entium principia per doctrinā eſt cogniturus, hic ut alia quædam cognoſcat, neceſſe eſt, dicit { Nam, ut is, qui geometriam diſcit, alia quædam ante cognoſcere poteſt } & debet, deinde exponit, quę non antea cognoſcere debet, & dicit { nihil autem eorum } cognoſcere .ſ. debet ante { quorum eſt ſcientia } .ſ. futura { & } nihil eorum cognoſcere debet, uel { cognoſcit } ante { quæ ſunt ſibi prius diſcenda } ut ſi ſciturus eſt ſuper datā lineam contingere triangulum æquilaterum collocare, hoc non debet præſcire, ſed quid nominis linea, & quia eſt linea, & quid nominis trianguli æquilateri { ſic in alijs } .ſ. diſcendis { fieri ſolet } tacuit minorem, & repetit principalem concluſionē, & dicit { quare ſi omnium } .ſ. principiorum, quę cōmunia ſunt omnibus entibus { aliqua ſcientia eſt, qualem dicunt quidam, nihil is antea cognoſcit } .i. nullum eorum principiorum antea cognoſcit, ſed ſiqua cognoſcit, illa non ſunt principia, ſed terminos principiorum. Nam, ut dicitur primo poſteriorum dicitur, principia, quo terminos cognoſcimus.

TEX. 48. Omnis tamen diſciplina per antea nota aut omnia, aut quædam eſt, & aut per demonſtrationem, aut per definitiones. Ea enim ex quibus definitio conſtat, antea cognoſcantur, & ſint nota, oportet. Similiter & quę eſt per inductionē.

Quod autem diſciplina omnis naſcatur ex pręcognitis, docet hic ex eo, quia quicquid diſcimus, uel per demonſtrationem, uel per definitionem, uel per inductionem diſcimus, ſi per demōſtrationem, aliqua ſunt diſcenti nota diuerſa ab ijs, quæ demonſtrantur, ſententiæ uidelicet, quæ ſunt naturales quædam intelligentiæ, & propoſitiones medio uacantes, quales ſunt, quæ ſunt eidem æqualia, ea inter ſe quoque æqualia ſunt, de omni eſt affirmatio, aut negatio. bonum eſt ſuapte natura utile, & cæteræ huiuſmodi. omnis autē cognitio, quæ per ſyllogiſmum accipitur, per antea cognita cōparatur, per propoſitiones uidelicet, quas conceſſas & poſitas eſſe oportet. item quæ per definitiones habetur, etiam ſimiliter accipitur. Qui enim diſcit hominis definitionem eſſe animal pedeſtre bipes, is nō pręcognoſcit hæc eſſe hominem, tamen horum ſingula cognoſcit animal, & pedeſtre, & bipes. alioquin unquam diſceret hominem eſſe iſthæc. ſimilis eſt inductionis ratio, quæ cum uniuerſale docere uelit, oportet tamen diſcenti ſingularia, per quæ docet, eſſe cognita, dicit { Omnis tamen diſciplina per antea nota aut omnia, aut quædā eſt } Expoſitor per { omnia } .i. uniuerſalia, & per { quædam } .i. per particularia expoſuit: ſicut in ijs, quæ addiſcuntur per demonſtrationem, & definitionem, ſimiliter & per inductionem. Vel, ut Alexander inquit, dixit { aut per omnia } ut in definitionibus, atque inductionibus, in quibus oportet per omnia nota & pręcognita procedere, dixit { aut per q̄dam } ut in demonſtrationibus, in quibus nō oportet omnes propoſitiones pręcognoſcere. ideo ſubdit { & aut per demonſtrationem, aut per definitiones. Ea enim ex quibus definitio conſtat, antea } omnia .ſ. { cognoſcuntur, & ſint nota oportet, & ſimiliter & quæ per inductionem } ſciuntur, etiam omnia ſingularia oportet pręcognoſcere. Sed dices, Ariſtoteles in ſyllogiſmo principali ſupponit in doctrina principiorum cōmunium omnibus entibus nihil pręcognoſci, & ſic uidetur petere principium, cum accipiat aliquid, quod non probat. Alexander ſuppleuit probationem, quoniam quicquid intelligi prius dicit, id ens eſſe, aut ſub entis principia cadere, reperietur. fieri autem non poteſt ut ens aliquod prius cognoſcatur, ꝙ eius principia diſcantur. Aut ergo prius cognouerat, aut certe nunquam diſcet.

TEX. 49. At uero ſi nobis quoque inſita eſt, mirabile eſt, quo pacto nos lateat potiſſimam ſcientiarum habere.

Nos lateat λανθάνομεν obliuiſcimur

Expoſitor Ariſtotelem hic afferre ſecundam rationem ad probandum ideas nō eſſe principia ſcientiæ in nobis, & ad hanc expoſitionem accōmodat uerba Ariſtotelis, ut patet. Ego uero cum difficultate puto hanc expoſitionem uerbis Ariſtotelis accōmodari poſſe. Sed facilius arbitror Ariſtotelem corrigere Platonis opinionem, qua nobis rerum ſcientiam innatam eſſe tradit, quippe cui diſcere reminiſci eſſe uideatur, & dicit { At uero ſi nobis quoq; inſita eſt } .ſ. rerum ſcientia, & nō ex inuentione, uel doctrina acquiſita, ut Plato autumat, qui ſcire arbitrat eſſe reminiſci { mirabile eſt quo pacto nos lateat potiſſimam ſcientiarum habere } & per potiſſimam ſcientiarum intelligit cognitionem primorum principiorum, quæ omnium entium principia ſunt: ut Alexander exponit. Quod autem cognitio principiorum, q̄ omnium entium ſunt principia, ſit ſcientiarum potiſſima, probat Alexander, quoniam cognitio potiſſimorum eſt potiſſima: ſcientia principiorum, quæ omnium cōmunia ſunt, eſt potiſſimorum: igitur cognitio principiorum cōmunium eſt ſcientiarū potiſſima. Minor probatur, quoniam propter quod unumquodq; tale eſt, illud magis eſt: ſcientia poſteriorum eſt propter ſcientiam primorum principiorum: Principiorum ergo cognitio ſcientiarum eſt potiſſima. Quod autem nos habere talem ſcientiam, mirabile ſit, ut nos lateat eam habere, probat Alexander, quoniam ſenſum nobis innatum habere ſcimus, etiam poſſe nos ambulare nobis notum eſt. quomodo ergo eorum, quæ neſcimus, innatam ſcientiam habere poſſumus? mirabile quippe eſt. Quare ſcientia nulla poteſt eſſe nobis innata, cum principiorum cōmunium ſcientia nos ſit nobis innata: alioquin eam habere a principio nos nō lateret.

Pręterea quo nam pacto cognoſcet quiſpiam ex quibus ſunt? & quo nam pacto patebit? Hoc enim habet dubitationem. Dubitauerit .n. quiſpiam, perinde atq; etiam circa ſyllabas quaſdā. Nam quidam Sma ſyllabam ex S, & M, & A dicunt eſſe. Quidam uero alterum ſonum eſſe inquiunt, & nullum eorum, qui familiares ſunt.

Q ui ſunt familiares γνωρίμων notorum.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem afferre tertiam rationē ad probandum ideas nō ſufficere pro ſcientia rerum, quæ talis eſt, ad ſciendum res nō ſufficiunt formales cauſæ. Nā res

nō ſolum conſtant ex formalibus cauſis,ſed etiā ex materialibus. Eſt enim materia ex æquo cum forma principium quiditatis & eſſentiæ. Ideæ nō ſunt materiales cauſæ,ſed ſolum formales,igitur ideę nō ſufficiunt pro ſcientia rerum.& iuxta hanc expoſitionem Ariſtoteles dicit { Præterea quo nam pacto cognoſcet qſpiam } ſubaudi cognitis ideis ſolis { ex quibus ſunt } .i. materialia principia ex quibus ſunt cōmuniter omnia entia? { & quonā pacto patebit } eſſe materialia principia rerum, ſolis ideis appręhēſis. quaſi dicat ea cognoſci nō poſſe ſolis ideis cognitis. Quod autem ad res ipſas cognoſcēdas requiratur cognitio principiorū materialium, probat ex eo,quoniam contingit dubitare res,cum dubitauerimus materialia principia, quod probat exemplo ſumpto a cognitione ſyllabarum,& dicit { Hoc enim habet dubitationem } .i. principium materiale facit dubitare nos de re, cuius eſt principium, cum de ipſo principio dubitauerimus { Dubitauerit enim quiſpiam perinde atque etiam circa ſyllabas } ſubaudi tu, cum dubitauerimus circa earū materialia principia { Nā quidam Sma ſyllabam ex S, & M, & A dicunt eſſe } & ſic uolunt eſſe ſyllabam ex literis cōpoſitam { quidam uero } non ſyllabam, ſed { alterum ſonum } .i. ſed dictionē { eſſe inquiunt,& nullum eorum } ſonorum.ſ.ideſt earum dictionum { quę familiares } nobis { ſunt } ſed eſt dictio quaſi nobis inſueta. Ergo dubitatio eſt de re, quando dubitamus de materialibus rei principijs. Quare ideæ nō ſufficiunt ad rerū ſcientiam : & breuis ſyllogiſmus eſt. Formales cauſæ non ſufficiunt ad rerum ſcientiam: ideæ ſunt formales cauſæ: igitur ideæ non ſufficiunt ad rerum ſcientiam. Alexander uero poſt multa uerba, quę in enarratione pręſenti ſcribit uno modo uelle uidetur Ariſtotelem hoc in loco eam quæſtionem ꝑſtringere, de qua in Menone Plato mentionem fecit contra eos,qui omnium entium principia quædam cōmunia, atque eadem aſſerebant.Quærebat.n.Plato in eo libro,ſi omnium rerum cōmunia,& eadem ſunt principia, quomodo hęc,quę nam ſint cognoſces,& ex his entia conſtare ſcies , niſi quædā pręcognoueris,quibus noſcere;& oſtendere ualeas hæc eſſe, cum illa inueneris.nam qui caret principijs ad cognoſcendū, quod quæritur, is quomodo hæc potius q̄ illa principia eſſe cognoſcet.ſicuti qui quęrit ſeruum fugitiuum, niſi prius eum nouerit,nō eum agnoſcet,cum inuenerit.Non igitur ſine controuerſia hæc eſſe principia inuenier:ſi non prius nouerit quędam,ex quibus illa eſſe cognoſcet. Quare noſtrum ſcire erit reminiſci. Vnde quemadmodum quæritur hæc ſyllaba ZA utrum per Z,& A,ſcribi debeat, An per S,& A,ſic de principijs dubium eſſe poteſt:quæ cum inueneris,nō cognoſces, niſi aliqua prænoueris, ex quibus cognoſces hæc eſſe principia,& nō illa. uult igitur Ariſtoteles ſoluere hanc quæſtionē per ea,quæ dicta ſunt, ꝙ cognoſcet quiſpiam ipſa principia, ſi uenerint in dubium,per definitionem, uel per ſyllogiſmū, aut per inductionem,quæ omnia,ut dictum eſt, per antecognita demonſtrant, dicit { Præterea quo nam pacto cognoſcet quiſpiam,ex quibus ſunt } .ſ.omnia.i.quo pacto cognoſcet quiſpiam principia, quæ Plato omnium entium cōmunia quærebat:hoc eſt materiam,& formam:hoc eſt dicere,ſi omnium rerum cōmunia, & eadem ſunt principia, quomodo hæc,quę nam ſint cognoſces,& ex his entia conſtare ſcies { & quo nam pacto patebit } hæc & nō illa eſſe principia,niſi quędam pręcognoueris,quibus oſtendere poteris hęc eſſe, & non illa { Hoc enim } .ſ.quomodo cum inueneris ea,ſcire poteris illa eſſe { habet dubitationem } nō paruam.Deinde declarat per ſimilitudinem,quomodo dubitauerit illa eſſe,cū quis inuenerit,niſi aliqua præſcierit,& dicit { Dubitauerit.n. quiſpiam, perinde, atq; etiam circa ſyllabas quaſdam } quoniam ignorat principia { nam quidam Sma ſyllabam ex S, & M,A,dicunt, quidam uero } nō ſyllabam, ſed { alterum ſonum eſſe inquiunt,& nullum eorum,qui } nobis .ſ. { familiares ſunt } & hoc non ob aliud, niſi quia nihil præſciunt de principijs.quare a pari,niſi aliqua pręſcierimus de principijs, cum illa inuenerimus,nō ſciemus hæc,uel illa eſſe. Vel aliter fortaſſe Ariſtoteles uidetur argumentari ꝙ nō ſint omnium rerum cōmunia, & eadem principia, alioquin nō poterimus ſoluere quæſtionē Menonis. Tenet argumentum, quia non poterimus inuenire illa cōmunia principia, niſi quædam pręcognouerimus. At ante cōmunia principia nihil pręcognoſci poteſt. Ergo apud Alexandrum bifariam pręſentem textum exponere poſſumus,aut ut ſoluat quæſtionem Menonis ex ijs,quæ ante dixit,aut ut argumentetur non eſſe cōmunia & eadem omnium principia, quoniam ſtabit quæſtio Menonis : & utroq; modo expoſitio eſt pulchra.

Inſuper quo nam modo quiſpiam ſenſum nō habens,ea cognoſcet,quorum eſt ſenſus?oportebat tamen, ſi omnium ea ſunt elementa, ex quibus perinde atque uoces. compoſitæ ex elementis proprijs ſunt.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem hic ponere quartam rationem ad probandum ideas nō eſſe cauſas cognoſcendi res ſenſibiles,& ad hanc intentionem accōmodat uerba:quę dubio procul quo ad primam partem aptari poſſunt, quo uero ad ſecundam nō uideo, quo nam modo poſſint aptari. Alexāder uero hęc dici ad confirmandum,nō eadem eſſe omnium rerū principia,& elementa putat,& ſyllogizat ſic. Si omniū entium ſunt eadem principia, qui hęc principia didiciſſet, per ipſa poſſet omnia entia cognoſcere.conſequentia probatur, nam quemadmodū cui omnes literæ,& elementa nota ſunt, is omnes uoces ex his conſtitutas cognoſcit : ſic cognoſcenti omnium rerum principia uſuueniret, ut per hæc cognoſceret,quæ ipſis ſiunt. ſed deſtruitur conſequens,quoniam tunc cui nota eſſent hæc principia,is poterit cognoſcere ſenſibilia, ſiquidem hęc,cum entia ſint,ex illis conſtituentur. At hoc fieri non poteſt,nō enim poſſunt cognoſci ſenſibilia,niſi per ſenſum illorum, unde primo tangit deſtructionem conſequentis, & dicit { Inſuper quo nam modo quiſpiam ſenſum non habens ea cognoſcet,quorū eſt ſenſus? } hæc deſtructio cōſequentis. deinde tangit totam cōſequentiam, & dicit { oportebat tamē ſi omnium ea ſunt elementa } .ſ.ſic eadem { perinde atque uoces cōpoſitæ ex elementis proprijs ſunt } nam ſi omnium eadem propria ſunt elementa, cognoſcens illa, cognoſcet omnia entia:quod eſſe falſum accepit.

Ex ijs igitur, quæ prius dicta ſunt, patet eas uniuerſos uideri cauſas quærere (quanuis obſcure) quas in naturalibus diximus, nullamq; nos aliam præter illas dicere poſſe, atque prius partim omnes, partim nullo modo dictas fuiſſe. TEX. 50.

Prima nanq; philoſophia, ut noua quædam, primoq; orta balbutiens de omnibus eſſe uidetur. Nam & Empedocles os ratione conſtare dicit, hoc autem eſt quiditas rei, ſubſtantiave. At qui ſimiliter & carnis, cæterorumq; cuiuſq; rationem,aut nullius eſſe oportet. Ob hoc enim & caro, & os, & unumquodq; cæterorum eſt, & non ob materiam, quam ille terram, ignem, aerem,atque aquam eſſe dicit. Verum hæc quoq; ille,ſi alius quidem diceret,neceſſario conceſſiſſet,dilucide uero non dixit. TEX. 51.

Recte Expoſitor autumat Ariſtotelem hic per modū epilogi colligere ea,quæ a ueteribus de cauſis dicta ſunt:& colligit in ſumma tria, & pro declaratione primi accipiamus in phyſico auditu omnes cauſas ad quatuor genera eum reduxiſſe, quod ut hoc quoq; in loco probaret, deſcēdit ad ſenten-

tias



tias de cauſis diſputandas, concludens ſi nemo priorum aliquod aliud cauſæ genus quæſiuit, aut inuenit, omnes,qui de cauſis ſunt locuti, aliquam cōmemoratarum cauſarum attigiſſe,quoſdam unam,ut qui materialem afferebant,ut naturales:alios duas,ut qui materialem,& efficientem, ut Anaxagoras: quoſdam tres, ut materialem efficientem, & formalem, ut Plato,qui addit ideas:quoſdam utrāq; cauſam attigerunt .ſ.efficientem & formalem,ut de Empedocle dicemus. Ideo colligens primum dicit { Ex ijs igitur,quę prius dicta ſunt } .ſ.in hoc libro { patet uniuerſos } .ſ. philoſophos { eas cauſas uideri quærere, quanuis obſcure, quas in naturalibus } .i. ſecundo libro phyſicæ auſcultationis { diximus } hoc eſt primum. deinde colligit ſecundum ꝙ.ſ.præter genera cauſarum enumeratarum ſecundo auſcultationis phyſicæ nemo aliud genus inueſtigauit, aut poſuit, & dicit { nullamq; nos aliam præter illas } .ſ. enumeratas ſecundo phyſicæ auſcultationis { dicere poſſe } etiam patet. deinde colligit tertium, ꝙ modo quodam omnes cauſę ſunt tactæ apud ueteres,modo quodam nulla cauſa eſt aſſignata. Plato enim uidetur de quatuor cauſis meminiſſe, ſed quoniam nec Plato,neq; alius aperte,atq; definite cauſarum meminiſſe inuenitur, ideo modo quodam nulla cauſa eſt a ueteribus tacta, dicit { atque } patet etiam { prius } .ſ.apud ueteres { partim oēs } .i.una ratione oēs,qa indiſtincte { partim nullo mō } .ſ.diſtincte { dictas fuiſſe } hoc eſt tertiū:quod colligit.deinde aſſignat cauſam huius defectus ex eo,qa ante Ariſto. nō dum exacte aliqua eorū,q̄ in philoſophia tractant,inuenta erat ſcientia,licet quidā ſtudium adhibuiſſent,ſed ruditer,& confuſe. Ac,ut ſolent a blęſis uoces pronunciari, ſic priores de philoſophia diſputabant:& dicit { Prima nanque philoſophia,ut noua quędam,primoq; orta balbutiens de omnibus eſſe uidetur } deinde exponit hoc exemplo Empedoclis, & dicit { nā & Empedocles os ratione conſtare dicit } & exponens uerbum ratione ſubdit { hoc autem eſt quiditas rei ſubſtantiave } .i. quæ ratio ſubſtantialis forma, & eſſentialis eſt. & ſicut dixit os conſtare ſua ratione,hoc eſt ſua forma, ſubdit { Atqui ſimiliter & carnis cæterorumq; cuiuſq; } .ſ.mixtis { rationem eſſe oportet } .i.formam propriam,per quam eſt caro,aut tale quicquam { aut nullius } ratio.ſ.eſt. Aut enim cunctis in rebus forma,& ratio cauſa eſt,ut id ſit,quod eſt,aut in nulla. In nulla quidem eſt impoſſibile, ergo in cunctis ratio cauſa eſt uti id ſit, quod eſt { Ob hoc enim } ,i. ob formam enim { & caro,& os,& unumquodque cæterorum eſt, & nō ob materiam } materia enim per ipſum,ut diximus,cunctis rebus eſt eadem { quam ille terram, ignem, aerem,atq; aquā eſſe dicit } quæ cunctis entibus cōmunis materia ſunt.quare ratio propria eſt id,propter quod unumquodq; eſt:& nō materia, quæ omnibus cōmunis eſt. deinde exponit quomodo has duas cauſas tetigerat, & dicit { Verum hæc } .ſ.duo genera cauſarum { quoque ille neceſſario conceſſiſſet } non a ſe ſic diſtincte { ſed ſi alius quidem } ſic diſtincte { diceret, dilucide uero } ipſe { non dixit } aſſenſurum.n.Empedoclē dubium non eſt, ſiquis ei rationes propoſuiſſet, docuiſſetque ſingula quæq; ad hunc modum ſeſe habere, ipſe tamen dum per ſe loqueretur, nihil perſpicue definiuit, neque ex ſcientia quadam differuit. quippe qui ne ſimiliter quidem de cunctis ſimilibus ſtatuit. Sed occurres,nā cōmunis ſententia eſt Platonem addidiſſe quatuor generibus cauſarum ad huc exemplare,& inſtrumentarium genus. dicendum, ut Ariſtoteles dixit, Platonem hęc duo genera addidiſſe ſic balbutiendo, ut de quatuor cauſis quoq; balbutiuit: quæ duo addita Ariſtoteles nō acceptat, quoniam exemplare genus non reperitur in naturalibus,ſed ſi reperitur,non eſt,niſi in artibus: & reducitur ad genus cauſæ formalis. Inſtrumentarium uero ad genus cauſæ,cuius eſt inſtrumentum. (Quæ Auer. Cōmen. viti.) Auerroes autem in cōmento pręſentis textus,licet ad textus expoſitionem nihil boni ſcribat, tamen dicit primo, & innuit ꝙ Antiqui ſciuerunt quatuor cauſas in ſuo tempore. Secundum quod dicit,eſt,ꝙ qui concedit cauſam agentem,debet concedere cauſam finalem,nam ut capite ſecundo de ſubſtantia orbis dicit,agens ſignificat finem. Sed occurres contra primū, quoniam ſecundo phyſicę auſcultationis ait, Antiquos non dum ſciuiſſe cauſam formalem,neque eſſe apud eos diſtinctam ab accidentibus. Tu uero intelligas antiquos nō cognouiſſe dilucide formalem cauſam,ſed balbutienter,ut Ariſtoteles hic expoſuit. Cōmen. 9.

Sed de huiuſmodi quidem,& prius eſt declaratum. Quæ uero de eiſdem his dubitauerit aliquis,rurſus reſumamus. Ex ipſis enim facultatem ad poſteriores dubitationes forſitā cōſequemur.

Circa finem huius Libri primo ſe excuſat, quoniam cū ſupra de opinione Anaxagorę diſſereret, dixerat eum cuipiam alij talia dicenti, q̄ de principijs & cauſis diſtincte dicta ſunt aſſenſurum fuiſſe, ex eo quia nihil de his aperte tradidit, quēadmodum nec Empedocles. quia ergo hæc ſolum de Empedocle repetit, quaſi ſe excuſans, dicit { Sed de huiuſmodi } opinionibus.ſ. { quidē, & prius } de Anaxagora.ſ. { eſt declaratum } ut de Empedocle . ideo ſatis eſt hoc eſſe dictum de Empedocle : quoniam intelligitur eſſe dictum de Anaxagora. deinde pręmittit intentionem libri tertij, qui ſecundum Alexandrū eſt liber ſecundus,& dicit { Quę uero de eiſdem his } .ſ.quæſtionibus, quæ pertinent ad rationem principiorum,& cauſarum { dubitauerit aliquis rurſus } libro tertio, qui eſt ſecundus { reſumamus. ex ipſis enim } motis, ac ſolutis { facultatem forſitan conſequemur, ad poſteriores dubitationes } quæ per omnes libros diſputabimus. Tacuit autem intentionem libri, qui ſequitur, quoniam ille eſt primus paruus,ut Alexander autumat: cuius intentio eſt eadem cum intentione primi libri magni: cum in eo agatur de cauſis,licet per alium modum. Hactenus de primo libro.

Finis primi Libri.

# ARISTOSTELIS

## *Metaphyſicæ Liber Secundus cum eiuſdem Auguſtini Niphi expoſitione.*

*Ad Illuſtriſſimum ac Excellentiſſimum Don Petrum de Toledo.*

CONTEMPLATIO veritatis,partim difficilis, partim facilis eſt. TEX. 1.

DVBITATIO non parua eſt de pręſenti libro,nā ut Alexander inquit, minor primus liber hic uidetur inſpectis dicendi charactere, atque ipſa diſputandi ratione. Non tamen ſolidus, ſed mutilatus,& libri pars quædā eſſe uidetur : ſi quis libri & initium, & exiguitatem ſpectet. Nam quatenus in hoc quoq; libro de principijs habetur ſermo, hic a primo maiore non uidetur diſcrepare. Sed potius ipſum de principijs,& cauſis agentem ſequi,quippe in cuius calce ſic ſcriptum eſt { Quæ uero de eiſdem his dubitauerit aliquis,rurſus reſumamus.Ex ipſis enim facultatem ad poſteriores dubitationes forſitan conſequemur } Quibus uerbis uidetur hic liber alter primus,ſed minor, quoniam de eiſdem

agit: quæritq; utrum principia, & causæ in infinitum progrediantur, docetq; in ipsis esse principium aliquod, nec esse anteceſſiones in infinitum. ex alio latere, si ad huius finem intueamur, liber hic non uidetur metaphyſicus, sed præfatio quædam naturalis diſciplinæ. quasi enim deinceps inueſtigaturus, quæſituruſq; esset natura quid nam sit, librum his uerbis clauſit ⁊ quam ob rem primū quid sit natura conſiderare oporteat, hoc enim pacto, & quibus de rebus est scientia naturalis patebit ⁊ At hoc cōſiderare munus est philoſophi naturalis. quoniam in auditu phyſico de natura diſputauit. accedit q; principium ſecundi, qui tertius est apud latinos, nō diſſert de natura, sed ea potius explicat, ac exponit, quæ ut in hac doctrina prius quærantur, neceſſe est, quo fit, ut ſecūdus liber, qui tertius est apud latinos, potius primum maiorem ſe qui uideatur. quippe cuius principium cū illius fine cohereat. illic enim dicturum ſe profiteatur de quæſtionibus, quę afferri poſſent ad principia, ipſorumq; inuentionem pertinentes. in ſecūdo uero qui tertius est apud latinos, id ipſum promiſſum præſtare uidetur. ſic igitur dubium est de præſenti libro. Alexander demum ait ea, quæ in præſenti libro traduntur, non omnino esse aliena a præſenti doctrina, sed sunt, ut præfatio quædam, quæ cōmuniter omni contemplatrici philoſophiæ præferri poteſt. nam in ipſo ſtatim principio in uniuerſum de omni cōtemplatrice philoſophia cōmemorat, docens partim esse difficilem argumento q; nemo de ipſa pro dignitate locutus fuerit, partim facilem, q; nemo ab ipſa prorſus aberrauerit. Expoſitor autem nō ab ratione hic agere de contemplatione ueritatis Ariſtotelem aſſerit. nam unaquæq; particularis ſcientia conſiderat quandam particularem ueritatem circa determinatum genus entium, ut geometria circa rerū magnitudines. Arithmetica circa numeros. at prima philoſophia uniuerſalem entium ueritatem cōtemplatur. Quare ad hunc philoſophum pertinet conſiderare quo nam modo homo ſe habeat ad ueritatem contemplandam. non ergo temere hic de omni contemplatrice philoſophia agens, docet primo partim esse difficilem, partim facilem, deinde ne eos quidem ſua laude fraudandos esse profiteatur, qui philoſophiam utcunq; partim ꝑſtrinxerunt, quaſi illorū opera nō parū adiumenti attulerint ſtudio ſapientiæ. Tertio eodē hoc libro explicat, quo diſcrimine contemplatrix doctrina diſter ab actiua. Quarto docet contemplationis præcipuum finem cognitionem esse, confirmans ad contemplandum, cognoſcendumq; ueritatē magno uſui cognitionem principiorum, & cauſarum esse. nā primæ cauſæ, primaq; principia maxime omnium sunt. quæ autem maxime sunt, ea sunt maxime uera, & hęc sunt cæteris cauſæ, ut sint, & ueritatis, quæ in ipſis habetur. Quinto oſtendit hoc in libro uniuerſaliter atq; cōmuniter principia, & cauſas entium haberi, tollens cauſarum progreſſum in infinitū. hæc est ſumma totius libri ꝓſentis. de prima itaq; parte dicit ⁊ Cōtemplatio ueritatis, partim difficilis, partim facilis est ⁊ Et appellat ueritatis contemplationem, omnem contemplatricem philoſophiam, non q; ſola in ueritate uerſetur. nam & ciuilis, & actiua philoſophia in ſua quæq; ueritate uerſatur. quin & artes ſibi ſubiectas ueritates conſiderant, cum ſit ars habitus efficiens cum uera ratione. ſed quia huius ſolius finis est cognitio ueritatis, & quidem eius, quæ proprie ueritas esse intelligitur. quippe cum ſempiternum uerum contempletur. ſed contemplatricem philoſophiam, quā nobis maxime propriam, & naturalem esse ſtatuit, partim difficilem uideri ait, partim facilem. Quo uero ad dictionem attinet, legitur hic textus in alio codice ⁊ quoniam contemplatio ueritatis ⁊ ubi proponitur uerbum ⁊ quoniam ⁊ & non recte legitur. nam illud nō principium esse, ſed ante dictū aliquid ſequi uidetur. quare ſic ſcribendū est ⁊ contēplatio ueritatis ⁊ hoc. n. magis uidetur esse principium quam illud, ut Alexander probauit.

**Indicium autem est, neque digne quenquam ipſam conſequi poſſe, neque uniuerſos etiam aberrare: ſed unumquenq; aliquid de natura dicere. & ſingulos quidem nihil aut parū ad ipſam conferre. ex omnibus autem congeſtis, magnitudinem quandam emergere.**

Expoſitor Ariſtotelem manifeſtare autumat, quod propoſuit, & primo quo ad facilitatem per tria ſigna, deinde quo ad difficultatem. Ego uero nō recedēdo ab expoſitione Alexandri, dico Ariſtotelem primo declarare per ſignum ſimul facilitatem, & difficultatem, & dicit ⁊ Indicium autem est ⁊ .ſ. difficultatis ⁊ neq; digne ⁊ .i. pro dignitate rei ⁊ quenquā ipſam ⁊ .ſ. ueritatis contemplationem, ſiue contemplatricem ſcientiam ⁊ conſequi poſſe ⁊ nemo enim contemplatricem philoſophiam pro ſua dignitate conſecutus est: & hoc est ſignum difficultatis. deinde affert ſignum facilitatis, & dicit ⁊ neque uniuerſos ⁊ qui contemplatrici philoſophiæ ſtudierunt ⁊ etiam aberrare: ſed unumquenq; aliquid de natura dicere ⁊ & hoc est facilitatis ſignum. nam ſi omnino esset difficilis, omnes aberraſſent, & nullus de ea aliquid attigiſſet. deinde uerba, quæ ſequuntur, Alexander in preſenti enarratione legit ſic ⁊ nam ſi ſingulos quidem ſpectes, nihil aut parū, conferre uidentur. Si omnium ſententias in unum congeras, ex omnibus cōgeſtis magnitudo quædam emergit ⁊ & tunc patet ratio eius, quod dixerat. nam cum dixiſſet nullum philoſophiam contemplatricem pro ſua dignitate conſecutū esse, ſubdit cauſam ⁊ nam ſi ſingulos quidē ⁊ ſeorſum ⁊ ſpectes, parum quenq; recte percepiſſe reperies ⁊ cum uero dixiſſet ⁊ neque uniuerſos etiam aberrare, ſed unumquenq; aliquid de natura dicere ⁊ ſubdit cauſam ⁊ ſi omnium ſententias in unum congeras, ex omnibus cōgeſtis, magnitudo quędam emergit ⁊ At ſi hęc uerba legantur ut nos tranſtulimus, & ut reperiuntur in græco noſtro codice, iterum Ariſtoteles affert ſignū facilitatis, & difficultatis, & dicit ⁊ & ⁊ ſubaudi ſignū difficultatis est ⁊ ſingulos quidem ⁊ ſeorſum .ſ. ⁊ nihil, aut parum ⁊ recte ⁊ cōferre ⁊ & hoc propter difficultatem ⁊ ex omnibus autem congeſtis magnitudinem quandam emergere ⁊ & hoc propter facilitatem: & ſic habetur ſecundū indicium utriuſq;, & cum dixiſſet ⁊ de natura ⁊ hoc adiectum confirmat librū hunc omni contemplatrici philoſophiæ propoſitum esse. per quæ hortatur nos ne ipſam uelut omnino facilem negligamus, aut uiciſſim tanquam prorſus difficilem deſperemus. Illud uero ⁊ partim difficilis, partim facilis ⁊ nō ſic accipi debet quaſi ambo ipſi contemplatrici philoſophiæ ſecundum idem conueniant, nam nihil idem est facile, & difficile. ſed quaſi ambo ſint de ipſa exiſtimationes, atq; opiniones. nam quadam ratione facilis esse exiſtimari poteſt. alia uero difficilis. quatenus omnes ipſam attingunt facilis. quatenus uero nemo recte diſſeruit, ne de una quidem parte, tota difficilis.

**Quare ſi ita ſe habere uidetur, ut dicere prouerbio conſueuimus, quis nam in ianuis utique delinquet? hoc quidem pacto facilis erit. at totum, ac partem habere non poſſe, id difficultatem ipſius oſtendit.**

Secundum Alexandrum, cum Ariſtoteles hanc doctrinā facilem esse, argumento esse dixiſſet, q; omnes, qui huic incubuere, aliquid recte tradiderunt, nunc hoc oſtendit uſus illo prouerbio, τίς ἂν θύρας ἁμάρτοι propterea inquit cōcludendo ⁊ Quare ſi ita ſe habere uidetur ⁊ .ſ. ueritas, circa quā uerſatur philoſophia contemplatrix ⁊ ut dicere prouerbio conſueuimus, quis nam in ianuis utique delinquet? ⁊ quod in facilibus rebus, & nihil habentibus difficultatis uſurpatur, ſumptum a ſagittarijs in ſignum aliquod iaculantibus, qui ſi ſignum tenue propoſitum fuerit, nō facile collimant, ſi latum, cum non ſit factu difficile, omnes propoſitum attingunt. Si ergo, quod est facile, omnes attingunt, nimirum ueritas, quæ



ab omnibus attingitur, facilis ſuerit. ergo contemplatio ueritatis est partim facilis, quatenus ſe habet ut oſtium, quod in introitu domus nullus ignorat. Sed hæc expoſitio Alexandri est difficilis, quoniam ſi ueritas ſe habet, ut oſtium in introitu domus, omnes æqualiter ueritatem attingerent, ſicuti omnes, qui intrant domum, oſtium æque attingunt: contrarium autem ſuperius dixit Ariſtoteles: qui ueritatis contemplationem difficilem esse expoſuit: quod nemo digne ipſam conſequi potuerit. Propterea melius cum Expoſitore ex premiſſis concludit, quod ex quo unuſquiſque poteſt cognoſcere de ueritate, licet parum, ita ſe habere de ueritate uidetur, ſicut prouerbialiter dicitur, in ianuis utique domorum quis nam delinquet? nam domus interna non facile ſciuntur, & circa ea facile homo decipitur. ſed quemadmodum circa introitum domus, qui omnibus patet, primoq; occurrit, nemo decipitur: ita etiam est in contemplatione ueritatis. nam ea, per quæ intratur in cognitionem aliorum omnibus perſpicua ſunt, & nullus circa ea decipitur. huiuſmodi ſunt prima principia naturaliter perſpicua, ut non esse de eodem ſimul affirmare & negare. & omne totum est maius ſua parte, & cætera id genus. circa uero concluſiones, quas per huiuſmodi, quaſi per ianuas intratur, contingit ſæpius aberrare. ergo contemplatio ueritatis est facilis, quatenus ad minus iſtud modicum, quod est principium, per ſe perſpicuum est, per quod intratur ad ueritatis contemplationem. deinde exponit rationem difficultatis, & dicit ⁊ at totum, ac partem habere non poſſe, id difficultatem ipſius oſtendit ⁊ Expoſitor exponit difficultatem contemplationis ueritatis eſſe, quia homo non poteſt in rebus perfecte cognoſcere totum, ideſt uia reſolutionis, quæ ipſis competunt, nec partem ideſt uia compoſitionis. ea enim quæ rebus competunt, non facile est cognoſcere uia reſolutionis, aut compoſitionis. Quę expoſitio non est mihi conſona, nec uerbis idonea. Alexander uero per totum una expoſitione intelligit totā philoſophiam. per partem, aliquā philoſophiæ partem. diuiditur enim philoſophia in tres partes ſexto huius. q; igitur nemo ſigillatim neq; de tota philoſophia, neque de parte aliqua eius abunde diſſeruit, hoc eius difficultatem oſtendit. nam qui parum eius, aut nihil attigerunt, ij non ſolum in uniuerſa, ſed etiam in partibus eius defecerunt, quo rei difficultas declaratur. Aſſignat etiam Alexander alias expoſitiones, quę mihi uidentur ſuperflue, cum hęc ſola ſatisfaciat. Auerroes autem licet ad uerborum expoſitionem nō ſit conſiderandus, tamen in cōmento probat primo ueritatis contemplationem non esse impoſſibilem, quoniam ſi cōprehenſio esſet impoſſibilis, tunc deſiderium naturale esſet ocioſum, quod habemus ad ſciendam ueritatem. & conceſſum est apud omnes nullam rem ocioſam esse in natura, etiam aſſerit quędam, quę conueniunt expoſitioni Expoſitoris, uidelicet quod prima cognita a nobis naturaliter in quolibet genere entium ſint, ſicut locus ianuæ in domo, quem nullus ignorat: & quantum ad hoc innuitur facilitas contemplandi ueritatem.

Quæ Auer. Cō primo.

**Fortaſſe etiam cum difficultas duobus ſit modis, non in rebus, ſed in nobis ipſis difficultatis cauſa est. nam, ut oeſpertilionum oculi ſese habent ad lucem diei, ſic & noſtræ animæ mens ad ea ſese habet, quæ omnium manifeſtiſſima ſunt natura.**

Expoſitor cauſam aſſignate difficultatis afferre hic Ariſtotelem aſſerit, ut eorum opinionem refellat, qui poſuerunt difficultatem cognoſcendi ueritatem omni ex parte prouenire, ex parte rerum, pro quanto nihil esſe ſtabile, ſed omnia in cōtinuo fluxu esſe opinarentur. ſed hoc excludens Ariſtoteles, dicit ⁊ Fortaſſe etiam cum difficultas ⁊ cognoſcendi ueritatem. ſ. ⁊ duobus ſit modis, nō in rebus ⁊ ut ueteres arbitrantur ⁊ ſed in nobis ipſis difficultatis cauſa est ⁊ cuius rationē ſic orditur Expoſitor, ſi difficultas esſet principaliter ex parte rerum, illa magis cognoſceremus, quæ ſuapte natura ſunt cognitu faciliora. At quæ ſuapte natura ſunt cognitu faciliora, minus cognoſcimus. minus enim cognoſcimus, quę ſunt maxime in actu, & immaterialia, & immobilia, quæ ſuapte natura ſunt maxime perſpicua. ergo difficultas euenit in cognitione ueritatis maxime propter defectum intellectus noſtri: & non ex parte rerum, ut ueteres putauerunt. Quod autem ea, quæ ſunt cognitu facillima, nobis ſint ignota, probat Ariſtoteles exemplo ueſpertilionum, & dicit ⁊ nam, ut ueſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei ⁊ quam uidere nō poſſunt, licet uideant obſcura: propter imbecillitatem oculorū ſuorum ⁊ ſic & noſtrę animę mens ⁊ quæ oculus animę est, ⁊ ad ea ſeſe habet, q̄ natura ⁊ .i. q̄ ſuapte natura ⁊ omnium manifeſtiſſima ſunt ⁊ quæ ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt. Expoſitor autem id, quod Ariſtoteles in textu aſſumpſerat, uidelicet q; difficultatis ratio duplex ſit, declarat, quoniam in omnibus, quæ conſiſtunt in quadam habitudine alterius ad alterum, poteſt impedimentum muneris euenire interdū ex uno, interdum ex altero: ut ſi lignum non comburatur, hoc euenit interdum, quia ignis imbecillis est, aut quia lignum nō est cōbuſtibile. inſuper oculus impeditus a uiſione alicuius uiſibilis, aut quia oculus imbecillis, aut quia uiſibile est tenebroſum, ſic igitur euenire poteſt, ut ueritatis cognitio ſit difficilis aut propter rerum defectum, aut propter imbecillitatē, quæ est in intellectu noſtro. uerbi cauſa materia, motus, & tēpus, & cætera, quæ imperfecta, & quaſi poteſtate ſunt, ſuapte natura cognita ſunt difficilia. ſubſtantiæ uero abſtractæ, q̄ actu ſunt, ac perfectiſſimæ, cognitu ſuapte natura faciles ſunt. hæc expoſitio non poteſt reprobari, non tamen prætereunda eſt, Alexandri expoſitio, quæ talis est, q; cum Ariſtoteles philoſophiam contēplatricem partim facilem uideri demonſtraſſet, partim difficilem, nunc quo ſit philoſophia difficilis, oſtendat: ut rurſus partim facilem, partim difficilem esſe demonſtret. Ad hoc autem demonſtrandum accipit duos esſe difficultatis modos, alterum, qui in ipſa rei natura conſideratur, cum uidelicet res talis ſit, ut ſua ipſius natura cognitu ſit difficilis: alter in debilitate contemplantis. fieri enim poteſt, ut aliquid ſua natura facile ſit ad contemplandum propter ſui ſimplicitatem: idem nobis difficile conſideratu fiat propter noſtram tarditatem: ad quem difficultatis modū artem con templatricem redigit, & philoſophiam, quæ in ueritatis inquiſitione uerſatur, quæ uerba huc pertinere uidentur, ut nos ad ſtudium cōtemplatricis philoſophiæ cohortetur. ſi enim quę ſua ſponte, atque natura nota, & prima ſunt, eo nobis ſunt ad contemplandum difficilia ob intellectus noſtri tarditatem, ſatis intelligitur, magno uobis labore, & ſtudio opus esſe, ut intellectui noſtro innoteſcant. ſed quomodo quędam difficilia ſint propter philoſophantium imbecillitatem, non ſua ipſorū natura, apto ueſpertilionum exemplo declarat, quibus ſumē diurnum impedimento est ad uidendum ob oculorum imbecillitatem: cū ipſum natura ſua maxime aſpectabile, & cauſa uidendi ſit. aliam cauſam Alexāder aſſerit cur Ariſtoteles duos difficultatis modos expoſuerit, & est, ut affirmaret hæc ambo philoſophiæ adeſſe. propterea q; ſua natura facilis cognitu ſit, eadem difficilis propter noſtram tarditatem. cur uero intellectus noſter tarde ſe habeat ad res manifeſtiſſimas, exponit Alexander ex eo quia intellectus nec est abſolutus, nec ſeparatus, ſed est cum ſenſu, & paſſiuis animę potentijs, quæ omnia proprio intellectus muneri obſtant. actus enim noſter, qui cōtinenter in ſenſibilibus uerſatur, impedimento est intellectui ad contemplandum ea, quæ a ſenſu ſunt ſeparata. Dubitat Expoſitor contra exemplum Ariſtotelis, qm̄ ſenſus est uis cognoſcitiua inſtrumentaria, quę corrumpitur ab excellenti ſenſibili. at intellectus uis est, quæ caret inſtrumento, quę perficitur ab excellenti intelligibili. ergo ſimilitu-

Dubitatio cō tra exemp. ū

do non est conueniens. breuibus respondet impedimentum muneris uirtuti cognoscitiuę euenire posse, aut defectu instrumenti, ut cum corrumpitur ab excellenti obiecto: quale impedimentum intellectui accidere non potest, cum uirtus sit ab instrumento absoluta. sed sensui accidere potest, quoniam bis est instrumentaria: aut defectu proportionis uirtutis cognoscitiuę ad obiectum: qualis defectus accidere potest utriqȝ, sensui uidelicet & intellectui. sensui quidem, quoniam sensitiuę uirtutes ex suis naturis diuersarum proportionū sunt ad obiecta sua in diuersis animalibus, ut uis olfaciendi in homine suapte natura ad odores improportionata est, in cane uero contra sua natura proportionata est. & quātum ad hoc sensus & intellectus similes sunt. nam intellectus quibusdam intelligibilibus est proportionatus, quibusdam uero improportionatus ex sua natura: proportionatus quidem materialibus intelligibilibus, improportionatus immaterialibus. & quantum ad hunc defectum sensus, & intellectus sunt similes: & sic patet similitudo. Sed mihi hæc responsio nō parum ambigua uidetur. Quoniam cum sensus sit uirtus oriens ex instrumento, & in instrumento, uidetur habere quicquid habet, ex instrumento. quod enim uis olfaciēdi hebetior, sit in homine, quam in cane, hoc nō improportione sequente naturam potentiæ euenit, sed qualitate instrumenti, quod humidius in homine est quam in cane. Similiter cȝ intellectus humanus ad intelligendū materialia sit proportionatus, ad intelligendum uero immaterialia improportionatus. hoc non euenit ex parte intellectus, qui omnibus intelligibilibus est æque proportionatus, cum sit potentia omnia fieri. sed ex parte sensuum, quibus utitur ad intelligendum, sensus enim ad intelligendum materialia seruiunt intellectui. ad intelligendum uero immaterialia, impedimento sunt: nam intellectus, ut Alexander inquit, non est absolutus, neque separatus, sed cum sensu, & passiuis animæ potentijs, quæ omnia proprio intellectus muneri obstant. actus enim noster, qui continenter in sensibilibus uersatur, impedimento est actionibus, quæ a sensibus separantur. cum uero Expositor dicebat non esse similitudinem, quia sensus corrumpitur ab excellenti sensibili, intellectus uero non, dico hoc demonstrare non esse identitatem, sed similitudinem, quoniam nulla est similitudo, quin claudicet, alioquin esset identitas. intellectus enim non corrumpitur, quoniam corporibus, & sensibus extrinsecus accedit. At sensus intrinsecus, quoniam nascitur cum instrumento, & ex instrumento, & in instrumento, ideo quod instrumentum dissoluit, etiam sensum corrumpit. Auerroes uero quantum ad uim exempli sic ait, sed hoc scilicet exēplum nō demonstrat res abstractas intelligere esse impossibile nobis, sicut inspicere solem est impossibile uespertilioni, sed esse difficile, quoniam si ita esset, scilicet quod exemplum indicaret impossibilitatem, tunc natura ociose egisset, quoniam fecisset illud, quod in se est naturaliter intelligibile non intellectum ab aliquo, sicut si fecisset solem uisibilem, qui a nullo uisu comprehenderetur. hanc rationem Expositor derisibilem esse ostendit. sed quoniam de efficacia huius argumenti dispu tauí libro ultimo de intellectu, bona fronte sub silentio nunc pertranseundum esse censui. ex ijs, quæ hic Expositor dixit contra Auerroem, patet Cōmenta Auerrois non fuisse in precio apud eum, cum nunquam eorum, nec in bonum, nec in malum meminerit, putans ea nihil conferre ad expositionem uerborum Aristotelis. fecit autem de eis mentionem, cum aliquid uideretur dignum consideratione.

Q ue Auer. Cōmen. 1.

TEX. 2. Non solum autem ijs gratias habere iustum est, quorum opiniones quispiam acceptauerit, sed adhuc etiam ijs, qui ueritatem penitus non attigerunt. nam & hi aliquid contulerunt. habitum enim nostrum excitarunt. si enim Timotheus non fuisset, non tantam haberemus artem cantandi, & si Phrynis non antecessisset, non talis Timotheus euasisset. eodem modo res sese habet & de his, qui de ueritate dixerunt. a quibusdam enim opiniones quasdam suscepimus. alij autem, ut illi talia sentirent, authores fuere.

Cum declarasset philosophiam contemplatricem esse partim facilem, partim difficilem, nunc agreditur secundum, quod proposuit, uidelicet non esse eos sua laude fraudandos, quod philosophiam utcunque perstrinxerunt, quasi illorum opera non parum adiumenti attulerint studio sapientiæ. ex hoc enim patebit quo nam modo homines sese mutuo iuuent ad considerandam ueritatem. etiam patet non protinus esse profitendum ueteres nobis fastidio esse, sed potius eisdem gratiam habendam, utpote qui non parum posteris attulerint adiumenti quo simul confirmat ueritatis inquisitionem dignam esse, in quam studium omne conferatur, cum non modo ijs habere gratiam censeat, qui recte aliquid tradiderunt, quod nobis usui esse possit, & quorum sententijs consentire ualeamus, sed etiam antiquioribus, qui hæc leuiter uidentur perstrinxisse, dicit ⁊ Non solum autem ijs gratias habere iustum est, quorum opiniones quispiam acceptauerit ⁊ .i. desit a quibus accepimus ueritatem, uel aliquid, quod nobis usui esse possit, & quorum sententijs consentimus ⁊ sed adhuc etiam ijs, qui ueritatem penitus non attigerunt ⁊ .i. sed etiam antiquioribus, qui hæc leuiter uidentur perstrinxisse. cuius causam affert, & dicit ⁊ nam & hi aliquid contulerunt ⁊ & exponens illud, quod contulerunt, dicit ⁊ habitum enim nostrum excitarunt ⁊ & per habitum nostrum intelligit, ut Alexander exponit, facultatem animæ, qua facultate res huiusmodi indagare possumus, hoc est potentiam nostram intellectualem, quam preparauerunt quæstionibus, ac inquisitionibus ipsam acuentes, ac excitantes, quasi enim uiam aperientes, nos in horum inquisitionem induxerunt. per quæ uult nos admonere, ut omnes opiniones a ueteribus traditas excutiamus. copia enim ueterum sententiarum ad eruendam ueritatem paratiores efficimur. quo ex loco argumentum sumi potest, hunc librum recte post superiorem proximum collocari. nam cum in superiore libro ueterum sententias de primis principijs cōmemorasset, & eas nonnullis rationibus oppugnasset, recte hic liber sequitur, in quo ueritas tangetur. deinde hæc duo exemplo declarat, & dicit ⁊ si enim Timotheus non fuisset ⁊ qui optimus musicus extitisse, uidetur ⁊ non tantam artem cantandi habēremus ⁊ ergo Timotheo habendę sunt gratiæ, ut Expositor inquit, directe, quoniam is est, a quo ueritatem in musicis accepimus. quoniam ut dictum est, dum unusquisque præcedentium aliquid de ueritate inuenit, simul in unum collectum, posteriores introducit ad magnam ueritatis cognitionem ⁊ & si Phrynis non antecessisset, non talis Timotheus euasisset ⁊ ergo in directe gratiæ habendę sunt eis, qui ceperunt, & errauerunt, quatenus priores errantes circa ueritatem posterioribus exercitationis occasionem dederunt, ut diligenti discussione habita, ueritas dilucidius inueniretur. ergo Phrynidi hoc debemus quod per ipsum Timotheus talis euaserit, qui nisi præcessisset, artemque fuisset exorsus, nunqȝ Timotheus eo perfectionis artem musicam deduxisset. deinde redit ad propositum de ueritate, & dicit ⁊ eodem modo res sese habet & de his, qui de ueritate dixerunt, a quibusdam enim opiniones ⁊ scilicet ueras ⁊ quasdam accepimus ⁊ quibus gratiæ directe habendæ sunt ⁊ alij autem, ut illi talia sentirent, authores fuere ⁊ & his habendę sunt gratiæ indirecte. Auerroes autem quantum ad hæc sic ait, & hoc,

Q ue Auer. Cōmen. 2.



& hoc, qđ dixit in pñti capite, manifestum est, nullus. n. pōt per se solus inuenire artes operatiuas, aut cōtemplatiuas in maiore parte. i. quantū ad maiorē partem artis, quia non cō pleuit nisi per iuuamentum prioris ad sequentē, & nisi prior fuisset non esset sequens. Quare fit, ut in solitudine frui quis possit inuentis, & nōnulla addere, sed à principio artes inuenire, nemo í solitudine possit. Iuniores uero nōnulli hęc quæ Arist. dixit, retulerunt ad principia scientiarū, nam (vt aiunt) intellectus uirtute principioȝ, & lumine intellectus agentis deuenit in notitiā multorū posterioȝ. Quare si ueteres uera principia tradiderunt, eis gratiæ habendæ sunt, qm̄ contulerunt ad ueritatē suscipiendā. At si principia, quæ tradiderūt, fuerunt oīno falsa, etiā eis gratię sunt habēdæ, qm̄ nobis ansam præbuerunt, vt illis refutatis uera ipsa principia inueniremus. Ego uero puto tam de principijs cȝ de conclusionibus uera esse, quæ Arist. dicit, qm̄ multi principia scientiarū nouerunt, ex quibus falsas cōclusiones deduxerūt non recte syllogizantes & ex falsis principijs nonnulli ueras conclusiones. nam ex falsis quandoque uerum. ergo de utrisque sermo Aristotelis potest uerus esse, & ad propositum.

TEX. 3. Recte itaqȝ sese hēt & illud, appellari uidelicet philosophiā, scientiā ueritatis cōtēplatricem. Nā finis quidē cōtemplatricis ueritas est. actiuæ aūt actio. etenim si quomodo sese habeat, cōsiderant actores ipsi, non tamen causam per se, sed, ut ad aliquid, atque ut nunc contemplantur.

Actio. ἐργον. opus.

Tertium differendū in hoc libro, qđ Alex. ipse proposuit. in prima enarratione, erat quo discrimine cōtēplatrix doctrina distet ab actiua: qđ nūc, psequi uidet. hic aūt aliter uidet hunc locū introducere Alex. cum inquit, qm̄ in philosophia contēplatrice appellāda, nomē ueritatis usurpauit, ne aliquis putet hāc usurpationē esse præter rōnē, iccirco nunc merito eam sic appellari cōfirmat. Quoniā cum hæc scia sit sola, cȝ prima illa ac uera omniū aliarū scientiarū principia considerat ac tractat, merito uera philosophia contēplatrix dicit, & ueritatis cōtēplatrix: Cūi aliæ & artes & scię principia sua ad metaphysicam referant. Ipsa igitur princeps est ac domina omnium aliarum: ac merito diuina philosophia, cȝ maxime Deo sit affinis, atqȝ cum eo ferè uersęt, in eiusqȝ arcana penetret: Metaphysica, quod relictis ac neglectis rebus hisce naturalibus ortui ac interitui obnoxijs, infirmis, caducis, ac fluxis, sese tanq̄ speculationis alis ad superiora erigat, ac eúo let in æterna illa, perpetua, immutabilia, ac diuina. Quippe cum μετὰ apud græcos, si accusatiuo iungatur, post, φύσις naturam, & φυσικὰ naturalia significat. Trāsnaturalis igit non imerito appellari pōt, seu postnaturalis. Hęc. n hoīes in hac uita diuinos facit: Hęc a sordibus huius mūdi ad pulchritudinē ac imensitudinē Dei cōtēplandā nos uocat. Hæc nos ab oīibus liberat affectibus. Sed ne lōgius, cȝ opus sit, euageť oratio, ad propositū nr̄m reuertēdū fuerit. Dicebamus itaqȝ aliter uideri hunc locū introducere Alexādrū, cūi inquit, qm̄ in philosophia cōtēplatrice appellanda, nomē veritatis vsūr pauit: cū hæc vere ueritatē omniū rerū doceat, atqȝ explicet. Nam alię qūqȝ scię uelut cæcæ ac in tenebris uersantes, demōstrant. Quarū trī demōstratiōes nihil ualerēt, nisi ad hāc tanq̄ ad caput ac pricipiū ueȝ ac summū referrenť, ab eaqȝ uires suas acciperēt. Ille. n. nō vere sciunt, si ad hāc referanť, nec sciunt propter qđ, cū prima principia tanq̄ probata ac uera a metaphysica accipiant. Quæ illa quoqȝ tractat ac pbat, licet non recta demōstratione, sed per impossibile. Non igitur iniuria, nec falso scięt̄ia scientiarum uocitata est ac domina, ut in posterioribus analyticis Arist. ait, κυρί᾽α. Quod falso quidam cucullati logicæ attribuere uidetur: cū nec ea sit scientia scientiarum, nec vere ętiam scientia, cum non de rebus, sed de uocibus ac orationibus tractet, de quibus uera scientia esse non potest. Hęc uero de rebus, nec de rebus tantum, ut aliæ quædam, sed de diuinis, æternis, immutabilibus ac perpetuis tractat, quæ nulli sunt subiecta, sed omnia superant. Hæc dicta uoluimus, ut quorūdam ineruditorum imperitiam redargueremus, qui cum nihil ipsi sciant, omnia tamen scire se profitentur. Sed ad textus expositionem reuertamur, ne a recto tramite aberremus. Iuxta hanc expositionem conclusio textus hæc est, metaphysica est scientia veritatis contemplatrix. Vnde dicit ⁊ recte itaqȝ ⁊ & non vsurpatiue ⁊ sese habet et illud, appellari uidelicet philosophiā ⁊ .i. metaphysicam, quę per excellentiam philosophia dicitur ⁊ scientiam veritatis contēplatricem ⁊ quod olim in procemio sumpsimus. & quoniam hæc cōclusio pro parte in præsenti libro est ꝑtractata, ideo per verbum ⁊ itaqȝ ⁊ eam assignauit. Eam tamen in præsenti textu sic syllogizat, scientia contemplatrix, cuius finis est veritas, est scięt̄ia veritatis: Metaphysica est scientia contemplatrix, cuius finis est veritas: Igitur metaphysica est scientia veritatis. De syllogismo tangit maiorem, & dicit ⁊ nam finis quidem contemplatricis veritas est ⁊ & nihil aliud præter veritatem ⁊ actiuæ autem ⁊ finis est ⁊ actio ⁊ siue opus. Hāc maioris uim accepit vt concessam ex differentia, quæ communiter habetur inter contemplatricem, & actiuam. Et cum Arist. dixit ⁊ nam finis quidem contemplatricis veritas est ⁊ eius præsertim supleuit Alex. quæ prima principia, primasqȝ causas contemplatur, quæ a sensu omnino sunt abiuncta, & sua ipsorum natura existunt, quam item sapientiam interdum vocat. iterum Alex. probat maiorem syllogismi. s. cȝ scientia cuius finis est veritas, sit denominanda scientia ueritatis. ex eo, quia doctrina quæque a fine, propositoqȝ notatur, & habet esse. merito ergo metaphysica, cuius finis est ueritas, a veritate nuncupatur. Similiter actiuæ scientiæ actiuæ nominantur, quoniam earum finis actio est. Dein de remouet quandam tacitam dubitationem, qm̄ dici posset actiuos etiam considerare ueritatem, qm̄ considerant aliqñ quomodo res sese habeant. modo hoc est considerare veritatem: cum ab eo, qđ res ita est, accipiatur ueritas, remouet hanc dubitationem & ut Alex. innuit reperitur duplex scriptura, iuxta prima quidē dicit ⁊ etenim si actores ipsi ⁊ qui græce practici dicuntur ⁊ considerant quō ⁊ res ⁊ sese habeat ⁊ .i. aliqñ, quod est considerare veritatē, vt cȝ iustitia sit æqualitas quædam, & fortitudo audacia qñ oporter, & tales ueritates, insuper cȝ sanitas est æqualitas proportionalis in humoribus & bilis rubra humor calidus & siccus, & sexcenta talia ⁊ non tñ ueritatem per se de re aliqua sempiterna, sed ut ad aliquid, atqȝ vt nunc contemplantur ⁊ .i. sed eam, quæ alicui, & aliqñ ueritas est ueritatem. s. ad actionem referētes. Agenda. n. hmōi neque semper sunt, neqȝ uniuersaliter, sed caduca potius, ac secundum ætates agentium, fortunasqȝ & habitudines eorū in quos aguntur. cum uero dixit ⁊ non tñ ueritatem ꝑ se de re sempiterna ⁊ uidetur addidisse, ꝓpterea quia ueritas proprie, & maxime ueritas ea intelligiť, quæ de rebus sempiternis habetur, non quæ uersatur in rebus agēdis, in qbus neqȝ ueritas, neqȝ scientia est finis: cum nō sint sempiterna in quibusdam exemplaribus, vt Alex. inquit, scriptum est ⁊ non tamen cām per se, sed ad aliquid, & nunc contemplantur ⁊ quod si recte se habet sensus est, actiui non cōsiderant cām, quæ proprie & per se cā esse intelligitur, quæ quidem est cā vt res simplr ueras sit, sed cām, cur aliquid ad hanc rem & ad hoc tps conueniens sit. ueritas. n. rerum agendarū ad hunc modum sese habet: quod proprie dicit uerū sm quid. & hoc pacto se habet scriptura in codice nostro. Auerroes aūt in præsenti textu ait, scięt̄ia. n. operatiua, quāuis utatur ratiocinatione, et speculetur cās eius, qđ cōsiderat, tñ nō est digna vocari scia speculatiua, qa non ꝑscrutať de causis rerū, & de definitionibus earū, nisi ut scięt̄es agant, & nō, ut sciant: sicut in scientijs speculatiuis: quarū finis est tm̄ scire. Quare acti-

Q ue Auer. cōm. 3.

uæ ſcientiæ, & ueritatem, & cauſas conſiderant, ſed non, ut ſciant, ſed ut recte agant.

TEX. 4. Atqui uerum ſine cauſa neſcimus.

Alexander bifariam exponit hunc locum, vno modo, vt probetur actiuos non conſiderare omnino verum in ipſis agendis hoc pacto, verum ſine cauſa neſcimus. Actiui non tradunt agendarum rerum cognitionem per cauſam. igitur actiui non conſiderant verum in ipſis agendis de ratione tangit maiorem, & dicit { Atqui verum ſine cauſa neſcimus } quæ expoſitio, vt Alexander inquit, non conuenit cum ſecũda ſcriptura: ita vt ibi tangantur quaſi minor & concluſio, hic vero maior. eſt enim ibi dictum, quòd actores in ſuis agendis non conſiderant cauſam per ſe, ſed ad aliquid & nunc, quæ eſt minor. Secundo exponit, vt velit Ariſtoteles probare eum, qui veritatem inquirit, oportere cauſas rimari, vt concludat metaphyſicam veritatem inquirere non poſſe, niſi cauſas exponat, propter quas eſt veritas, vt ſyllogiſmus ſit, ſcientia veritatis contemplatrix non poteſt veritatem inquirere, quin inquirat cauſas. probatur, quia verum non ſcimus niſi per cauſam: metaphyſica eſt ſcientia veritatis contemplatrix: igitur metaphyſica non poteſt veritatem inquirere, niſi inquirat, & pertractet de cauſis. de ratione ſolum retigit probationem maioris, & dicit { Atqui verum ſine cauſa neſcimus } ego ſi metaphyſica agit de veritate, oportet agere de cauſis, propter quas veritas habetur. quibus verbis, ac cæteris in hoc libro traditis, docet cognitionem cauſarum entium neceſſariam eſſe inquiſitori veritatis ideſt mataphyſico, qui proprie eſt veritatis inquiſitor. quin & in ipſo ſtatim phyſici auditus exordio, & in poſterioribus reſolutorijs ſcientiam cognitionem per cauſam comparatam eſſe definit: & in primo libro huius ſcientiæ propriam alicuius rei cognitionem ex ipſius cauſarum cognitione pendere demõſtrat. ſed huic occurres, nam veritatem primorum principiorum habere poſſumus, & non per cauſam. quare intelligas non de omni vero. nam ſi omne verum innoteſceret per cauſam, cauſarum nullus eſſet finis. ſed de veris quorum ſunt cauſæ. Nam verum, cuius eſt cauſa, neſcimus ſine cauſa. ſunt enim vera non nulla, quæ citra cauſam cognoſci poſſunt, ea videlicet, quæ cauſis vacant, qualia ſunt prima principia, quorum nullæ ſunt cauſæ. ergo uel ſermo mancus eſt cui deeſt, quorum ſunt cauſæ, ut in phyſico auditu dixit. aut neſcimus dixit pro eo, quod eſt ſcietiam proprie dictam non habemus. ſcientia enim quæ proprie intelligitur, eſt cognitio per demonſtrationem. At principiorum non eſt proprie demonſtratio, ſed alia potior quam quæ per demonſtrationem habetur.

Vnumquodque autem maxime cæterorum eſt ipſum, quo & cæteris nomen idem competit cum eadem ratione: ut ignis eſt calidiſſimum. nam & cæteris hic caliditatis eſt cauſa.

Cum concluſiſſet in metaphyſica eſſe agendum de cauſis atque principijs, nunc proſequitur, & intendit probare ſempiternorum principia eſſe veriſſima: & procedit per ſubacceptionem, & accipit primo illud eſſe maxime tale, quod eſt cauſa uniuoca omnibus alijs, ut ſint talia · quam non aliter probat, quàm exemplo ab ipſo igne ſumpto: & dicit { Vnumquodque autem maxime cæterorum eſt ipſum } ideſt tale eſt { quo & cæteris } ſcilicet omnibus { nomen idem competit cum eadem ratione } ideſt quod eſt cauſa uniuoca omnibus alijs, ut ſint talia, quale eſt ipſum probat hoc exemplo ignis, & dicit { ut ignis eſt } corpus { calidiſſimum, nam & cæteris } ſcilicet omnibus { hic call ditatis eſt cauſa } ſcilicet uniuoca. Quo uero ad verba attinet, cum dixit { quo & cæteris nomen idem competit, cum eadem ratione } dedit intelligere, ut non ſolum ipſis inter ſe nomen ſit commune, ſed etiam ratio illis eadem. nam æquiuocis nomen commune eſt, & tamen alterum æquiuocorum, ſi eſſet cauſa cæteris omnibus, vt ſint aliquid, non propterea cauſa illa erit maxime talis. vt confricatio licet ſit cauſa quibuſdam, vt ſint calida, non tamen ipſa eſt calidiſſima. quoniam non conuenit in nomine cum callidis, quorum ipſa eſt cauſa, ut ſint calida. inſuper Sol eſt cauſa ut corpora ſublunaria ſint calida, ſed quoniam non eſt ratio non eſt eadem communis Soli, & cæteris, quæ ſunt calida propter Solem, ſed ſolum nomen commune eſt (dicitur enim Sol calidus, & ſublunaria corpora calida) ſed quoniam nõ eadem ratio caliditatis in Sole eſt, & in corporibus, quorum eſt cauſa, ut ſint calida, ideo Sol non eſt maxime calidus. bene tamen habet aliquid aliud excellentius caliditate. ex his patet intellectus illius propoſitionis, propter quod vnumquodq; tale eſt, & illud magis, nam intelligit, ut dictum eſt, quando illud, quo alia ſunt talia, fuerit cauſa uniuoca: quæ habet rationem, & nomen commune cum eis, quorum eſt cauſa.

Quare et uerisſimum eſt, quod poſterioribus cauſa eſt, ut ſint uera.

Ex propoſitione declarata ſubaccipit hoc pacto, quod omnibus alijs cauſa uniuoca eſt, ut ſint talia, eſt maxime tale, quod eſt omnibus alijs cauſa vniuoca, vt ſint vera, eſt illud, quod omnibus alijs uniuoca cauſa eſt, ut ſint talia: ergo quod poſterioribus omnibus cauſa uniuoca eſt, vt ſint uera, eſt ueriſſimum. ſubintelligens ſyllogiſmum ſubaccipit concluſionem, & dicit { quare & ueriſſimum eſt quod } cæteris omnibus { poſterioribus cauſa eſt } ſcilicet uniuoca { ut ſint uera } eſt autẽ ipſum verum, ut Alexander inquit, vniuocum omnibus, quæ ſunt. nomen enim veritatis omnibus commune eſt, & ratio etiam eadem. non enim nomen ueritatis eſt proprium alicui ſpeciei, nec eius ratio. ſed tam nomen quàm ratio communiter ſe habent ad omnia entia. ideo, quod eſt cauſa uniuoca omnibus alijs, vt ſint, & ut ſint uera, illud eſt maxime ens, & maxime verum.

Quapropter principia eorum, quæ ſemper ſunt, ueriſſima ſint ſemper, neceſſe eſt. Non enim interdum ſunt uera, neque illis ut ſint, quicquam eſt cauſa, ſed cæteris illa. quare unumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita quoque ad ueritatem.

Iterum ſubaccipit hoc pacto, quod poſterioribus omnibus cauſa eſt, ut ſint vera, eſt ueriſſimum, principia eorum, quæ ſemper ſunt, ſunt ſemper cauſa omnibus poſterioribus, ut ſint vera, concludit { Quapropter principia eorum, quæ ſemper ſunt, ueriſſima ſint ſemper, neceſſe eſt } non contentus hac deductione ex iis, quæ dixit, iterum probat huiuſmodi principia ſemper eſſe veriſſima, & dicit { non enim interdum ſunt vera } ſed ſemper, cum ſemper ſint cauſa eorum, quæ ſemper ſunt vera. idem probat ſecunda ratione, & dicit { neque illis, vt ſit & vera ſint, quicquam eſt cauſæ,



ſa, ſed illa } ſunt cauſæ { cæteris } vt ſint, & ſint vera. ergo ſunt ſemper veriſſima. exponit autem Alexander per ſempiterna, mundum, corpora cœleſtia, elementa quatuor, quæ ſecundum ſpeciem ſunt æterna. at poſtquam dixit { id veriſſimum eſt, quod eſt poſterioribus cauſa, vt vera ſint } ſubiungit { eorum, quæ ſemper principia veriſſima ſint ſemper, neceſſe eſt } quaſi cõſter, quod eſt aliquibus exiſtendi cauſa, hoc eiſdem cauſam eſſe veritatis. ex quo ſequitur principia ſemper entium eſſe veriſſima. nam quæ ſemper veris ſunt veriora, ea veriſſima ſunt. Quibus verbis facit excerptum, oſtendens verũ cum ente coniunctum eſſe, ac cohærere, & dicit { quare unum quodq; ſicut ſe habet ad eſſe ita quoq; ad veritatem } quaſi dicat, vt entitatem res quæ habet, ac eius eſt particeps, ſic obtinet veritatem, ut ſi entitatem habeant non ſemper, nec veritatem habet ſemper, & ſi entitatem habet ſemper, etiã ueritatem habet ſemper. Non enim interdum ſunt vera, ſi ſemper ſunt. Quanquam id cunctis ſempiternis eſt cõmune. Cum uero ſubdit { neque illis vt ſint, quicquã eſt cauſa, ſed cæteris illa } exceſſum ſempiternorum in veritate voluit ſignificare. quatenus igitur ſemper entia, & horum cauſæ ſempiterna ſunt, eatenus vera ſunt cõmunicato vocabulo ipſis inter ipſa, & cum ipſorum cauſis. Quatenus vero ſunt aliquibus cauſæ, vt vera ſint, eatenus in ſempiternis ipſorum cauſæ ſunt veriores eis, quorum ſunt cauſæ. Sed dices quomodo cauſæ ſempiternorum ſunt priores ipſis ſempiternis. Sempiterna enim omnia ſunt ſimul tempore, Reſpondet Alexander, quòd ſint illæ priores, hæc vero poſterior, non quidem tempore, cum ſint vtraque quidem ſempiterna, ſed natura. quippe cum ſemper cauſa eis ſit natura prior, quorum eſt cauſa. Iterum dices, ſi vnum verum ſit altero vero verius, tunc verum a vero diſtabit. Reſpondet iterum Alexander verum à vero diſtare non eſſe abſurdum. quoniam verum ab eſſe dependet. ergo ſicut eſſe cognoſcibilium eſt varium, ſic quoque verum. eſſe autem cognoſcibilium eſſe varium, patet, cum eorum alia ſint ſcibilia, alia opinabilia. Non enim cuncta entia ſcibilia ſunt. etiam eſt veritas in ſingulis rebus cognitio rei quemadmodum eſſe habet. quare cum entis veritas ſit comes, efficitur vt maxime ens maxime verum exiſtat. quare verum diſtat a vero ſicuti ens ab ente differt.

Quæſtiões. Quærunt cum veritas ſit duplex, altera incomplexa, quæ, vt Alexander inquit, eſt entis comes, vel, vt Iuniores loquuntur, eſt paſſio, ſiue affectio entis, aut, vt topice dixerim, eſt proprium entis prædicatum, altera complexa, quæ eſt propoſitionis ſignificatum: ut illius propoſitionis homo eſt albus, ueritas eſt hominem eſſe album, quod eſt adæquatum ſignificatum eius, & uerum, de qua harum ueritatum, id quod Ariſtoteles ait, eſt intelligendum. Iterum quærunt de quibus principijs loquitur Ariſtoteles, utrum de principijs incomplexis, quæ ſunt eſſendi cauſæ, quales ſunt ſubſtantiæ immateriales, an de principijs complexis, quæ Axiomata dicũntur, ideſt prolo quia, ſiue dignitates: quæ ſunt cognoſcendi cauſæ. Reſpondent hæc, quæ Ariſtoteles inquit poſſe eſſe uera de utraq; ueritate, & de utriſq; generibus principiorum. Ariſtoteles tamen non loquitur niſi de principijs, & ueritate incomplexis. Nam, ut Alexander inquit, Ariſtoteles uult habere metaphyſicam, quæ ſapientia dicitur, eſſe potiſſimam omnium ſcientiarum, quoniam cognitio talium cauſarum uidetur cognitio maxime uerorum. Sed contra hanc Iuniorum reſponſionem ſunt dubitationes, quoniam uidetur omnem ueritatem eſſe incomplexam. Eſt enim propoſitionis cuiuslibet ueritas idem quod illius primarium, & adæquatum ſignificatum: At primarium, & adæquatum ſignificatum propoſitionis categoricæ de præſenti affirmatiuæ, quæ compoſita eſt ex abſolutis terminis, eſt eius ſubiectum: ut illius propoſitionis, homo eſt animal, ſignificatum eſt homo. Nam hominem eſſe animal eſt homo, & Deum eſſe Deum eſt Deus, & ſic de ſingulis huiuſmodi. Hoc etiam probari poteſt, quoniam homo eſt id, quod eſt per ſuam eſſentiam: homo eſt animal per ſuam eſſentiam: Igitur hominem eſſe animal eſt homo. Sed huic occurres, hominem eſſe animal eſt hominem eſſe corpus. Igitur qui cognoſcit hominem eſſe animal, cognoſcit hominem eſſe corpus, uel è conuerſo. negatur conſequentia. Quoniam licet hominem eſſe animal eſſet hominem eſſe corpus, non ſequitur, ut qui cognoſcit hominem eſſe animal, cognoſcat hominem eſſe corpus. Ergo illius propoſitionis, homo eſt animal, veritas eſt incomplexa. Secundo propoſitionis categoricæ affirmatiuæ de præſenti, quæ componitur ex terminis connotatiuis, qui non connotant diſpoſitionem additam, ſignificatum correſpondens eſt ſignificatum ſubiecti, vt illius, Socrates eſt figuratus, ſignificatum eſt Socrates. Eius vero quæ eſt Socrates eſt riſibilis, ſignificatum eſt Socrates. Etiam illius, homo eſt riſibilis, ſignificatum eſt homo. Ergo harum propoſitionum veritas eſt incomplexa. ad hæc propoſitionis categoricæ affirmatiuæ de præſenti, quæ cõponitur ex terminis priuatis ſignificatum, quod huic correſpondet, eſt ſignificatum ſubiecti, vt illius homo eſt cæcus, ſignificatum eſt homo, quoniam hæc homo eſt cæcus, ſignificat hominem eſſe, & hominem non habere viſum, & hominem eſſe aptum ad viuendum. modo hominem eſſe eſt idem, quod homo. & hominem non videre eſt idem quod homo, cui deficit viſus, & hominem eſſe aptum ad viuendum eſt idem, quod homo. ergo veritas huius erit incomplexa. Inſuper ſi propoſitio categorica affirmatiua de præſenti ſit compoſita ex terminis connotatiuis, qui connotant diſpoſitiones additas ſubiectis, tunc tali præpoſitioni correſpondet pro ſignificato diſpoſitio, quæ connotat per illum terminum, vt illius, homo eſt albus, pro ſignificato eſt albedo hominis. nam hominem eſſe album eſt albedo hominis, & ſic eſt albedo. & non ſequitur è contrario, quoniam non conuertitur. non enim albedo eſt hominem eſſe album. ergo veritas huius propoſitionis eſt incomplexa. Quarto ſi propoſitioni negatiuæ nullum ſignificatum correſpondet, eius veritas nec complexa eſt, nec incomplexa, vt illius, chimæra non eſt hircoceruus. At ſi correſpondet, eius ſignificatum eſt illud, quod ſignificat ſubiectum, vt illius, Socrates non eſt equus, ſi non Socrates ſit, eius ſignificatum eſt Socrates. Quare veritas huius erit incomplexa, vel nec complexa, nec incomplexa. Quinto propoſitioni de poſſibili, & de contigenti, aut nullum correſpondet ſignificatum, & ſi correſpondet, illud eſt incomplexum, quare vel illius veritas nec complexa, nec incomplexa erit, aut erit tantum incomplexa. Sexto propoſitionibus de præterito, & de futuro, aut nullum correſpondet ſignificatum, & ſic earum veritas nec complexa eſt, nec incomplexa. aut ſi correſpondit, vel correſpondebit earum veritas erit incomplexa. Septimo, hypotheticis propoſitionibus nulla veritas correſpondet, niſi verum accipiatur pro neceſſario: & falſum pro contingenti. nam conditionalibus nullum correſpondet ſignificatum, niſi ex conditione: diſiunctiuis vero ex diſiunctione. ideo equum habere alas, ſi volauerit, non eſt, nec erit aliquid, ſed ſi eſſet equus in mundo, ſignificatum illius erit equus. ſimiliter illis aut Socrates eſt, aut Socrates non eſt: ſi Socrates ſit, correſpondet Socrates. Si autem Socrates non ſit, nihil correſpondet. ex his, ſi vera ſunt, licet concludere, omnem veritatem eſſe incomplexam, vel aliquam eſſe, quæ nec complexa eſt, nec incomplexa: cuius oppoſitum aſſerunt Iuniores, qui duplicem veritatẽ diſtinxerunt. Animaduerte tamen terminis ſyncategorematicis, q ſunt affectiones cæterorũ terminorũ. ſ. ſubiecti

& prædicati, nullum correspondere significatum præter significatum subiecti vel prædicati. Huic enim propositioni, omnis homo est animal, nullum aliud significatum correspondet præter subiecti significatum. Ideo veritas in talibus non erit, nisi incomplexa, vt dictum est. Hæc positio disputata est in ludicris. nunc vero nolo te ignorare significatum propositionis, uno modo sumi pro eo, quod illi correspondet in rerum natura, & sic semper est subiecti, vel prædicati significatum, vt dictum est: quando videlicet subiectum vel prædicatum est. sed si non fuerint, nullum propositioni correspōdet significatum. Alio modo accipitur pro conceptione, qua concipit intellectus propositionem esse veram, vel falsam. & sic præter operationem intellectus nihil est, sed solum dum est in intellectu: & de hoc sigñato positio non intelligit. ergo recte dixerunt propositionibus correspondere significatum subiecti uel prædicati, capiendo significatum pro eo, quod est in rerum natura. Quantum vero ad id, quod solum est dum intelligitur, significatum est conceptio, quæ non est in rerum natura. Ergo accipiendo veritatem pro ea, quę accipitur a significato, quod est in rerum natura, omnis veritas est incomplexa. quæ vero accipitur a significato, quod solum est in intellectu, veritas aliqua est complexa. ex ijs patet aliquam propositionem esse veram, cui nullum significatum correspondet in re: vt hæc est vera chimęra non est equus, cui nullum significatum correspondet in re. & illa hircoceruus non est homo, & sic de alijs. cum quo tamen stat nullam esse propositionem veram, quin ei correspōdeat aliquid in mente, a quo dicitur vera. nam, vt Alexander inquit, in singulis rebus veritas est cognitio rei quemadmodum sese habet. Si quidem non in ipsis rebus veritas habetur, nisi ut in causa atque significato, sed in cognitione ut in subiecto: a quo dicitur propositio vera. Ex his patet primum, quod de causis tradidit esse, quòd causæ sempiternorum sint maxime entia, & maxime vera.

Que Auer. com. 4. Auerroes supra hac ultima parte dicit primo sic, & est manifestum per se quòd vnumquodq; principiorum in vnoquoq; genere est proprie causa eorum, quæ dicuntur de alijs rebus collocatis in illo genere de dispositionibus, in quibus conueniunt illæ res nomine & definitione, & assignat rationem & dicit cum principia in vnoquoq; genere sint causæ esse eorum generum, et causæ omnium, quæ dicuntur illorum generum secundum quod sunt in illis generibus, Tunc ex his concludit, & cum ita sit, manifestum est quòd primū in quolibet genere magis est dignum habere hoc nomen esse, & eius definitionē quàm ea, quorum est causa secundum illud genus, & omnium definitionum, & intentionum, quæ sunt in omnibus rebus, quæ sunt in illo genere prout sunt in illo genere. Ergo quando causa fuerit vniuoca, erit magis talis per uniuocationes nominis, & rationis. quando uero fuerit æquiuoca, erit magis talis per quendam excessum alterius rationis: vt Sol per excessum virtutis erit cæteris calidior quibus est causa, vt sint calida. Ignis vero per excessum caloris. Secundo Auerroes colligit omnia entia non acquirere esse, & veritatem, nisi ab ista causa, quæ est sempiternorum causa: videlicet ab ipso Deo, sed quoniam de re hac disputaui in dilucidario, ideo nunc omittamus. Nobis autem ad præsens satis sit accepisse & ab Alexandro, & ab Auerroe, & cæteris expositoribus Deum esse causam vniuersalem omnium rerum. s. & sempiternorum, & cæterorum, quæ sub sempiternis corporibus continentur.

TEX. 5. At uero constat principium quoddam esse, & neque profectione recta, neque specie, infinitas rerum causas esse.

Cum de principijs assignasset vnum, nunc affert secundum videlicet quòd sit aliquod principium simpliciter primum. Expositor vero Aristotelem asserit remouere quoddam, per quod præcedens probatio posset infringi, quæ pcedebat ex suppositione illa videlicet quod philosophia prima contempletur causas primas, hoc autem tolleretur, si causæ in infinitum procederent, tunc enim non essent aliquæ primæ causæ, ergo hoc suppositum probare intendit. Illud autem, quod mihi difficultatem facit, est quòd Aristoteles talem rationem non fecerit, ideo hoc, quod dicit Expositor, esse suppositum non video, quomodo sit suppositum. Alexander vero postquam epilogauit ea omnia, quæ Aristoteles pertractauit, asserit Aristotelem velle hinc ostendere ex necessitate, ac prædictis esse causas, & principia, ac in ipsis principium esse quoddam, quod quidem est prima causa. nec repeti ab infinito causis. Ego vero, ut dixi, cum Aristoteles de causis vnum enunciasset, nunc eum enarrare secundum dico, quòd sit videlicet principium aliquod simpliciter primum. & hoc proponit { at vero constat principium quoddam esse } & hoc tanquam notum ad sensum accipit, quia ad sensum patet principiatū esse { & } constat per dicenda { neque profectione recta, neque specie infinitas rerum causas esse } ergo vnum accipit quòd principium sit, alterum probat videlicet quòd non procedatur in causis in infinitum: & sic sequetur, vt sit aliquod primū principium, quod est omnium rerum causa. dixit { neque profectione recta } hoc est, vt Alexander exponit, neque in eodem genere causæ { neque specie } idest neque in diuersis generibus causarum. Probabit enim neque in eodē genere causæ esse processum in infinitū, neque causas esse specie infinitas: ita, vt sint infinitæ species causarum. Auerroes autem non intelligens hæc, exponit per rectitudinem, vt causæ sint simul quasi in vna linea recta, & secundum speciem, intelligit secundum successionem, quæ fit in eadem specie: ut cum causæ fuerint altera post alteram, veluti cum secunda successerit, prior corrumpatur. Aut per rectitudinem intelligit ea, quæ sunt eiusdem speciei, veluti cum homo fuerit ab homine, & sic in infinitum. & per speciem intelligit secundum idem genus causæ, quæ expositiones sunt contra exempla Aristotelis, quæ sequentur, & contra Alexandrum. tu vero pete rem hanc a dilucidario.

Fieri enim non potest, ut aut in materia cum hoc ex hoc oritur, abeatur in infinitum, ut caro quidem ex terra, terra autem ex aere, aer uero ex igne fiat, & huius nullus sit finis.

Nunc exponit per exempla quid ipse velit per profectionem rectam, & primo in genere causæ materialis, & dicit { Fieri enim non potest vt aut in materia, cum hoc ex hoc oritur, abeatur in infinitum: ut caro quidem fiat ex terra, terra autem ex aere, aer vero ex igne, & huius } scilicet pcessus { nullus sit finis. vsus est autem exemplo falso, quod est secundum opiniones veterum philosophorum. quoniā exemplorum non requiritur veritas, sed manifestatio. aut exemplum est ex hypothesi, uidelicet si terra esset carnis materia, terræ aer, aeris ignis, ignis aliquid aliud, & hoc in infinitum, vt legit Alexander.

Aut in eo, unde est principium motus, ut homo quidem ab aere, aer autem a Sole, Sol uero a discordia moueatur, & huius nullus sit exitus.

Nunc affert exemplum in genere causæ efficientis, & dicit { aut in eo } scilicet genere causæ non potest procedi in infinitum, quod dicitur { vnde est principium motus } id est causa effectrix { vt homo quidē } idest vt si homo qui-

dem



dem ab aere } scilicet supercalefacto in æstate { moueatᷓ } scilicet ad deponendum vestes, vel ad febres, aut ad quærenda loca frigida { aer autem a sole } scilicet calefaciente aerem { Sol vero a discordia moueatur } quæ secundum Empedoclem est de primis causis agentibus { et huius } .s. progressus { nullus sit exitus. }

Simili modo neque in eo, gratia cuius cætera sunt, atque fiunt in infinitum perfectio esse potest, ut ambulatio quidem sanitatis, hæc autem felicitatis, felicitas uero alterius sit itidem gratia, atque hoc pacto aliud semper.

Nunc assignat exemplum in genere causę finalis, & dicit { Simili modo neq; in eo } .s. genere causæ { perfectio in infinitū esse potest } quod dicitur { gratia cuius cætera sunt atq; fiunt } .i. quod dicit genus causæ finalis { vt } si { ambulatio quidē } sit gratia { sanitatis } ambulamus enim sæpius, vt seruemus sanitatem { hæc autem } .s. sanitas sit gratia { felicitatis. Felicitas uero alterius sit itidem gratia, atque hoc pacto aliud semper } .s. in infinitum.

Eodem modo nec in ratione in infinitum abitio esse potest.

Vltimo idem assignat in genere causæ formalis, & dicit { Eodem modo nec in ratione } .i. nec in genere causæ formalis, quod ipse appellat τι ἦν εἶναι. i. quod qd erat esse, siue quiditas { in infinitum abitio esse potest } prætermisit exemplum in hoc genere causæ, quia, vt Expositor inquit, primo posteriorum expositum est non procedi in infinitum in prędicatis per se, nam animal de homine prędicatur, de animali autem vnum, & sic in infinitū Alexander tamen affert exēplum, vt si animalis forma sit anima, aīæ rursus aliud quicquam, vt mens, iterum mentis aliud, & sic in infinitum. Hęc sunt exempla causarum infinitarum in rectum. Specie vero causæ infinitæ dicerentur, si non essent causarum genera quatuor, aut alio determinato numero, ut ipse demōstrauit, sed infinito, vt illis placebat, qui ponebant in principijs infinita figurarum discrimina. Neutro tamē modo causas infinitas esse posse docet, & primum in rectum. Sed dices, rectitudo causarum infinita videtur esse tenenda, si ad tempus referatur. nam secundū Peripateticos semper eius, quod factum est, ex aliquo, causam contingit accipere in infinitum. Veluti cum filius ex patre, & pater ex alio, & sic in infinitum generetur. Sic enim procedere in infinitum secundum Peripateticos, necesse est, cum apud eos tempus, & mundus sit infinitus, ac sempiternus. nam huiusmodi acceptio non causarum, sed temporis infinitatem ostendit. sed tunc causarum infinitas demōstraretur, si causa alia ante aliam specie diuersa in infinitum sumeretur. Nam generationis, quæ tempore infinito nunquam interimitur, eædem esse causæ demonstrarentur.

TEX. 6. In his nanque medijs, extra quæ ultimum est, atque prius, necesse est id, quod est prius, eorum, quæ sunt post ipsum, causam esse. Si enim dicere nobis fuerit opus, quid ex tribus est causa, primum dicemus. Non enim utique ipsum ultimum dicemus, quippe cum nullius ultimum ipsum causa sit. At neque medium. est enim unius causa. Nihil enim interest unum, an plura sint media: & finita, an infinita. Infinitorum uero hoc pacto, infinitiq; omnino partes omnes usque ad hoc præsens similiter media sunt. quare si nihil sit primum, causa omnino nulla est.

Probat nunc Aristoteles quod proposuit uidelicet quòd rerum causæ perfectione recta non sint infinitæ. Verū Expositor vult Aristotelem primo probare hoc in causis efficientibus. Alexander vero cui processus Aristotelis est consonus, vult Aristotelem probare demonstratione vniuersali ad omnes causas perfectione recta causas non esse infinitas: Sumit ergo Aristotelem in omnibus causam posteriorum esse primum. cui si addideramus, in infinitis nō esse primum, concludetur in secunda figura, in infinitis non esse causam. Hoc autem est contra positionem, quæ est quòd causæ sint infinitæ perfectione recta. Vbi enim non est causa, neque finitæ, neque infinitæ erunt causæ. & sic syllogismus ducit contra positionem id, quod est absurdum. Aristoteles ergo primo sumit & disputat maiorem, deinde ibi { infinitorum vero } tangit minorem. Vltimo tangit conclusionem ibi { quare si nihil } de prima parte dicit { in his nanque medijs extra quæ vltimum est atque prius, necesse est id quod est prius eorum, quæ sunt post ipsum, causam esse } quasi dicat in omnibus medijs scilicet & posterioribus causa posteriorum & mediorum est primum: Quæ fuit maior. hanc maiorem probat explicās rationem in tribus. quasi dicat propositis ergo tribus, quorum alterum sit primum, alterum vltimum, tertium medium { si enim dicere nobis fuerit opus, quid ex tribus } scilicet illis datis { est causa, primū dicemus } & probat dicens { non enim ipsum vltimum dicemus } scilicet causam esse cæterorum { quippe cum nullius vltimum ipsum causa sit } cum nihil sit ipso posterius { At neque medium } subaudi causa est cæterorum { Est enim vnius causa } tantū scilicet vltimi. nos autem quærimus ex tribus propositis, quod est cæterorum causa. ergo dubium non est, quin primum causa sit posteriorum. Sed dices, ratio hæc est explicata in tribus. At medium non semper est vnum, licet extrema semper sint duo. quare non recte in tribus ratio est explicata, quasi respondet dicit { nihil enim interest vnum, an plura sint media } quantum ad demonstrationem conficiendam { & finita, an infinita } cum eadem sit in cūctis ratio. Nam quotuis sumerenť, semper primum erit proprie cæterorū cā, non mediū aliquod, aut extremū non. n. extremū, quoniā nullius oīno causa est: non medium, quoniam hoc altero indiget ad existendū, hoc est se antecedente: quod si nō fuerit, ne ipsum quidem erit. ex his habetur hæc maior, in omnibus posterioribus & medijs, causa posteriorum est primum: cæterum hoc in loco primum & vltimum non tempore, vt Alexander inquit, sed formali causarum discrimine intelligi debet. deinde volens tangere minorem, videlicet quòd in infinitis non sit primū, præmittit loco eius quasi illius probationem, quòd videlicet omnes partes infiniti sint media, & sic vult habere quòd in infinitis non sit primum, quæ fuit minor: & dicit { infinitorum vero hoc pacto } scilicet quæ recta perfectione sunt infinita { infinitiq; omnino partes omnes } .i. infinitæque magnitudinis omnino partes omnes, idest sed partes tam infinitorum omnes, quæ recta perfectione sunt infinita, quàm magnitudinis { vsque ad hoc præsens media sunt } & nullum primum. vt sit minor, sed in ipsis infinitis quouis modo non est primum. cum omnino sint media, & nullum primum { vsque ad hoc præsens } dixit. i. vsque ad præsens nostrum tempus, à quo causarum inquisitionem exordimur. & quanto magis in futurum semper partes infinitæ erunt mediæ, & nulla prima. tunc simul replicans minorem, infert conclusionem, & dicit { quare } si in cunctis infinitis quouis modo { nihil sit primum } quæ est minor, cum omnia sint media { causa } in eis { omnino nulla est } quę est cōclusio. est igiť syllogismus, in oībus posterioribus et medijs cā posteriorꝝ est primū: in infinitis quouis mō sumetis nō est primū: igiť in īfinitis quouis modo

sumptis non est causa.s.nec una, nec plures, nec finitæ, nec infinitæ,quod est contra concessum ab aduersarijs.dixi quouis modo infinitum,quoniam quouis modo sumatur infinitum, eius partes sunt mediæ, & nulla prima, vt siquid esset magnitudine aut specie, aut tempore infinitum, omnes eius partes sunt mediæ.et nulla prima.nam omnium actu infinitorum quæcunq; pars accipiatur, media est. quia si non est media.est igitur extrema. At quod extremum habet,nō est infinitum,& fortasse dixit { usq; ad hoc presens } quoniam si à præsenti momento causas sumamus,quæcunq; sumpserimus,media sunt, si repetitio in infinitum progrediatur,vt ponitur. Sed huic occurres, quia videtur in ratione petitio principij,quoniam supponit omnes causas esse medias, si essent infinitæ,& sic supponit primum & vltimum. Iuniores euadunt, quoniam volunt Aristotelem supponere omnes causas esse medias per abnegationem primę,& vltimę:quo in modo ratio non petit principium. Sed facile dicamus syllogismum Aristotelis non esse eum,quem iuniores fingunt. nam in eo fortasse committitur petitio eius, quod est in principio. Sed syllogismus est, In omnibus rebus causa est primū,hanc probauit Aristoteles,quia tribus positis,neq; medium,neq; vltimum est causa cæterorum. Sed primum & sic vult habere maiorem minor vero est,sed in infinitis quouis modo sumptis vt expositum est,non est primū alioquin non esset infinitum aliquod eorum,igitur in infinitis quouis modo sumptis non est causa.s.nec vna,nec plures, nec finitæ,nec infinitæ. quod est contra concessum ab aduersarijs, minorem probauit,quoniam in infinito quouis modo sumpto quicquid accipitur,est medium.i.neque est primum,neque vltimum.hoc pacto struendo syllogismum,non video quonam modo sit petitio principij in eo. Animaduerte tamen,vt in dilucidario tetigimus,in eodē genere causæ processum in infinitum posse vno modo intelligi in causis eiusdem generis essentialiter ordinatis,aut in causis eiusdem generis accidentaliter ordinatis. rursus in causis eiusdem generis accidentaliter ordinatis,vno modo intelliguntur, vt sint causæ infinitæ accidentaliter ordinatæ simul ac permanenter,alio modo successiuæ, vt diximus de mente Alexandri

Com. 6. Enarratione nona.

superius: & ab Auerroe.dixit Alexāder superius sic,rectitudo causarum infinita non ita est nobis redarguenda,vt infinitatem secundum tempus sumamus,& ad hunc modum eius,quod factum est ex aliquo,causam accipiamus sic.progressum in infinitum procedere necesse est,cum sic tempus sit infinitum & mundus sempiternus. Nam huiusmodi acceptio non causarum, sed temporis infinitatem ostendit ergo in causis eiusdem generis accidentaliter ordinatis procedere in infinitum secundum tempus.i.secundum successionem concedunt Peripatetici,supponēdo mundū & tempus eternum: processum vero in infinitum in eodem genere causæ in accidentaliter ordinatis permanenter,negarent,quoniam vt deducit tertio physicæ auscultationis,tunc daretur infinitum in actu: quod occuparet omnem locum verū & imaginarium.hic vero Aristoteles loquitur in eodē genere causæ,& in causis illius generis essentialiter ordinatis,qualis essentialis ordo est inter hominē,& Solem,& Deum: & alias causas infinitas,si darentur.sic enim Alexander hanc conclusionem exponit,sic & Auerroes, & Expositor,& cæteri Iuniores.hæc de dilucidatione conclusionis. De dilucidatione vero syllogismi,quo vtitur Aristoteles, in dilucidario diximus syllogismum Aristotelis esse ex suppositione.quoniam Aristoteles,ut diximus,supponit esse primū efficiens,deinde probat sub hoc primo non posse esse causas effectrices infinitas essentialiter ordinatas,atq; eiusdem generis & hoc pacto ratio hæc erit ex suppositione,quā accepit à philosopho naturali in octauo physicæ auscultationis unde componebā rationem sic,in quocunq; genere causæ est prima, non possunt sub ea esse causæ infinitæ.aliter enim illæ non essent ab illo primo per se,sed tantū per accidens.sed in genere causæ efficientis est prima:ergo non possunt sub illa esse causæ infinitæ.hoc modo exposui olim.nunc vero diligentius considerando,videtur mihi syllogismum Aristotelis esse vniuersalem,ut Alexander dixit,ad quodlibet genus causæ.secundo videtur syllogismum esse absolutum, & non ex suppositiōe.syllogizat enim sic, in omnibus rebus causa est primū: in infinitis quouis modo non est:primū igitur in infinitis quouis modo non est causa.& constat Aristotelem posuisse maiorem,minorem,& conclusionem: & nihil supposuisse,nec petijsse quod est in principio. Auerroes autem putans hanc demōstrationem esse positam in libro physicorum enititur assignare aliquam differentiam,& dicit,& consideratio vniuersalis in oībus causis,quatenus sunt causę, est huius scientiæ,& Aristoteles quamuis utatur his demonstrationibus scientiæ naturalis,tamen inducit eas vniuersalius. quoniam quanto fuerit demonstratio vniuersalior, tanto erit huic sciētiæ accommodatior.& Aristoteles obseruat se in hac intentione.s.inducendo demonstrationes vniuersales alio modo quàm in scientia naturali,& hęc est causa,quare recapitulat eas in hac scientia. Quæ additio vana est,quoniam demonstratio,quā Aristoteles fecit in præsenti loco,in naturali philosophia nullibi est explicata: ut patet consideranti.

Q ue Aue co. 6.

TEX. 7.

**At uero neq; ad infera, si supera principium habent, in infinitum progresio esse potest: ut ex igne quidem aqua, ex hac autem terra, & sic semper aliud quid genus fiat.**

Expositor arbitratur,postquam Aristoteles probauit nō esse procedendum in infinitum in causis efficientibus, nunc probare non esse procedendum in infinitum in causis materialibus: venit autem Expositor ad hanc expositionē propter exemplum,quod est in causis materialibus. Et pro verborum expositione præmittit patiens subijci agenti, & propterea,vt inquit procedere in agentibus est ire sursum.Procedere vero in patientibus est ire deorsum:& quia agere attribuitur causæ mouenti, pati vero materiæ, fit vt processus causarum mouentium sit sursum.Processus uero causarum materialiū sit deorsum. quia ergo demonstrauerat non esse infinitum processum in causis mouētibus,quasi sursum proficiscendo,nunc dicit { At vero neq; ad infera } .i.in causis materialibus { infinitū progressio esse potest, si supera } idest si causæ efficientes { principium habent } vt proximo textu probatum est.& affert exemplum in causis materialibus ſm opinionem antiquorum naturalium, qui posuerunt principium materiale esse vnum quatuor elementorum: & dicit { vt ex igne quidem aqua,ex hac autê terra,& sic semper aliud quid genus fiat } Secundum hanc ergo expositionem Aristoteles vult probare statū in causis materialibus, postquam probatus est status in causis mouentibus & hoc primo modo Auerroes quoq; exponit in commento. Exponit Expositor etiam aliter intelligendo in causis mouentibus effectus vltimos esse notos ad sensum. Ideo in talibus mouentibus non quæritur,si procedatur in infinitum deorsum ſm illud genus. Sed si procedatur sursum. Sed in genere causarum materialium econuerso supponitur vnum primū, quod sit pedamentum cæterorum,& dubitatur utrū in infinitum procedatur deorsum ſm processum eorum, quæ generantur ex materia,cui expositioni consonat exemplū.Non enim dicit,vt ignis ex aqua,& hoc ex alio, sed econuerso ex igne aqua, & ex hoc aliud. vnde supponitur prima materia,& quæritur sit ne processus infinitus in posterioribus materijs. & sic ſm hanc expositionem Aristoteles nūc probat statum in materijs posterioribus,prima ipsa materia præsupposita. Et utraq; expositio dubio procul stare potest. Alexander tamen postquam ostendit inquit progressionē causarum in rectum sursum infinitam esse non posse,sed necessario si qua omnino est causa,aliquod primum est ac principium,sic nunc vicissim demonstrat, ne deorsum quidē re-

cta



cta profectione in infinitum causas ire posse,si principiū causarū,& aliqua prima causa sit: & sicuti prima ratio est vniuersalis ad quodlibet genus causæ, sic hæc demōstratio est ad quodlibet genus causæ. quoniam sicuti prima ratio probauit statum supposita vltima causa: sic hæc demonstratio probat statum supposita prima causa: quod exemplo a materia sumpto docet: nam licet exemplum sit in genere causę materiatis, tamen vtitur eo pro exemplo in quocūq; genere causæ. vnde dicit { at vero neq; ad infera } .i.in posterioribus causis { in infinitum progressio esse potest, si supera principium habent } .i.si in prioribus sit deuenire ad primā, ecce quomodo loquitur generatim in quolibet genere causæ. ponit tamen pro exemplo in omnibus generibus causarum exemplum solum in genere causæ materialis: & dicit { vt ex igne quidem aqua, ex hac autem terra,& sic semper aliud quid genus fiat } vbi supponit ignem esse primā causam, & accipit genus pro specie.

**Dupliciter enim hoc ex hoc fit, non ut hoc post hoc fieri dicitur,velut ex isthmijs dicuntur olympia fieri. Sed ut aut uir ex puero mutationem subeunte fieri dicitur, aut ex aqua aer.**

Vt Expositor ait,Aristoteles nunc vult probare propositum,& anteq; id prosequatur, & prædistinguit duos modos,quibus dicitur aliquid fieri ex aliquo. Alexander autem Aristotelem asserit hanc distinctionem præmisisse,quia dictio,qua propositum demōstrat, non caret difficultate,quā breuiter explicare tentas fieri,ac factū esse aliquid ex aliquo dupliciter dici sumit,et tu intelligas proprie,ac per se quoniā improprie aliquid dici potest fieri ex aliquo quoties fit post illud & dicit { Dupliciter enim hoc ex hoc fit } .s.per se,ac proprie { non } .s.improprie { vt hoc post hoc fieri dicit̄ } potest enim improprie aliquid dici fieri ex aliquo,quoties fit post illud { velut ex isthmijs dicunt̄ olympia fieri } .i.post isthmia fiunt olympia: vel è conuerso. olympia & isthmia festa siue grecorum ludi sunt,quorum alter post alterum fit. causa quare non proprie in his dicitur alterum fieri ex altero assignatur ab Expositore,quoniā fieri est quoddam mutari.in mutatione aut non solum requiritur ordo duorum terminorum,sed etiam subiectum idem vtriusq;.quod nō contingit in his,sed id dicimus quatenus imaginamur tēpus esse vt subiectum diuersorum festorum.sed proprie dicitur aliquid fieri ex aliquo quoties aliquod vnum subiēctum mutatur de hoc in illud. Alexander autem ait Aristotelē inter modos,quibus aliquid dicitur fieri ex alio omisisse eū,qui poterat ex dictione significari, quæ ait hoc ex hoc,illā.s.quo hoc ex hoc.i.hoc potest hoc explicamus. quoniam cum aliqua ad hunc modum fiunt,quo fieri dicitur hoc ex hoc,quasi alterum ex altero velut ex causa fit.huiusmodi ergo significatum omisit, quia sermo de causis, & ijs, quæ fiunt ex causis ab ipso susceptus est.hæc enim ordinem tantū quendā temporis significant,cum horum non trāseat alterum in alterū, nec conferat quicquam ad alterius generationem. Hæc ergo est causa,quare hūc Aristoteles pretermiserit. Propterea subdit modos dicens { sed vt aut vir ex puero mutationem subeūte fieri dicitur,aut ex aqua aer } ex puero enim fit vir, quatenus puer mutatur de statu puerili imperfecto, in statū virilem perfectum.& hæc mutatio dicitur generatio per accretionem: quin etiam ex addiscente doctus,quæ uocat̄ alteratio,& ex non intelligente intelligens, quæ mutatio ꝑ formam est, est enim perfectio. In hoc quoq; genere fit auroræ in diem mutatio. Aurora enim perficitur in diem progrediendo,& propriam speciem seu formam assumit. itaq; huiusmodi generationem fieri dicit ex eo, quod efficitur. quoniam est quædam ex iam facto quodq; aliquid esse in perfectionem progressio { aut ex aqua aer } & hæc generatio ex eo mutatio est,quod nondum est. nam quod ita fit, nō iam factum,aut præexistens fit,atq; perficitur,sed est ex ipsa generatione,cum ante non fuerit. Neq; enim generatio, quæ proprie intelligitur, est mutatio ex non esse omnino in esse, cum fiat ex īteritu eius,qđ præfuerat. Aer enim fit ex aqua: non quod aqua fiat aer,sed quia aer fit ex interitu aquæ. In hos itaq; duos modos diuisum esse reperit,quod ex aliquo in aliquid mutatur,quodq; fit, vt ex aliqua cā & subiecto.

**Ex puero igitur uirum fieri dicimus, ut ex eo, quod fit,id quod factū est,aut ex eo, quod perficitur id,quod est perfectum. Vt enim inter esse, atq; non esse medium est generatio, sic & inter id,quod est,atq; id,quod nō est,id,quod fit, medium semper est. Vnde qui discit,fit sciens, & id quod est,quod dicitur,ex addiscente fieri, scientem. ex aere uero fit aqua altero subeunte corruptionem.**

Cum dixisset aliquid fieri ex aliquo dupliciter, nunc assignat differentiam inter membra,asserens id, quod fit, vt ex puero, dici fieri modo,quo perfectum,& factum fit ex imperfecto,& eo,quod est medium in fieri. Id vero quod fit, vt ex aere,dicitur fieri vt ex eo,quod corrumpitur,dicit { ex puero igitur virum fieri dicimus,vt } .i.modo, quo { id,qđ factum est,fit ex eo,quod fit } .i.ex eo, quod est medium in fieri { aut } modo,quo { id,quod id,quod est perfectum,fit ex eo,quod perficitur } .i.ex medio,quod est inter perfectū & imperfectum.nec hæc,vt Alexander inquit,posuit,ut diuersa,sed,vt alterum sit alterius expositio.& cum dixisset talia fieri vt ex eo,quod efficitur,docet quid sit,quod efficitur, asserens id,quod efficitur,esse semper medium inter esse,& non esse,& dicit { vt enim inter esse,atq; non esse medium est generatio,sic & inter id,quod est } .s.in sua vltima perfectione { & id quod non est } .i.omnino remotum à sua perfectione { id quod fit } .i.id,quod est in fieri { medium semper est } deinde quasi afferēs alia exempla, dicit { vnde qui discit,fit sciens,& id quod est,quod dicit̄ ex addiscēte fieri } subaudi dicimus esse { scientem } patet igitur primus modus, quo aliquid ex aliquo fieri dicitur,est enim quo aliquid dicitur fieri ex aliquo,vt ex medio. Secundus vero, quo aliquid dicitur fieri ex aliquo,ut ex subiecto: cui inest priuatio, vel interitus eius,quod fit.

**Quapropter in illis quidem non fit reflexio, neque fit ex uiro puer. non enim ex generatione fit id,quod fit,sed est post generationem. sic enim ex aurora fit dies, quia post illam. iccirco neque ex die fit aurora. At in his reflexio fit.**

Hic assignat secūdam differentiam,& est talis, ꝙ in illis, quæ fiunt primo modo,non est reflexio. nam licet ex puero fiat vir,non tamen ex viro fit puer. In his uero, quæ fiūt secundo modo,est reflexio. nam ex aqua aer fit, & econuerso. Sequitur autem hæc differētia ex prima, quoniam quod fit ex aliquo primo modo,fit ex illo tāquam ex imperfecto. modo ex imperfecto fieri potest perfectum,non tamen ecōuerso,ex perfecto imperfectū. At quod fit ex aliquo secundo modo,fit ex illo vt ex corrupto. modo ex aqua corrupta potest fieri aer,& econuerso ex aere corrupto aqua: quoniā generato et corrupto est unum commune subiectum,quod potest illa vicissim suscipere. uerba autem Aristotelis non sunt clara:dicit autē sic { quapropter quia } .s.ex prima differentia sequitur secunda { in illis quidem } .s.quæ fiunt primo modo { non fit reflexio,neq; } vt exemplo vtar { fit ex viro puer } licet ex puero fiat vir.& assignat causam,& dicit { non enim id,quod fit } .s.primo modo { ex generatione fit } .i.per generationem simpliciter, cui nihil præsupponitur rei,quæ fit,nisi materia,& subiectum commune. Non

enim id, quod fit primo modo, p generationem simpliciter fit, modo quo fit aqua ex aere, quibus commune subiectum tantū supponitur { sed } illud ex quo fit aliquid primo modo { est post generationem } est enim puer, ex quo fit vir, post generationem. nam puer aliquid genitū est, deinde hoc exponit exemplo clariore, & dicit { sic .n. ex aurora fit dies } quia dies nō fit ex aurora tanquam aurora nihil sit diei, cum aurora sit dies imperfectus { quia post illam } .i. quia post generationem auroræ, quæ paruus dies est, dies fit { iccirco neq; ex die fit aurora } quoniam ex perfecto non fit imperfectum. tunc tangit aliud membrum, & dicit { at in his } .s. quæ fiunt secundo modo { reflexio fit } vt aer ex aqua, & ē conuerso, quoniā his subiectum cōmune est, quod uice versa recipit vtrunq; nec alterum alterius est finis quo vero ad verba attinet, verbum post, non accipit hic Aristoteles, vt dicit ordinem temporis tantum, veluti cū dicimus olympia fieri post isthmia, & ē conuerso. sed, vt notat genitum esse. nam vir, qui fit ex puero, fit ex aliquo: quod generatum est, licet nō perfectè. nā, vt Alexander inqt, quod fit hoc pacto, non fit ex alterius interitu, ipsaq; gñatione, sed ex aliquo iam facto: quod per generationem est. ex infante enim fit puer, tanquam ex eo, qui iam est infans, deīde ex puero fit vir etiā tanquam ex eo, qui iam est puer. At aer fit ex aqua non tan quā ex eo, quod iam est aqua sed tāquam ex corrupto. nam ex interitu aquæ aer fit.

Neutro autem modo in infinitum abitio esse potest. Etenim illorum quidem, cum sint media, finem esse necesse est. Hæc uero reflectuntur. Alterius enim corruptio alterius est gñatio.

His differentijs expositis, nunc probat intentum .s. vniuersali ratione ad omnia genera causarum, & primo proponit intentum, & dicit { Neutro autem modo in infinitum abitio esse potest } & primo probat non esse abitionem in infinitum in ijs, quæ fiunt primo modo, videlicet modo quo ex infante puer, & ex puero vir fit. quia non est procedere in infinitum ex infante in puerum, ex puero in iuuenem, ex iuuene in virum, & sic in infinitū. probatur & syllogismus est, ea quæ fiunt ex ijs, quæ fiunt, vt ex medijs, tandem finē habent in extremum. Hæc fuit declarata ex differentijs inter primum, & secundum modum. Quæ fiunt primo modo videlicet, vt ex infante puer, & ex puero vir, fiunt ut ex medijs: igitur tandem in his est deuenire ad extremum. Minor etiam est declarata in differentijs eorum. dicit { etenim illorum quidem } .s. quæ ex medijs fiunt, quæ media ex generatione sunt entia, ut ea quæ fiunt proficiendo { cū sint media } .s. ex quibus fiunt { finē esse necesse est } vel sic { etenim illorum quidem } mediorum .s. { cum sint media, finē esse necesse est } & vtraq; expositio est Alexandri. Est ergo maior. omnia, quæ fiunt ex aliquibus, tanquam ex medijs in finem, finem habent. Cui adde minorem, sed quæ fiunt primo modo, fiunt ex aliquibus tanquam ex medijs in finē: Ergo quæ fiunt primo modo, habent finē. Hæc ratio patet ex differentijs assignatis. Deinde probat secundam partē, sic, quæ reflectuntur, in generatione habent finem. Non enim posset esse reflexio ab vno extremo in alterum, & econuerso, nisi intercapedo inter extrema esset finita. Sed quæ generantur secundo modo, reflectuntur in generatione, vt ex differentijs patet: Igitur quæ generantur secundo modo, habent finem. dicit { hæc uero } .s. quæ secundo modo generantur { reflectuntur } .s. in generatione, hæc est minor, cuius probationē subdit { alterius enim corruptio alterius est generatio } quod in auditu physico demonstratum est. Igitur hæc etiam finem habent.

Simul insuper fieri nequit, ut ipsum primum, cum perpetuum sit, corrūpatur. Cum enim generatio nō in infinitum sursum proficiscaẽ, id ex quo corrupto primo aliquid ortum est, perpetuum non esse necesse est.

Expositor vult Aristotelem ostendere quo predictorum modorum ex prima materia aliquid fiat, & asserit eum velle ex prima materia nō fieri aliquid per modum secundū, quo ex aqua corrupta fit aer: sed per modum primum, quo ex puero fit vir, vt ex medio. pro deductione huius Aristotelē vti duabus suppositionibus asserit, in quibus omnes philosophi naturales conuenerunt, quarum prima est, ut sit aliqđ primum principium materiale, ita, vt in generationibus naturalibus rerum nequeat sursum procedi in infinitum. Secūda vero, vt sit ipsa prima materia sempiterna. ex hac igitur secunda suppositione, ut inquit, statim concludit ex prima ipsa materia non fieri aliquid secundo modo videlicet, vt ex aere corrupto fit aqua, & dicit { Simul insuper } cum ijs .s. quæ superius dicta sunt { fieri nequit, ut ipsum primū } .s. materiale principium { corrumpatur } & sic non potest ex primo materiali prīcipio aliquid fieri, vt ex aere corrupto fit aqua. quia illud, quod est sempiternum, non potest corrumpi. Sed dices primum principium materiale non poni a philosophis vnum numero sempiternum, sed successione, quēadmodum si poneretur humanum genus sempiternum successione. Cōtra obijcit ex prima suppositione, & dicit { cū enim generatio non in infinitum sursum proficiscatur, id ex quo corrupto primo aliquid ortum est, perpetuum non esse necesse est } & sic semper erit dare aliud prius, & sic in infinitum: quod est contra primam suppositionem, quæ est, vt sit aliquod principium primum materiale, ita vt in generationibus rerum non procedatur in infinitum ex parte superiore .s. ex qua generatio fit. Quæ expositio iuxta ea, quæ a principio exposuit Expositor, est consona suis dictis. nam vult habere, vt ipse putat, ex primo materiali principio nihil fieri secundum modum, quo ex aqua corrupta aer fit. sed bene secundum modum, quo ex puero vir fit, quoniam omne, quod fit ex primo materiali principio, fit tan quam ex quodam medio potentia existente, quod est medium inter purum non ens, & purum ens. Alexander uero, cui non parum tribuendum est, asserit postquam Aristoteles ostenderit generatim primum ꝙ causæ infinitę sursum esse non possint, deinde ꝙ nec deorsum, nūc eum uelle idem de singulis causis priuatim demonstrare, & in primis de causa materiali: & asserit ad hoc ostendendum supponere primum subiectum sempiternū esse. nam si natū fuisset, aliquid sane ipsum præcederet, ex quo fuisset genitū, ac proinde ipsum non esset primum. cum ergo nullum subiectum sit eo prius, efficitur, ut primum subiectum sempiternum, & ingenitum sit. ex hoc sequitur, vt id, ex quo intercedente aliquid efficitur, non sit primum subiectum. nam quod intercidit, id profecto nō est sempiternuum, primū autem subiectum est sempiternum, non igitur materia intercidit sed eadem prima manet. vnde dicit { simul insuper } cum ijs, quę dicta sunt { fieri nequit, vt ipsum primū } .s. materale principium { cum perpetuū sit corrumpatur } & sic nihil fit ex ipsa prima materia modo, quo ex aqua corrupta fit aer. Et Alexander addit, per se, quoniam ex accidēti ex materia corrupta aliquid fit. materia enim ex accidenti perit. quoniā priuatio, quę ipsi accidit in generatione eorum, quæ ex materia fiunt, aboletur. Hæc enim est, quæ per se interit, per se uero materia immortalis est. at si aliud ex alia in infinitum fieret, nec eadem in cunctis generatis maneret, ipsa per se interiret. hæc de prima parte textus. Secundam vero Alexander vno modo legit affirmatiue sic, Quòd autē sequitur, ut corrumpaẽ, si aliud ex alio in infinitū fieret, probat, et dicit { Cū enim generatio in infinitū sursum proficiscatur ita } vt aliud alij materia fiat semper { id ex quo corrupto primo aliquid ortum est, perpetuum non esse necesse est } quod est cōtra suppositionē. Hoc pacto affirmatiue legendo, nulla est diffi-

cultas



cultas in verbis Aristotelis. & habebitur nihil fieri ex prima materia tanquam ex corrupto, nisi per accidens, vt dictum est. Qua ratione, fit, vt hæc ratio apud Alexandrum sit ex hypothesi, nam si materia ipsa intereunte fieret generatio rei posterioris, neq; motus esset sempiternus, neq; ipsa iā esset prima, & sempiterna, quæ prima cūctis subijcitur. ergo causa materialis non procedit in infinitū sursum. hæc enim breuissime ab ipso dicta sunt. fortasse textus iste potest legi facilius, ita vt primo ponat conclusionem simul cum breui ratione, & dicat { simul insuper } cum ijs, quæ dicta sunt generatim ꝙ non sit processus in infinitū in causis neq; sursum neq; deorsum { fieri nequit, vt ipsum primum } .s. materiale principium { corrumpatur } & tangens breuiter rationē dicit { cum perpetuū sit } & idē numero semper omnibus commune. deinde explicat fusius rationem, quam breuiter tetigit, & dicit { cum enim generatio } vt probatum est superius { nō in infinitum sursum proficiscatur } subaudi primum subiectum est sempiternum, quòd subaudi si primum subiectum sit { id, ex quo corrupto primo aliquid ortum est perpetuum nō esse necesse est } & sic non erit deuenire sursum proficiscendo ad primum. Alexander confundit expositiones, sed si tu melius habes, melius dicas. mihi autem non alia occurrunt, bene aūt puto in dictione esse mutilationem, quam non audeo explicare.

TEX. 8. Præterea id, gratia cuius cætera fiunt, est finis. tale autem est id, quod non ob aliud fit. sed alia illius gratia fiunt. quare si vltimum tale fuerit, non erit infinitum. sin autem nihil fuerit tale, non erit id, cuius gratia cætera fiunt.

Ostenso in causa materiali non posse materiales causas deorsum in infinitum procedere, nunc idem in causa finali docet: & primo præmittit quid sit finis, & dicit { Præterea id, gratia cuius cętera fiunt, est finis } .i. finis idē, gratia cuius cætera fiunt. secūdo præmittit omnem finem esse ultimum, & dicit { tale autem } .i. talis autem finis, qui definitus est { est id, quod nō ob aliud fit, sed alia illius gratia fiunt } per quę innuit omnem finem esse finem ultimum. his suppositis argumentatur hypothetice sic { quare si tale } .i. si finis { ultimum fuerit, non erit infinitum } .s. deorsum { sin autem nihil fuerit tale } .s. vltimus finis, sed semper finis post finem { non erit, cuius gratia cætera fiūt } quare syllogismus est, si finis est vltimum, non erit in finibus procedere deorsum in infinitum: sed finis est vltimum, vt patet per definitionem finis pręmissam: igitur in finibus deorsum non est processus ad infinitum, multa addidit Aristoteles non ad necessitatē, sed ad abundantem doctrinam. vt ostendat duos argumentandi modos, quorum primus est, si finis fuerit vltimum, nō erit deorsum in finibus processus infinitus, sed p definitionē finis assignatam finis est vltimum. igitur non erit deorsum in finibus processus infinitus. secundus vero argumentandi modus est, si non sit finis vltimus, sed semper finis post finē in infinitum, non erit id, cuius gratia cætera fiunt. consequēs supponitur esse falsum, quare & antecedēs. sed occurres, qa Aristoteles supposuit omnem finem esse vltimum, nam cū definisset finem, subdit { tale autem est id, quod nō ob aliud fit, sed alia illius gratia fiunt } ergo vult finem, cuius definitionem præmisit, esse vltimum. hoc autem non est ita, quoniam sunt fines medij dico quòd præmiserat omnem finem esse vltimum saltem profectiue, quatenus tandem est deuenire ad finem vltimum, in ipsa profectione deorsum, & ad finem primum in ipsa profectione sursum: quod est sufficiens ad rationem, quam facit.

Latent. λανθάνουσιν obliuiscitur non percipiunt.

Sed qui infinitionem faciunt, latent e medio tollere ipsius boni naturam.

Cum ex proxima ratione conclusisset eos, qui in causis finalibus processum in infinitū ponunt, tollere causam ipsam finalem: nunc quasi subaccipiendo argumentatur, qui processum in infinitū ponūt in causis finalibus, tollunt causam finalē. ergo qui processum in infinitū ponunt in causis finalibus, tollunt ipsius boni naturā. tenet argumētum, quoniam eadem est ratio boni, & finis, quod inductiōne declaratur, nam omnis ars, et omnis disciplina, similiter actio, & electio bonum quoddā appetere videtur, vt dixit in Ethicorū exordio, & princeps bonū est, quod appetunt omnia. quare quęcunq; vel ratione, vel natura fiunt, horum finis est bonum: & dicit { Sed qui infinitionem } .i. processum infinitum in causis finalibus { faciunt, latent } .i. nō percipiūt se { ē medio tollere ipsius boni naturam } quoniam tollendo finem tollunt boni naturam.

Etiam nemo agere aggredietur, si non sit ad id vltimum accessurus.

Tertio argumentatur hoc pacto, si non sit finis vltimus, sed processus infinitus in causis finalibus, nemo agere aggredietur. tenet argumētum, quia nemo agere aggredietur, nisi arbitretur posse peruenire in ultimum finem. nemo enim aggredietur ascendere cœlū, quia non arbitratur ad finē peruenire posse. si ergo finis, & huiusmodi causa est rerum efficiendarum propositum, certe hoc sublato, nullum opus inciperetur: dicit { etiam nemo agere aggredietur, si non sit ad id vltimum } quod est tandem finis { accessurus }

Præterea nec ipsa mens erit in talibus. gratia enim alicuius semper is agit, qui mentem habet. hoc autem est vltimum, quod quidem ultimum finis est. TEX. 9. autem. γὰρ. enim.

Quarto argumentatur, si in causis finalibus esset processus in infinitum, tolleretur mentem. & naturam esse rerum efficientes, probatur, quoniam quæcunq; vel natura, uel mēte fiunt, alicuius gratia fiunt: sublato autem eo, cuius gratia res per naturam, aut intellectum fiunt, nihil neq; per intellectum fieret, neq; per naturam: quæ sunt contra experientiam, dicit { Præterea nec ipsa mens erit in talibus } .i. enumeranda inter efficientes causas. probat & dicit { gratia .n. alicuius semper is agit, qui mentem habet } vt obseruatio docet. deinde exponens id, cuius gratia agit is, qui mentem habet: dicit { hoc autem est vltimum, quod quidem vltimum, finis est } cuius gratia agit is, qui mentem habet. ergo sublato fine, tolletur ē medio actio intellectus. At posito processu in infinitum in causis finalibus, tollitur ē medio finis, quare tolletur actio intellectus: quod est contra obseruationem.

At uero neq; quiditas in aliam definitionem sermone copiosiorem redigi potest. TEX. 10.

Nunc ostendit in causis formalibus non esse processum in infinitum: & hoc ostendens demonstrat in definitionibus non esse processum in infinitū, causam enim formalem τὸ τί ἦν εἶναι, appellat .i. quiditatem. quiditatem vero explicat definitio, recte igitur si probauerit non esse processum in infinitum in definitionibus, relinquetur probatum non esse processum in infinitum in causis formalibus. primo ergo Aristoteles proponit intentum, & dicit { At vero neq; qditas } .i. definitio, quæ quiditatem explicat { in aliam definitionem sermone copiosiorem } & illa in illam etiam sermone copiosiorem, & sic in infinitum { redigi potest } .i. proficisci potest. Expositor uult, ut Aristoteles proponat nō esse procedendum in infinitū, in partibus definitionis, quoniam vt inquit, idem est processus in infinitum in formis, & processus in infinitum in partibus definitionis. Alexāder autem vult, vt Aristoteles proponat, non esse processum in infinitum in definitionibus, quarum semper posterior est sermone copiosior priore. & huius causa est, quoniam definitio

speciei maxime significat formam rei. Quoue modo definitio posterior sit sermone copiosior, exponit Alexander, quoniam definitio sermone copiosior esse uidetur quàm definitum. neque homo par dictione est eius definitioni, quæ est animal rationale mortale. Quippe cum omne definitum nominis locum habere videatur si ad eius explicatam definitionem spectes. sunt tamen qui illud {sermone copiosiorem} sic accipiant, ut posterior definitio semper pluribus verbis constet quàm prior. quoniam definitioni, quæ primo redditur, semper aliquid addit. Vt si prima hominis definitio sit animal ingrediens bipes, secunda vero quæ habeat adiunctam aliquam differentiam diuersam à prædictis, verbi gratia rationale, & rursus huic addatur alia, vt primo reddita definitio augeatur in infinitum. Clarius autem, vt diximus, est, vt velit Aristoteles dicere, vt semper explicatæ definitionis sit aliqua definitio sermone copiosior, verbi gratia, si animalis definitio sit substantia animata sensualis, huius iterum definitionis sit alia definitio, aut cuiusq; eorum, quæ in definitione continentur: sermone copiosior, & sic semper in infinitum, sermone copiosiore augescat.

**Semper etenim ea, quæ est ante, est magis. ea uero, quæ est posterior, non est. Vbi autem primum non est, neq; id quod est deinceps, est.**

Secundum expositores proposita intentione, nunc argumentatur, & supponit secundum eos Aristoteles in tali processu in infinitum semper partem definitionis, quæ est prior, esse vt̃iorem. nam genus semper vt̃ius est differentia: ex qua definitio constat: & hanc suppositionem sumit dicens {Semper etenim ea}. ſ. definitionis pars {quæ est ante, est magis} ideſt fusior, ac vniuersalior {ea vero}. ſ. definitio nis pars {quæ est posterior, non est}. ſ. vbicunq; pars prior est. non enim vbicunq; animal est, ibi est rationale. hac suppositione stante, argumentatur, si in definitionibus est processus in infinitum, non erit in eis prima definitio, neq; prima pars definitionis {vbi autem primum nõ est} ideſt vbi autem prima definitio, vel prima pars definitionis non est {neq; id quod est deinceps} ideſt neq; definitio consequens, vel pars definitionis consequens est. Quare nec definitio, nec pars definitionis aliqua erit. Hæc expositio esset optima, si suppositio ad aliquid esset vtilis. sed quoniam suppositio vt ab eis exponitur, non est vtilis ad expositionem, quam afferunt, non mihi hæc expositio consona esse potest. Quare aliter intelligo suppositionem, vt velit supponere solam primam definitionem, esse rei definitionem, nam definitio, quæ est consequens ad primam, non est iam illius rei, sed est definitio primæ definitionis, & tertia similiter non est rei definitio, sed definitio secundæ, si eq; in infinitum, vnde dicit {Semper etenim ea}. ſ. definitio {quæ est ante} ideſt prima {est magis} ideſt est proprie definitio rei {ea vero, quæ est posterior, non est}. ſ. rei definitio, sed potius est definitio primæ definitionis, & tertia quoq; definitio secundæ, non rei, & sic in infinitum. est ergo suppositio q̃ prima definitio, quæ est definitio primæ, non sit rei definitio. Tunc argumentatur, & dicit {vbi autem primum} ideſt prima definitio, quæ est definitio primæ {non est}. ſ. definitio rei {nec id, quod est deinceps} ideſt nec tertia definitio, quæ est deinceps, est definitio rei: nec pari ratione quarta, nec quinta, & sic nulla est rei definitio, nisi prima, quæ cum sit vna sola, non erant infinitæ definitiones eiusdem rei, sed tantum vna. Quare in definitionibus non est processus in infinitum. Ad hanc autem expositionem suppositio est ad propositum. Alexander etiam exponit primum ideſt vltimum. Sed si sic exponitur, nec suppositio erit ad propositum, nec verba huic expositioni consonabunt, vt paret intelligenti. Quare Aristoteles rectius per primum intelligit primam definitionem, quæ definitio definitionis primæ est, vt si prima hominis definitio sit animal rationale, Secunda erit definitionis eiusmodi, substantia animata sensitiua agẽs à proposito. hæc dicitur secunda, & prima. Secunda quidem, quoniam non est rei, sed definitionis, quæ de homine reddita est. prima vera inter eas, quæ non sunt rei, sed definitionum. Sed occurres, quia non videtur sequi, in definitionibus non est processus in infinitum: igitur nec in formis est processus in infinitum. non enim definitio est forma, sed sermo, qui certificat quiditatem, & essentiam. Quare potius sequetur, vt sermones orationesve, per quos definitiones redduntur, in infinitum augescant, q̃ quod formæ ipsæ. diluitur hæc obiectio, quoniam, si in explicantibus sermonibus non sit processus in infinitum, neq; in explicatis rebus potest esse processus in infinitum. Sermo enim qui est definitio rei, nihil plus explicat q̃ rẽ, cuius est sermo. Quare quot sermones sunt, tot explicatæ res sunt, vt si sermones sunt finiti, res ipsæ explicatæ finitæ sunt. Et si sermones fuerint infiniti, res quoq; explicatę erũt infinitę. ualet ergo argumẽtũ, sermones, qm̃ definitiones sunt, non, pcedunt in infinitũ: igitur nec formæ, quas explicant, sunt infinitæ: quasi argumentum sit ab æquiualentibus ad æquiualentia. Sed adhuc dubitaueris, quoniam eiusdem rei compositæ non est, nisi una sola forma, uerbi gratia hominis, cuius tamẽ sunt plures definitiones, nam alia est definitio hominis, quo homo est homo, & alia quo homo est animal, & alia quo homo est corpus, & alia quo homo est substantia: & tamen hominis non est, nisi vna tantũ forma videlicet anima rationalis. de pluraliate formarũ compluribus in locis nos disseruimus, ideo nunc tantum dicamus, vt Expositor inquit, in homine esse tantum vnam formam, plures tamen gradus formarum, quos explicant variæ definitiones, pro varia graduum ratione, & hoc sufficit ad propositũ. Satis enim est, ut pro numero definitionum, sit numerus formarum, vel graduum eiusdem formæ & sic relinquetur, ut quia definitiones non augescunt in infinitũ, nec formæ, aut gradus crescant in infinitum. Auerroes autem dicit sic, & etiam sermo de dispositione eius, de quo quæritur per quid est, & est forma rei, impossibile est, vt sit diuersus a natura definitionum. ſ. q̃ si apparuerit quod natura definitionũ sit finita, necessario erit, vt ita sit de formis, per quæ Auerroes velle uidetur pro numero definitionum esse numerum formarum, & cum eiusdem rei plures sint definitiones, sit, vt velit etiam eiusdẽ rei esse plures formas: quod Iohannes Gandauensis pro explorato habet. Nos vero differuimus rem hanc alibi, nunc vero hactenus. Vterius animaduerte Auerroem sic suppositionem intellexisse, cum ita inquit, in definitione est pars prior, & posterior, & prior est magis digna in esse, quoniam si prior non fuerit, posterior non erit. Hęc est suppositio, & eius expositio. tunc argumentatur, si igitur pars prior uerbi gratia genus habuerit definitionem, & pars prior illius definitionis habuerit definitionem, & sic in infinitum, non erit illic prius, quapropter neq; postremum. Posterius enim nõ est posterius, nisi prioris. hæc est ratio, vt cõponit Auerrois, quæ quantum sit aliena a mente Aristotelis paret.

**Dubitatio**

**Quæ Auer. cõ. 10.**

**Prærerea qui ita dicunt, scientiam e medio tollunt. Fieri enim non potest, ut quicquam sciatur, antequam ad indiuidua sit peruentum.**

**TEXT.**

**Quæ Auer. cõmẽ. 11.**

Hic assignat secundam rationem, quæ est hypothetica, in hunc modum, si formales causæ sunt infinitæ, nihil cõtingit scire. hæc conditionalis patet, quoniam nihil contingit scire, nisi perueniatur ad indiuidua, quod quidem fieri neqt, si formales causæ sunt infinitæ. destruitur cõsequens, quoniam perspicuum est, & supponendũ aliquid nos scire posse. ergo destruitur & antecedẽs. ſ. q̃ formales causæ sint infinitæ. Quid autem per indiuidua intelligat Arist. Expositor trifariam interpretatur, uno modo q̃ intelligat Arist. per indiuidua



diuidua spẽs spãlissima, quę ideo indiuiduę dicunt, qm̃ non sunt vlterius diuisibiles p dr̃ias essentiales, aut specificas. & tũc est sensus q̃ nõ cõtingat scire. ſ. pfecte, quousq; puentũ fuerit ad inmõi indiuiduas spẽs, cũ scire in gñe sit scire imp̃fecte. Qua expõne dicendũ est in causis formalibus non esse processum in infinitũ deorsum, quẽadmodũ prima rõne cõcludebaẽ non esse, pcessum in infinitũ sursum. Alio mõ per indiuidua possumus dicere Arist. intelligere suprema ipa gña, quæ iõ indiuidua dicunt, qa in alia supiora, prioraq; gña diuidi nequeãt: & tũc est sensus, q̃ nõ cõtingat sciri. ſ. p definitionẽ priusq; puentũ fuerit ad indiuidua hoc est ad suprema ipsa gña, quæ si ignorarent, ignorabunt oĩa posteriora. Et tũc hæc rõ, veluti prima, pbat, pcessum in infinitũ sursum nõ esse in causis formalibus. Tertio mõ p indiuidua Arist. intelligere põt, põnes ĩmediatas, q̃ ideo indiuiduæ dr̃ę, qa non pñt in alias priores resolui, qbus, pbẽtur: & tũc si in formalibus causis, definitionibusq; ipsis, pcedit in infinitũ sursum, nulla, prius erit, põ ĩmediata, in qua definitio pdicabit ĩmediate de definito: falsẽ in minore, & sic nõ poterit demõstrari, ppriũ pdicatũ de subiecto: et sic tollet ẽ, medio scientia demõstratiua: qua scit pdicatũ, ppriũ de subiecto p mediũ, qđ est definitio, q̃ subiscit in prima, et pdicat ĩ scd̃a. hãc tertiã expõnẽ, pbauit Alex. cũ ait, Indiuidua Arist. nunc appellat, ppõnes, q̃ sine medio sunt. ex ppõnibus. n. q̃ sine medio sunt, scia paret, vt in posterioribus resolutor̃is dictũ est qđ fieri nõ põt, si definitiones definitionũ in infinitũ fuerint. nã definitio, qua demõstrat aliqđ esse alicui, sine medio ipsi vr̃ inesse: cui id inesse demõstrat. At si oĩs definitionis definitio fuerit in infinitũ, semp erit terminus aliqs medius causæ, qua aliqđ alicui subiecto inesse demõstrat, cũ nũq; alicui aliqđ inesse sine medio accipi poterit: si semp eius definitionis, quę accipit, fuerit definitio. neq; n. aĩal rõnale mortale homini sine medio inerit, p quã demõstrat disciplinę capax inesse homini. qm̃ aĩal rõnale mortale inerit homini p definitionẽ huius definitionis, & illa iterũ pari rõne p suã, & sic semp in infinitũ. semp nãq; definitiones definitionũ sumptæ erũt medij termini, p quos definitis ĩsunt definitiones suę. Indiuiduæ igit ac medio vacãtes, ppõnes tollẽtur, qbus sublatis, sciẽtia demõstratiua quoq; tollet. In hũc igit modũ exposuit Alex. p quã expõnẽ non tm̃ in causis formalibus definitionibusq; ipsis, vt Alex. inqt, tollet, pcessus in infinitũ, sed ĩ cũctis cõiter causis hmõi, pcessus deleb. verũm sunt, vt Alexã. narrat, qui p indiuidua, singularia intelligãt: dicãtq; scias tunc eorũ esse, cũ ea, quorũ habẽtur, ĩdiuiduis, ac ppr̃ijs cõgruere reciunt. Tunc. n. eorũ sciam hẽmus, q̃ homini insunt, cũ ea singulis hoĩbus cõgruũt. q̃ si nõ cõgruerint, eorũ sciam nõ habebimus. fieri aũt nõ põt, vt ad indiuidua pueniat, si causæ deorsum sine fine procedãt, qm̃ indiuidua sunt vltima. Tũc dicit {Præterea q ita dicũt}. ſ. esse, pcessum in infinitum in causis formalibus, definitionibusq; ipsis {sciam ẽ medio tollunt}: hæc est hypothetica, quã, pbat, & dicit {fieri. n. non põt, vt quicq̃ sciat, anteq̃ ad indiuidua sit peruentũ} ad quę cũ pueniri nõ possit, scia oĩno tollet ẽ medio. Sed cũ põs sit falsum, et falsum ẽ in causis formalibus, pcessum eẽ sine fine.

Auerroes aũt ĩ põti cõmẽ. primo narrat dr̃iã iter hãc rõnẽ, & priorẽ, asserẽs in priore rõne Arist. supposuisse postremã formã, & postremã dr̃iã, declarasse vero esse pueniendũ ad formã primã, esseq; ipossibile, vt forma, pcedat de inferiore ad superiorẽ in infinitũ. At in põti rõne vult, vt Arist. suppo nat primũ, ac supremũ esse, declaretq; nõ esse, pcessum ĩ infinitũ in posterioribus, inferioribusq; hoc põ declarato, argumẽtat dicẽs, cũ posuerimus postremũ nõ esse, & primũ esse, tollet ẽ medio definitiua scia, q̃ sit dissolutione, sicut destruetur scia definitiua, q̃ sit cõpõne, cũ posuerimus postremũ esse, et primũ non esse. qm̃ cũ in vna re fuerit pr̃ia forma diuisibilis p infinitas dr̃ias, nõ pueniemus p diuisionẽ ad cognoscendũ naturã vltimę spẽi. Scia. n. alicuius nõ fit, nisi qm̃ peruenit ad ispm̃ postremã. p q̃ paret primo Auerroẽ intellexisse per indiuidua, spẽs spãlissimas. Sed o patet Auerroẽ velle scientiã definitiuã, q̃ fit à supiore ad inferius, fieri dissolutione, ab inferiore vero ad superius fieri cõpõne. nec obstat id, qđ septimo huius asserit, nã septimo huius loquit in scia demonstratiua, in demõstratiua. n. scia, cũ ab effectu ad cãm, pceditur. dissolutio est, cũ è cõtrario, cõpõ fit. At hic in definitiua loqt, vbi paret primo nos genus primũ supponere, qđ postea pões dr̃ias vsq; ad vltimas diuidimus, deinde cõponẽdo dr̃ias cũ generibus definimus. ergo recte dixit Auerroes, pcessum à superiore ad ĩferius fieri dissolutione, cõtra vero cõpõne, qm̃ loquitur in doctrina definitiua. Secus aũt in septimo huius. Nolo tm̃ re ignorare Alex. & expositores volu sse Arist. voluisse scientiã demõstratiuã è medio tolli, vbi definitiões, ac formales cãę fuerit ĩfinitę: vt dilucide deduxerũt. & ppea hęc expõ Auerr. aut nõ est ad mẽtẽ Arist. aut est ficta ab eo.

**Com. 23.**

**Et cognitio esse non põt. qũo nanq; fieri põt, ut ea, quæ hoc pacto sunt infinita, intelligant?**

Expositor adaptat hãc rationem ad causas formales, hoc pacto, si causæ formales sunt infinitæ, cognitio esse nõ põt: sed p aduersariũ causæ formales sunt infinitæ: Igit cognitio esse non põt. põs est falsum. quare causæ formales non sunt infinitæ: qđ erat antecedẽs. Alex. vero adaptat hãc rõnẽ ad omne genus cãę, cũ ex cognitione causarũ gñatim cognitio rerũ, quã sciẽtiã appellamus, existat. Quare syll̃s erit hoc pacto, si cãę sunt infinitæ. ſ. vnaquęq; in ppio gñe {Et cognitio esse nõ põt, qũo nãq; fieri põt, vtea, quæ hoc pacto sunt infinita} cognoscantur {intelligãturq; hoc pacto infinita} dicit cãs actu infinitas, vnãquãq; in suo genere. Cognitio. n. semper per cãm fit. Sed causæ sunt actu infinitæ per aduersariũ: igitur cognitio esse nõ põt. In hũc ergo modũ si cõponatur syll̃s, erit cõis vnicuiq; generi causarũ. Sed occurres, qm̃ per hunc syll̃m nõ habebitur plus, nisi q̃ causæ, si fuerint infinitæ, nõ cognoscant. & nõ q̃ effectus nõ cognoscãtur, nã effectus cognosci põt per cãm, & sine cã, sciri aũt nõ, nisi per cãm. Propter hãc rõnẽ fortasse Auerroes vult q̃ si cãæ fuerint infinitæ, scia nõ sit, qm̃ scia est, ppria cognitio p cãm. Ego vero (saluo semp meliore iudicio) dico q̃ si causæ fuerint infinitæ, è medio tollet cognitio. nã cognitio est causarũ, scia vero rerũ p cãm. Vbi. n. cãæ fuerint infinitæ actu ipsę nõ poterũt cognosci {qũo nãq; fieri põt, vt ea, quæ sunt, hoc pacto}. i. actu {infinita intelligant} & sic nõ solũ scia è medio tollet, quæ habet p cãs, vt p proximã rõnẽ est deductũ, sed tollet cognitio, ac intellẽctarũ, ac primorũ principiorũ sicuti per hanc rationẽ patet. & fortasse ad hunc modum intellexit Alexander, licet verba eius aliter sonent.

**Quæ Auer. cõ. 11**

**Nõ. n. simile est in linea, ubi in diuisionibus nõ statur. nõ fit aũt, ut intelligamus, nisi diuisioni modũ posuerimus. quocirca diuisiones nõ enumerabit, qui infinitam transit.**

Obiectio, quã refellit, est, q̃ sicuti põt cognosci linea, quę infinitas diuisiones habet, ita põt cognosci res, quæ infinitas cãs cõtinet. nõ ergo est impossę, pcedere in infinitũ in causis. rñdet sil̃itudinẽ nõ ualere, qm̃ in linea diuisiones sunt potẽtiæ ĩfinitę. At cãę, p quas cognoscimus, uel quas cognoscimus, sunt actu infinitæ, si p eas cognoscimus, uel si eas cognoscimus. & hoc dicit {Nõ. n. sile est in linea, ubi in diuisionibus nõ statur}. i. quę est diuisibilis in infinitũ: & in re, cuius sunt cãę infinitæ: & rõnẽ reddit Alex. qm̃ in linea sunt infinitæ diuisiones pt̃e, qm̃ nõ tot, q̃n plures in infinitũ. at cãæ, q̃bus res cognoscit, uel quæ ipsæ cognoscũtur. sunt actu infinitæ: alioq̃n uel nõ cognoscerent, uel p ipsas res nõ cognoscerẽt. Sed dices, cũ linea sit in infinitũ diuisibilis, qũo intelligit, nisi infinitas cognouerimus diuisiones, quibus diuidit? Quasi rñdẽs, uult lineã intelligi, quatenus est actu finita. potẽtia uero infinita. & sic intelligendo lineã intelligimus diuisiones actu finitas, potẽtia uero infinitas: & dicit {nõ fit aũt, ut intelliga-

mus } .s. lineā { nisi diuisioni modū posuerimus } hoc est nisi p diuisiones actu finitas, potētia aūt infinitas ītellexerimus. ex his ↄcludit obiter modū, q̄ ptrāsit linea, ut rñdeat ad cauillū Zenonis, & dicit { quocirca diuisiones } .s. actu infinitas { nō enumerabit, q } lineā { infinitā trāsit } nā linea est potētia īfinita, actu uero finita: & sic actu solū finitū ptrāsit. accepit.n. { infinitā } ut Alex. inqt, pro infinite diuidua. Ad formā argumenti igit̄ dico lineā intelligi sicuti est, & qm̄ est actu finita, potētia uero infinita, sic quoq; intelligit̄. Sed quonam modo infinitū possit intelligi, petendum à dilucidario.

TEX. 12. Quinetiā materia in hoc ipso, quod mouetur, intelligatur necesse est. Et infinito nullū est esse. Si autē non, non erit infinitum ipsi infinito esse.

Hic textus est obscurissimus, et nullus expositor apte exponit. q̄re cū Alex. dico, q cū Arist. accepisset in rōe pxima infinitū cognitioni suapte natura eē ineptū, nūc hoc pbat argumēto sumpto à materia: q̄ sua natura infinita esse uidet̄, & ignota. Quòd aūt materia sit infinita, patet, qm̄ cū ex ppria natura sit informis, ac sine ullo pprio fine, dubio pcul infinita uidet̄. & ppterea ipsa p se nō est scibilis, sed, ut Plato ait, spuria rōne cognoscibilis. Arist. uero in physicis eā pportione cognoscibilē affirmat, vñ in scriptura Alex. dicit { Quin etiā } subaudi bene dictū est infinitū nō eē suapte natura intelligibile, qm̄ { materia } q̄ est infinita { hoc ipso, qđ mouet̄, intelligat̄ necesse est } nō aūt suapte natura, materia.n. p se nō intelligit̄ pp̄ sua infinitudine, sed quo subijcit̄ motui, & trāsmutationi: & sic patet infinitū nō p se intelligi, sed per accidēs, atq; rōne alterius. Secūdo idē pbat sic, oē, qđ intelligit̄, habet eē. cui addit minorē, & dicit { & infinito nullū est eē } igit̄ infinitū nō intelligit̄. supponit aūt ex tertio physicæ auscultationis īfinito nullū cōpetere eē, nullāq; cōpetere formā ac rōnē. Sed posset dicere qs infinito cōpetere eē & rōnē. ↄtra obijcit, qm̄ si īfinito cōpetit eē, ac rō, illud eē, uel rō, nō est qd infinitū, ut ex tertio libro physicę auscultationis pspicuū est. sed est rō, & eē finiti, p quā ītelligit̄ tā finitū, q̄ infinitū, ueluti p rōnē soni pcipimus sonū, & silētiū: & hoc dicit { si aūt nō } .s. est ita, ut dictū est, q infinito nō cōpetat eē, & rō, sed potius ita est, q infinitū hēat eē, & rōnē: ↄtra obijcit, & dicit, si infinito cōpetit esse, & rō { nō erit infinitū ipsi infinito eē } & rō, sed potius finitū, nā finitū est sui & ↄtrarij iudex, & expositiuū: ueluti sonus est sui & silētij iudex. Qua rōne patet uerbū illud { si aūt nō } hr̄e uim affirmandi, q.d. { Si } aūt aliqđ .s. infinito ipsi sit eē, cū uero dixit { hoc ipso, qđ mouet̄ } in scriptura Alex. sic dr̄. nr̄a uero sic legit̄, ἐν κινουμένῳ, Alex. tñ dixit eūdē esse sensum. Quidā tñ { materiā mobilē } scribūt. quā scripturā Alex. enitit̄ adaptare multis, & obscuris additionibus, q̄ mihi necessariæ nō uident̄. Prætermisit uero Arist. ut Alex. inqt, pbare efficiētes cās nō eē infinitas tanquam perspicuum, quia si effectus non sunt infiniti specie, sed reciprocantur, certe multo minus causæ ipsorum effectrices infinitæ erunt.

TEX. 13. Atq; si infinitę ēt essent multitudine spēs cāg, neq; hoc pacto reg cognitionē cōseq possemus. Tūc enim scire arbitramur, cum cās cognouerimus. Fieri autē nequit, ut in tpe finito, id quod additione infinitum est, pertranseamus.

Cum sibi pposuisset demōstrare cās nō eē infinitas neq; in rectū, neq; scđm spēm, & docuisset nō esse infinitas in rectū, neq; sursum, neq; deorsum, nūc demōstrat, neq; spē cās infinitas eē posse, iacto fundamēto uidelicet superius assignato, q actu infinita cognosci nō possint. nā spē infinita dubio pcul actu infinita sunt: ac proinde cognosci nequeūt. Quòd si cāg hoc est principia hoc ipso qđ spē infinita sint, cognosci nequeāt, ne illa qdē cognosci poterūt, q̄ ex ipsis fiūt. Tūc.n. aliqd cognoscere putamus, cū ipsius cās cognoscimus oēs, p quas cognosci pōt, quo fit ut si cāg hmōi infinitudo det̄, sublata principiorū cognitione, scīa de medio tollet̄. vnde dicit { Atq; si spēs cāg ēt essent multitudine infinitæ, neq; hoc pacto rerū cognitionē cōseq possemus } potissimū earū, q̄ oēs cās hñt, & q̄ p oēs cās sciri pñt. pbat ↄñam, & dicit { tūc.n. scire arbitramur, cū cās cognoscimus. sed fieri neqt, ut in tpe finito, id, qđ additione infinitū est, ptrāseamus } .i. pcurrēdo cognoscamus. ergo rerū cognitionē conseq nō possum. vñ sylls hypotheticus hoc pacto pcedit, si cāg spēs multitudine infinitæ sunt, nō pñt ptrāsiri: Si nō pñt ptrāsiri, nō pñt ptrāseundo cognosci. Si nō pñt ptrāseundo cognosci, res, q̄ sunt p illas, nō poterūt sciri. Quare ē medio tollet̄ rerū, q̄ sunt p cās, scīa. & cū dicit { id, qđ infinitū est additione } intelligit actu infinitū est.n. ut Alex. inqt, actu infinitū, cuius semp est aliqd præterea sumere, & in quo qcqd acceperis, aliqd extra semp supest. qđ igit̄ ad hūc modū est infinitū, nō pōt tpe finito ptrāsiri. nā qđ actu finitū est, potētia aūt & diuisione infinitū, id tpe finito ptrāsiri pōt. qđ actu, & additione id non pōt, qm̄ semp cōprehēso, & intellecto, aliqd aliud adijcit̄. si ergo intellectus q̄ intelligit, ea tpe finito intelligit, ptrāsitq;, infinita uero tpe finito ptrāsiri, ac intelligi neqt, infinita pfecto ptrāsiri, & intelligi nequeūt: qa semp acceptis, & intellectis aliqd adijcit̄. q si ita sit, pfecto intellectus infinita intelligere nullo mō pōt. nā si intellectus intelligere nō pōt infinita tpe finito, nec tpe infinito eadē intelligere poterit, qm̄ nec res infinitæ, nec tps infinitū ptrāsiri pōt. recte ergo dictū est, si cāg spē sunt īfinitæ, sciam ē medio tolli. Alex. enitit̄ alia uia idē demōstrare, q̄ cū sit logica, bona frōte relinquēda est legētibus. Auerroes, q ferè semp pperā uerba Arist. exponit, putat Arist. declarare nō eē infinitas cās, aut scđm diuersas spēs, aut fm eādē spēm. Et errat, qm̄ superius pbauit nō esse īfinitas cās in eodē gñe, qđ Arist. appellauit in rectū, nec sursum, nec deorsum. quare nō pōt intelligere nisi fm spēm: qđ oēs expositores, & Alex. asserūt. Secūdo dicit ītellectū posse ītelligere infinita cognoscēdo uniuersale, nā q cognoscit hūc uniuersalē, oīs hō est aīal, cognoscit infinitos hoīes eē aīal, nō qdē actu, sed potētia. qm̄ uniuersale, siue uniuersalis ppō cōprehēdit res infinitas nō actu, sed potētia: & hoc est qđ Auerroes ait tertio de aīa, cum nos dicit per intellectū materialem iudicare infinita in propositione uniuersali. uerū hæc petenda sunt à dilucidario.

Q ue Au. co. 13. Com.

TEX. Auscultationes aūt p cōsuetudines fiūt. nā ut cōsueuimus, ita dici cēsemus. & ea, q̄ preter illas sunt, nō silia, sed ob insolentiā ignota nobis, alienaq; magis uidētur. Quod.n. cōsuetū, notius est.

Cū declarasset difficultatē, q̄ accidit circa ↄtēplationē ueritatis, ēt q ad metaphysicā spectet eiusmodi ueritatis ↄtēplatio, nūc uult ońdere modū acqrēdi eiusmodi ueritatē. At fm Alex. Arist. his uerbis docet, q harū ↄtēplationū auditores eē possint, asserēs eos, q difficultatē acqrēdæ ueritatis superare uolunt, oportere esse & peritos .s. in logica, & diligētissime se exercere: ad qđ ońdēdū pmittit uirtutē ↄsuetudinis: primo, uidelicet quātū ↄferat cōsuetudo pro acqrēda ueritate. nā ex hoc patebit exercitationē magnū præbere momētū ad acqrēdā ueritatē, atq; ad superādā difficultatē acqrendi ueritatē: & dicit { Auscultationes aūt p ↄsuetudines fiūt } .s. hoībus. Cuius rōnē affert, & dicit { nā, ut cōsueuimus, ita dici censemus } .i. nā ea, quæ sunt nobis ↄsueta, & in qbus educati sumus, libētius audimus, & suscipimus: & sic uidetur nobis dignum debere dici, & non aliter { & ea, quæ præter illas } .s. cōsuetudines { sunt, nō similia } .i. conuenientia nobis { sed ob insolentiam } atque insuetudinem { ignota nobis, alienaq; magis uident̄ } & peregrina. cuius causam assignat, & dicit { quod enim consuetum } .s. nobis { est } id nobis .s. { notius est } non aūt simpliciter. Causa uero est, quoniam consuetudo est altera natura. Inclinat enim, ut secūdo Ethicorū dicitur. per modū naturæ, hac ratione fit, ut eis consentiamus, qbus habitu inclinamur: ea quoq; nobis notiora, quę

secundam



secundum nostrum habitum sunt. uerbi causa, peripatetici, qui in doctrina Aristotelis sunt educati a cunabulis, nihil libenter audiunt, nihilq; suscipiunt, quod doctrinæ Aristotelis aduersatur, illudq; grato animo suscipiunt, quod eius doctrinæ consonum est. Auerroes autem fere semper delirus arbitratur Aristotelem in pręsenti loco uelle declarare ea, quæ impediunt scire ueritatem, quam perdifficilem acquisitu esse probauit: asserens ex summis impedimentis esse consuetudinem a pueritia, qua homines assuescunt in rebus legum. dicit hanc consuetudinem esse ex maximis impedimentis ad sciendam ueritatem, potissimum in hac scientia: in qua enumerantur plures opiniones, quæ sunt ueluti radices, & fundamenta legum: ut quod Deus sit, quod sit intelligens, & uolens, & mundi causa, & summum bonum, & optimum, & gubernator, & rector mundi, & reliqua, quæ ponuntur in legibus, non ut homines, qui uiuunt, illis legibus sciant, sed ut boni fiant. Lex enim non est, ut sciamus, sed, ut boni fiamus. & assignat causam ex eo, quia perfectio hominum non acquiritur, nisi per congregationes, idest nisi homines fuerint in ciuitatibus, & congregatio, idest ciuitas non erit perfecta nisi propter bonitatem, & non propter scientiam. Quare ut homines sint boni, necessarium est, non autem ut sciant. recte ergo dicitur radices, quę accipiuntur ex hac scientia esse positas in legibus, non, ut homines, qui uiuunt legibus, sciant, sed ut boni fiant. De quibus legibus loquatur Auerroes, non est planum. quod tamen radices hinc acceptæ ponantur in legibus, Plato tertio libro de legibus exposuit, qui propterea leges ciuiles datas esse hominibus demonstrat, quia Deus est, & quia est optimus, & prouidens, & mundi & ciuitatum rector, & gubernator, & legum hominibus donator, & promulgator. Puto tamen Auerroem, ut delirus est in exponendis uerbis Aristotelis, ita delirum esse in his, quæ hic dicit. uidebat enim legem Mahumetanam ab homine esse propter deliria, quæ in ea esse cognoscebat, sic cæteras datas esse ab hominibus putabat, non aduertens moralia, quæ in alijs legibus habentur, esse irreprensibilia, atque diuinitus missa, credita uero supernaturalia, & per sanctissimos uiros probata, atque nobis tradita. Verum hæc petenda sunt a nostris Theologicis.

Q ue Auer. Comen. 14.

Quantam autem uim habeant ea, quæ consueta sunt nobis, leges ipsę declarant, in quibus circa fabulosa & puerilia consuetudo magis q̄ ueritas potest.

Cum proposuisset uirtutem consuetudinis, nunc quam uim habeat consuetudo docet argumento legum, & dicit { Quantam autem uim habeant ea, quæ consueta sunt nobis, leges ipsę declarant, in quibus circa fabulosa & puerilia } quæ subaudi in eis traduntur { cōsuetudo magis quam ueritas potest. } Auerroes semper delirus Aristotelem putat esse locutum de legibus, quæ tangunt religionem, propterea dicit, & hoc non accidit tantum in legibus, sed in primis cognitis, idest in primis principijs, sicut accidit hominibus, qui in principio audierunt scientiam loquentium. Isti enim propter consuetudinem negant naturam, idest agens naturale esse, quia dicunt omnia facere Deum, & etiam negant ueritatem, quæ habetur in hac scientia, & negant etiam necessarium esse, & ponunt omnia esse possibilia præter Deum. Quam rem uidetur probare Alexander, cum dicit, multa enim fabulosa a legum latoribus statuuntur, quoniam sic ea credi ex usu est, quibus fides ab ijs, qui legi parent, habetur, quoniam his audiendis assuescunt, ut aliquos esse terrigenas, qui e terra nati fuerint, & alios sparsis dentibus esse procreatos, ac proinde pro terra matre pugnare oportere, uel Deos de ipsa condidisse. Ego autem cum diuo Expositore, puto Aristotelem de legibus ciuilibus, quæ ab hominibus traduntur ad regendas ciuitates, locutum esse. causa est, quoniam qui inuenerunt eas, nonnulla, ut hominum mentes retraherentur a malis, & prouocarentur ad bona pro differentia gentium, atque nationum, in suis legibus tradiderunt, & quanuis complura eorum essent fabulosa & puerilia, tamen homines a cunabilis audientes magis probant quam ueritatis cognitionem. non autem potuit loqui de lege diuinitus data, primo quia nec Hebraicam, nec Christianam ad eius aures peruenisse legimus. Christianam quidem non, quoniam compluribus annis post Aristotelem diuinitus tradita est. Hebraicam uero minime, quoniam eius nec in moralibus, nec in naturalibus unquam meminit, qui meminisse potuerit. deinde quia lex diuinitus data ordinat hominem ad ueram beatitudinem, cui omnis falsitas repugnat, unde in lege Dei nulla falsitas continetur. Quare Aristoteles de ciuilibus legibus locutus est, & si, ut Alexander dicit, locutus est de legibus, quæ religionem tangunt, non de ijs legibus, quæ a Deo traduntur, loquitur, in cuius uerbo non potest esse mendacium, nec fabulosi quicquam: sed de illis, quæ tradebantur a gentilibus, quæ fictę cogitationes erant, atque gentibus promulgatæ, ut per eas homines uiuere possint ciuiliter: de quibus Eusebius Pamphilus eo libro, quem de Euangelica pręparatione scripsit, & Lactantius Firmianus libro suarum institutionū, & Aurelius libro de ciuitate Dei, complura tradunt, quæ prætermisimus tanquam aliena a præsenti consideratione. illud tamen te nolo ignorare errorem Auerrois ortum esse ex eo, quia putauit omnes leges tam ciuiles, quam quæ pertinent ad religionem, esse datas nobis ab hominibus, nullasq; ab ipso Deo. & mentitus est, nam lex Mosaica pro ora eorum data est, qui numine fuerunt afflati: nostra uero per os ueri filij Dei, quæ cum dirigat ad ueram beatitudinem, nihil nisi uerum continet.

Q ue Auer. Comen. 14.

Quidam igitur nisi quispiam mathematicæ dicat, non acceptant eos, qui dicunt. TEX. 15.

His ostensis, & per hæc ui consuetudinis explicata, auditorum exponit differentias, quibus inter se propter consuetudinem differunt. & primo exponit auditores ex differentia consuetudinum in doctrinis, & dicit { Quidam igitur } scilicet qui sunt mathematibus assueti { nisi quispiam } aut pręceptor, aut condisputans, aut quouis alio modo syllogizans { mathematice dicat, non acceptant eos, qui dicunt } nec aliter quam demonstrationes mathematice explicatas admittunt. Expositor ait hoc euenire posse propter consuetudinem, quæ est simillima naturæ. etiam propter indispositionem contractam ex principijs naturalibus. nam quidam a natura habent pollentem imaginationem, qui intellectum non multum eleuatum habent. Aristoteles tamen ad consuetudinem animaduertit, quoniam de illa locutus est.

Auerroes uero quasi semper delirus dicit sic, uult declarare in hoc capitulo, quod accidit hominibus in scientijs propter diuersitatem naturæ, & propter paucitatem instructionis in logica. & errat, quoniam Aristoteles de ipsa natura nullam fecit mentionem. & propterea cum Alexandro & expositoribus dicendum puto melius, Aristotelem exponere auditorum differentias, quibus inter se propter consuetudinem differunt. nam consuetudinis meminit. Secundo dicit eos qui non acceptant libenter, nisi demonstrationes mathematicas euenire, tum quia parum eruditi sunt in logica, tum etiam propter naturam, quam habilem habent ad mathemata. Q ue Auer. Comen. 15.

Quidam nisi per exempla dicatur, non approbant.

Hic secundo exponit differentiam auditorum ex parte rationum, quibus discunt, uel disciplinantur, & dicit { Qui-

dam nisi per exempla dicatur, nõ approbant } quę audiunt. uenit autem appellatione exempli inductio, quę est plura exẽpla. quæ res non tantum propter consuetudinem euenit, qua per exempla discere consueuerunt, sed, ut Expositor inquit, propter naturam. nam ex principijs generationis habent uim sensitiuam predominantem parti intellectuali. unde Auerroes eodem cõmento, & hoc etiam accidit propter naturam in eis, in quibus uirtus imaginaria dominatur supra uirtutem cogitariam. & ideo uidemus eos non credere demonstrationibus nisi imaginatio comitetur eas, non enim possunt credere plenum esse, aut uacuum, aut tempus extra mũdum. necꝫ credere hæc entia esse non corpora, neque in loco, neque in tempore: & hoc accidit multis considerantibus in philosophia Auicennæ. & ista attribuuntur ei, sed non est uerum quod fuerint eius.

## Sunt & qui poetam testem adducendum esse censent.

Tertio narrat eos, qui poematis gaudent, & in his ætatem consumpserunt. hi enim disputantes ferre nequeunt, nisi poetam quempiam dictorum testẽ adhibuerint, & dicit { Sunt & qui poetam testem adducendum esse censent } & appellatione poetæ uenit author cuiuis. hoc autem, ut Expositor inquit, ultra consuetudinem, qua euenire potest, euenire potest ex ipsa natura. nam aliqui a natura gignuntur iudicio imbecilles. Ideo non stantes suo iudicio, poscunt iudicium alicuius authoris celeberrimi. unde Auerroes eodem cõmento assignans huius rei causam, dicit, multi enim hominum possunt pertransire sermones probabiles, & hi cum concedunt prima intellecta, non concedunt ea, nisi inquantum sunt probabilia, negabunt ea: sicut accidit loquentibus, qui negant esse impossibile aliquid gigni ex nihilo, licet propositio sit cõcessa ab omnibus. s. quod impossibile est ex magnitudine ex non magnitudine fieri. ita quod uidi multos homines dãtes se philosophiæ, qui negabant illam propositionem esse primam, si militer etiam negabant formas specificas esse proprias materijs necessario, adeo quod Auicenna cum suo nomine in philosophia dicit hominem generari ex terra esse possibile, sicut murem, & alia multa, quæ dicuntur. hæc Auerroes, in qbus sunt plura errata cꝫ uerba. Illud enim quod ait, esse impossibile aliquid fieri ex nihilo, mentitur. nam licet nihil fiat ex nihilo per generationem, tamen Aristoteles concessit aliquid fieri ex nihilo per creationem. nam secundum Aristotelem mundi author est Deus, & non per generationẽ, ergo per creationem. Præterea rationalis anima fit in corpore, & non per generationẽ, ut ipse demõstrat libro de generatione animalium, ergo per creationẽ. authores etiam, qui creationẽ asserunt, sunt lõge fide digniores ipso Auerroe, qui eam flocci facit. quare qui creationem asserunt, sunt omnino uere dici, qui uero negant, de quorum numero est ipse, sunt loquentes. Id uero, quod dicit de homine, si Auicenna intellexit quo ad corpus, & ad animam, Auerroes fortasse recte dixit. sed si intellexit animam primi hominis fuisse ab ipso Deo, corpus uero formatum de limo terræ, ut scriptura intelligit, Auicenna recte dicit, & Auerroes mentitur. Hactenus de tertia differentia.

Item alij quidem omnia exacte dici uolunt, alijs autem molesta est exacta doctrina, aut quia sequi non possunt, aut propter calculum. habet enim quid tale ipsa exacta doctrina. quare quibusdam ut in pactis, atque contractibus, sic & in sermonibus diligentia illiberale quoddam esse uidetur.

Calculum μικρολογί αν cura rerum uilium. minutarũ rerum rationẽ

Quarto addit quandam contrariam dispositionem in consuetudinibus, & dicit { Item alij quidẽ omnia } scilicet quæ audiunt, & discunt { exacte } idest usque ad minima, atque ad minutarum rerum rationem { dici uolunt } & hoc faciunt, aut ex consuetudine, aut ex natura: ut dictum est in alijs { alijs autem } contraria scilicet natura affectis { molesta est exacta doctrina } & assignat rationem, & dicit { aut quia sequi non possunt, scilicet præ nimia consuetudine, quã habuerunt in contemnendis his minutis { aut propter calculum } quod Græce est propter micrologiam, idest minutarum rerum rationem: quam de rebus exiguis eam ipsam esse existimant { habent enim quid tale ipsa exacta doctrina } descendit enim usque ad minuta, quod attinet ad calculum. reputantes itaque hanc per minuta discussionem calculum, perlibenter fugiunt eam. & concludens causam, quare quidam eam fugiunt, dicit { quare quibusdam, ut in pactis } & concordijs { atque contractibus } & conuentionibus uidetur supple calculum fugiendum { sic & in sermonibus, diligentia uidetur esse quoddam illiberale } & fugiendum. uerbum { in pactis atque contractibus } Græce est ἐπὶ τῶν συμβολαίων καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, & Expositor exponit in rationibus conuiuiorum. quoniam sicut in rationibus conuiuiorum non pertinet ad magnificentiam, ut omnes minutiæ cõputentur in ratiocinio, ita etiam sit quædam illiberalitas, si homo uelit circa cognitionem ueritatis etiam minutias discutere. Auerroes autem eodem cõmento assignat tres causas, dicens fugere exactam doctrinam contingere hominibus, aut quia intellectus eorum non potest retinere & percipere ipsam, quod propter hanc causam discere non possunt: aut propter segnitiem, & hebetudinem: aut propter deceptionem, quæ eis accidit, cum assimilent disputationem mercaturæ, putantes proteruire in sermone esse malum, sicut proteruire in mercatura est malum. ego uero primam expositionẽ probo, quoniam est Alexandri.

## Iccirco eruditum esse quenꝫ oportet, quo nam pacto quæꝫ sunt acceptanda, quoniam absurdum est scientiam simul, & scientiæ quærere modum, ubi ne alterum quidem consequi facile est.

Ex ijs, quæ dixit, concludit, qualis debeat esse, qui inquirit ueritatem, & uult cꝫ antequam accedat ad scientiam ueritatis, & ad illius inquisitionem, debet esse logicus, & dicit { Iccirco eruditum } idest logicum { esse quenque oportet } ut scilicet cognoscat { quo nam pacto quæꝫ sunt accepranda } idest concedenda, uel neganda, cum proponuntur in inquisitione ueritatis. quibus uerbis significat in resolutorijs, & omnino in logicis prius exerceri oportere, ac demonstrationum modos prꝫcognoscere, & rationum conclusiones. nam his præhabitis, facile est transire ad inquisitionem ueritatis. Alexander arbitratur hoc tantundẽ esse, ac id, quod prꝫcepit in ethicis, periti hominis esse exactum ipsum eatenus in unoquoꝫ genere flagitare, quatenus fert ipsius rei natura, nosseꝫ quo quisque modo prꝫcepta debeat audire. Ego uero puto præceptum hoc esse omnino dissimile ei, quod ponitur in ethicis. nam illud attinet ad usum rationum, quibus utitur moralis philosophus, hoc attinet ad peritiam, quam in logica debet prꝫhabere, qui quærit ueritatem. & quod ita sit, eius quod dixit, assignat rationem, & dicit { quoniam absurdum est scientiam simul, & scientiæ quærere modum } quo scilicet ipsa scientia gignatur, & comparetur indagare. & per modum scientiæ, quidam intelligunt logicam. quam simul cum scientia discere est difficile { ubi ne alterum quidem } scilicet seorsum { consequi facile est } quanto difficile erit scire ea simul. hac ratione sit, ut qui quærit scientiam, prius quęrat logicam, quæ tradit communem modum procedendi



Quę Auer. eodẽ cõm.

di in omnibus scientijs. nam modus procedendi proprius in scientijs singulis circa principium tradi debet. Auerroes uero asserit esse necesse, ut homo instruatur in cognitione uiæ cuiuslibet rei, quam uult declarare alijs, uel discere ab alijs. cuius rationem subdit Auerroes per distinctionem, quam affert de ipsa logica, quod logica quędam sit uniuersalis omnibus scientijs, de qua agitur in propijs libris logicæ: quædam propria, & applicata cuique scientiæ, quæ proponitur quasi semper in principio rei differendæ. hinc euenit, ut non possit aliquis esse instructus in aliqua arte, nisi prius fuerit eruditus in uniuersali, & propria logica. Propterea Aristoteles prꝫcepit ut nemo simul logicam discat, & scientiam, cuius est modus sciendi. quoniam nec hanc discet, nec illam. quoniam malum est simul quærere scientiam, & modũ, quo illa declaratur. hoc enim est simile ei, qui uult homines curare, & simul discit artem curandi: sicut de quodam dicitur medico, cꝫ cum ad infirmum accessisset, & propinasset iam medicinam ei, postquam mortuus est infirmus, inspexit librum. nec ob aliud, nisi quia simul discebat artem medendi, & medebatur.

TEX. 16. Exacta discussio. ἀκριβολογί α

## Mathematicorum autem exacta discussio nõ in uniuersis est flagitanda. sed in ijs duntaxat, quæ materia uacant. quapropter modus ille nõ naturalis esse uidetur. uniuersa nanꝫ natura fere materiam habet.

Meo iudicio se excusans declarat quales demonstrationes prosequetur tam in presenti facultate, quam in naturali philosophia. nam rationes, quibus utitur, possent uideri debiles, propterea se excusando illud dicit, quod in libro Ethicorum primo tradit, dum rationes, quo modo essent accipiendæ, doceret, asserens simile esse mathematicum suadentem ferre, & ab oratore demonstrationes postulare. id hoc in loco confirmans, dicit { Mathematicorum autem } ἀκριβολογί α, idest { exacta discussio, non in uniuersis est flagitanda } & per acribologiam intelligit exactum genus demonstrationum. nam, ut Alexãder inquit, rationes mathematicorum, quæ de rebus immaterialibus habentur, non sunt naturales. necꝫ. n. tam exquisitam rationem res naturales capiunt, ut quibus ad est materia. & propterea dicit { sed ijs duntaxat, quę materia uacant } qualia sunt, ut Alexãder exponit, mathematica, quę sunt abstracta a materia. hæc enim exquisitum demonstrationis genus desiderant. propterea cõcludens dicit { quapropter modus ille } siue, ut in alia Alexandri scriptura habetur, { ratio illa } subaudi, qua mathematici utuntur in talibus abstractis { non naturalis esse uidetur } quoniam applicatur rebus abstractis a materia, quales non sunt res naturales { uniuersa nanꝫ natura } cui applicat philosophus naturalis demonstrationes suas { fere materiam habet } Expositor autẽ dicit efficaciam rationum mathematicarum non esse requirendam in omnibus rebus, de quibus sunt scientiæ, sed debet requiri solum in mathematicis, quæ materiam non habent. nõ enim in ijs, quę habent materiam, quoniam subiecta sunt motui, & uariationi, & ideo in eis omnimoda certitudo haberi non potest. quæritur enim in eis non quid semper sit, & ex necessitate, sed quid sit ut in pluribus. nec in ijs quæri potest, qꝫ simpliciter, atqꝫ per essentiam sunt immaterialia, quales sunt substantiæ separatæ, nam licet sint certissima, quoniam sunt immobilia, tamen nobis certa non sunt propter defectũ nostri intellectus. Quare efficacia demonstrationum solum in mathematicis est perquirenda/nam licet sint abstracta, tamẽ intellectum nostrum nõ excedunt. Auerroes autem fortasse melius rem hanc exponens, dicit, & non oportet hominem quęrere, ut modus fidei in demonstrationibus naturalibus sit

Q ut Auer. Cõmen. 16.

sicut modus fidei in mathematicis, cuius rationem subdit, & dicit, demonstrationes enim mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis, & demonstrationes naturales cõsequuntur eas in hoc, & ulterius causam afferens dicit, certitudo enim diuersatur in eadem scientia uerbi gratia secundum demõstrationem simpliciter, & secundum demonstrationem quia, & cum diuersatur in eadem scientia, magis diuersatur in scientijs diuersis secundum genus. Auerroes ergo uerius rationẽ affert, quare demonstrationes mathematicę sint potiores naturalibus, & metaphysicis, quoniam demonstrationes mathematicæ sunt demonstrationes simpliciter, uidelicet quartũ media sunt nota nobis, cum sint sensibilia, & naturæ, cũ sint causæ. At demonstrationes naturales, & metaphysicæ sunt demõstrationes quia in primo processu, quarum media sunt nota nobis tantum. non ergo sunt efficaciores quantũ ad res subiectas, sed quantum ad modum procedendi. dixit autem { fere } ut Expositor inquit, propter corpora cœlestia, quæ sunt in uniuersa natura, & nõ habent materiam, nisi æquiuoce. Auerroes autẽ dixit Aristotelem addidisse { fere } propter intellectum materialem, nam de eõ est consideratio naturalis, & tamen est abstractus a materia. deinde mouet dubitationem, quia non solum intellectus materialis est abstractus, & ultima hominis perfectio, sed etiam intelligentię, quoniam illę sunt ultimę perfectiones corporum cœlestium: sicuti intellectus materialis. propterea aliter dicit, cꝫ uidelicet Aristoteles dixit fere non propter intellectus ipsos, sed propter corpora ipsa cœlestia, quæ comparatione corporum generabilium, uidentur minus naturalia, & carere materia.

## Quamobrem primum quid sit natura considerare oportet. hoc enim pacto & quibus de rebus est scientia naturalis, & si unius facultatis, an plurium sit causas principiaqꝫ contemplari patebit.

Cum declarasset modum demonstrandi mathematicorũ nõ conuenire scientiæ naturali, ideo nunc affert uiam cognoscendi modum demonstrandi, qui est proprius scientiæ naturali, & dicit { Quamobrem } subaudi ad cognoscendũ modum demonstrandi, qui est proprius scientiæ naturali { primum quid sit natura considerare oportet } deinde exponit ea bona, quæ ex hac cõsideratione colligentur, & dicit { hoc enim pacto }. s. postquã cognitum erit quid sit natura { patebit } primo { & qbus de rebus est scientia naturalis } quoniam de rebus, quę naturam habent { & } patebit { si unius facultatis, an plurium sit causas, principiaqꝫ contemplari } quibus habitis scietur quis modus demonstrandi conueniat naturali. Auerroes autem in calce cõmenti, dicit scientiam naturalem declarari per duas perscrutationes, quarum una est perscrutatio de natura quid sit, & de hac, & de ijs, quæ generatim attinent ad hanc, agitur in libris auscultatorijs, secunda uero est perscrutatio de natura cuiuslibet entis naturalis quid sit, & hæc distribuitur per libros scientiæ naturalis particulares. Alexander propter finem hunc dicit, hunc librum non pertinere ad metaphysicam disciplinam, ut initio huius annotauimus. sed esse quandam præfationem omnis philosophiæ contemplatricis, cuius prima pars quo ad nos est naturalis, quæ qualis sit, & de quibus rebus differat, tunc inuestigare poterimus, cum primum quid sit natura considerabimus. legit etiam Alexander & aliter, quæ cum in principio dicta sint, de his sufficiat.

Finis secundi Libri.

# ARISTOTELIS

*Metaphyſicæ Liber Tertius cum eiuſdem Auguſtini Niphi Medicis expoſitione.*

*Ad Illuſtriſsimum ac Excellentiſsimum Don Petrum de Toledo.*

TEX. 1. NECESSE Eſt ad eam ſcientiam, quam quærimus, ea primum nos aggredi, de quibus dubitare primum oportet. Hæc autem ſunt ea, de quibus aliter quidam exiſtimauerunt, & ſiquid præter illa fuit neglectum, atque omiſſum.

CVM Secundo libro Ariſtoteles declaraſſet modum conſiderandi ueritatem, nunc proſequitur ueritatis inquiſitionem. proficiſcitur autem primo ad dubitationes more diſputantium, poſtea libro quarto procedit ad ueritatis inquiſitionem more analytici, & præmittens proœmium, affert intentionē, & dicit { Neceſſe eſt ad eam ſcientiam, quam quærimus, ea primum nos aggredi, de quibus dubitare primum oportet } ſcientiam, quam quærimus, & de qua nobis eſt ſermo ſuſceptus, ſapientia ipſa eſt, & theologia, quæ ex ordine metaphyſica inſcribitur, quoniam poſterior eſt quo ad nos naturali doctrina. hanc item ſolet primam philoſophiam appellare, quia primarum, nobiliſſimarumq; rerum eſt cōtemplatrix: quod ipſum eſt in cauſa, ut theologia.i.ſcientia de Deo nuncupetur. differit enim potiſſimum de cauſa, & forma, quam ipſam ſubſtantiam a materia prorſus abhorrentem appellare placuit, primumq; Deum, & intellectum appellat. itaq; ad inueſtigationem huius ſcientiæ, & eorum, quæ per ipſam inquirentur, neceſſum eſſe ait ea primum cōmemorare, ac recenſere, de quibus in primis eſt inquirendum. deinde propoſitis ipſarum rerum quæſtionibus, rem quemadmodum eſt præfatus, perſequitur, docetq; ad omnium ſcientiam inueſtigandam in uniuerſum neceſſe eſſe primum ea cōmemorare, de quibus eſt primum differendum. Per hæc enim uia eſt ad ea, quę inuenienda ſcire cupimus. Quod ſi ad omnem ſcientiam, ad hanc quoque id neceſſarium fuerit. deinde exponit ea, quę dubitare, ac differere oportet, & dicit { Hæc autem ſunt ea, de quibus aliter quidam exiſtimauerunt, aliter } .i. incommode ineptèq;. uel apte quidem ſed perperam, aut ſignificat quæ aliter alij ſenſerint. nam de quibus priores authores diuerſas habuere ſententias, ea maxime dubitantur: & in forma quæſtionum inducentur { & ſiquid præter illa } .ſ. quæ ueteres aliter ſenſerint { fuit neglectum, atq; omiſſum } etiam adducetur per modum dubitationis: huiuſmodi autem quæſtiones ſe diſputaturum eſſe ſignificat in præſenti libro.

Eſt autem operæprecium bene eos dubitare, qui conſequi percupiunt facultatem. poſterior enim facultas, ſolutio eſt eorum, quæ prius dubitantur. atque fieri non poteſt, ut uinculum ſoluatur, ſi ignoretur.

Nunc in uniuerſum confirmat docetq; de re quapiam diſputaturus, ut quę inquirunt, inueniant, commodum eſſe primum de ipſis quærere ſeu dubitare, quoniam ipſorum facultas, inuentioq;, & confirmatio ex inuentione pendet quęſitorum. Quo uero ad uerba attinet, dictio, ut Alexander inquit, commodius haberet, ſi pro { Eſt autem } ſcriptum eſſet { eſt enim } ſcilicet { operæprecium bene eos dubitare, qui conſequi percupiunt facultatem } Verbum εὐπορῆσαι translatum eſt facultatem: quæ nihil aliud eſt quam inuentio, & confirmatio, quæ pendet ex inuentione quæſitorum. deinde rationes affert, quæ ſecundum Expoſitorem ſunt quatuor, ſed ſiue quatuor, ſiue plures, ſiue pauciores, reddit rationem, & dicit { poſterior enim facultas } quæ Græce eſt εὐπορία, Latine tum inuentio, tum confirmatio, etiam ueritatis inueſtigatio { ſolutio eſt eorum, quę prius dubitantur } ſenſus autem eſt, ſolutio enim prius quæſitorum cauſa eſt facultatis poſterius comparandæ, uel ſic, facultas enim poſterius acquirenda ex ſolutione prius quæſitorum comparatur. Addit autem Alexander Ariſtotelem ab hoc libro propoſitam doctrinam exordiri. de ijs enim agere orditur, quæ neceſſario ad hic propoſita conducunt, nam quæ in duobus primis dicta ſunt, exordium ipſius eſſe uideri poſſunt, & ad conſtituendum ordinem pertinere. quo factum eſt, ut quibuſdā hunc librum doctrinæ metaphyſicæ primum eſſe placuerit. Hanc rationem deinde manifeſtat in ſolutione corporalium ligaminum, quoniam ille, qui ignorat uinculum, ſoluere non poteſt, & dicit { nam fieri non poteſt, ut uinculum ſoluatur, ſi ignoretur } Si enim quæſitorum inuentio, & confirmatio ex dubitatorum ſolutione pendet, fieri non poteſt, ut quiſpiam uinculum ſoluat, qui ipſum ignorat, ideſt qui quomodo ligatum fuerit, neſcit. nam quomodo per ſcientiam uinculum ſoluas, quod ignoras? quod ſi ita eſt, nec dubitata ſolui poſſunt, ſi quomodo fuerit dubitatum, ignoretur. Quo uero ad uerba attinet, dictio { atque fieri non poteſt } legitur ab Alexandro { nam fieri non poteſt } & reliqua, & quidem rectius, quoniam per hæc uerba explicatur ratio, quam aſſignauit: ut ſit uerbum { nam } nota cauſæ eius, quod dixerat.

Sed dubitatio mentis id ipſum de re declarat. quo enim mens dubitat, eo per ſimilis eſt ligatis. fieri enim nequit, ut ulterius hæc, aut illi progrediantur. quapropter difficultates omnes antea contemplari oportet, & horum gratia.

Cum dubitationem uinculum appellaſſet, dubitationem ad uinculum nunc comparat, & dicit { Sed dubitatio mentis id ipſum } ideſt uinculum { de re declarat } ideſt quod in re habetur, manifeſtat. Tum exponit ſimilitudinem dubitationis ad uinculum, & dicit { quo enim mens dubitat, eo perſimilis eſt ligatis } & huius ulterius rationē aſſignans, dicit { fieri enim nequit, ut ulterius hæc } ſcilicet mens { aut illi } ſcilicet ligati { progrediantur } nam ut uinculum impedimento eſt, quominus ulterius, & ad deſtinatum locum procedatur, ſic mens dubitatione rei ultra progredi prohibetur. neutro enim modo ultra procedi poteſt. nam nec qui ligatus eſt, nec qui dubitat, progredi ualet. quia igitur oportet, ut uinculum cognoſcat, qui eſt ipſum ſoluturus, ideo dicit { quapropter difficultates omnes antea contēplari oportet } { & horum gratia } ideſt & cauſa eorum, quæ nos ſcire percupimus. comparantur enim difficultates uinculis.

Etiam quia homines, qui quærunt, ſi primo non dubitauerint, perſimiles ijs ſunt, qui ignorant, quorſum pergere oportet.

Secundam rationem affert in hunc modum, ſicuti uiatores ad iter, quo uadunt in terminum, ita qui quærunt ad dubitationes, quibus procedunt ad ſcientiam: ſed uiatores oportet ſcire iter, quo uadunt ad finem: igitur quærentes ueritatem oportet ſcire dubitationes, quibus procedunt ad ueritatem, dicit { etiam quia homines, qui quærunt, ſi primo non dubitauerint, ſimiles ijs ſunt, qui ignorant quorſum pergere oportet } hæc fuit minor. quare ſicuti qui neſcit quo pergit, non poteſt peruenire ad finem itineris, niſi temere, caſu ue, ſic nemo poteſt recte ueritatem inquirere, niſi prædubitauerit, dubitationeſque præcognoſcat, quibus itur ad ueritatem.

Inſuper etiam neque ſi id, quod quæritur, inuenerit tandem nec ne, diſcernere poſſunt. finis enim ijs quidem non patet. at ei, qui antea bene dubitauit, manifeſtum eſt.

Aſſignat tertiam rationem: quæ talis eſt, qui non poteſt quod quæritur, cum inuenerit, diſcernere ſine præcedenti dubitatione, debet antequam inuenerit, dubitare: ſed inquiſitor ueritatis, non poteſt, quod quæritur, cum inuenerit, diſcernere abſque præcedenti dubitatione: Igitur inquiſitor ueritatis debet antequam inuenerit, prædubitare. De ratione tangit minorem, & dicit { Inſuper etiam } qui ſubaudi non prædubitauerint { neque ſi id, quod quæritur, inuenerint tandem nec ne, diſcernere poſſunt } hæc eſt minor, cuius rationem ſubdit, & dicit { Finis enim ijs quidem non patet } ſcilicet qui non prædubitauerint { at ei, qui antea bene dubitauit } finis { manifeſtus eſt } dixit { qui antea bene } quia qui antea non bene dubitauit, ſed extra propoſitum, etiam finis non patet, cum inuenerit. per quæ patet minor.

Præterea melius ad iudicandum affectū eum eſſe neceſſe eſt, qui rationes etiam contendentes omnes, perinde atque aduerſarios audiuit.

Quarto argumentatur, ſicuti ſe habet iudex ad actorem & reum, ita ſapiens in rebus inueſtigandis: ſed iudex is fert rectius iudicium, qui & actorem & reum, non alterum ſolum audierit: igitur in rebus inueſtigandis is ſapienter iudicabit, qui omnia, quæ dubitari poſſunt, & dici ad confirmationem ipſorum, poſitionem præcurrerit, atq; ſoluerit. de ratione affert minorem, & dicit { Præterea melius ad iudicandum affectum eum eſſe neceſſe eſt, qui rationes etiam contendentes omnes } ſcilicet pro utraq; parte { perinde atque aduerſarios } ſcilicet actorem & reum { audiuit } & hæc fuit minor. quare in rebus inueſtigandis is ſapienter iudicabit, qui omnia, quæ dubitari poſſunt, & dici ad confirmationem ipſorum & poſitionem percurrerit, atque ſoluerit.

Q ue Auer. Co. primo. Auerroes uero in cōmento huius partis præmittit intentionem Ariſtotelis in præſenti libro, aſſerens Ariſtotelem intendere inducere ſermones diſputatiuos, ideſt dialecticos, qui affirmant, & deſtruunt idem in omnibus quibus huius ſcientiæ, ideſt qui ſunt pro utraque parte. Probat autem hanc intentionem Auerroes ex conſuetudine Ariſtotelis, quæ eſt in omnibus ſcientijs circa quæſtiones difficiles, tum quia quæſtiones difficiles præ ſua difficultate habent ſermones diſputatiuos, ideſt dialecticos pro utraque parte, tum etiam quia nullus earum difficultatem ſcire poteſt, niſi ſciat eam per ſermones diſputatiuos, qui ſunt pro utraque parte. deinde aſſignat differentiam inter uſum, quem ſeruat in naturali ſcientia, atque in particularibus, & quem ſeruat in hac ſcientia, aſſerens Ariſtotelem cognouiſſe meliorem doctrinam eſſe, quæ ponit diſputatiuam perſcrutationem in ſingulis quæſtionibus, quando intendit eam quęſtionem differere, quam colligere omnes quæſtiones in unum. At in hoc libro ſermones diſputatiuos ponit in omnibus q̄ſtionibus difficilibus, quæ ſunt in hac facultate, uno libro collectas, deinde ſoluit inducendo demonſtrationes proprias cuiq; quęſtioni in loco conuenienti ex locis huius ſcientię. deinde aſſignat cauſam differentiæ, ex eo quia cōmunicat ſcientiæ diſputatiuę in uniuerſalitate conſiderationis, dialectica uidelicet & metaphyſica. nā ſubiectum utriuſq; ſcientiæ eſt idem. ſ. ens ſimpliciter. Dialectica.n. & metaphyſica utraq; de ente ſimpliciter agit tanq; de ſubiecto. quare queſtiones pertractandę debent colligi in uno libro tanq; pars per ſe in hac ſcientia, & ante ſermones demonſtratiuos, quoniam natura ſermonum diſputatiuorū facit, ut præcedant demonſtratiuos, potiſſimum qui fiunt ad excitandum: nam qui fiunt ad cōfirmandum, ponuntur poſt demonſtratiuos. ſic igitur quia aliæ ſcientiæ cōſiderant particulariter de ueritate, & particulariter ad eas pertinet circa ſingulas ueritates dubitare: quia uero metaphyſica ſicuti dialectica habet uniuerſalem conſiderationem de ueritate, ſic quoq; ad eam pertinet uniuerſalis dubitatio de ueritate. hac ratione non particulariter, ſed uniuerſaliter omnes dubitationes ſimul colligit in uno libro: ſimile huic, ut Auerroes inquit, fecit de terminis, quibus utitur in hac ſcientia e contrario ei, quod fecit in alijs ſcientijs. nam in particularibus ſcientijs exponit terminos particulariter apud conſiderationem cuiuſq; quæſtionis. At in hac ſcientia exponit omnia nomina, quibus utitur in uno libro uidelicet in quinto huius, non ad tollendam æquiuocationem, ſed ad numerandas intentiones, de quibus agit hæc ſcientia. Nicolaus uero Peripateticus ordinauit ſermonem alio modo quam Ariſtoteles, quoniam & quæſtiones, & nomina pertractauit particulariter in unaquaq; quæſtione putans ſe melius facere, uerum Ariſtoteles propter cauſam, quam diximus, melius fecit.

TEX. 2. Eſt itaq; dubitatio prima de ijs quidem, quæ in exordijs dubitauimus, vtrū vnius, an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari.

Proſequitur nunc Ariſtoteles dubitationes, in quibus Expoſitor talem affert ordinem, ut Ariſtoteles primo dubitationes enumeret, deinde aſſignet cauſas dubitationum, iterum in dubitationibus Expoſitor talem affert ordinem, ut primo ponat dubitationes, quæ attinent ad modum conſiderationis huius ſcientiæ. deinde dubitationes quæ attinent ad prima principia, de quibus eſt hæc ſcientia. nec ab ratione, quia ſicut prius modum ſciendi quam ſcientiam quærere oporteat, ita prius dubitationes, quæ attinent ad modum ſciendi, quā quæ attinent ad ſcientiam, quærendę ſunt. ſed quoniam ad modum ſciendi in hac ſcientia duo pertinēt, uidelicet cauſarum cōſideratio, ex quibus ſcientia demonſtrat, & res ipſę, de quibus ſcientia cōſiderat, ideo primo mouet dubitationes quæ attinent ad conſiderationem cauſarum. deinde dubitationes, quæ pertinent ad ea, de quibus eſt hæc ſcientia. ordinem igitur in hunc modum in quæſitis poſuit Expoſitor: unde dicit { Eſt itaque dubitatio prima de ijs, quæ in exordijs dubitauimus } &, ut Alexander inquit, non eam dubitationem, quam ponit in exordijs, dubitatam eſſe ait. Eſt enim prima dubitatio, ut ipſe dicit { utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit cauſas contemplari } ita quidem, ut alia ſcientia aliorum principiorum & cauſarum ſit contemplatrix: quam dubitationem non uidetur mouiſſe in libris duobus ſuperioribus: ſed bene in primo de anima. Quare intelligit per ea, quæ in exordijs dubitauimus, cauſas. nam in exordijs dubitauit de cauſis: & hæc dubitatio quam nunc mouemus, eſt prima, quæ eſt de cauſis, de quibus cauſis in exordijs dubitatum eſt, nam in primo maiore quæſiuit cauſarum genera quot ſunt, in primo minore, ideſt in libro ſecundo quæſiuit, utrum cauſa in rectum, uel ſecundum ſpeciem in infinitum procedat. de his igitur cauſis, de quibus dubitatum eſt in exordijs, hoc ſit prima dubitatio, quæ in præſentia commemoratur. Quidam tamen, ut Alexander refert, ob hæc, quæ ipſe hoc in loco tradit, hanc ipſam dubitationem primi minoris, ideſt ſecundi libri fini adſcribunt, quæ illic mouetur. Eſt igitur ſenſus dubitationis, ut Alexander

golligit, utrum causarum omnium, quas esse quatuor statuimus, una scientia sit contemplatrix, an alia scientia aliam causam contempletur, ut merito dixerit { de ijs, quæ in exordijs dubitauimus } nam in primo libro maiore de quatuor causis quæsiuit, de quibus quatuor causis hoc in loco est disputaturus, utrum ipsarum cognitio unius doctrinę sit. Expositor uero exponit hanc q̃stionem, utrum cõsideratio quatuor causarũ sm quatuor genera pertineat ad unã, aut ad plures scientias: quod est q̃rere, utrum unius scientiæ, & præcipue huius sit demonstrare per omnia genera causarum, an diuersæ scientiæ per diuersa genera demonstrent.

Que Auer. Cõmen. 2. At aliter Auerroes uidetur intendere, cum dicit, & intendit per genera causarum causas diuersas rerum diuersarum. Causæ enim rerum, quæ genere differunt, sunt diuersæ: uerbi gratia principia rerum naturalium, & principia rerum mathematicarum, & principia rerum abstractarum sunt diuersa, & sic uelle uidetur per causas diuersas non secundum genus causæ, sed secundum res quarum sunt principia, & causæ. ut sit sensus utrum diuersarum rerum causæ pertineant ad unam, an ad plures scientias. sed de sensu quæstionis postea patebit, cũ inducentur argumenta pro utraq; parte. ideo hic non est immorandum.

**Et utrum substantiæ principia prima spectet ad hanc scientiam contemplari solum: an ea quoque principia, ex quibus omnes demonstrant, ut utrum contingat unum & idem simul affirmare, & negare, aut non: & istiusmodi cætera.**

Nunc mouet dubitationem de ijs, de quibus considerat hæc scientia, quoniam uero hæc scientia considerat de substantijs, & de accidentibus, iccirco primo inquirit, de quibus considerat hæc scientia, sicut de substantijs, deinde de quibus considerat hæc scientia, sicut de accidentibus. & ne accidat confusio propter diuisiones & subdiuisiones, animaduertendum prima principia bifariam esse, aut prima, quæ sunt primi entis, uidelicet substantiæ, ut sunt deus, & cæteræ substantiæ separatæ quæ essendi principia dici solent incõplexa, aut prima, q̃ sunt principia demonstrandi uniuersalissima: ex quibus demõstrationes omniũ scientiarũ uim accipiunt: quare quærendo dicit { ut utrum substantiæ prima principia spectet ad hanc scientiam contemplari solum } & nulla alia principia { an } hæc, & { ea quoq; principia, ex quibus omnes demonstrant } quæ principia communia sunt, & sententiæ nuncupantur, siue immediatæ propositiones: quales sunt { ut utrum contingat unum, & idem simul affirmare & negare, aut non } scilicet contingat { & istiusmodi cætera } ut illud, quæ sunt eidem æqualia, ea inter se quoque æqualia sunt. item, si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, sunt æqualia. & illud, omnis appetitus est boni, aut existimati boni, & quæ his similia sunt. Verum omnium sententiarum communissima est, quam de contradictione dicunt illam uidelicet, non contingit unum & idem simul affirmare & negare, quippe quæ

Que Auer. Cõmen. 2. cunctis in rebus uera est. Auerroes exponens hanc quæstionem, ut diximus, distinguit de principijs, quod alia sint principia cognitionis, ut sunt primæ, & immediatæ propositiones omnibus communissimę, uel primæ, quæ uniuersales sunt uni generi scientiæ tantum. alia uero principia essendi, uel substantiæ. Quam distinctionem pertractat in primo physicæ auscultationis, ideo non est hic immorandum. tamen illud est accipiendum quæstionem quærere, ut dictum est.

Cõmen. 8.

**Et si sit huius scientiæ circa substantiam uersari, utrum una sit circa omnes, an plures.**

Sequendo ordinem Alexandri hæc quæstio est tertia, & secundum Expositorem de substantijs est, nam cum huius doctrinæ munus sit de substantia, substantiæ autem plures sint, quippe quarum aliæ intelligibiles, aliæ sensibiles sint: utrum sit una scientia, quæ considerat de substantijs omnibus, an sint plures, quæ de substantijs contemplentur quærit. uidetur enim de pluribus substantijs esse plures scientias. Alexander autem non ad substantias, sed ad substantiarum principia quæstionem hanc dirigit. nam cum munus huius doctrinæ sit de substantia, decp; principijs substantiæ considerare, substantiæ autem plures sint, quippe quarum aliæ intelligibiles, aliæ sensibiles sunt, ut oporteat principia esse diuersa ideo quærendo dicit { & si sit huius scientiæ circa substantiam } & subaudi principia substantiæ uersari { utrum una } scilicet quæ est hæc scientia, { sit circa omnes } scilicet substantias, & substantiarum omnium causas, ut ipsa una cuncta principia, quæ substantiarum sunt, cognoscat { an plures } ac diuersæ doctrinæ principia cognoscant, quę sunt diuersarum substantiarum.

Que Auer. Cõmen. 3. Quam expositionem Auerroes olfecit, dicens, si enim substantiæ fuerint diuersorum primorum principiorum, continget consideratio de eis sit pluribus q̃ uni scientiæ, & si fuerint eorum principiorum primorum, quæ conueniunt, consideratio eorum erit unius scientiæ.

**Et si sint plures, utrum omnes generis sint eiusdem, an aliæ ipsarum sapientiæ, aliæ aliquo alio nomine sint appellandæ.**

Iterum ordinem Alexandri sectando hæc est quarta quæstio, & dicit { Et si sint plures } scilicet scientiæ, doctrinæq; de pluribus substantijs { operæpreciũ } fore ait disputare { utrum omnes } hæ scientiæ { sint generis eiusdem } sic ut omnes debeant sapientiæ appellari, uerbum { eiusdem generis } græce est συγγενές, idest cognatæ, ut geometria & arithmetica cognatæ sunt in genere mathematico { an } nõ omnes sint sapientiæ, sed { aliæ ipsarum sapientiæ, aliæ aliquo alio nomine } idest in aliquo alio genere { sint appellandæ } ut in genere scientiæ naturalis, aut mathematicæ. unde Auerroes eodem commento, & si consideratio de entibus, idest substantijs fuerit plurium scientiarum, quærendum est, utrum omnes sint species eiusdem generis, idest partes unius scientiæ, aut sunt species diuersarum scientiarum, ita ut alia dicatur philosophia idest metaphysica, alia uero scientia naturalis, alia doctrinalis idest mathematica. hæc de quarta quæstione.

**Hoc etiam ipsum quærere necessarium est, utrum substãtias sensibiles solum, an præter has alias esse, sit asserendum.**

Quinta quæstio est, utrum hæ tantum sensibiles substantiæ sint, an præter has aliæ quædam habeantur, dicit { Hoc etiam ipsum quærere necessarium est } uidelicet { utrum substantias sensibiles solum } ut naturales philosophi putant { an præter has alias } substantias scilicet { esse, sit asserendum } ut Plato dixit. Alexander dicit, hoc non esse adhuc notum, nec disputatum. Sed tertia quæstio non uidetur diuersa a prima. quia quærere utrum unius, an plurium scientiarum sit causas contemplari, idẽ est ac si quæratur, utrum una scientia sit circa omnes, an plures, & intelligit de causis, hoc est utrum una scientia sit circa omnes causas substantiæ, an plures. quare tertia quæstio non differt a prima. Alexander differentiam affert, quoniam in prima quæstione quæsitum est de principijs simpliciter, in tertia uero de principijs substantiæ. sed mirum est quo modo Alexander asserat id, quod quæritur in quinta quæstione, non esse adhuc notum, nec disputatum, cum libro primo de eo disputasset Aristoteles cõtra Platonem: quare hoc, quod Alexander ait, non caret quæstione.

Et utrum



Vnum μοναχῶς singulariter unice.

**Et utrum unum, an plura sint genera substantiarum, ut qui & species faciunt, mathematica quoque inter has, atque etiam sensibilia etiam censent. de his itaque, ut diximus, considerandum est.**

Hæc est sexta quæstio, quasi dicat, si sint aliquæ substantię separatę ab ipsis sensibilibus, sexta quęstio est { & utrum unum } scilicet genus sit omnium earum, unaq; ratio { an plura sint genera substantiarum } talium, scilicet substantiarum separatarum, diuersæq; rationes. quod quo modo dixerit, declarat ponens opinionẽ Platonis, & dicit { ut & } ij { qui & species } idest ideas { faciunt, mathematica quoque } substantias præter sensibilia esse affirmant, & media { inter has } scilicet ideas { atque etiam sensibilia esse censent } Authores enim idearum res mathematicas, putabant substantias esse, quæ neque id eis, neque sensibilibus genere sunt similes, sed huiusmodi substantiarum naturam mediam illis esse dicebant, ut tria sint secundum substantiam, quemadmodum de Platone primo maiore dixit. Plato enim attendens ad duplicem abstractionem uidelicet uniuersalis a particularibus, & rerum mathematicarum a materia sensibili, posuit utrunque genus subsistere: & ita posuit substantias separatas, quæ sunt uniuersalia separata, inter quę, & substantias sensibiles particulares, res mathematicas substitere censuit, ut numeros, & magnitudines. sed uidetur hæc sexta quæstio coincidere cum quarta, in qua quærebatur, si sint plures substantiæ, utrum omnes generis sint eiusdem. & reliqua respondet Alexander, & quidem laute, nam quarta quæstio erat de substantijs simpliciter, hæc uero quæstio de substãtijs separatis, quas qdã ponebãt. tũc ordinãdo se ad sequentia, dicit { de his itaq; } scilicet quæstionibus sicut nunc mouentur { considerandum est } primo quidem disputatiue. deinde determinando ueritatem.

**Et utrũ circa substantias tantũ sit contẽplatio, an & circa ea, quæ per se substantijs accidunt.**

Septima quęstio hic affertur ab Aristotele, cum dicit { Et utrum circa substantias tantum, sit contemplatio, an & circa ea, quæ per se substantijs accidunt } uidetur enim quod contemplatio huius scientiæ sit tantum circa substantias, quoniam hæc scientia dicitur philosophia substantiæ. etiam uidetur circa ea, quæ per se substantijs accidunt, ex eo quia ad eandem scientiam pertinere uidetur, ut consideret subiectum, & per se accidentia subiecti. sunt autem per se accidentia proprie, quæ in definitionibus accipiuntur, de quibus ei necessario agendum est, quia de quibusdam scientia sumi non potest, nisi quæ ad hunc modum insunt, cognoscantur. Sic igitur appellat per se accidentia inseparabilia, & propria, & propemodum substantialia, per quæ quarundam rerum descriptiones explicari solent, ut triangulo per se accidit habere tres angulos duobus rectis æquales, & duo latera maiora esse tertio: utcunq; cõmutentur: sic item numero accidit, ut par sit, aut impar, & unicuiq; entiũ, ut unũ sit, quatenus hoc aliquid est, & cætera accidẽtia, q̃ ad hunc modũ insunt.

**Præterea cuius nam sit de ijs omnibus contemplari, de quibus dialectici considerare conantur ex solis probabilibus facientes considerationem, puta de eodem & diuerso, & de simili, & dissimili, & identitate, & contrarietate, & de priore, & posteriore, & de cæteris omnibus talibus.**

Identitate ταυτότητος cõuenientia.

Quoniam sunt quædam, quæ sunt per se accidentia entis, quatenus uidentur consequi omnia entia, ut sunt idem & diuersum, simile & dissimile, identitas & contrarietas, prius & posterius, & alia omnia id genus, de quibus dialectici, qui etiam considerant, agunt, non quidem ex necessarijs, sed ex probabilibus, ideo octauo quærit, & dicit { Præterea cuius nam sit de ijs omnibus contemplari, de quibus dialectici considerare conantur ex solis probabilibus facientes considerationem } exponit autem hæc, & dicit { puta de eodem, & diuerso, & de simili & dissimili, & de identitate & contrarietate, & de priore, & posteriore, & de cæteris omnibus talibus } Ex una enim parte, quia hæc communia sunt, ad primum philosophum attinere uidentur. ex altera uero, quia hæc considerat dialecticus, cuius est ex probabilibus procedere, non uidentur attinere ad primum philosophum, cuius est ex necessarijs demonstrare. Alexander autem authoritate quorundam horum doctrinam logicam esse ait, quia pleraq; talia in ipsa quæruntur, contra quos ait doctrinam de ijs non esse logicam, quia plura horum quæruntur in logica, quoniam non propter hæc disputat de ijs, neque in hoc propositum intuetur, sed ait munus considerandi hæc esse primæ philosophiæ, quæ considerat ens, & accidentia, quæ enti communiter insunt. hoc autem, quod Alexander ait, mihi uidetur ambiguum, quoniam Aristoteles docet terminare dialectice problemata de eodem & diuerso, de simili & dissimili, & de cæteris hic enumeratis, ut patet septimo topicorum. Ergo de ijs considerat dialecticus per probabilia, sicut primus Philosophus per necessaria. Vnde dialecticus probat actum & potentiam esse diuersa per locum ab oppositis relatiue hoc est, quia sunt opposita relatiue. Philosophus primus per hoc, quia potentia recipit, actus uero recipitur. ille quidem topice, hic uero analytice. Auerroes autẽ in idem

Que Auer. Cõmen. 2. coincidens dicit, & oportet nos perscrutari etiam de consequentibus, idest accidentibus essentialibus, quæ sunt propria enti, quatenus est ens: uerbi gratia, idem & diuersum, simile & dissimile, contrarium, & conueniens. & uniuersaliter oportet perscrutari de omnibus, de quibus dialectici assueti sunt disputare per sermones probabiles laudabiles. Philosophus enim & logicus conueniunt in perscrutatione de his rebus, quia uterq; considerat de ente simpliciter. per quę patet dialecticum considerare de ijs, sicut metaphysicus, licet per alium modum.

**Insuper & quæ per se illis accidunt, & non solum quid illorum sit unumquodque, sed etiam utrum unum uni contrarium sit.**

Quoniam ad hæc cõmunia entis accidentia, quæ enumerata sunt, quædam per se consequuntur, uerbi gratia contrarij accidens per se est medium habere, uel carere medio, aut accidens contrarij est illud, quod ipse addit, ut si unum uni sit contrarium aut non, ideo nonam quæstionem affert, & dicit { Insuper } quæritur, utrum ad philosophum primum pertineat considerare { & } accidentia { quæ per se illis accidunt } illa dicit quæ communiter enti insunt { & nõ solum quid illorum sit unum quodq;, sed etiam } attineat cõsiderare { utrum unum uni contrarium sit } & cætera accidentia illorum: quasi q̃rat utrũ ad Philosophũ pertineat circa unumquodq; horũ quę enti cõmuniter accidunt, solũ cõsiderare qd sit, aut etiã ea quæ cõsequunt̃ ad hæc ipsa, ueluti utrum unũ sit contrarium uni. hæc est nona quæstio.

**Et utrum principia & elementa sint genera ipsa: an ea, quę insunt, & in quę res unaquæq; diuiditur.**

Quoniam principia, & elementa uidentur tum genera, tũ ea, in quæ res unaquęq; diuidit̃. uident̃ enim principia & elemẽta genera, qm̃ species ipsa resoluitur in genera. uidentur etiam principia esse ea, in quæ res quæq; resoluitur, quoniam elementum est ex quo primo componitur res, & in quod ultimo diuiditur. ergo principia ipsa uidentur tum genera, tum partes, in quas resoluitur compositum, ideo decimo quærit { Et utrum principia & elementa sint genera ipsa } eorum

ſcilicet quorum ſunt genera { an } principia ſint { ea } ideſt illæ partes { q̃ inſunt, & in quæ } uel quas { res unaquęq; } ſcilicet compoſita { diuiditur } quaſi quærat utrum principia & elementa rerum, ſint genera earum, an partes eſſentiales earum. Et, ut Alexander inquit, principia & elementa uidentur genera, quoniam prima ſunt genera, prima ſunt principia: & elementa. igitur principia & elementa ſunt genera. iterum principia & elementa uidentur partes eſſentiales, in quas res unaquæq; diuiditur. quoniam ea, in quæ res diuiditur, ſunt partes eſſentiales, ea, in quæ res diuiditur, ſunt principia & elementa. igitur principia & elementa ſunt partes eſſentiales: quare problema dubium eſt pro utraque parte propter ſyllogiſmos hinc inde in tertia figura conſtitutos.

## Quod ſi ſint genera, utrum ſint ea, quæ ultimo de indiuiduis ipſis dicuntur, an ipſa prima: ut utrum animal, aut homo principium ſit, & magis ſit præter ſingularia ipſa.

Quærit undecimo, & dicit { Quod ſi ſint genera } ideſt quod ſi principia ipſa ſint genera eorum, quorum ſunt genera { utrum ſint ea } ſcilicet genera { quæ ultimo de indiuiduis ipſis dicuntur } ideſt quæ proxima ſunt indiuiduis, quæ licet ſpecies ſint indiuiduæ, ac ſpecialiſſimæ, communiore tamen uocabulo genera uocat, quia generis nomen pro cõmuni uſurpat { an ipſa prima } ideſt ipſa ſuprema, quæ generaliſſima uocantur, & per exemplum quæſtionem exponens, dicit { ut utrum animal } quod eſt ſuperius genus { an homo principium ſit, & magis ſit præter ſingularia ipſa } quod eſt proximum genus. hoc autem dicit propter Platonem, qui ſpecies ultimas, ut hominem, ponit ideam magis quam animal.

## Maxime uero quærendum, atque tractandum eſt, utrum præter materiam ſit aliqua per ſe cauſa, an non.

Quidam ueterum phyſicorum, qui materiam tantũ cauſam per ſe eſſe ſtatuebant, eius materiæ, quam ponebant, accidentia, cauſas ex accidenti eſſe confirmabant. ponebant enim cauſam per ſe, aut aerem, aut aquam, aut horum medium, aut aliquod aliud genus: quod materiam eſſe ſtatuebant. cauſas uero ex accidenti, raritatem, & denſitatem, uel concretionem, & diſcretionem. Iſti igitur materiam & ſubiectum per ſe cauſam eſſe dicentes, aliquam aliam cauſam adijciebant, ſed per accidens, hæc enim materiæ accidunt, ideo duodecimo quærendo, dicit { Maxime uero quærendum, atq; tractandum eſt, utrum præter materiam } quam ſcilicet ponunt unum ex quatuor elemẽtis { ſit aliqua per ſe cauſa, an non ſit } aliqua alia cauſa per ſe præter materiam. dixit autem per ſe, quoniam concedunt eſſe aliquam aliam cauſam per accidens: ſed ipſe quærit utrum præter materiam ſit aliqua alia cauſa per ſe. Auerroes uero ſuper hac parte, cauſam per ſe, quã quærit Ariſtoteles ultra materiam, ait eſſe formam, quoniam formam eſſe per ſe cauſam fuit notum ſoli Ariſtoreli inter omnes antiquos. Sed dices, non ne Platoni forma fuit nota, & Pythagoræ? dicas Platonem & Pythagoram uſum eſſe forma, ſed non quo forma eſt actus, & perfectio materiæ, ut poſtea dicetur.

Q ué Auer. Cõmen. 2.

## Atque hæc ſit ſeparabilis nec ne.

Decimatertia quæſtio, ſi præter materiam eſt aliqua per ſe cauſa { Atque hæc } per ſe cauſa, utrum { ſit ſeparabilis } ideſt a materia ſeiuncta, & per ſe ſubſiſtens, ut ex ſtoicorum ſententia eſt Deus cauſa effectrix { nec ne } .i. an in materia qualis eſt forma materialis.

## Et utrum una, an plures numero ſit.

Decimaquarta quæſtio, dato quod ſit aliqua per ſe cauſa immaterialis, & ſeparata quęrendum eſt { Et utrum una, an plures numero ſit } una quidem, ut poſuit Anaxagoras, plures uero, ut nonnulli Pythagorici, qui poſuerunt duos Deos, alterum bonorum, alterum malorum, quam quæſtionem in huius operis duodecimo libro diſputabit.

Totum σύνολον ſimul uel.

## Et utrum ſit quippiam præter ipſum totum. (Dico autem totum, cum de materia quippiam prædicatur) an nihil, an quorundam ſit, quorundam non ſit, & quales ex rebus ſint tales.

Hæc eſt decimaquinta quæſtio, quam mouet, & dicit { Et utrum ſit quippiam præter ipſum totum } totum appellat commune, quod de ſingularibus, rebuſq; materialibus dicitur, ut homo, qui dicitur de ſingularibus hominibus, & leo de ſingularibus leonibus. & tunc ſenſus quæſtionis eſt, utrum præter totum ideſt præter commune, quod de materiali prædicatur, ſit aliqua alia forma ſeparata. An præter commune nulla ſit forma, & idea, an quorundam ſit, aliorum ſecus, ut authores idearum tradunt, qui eorum, quæ præter naturam fiunt, & item artificioſorum ideas eſſe negabant: cæterorum uero concedebant. Tamen exponit totum ipſe, & intelligit alio modo, & dicit { Dico autem totum, cum de materia quippiam prædicatur } ideſt quando materia cum aliqua forma ſumitur. ergo per totum, intelligit ipſum compoſitum materiale, ut Socratem, & Platonem, & cætera ſingularia materialia, ut ſit quæſtio, nunquid ſit forma ſeparata præter compoſitum materiale { an nihil } uel tertio per totum intelligit materiale. nam materiale prædicatur de materia, eſt enim materia quid materiale. ergo ſenſus quæſtionis eſt, utrum forma ſeparata ſit præter materiale { an quorundam } ſcilicet materialium { ſit forma ſeparata } ut indiuiduorum, quæ ſunt a natura { quorundam non ſit } ut fortuitorum, & artificioſorum { & quales ex rebus ſint tales } formæ ſeparatæ, quoniam ex rebus naturalibus tales formæ ſeparatæ ſunt. ex rebus uero artificioſis, & præternaturalibus non ſunt. Sed dices hæc ultima quæſtio uidetur concidere cum undecima, quæ quærit utrum præter materiam ſit aliqua per ſe cauſa. tamen, ut Alexãder inquit, per hanc quæritur utrum ſit aliqua forma præter materiam. & ſic differunt ſicut cauſa & forma differunt. cũ undecima quærat de cauſa, hæc uero ſpeciatim de forma: quæ eſt una ſpecies cauſæ.

## Ad hæc utrum principia numero, an ſpecie, tam *in rationibus*, quam *in ſubiecto* ſint finita.

Hæc eſt decimaſexta quæſtio, quam mouet, & dicit { Ad hæc } quæritur { utrum principia numero ſint finita } & ſi non numero, utrum ſpecie ſint finita, numero uero infinita. Mouit hanc quæſtionem propter nonnullos, q̃ efficientem cauſam dixerunt eſſe unam numero, uidelicet Deum. Alij plures numeros, iterum propter materiam, quam nonnulli unam numero, alij plures numero dixerunt. propterea quærit { utrum principia numero ſint finita } ſicut Anaxagoras, q̃ effectricem cauſam unam numero tantum eſſe aſſerebat, & ſicuti naturales, qui unam materiam poſuerunt { An ſpecie } ſicuti Peripatetici, q̃ effectrices cauſas ponunt numero infinitas, ſpecie uero finitas, & Democritus, qui materias aſſeruit eſſe infinitas numero, ſpecie finitas. & amplificando ſermonem ſubdit, quaſi dicens & hanc quæſtionem intelligo in omnibus cauſis { tam in rationibus } .i. cauſis formalibus { quam in ſubiecto } .i. quam in cauſis materialibus. quoniam de unaquaq; cauſa quæri poteſt, utrum ſit numero infinita, ſpecie autem finita. Expoſitor uero intelligit quæſtionem de principijs generationis, quæ ſunt materia, & forma, & priuatio, quod an ita ſit intelligendum, mihi dubium eſt, cum principia generationis non ad metaphyſicum, ſed ad naturalem Philoſophũ ſpectent. Prꝛterea Alexã. & Auerroes intellexerunt modo, quo nos expoſuimus. Quare ambigua eſt hęc Expoſitoris expoſitio. Exponit etiam Alexander



uerbum { tam in rationibus } ideſt cauſas, quæ in rationibus habentur, hoc eſt principia demonſtrationum, quas ſententias appellamus, per cauſas uero, quæ in ſubiecto, principia eſſendi, quaſi dicat eandem quæſtionem eſſe tam de principijs demonſtrationum, quam de principijs eſſendi.

## Et utrum rerum, quę occidunt, & rerum, quę non occidunt, eadem principia ſint, an diuerſa?

Hæc eſt. xvi. quæſtio, quam mouet, & dicit { Et utrum rerum, quæ occidunt, & rerum, quæ non occidunt, eadem principia ſint, an diuerſa } ut cœleſtium, & ſublunarium.

## Et utrum omnia corruptionis expertia ſint, an principia rerum, quę corrumpuntur, ſubeant corruptionem & ipſa.

Hæc eſt. xvii. quæſtio, quam mouet, & dicit { & } ſubaudi ſi principia ſint diuerſa. { utrum omnia corruptionis expertia ſint } ſcilicet tam mortalium principia quam immortalium { an principia rerum, quæ corrumpuntur, ſubeant & ipſa corruptionem } & uiciſſim eorum, quæ interire nequeunt, immortalia ſint.

## Præterea quærendum eſt id quod omnium eſt difficillimum, & dubitationem maximam habet, utrum unum & ens, quemadmodum Pythagorici & Plato dixerunt, non aliud quicq̃, ſed ſubſtantia rerum ſint, an non: ſed aliud quippiam ſubiectum ſit, quemadmodum Empedocles amicitiam dicit, alij uero nõnulli ignẽ, alij aquam, aut aerem.

Hæc eſt. xix. quæſtio, cuius ſenſus apud Expoſitorem eſt, utrum unum & ens ſignificent ipſam rerum ſubſtantiam, & non aliquid additum ſupra ſubſtantiam rerum, ſicut Pythagorici & Plato dixerunt, uel ſit aliquid aliud ſubiectum unitati, & entitati ſcilicet ignis, uel aer. Vel ſenſus ſecundum Alexandrum eſt, utrum unum & ens ſint ſubſtantiæ, & rerum principia, an aliæ quædam naturæ ſubijciantur, quibus & unum & ens accidant. Vt naturales tradunt, & hoc eſt quærere utrum tota ſubſtantia rerum ſint unum & ens, an tota ſubſtantia rerum ſit quædam natura, quam Phyſici aſſerunt, cui unum & ens accidunt, dicit { Prꝛterea quærendum eſt id, quod omnium eſt difficillimum, & dubitationem maximam habet } cuius rationem affert Expoſitor ex eo quia ex hac ipſa quęſtione tota opinio Platonis, & Pythagoricorum, qui numeros rerum ſubſtantias eſſe aſſerebant, pendet. etiam propter uarietatem opinantium, quæ ſemper difficultatẽ atteſtatur. nam Pythagorici & Plato ex una, & naturales Philoſophi ex alia in hac quæſtione mirum in modum digladiantur. deinde exponens quæſtionem, dicit { utrum unum & ens, quemadmodum Pythagorici & Plato dixerunt, non aliud quicquam, ſed } tota ſcilicet { rerum ſubſtantia ſint, an non: ſed aliud quippiam ſubiectum ſit } quod ſit tota rerum ſubſtantia, cui unum & ens accidunt { quemadmodum Empedocles amicitiam dicit } eſſe ſcilicet totam ſubſtantiam { alij uero nonnulli ignem } ſcilicet dicunt eſſe totam rerum ſubſtantiam { alij aquam, aut aerem } dicunt. ſ. eſſe totam rerum ſubſtantiam. Apud autem Auerroem ſenſus quæſtionis eſt, utrum unum, quod eſt principium numeri ſit unũ, quod eſt ſubſtantia uniuſcuiuſq; rei ſenſibilis, ideſt unum quod conuertitur cum ente: an unum, quod eſt principium numeri, eſt accidens, & unum, quod eſt ſubſtantia, & elementum omnium rerum, & conuertitur cum ente, eſt natura alia a natura unius, quod eſt principium numeri, ut dicunt naturales: per quæ innuit duas unitates, alteram, quæ eſt principium numeri, alteram, quæ eſt idem, quod ens, & quærit utrum unum, quod eſt principium numeri, ſit idẽ quod unum, qđ conuertitur cum ente. Sed expoſitio Alexandri facile uerbis Ariſtotelis applicatur, cæterę uero expoſitiones non facile. Prꝛterea expoſitio Alexandri concordat cum ijs, quæ diſputabit poſtea, cætere uero non ſic, ut uidebitur.

Q ué Auer. Cõmen. 2.

## Et utrum principia uniuerſalia ſint: an ita ſe habeant, ut res ſingulares.

Hæc eſt. xx. quæſtio, cuius ſenſus apud Expoſitorem eſt, utrum ea, quæ ponuntur eſſe principia, habeant rationem principij ſecundum rationem uniuerſalem, uel ſecundum rationem ſingularem. At apud Alexandrum ſenſus quæſtionis eſt, utrum principia in propria ſubſtantia, & per ſe ſint, ut ſingularia quæque entia, an non, ſed quemadmodum genera, uniuerſaliaq; & cõmunia, quibus eſſe in eo eſt, quod de ſingularibus prædicantur: unde dicit { Et utrum principia uniuerſalia ſint: an ita ſe habeant, ut res ſingulares } ſed uidetur hæc quæſtio coincidere cum. xi. in qua quærebatur, utrum principia ſint genera, an ſpecies ultimæ. nam genera & ſpecies ſunt uniuerſalia, uel uidetur coincidere cum. x. in qua quærebatur, utrum principia ſint genera, an ea, quæ inſunt, & in quæ unaquæq; diuiditur. Reſpondet Alexander, quod in decima quæſtione fit comparatio partium rationis, ad partes ſecundum rem hoc pacto, utrum principia ſint genera, quæ rationis partes ſunt, an ea, quæ inſunt, & in quæ diuiditur ipſum compoſitum, quæ eſſentiales partes ſunt. In undecima uero quæſtione fiebat comparatio generum ad ſpecies ultimas, quoniam quærebatur utrum principia ſint genera, an ſpecialiſſima. at in præſenti quæſtione nulla harum comparatio fit, ſed quærit ſi principia ſint, utrum ſint ſicut uniuerſalia, quæ non per ſe ſubſiſtunt, ſed ſunt in ſingularibus, an ſint, ſicut ſingularia, quæ per ſe, & non in alijs ſubſiſtunt. Vbi patet nullam earum comparationum fieri. Auerroes autem uult comparationem fieri inter uniuerſalia, & ſingularia, quoniam uult, ut quæratur ſint ne principia uniuerſalia, an ſingularia. quæ expoſitio facit, ut quæſtio hæc differat a prioribus duabus quæſtionibus.

## Et potentia ſint ne, an actu.

Vigeſimaprima quæſtio eſt { Et } ſi principia ad hunc modum ſunt. ſut ſingularia { potentia ſint, an actu. } dixit { poteſtate } ut materia, quæ eſt in rerum natura, & ſingularis, ſed poteſtate, dixit uero { actu } ut ignis, aut aliquod elementum tale, quod ueteres Phyſici elementum eſſe ſtatuebant.

## Et alio ne modo, an motu. hæc etenim magnam dubitationem præbent.

Mouet quæſtionem uigeſimãſecundam, cuius primus ſenſus apud Alexandrum eſt, utrum principia ob hoc principia ſint, quod mouentur, & efficiant ea, quorum principia ſunt, an ob aliam rationem. nam quoddam principium mouens eſſe uidetur, ut efficiens: aliud item, ut materiale. ſecundus ſenſus apud eundem, utrum hæc principia moueantur, dum cauſæ rebus ſunt, quæ ex ipſis fiunt, an in mota maneant, ut ideæ per ipſarum authores, cuiuſmodi eſt etiam prima cauſa. Tertius apud eundem, utrum principia moueantur, & alterum in alterum commutetur, an ſint huius uiciſſitudinis immunia. Secundum uero Expoſitorem ſenſus eſt, utrum alio modo puta participatione ſint principia cauſæ rerum, ut Platonici: an accedente motu, ut naturales, qui poſuerunt ſola principia motus, ſiue materialia, ſiue efficientia aſſeruerunt. & augens quæſtionem hanc dicit { hæc etenim magnam dubitationem præbent } quod Expoſitor ex controuerſia authorum, quam habent circa has, ita eſſe probauit. Auerroes autem eodem commento ſenſum huius quæſtionis exponens dicit eſſe perſcrutandum de principijs utrum ſint principia, quatenus ſunt

Q ué Auer. Cõmen. 2.

mouentia, ideſt ſolum in genere cauſæ efficientis, an ſecundum alium modum cæterarum cauſarum.i.an in aliis generibus cauſarum, & intendit queſtionem contingentem in primo motore, quem nonnulli aſſeruerunt eſſe principium ut efficiens, alij uero, ut cuius gratia.i.ut cauſam finalem: quem ſenſum puto eſſe remotum a mente Ariſtotelis, quoniam nō concordat cum diſputatione, quam poſtea faciet.

Inſuper quærendum eſt, ſi numeri, longitudines, figuræ, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint, nec ne.

Mouet queſtionem.xxiij.circa mathematica, & dicit { In ſuper quærendum eſt, ſi } ſubaudi mathematica ſubſtantiæ ſint, an non. ſunt autem mathematica { numeri, longitudines, figuræ } plane uidelicet, ut triangulus, quadratus, circulus, & cetera id genus { ac puncta } querit enim utrum hæc { ſubſtantiæ ſint, nec ne. } nam Pythagoricis, atq; Platonicis placet hæc eſſe ſubſtantias, naturalibus uero ſecus.

Quod ſi ſubſtantiæ ſint, utrum a ſenſibilibus ſint ſeparatæ: an ſint in ipſis. de his enim omnibus non ſolum difficile eſt conſequi ueritatem, ſed ne ratione quidem bene dubitare facile eſt.

Mouet.xxiiij.quæſtionem, & dicit { Quod ſi } ipſa.ſ.mathematica { ſubſtantiæ ſint, utrum a ſenſibilibus ſint ſeparatæ } & per ſe ſubſiſtentes, ut Platonici affirmant { an ſint in ipſis }. ſ.ſenſibilibus, ut aſſerunt Pythagorici, deinde quales queſtiones hæ ſint, exponit, & dicit { de his enim omnibus }. ſ.quæſtionibus hucuſque motis { nō ſolum difficile eſt conſequi ueritatem, ſed ne ratione quidem }. i. inquiſitione { facile eſt bene dubitare } nam difficile eſt inuenire probabiles rationes, quibus dubitatio emergat. quo fit, ut inquiſitio, & etiam inuentio ueritatis difficilis ſit: uel ut rectius loquar, fit ut inuentio, quæ conſiſtit in inquiſitione, & iudicium, quod conſiſtit in reſolutione, difficile ſit.

TEX.3. Primum igitur quærendum de quibus diximus primum, utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit contemplari cauſarum genera omnia.

Cum mouiſſet quæſtiones, quæ attinent ad hanc ſcientiā, hic diſputat de eis, aggrediens ad illam rationem diſputandā primum, quam primum differere propoſuerat, & dicit { Primum igitur quærendum, de quibus diximus primum } & explicat eam q̄ſtionem, quam primum mouit, & dicit { utrum unius, an plurium ſcientiarum ſit contemplari cauſarum genera omnia } ut alia de alio genere cauſæ ſit contemplari. & cum dixerit { primum eſſe quærendum, de quibus dixit primum } dedit intelligere ſic eſſe proſequendum ordinem diſputationis, ut ordini queſtionum, quę motę ſunt reſpondeat.

Nam quo nam pacto quidem unius ſcientię erit principia rerum cognoſcere, cum non ſint contraria?

Quod conſiderare omnia genera cauſarum non pertineat ad eandem ſcientiam, nunc probat primo, & dicit { Nā quo nam pacto quidem unius ſcientiæ erit principia rerum cognoſcere, cum non ſint contraria? } quam rationem Expoſitor uult ſic eſſe formandam, ſi principia rerum ſunt contraria, eſt unius ſcientiæ conſiderare, ſed principia rerum non ſunt contraria: igitur principia rerum non eſt unius ſcientiæ conſiderare. Sed contra dubitatur, nam ratio ab oppoſito antecedentis friuola eſt, & non dialectica. Præterea in hoc ſyllogiſmo ſola maior eſt probabilis, minor aut eſt ſophiſtica, aut improbabilis apertiſſime. Auerroes concedit minorem eſſe falſam, & improbabilem, & ſophiſticam quia non uidetur uera, niſi ſuperficietenus, & quatenus apparet exterius: nec eſt mirum, ut Ariſtoteles utatur ſophiſticis rationibus, quoniam ponit rationes, quæ ab aliis inducebantur. unde & Auerroes ait hunc ſermonem eſſe logicum, ſecundum quod fuit dictum, quod ſermones uſitati in hoc libro ſunt logici. ergo nō eſt abſurdum Ariſtotelem eſſe uſum eiuſmodi ſermonibus, quoniam ueteres utebantur eis in hoc libro ad dubitandum. At Expoſitor admiratur, quod tantus uir in tanta re fuerit uſus tam friuola ratione. Expoſitor concordans cum Alexandro euadit ab his. Alexander enim ſic formiat ſyllogiſmum, quorum ſpecie diſcrepantium eadem habetur ſcientia, hæc inter ſe oppoſita ſunt: cauſæ non ſunt inter ſe oppoſitæ: igitur cauſarum ſpecie diſcrepantium nō eſt eadem ſcientia. Quæ ratio eſt in ſecunda figura, & eius maior eſt probabilis, ut Expoſitor nititur probare. nam quædā diuerſa pertinent ad eandem ſcientiam, quatenus reducuntur ad unum aliquod, ut ad unum totum, uel ad unam cauſam, uel ad unum ſubiectum. quædam etiam diuerſa pertinent ad eandem ſcientiam, quatenus ſunt cōtraria, quoniam alterum alterius eſt ratio cognoſcendi. & ita ex his redditur maior ſyllogiſmi probabilis quod omnia diuerſa, quæ ſunt contraria ſint eiuſdem ſcientiæ. ſic Ariſtoteles non utitur ratione friuola, nec ſophiſtica. cum uero Ariſtoteles ait { cum nō ſint contraria } hic contrariorum eandem eſſe ſcientiam ſumit, non tamen contrariorum tantum. nihil enim prohibet eandem ſcientiam quorundam non oppoſitorum eſſe. nam de quibus geometria diſſerit, ea non pugnant inter ſe, ſed & philoſophia naturalis, & actiua, quæ ſpecie differunt, & ſi non ſunt oppoſitæ, ſub unam tamen ſcientiam cadunt. Præterea principia in oppoſita redigi poſſe alicui fortaſſe placebit in effectiuum. ſ. & paſſiuum. materia enim paſſiua eſt. tria uero principia, quæ circa materiam uerſantur, ad formale referuntur, formale autem effectiuum eſt, cum omne efficiens per formam & perfectionem, quam obtinet.

Que Auer. Cōmen.3.

Præterea compluribus entium non omnibus competunt omnia. quo enim pacto fieri poteſt, ut immobilibus inſit principium motus, aut boni natura? Si omne quidem, quod eſt per ſe, atque ſuaptenatura bonum, finis ſit, atque ad eo cauſa, ut illius gratia cætera & fiant, & ſint. finis autem, & id cuius gratia cætera fiunt, actionis cuiuſdam ſit finis, actiones uero omnes efficiantur cum motu? quare fieri non poteſt, ut in immobilibus hoc principium, aut ullum ſit per ſe bonum.

Hæc eſt ſecunda ratio ad probandum q̄ eiuſdem ſcientię nō ſit ſcire omnia genera cauſarum. ſed de forma ſyllogiſmi nō eſt facile aſſerere. Expoſitor enim ſic argumentatur, diuerſorum pertinentium ad unā ſcientiam, quęcunq; ſcientia conſiderat unum, cōſiderat & aliud, ut patet in contrarijs, quorū diuerſitas ſecundū ſe pertinet ad unam ſcientiam non per reductionem ad aliquod unum: ſed nō quæcunq; ſcientia conſiderat unam cauſam, conſiderat omnes cauſas: ergo cōſideratio cauſarū non pertinet ad unam ſcientiam. deinde uult q̄ in textu probetur ſola minor, nec aliud fiat in textu. Alexander uero uult Ariſtotelē argumentari argumentatione ſumpta ab ipſis ſcibilibus, nam ſi nō cuncta ſcibilia omnes cauſas habent: ſcientiæ autem propriorum, ſuorumq; ſcibilium contēplatrices ſunt: ſatis declaratur ea q̄unq; principia cognoſcere, quæ in proprijs ipſius ſcibilibus cōtinentur, ac proinde alia aliorum eſſe cognitricem eorum. ſ. quanq̄ in ſuis ſcibilibus habentur. deinde uult Ariſtotelem oſtendere non in cunctis ſcibilibus omnes cauſas haberi, q̄m in rebus immobilibus nō habētur omnes cauſæ. ſed in qua figura, & in quo figuræ modo ſint ſyllogiſmi huiuſmodi, ego non intelligo. Propterea illud primo uolo uos intelligere Ariſtotelem



uelle probare in toto hoc proceſſu conſideratione omnium cauſarum non pertinere ad eandem ſcientiam hoc pacto, q̄ quæcunque ſcientia conſiderat unum genus cauſæ, debeat cætera omnia contemplari. quoniam non eſt dubium eſſe unam aliquam, quæ omnia conſideret, & quæ per omnia demonſtrat, ut eſt naturalis philoſophia. ſed Ariſtotelis queſtio eſt, utrum quæcunque ſcientia conſiderat aliquam cauſam, conſideret omnes. ergo intendit probare quod non quæcunq; ſcientia conſiderat aliquam harum cauſarum, conſideret omnes, argumento a ſcibilibus hoc pacto, ſi quæcunq; ſcientia conſideraret unam cauſam, cōſideraret omnes, omnia ſcibilia omnium ſcientiarum haberent omnes cauſas. hęc hypothetica probabilis eſt, & forte per ſe nota. ſed non omnia ſcibilia habent omnes cauſas, ergo non quæcunque ſcientia conſiderat unam cauſam, conſiderat omnes: Minor etiam probabilis eſt, & eam probat, in textu. hæc meo iudicio eſt forma ſyllogiſmi. ſed dices, huius propoſitiones ſunt ueræ, & neceſſariæ. ergo non ſunt probabiles. Dicendum tam falſa quam uera eſſe probabilia, falſa ſiquidem & uera ſunt ſecundum opinionem. Quatenus enim ſunt ſecundum opinionem aliquorum ſapientum, ſubeunt rationem probabilis, nam probabile eſt, quod omnibus uel pluribus uidetur. Ariſtoteles ergo utitur propoſitionibus ſyllogiſmi, non quo ueræ, atque neceſſariæ ſunt, ſed quo ſunt ſecundum opinionem ſapientum: & ſic ſyllogiſmus redditur probabilis. Veniendo ergo ad uerba, Ariſtoteles probat minorem, & dicit { Præterea compluribus entium } ſcilicet quæ ſunt ſcibilia ſcientiarum { non omnibus competunt omnia } ſcilicet principia, immo ſunt quædam ſcibilia omnino abſoluta ab ipſis principijs penitus. & hoc exponit, & dicit { quo. n. pacto fieri poteſt, ut immobilibus inſit principium motus } ideſt cauſa agens. Immobilia. n. appellat ingenita, & immortalia, principium uero motus dicit cauſam efficientem, quæ ſecundum Ariſtotelem non intelligitur, niſi per motum. Expoſitor uero per immobilia intelligit numeros, & ideas: quas Plato ponit omnino immobiles, & a materia abiunctas.

Que Auer. Cōmen.3.

Auerroes autem per immobilia intelligit mathematica, quoniam licet ſint in re mota, tamen non mouentur, niſi accidentaliter. Et eſt expoſitio falſa, quoniam poſtea amplificando ſermonem, declarat hoc in mathematicis. deinde declarat in ipſis immobilibus non eſſe finem, & ſyllogiſmus eſſe poteſt, in quibus non eſt motus, non eſt terminus motus: in ipſis immobilibus non eſt motus: igitur in ipſis immobilibus non eſt terminus motus. Vltra in quibus non eſt terminus motus, non eſt finis (definitur enim finis quod ſit gratia actionū, quæ actiones ſine motu non ſunt) ſed in ipſis immobilibus non eſt terminus motus, ut probatum eſt: igitur non eſt finis. Ariſtoteles ergo non tangit hos duos ſyllogiſmos, ſed alios his equiualentes, ſuſpenſiue tamen uſque ibi { quare fieri non poteſt } & primo tangit concluſionem, & dicit { aut boni natura } eſt ergo concluſio in immobilibus non eſt finis, qui nihil aliud eſt quam boni natura, quod autē in immobilibus non ſit boni natura, probat, & dicit { ſi omne quidē quod eſt per ſe, atque ſuaptenatura bonum, finis ſit, atque } ſit { adeo cauſa, ut illius gratia cætera & fiant, & ſint, finis autem & id, cuius gratia cætera fiunt, actionis cuiuſdam ſit finis, actiones uero omnes efficiantur cum motu } tunc terminando ſuſpenſionem affert cōcluſionem, & dicit { quare fieri non poteſt, ut in immobilibus hoc principium } ſcilicet quod eſt cauſa finalis { aut ullum } omnino { ſit per ſe bonum } Ariſtoteles ergo argumentatur enthymematice accipiendo in antecedente tres propoſitiones, quarum prima eſt, omne per ſe bonum eſt finis. & cauſa ob quam cætera fiant, & ſint. Secunda, finis eſt actionum finis. Tertia, omnes actiones ſunt cum motu. conſequens uero eſt, finem nullum omnino poſſe eſſe in ipſis immobilibus. ſiquis autem uult, poteſt hoc pacto reſoluere enthymema ad artem priorificam, in quibuſcunq; non eſt motus, non ſunt actiones: in immobilibus non eſt motus: Igitur in immobilibus non ſunt actiones. Vltra, in quibuſcunque actiones non ſunt, non eſt finis, nam finis eſt actionum finis: Sed in immobilibus non ſunt actiones. Igitur nec finis. Vltra, in quibuſcunque non eſt finis, nō eſt per ſe boni natura: in immobilibus non eſt finis: Igitur non eſt boni natura. Prima autem reſolutio, quam præmiſimus, licet non ſit ad uerba, tamen eſt ad ſenſum ualde optima. cauſa eſt, quia probare in ipſis immobilibus non eſſe bonum per ſe, non uidetur eſſe probatum ad propoſitum, quoniam intentio Ariſtotelis eſt probare finem nō eſſe in immobilibus, illud autem de bono eſt additum ad abundantem doctrinam: & forte eſt quæſtione dignum, quoniam Deus eſt per ſe bonum, cuius gratia cæteræ intelligentiæ mouent orbes, ut duodecimo libro huius declarabitur. Quare ſi eſt uerum, eſt additum præter intentum ad abundantem doctrinam. cum uero dixit per ſe bonum non eſſe in immobilibus, intellexit de per ſe bono acquiſititio, quod eſt actionum finis. non autem de perpetuo atque æterno bono, quale eſt Deus. nec de bono utili, quod eſt bonum non per ſe, ſed quia eſt utile ad acquiſitionem boni, quod eſt bonum acquiſitiuum, & finis actionis. cum dicit, omnes actiones effici cum motu, Alexander exponit, nam uirtutum actiones, quę honeſtum habent propoſitum, cum motu efficiuntur. quin & artes ſingulæ, quæ boni cuiuſdam ſunt appetentes, id ipſum per actionem, & motum adipiſcuntur. quæ ratio docet Ariſtotelem per hæc demonſtraſſe in rebus immobilibus non eſſe cauſam, quæ boni & finis rationem habeat. cum uero dicit { aut ullum ſit per ſe bonum } perinde eſt, ac ſi diceret, nulli eſt bonum, ut finis. Et quia Auerroes, ut diximus, per immobilia intellexit mathematica, ideo dicit, & dixit per ſe, quia poteſt contingere, ut in rebus immobilibus ſit bonum, ſed non per ſe, ſed propter res naturales, in quibus reperiuntur. Inſuper ait Ariſtoteles intelligere per illud, quod diſponitur per bonum, eſſe cauſam finalem, nam bonum eſt deſiderabile, & cauſa finalis eſt deſiderabilis.

Que Auer. Cōmen.4.

Quapropter & in mathematicis nihil omnino per hanc oſtenditur cauſam, nec ulla prorſus fit demonſtratio ex eo, quia ſic eſt melius, aut deterius.

Videtur hoc eſſe additum, ut ſignum pro confirmatione eius, quod dixit, nam cum probaſſet in ipſis immobilibus nō eſſe naturam boni, neque finem, probat hoc exemplo mathematum, quæ nunc enumerat inter immobilia, ſaltem per ſe. res enim mathematicæ, ut Auerroes ait, ſunt immobiles per ſe, per accidens uero mobiles, quatenus uidelicet ſunt in rebus naturalibus. Probat ergo, ut Alexander, dicit exemplo mathematum, uel ſigno ſumpto a mathematicis, ut Expoſitor ait, & dicit { Quapropter & in mathematicis } ſcilicet ſcientijs { nihil omnino per hanc oſtenditur cauſam } nec ob aliud, niſi quia uerſantur circa immobilia { nec ulla prorſus fit demonſtratio } ſcilicet in mathematicis ſumens medium { ex eo, quia ſic eſt melius, aut deterius } nullus enim unquam in geometria, cum aliquid demonſtraret, cauſam reddidit, quia ſic melius eſt, ut diceret exempli gratia triangulī angulos pares eſſe duobus rectis, quoniam hoc melius ſit, quemadmodum in operibus, quæ natura fiunt, aut arte mouentur, redditur cauſa gratia cuius. In libro enim de partibus animalium Ariſtoteles aſſignans cauſam, quare homo habet manus, ait, quia per eam melius poteſt exequi conceptiones rationis. At in mathematicis nulla demonſtratio in eum modum ſit, non. n. dicimus angulum in ſemicirculo eſſe rectum, quia melius eſt eum eſſe rectum, q̄ acutum, uel obtuſum.

Quinetiam nemo talium mentionem ullam omnino fecit.

Quod autem Mathematici nunquam in demonſtrando finali cauſa utantur, nunc probat, & utitur hac ratione,

quoniã si causa finalis esset cõueniens mathematicis demonstrationibus, aliquis ea fuisset usus aliquando. At destruens consequens dicit { Quinetiam nemo } .s. ex mathematicis { talium } .s.causarum finalium in demonstrationibus mathematicis { mentionem ullam omnino fecit } ergo causa finalis non est conueniens mathematicis demonstrationibus. Expositor autem singula, quæ Aristoteles dicit, diligentius q̃ cæteri etiam Græci expositores considerans, ait Aristotelem hæc addidisse, quia aliquis fortasse dicere posset esse aliquem alium demonstrandi modum in mathematicis p causam finalem, q̃ quoniam est melius, uel peius, puta si diceretur, si finis erit, necesse est id, quod est ad finẽ, euenire, propterea subiungit nullum omnino unquam in mathematicis fecisse mentionem alicuius talium pertinentium ad bonum, uel ad causam finalem: quare recte dictum est causam finalem, atq; boni naturam immobilibus non conuenire.

Quare ob hæc sophistarum nonnulli, ut Aristippus, eas præneglexit, q in cæteris quidem artibus, etiam in ipsis sordidis, ut in ædificandi facultate, atque suendi omnia dicantur, quia sic est melius, aut deterius. In mathematicis uero, nullus sermo fiat de bonis, atq; malis.

Cum dixisset in mathematicis demonstrationibus nõ esse causam, ut finem, quod quidem est bonum, in huius confirmationem sophistarum sententiam de mathematicis cõmemorat, qui neglexerunt mathematicas disciplinas, existimantes eas esse imperfectiores etiã uilibus artibus, & dicit { Quare ob hæc } .s. quia in mathematicis nec est bonum, nec finis { sophistarum nonnulli, ut Aristippus } Cirenaicę sectę conditor { eas } .s.mathematicas disciplinas, ut Alexander exponit { præneglexit } atque contẽpsit. & assignans rationem dicit { q in cæteris quidem artibus, etiam in ipsis sordidis, ut in ędificandi facultate, atq; suendi } .s. coria { omnia dicantur, quia sic est melius, aut deterius: in mathematicis uero nullus sermo fiat de bonis, atq; malis } ergo adeo postergauit disciplinas mathematicas, ut imperfectiores etiam uilibus artibus esse assereret, nec ob aliud, nisi quia in eis nulla de bono fit mentio. ab authoritate ergo Aristippi accipit mathematicis demonstrationibus boni naturam non conuenire, sed q mathematicæ sint uiliores mechanicis facultatibus, non accepat. Expositor uero non sic exponit, asserit enim Aristippũ neglexisse demonstrationes mathematicas, non quia sint uiliores cæteris etiam sordidis, sed quia negligunt causam finalem. Sed cur tertio exponi non potest Aristippum neglexisse causas finales in demonstrationibus, quoniam eis utuntur artes, & non scientiæ nobilissimæ, quales sunt mathematicæ? Sed quouis modo exponatur, Aristoteles ab authoritate Aristippi uult esse accipiendum causam finalem non conuenire demõstrationibus mathematicis. Sed utrũ sequatur ex hoc, ut Alexander exponebat, disciplinæ mathematicæ nõ utuntur finali causa, ergo sunt uiliores artibus etiam sordidis: fortasse neganda est consequentia, quoniam sunt cæteris nobiliores saltem confirmatione demonstrationis, ut in libris de anima exposuimus. Alexander uero asserit in hac Aristotelis ratione, qua utitur ad probandum non esse eiusdem scientiæ considerare omnes causas, esse deceptionem, quoniam non sequitur in quibusdam scibilibus non omnes causæ inesse uidentur: igitur nullius doctrinæ munus erit omnes causas cognoscere. nam eadem ratione demonstrare licebit, quoniam in quibusdam scibilibus sunt omnes causæ: iccirco ad unam scientiam pertinet ipsas omnes cognoscere. neque enim si nõ omnes scientiæ cunctas causas habent, sed quibusdam ipsarum quædam insunt, iccirco nulla erit, quæ omnes cognoscat, ut ipse paulo post demõstrabit inquirens per cuius causæ cognitionem potissimum scientia rei propositę generetur in scientijs, quę omnes causas obtinent, propterea q ipsarum subiectum omnes causas sortiatur. Insuper est aliud considerandũ contra Aristippum, quoniam non omne bonũ suapte natura est agendum, sed aliquod est agendum, aliquod contemplandum. nõ agendum quidem, cuiusmodi est in mathematicis. ueritas enim eorum, quę bonum quoddã est in ipsis, ut finis expetitur. Præterea sapientiæ finis est huiusmodi bonum. s. contemplandum & non agendum. nam cognitio prestantissimi, ac optimi entis est maxime illius finis, quæ quidẽ cognitio summum bonum est. Quare licet in mathematicis nec finis, nec bonum sit agendum, tamen finis & bonum est contemplandum. & sic non sunt uiliores sordidis artibus, ut Aristippus arbitratur. Hæc ab Alexandro.

At uero si plures sint scientiæ ipsarum causarum, & alia circa aliam causam uersetur, quam harum oportet dicere eam, quam quęrimus? aut quem eorum, qui ipsas habent, rem maxime scire dicemus?

Expositor putat Aristotelem interponere aliam quæstionem, quam proponit, & dicit { At uero si plures sint scientię ipsarum causarum } & nõ una tantum { & alia circa aliam causam uersetur } uerbi gratia naturalis circa materialem, metaphysica circa formalem causam { quã harum } .s. plurium scientiarum { oportet dicere eam, quam quærimus? } .s. quæ sapientia nuncupatur { aut } si plures artifices sint { qui ipsas } causas { habent } uidelicet naturalis philosophus, & metaphysicus { quem eorum, qui ipsas habent, rem maxime scire dicemus? } utrum naturalem philosophũ, qui considerat materialem causam, an metaphysicum, qui considerat formalem causam. Alexander autem uult Aristotelẽ nunc transire ad disputandum in oppositam partem, nam, ut ait, quærit, si plures sunt scientiæ, quæ causas, & principia cognoscunt, non una tantum, ut superiores rationem concludere uidentur, cuius causæ cognitio pertinet ad hanc scientiam, quam quærimus, quæq; sapientia nuncupatur, uel quem dicere oportet prædictum esse scientia rei propositæ ex earum numero, quæ continent omnes causas: utrum naturalem philosophum, an metaphysicum. Tu uero considera, quoniam ambæ expositiones concidunt in idem. Quo uero ad sensum quæstionis attinet, animaduerte quæstionem fieri sub disiunctione, non quidem, quæ disiungit sensus, sed quæ disiungit denominationes, quæ cadit inter scientiam, quæ est forma siue abstractum, & scientem, qui est denominatiuum, siue concretum.

Fit enim ut ad eandem rem modi causarum omnes accõmodentur. nam principium quidẽ domus, unde proficiscitur motus, ars est, atque ędificator. Id autem gratia cuius cætera fiunt, ipsum est opus. materia uero lapides sunt, & cementum. at forma est ipsa ratio. Cementum, terra.

Expositor uult Aristotelem manifestare secundam quæstionis partem ex eo, quia una & eadem res inuenitur, quæ habet omnes modos causarum. sed cur per hæc, quæ Aristoteles dicit, non manifestatur etiam prima pars quæstionis, cũ prima, & secunda pars non differant sensu, ut dictum est, sed sola demonatione? Propterea Alexander, cui omnes consentiunt, asserit hęc Aristotelem addere ad refellendam rationẽ, quę nititur ostendere aliam scientiam aliarum causarum esse cognitricem, & non omnium unam, q non in omnibus causæ omnes habeantur, & utitur eo argumento quasi e contrario, & dicit { Fit enim ut ad eandẽ rem modi causarũ omnes accõmodentur } ergo una scientia cõsiderat omnes causas. antecedens probat exemplo rei artificialis, & dicit { nã principium quidem domus, unde proficiscitur motus } .i. effectiuum { ars est, atq; ędificator, id autem gratia cuius cætera fiunt ipsum est opus } .i. est ipsa protectio, nam protectionis gratia fit domus. vel per opus intelligit id, quod in ipsa efficitur, quod quidem est ipsa forma, vt eadem sit causa formalis, & causa finalis, quemadmodum licet in quibusdam naturæ operibus inuenire. vel per opus intelligit non formam, sed totum compositum, quod non est idẽ atq; formalis causa { materia vero lapides sunt, & cementũ } siue terra { At forma est ipsa ratio } quoniam per formam definitio ipsa redditur. vel forte per rationem compositionẽ, aut proportionem domus intelligit. vel per rationem intelligit formam domus, ut Expositor inquit, quam artifex in mente habet, quæ ab Aristotele ubiq; vocatur quod quid erat esse, & prima substantia, vnde & septimo huius Aristotelis Cõm. 23. asserit ex domo intra, quæ ipsa domus est concepta, fit domus extra, quæ domus est cum materia. Est ergo sensus, vt quæratur, in quibus quatuor habentur causæ, in ijs per cuius causæ cognitionem habetur sapientia, quæ est potissima scientia.

Ex ijs igitur, quibus olim determinatum est, quam scientiam sapientiam oportet appellare, consentaneum esse ratione uidetur, illarũ quãq; sapientiam nuncupare. quo nanque sapientia princeps est maxime, atque domina, & cui cæteras ut seruas neq; contradicere fas est, eo scientia finis, ac boni sapientia nuncupanda esse uidetur: huius enim gratia sunt cætera.

Hæc uerba nec sunt facilia, nec ab oĩbus exponit eodem mõ. Expositor putat Arist. resumere qõnẽ ppositã v; quã sciarũ possumus uocare sapiam ſm ea, q̃ de sapia prius determinauimus in principio primi libri: & iuxta hãc expõnẽ dicit { ex ijs igit̃ qbus olim } .s.in principio primi libri { determinatũ est } subaudi repetẽda qõ est { quã sciam, sapientiã oportet appellare } vtrũ.s.illã, q̃ considerat cãm formalem, vel q̃ cõsiderat cãm finalẽ, uel aliquam cęterarũ cãrũ? Et qm̃ lectio i trãslationibus Expositoris est redditiua cãę uidelicet p verbũ/enim/ideo Expositor putat Arist. ponere rõnes ad singulas triũ cãrũ, & dicit { cõsentaneũ.n.rõni esse vr̃, illarũ quãq; sapiam nũcupare } .q.d. esse rõnabile quãlibet sciam, quæ est p quãcũq; cãm, esse appellandã noĩe sapiæ. & prio vult Arist. hoc oñdere de ea scia, q̃ est p cãm finalẽ. & dicit { quo nãq; sapia prĩceps est maxime, atq; dña & } ita dña { cui cæteras, ut seruas neq; cõtradicere fas est } sed ab ea accipiãt sua principia, sicut ei seruientes { eo scia finis, ac boni sapia nuncupanda esse vr̃ } vt sit syllũs, Scia, quæ est dña cæterarũ, & maxime princeps, cui nulla aduersat̃, est sapia: Scia finis, ac boni est dña cæterarũ, & maxime princeps, cui nulla aduersat̃. pbat hãc minorẽ dicẽs { huius.n.gr̃a sunt cętera } est.n.finis quasi cã cæterarũ cãrũ, ergo scia finis, ac boni est sapia. hæc Expositor. Alex. vero postq̃ dixit inqt quã ex ijs oportet eã dicere, quã quærimus hic docet oẽs posse sapientias nuncupare. s. si vnaquæq; oẽs cãs considerauerit, argumento eorũ, quæ in. 1. lib. dicta sunt de sapia. vñ verba sic legant̃ { ex ijs igit̃ qbus olim determinatũ est } .s.in pœmio libri primi maioris { quã sciam sapientiã oportet appellare } vbi determinatũ est, eam esse dicendã sapientiã, quæ est cæterarũ facile princeps, & dña, cum itaq; hæc sint determinata { consentaneũ rõni videt̃ esse } subaudi si unaquęq; scia considerat oẽs causas { illarũ } .s.sciarũ, quæ considerant oẽs cãs { quãq; sapientiã nuncupare } quæ expõ ideo recta est, qm̃ in codicibus Alexãdri nõ reperit̃ uerbũ/enim/ quemadmodũ nec in nõstro: & primo demonstrat q rõne causæ finalis vnaquæq; sit sapientia, & syllogismus est ille, qui factus est in expositione prima, Scientia, quæ est dña cæterarũ, & maxime princeps, cui nulla aduersat̃, sed oẽs subijciuntur, est sapientia: Scientia finis, ac boni est dña cæterarũ, & maxime princeps & reliqua: ergo scia finis est sapia. quare si quælibet scia considerat oẽs cãs, cum quælibet consideret finem, quælibet ex ea rõne, qua finẽ cõtẽplat̃, erit sapia. Hæc est expositio Alexandri. verba legant̃, ut supra. Auerroes aũt ferè semp errabundus, vult Arist. hic dubitare, & soluere dubitationem: dubitat quidẽ, qm̃ cum oĩs scia, sit cognitio causarũ, omnis scia vr̃ esse sapiẽtia, atq; philosophia. Solutio vero est, ut inqt, concedendo oẽm sciẽtiã, quæ est per cãm, esse philosophiam, tñ ea scia, quæ dicit̃ philosophia simplr̃, est illa, quæ versat̃ in causa finali ultima omniũ causarum, cuius gr̃a sunt oẽs causæ. Cuius expositionis falsitas perspicua est ex multis, potissimũ, quia hic Arist. est solum quæstionarius, & non veritatis definitiuus. Que Auer. com. 3.



Quo uero definitum est eam scientiam sapiẽtiam esse, quæ est causarum primarum, maximeque scibilis, eo substantiæ utique scientia erit huiusmodi.

Expositor, & Alexãder uterq; vult Aristotelẽ probare eã sciam, quę est p formã, eẽ sapiẽtiã, sed differũt, qm̃ Expositor vult Aristotelẽ pbare oẽm sciam eẽ sapientiã, qm̃ oĩs scientia est p cãm. Alex. uero vult Arist. probare sciam, quæ est per formã, eẽ sapientiã, qm̃ oĩs scia, considerat oẽs cãs, quare sicut pbauit sciam, quę est p finem, eẽ sapiẽtiã, nũc pbat & sciam, q̃ est per formã, eẽ sapiẽtiã, est ergo dr̃ia q Alex. vult sciam, q̃ est p formã, eẽ sapiẽtiã, si oĩs scia cõsiderat oẽs cãs. Expositor vult Arist. hoc pbare, siue illud supponatur, siue nõ. tñ uterq; asserit Arist. uelle pbare eã sciẽtiã, q̃ est p formã, eẽ sapientiã. & qm̃ in cõclusione cõueniũt, ideo in syllo, quo Arist. cõclusionẽ pbat, cõuenire vñr. quare syllũs sit, Ea scia, q̃ est primarũ cãrũ, & eius, qd' est maxĩe scibile, est sapiẽtia: scia, q̃ est fõe, atq; formę, est primarũ cãrũ, & eius, qd' est maxĩe scibile: igit̃ scia, q̃ est formę, est sapientia. Assignat maiorẽ, & minorẽ sub his uerbis dicẽs { Quo uero definitũ est. eam scientiã sapientiam esse, q̃ est causarum primarum, maximeq; scibilis } sub his uerbis indicatur maior, sub his, quæ sequuntur, indicatur minor { eo utiq; substantiæ } .i. formæ { scientia erit huiusmodi } .i. sapiẽtia: & sic notantur in his uerbis maior, et minor.

Nam cum multis modis idem sciatur, magis quidem eum dicimus scire, qui rem ex ijs, quæ insunt, q̃ eum, qui ex ijs, quæ non competunt eidem, cognoscit. horum autem eorundem aliũ alio magis, & maxime eum, qui quidnã sit, percipit: sed non eum, qui aut quanta sit, aut qualis, aut si apta sit agere quippiã, aut pati cognoscit.

Nunc secundũ Alexandrũ pbat minorẽ sylli p̃racti, hoc est pbat rẽ ab eo maxĩe cognosci, q rei formã cognoscit, ad hoc aũt pbandũ sumit primo scibile tũc magis à nobis cognosci, cũ ipm̃ ex ijs, q̃ ei insunt, cognoscimus, q̃ ex ijs, q̃ nõ insunt. & hoc dicit { Nã cũ multis modis idẽ sciat̃ } .s. p ea, quę insunt affirmatiue, & per ea, q̃ nõ insunt negatiue { magis quidẽ eum dicimus scire: qui rem ex ijs, q̃ insunt } .s. affirmatiue { q̃ eum, qui ex ijs, quæ nõ cõpetunt eidẽ } .s. negatiue { cognoscit } nã quædã doctrinæ, & quorundã rõnes, ex negationibus sumunt̃, quæ cognitio ex ijs, quæ non competunt eidẽ, uel non insunt, dici potest. nam qui punctum id esse definit, qd' partẽ non habet, is ex non esse punctum cognoscit. Ex eo enim qd' puncto abest, rationẽ cõficit. eadem ratione qui accidens esse ait, quod neq; definitio est, neq; genus, neq; proprium, inest tamen rei, hic ex non esse definit. deinde sumit secundo q eorum, qui esse cognoscunt, intelligens quid res sit, q̃ quid ei accidat cognoscens magis dicitur intelligens, & dicit { horum autem eorundem } scilicet qui esse cognoscunt { alium alio magis } subaudi dicitur cognoscere { & maxime eũ } subaudi dr̃ cognoscere { qui

q̄dnā ſit, cognoſcit } & p̄cipit { ſed nō eū qui } .ſ.ex accidē-
ti p̄cipit rem, vꝫ { aut quāta ſit, aut qualis, aut ſi apta ſit age-
re quippiā, aut pati } aut aliqđ aliorꝫ prædicamētorꝫ accidē
tium { cognoſcit } Sic igit̄ qui cognoſcit quid res ſit, cogno
ſcit affirmatiue, & maxime, qui cognoſcit ex aliquo acciden
ti, cognoſcit affirmatiue, & parū. Erit igit̄ ꝓbatio minoris p̄
hunc ſyll̄m, cognitio p̄ ea, quæ inſunt affirmatiue, & p̄ ſub-
ſtantiā, & non p̄ accidentia eſt cognitio primarū cauſarū, &
eius, qđ eſt maxime ſcibile. Cognitio per formā eius, cuius
eſt forma, eſt cognitio p̄ ea, quę inſunt affirmatiue, & p̄ ſub-
ſtantiam. igit̄ cognitio per formā eſt cognitio primarū cāꝝ,
& eius, qđ eſt maxime ſcibile: quæ fuit minor prętacti ſyll̄.

Q ue Auer. com. 3. Auerroes vero ſuper hac parte dicit ſic, Scia.n. naturalis conſiderat ēt de duabus primis cauſis. ſ. motore, & materia. Iſta aūt de duabus cauſis vltimis. ſ. forma, & fine, & ga hæ duæ cauſæ ſunt p̄ſtabiliores illis, ideo iſta ſcia eſt præſtabi-
lior naturali. Finis quidē cæteris cauſis p̄ſtabilior, quia aliæ cauſæ ſunt ꝓpter finē. Forma uero alijs p̄ſtantior, ga ſcię-
tia rei per illā eſt p̄fectior c̄ꝫ ſcia rei per aliā. Sed contra hoc di-
xit ſuperius in hoc eodē cōmento, vbi dixit domū hēre qua-
tuor cās, dixitq̄ per hoc exemplū Ariſt. indicare naturalem philoſophiā conſiderare quatuor cās. & rō hic dicit duas, & tu intellige naturalem philoſophiam cōſiderare quatuor cau
ſas proprie, ſed propriſſime duas.

**Adhuc autem & in cęteris, quorū eſt demon ſtratio. tūc ſcire unūquodq̄ putamus, cum quid nam ſit unūquodq̄ cognoſcimus, ut quadratio-
nē inuētionē medię eſſe, & in cæteris ſimili mō.**

Hæc eſt ſcđa ratio, per quā docet formę cognitionē potiſ ſimum rei eſſe cognitionē, qm̄ in demōſtrationibus, tunc p̄-
poſiti demōſtrationē nos hēre putamus, cum rōnē eius, defi-
nitionemq̄ cognoſcimus. & dicit { adhuc aūt & in cæteris, quorū eſt demonſtratio } illud.n. { in cæteris } .p̄in oībus, quorū ſunt demōſtrationes intelligit { tūc ſcire unūquodq̄ cognoſcimus } & aſſignat exemplū ex. 6. geometriæ Euclī-
dis, & dicit { vt quadrationē } ſubaudi rectilinei ſcimus, cū { inuētionē } linęę { mediæ } ſcimus. Quadratus.n. ex me-
dia deſcriptus par ē rectilineo. Me-
dia ỹo dr̄, quę a laterū minore ma
ior eſt, maiore uero minor: ex qua
deſcriptus quadratus par eſt dato
rectilineo. Nā definitio cum cā de
monſtratio eſt poſitione differens,
vt in reſolutorijs demonſtrauit.
Deinde amplificans ſermonem di
cit { & in cæteris ſimili modo }
nam tunc ſcimus, quid ſit defectus
Lunæ, cum didicerimus terræ ob-
iectionem definitionem eſſe defe-
ctus.

quadratus æqualis rectilineus.



quadratus ex media deſcriptus.

**Atqui circa generationes, actionesve, atque omnem mutationem tum maxime ſcimus, cum principium motus cognoſcimus. hoc autē aliud principium eſt, atq̄ oppoſitum fini. Quare con-
templatio harum cauſarum cuiuſq̄ ad aliā ſcien
tiam uidebitur pertinere.**

Poſtq̄ oſtendit cauſæ formalis cognitionem ſapientiam uideri poſſe, idem de cauſa efficiente docet, & ſyllogiſmus eſt, cognitio, quæ eſt per potiſſimam cauſam, ſapientia uide
ri poteſt: cognitio generationū, actionū, atq̄ mutationū om
niū eſt per efficientē cauſam, tanq̄ per potiſſimā: igitur co-
gnitio generationū, actionū atq̄ mutationū omniū per effi-
cientē cām ſapiētia poteſt uideri. de ſyll̄o tangit minorem, et dicit { Atqui circa generationes, actionesve, atq̄ omnē mu
tationē, tum maxīe ſcimus, cū principium motus cognoſci-
mus } .i. cū cognoſcimus cauſam efficientē. Tūc.n. Troianī belli cām ſcimus, cū ſcimus ob raptā Helenā illud fuiſſe ſu-
ſceptū, qui raptus eſt principiū, & cā belli, & tūc ſcimus pu-
gnæ cām, cū nobis īnotuit cōtumelia, vñ pugna exorta eſt. ſed facta efficiētis cāæ mentione, exponit quale principiū ſit effectrix cā, & dicit { hoc aūt aliud principiū eſt, atq̄ oppo-
ſitū fini } quibus uerbis has cās inter ſe oppoſitas eſſe ait. cū hæc expoſuiſſet, infert quādā cōcluſionē, & dicit { quare cō
tēplatio harū cauſarū, cuiuſq̄ ad aliā ſcīam uidet pertinere } quod quidē minime cū propoſito vr̄ cōuenire. nā cōſenta-
tanei erat inferre ex his, quæ demōſtrauit, cōplures fore ſa
pientias, qm̄ probauit cōplures eſſe cognitiones, quæ ſunt per potiſſimas cās, quo circa Alex. uerba illa in hūc intelle-
ctum exponit { quare cōtemplatio harū cauſarū cuiuſq̄ ad
aliā } ſubaudi atq̄ aliā { ſcīam } .i. ſapientiā { uideť pertine
re } ut ſint tres ſapiētiæ ꝓ numero triū cauſarū potiſſimarū.

Qui ſenſus mihi ſummopere placet, nec puto aliā expōem eē quærendā, cū hęc ſit cōformis rīs, quę diſputauit. Nō ſilet Alex. aliā expōem, nā vult hæc uerba eē referēda ad ea, quę primo dicta ſunt, & non ad hæc, quæ nunc traduntur, ut ſit ſenſus { quare contemplatio harum cauſarum cuiuſque, ad aliam ſcīētiā } ſubaudi c̄ꝫ ad metaphyſicā { vr̄ pertinere } Aut tertio exponit, nā cū efficientē cām ſini oppoſitam eſſe dixiſſet, qm̄ hæ duæ cauſæ oppoſitæ ſunt, idcirco intulit, nō ad eandē, ſed ad diuerſas ſcias utriuſq̄ ipſarū cognitionē p̄ti-
nere. Aut certe melius, ut Alexā. inqt, in gbuſdā exēplaribus ſcriptū eſt ad hūc modū { quare ob ea, quæ dicta ſunt, non alterius vr̄ eſſe ſciæ contēplari haꝫ cārum quāq̄ } ut uerba leganť negatiue, & ſenſus ſit { quare ob ea, q̄ dicta ſunt } .ſ. de oppōne cauſæ finalis cū efficiēte { nō alterius vr̄ eſſe ſcię
tiæ } c̄ꝫ ſubaudi metaphyſicæ { contēplatio, haꝫ cauſarum quāq̄ } ſuperius. n. dicebat ideo metaphyſicā non cōtepla-
ri de oībus cauſis, qm̄ cauſæ nō ſunt oppoſitæ, nā ſi eēnt op
poſitæ, cū oppoſitorꝫ ſit eadē ſcia, metaphyſica erit omniū cauſarū. At nunc concludit, cū agens, & finis ſint oppoſitæ cauſæ, oīum cauſarꝫ erit una ſapia vꝫ metaphyſica. Quòd ſi dicas nō ſequi, qm̄ nō oēs cauſæ ſunt oppoſitæ, ſed ſolū efficiens, & finis. Alex. innuit rīſionē, hoc Ariſt. intuliſſe partim ex oppōne harū cauſarꝫ, partim accedentibus alijs rōnibus, quibus plures. ſcias in cauſarꝫ cognitione uerſari aliēū eſſe argumentabať. Aut forte dici pōt q̄ ſi efficiens ſit oppoſita cā fini, ēt formæ erit cā oppoſita, qm̄ forma concidit in finē. ſed illud eſt aduertēdū, ut Alex. notauit, neq̄ hoc ī loco, neq̄ in primo libro maiore, vbi in cōmemoratione cōīū de ſapīa ſniaꝝ eadē referunť, mētionē fieri cauſæ materialis, cum de tribus cęteris diſſerať, doceaťq̄, quare cuiuſq̄ ipſarꝫ cogni-
tio poſſit eſſe ſapīa, quā nūc indagamus, cuius rō eſt: qm̄ il-
larum cauſarꝫ cognitio p̄ſtantior eſt, magiſq̄ ſcia c̄ꝫ mate-
rialis cauſæ notitia, cū illarꝫ quæq̄ magis ſit cā. Materia.n. in rīs, quæ fiunt ex ipſa, cauſæ ſine qua nō vr̄ hēre rōnem. & ideo dato q̄ aliqua ſcia cōſideraret ſeorſum de cā materiali, non ꝓpea videreť hēre rōnem, atq̄ nomē ſapiæ. Expoſitor laborat ſoluere rōnes, quæ inducťæ ſunt ad ꝓbandum eſſe alias ſapiētias a metaphyſica, quod cum nos credamus eſſe ſuperfluū, ideo in ꝓprio loco cenſemus eſſe diſſerendum.

**At uero de principijs ēt demonſtrationis eſt cōtrouerſia ſit ne una, an plures de ipſis ſciētiæ. Atque demonſtratiua principia dico opiniones cōes, ex quibus oēs demonſtrant: ut omne q̄uis aut affirmeť, aut negeť, neceſſe eſt: & impoſsibi
le eſt eſſe ſimul, atq̄ non eſſe: & quæ ſunt hmōi propōnes. Vtrum igit̄ horū atq̄ ſubſtantiæ una ſcientia ſit an alia atq̄ alia, & ſi nō una utrā ideſt quam unam ex duabus, oporteat dicere eā ſcien
tiam eſſe, quæ nunc quæritur.** TEX. 4

Ex



Ex ſjs, quæ diſputare propoſuerat, ſm locum quæſtio de ſententijs obtinebat: quæ ſunt demonſtrationum principia, quas κοινὰς δόξας. i. cōes opiniones, ſiue ſnias appellat. qm̄ a cunctis demonſtrantibus vſurpanť, eademq̄ principia. In mentione huius qōnis uocauit, ꝓpterea q̄ principia ſunt eo-
rum, quæ demonſtranť. & dicit { At uero de principijs etiā demonſtrationis eſt cōtrouerſia, ſit ne una, an plures de ipſis ſcīæ } & de principijs ſubaudi ſubſtantiæ, quaſi quærat, vt Alexander exponit, vtrum eiuſdē ſcientiæ munus ſit de his conſiderare, cuius eſt de ſubſtantiæ, ac entis principijs diſſe-
rere, an alterius, vt de principijs cōplures habeanť ſcientiæ, alia de principijs demonſtrationū, alia de principijs ſubſtan
tiæ, atq̄ entis. Deinde exponit principia demonſtrationū, & dicit { atq̄ demonſtratiua principia dico opiniones cōes, ex quibus oēs demonſtrant, vt } per exēpla { omne quoduis aut affirmeť, aut negeť, neceſſe eſt: & impoſsibile eſt eſſe ſi-
mul, atq̄ non eſſe, & quæ ſunt hmōi ꝓpōnes } ut omne to-
tū eſt maius ſua parte, & ſi ab æqualibus æqualia demas, cætera quæ remanēt, ſunt æqualia. Tunc reſumit qōnē, & dicit { utrum igit̄ horum } .ſ. principiorꝫ demonſtrationum { atq̄ } principiorū { ſubſtantiæ vna ſit ſcīa, an alia, atque alia } deinde ſubdiuidit aliā qōnē, & dicit { & ſi non vna } ſed plures ſint ſcīæ, ita vt cognitio principiorū ſubſtantię ſit una, & quæ de principijs demōſtrationis habeť, ſit alia, quę-
rit ποτέρων. i. { quā unā ex duabus, oportet dicere eā ſcien-
tiam eſſe, quæ nunc quæritť } .i. metaphyſicā, utrum eā, quę principiorū demonſtrationū eſt, an eā, quæ principiorū ſub-
ſtantiæ eſt. principia ſubſtantiæ, ſiue entis dicit cās eſſendi, atq̄ principia, quibus res ſunt, & fiunt. hæc non expoſuit, ga ſatis ſuperius expoſuit. Auerroes aūt ferè ſemp̄ errabun-
dus, exponit per ſubſtantiā formā, ut ſit ſenſus utrum eadem ſcia ſit, quæ cōſideratformā, & demonſtrationū principia. Et errat, qm̄ q̄ ſecūdo loco mota ſuperius nō fuit hæc, ſed illa, quā diximus ſm expōnē Alex. vꝫ utrum eadem ſcia ſit, quæ conſiderat principia ſubſtantiæ, & demonſtrationum principia, an alia, atq̄ alia.

Q ue Auer. com. 4.

Intelligere. ἐπαγαγεῖν. ſubaudire.

**Vnam igit̄ eſſe, non eſt conſentaneum rōni. Cur.n. magis eſt propriū geometriæ c̄ꝫ cuiuſvis hæc intelligere? Si igit̄ cuiusvis quidē ſimiliter eſt, omniū aūt eſſe non pōt, ut ne cęterarum, ſic neq̄ eius, quæ ſubſtantias cognoſcit, proprium eſt de ipſis cognoſcere.**

Ad partem negatiuā q̄nis argumentať primo, & Alexā der ſic format rōnē, ſi oēs demonſtrativæ ſcīæ ſimiliť utunť ſententijs ad ſuas demōſtrationes cōficiendas, & non oēs de ipſis diſſerunt, certe nulla earū, quæ ſimiliť eis utunť, de ipſis diſputabit. Huius enthymematis ſunt duæ partes, quarū pri
ma eſt, oēs demōſtratiuæ ſcīæ ſimiliť utunť ſentētijs ad ſuas demōſtrationes cōficiendas, & eſt uera, qm̄ oēs perinde his principijs utunť, atq̄ ea, quæ de ſubſtātiæ prīcipijs edíſſerit. Secťa uero pars eſt, & nō oēs de ipſis diſputant. non.n. geo-
metria, nō muſica, quāc̄ꝫ eadem vſurpent. Cōſequens igit̄ verū eſt: qm̄ & antecedēs uerū eſt. Aliter format Alexan. ſi oēs ſcīæ perinde ſeſe hīt erga ſnias, atq̄ ea, quæ diſputat de ſubſtātiæ principijs, uel oēs de ſentētijs diſputabunt, uel ne hæc ipſa quidē, ſed oēs perinde ſe hīt, atq̄ hæc, quæ de ſub-
ſtantiæ principijs eſt, neq̄ oēs de ſentētijs ediſſerūt, ergo ne ipſa quidē, quæ agit de ſubſtātia, ac proinde nō eſt eiuſdem ſcīæ de ſubſtātia, & de ſentētijs diſputare. nā quēadmodum cæterarū, quæ his ęque, atq̄ ipſa utunť, nō eſt ꝓpriū de ipſis diſſerere, ſic ne huius quidē fuerit. hæc Alexander. Q. uæ ar-
gumentationes probę eſſent, ſi eſſent verbis cōueniētes. Sed pace tanti viri dixerim, facilius argumēratio confici pōt, ſup
ponendo ꝓ explorato oēs ſcientias uti principijs demōſtra-
tionū, quæ cōes opiniones dicunť. tunc argumētū eſt, ſi nec vnius, nec pluriū, nec oīum ſciarū eſt cōſiderare cōes animi conceptiones, quæ principia demōſtrationū ſunt & prīcipia ſubſtātiæ, non erit metaphyſicæ munus cōſiderare prīcipia demōſtrationū & principia ſubſtātiæ. Tunc ponit primam partē, & dicit { vnā igit̄ eſſe } .ſ. ſcientiā, quę cōſiderat prin
cipia ſubſtātiæ, & principia demōſtrationū { non eſt cōſen-
taneum rōni } quod ꝓbat ſtatim, & dicit { cur.n. magis eſt propriū geometriæ } uel alterius ſciæ { c̄ꝫ cuiuſvis hæc in-
telligere } ſubaudi ſi oēs principijs demōſtrationū utanť, vt ſuppoſitū eſt. deinde deſtruit tertiā partē, et primo ponit eā, & dicit { ſi igit̄ cuiuſvis ſimiliť eſt } .i. ſi dicať omniū ſcīarū eſſe conſiderationē principiorū demōſtrationū & ſubſtātię, deſtruit hanc tertiā partē, & dicit { omniū aūt eſſe nō pōt } cuius rōnē non expſit, ſed rō, vt Expoſitor ingt, eſt, qm̄ ea-
dem in diuerſis ſciētijs ꝓtractarenť, qđ eſſet ſupuacaneum. deinde aſſignat ſecundā partem, quā deſtruit, & ſubaudias ergo { vt ne cæterarū } .ſ. ſcientiarꝫ eſt cōſiderare principia ſubſtātiæ, & principia demōſtrationū. i. ergo, ut ne aliquarꝫ pluriū eſt utraq̄ illa principia cōſiderare, ꝓpter rōnem aſſi-
gnatā, ga eadē ſæpe pertractarenť { ſic neq̄ eius } .ſ. meta-
phyſicæ { quæ ſubſtātias cognoſcit, ꝓprium eſt de ipſis co
gnoſcere } aliogn non oēs ſciæ cōibus ſententijs, quæ princi-
pia demōſtrationū ſunt, vterenť, ſed ſola metaphyſica, qđ contra ſuppoſitionē. Si igit̄ nec unius tm̄, nec pluriū, nec oīum ſciarꝫ principia ſubſtātiæ, & principia demōſtrationū cōſiderare, metaphyſicæ nō erit ꝓpriū illa utraq̄ cōſidera-
re. Tum ga non oēs principijs demonſtrationi uterenť, ſed tm̄ metaphyſica, tum ēt qm̄ ex oppoſito ꝓnīis ſequiť oppo-
ſitū primæ partis antecedētis, nā ſequiť metaphyſicæ ꝓpriū eſt cōſiderare illa utraq̄, ergo unius tm̄ ꝓpriū erit illa conſi
derare, qđ eſt oppoſitū primæ partis antecedētis. ergo dice-
re poſſumus argumentū Ariſt. eſſe ſyll̄m hypotheticū a de-
ſtructione ꝓnīis ad deſtructionē antecedētis ſaltē ſm unam partem. Quæ expoſitio conſonat verbis, & ſyllogiſmo, & omnibus, ut patet recte conſideranti uerba.

Alexandri expōnes.

**Simul ēt quonam pacto ipſorū ſciētia fuerit. quid.n. unūquodq̄ ipſorū eſt, & nunc plane co
gnoſcimus. nā utunť ipſis & aliæ artes, ut cogni-
tis. Q̄ ſi demōſtratiua ſit de ipſis ſcia, genus ſub
iectū eſſe quippiā oportebit, & alia quidem affe-
ctus, alia uero dignitates ipſorū. Impoſsibile igit̄ eſt demōſtrationē de oibus eſſe. ex q̄buſdā. n. & circa q̄ppiā, et quorūdā eē demōnē neceſſe eſt.**

Nam. οὖν. Igitur. Dignitates. ἀξιώματα. Prołoquia. Enunciata. Igitur. γὰρ. Enim.

Cum concluſiſſet nō eſſe unius ſciæ de ſubſtātiæ princi-
pijs, & de ſentētijs, quæ ſunt demōſtrationis principia, diſpu
tare, nūc argumētať ſniaꝝ nullā eſſe ſcīam: et ſyll̄s ſic ſtruit, ſi ſniarū eſt aliqua ſcia, uel eſt q̄ definitionē, uel q̄ demōſtra-
tionem: ſed nec q̄ definitionē, nec q̄ demōſtrationē ſcīa ſen-
tentiaꝝ eſſe pōt: ergo ſniarū non eſt aliqua ſcia. Quòd ſniaꝝ non ſit ſcia per definitionē, ꝓbat, qm̄ oēs artes ea planè co
gnoſcunt, qđ ſignificāt: uelut qđ ſignificat, de quolibet eſt af
firmatio, uel negatio, itē illud, q̄ ſunt eidē paria, ea inter ſeſe quoq̄ paria ſunt. qppe qbus oēs ſcīæ pro notis utunť, nec ali
qua deſiderata ſcīa eſt, a qua illa doceamur, quo ſit, ut qđ earū quæq̄ ſit, nulla ſcīa definiat. vñ dicit { ſimul ēt } cū eo, quod concluſum eſt, quærendum eſt { quonam pacto ipſo-
rum } .ſ. principiorū { ſciētia fuerit } aut. n. per definitionē, & hoc non { quid enim vnūquodq̄ ipſorum eſt } .ſ. ſigni-
ficans { & nunc plane cognoſcimus. nam utunť ipſis & alię artes } .ſ. a metaphyſica { vt cognitis } & tanq̄ per ſe notis quid ſignificent: igitur ſententiæ, quæ cōes opiniones ſunt, non ſciuntur per definitiones, cum definitio quid ſignificent, ſit per ſe nota. Q. uòd autem dignitatum non ſit demōſtra
tio, ſiue ſcia, quæ ſit per demōſtrationē, ꝓbat, qm̄ tūc digni-
tatū eſſent aliæ dignitates priores, & ſic uel erit ꝓceſſus in in
finitū, vel erit circulo demōſtrare dignitates. Ad hāc rōnem

deducendam repetit, quæ in reſolutorijs explicat, ut colligat primo dignitatū eſſe dignitates, ſi dignitatum eſſet demonſtratiua ſcientia, & dicit { ꝙ ſi demonſtratiua ſit de ipſis } .ſ. dignitatibus { ſcientia } tria { eſſe oportebit } videlicet { genus ſubiectum quippiam } uelut eſſent ipſę dignitates, de q́bus ſcirentur demonſtrabilia { & } oportebit eſſe { alia q́dem affectus } .i. ea, quæ ineſſe demõſtrantur, paſſiones .n. ſeu affectiones appellat demonſtrabilia, quæ per ſe inſunt { alia vero dignitates ipſorum } .ſ. principiorum, quibus dignitatibus ea, quæ ipſis per ſe inſunt, demonſtrantur. Dignitates enim .i. ſententias appellat propoſitiones, quæ demonſtrari nequeunt, medioq; vacant. Tunc, ut Alexãder legit, Ariſt. infert quoddã vniuerſale: quod reſolutorijs diſputauit, & dicit { impoſſibile igitur eſt demonſtrationẽ de omnibus eſſe } cuius rationem ſubdit { ex quibuſdã enim } .ſ. propoſitionibus, quas cões opiniones appellauit { & circa quippiam } .ſ. circa ſubiectum quoddã, de quo demonſtrantur affectus { & quorũdam } .ſ. demõſtrabilium { eſſe demonſtrationem neceſſe eſt } per quæ vult habere dignitates eſſe dignitatum, ſi de omnibus ſit demonſtratiua ſciẽtia: quoniam omnis demõſtratiua ſcientia requirit tria: quorum vnũ ſunt ipſæ dignitates, quibus demonſtrantẽ demonſtrabilia de ipſis ſubiectis & ita dignitatũ erunt vlterius dignitates ſi omnium erit demonſtratiua ſciẽtia. Quo uero ad verba attinet, verbũ γὰρ Alexander pro illatiua particula vult eſſe intelligendũ, in ea parte { impoſſibile enim eſt demonſtrationem de omnibus eſſe } In ea vero { nã utuntur ipſis & aliæ artes } verbum græcum οὖν accipit pro nam, cum enim Alexander ſit græcus, græcæ linguæ dñs eſt. Propterea vtitur verbis ad ſenſum qui melius ſibi conſtat: vult etiã partem illam { impoſſibile igitur eſt demonſtrationẽ } vt legatur per parentheſim uſq; ibi { quare ſit, vt eorum } quę omnia videntur eſſe conſideranda pro exacta lectione, non autem ſimpl'r pro re ipſa. Duo ergo hinc aperte colligimus, dignitatum non eſſe demõſtratiuam ſcientiam, quoniã tunc dignitatum eſſent dignitates, vt deductum eſt, & non oĩum eſſe demonſtratiuam ſcientiam, quoniam etiam ſequetur dignitatum eſſe dignitates, vt diximus. Sequitur enim hoc ſecundum ex primo.

**Quare ſit, ut eorum omniũ, quæ demonſtrantur, unum quippiam genus ſit. Vniuerſæ nanq; demõſtratiuæ ſcientiæ dignitatibus ipſis utunẽ.**

Cum demonſtraſſet dignitatum non eſſe demonſtratiuã ſcientiam ex parte dignitatum .ſ. quia tunc dignitatum eſſent dignitates, nunc probat dignitatum non eſſe demonſtratiuã ſcientiam ex parte ſubiectæ naturæ: hoc pacto, ſi dignitates demonſtrarentur, hoc eſt ſi de dignitatibns demonſtrarenẽ omnia prædicata demonſtrabilia, ut ꝙ ſint veræ, ꝙ ſint neceſſariæ, ꝙ ſint immediatę, & cętera id genus, quæ per ſe eis inſunt, omnium demonſtrabilium, quæ de dignitatibus demonſtrantur, eſſet vnum ſubiectum & vna natura: quoniã eſſent ipſemet dignitates vnius naturę, & unum ſubiectum omnium eorum, quæ de ipſis demonſtrantur: quare oẽs demonſtrationes, quæ eſſent per tales dignitates eiuſdem naturæ, erunt & ipſæ eiuſdẽ naturæ, & ſic cum oẽs ſcientiæ ſint per demonſtrationes factas ex dignitatibus eiuſdem naturę, omnes ſcientiæ erunt vnius naturæ, & unius generis ſubiecti. Hæc aũt relinquit tanq̃ impoſſibilia. Vnde dicit { quare } ſi omniũ dignitatum erit demonſtratiua ſcientia { ſit, ut eorũ omniũ } quæ in diuerſis ſcientijs { demonſtranẽ, unũ quippiam genus ſit } & una natura. probat ꝑñam & dicit { vniuerſæ nanq; demonſtratiuæ ſcientię dignitatibus ipſis utuntur } tanq̃ propoſitionibus demonſtrationũ. At dignitates ſunt vnius naturæ, quoniã de omnibus eadem prædicata per ſe demonſtranẽ. Ergo ſcientiæ, quæ habenẽ per ipſas oẽs erunt vnius naturæ. vnde vniuerſus ſyllogiſmus eſt, ſi de dignitatibus eſt demonſtratiua ſcientia, de oĩbus dignitatibus eadẽ prædicata demonſtrabilia demonſtrabunẽ, ſi de dignitatibus eadẽ pręedicata demonſtrabilia demõſtrabunẽ, dignitates erunt eiuſdẽ naturæ. Si dignitates erunt eiuſdẽ naturæ, ſcientiæ quæ fiunt ꝑ eas, erunt eiuſdẽ naturę. & cũ ſint cões cauſæ omniũ ſcientiarũ, omnes ſcientiæ erũt eiuſdẽ naturæ: qd' Ariſt. tanq; impoſſibile explodit. Et cũ dicit { vniuerſæ nãq; ſcientiæ demõſtratiuę dignitatibus ipſis utunẽ } accepit ſciãs pro ſcientibus, qui diſcunt, uel docent. nam oẽs hi dignitatibus utunẽ ad generandas ſcias, aut in ſe ipſis, aut in diſcipulis. quæ dignitates cum eiuſdẽ naturæ ſint, oẽs ſciæ quę per ipſas generanẽ, erunt eiuſdẽ naturæ. vñ recte Alex. expoſuit unum genus pro una natura. Aliter exponi põt ſ̃m Alex. ut Ariſt. velit ꝓbare dignitates nõ eſſe demõſtrabilia prædicata de aliquo ſubiecto, vt ſyllogiſmus ſit, ſi dignitatũ ſit ſcĩa demonſtratiua, dignitates erũt pręedicata demõſtrabilia de aliquo. Vlterius, ſi dignitates erũt pręedicata demõſtrabilia de aliquo, aliqd' eis genus ſubijciaẽ, oportebit. qm̃ omne demonſtrabile cuidã determinato generi ineſt. ſed cũ oĩs demonſtratio fiat ꝑ dignitates hoc eſt per ꝓpoſitiones indemonſtrabiles, fiet ut dignitates demõſtrenẽ de ſubiecto, qd' eis ſubijciẽ, per alias dignitates, & ſic procedeẽ in infinitum. Quæ uera eſt, ſed nõ ad uerba pręſentis textus, ideo prætermiſſis multis Alex. verbis, primã eius expoſitionẽ probauimus. Hanc uero ſecundã in hunc ſenſum ꝓbamus, nam ſi ſententijs oĩbus ſubijciẽ unum genus ſubiecti, de quo demõſtranẽ, ad illud genus dignitates uſurpabimus, cui ꝑ ſe ĩſunt. Inſunt aũt vni tantũ, ſiquidem eſt vna ſciẽtia ipſarũ demonſtratrix. Oẽs aũt ſciæ ad ea, quę demõſtrãt, ſententijs utunẽ: omnibus ergo ſciẽtijs idẽ genus erit ſubiectũ. qm̃ oẽs ſententijs utunẽ. Hæ uero in uno genere habentur. nec fieri põt, ut quæ alicui ꝑ ſe inſint ꝑ demonſtrationẽ, ea in aliud uſurpenẽ q̃ in id, cui ꝑ ſe inſunt. Quòd ſi oĩbus dignitatibus idẽ genus ſubijciẽ, & oẽs per eadẽ demonſtrãt (Demonſtrant .n. oẽs ꝑ dignitates) efficiẽ, ut oẽs ſciæ eædẽ ſint. hoc pacto hæc ſcd'a expoſitio probari põt, tñ prima facilior eſt. nolo tñ te ignorare hunc locum fuiſſe mihi difficillimum.

**At uero ſi alia ſit ſubſtantiæ ſcientia, & alia itẽ de ipſis, utra ſit potior ipſarum, & ſuapte natura prior. Vniuerſaliter enim dignitates maxime, ac omnium principia ſunt. Quod ſi id non ſit philoſophi, ad quem nam alium uerum de ipſis, ac falſum contemplari ſpectabit.**

Poſtq; argumentis docuit non ꝑtinere ad eandẽ ſcientiã de principijs ſubſtantiæ, ac de principijs demonſtratiuis diſſerere, cõfirmauitq; demõſtratiua principia nõ poſſe demõſtrari extrinſecus, protinus id inq̃rit utra ſit ſapia, & utra potior, priorq;, ea ne quę de ſubſtantiæ, an quæ de demonſtrationis principijs ediſſerit. Expoſitor aũt putat Ariſt. obijcere ad aliã partẽ q̃õnis ſuperius motæ. Quòd quouis mõ exponaẽ, dicit { At uero ſi alia ſit ſcĩa } principiorũ { ſubſtantiæ, & alia itẽ } ſcientia { de ipſis } .ſ. principijs demonſtrationis, quęrit { utra } .i. quęnã duarũ { ſit potior ipſarum, & ſuapte natura prior } ea ne, quę de ſubſtãtiæ, an quæ de demonſtrationis principijs ediſſerit. Deinde ꝓbat rõni magis eſſe conſentaneũ eam eſſe ſapientiã, quæ uerſaẽ in ſentẽtijs, quæ ſunt demõſtrationis principia: & argumentaẽ ad hunc modũ ſ̃m Alexandrum, Scientia quæ in primis uerſatur, prima: eſt ſcientia, quæ verſatur in ſententijs, verſatur in primis: igitur ſcientia quæ verſatur in ſententijs, prima eſt. Quod autem ſcientia, quæ uerſatur in ſententijs, uerſetur in primis, docet dicens { uniuerſaliter enim dignitates maxime, ac omnium principia ſunt } vniuerſalia enim priora ex natura ſibi ſubiectis eſſe demõſtratum eſt. huiuſmodi autem ſunt ſentẽtiæ, communes .ſ. omnium, & uniuerſales, quoniam quæcunq; demonſtrantur, per has demonſtrantur, &



hæ cunctorum ſunt principia, principia uero priora ſunt eo, cuius ſunt principia. Hanc argumentationem ſoluit Alexander aſſerens eam fallere, quòd ſumat ſententias ſimpliciter prima, & uniuerſalia eſſe. nõ enim ſi qua ſunt aliquorum communia, protinus ipſorum ſunt uniuerſalia. inſuper etiam neq; uniuerſalia ſimpliciter & proprie prima ſunt. deinde ſcientia, quæ de uniuerſalibus agit, non eſt ſimpliciter prima, & cæteris nobilior. accedit quòd principia ſubſtantiæ non demonſtrantur per ſententias, quippe quæ demonſtrari nequeunt. Expoſitor has quæſtiones Ariſtotelem ſoluere aſſerit quarto libro huius, & ideo argumenta prætacta

Com. 7. ſoluere enititur, defendens ad metaphyſicũ potius pertinere dignitatum contemplationem, quatenus ad eum attinet conſideratio entis in communi, ex quo dignitates cõmuniſſimæ conſtant, ut in eo apparet, quod eſt primum, atque uniuerſaliſſimum pricipium, uidelicet impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. Tu uero conſidera dilutiones argumentorum, quas affert. deinde oſtendit par eſſe, ut philoſophus de ſententijs, quę demonſtrationis principia ſunt, agat, & dicit { quòd ſi id non ſit philoſophi, ad quem nam aliũ } ſcilicet artificem { ſpectabit contemplari uerum, ac falſum de ipſis? } .i. de propoſitionibus, in quarum numero habentur ſententiæ. quis enim alius de uero, & falſo, quæ propoſitionibus inſunt, diſputabit, niſi philoſophus? his uerbis licet de demonſtratione, eiuſq; principijs differere non ſit primi philoſophi, omnino tamen ſtatui videtur demonſtratricem doctrinam partem eſſe philoſophiæ.

TEX. 5. **Et omnino ſcientia, quæ ſubſtantiarum eſt, vna ne omnium eſt, an plures?**

Expoſitor Ariſtotelem diſputare putat eam queſtionem quæ eſt de conſideratione ſubſtantiarum, & accidentium. ſed quicquid ſit, quoniam ſubſtantiarum aliæ intelligibiles, & immobiles ſunt, aliæ motu uerſantur, & ſub ſenſum cadunt, ideo quærit { & omnino ſcientia, quæ ſubſtantiarum eſt, una ne omnium eſt, an plures? }

**Atq; ſi non vna ſit, cuius nam ſubſtantiæ hãc ſcientiam ponere oportet?**

Expoſitor putat Ariſtotelem obijcere contra primã partem. Alexander continuando ſubdiuiſionẽ quęſtionis facit & dicit { atq; ſi non una ſit } .ſ. ſcientia, quę conſiderat omnes ſubſtantias, ſed plures { cuius nam ſubſtantiæ hanc ſcientiam ponere oportet? } quæ ſapientia dicitur, immobilis ne, an mobilis.

**Vnam autem omnium eſſe, non eſt conſentaneum rationi. Nam demonſtratiua etiam ſcientia una omnium per ſe accidentium erit. ſiquidem demõſtratiua ſcientia omnis circa aliquod ſubiectum ex opinionibus cõmunibus accidentia per ſe contemplatur eiuſdem. igitur eſt per ſe accidentia ex eiſdem opinionibus circa idem genus contemplari. Nam etiam ſubiectum circa quod, unius ſcientię eſt, & ea ex quibus, unius identidem eſt: ſiue ſit eiuſdem, ſiue ſit alterius. Quare & accidentia ſimili modo ſiue hæ contemplantur, ſiue ex iſtis una.**

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem nunc in contrarium argumentari, nam probat non eſſe par, vt omniũ ſubſtantiarum vna ſit ſcientia: & primo proponit concluſionẽ, & dicit { vnam autem omnium } .ſ. ſubſtantiaꝝ ſcientiam { eſſe, non eſt conſentaneum rationi } hæc concluſio, quã probat hypothetico ſyllogiſmo, hoc pacto, ſi omnium ſubſtantiarum vna ſit ſcientia, etiam omnium per ſe accidentiũ una & eadem, quæ ſubſtantiarum, ſcientia erit. hanc hypotheticam probat, quoniã omnis demonſtratiua ſcientia, quæ contemplatur aliquod ſubiectum, contẽplatur omnia per ſe accidentia illius: omnis ſcientia vna omnium ſubſtantiarũ eſt demonſtratiua ſcientia, quæ conſiderat ſubiectum, quod eſt omnium per ſe accidentium: igitur ſi vna eſt ſcientia omnium ſubſtantiarum, vna erit etiam omnium per ſe accidentium. Huius affert propoſitionem quandã vice maioris, & dicit { nam demonſtratiua etiã ſcientia vna per ſe accidentium erit } hęc non eſt tota maior, ſed illa ſi omniũ ſubſtantiarum una ſit ſcientia, etiam omnium per ſe accidentiũ vna & eadem, quæ ſubſtantiarum, erit ſcientia. deinde loco ꝓbationis huius, quæ poſita eſt, affert maiorẽ & dicit { ſiquidem demonſtratiua ſcientia omnis circa aliquod ſubiectũ, ex opinionibus communibus } quę ſententiæ dicuntur, atq; propoſitiones primæ { accidentia ꝑ ſe contẽplatur } Quare ſyllogiſmus erit, ſi omnium ſubſtantiarum ſit una ſciẽtia, omnium per ſe accidentium vna erit ſcientia, quæ eadẽ ſubſtantiarum eſt. reliquit deſtructionem conſequentis illam, ſed non eſt ſubſtantiarum, & omnium accidentium per ſe vna ſcientia. etiam reliquit deſtructionẽ antecedentis hanc, ergo non omnium ſubſtantiarum eadem eſt ſcientia. deſtructionem conſequentis probauit Alexander ex ijs, quę dicentur ſtatim. quia tunc omniũ entium erit una ſcientia, qm̃ omnia entia ſunt ſubſtantiæ, & per ſe accidentia. Maiorem probauit in textu per ſyllogiſmum ſuperius aſſignatum, cuius tantũ maiorem expreſſit, ut dictũ eſt. Deinde, ut placet Alexandro, Ariſt. infert abſurdum .ſ. ꝙ tũc omnium entium una tantum erit ſcientia, & dicit { eiuſdem igitur } .ſ. ſciẽtiæ { eſt per ſe accidentia ex eiſdem opinionibus } .ſ. quæ pertinent ad eandem ſcientiam { circa idem genus } ſubiecti .ſ. quod pertinet ad eandẽ ſcientiam { contemplari } per quæ vult habere abſurdum, vt uidelicet omnium entium una ſit tantum ſcientia, quoniam omne ens ſcibile eſt aut ſubſtãtia, aut per ſe accidens. Quare ſi una eſt omnium ſubſtantiarũ ſcientia, una erit ſubſtantiarum, & per ſe accidentium ſcientia, ſi una eſt omnium ſubſtantiarum, & per ſe accidentium ſcientia, vna erit omnium ſcibilium entium ſcientia: qd' abſurdum eſſe ſupponit. Deinde aſſignat rationem eius, quod intulit, & dicit { nam etiam ſubiectũ circa quod } ſubaudi ſcientia per ſe accidentia ſpeculatur { eſt unius ſcientiæ } & eiuſdẽ contẽplari cuius ſubſtantiæ ſunt { & ea ex q̃bus } .i. & ſententiæ, quę cões opiniones ſunt { unius idẽtidem } .ſ. ſcientiæ, cuius ſunt ſubſtantiæ, etiam eſt contemplari. quare omnium una erit ſcientia. & quoniã dixit hæc omnia eiuſdẽ ſcientiæ eſſe contẽplari, addit ſiue ſit eiuſdẽ ſimpl'r { ſiue ſit alterius } .i. ſubalternantis, quæ etiam eadem eſt ſ̃m ſubalternationẽ. q. d. ſunt illa omnia eiuſdẽ ſciẽtiæ, aut ſimpl'r, aut ſ̃m ſubalternationẽ. ſimpliciter quidem, ut cum demõſtraẽ triangulũ habere tres, ex eo quia angulus exterior trianguli ęqualis eſt duobus internis oppoſitis. In hac .n. ſcientia ꝓpoſitiones, & ſubiectũ, & accidens per ſe ſunt eiuſdem ſcientiæ ſimpl'r. Secundũ ſubalternationem uero, ut cũ muſicus demonſtrat tonum diuidi in duos ſemitonos inæquales ex eo, quia proportio ſexquioctaua non põt diuidi in duo æqualia, cum ſemper ſit ſuperparticularis, in hac enim ſcientia propoſitiones, ſubiectũ, & per ſe accidens ſunt eiuſdem ſciẽtiæ ſ̃m ſubalternationem. Ex his oĩbus concludiẽ ſcientiã, quę ſubſtantias conſiderat, etiam accidentia per ſe conſiderare pariformiter, qm̃ ſi ſcientia, quę ſubſtantia conſiderant, ſint plures, etiam ſcientiæ, quæ conſiderãt illarum per ſe accidentia, erunt plures, & ſi ſcientia, quæ cõſiderat ſubſtãtias, erit una, etiam ſcientia, quę cõſiderat per ſe accidentia earũ, erit una: et ea ratione, qua ſciẽtia ſubſtantiarum una erit, qm̃ uel ſimpliciter, uel ſubalternatione, vnde dicit { quare & accidentia } .ſ. per ſe conſiderantur in ſcientia, ſicut ſubſtantia { ſiue hæ } ſubaudi plures ſint, quæ contemplantur ſubſtantias { ſiue ex iſtis } ſubaudi quæ contemplatur ſubſtantias { vna } fiat, eadem ratione de per ſe accidentibus eſt dicendum. Hæc eſt dilucida huius loci expoſitio. Alexãder tamen

assignat causam quare Aristoteles hoc vltimum intulit, videlicet ꝙ sit pariformiter dicendum de per se accidentibus, & de substantijs. quoniam, vt inquit, quæ de substantia habetur doctrina, omnis philosophia esse videtur. non tamen ita, vt omnis philosophia de omni substantia contempletur. sed parte sui de substātia sensibili, & naturali, parte vero sui de substantia intelligibili. quærit Alexander quomodo substantia non est vnum genus, cum sit vnum decem prædicamentorum, respondet Aristotelem per genus vnum, appellare non quodlibet commune, sed vnam speciem, & vnam conformem naturam. Sic enim vna scientia in vno genere versatur, non ꝙ omnia consideret, quæ supremo, & communissimo genere continentur. sed quia de ijs disserit, quæ eiusdem speciei, ac rationis societate cōsentiunt. Nolo etiam te latere Alexādrū verba illa { subiectum enim circa quod vnius scientiæ est, & ea, ex quibus vnius itidem est } intellexisse scientiam definitiuam, & demonstratiuam. quasi dicat in quo genere est definitiua scientia, quæ considerat quid est vnumquodq; eorum, quæ illi generi subijciuntur, in eo vna itidem est, quæ cognoscit, ac demonstrat, quæ ipsi insunt, & ex quibus illi esse suppeditatur. ergo in eadem sciētia est demonstratiua, in qua est & definitiua. nec ab ratione, nam illud relatiuum { quod } substantiam significat, & quiditatē. Illud uero { siue eiusdem } Alexander intelligit, siue eadem est scientia definitiua, & demonstratiua, siue diuersa, nec ambæ partes vnius sunt, consequens certe erit vnius esse scientiæ, quæ generi eidem per se contingunt demonstrare, hoc enim dictioni deest. quoniam in quibusdam exemplaribus pro illo { siue hæ } scribitur { siue eędē } ideo, vt Alexāder inquit, sensus esse potest, siue in vno genere definitiua & demonstratiua eædem sunt inter se, siue non eædem, sed plures vnius, vt subiecti generis scientia ex vtraq; constituatur. sed expositio prior mihi magis placet. Expositor annotauit locum, vbi hæc quæstio disseritur, & modum quo disseritur, sed quoniam quarto huius ad principium hoc dilucide disputabitur, bona fronte est nunc relinquendum. **Q ue Auer com.5.** Auerroes vero supra illis verbis { siue sit eiusdem, siue sit alterius } dicit sic, nos videmus, ꝙ quædam scientiæ dant de illis accidentibus vnius generis quia tantum, vt sunt scientiæ subalternatæ, & quędam de illis accidētibus dant propter quid, & sunt scientiæ subalternantes. veluti sunt ꝑspectiua & geometria, & musica, & arithmetica. Tunc concludit ꝙ si vniuersaliter intelligatur in omnibus scientijs, ꝙ superior dicat propter quid, & inferior dicat quia, hic sermo sic vniuersalis erit logicus, hoc est probabilis. si autem intelligatur in particularibus scientijs determinate, sermo erit verus, vt dictum est de musica cum arithmetica, & de ꝑspectiua cum geometria. hoc est, quod ex verbis Auerrois colligi potest. Cætera, quę pro expositione verborum ait, sunt nugæ.

**TEX. 6.** Præterea utrum circa substantias solum sit contemplatio, an & circa ea, quæ ipsis accidunt. dico autem hoc pacto, si solidum sit substantia quædam, & lineæ atque plana, utrum ad eandem hæc, & accidentia circa unumquodque genus, de quibus mathematicæ demonstrāt, an ad aliam scientiam cognoscere spectet.

Hæc quoq; quæstio supra est ab ipso in dubiorum expositione commemorata, & vt Alexander inquit, hæc dubitatio sequitur illud, quod statim dixerat, dixit enim sic { circa quod enim vnius scientiæ, & ea, ex quibus vnius itidem sciētiæ, siue sit eiusdem, siue alterius } Quibus verbis obscure docuit vnius esse scientiæ, vt subiectum genus definire, sic & quæ per se ipsi accidunt, demonstrare. Sed quoniam obscure hæc dicta sunt, propterea dubitat, pertineat ne ad eandem scientiam definire, & demonstrare, an ad alteram definire, & ad alteram demonstrare: & dicit { Præterea vtrum circa substantias solum sit contemplatio } .s. præsentis sapientiæ { an & circa ea, quæ ipsis accidunt } deinde exponit quæstionem ad sensum prętactum, & dicit { dico autem hoc pacto } quæstionem esse intelligendam, per subiecta geometrica { si solidum } idest corpus { sit substantia quędam, & linęæ atq; plana } idest superficies similiter sint substantiæ { vtrum ad eandem hęc, & accidentia circa vnumquodq; genus } eorū scilicet { de quibus mathematicæ demonstrant, cognoscere spectet, an ad aliam } est igitur quęstionis sensus, vtrum eiusdem scientiæ sit subiecta definire, & quæ per se ipsis accidunt, demonstrare, an alterius, atq; alterius. appellauit autem solida, lineas, & plana, substantias, non ꝙ sint substantiæ, sed quoniam his quædam accidunt per se. Geometræ enim non habent substātias, quas vt sibi subiectas definiant. Scientia uero naturalis substantias pro subiectis habet. Definit enim geometra quid sit solidū, quid planum, quid linea, & quæ horū cuiq; per se insunt, disputat, ac demonstrat. est enim lineæ definitio, non lata longitudo cui per se contingit exempli gratia rectam esse, aut circularem, & illud, si recta supra rectam consistens pares inter se consequentes angulos effecerit, utrūq; parium angulorꝫ esse rectum. Item supra stantem uelut perpendiculum esse subiectæ, & cætera id genus. Exemplo uero ipso Aristoteles, ut Alexander autumat, quæstionem propositam pene soluit, siquidem geometræ de utrisq; disputantes definitiones non demonstrant, sed planum esse longitudinem cum latitudine solum sumunt. demonstrant tamen quædam planis rectilineis, alia orbicularibus per se inesse, neque iccirco ipsius qd est, habetur demonstratio. Simili modo naturalis scientia substantias naturales ipsas definit, & quæ illis per se insunt, demonstrat. nō enim mundus quid sit, aut quid Sol, quidve alia substantia naturalis demonstrat de figuris autem vel motu, locisve, & cæteris, quæ per se rebus naturalibus contingunt, demonstrationes conficit.

Nam si ad eandem pertineat, demonstratiua quædam utique erit & substantiæ scientia. At ipsius quod quid est nō uideť demōstratio esse.

Argumentať ad alteram quæstionis partem, & probat, quod non ad eandem pertineat scientiam considerare substantias, & earum accidentia. quoniam tunc scientia definitiua & demonstratiua erit eadem. tenet consequentia, quia scientia, quę considerat accidentia, est demonstratiua, & scientia, quæ considerat substantias, est definitiua. cum igitur pertineant ad eandem scientiam, ambæ erunt una, & sic scientia, quæ considerat substantiam, erit demonstratiua substantiæ. dicit { nā si ad eandē pertineat } subaudi definitiua, ad quam pertinet scientiam demonstratiua accidentiū, ita ut ambæ sint una scientia { demonstratiua quædam utiq; erit & substantiæ scientia } destruit deinde consequens, & dicit { at ipsius quod quid est non uidetur demonstratio esse } cum definitio declarans substātiā, quę significat quod quid est, non demonstretur, ut in resolutorijs declaratur.

Sin ad aliam, quænam est ea, quæ accidētia circa substantiam contemplatur. hoc enim assignare difficile admodum est.

Nunc obijcit in contrariam partem, & probat ꝙ non ad aliam scientiam, & dicit { Sin ad aliam, quænam est ea, quę accidētia circa substantiam contemplatur } deinde destruit consequens per expositionē difficultatis, & dicit { hoc enim assignare difficile admodum est } deceptio uero, ut quarto huius explicabitur. est, ꝙ licet ad eandem scientiam spectet considerare de per se accidentibus & de substantia, & ente, cui hæc accidunt, non tamen sequitur, ut eodem modo consideret utrunq; demonstrando substantiam, sicut demonstratur accidens, sed definiendo substantiam, & demonstrando accidens inesse, uel non inesse: quod Alexander superius in exēplo geometrico exposuit. nam geometra quid planum, quid linea, quid corpus definit, sed accidentia, quæ eis insunt, demonstrat. Simili modo naturalis philosophus substantias naturales definit, accidentia uero, quæ eis per se insunt, demonstrat, quare una est scientia eorum amborum non tamen unus est modus sciendi.



**TEX. 7.** Præterea utrum solas substātias sensibiles esse ān & præter has dicendum est alias esse.

Nūc disputat quæstionem quintam, & primo repetit eam & dicit { Præterea utrum solas substantias sensibiles esse } ut naturales dixerunt, qui sola corpora naturalia asseruerunt { an & præter has dicendū est alias esse } ut posuerunt Platonici. Et quoniam hæc quæstio dilucide superius est exposita, ideo nunc de ea hactenus.

Et utrum unum sit genus, an plura substantiarum genera sint, ut ij putant, qui species inquiunt, & res eas medias esse, circa quas mathematicas scientias uersari dicunt.

Et quoniam superius ultra quintam quæstionem mouit sextam quæstionem, ideo antequam disputet quintam, repetit sextam, & dicit { & } dato ꝙ sint aliæ substantiæ præter sensibiles { utrum } illarum { unum sit genus, an plura genera sint } illarū { substantiarum, vt ij putant, qui species } .i. ideas { dicūt & res eas medias esse } .s. inter ideas, et sensibilia { circa quas mathematicas sciās uersari dicūt } Platonici enim dixerunt plura substantiarum separatarum genera esse, vt aliæ sint ideæ, & exemplaria aliæ mediæ inter ideas & substantias sensibiles. cuius rationem superius assignauimus, quoniam Plato pro numero abstractionum intellectualium numerum generum substantiarum separatarum constituit, & quoniam una abstractio est naturæ uniuersalis à suppositis, & alia rerum intelligibilium, siue imaginabilium à materia sensibili, ideo posuit duo genera substantiarum abstractarum. s. alterū idearum, alterum rerum mathematicarum à materia sensibili: quas medias constituit inter substantias sensibiles, & ideas. quoniam cōueniunt cum utrisq;, cum ideis quidem quatenus à sensibili materia separatæ sunt cum sensibilibus uero, quatenus plures ex eis reperiuntur in eadē specie, sicuti plures lineæ, plures circuli.

Quo igitur modo ipsas species & causas, & per se substantias esse dicimus, in primis sermonibus de ipsis est dictum.

Proposita quæstione num solæ substātiæ sensibiles sint, an aliæ præterea, & an plura genera sint earum, quæ à sensibilibus sunt diuersæ, vt veteribus Platonicis videbatur, qui ideas, & mathematicas substantias asserebant, de his inquirit num fieri possit, vt huiusmodi aliquæ substantiæ sint. verum Aristoteles anteq̄ de his disserit, admonet nos, vt intelligamus quales has substantias illi esse putauerint, ad ea **Liber primus est Aristotelis.** nos relegans, quæ in primo libro dicta sunt. Quibus Alexander obiter colligit, illum quoq; librum, quem ipse primū maiorem appellauit, Aristotelis esse, & ad propositam doctrinam pertinere. Illic enim more suo de ipsis perinde locutus est, atq; hoc in loco meminit. nam & hic, & ibi velut in propriam opinionem edisserit, dum idearum sententiam refellit. Illud vero ὡς μὲν οὖν, idest { vt igitur } vt Alexander inquit, loco illius { quomodo igitur } dictum est. Docuit autem Aristoteles libro primo Platonicos putasse ideas esse substantias quasdam per se intelligibiles à sensibilibus seiunctas, ad quarum exemplar sensibiles res esse obtinent, adeo, vt formales causæ atq; quiditates dicantur. Expositor vero asserit Aristotelem nos relegasse ad primū librum, vt ostendat quonam modo quis argumentari possit ad partem affirmatiuam, & dicit { quo igitur modo ipsas species, & causas, & per se substantias esse dicimus } & subaudi & per quæ argumenta { in primis sermonibus } hoc est primo libro maiore { de ipsis est dictū } vnde ex ijs, quę ibi dicta sunt, accipi possunt rationes ad partem affirmatiuā.

Sed cum multæ habeantur difficultates, non minus idest absurdum, asserere quidem quasdam esse naturas præter eas, quæ sunt in cœlo, has autem dicere non differentes a sensibilibus esse: nisi ꝙ illæ æternæ, hæ corruptibiles sint.

Nunc argumentatur ad partem negatiuam, asserens esse vnum absurdum non minus eis, quæ primo huius sunt explicata, videlicet ꝙ sint quædam naturæ sempiternæ præter substantias sensibiles, quæ nec genere, nec specie differunt à naturis sensibilibus, quas ipsi ideas vocāt: sed sola æternitate, ꝙ vz illæ sint ęternæ, hę vero corruptibiles: & dicit { Sed cū multæ habeanť } atq; enumerentur { difficultates } de ipsis ideis libro primo, quibus tolluntur de medio { non minus absurdum } cæteris eo loco enumeratis { idest, asserere quidē quasdam esse naturas præter eas, quæ sunt in cœlo } idest præter sensibiles, quæ in mundo habentur, nam mundum cœlum appellat. quasi dicat in loco existentes, & natura consistentes, has enim proprie in cœlo esse ait { has aūt dicere non differentes à sensibilibus esse } subaudi nec genere, nec specie { nisi } sola æternitate ꝙ uidelicet { ille æternæ, hæ corruptibiles sint { cum enim idearum dogma multa incōmoda consequantur, quippe cum dubium sit, quæ sit ipsarum natura substantiaue, an secus, & quis est communis modus, & cætera, de quibus in primo libro est dictum, absurdum non minus cæteris, quod hoc in loco addit, est dicere esse quasdam naturas ab his sensibilibus substantijs, & natura consistētibus diuersa ideas ab illis nuncupatas, quas quidem naturas à sensibilibus quæ in mundo sunt æternitate sola differre statuebant, non autem genere, nec specie qď quàm sit absurdum, decimo libro huius petendum est.

Dicunt enim ipsum hominē, & ipsum equū, ac sanitatem: aliud uero nihil, perinde faciētes, atq; ij, qui deos quidem inquiunt esse, humanam autem formam habentes. **Humanam formam habentes.** Neque enim illi aliud, q̄ homines æternos, neq; hi species aliud **ἀνθρωποειδεῖς.** quicquam, q̄ res sensibiles perpetuas faciunt.

**Humana forma p̄ditos.** Quòd sola æternitate differat ideæ, quas Platonici ponuntur à sensibilibus naturis, ex ipsorum dictis, vt Alexander inquit, edocet: & dicit { Dicunt enim ipsum hominem, & ipsum equum, ac } ipsam { sanitatem } esse subaudi formaliter hominē, & equum, & sanitatē { aliud uero nihil } .i. & non aliud secundum speciem ab homine sensibili, vel equo, vel sanitate: quod subaudi est absurdum. nam { perinde } Platonici sunt { facientes, atq; ij, qui deos quidem inquiunt esse, humanam autem formam habentes } quos ponunt eiusdem speciei cum hominibus sensibilibus: sola æternitate differentes. quæ additamento verbi græci αὐτὸ, vt Alexander inquit, videtur significari. nam, vt qui tradunt Deos esse, eosdemq; humana forma præditos, ij Deos homines ęternos faciunt, per nomen Deus illos nuncupantes, atq; de ipsis æternum prædicantes. hæc enim fuit opinio omniū gentilium, qui homines benefacientes hominibus deificari crediderunt, sic qui ideas, eadē atq; sensibilia esse faciunt solo additamento verbi αὐτὸ excellentes. Hi enim sensibilia æterna ideas esse faciunt. nam additamentum uerbi αὐτὸ, æternitatem significare uidetur: qua sola ideæ à sensibilibus, quorum sunt ideæ dicunt. deinde reddit causam similitudinis, & dicit { neq; enim illi } uidelicet qui homines Deos

faciunt { aliud ꝙ homines æternos faciunt } quoniam ſolo additamento æternitatis differunt ab omnibus ſenſibilibus { neqꝫ hi } uidelicet qui ſpecies aſſerunt { ſpecies aliud quicquam quam res ſenſibiles perpetuas faciunt } quoniã etiam ſolo additamento æternitatis differunt à naturis ſenſibilibus. Quo vero ad ſenſum attinet, animaduerte multum intereſſe inter dicere Deos æternos eſſe ſpecie humana preditos,& dicere homines fieri æternos, atqꝫ deificari. qui Deos æternos fecerunt humana ſpecie præditos, fuerunt Epicurei, vt Expoſitor refert authoritate Ciceronis in libro de natura Deorum. Epicurei enim voluerunt Deos eſſe de ſpecie hominum,nec differre ab hominibus ſenſibilibus,niſi ſola æternitate:& huic opinioni eſt ſimilis Platonis poſitio, quæ aſſerit ideas eſſe eiuſdem ſpeciei cum naturis ſenſibilibus ſola æternitate differentes.Qui uero homines fieri Deos dixerũt, fuerunt gentiles ferè omnes, ꝙ putarunt homines deificari beneficentijs,quas contulerunt humano generi.& huic opinioni pro parte ſimilis eſt opinio Platonis, quoniam ſicut hæc opinio facit hominẽ,qui nactus eſt æternitatem,differre ab hominibus ſenſibilibus ſola æternitate,quam nactus eſt: ſic Plato aſſerit ideas ſola æternitate, quam ſemper habent, differre à naturis ſenſibilibus. verum tam homo ſecundum primam opinionem, ꝙ ſecundum poſitionem Platonis eſt eiuſdem ſpeciei cum hominibus ſenſibilibus ſola æternitate vel habita, vel acquiſita differens. Auerroes autem dicit,

Q uĕ Auer. comĕ.7.

dicentes formas eſſe ſimiles fingentibus Deum, aut Deos eſſe in formis hominum, ſicut inueni in legibus Mahumeti. Hi enim conueniunt in hoc ꝙ ponunt homines tum æternos, tum etiam generabiles, & corruptibiles, & conuenire tum nomine, tum definitione: quæ res quomodo ſit intelligenda,petendum eſt à Theologicis noſtris.Illud tamen nõ ignorandum eſt,hominem corruptibilem atqꝫ mortalem in reſurrectione nanciſci æternitatem virtute diuina,quoniam virtute diuina perpetuo ſeruatur in eſſe,vt Expoſitor inquit. Inſuper rõnalis aĩa, quæ à parte ante non fuit ſempiterna,in creatione virtute diuina nacta eſt æternitatẽ.verũ hec oĩa in Theologicis noſtris ſunt dilucide diſputata,nũc omittantur.

Præterea ſi quiſpiam præter ſpecies & ſenſibilia res ipſas medias ponet,complures difficultates habebit. patet enim & lineas ſimiliter præter ipſas, & ſenſibiles fore, & unumquodqꝫ cæterorum generum. Quare cum aſtrologia una ſit horum ſcientia, erit & quoddam cœlum prę ter hoc ſenſibile cœlum, & Sol, & Luna, & cætera ſimiliter, quæ ſunt in cœlo. At quonam pacto his eſt credendum? neqꝫ enim immobile illud eſſe, conſentaneum eſt rationi, neque omnino fieri poteſt, ut moueatur. ſimiliter & de ijs eſt putandum, circa quæ perſpectiua, & inter mathematicas muſica uerſatur. neque enim ipſa præter ſenſibilia poſſunt (ob eaſdem cauſas) eſſe. Nam ſi media ſunt ſenſibilia, patet & ſenſus & animalia inter ſpecies & res ipſas caducas continuo fore.

Poſtq̃ de ideas diſputauit,tranſit ad ea,quæ inter ideas,& ſubſtantias ſenſibiles media dicuntur hoc eſt ad mathematica,quæ Platonici poſuerunt ſubſtantias per ſe ſubſiſtẽtes, & primo proponit difficultates, quæ videntur contra hanc opinionem,& dicit { Præterea ſi quiſpiam præter ſpecies } ideſt ideas { & } præter { ſenſibilia res ipſas } .ſ.mathematicas { medias ponet,complures difficultates habebit } deinde explicat difficultates quæ inde naſcuntur: & nonnulli ſic componunt ſyllogiſmum.eiuſdem rationis eſt vnã ſcientiam mathematicam videlicet geometriam eſſe circa lineas ſeparatas,& cæteras omnes mathematicas, quæ uerſantur circa ſua conſiderata,quæ ſunt alia a lineis. Sed ſunt nõnullæ ſcientiæ mathematicæ, quæ nõ verſantur circa aliqua entia mathematica ſeparata,vt aſtrologia proſpectiua,& muſica,igitur mathematica,quæ eſt de lineis,& magnitudinibus non verſabitur circa aliqua mathematica ſeparata,quę ſunt media. Alexander procedit ſyllogiſmo hypothetico a primo ad ultimum per deſtructionem vltimi cõſequentis, hoc pacto,ſi per iſtos eſt linea,ſuperficies,& magnitudo mathematicæ præter ſenſibilia,& ideas,de quibus diſputat geometria,ſic cætera mathematica ſe habebunt: & ultra,ſi cætera mathematica ſic ſe habebunt,tunc res, de quibus agit aſtrologia,& res,de quibus agit ꝓſpectiua,& res, de quibus agit muſica,erunt ſeparatæ ac mediæ inter ideas, & res ſenſibiles.hoc vltimum conſequens deſtruit, vt habeat deſtructionem primi antecedentis: vnde dicit { patet enim & lineas } & ſubaudi & cæteras magnitudines { ſimiliter ꝑter ipſas } ſcilicet ideas { & ſenſibiles } .ſ. lineas { fore } .ſ.medias. Hoc eſt primum conſequens, deinde addit ſm̃ hoc pacto, & ſi lineæ,& cæteræ magnitudines,de quibus agit geometria,ſint ſeparatę,& mediæ inter ideas,& ſenſibilia { & unũ quodqꝫ cæterorum generum } de quibus agunt cæteræ mathematicæ,erunt ſeparata & media. Deinde addit tertium, & dicit { quare } ſi cætera conſiderata, de ꝗbus agunt cæteræ,ſint ſeparata,& media { cum aſtrologia vna ſint horũ } ſcilicet cæterorum generum { ſcientia, erit & quoddam cœlum } .ſ. de quo ipſa conſiderat { præter hoc ſenſibile cœlum,& Sol,& Luna & cætera } .ſ.aſtra { quæ ſunt in cœlo,ſimiliter } erunt media & ſeparata.Hoc eſt vna pars vltimi conſequentis,cuius deſtructionem ſubſcribit, & dicit { At quonam pacto his } Platonicis.ſ. ſic dicentibus { eſt credẽdum? } Quòd autem hoc ſit incredibile,probat,quoniam tale cœlum medium & ſeparatum, vel eſt immobile, uel mouetur,& deſtruit utrunqꝫ, & dicit { neqꝫ enim immobile illud eſſe, conſentaneum eſt rationi } nam cœlum eſt corpus circulare,quod inquieſcẽter mouetur, vt ex eius definitione patet { neqꝫ omnino fieri poteſt,ut moueatur } quoniam,vt Alexander inquit,fieri non poteſt,vt quicquã moueatur,quod materia careat, nec ſit ſua natura ſenſibile: & vt dixit de cœlo, ſimili rõne de luna,& cęteris ſtellis dici poteſt. Addit etiam Alex.hoc idem incommodum ijs quoqꝫ obijci poſſe,qui cœli ipſum cœlum ideam eſſe aiunt, & Solis ipſum Solem: Quomodo enim horum aliquod immobile valeas intelligere? Deinde complendo totum vltimum conſequens dicit { ſimiliter & de ijs eſt putãdum,circa quæ proſpectiua,& inter mathematicas muſica uerſatur } ſequetur enim vt ea,quæ ab iſtis conſiderantur, ſint ſeparata, & media,quod deſtruens ſubdit { neqꝫ ipſa enim } .ſ.genera, quæ ab iſtis conſiderant { præter ſenſibilia poſſunt, ob eaſdem cauſas eſſe } .ſ.media et ſeparata. Quo enim modo fieri poteſt,ut aliqua ſint aſpectabilia,quæ ſub viſum cadunt, quæ eadem non ſunt ſenſibilia,de quibus perſpectiua agit? vel aliqua ſub auditum cadãt,quę ſenſum effugiant,de quibus muſica? nam eſſe proſpectiuum eſt de ijs, quæ cadunt ſub viſum differere,eſſe muſicum de ijs,quæ cadunt ſub auditum,diſputare. Deinde,ſubdit rationem deſtructionis, & dicit { nam ſi media ſunt ſenſibilia } videlicet aſpectabilia, & audibilia { patet & ſenſus } .ſ.viſum & auditum eſſe intermedios, nam obiecta non poſſunt eſſe magis ꝙ potẽtiæ ſeparata,& intermedia.& ſi ſenſus ſint ſeparati & medij, cũ ſenſus abſqꝫ animalibus conſiſtere nequeant, patet { & animalia inter ſpecies,& res ipſas caducas } quæ ſunt animalia mortalia { continuo fore } .ſ.media,& ſeparata: quæ prædita erunt ſenſibus illis medijs: quod pro abſurdo reliquit. hoc pacto Alexander expoſuit. Auerroes autem in calce

Q uĕ Auer. cõ.7.

præſentis commenti argumentatur,ſi aſpectabilia,& audibilia ſunt ĩtermedia,& ſeparata,ſenſibilia erũt æterna alia.ſ. a ſenſibilibus corruptibilibus,& ſi ſenſibilia ſint æterna,ſen

ſus



ſus,qui ſunt illorum ſenſibilium,erunt æterni.tenet argumẽtum,quoniam ſenſus referũtur ad ſenſibilia. & ſi ſenſus ſint æterni,etiam animalia,quæ illis ſenſibus ſunt prædita,erunt æterna. quæ omnia ſunt abſurda.

TEX. 8.

Dubitauerit autem quiſpiam, & circa quas rerum has ſcientias quærere oportet. Nam ſi hoc geometria a facultate partiẽdi terras differt ſolum, quod hæc quidem horum eſt, quæ ſentimus, illa uero non ſenſibilium, patet & præter medicinam,& cæterarum facultatum unamquamqꝫ, aliam quandam fore inter ipſam medicinam, & hanc medendi artem. At hoc quomodo fieri poteſt? etenim erunt quædam ſana præter ſenſibilia,& ipſum ſanum.

Secundo refellit mathematica eſſe media uia dubitatiua, & quærit,dicens { Dubitauerit autem quiſpiam circa quas rerum oportet quærere has ſciẽtias } .ſ.mathematicas,quarum altera eſt de ſenſibilibus,ut geodæſia,altera de intermedijs ut geometria. quoniam enim iſti dicebãt mathematicas diſciplinas uerſari circa res medias inter ideas, & ſenſibilia, ideo quærit circa quæ ſenſibilia ſunt hæc media, de quibus doctrinæ mathematicæ conſiderant,utrum in omnibus rebus ſint iſti tres gradus uidelicet ſenſibilia, ideæ, & horum media: & quia iſti dicebant ſolum res mathematicas eſſe tales, obijcit contra hoc in hunc modum, ſicut geometria ad geodæſiam, ſic medicina ad artem medendi. ſed geodæſia eſt circa ſenſibilia,quæ ſentimus, geometria uero circa non ſenſibilia,ſed circa media,ergo medicina erit circa ſana non ſenſibilia,ars medendi circa ſana ſenſibilia. hoc autẽ falſum eſſe demonſtrat,quare falſum eſt geometriam uerſari circa non ſenſibilia: quæ ſunt ſeparata, & media. Quo uero ad uerba attinet,geodæſia græce interpretatur doctrinam partiendi terras,quæ apud Aegyptum inuenta eſt ad regionem diuidendam,cuius priſtini termini inundatione Nili confunduntur. Quare ſunt tres ſcientiæ,geodæſia,quæ in ſenſibilibus uerſatur geometria,quæ uerſatur circa media inter ſenſibilia,& ideas,& tertia eſt, quæ circa horum ideas uerſari uidetur. Quemadmodum igitur res ſe habet in geodæſia,& gemeotria,ſic ut ĩ medicina ſeſe habeat neceſſe eſt: ſitqꝫ medicina quædam,quæ in ſenſibilium animalium ualetudine uerſetur geodæſiæ proportione reſpondens, alia uero intelligibilis ab ipſa diuerſa,quæ media ſit eius,quæ de ipſa ualetudine tractat,hoc eſt de idea,& eius quæ in ſenſibilium ualetudine uerſatur geometriæ proportione ſimilis: unde dicit { nam ſi hoc geometria à facultate partiẽdi terras differt ſolum,quòd hæc quidem } .ſ.geodæſia { horum eſt quę ſentimus,illa uero } .ſ.geometria { non ſenſibilium } quę ſunt intermedia { patet & præter medicinam } quæ eſt de ſanabilibus inſenſibilibus.i.de ideis { aliam quandam fore inter ipſam medicinam } quæ eſt.ſ. de ideis { & hanc medendi artẽ } q̃ eſt de ſenſibilibus,quę ſentimus.& ad amplificationẽ addit { & cæterarum facultatum unamquãqꝫ } &.q.d. generatim in oĩbus facultatibus eſſe tres,alterã de ijs, quæ ſentimus,alteram de ideis, & tertiam de medijs.eſt igitur argumentum ſi datur geodæſia,quæ eſt de ijs, quæ ſentimus, & geometria, quæ eſt de medijs,& alia, quæ eſt de ideis, in ſanabilibus erunt tres facultates altera de ſanabilibus, quæ ſentimus,altera de ideis,quę ĩtelligimus,& tertia de medijs. nõ enim uidetur maior ratio in illis quàm in ſanabilibus.demum deſtruit conſequens,& dicit { at hoc quomodo fieri poteſt? } quaſi dicat fieri nõ poſſe { etenim erunt quædam ſana præter ſenſibilia } ſana q̃ ſentimus { & } præter { ipſum ſanum } .i.& præter ideam ſanorum, quod pro abſurdo relinquit. Alexander tamen hoc pacto illud eſſe abſurdum exponit, quoniam ſi quædam ualetudo, & medicina media eſt,alia quoqꝫ ſalubria erũt,quibus medicus ille conſulat ualetudini,ac proinde alia animalia,quibus inſit illa ualetudo. perſpicuum igitur eſt ſcientias mathematicas non eſſe circa aliqua intermedia ſeparata, quæ ſubſtantiæ ſint per ſe conſiſtentes.

Simul autem neque hoc uerum eſt, ut facultas partiendi terras ſenſibilium, atque corruptibilium ſit magnitudinum. corrumperetur enim cum illæ interirent.

facultas partiẽdi terras. γεωδαισία. Geodeſia.

Expoſitores putant hanc eſſe tertiam rationem ad refellendum res mathematicas,& medias,quod qua ratione hoc deducatur,ego ingenue fateor me nõ intelligere. Auerroes

Q uĕ Auer. com.8.

uero arbitratus eſt Ariſtotelem hanc rationem ad oppoſitum inducere,ut dicatur per hanc rationem intendere Ariſtotelem nullas ſciẽtias eſſe de ſenſibilibus, ſed uel de rebus medijs,uel de ſpeciebus: alioquin ſcientia corrumperetur, cum illa ſenſibilia interirent. Alexander autem medio iudicio recte uidetur uelle quòd Ariſtoteles obiter dãnet in iſtorum opinione eſſe ſcientias de ſenſibilibus,& primo quòd damnet hoc in geodæſia. dixerunt enim geodæſiam eſſe de ſenſibilibus magnitudinibus,geometriã uero de magnitudinibus medijs inter ſpecies,& ſenſibilia. oſtendit ergo obiter primo ꝙ geodæſia non ſit de ſenſibilibus magnitudinibus cuius ea fides eſt, quòd ſi ſenſibilia conſideraret, cum ipſis interiret,& dicit { Simul autem neqꝫ hoc uerum eſt,ut facultas partiendi terras } quę græce dicitur γεωδαισία { ſenſibilium atqꝫ corruptibilium ſit magnitudinum } cuius rationẽ affert, & dicit { corrumperetur enim cum illæ interirent } cuius rationem exponit Alexander,quoniam neceſſe eſt, vt intereunte ſubiecto,pereat id,quod in ipſo uerſatur. ſi enim id,in quo uerſatur quippiã,perierit, neceſſe eſt,ut illud quoque fuerit deletum, quod in hoc uerſabatur, cũ eſſe illius cõſiſtat in eo,quod uerſetur in hoc.tunc Alexãder deſtruit conſequens ex eo,quia nulla neqꝫ ars,neqꝫ ſcientia intercidentibus his perit,ac proinde ne ipſa quidem ars partiendi terras. quo fit,ut neqꝫ ea conſideret,aut in ijs uerſetur,quæ ſenſibilia,& mortalia ſunt. Sed dices ſi nõ circa ſenſibilia,circa quę hæ ſcientię uerſantur? reſpondet Alexander omnes ſcientias uerſari circa uniuerſalia per ſe,quæ quatenus uniuerſalia,nõ cadunt ſub ſenſum,& circa ſenſibilia ꝑ accidẽs, quoniã non qua ſenſibilia hęc ſunt,ſed qua uniuerſale participant. Quare ſcientiæ nonnullæ ſunt de ſenſibilibus & corruptibilibus quatenus participant rationem uniuerſalem. per ſe autẽ ſunt de uniuerſalibus,nõ quòd uniuerſalia ſint per ſe ſeparata ſecundum ſubſtantiam ab uniuerſalibus, ſed quo intelliguntur uniuerſaliter. eadem ratione medicina non ſpectat ſenſibilem ualetudinem, alioquin intereuntibus ijs,in quibus uerſatur,ipſa quoqꝫ aboleretur,ſed ſpectat uniuerſalem ualetudinem,quæ non per eſſentiam,ſed per conceptionẽ eſt uniuerſalis. ſed hoc petendum à dilucidario.

At uero neque ſenſibilium magnitudinum erit aſtrologia, neque circa hoc cœlum. neque enim ſenſibiles lineæ tales ſunt, quales geometria dicit. nihil enim ſenſibilium ſic rectum, aut rotundum eſt. normam namque non puncto circulus tangit, ſed ut Protagoras dicebat redarguens geometras. neque motiones reuolutionesqꝫ cœli ſimiles ſunt ijs, de quibus aſtrologia ſuas rationes facit neqꝫ puncta eandem naturam habent, quam Stellæ.

Expoſitores putant Ariſtotelem obijcere in contrarium, probareqꝫ nec geometriam eſſe de ſenſibilibus magnitudinibus,nec aſtrologiã de ſenſibili cœlo, ergo ſunt de quibuſ-

dam medijs inter ideas, & sensibilia. Alexander vero vult Aristotelem obiter dānare etiam in horum opinione astrologiam de sensibilibus agere, ut de hoc cœlo, et de his astris. nam licet hæc immortalia sint, ac proinde nec secum intereuntia tollāt scientiam, quæ in ipsis uersatur, hoc est astrologiam: docet tamen eandem non in his uersari, alioquin circa falsa uersaretur. nam nec tales sensibiles lineas licet accipere quales in demonstrationibus astrologus sumit, nec puncta sunt Stellæ: ut dicunt. Et geometram pro astrologo accepit & dicit { At uero neq; sensibilium magnitudinū erit astrologia } et sic falsum est, qđ isti in opinione assumebāt { nec } uersatur { circa hoc cœlum } quoniam licet hæc immortalia sint, si circa eiusmodi sensibilia uersaretur, esset de falsis; quod deducit, & dicit { neq; enim sensibiles lineæ tales sunt quales geometria dicit } .i. quales astrologia accipit in suis demonstrationibus, geometriā. n. ꝓ astrologia, et geometrā ꝓ astrologo sumpsit, ut Alex. exponit. et hoc vlterius ꝓbās, dicit { nihil. n. sensibilium sic rectū, aut rotundum est } vt astrologus subaudi definit, & assignās rationem dicit { nor mam nanq; } .i. planum sensibile { non puncto circulus } scilicet sensibilis { tāgit } at mathematici & astrologi globum atq; circulum sensibilē à plano sensibili per punctum cōtingi tradunt { sed ut Protagoras } .ſ. Sophista sumpto à sensibilibus argumento { dicebat redarguens geometras } scilicet de mendacio, docens nihil sensibilium esse tale, quale illi esse dicunt. deinde inducit alia, quibus pro ueris astrologus utitur, quæ tamen sunt falsa: & dicit { neq; motiones, reuolutionesque cœli similes sunt ijs, de quibus astrologia suas rationes facit } quippe qui lineas, uertiginēq;, & circulum sumit, quæ sunt longitudines uacantes latitudine. & in his motus fieri ponit. nam in rebus sensibilibus nulla est longitudo, quę latitudine careat. demum inducit ultimū, & dicit { neq; puncta eandem naturam habent, quam Stellę } mathematici enim astra pro punctis accipiunt, sed cum punctū sit cuius pars non est, falsum est, astra esse puncta. est igitur uis rationis, si astrologia esset de sensibilibus, uersaretur circa falsa. At circa falsa nulla scientia uersatur, non ergo astrologia est de sensibilibus, licet sit de hoc cœlo, & his astris. ex his possumus uenire ad propositum, nam si in rebus sensibilibus ars nulla uersatur, inter artes, & scientias mathematicas id discrimen esse non potest, quòd aliæ sensibiles substātias, mathematicæ uero intelligibiles quasdam considerent: hæc est expositio Alexandri optima. Auerroes uero supra his uerbis dicit, geometra demonstrat, quòd linea recta tangit circulum in puncto, sed linea sensibilis non tangit circulum sensibilem, nisi in linea. i. nisi in quadam parte diuisibili. & similiter ponit quòd sphæra tangit planum in puncto, sed sphæra sensibilis non tangit planum sensibile, nisi in superficie. i. in quadā parte plana diuisibili. unde & primo de cœlo, & mundo sic inquit, uerbi gratia quòd secundum considerationem geometræ in superficie & sphæra possunt se cōtingere super punctum, & cum fuerint in corpore naturali, non possunt se tangere, nisi super partē diuisibilem. Quinto uero physicæ auscultationis asserit naturalem ipsum contactum fieri per corpus, mathematicum uero per lineam, aut per superficiem. i. per partem diuisibilē: quod idem ad uerbum libro de anima primo refert. retulimus autem hæc, ut intelligatur apud Aristotelem, apud & Alexādrum, & apud expositores nō esse aliquod indiuisibile in natura: sed solum ad imaginationem mathematicam: cuius contrarium Sophistæ tradunt. bene tamē apud Peripateticos esse naturale minimū est concedendum, quod inexistenter, est diuisibile in infinitum, non tamen in partes seorsum per se existentes. vt alibi dilucidauimus: nec ualet dicere Aristotelem disputatiue esse locutum hic, nam Alexander sic ait, hæc ubi disseruit, illud quoq; in istorū opinione damnat quòd geodæsiā in sensibilibus uersari arbitrantur, geometriam uero in quibusdam alijs. Igitur loquitur assertiue. Expositores etiam, & Auerroes pro falso id ubiq; refellunt, ut per plures authoritates nos demonstrauimus.

Q ue Auer. cōm. 8.

Cōm. 32.

Cōm. 50.

Cōm. 13.

TEX. 9

**Sunt autem & qui esse quidem inquiunt ea, quæ media dicuntur inter species, ac sensibilia esse. Non tamen seorsum a sensibilibus, sed in ijs ipsis esse quibus omnia, quæ eueniunt impossibilia recensere, longioris est sane orationis. satis autem fuerit & talia contemplari.**

Postq̄ eos redarguit, qui mathematica substantias quasdam per se ab ideis, & sensibilibus separatas esse tradebant, nunc transit ad eorum sententiam refellendam, qui mathematica esse quidem aiebant per propriam quandam naturam, non tamen extra sensibilia esse, sed in ipsis. Sed quæ differentia sit inter hanc positionem, & primam, non mihi patua semper fuit difficultas. Expositores uolunt mathematica esse uelut quasdam dimensiones per se existentes, quæ sunt in corporibus sensibilibus per penetrationem, ut illi dixerunt, qui locum esse dimensionem quandam asseruerunt, quæ corpora sensibilia locat per penetrationem. At prima positio mathematica substantias esse asserit, quæ nō sunt in sensibilibus per penetrationem: sed sunt per se existētes, quę nulli accidunt, nulliq; inexistunt, nec aliqđ sensibilium corporum penetrant. Vtrum uero sint insensibilibus, per præsentiam, & indistantiam, ipsi nō exposuerunt, nec nos curamus exponere. Alexander ueo uidetur hanc differentiam assignare, ꝙ hi uelint mathematica esse diuersa ab ipsis sensibilibus, quoniam mathematicis propriam quandam naturam diuersam a sensibilibus tribuunt, quæ eadē in ipsis sensibilibus esse aiunt, quæ non sint aliquid ipsorum, sed in ipsis sint ab ipsis diuersa. Priores vero mathematica substantias esse volunt seperatas a singularibus, quæ eadem sunt cum ipsis sensibilibus, nam eadem sunt seperata quæ sunt & sensibilia. Quæ differentia potest vno modo intelligi, ꝙ hæc positio velit mathematica esse accidentia de genere quantitatis, quæ naturam propriam obtinent diuersam a corporibus sensibilibus, quæ tamē sunt in corporibus sensibilibus, vt accidentia in subiectis. At prima positio mathematica asserat esse substantias, quæ non sunt diuersæ a substantijs sensibilibus. licet sint seperatæ a sensibilibus corporibus, quæ substantiæ ideo non insunt sensibilibus, quoniam substantiæ sunt, quæ nulli insunt. Alij dixerunt, ut Alber. exposuit primo huius, primos voluisse mathematica esse separata a sensibilibus loco, quoniam sensibilia sunt sub luna. Mathematica vero supra lunam. Sed sub ideis, quæ sunt in orbe signorum. At posteriores asserūt mathematica esse diuersa a sensibilibus, & habere propriam naturam, esse tamen eo in loco, in quo sensibilia sunt. Ego autem fateor me non intelligere differētiam inter has opiniones; nisi quo uerba Aristotelis se extendunt, qui sic dicit { sunt autē & qui esse quidem inquiunt ea, quæ media dicunt inter spēs, ac sensibilia esse } .ſ. sicut primi dixerunt, qui mathematica diuersa esse volunt a sensibilibus, & habere propriam naturam { non tamen seorsum } loco & subiecto { ab } ipsis { sensibilibus, sed esse in ipsis } sensibilibus. aut vt in subiecto vt Alexander dicere uidetur, aut per penetrationem, ut dicunt expositores, aut per indistantiam, quoniam sunt sub luna, vt Albertus, aut alio modo mihi ignoto. At primi dixerunt mathematica esse substātias separatas, quoniam nec sunt in sensibilibus, vt in subiecto, nec per penetrationem, nec per indistantiam. Quòd si differentiam inter has opiniones melius exposueris, non recusabo intelligere. Et quoniā contra hanc positionem sunt impossibilia infinita, quę sequuntur, ab enumeratione eorum se excusans dicit { quibus } .ſ. hoc pacto opinantibus { omnia, quæ eueniunt impossibilia recensere, longioris est sanè orationis q̄ illa sit, quam nos sumus prosecuturi { Satis autem fuerit & talia contemplari } subaudi, quæ



quæ statim subiungemus. Nam in secūdo libro, & in primo maiore plurimorum meminit, cum sententiam Eudoxi refutaret, & in huius operis tertiodecimo enarrabit adhuc alia plurima.

**Non enim hæc solum ita sese habere consentaneum est rationi, sed patet & ipsas species in sensibilibus posse esse. hæc enim utraque eiusdem rationis sunt.**

Cum se excusasset, nunc accedit ad rationes contra positionem, quarum prima potest sic componi, in ijs omnibus, quæ eiusdem rationis sunt, quicquid per se competit uni eorum, competit omnibus: sed ideæ & mathematica sunt eiusdem rationis: ergo quicquid cōpetit per se mathematicis secundum hanc opinionem competit ideis. ultra, quicquid cō petit mathematicis competit ideis: sed mathematica sunt in sensibilibus. Igitur ideæ sunt in sensibilibus, quod non concedunt. de ratione primo ponit conclusionem, & dicit { non enim hæc } .ſ. mathematica { solum ita sese habere est consentaneum rationi, sed patet & ipsas species in sensibilibus posse esse } deinde tangit uim minoris, & dicit { hæc enim utraq; eiusdem rationis sunt } cuius expositionem affert Expositor, quoniam utraq; ponunt abstracta, prout rerum abstractio correspondet intellectiuæ abstractioni. Auerroes autem in præsenti loco aliam assignat rationem, quoniam utraq; sunt æterna nec genita, nec corruptibilia. melius autē Alexander si enim inquit hæc cum substantiæ sint per se intelligibiles, in sensibilibus tamen habentur, cur ideæ, quæ substantię quoq; intelligibiles sunt, nō erunt in sensibilibus? ratio enim subesse debet, cur hæc in sensibilibus insint, illa non item: cum utraq; sint substantiæ intelligibiles. sunt igitur utraq; eiusdem rationis secundum Alexandrum, quoniā utraq; substantiæ intelligibiles sunt. Quòd si dixeris Alexādrum sibiipsi uideri inconstantem hic, & proximo textu, tu, qui eius doctrinæ es studiosus, è medio hanc inconstantiam tolle, nobis autem satis sit monstrasse locum.

Q ue Auer cōm. 9.

**Præterea duo solida esse eodem in loco necesse est.**

Secundo argumentatur, si mathematica sunt in sensibilibus, duo solida erunt in eodem loco. probatur hæc hypothetica, quæ est maior, quia corpus mathematicum in eodē loco erit cum corpore sensibili, ex quo mathematicum corpus est in corpore sensibili, ut putat opinio. nam mathematicū scilicet solidum, quod stereometria. i. doctrina metiendi corpora considerat, & solidum, sensibile simul sunt, si illud est in hoc. destruatur consequens, sed duo solida non possunt esse in eodem loco. probatur, quoniam duo corpora quouis mō sumpta siue mathematice, siue naturaliter, siue mixtim, sunt simpliciter incomposibilia secūdum naturam propter repugnantiā dimensionum. vnde Alexander, corpus enim inquit diffundetur, penetrabitq;, si horum uuumquodq; per propriam naturam est, & alterum habetur in altero. Est igitur uniuersus syllogismus, si mathematica diuersam naturā habent à sensibilibus & sunt in ipsis sensibilibus, duo corpora erunt in eodem loco: duo autem corpora esse nō possunt in eodē loco: Igitur mathematica corpora non sunt in corporibus sensibilibus.

**Et non immobilia esse quippe cum in sensibilibus sint, quæ motu cientur.**

Tertio argumentatur, si mathematica, quæ Platonici asserunt, sunt in rebus sensibilibus, mathematica non erunt immobilia. probatur hæc hypothetica, nā dum sensibilia mouentur, necesse est ut ea quoq; moueātur, quæ in ipsis habentur. sed mathematica non mouentur, quoniam non solum à materia sensibili abstrahunt, sed à motu. Igitur mathematica non sunt in rebus sensibilibus. Et quia tu dicere posses non esse absurdum mathematica moueri, ut accidentia, quæ sunt in corporibus, quæ mouentur, Alexander subdit, accidere mathematica ita moueri, vt ipsa, quæ in loco sunt. quoniam per spatium, & interuallum perinde mouebūtur, atq; corpora sensibilia, quæ vi ab aliquo motu cientur, non autē suo motu, quod esse absurdum nemo est, qui dubitat. dicit { & } si mathematica sunt in rebus sensibilibus, necesse est subaudi mathematica { non immobilia esse } probat hanc hypotheticam, & dicit { quippe cū in sensibilibus sint, quæ motu cientur } & sic patet hypothetica. deinde supplēdus est syllogismus, vt diximus.

**Omnino autem cuiusnam gratia quispiā esse quidem ipsa, sed in sensibilibus esse ponet. Eadē enim absurda eueniēt & huic sententiæ, quę & antecedenti. Erit enim quoddam cœlum præter hoc cœlum. Verum non seorsum, sed in eodem loco, quod quidem impossibilius est. de his igitur magna est dubitatio, quonam modo posito, veritas euenire possit.**

Cum tribus cognomentis argumentatus esset cōtra eos, qui mathematica ponunt in sensibilibus, nunc ostēdit huius opinionis irrationabilitatem, & dicit { Omnino autem cuiusnam gratia quispiam ipsa quidem } .ſ. mathematica { esse, sed in sensibilibus esse ponet } quasi dicat ad nihil sic ponere prodesse videtur. nam si ipsa per se sunt, nihil prodesse videtur ipsa in sensibilibus constituere. cuius rationē affert, & dicit { eadem enim absurda euenient & huic sententię } ideſt huic secundæ positioni { quæ & antecedenti } .ſ. positioni acciderunt. Quare non prodest hæc cōstituere in ipsis sensibilibus, quoniam siue ponātur in ipsis sensibilibus, siue non ponantur, semper his eadē absurda eueniūt, quæ sequuntur illos, q mathematica separata faciebat. quare frustra & irrō nabiliter illa ponūt in ipsis sensibilibus, qm̄ non euitant, ut crediderūt, absurda, quę sequebanē illos, qui mathematica separata faciebant. Quòd autē non euitent absurda, q̄ sequebanē illos, probat, & dicit { erit enim quoddam cœlū præter hoc cœlum } .ſ. sensibile secundum horum positionem, & pari ratione Sol alius, aliaq; astra præter hūc Solem, & hęc astra. { uerum non seorsum } ideſt non separata per se { sed in eodem loco } ideſt in his ipsis consistent, Sol in Sole, Luna in Luna, in cœlo cœlum: cui incommodo illud, ut dictum est accedit, quòd duo corpora erunt in eodem loco & proterea subdit { quod quidem impossibilius est } quoniam cœlum mathematicum erit simul cum cœlo sensibili. Dein de faciendo lectorem attentum. dicit { de his igitur } subaudi omnibus, quæ dicta sunt { magna est dubitatio, quonam modo posito } .i. quonam modo ea ponēdo { veritas euenire possit } uel quonam modo ponendo quędā ad propositum, ueritatem assequemur, & determinationem in his quæstionibus, quæ iam intentatæ sunt. laborant expositores in solutione eiusmodi quæstionum, quam cum suo loco Aristoteles pertractet. superfluum puto hic de ea aliquid asserere, potissimum cum nec Alexander differuerit.

TEX. 10.

**Et de principijs etiam utrum genera elementa esse, principiaq; putare oporteat, an ea potius ex quibus primis, cū insint, res unaquęq; cōstet.**

Nunc disputat quæstionem decimam, quæ est de principijs, & primo repetit quęstionem, & dicit { Et de principijs etiam utrum genera } atq; communia ipsa { oporteat putare esse elementa, principiaq; } subaudi rerum omniū { an } oporteat putare { ea potius } esse elementa, principiaq; { ex quibus primis, cum insint, res vnaquæq; constet } & subaudi in quæ postremo resoluitur: addit autem, ut Expositor inquit, in his uerbis duas conditiones, primā quidem, cum dicit { primis } quod addidit ad differentiam eorū, quæ secundo componunt. Nam animalium corpora constant ex car-

nibus,& neruis,quæ animalibus insunt, non tamen dicũtur animalis elementa,quia non sunt hæc prima,ex quibus animal componitur.secũdam uero addit cum ait { cũ insint } quod addit ad differentiam contrarij, & priuationis, dicitur enim album fieri ex nigro,uel non albo, quæ tamẽ ipsi albo non insunt,& propterea non sunt albi elemẽta. Auerroes autem quæstionem hãc sic interpretatur,ut Aristoteles quærat utrum principia & elementa sint uniuersalia eorum,quæ sunt,an singularia: quæ interpretatio est contra exempla,et contra sensum quæstionis decimæ.

Q̃ue Auer. cõmẽ.10.

Veluti uocis elementa, principiaque ea esse uidentur, ex quibus primis uoces componunt̃, sed non ipsum commune uox. & designationum ea esse dicimus elementa,quorum demonstrationes in istarum,aut omnium,aut plurimarum demonstrationibus insunt.

Designationum. διαγραμμάτων.

Demonstrationum.

Apud Expositorẽ hic Aristoteles primo ostendit illa esse elementa, atq; principia, ex quibus primis aliquid componi tur: asseritq; primam rationem fieri per duo exẽpla.at Alexander Aphrodisius,quem Auerroes sectatur, vult hęc esse exempla non inducta ad probationem,sed ad manifestationem eius,quod dixit de cõditionibus requisitis ad rationem elementi,unde dicit { Veluti uocis } .i.dictionis { elementa principiaq; ea esse uidentur, ex quibus primis uoces } idest dictiones { cõponuntur } ueluti sunt literę { sed non ipsum commune uox } ex literis enim dictiones constituũtur, non autem ex uoce cõmuni,quæ genus uocum habetur. Deinde assignat aliud exemplum eiusdẽ, & dicit { & designationum } .i.demõstrationum Euclidis,quibus utitur Euclides ad demonstrandum verbi gratia,q̃ supra datam lineã contingit triangulum equilaterum collocare. & q̃ omnis triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis, & in cæteris talibus { ea dicimus esse elementa } .i.proprias propositiones { quorum demõstrationes } .i.quarum propositionum ueritates per se notæ,uel demõstratæ ex alijs prioribus { in istarum } .i.conclusionum,quæ designantur { aut omnium,aut pluriũ demonstrationibus insunt } quare elementa sunt, ut Auerroes exponit, propositiones ꝓpriæ demonstrationibus quã expositionẽ Alexander non abhorret,cum dicit,sed neq; in discriptionibus utimur cõmunibus elementis,sed ijs,quæ insunt in demonstrationibus,qua ratione Euclidis elementa nuncupamus.iccirco enim talia appellantur elementa,quoniam ea,per quæ ista probantur,ad omnium præceptorum demonstrationes prosunt,in omnibus existẽtia,& in his ipsis priora posteriorum elementa esse dicũtur. quoniam priorum demõstrationibus utimur ad posteriora. quare recte elementa sunt,ex quibus primis aliquid cõstat. nec hanc expositionem abhorret Expositor: ut considerãti patet: nisi q̃ uoluit hæc exẽpla esse inducta ad probationẽ.

Q̃ue Auer. Cõm. 10.

Præterea & qui unum corporum elementum, & qui plura inquiunt esse, ea dicunt principia esse, ex quibus componuntur, & constant: ut Empedocles ignem, aquam, terram, ac aerem elementa inquit esse, ex quibus, cum insint, entia sunt: sed non, ut genera ipsorum entium hæc dicit.

Apud Expositorem hic Aristoteles affert secundã rationem,apud autem Alexandrum hoc est tertium exemplum, quo manifestantur conditiones elementorũ,vñ dicit { Præterea & qui unum corporum elementum, & qui plura } .i. corpora subaudi principia { inquiunt esse,ea dicũt principia esse,ex quibus } omnia corpora subaudi, quæ fiunt { componuntur,& cõstant,ut } ex naturalibus authoribus { Empedocles } quatuor corpora { ignem,aquã,terram,ac aerẽ, elementa inquit esse,ex quibus, cum insint,entia sunt.sed nõ ut genera ipsorum entium } .i. quæ fiunt { hæc dicit } ergo elementa sunt ex quibus primis,cum insint,aliquid fit.

Insuper etiam siquis uelit & aliorum cuiusq; naturam inspicere, ut lecticam, ex quibus partibus,constet,& quonam pacto compositis,tunc ipsius naturam cognoscet. his igitur rationibus principia non esse genera rerum uidentur.

Nunc,ut Alexander inquit, argumẽto artificiosorũ idem probat: & dicit { Insuper etiam siquis uelit & aliorum } .i. artificiosorum,quæ sunt alia à corporibus naturalibus { cuiusq; naturã } .i.difinitionem,quæ essentiam indicat { inspicere } atq; cognoscere { ut } uerbi gratia { lecticam } subaudi inspicere oportet { ex quibus partibus constet,& quonam pacto compositis } subaudi constet. nam cognitis partibus,& modo,quo lectica constat ex illis { tunc ipsius naturam cognoscet } .i.definitionẽ,quæ indicat naturã. tũc epilogãdo cõcludit { his igit rõnibus principia nõ esse rerũ gña videnẽ } & Alex. ꝓ rõnes inductionem quæ facta est exemplis multis,intelligit.hæc quo ad alteram partem.

At si unumquodq; quidẽ per definitiones cognoscimus, principia uero definitionũ gña sunt, necesse est & definiẽdarũ rerũ principia gña eẽ.

Nũc obijcit ad partẽ contrariã,& primã rõnẽ sic ego cõponerẽ iuxta uerba,principia definitionũ sunt pricipia,& elementa rer̃ definiendar̃:genera sunt principia definitionum: igit̃ genera sunt principia & elemẽta rer̃ definiẽdarũ. Minor uero ꝓsyllogizat̃ hoc pacto,ꝑ quę unũquodq; definitiue cognoscimus,sunt principia definitionũ: per gña vnũquodq; definitiue cognoscimus:igit̃ genera sunt principia definitionum.& sic patet minor. De ꝓsyllo tãgit vim maioris,& dicit { at si unũquodq; q̃dẽ per definitiones cognoscimus } ac si dicat,si ꝑ quę definitiue vnũquodq; cognoscimus,ea definitionũ sunt principia,quę fuit maior ꝓsyll. deinde de syllo principali tangit ẽt minorẽ,& dicit { pricipia uero definitionum gña sunt } demũ affert cõclusionẽ, & dicit { necesse est & definiendar̃ rerũ principia } & elemẽta { genera esse } Alex. uero sic cõponit,ex qbus singula quęq; cognoscimus, ea sunt illor̃.s.quæ cognoscimus, pricipia: ex definitionibus singula quæq; cognoscimus: igit̃ definitiones principia sunt subaudi eor̃,quæ cognoscimus. Huius affert solã minorẽ,& dicit { at si unũquodq; quidẽ ꝑ definitiones cognoscimus } hæc fuit minor,tũc oportet supplere,principia definitionum sunt principia rer̃ definiendar̃,sed genera sunt pricipia definitionũ,& hanc affert,& dicit { principia uero definitionum gña sunt } & infert cõclusionẽ,& dicit { necesse est & definiendar̃ rer̃ principia gña esse } Sed fortasse, ut Alex. exponit,cũ genera dicit,dñias quoq; intelligit, quẽadmodũ in topicis,ut sit sensus,definitionũ principia esse gña, quæ quidẽ sunt genus & dñiæ. Ex his.n. definitiones cõstituunt̃.quo fit, ut gña sint principia.nã definitiones definitor̃ pricipia sunt, ipsar̃ uero gña.hæc ex Alex. Auerroes aũt videtur inclinare ad expositionẽ primã,ut patet eius uerba consideranti.

Q. ue Auer. com. 10.

Et si ex eo rerũ scientia sumit̃,quia specierum accipiũt,quibus res ipsæ dicuntur,specierũ profecto genera eorum,quæ sunt,principia erunt.

In translationibus Argyropyli uerba Arist.sic hñtur,fortasse,ga sic hẽbat in suo græco codice,aut fortasse,ga talem esse uerbor̃ Arist.sensum putauit,& tũc iuxta hãc Argyropyli interpretationẽ Arist.,ꝓcedit per syll̃m hypotheticum, cuius afferet maiorẽ, quæ est vna ꝓpositio conditionalis & dicit { & si ex eo rer̃ scientia sumit̃,ga specierũ accipiũt, quibus res ipsæ dicuntur, specier̃ profecto genera eorũ,q̃ sunt pricipia erũt } hæc est hypothetica,& maior cui subaudienda est minor sic,sed rer̃ scia sumit̃,ga spẽ accipiũt,qbus res ipsæ





ipsę dicuntur,& debet inferri cõclusio sic,ergo specierum genera eor̃,q̃ sunt,principia erunt. hanc minorẽ, q̃ est positio antecedentis, Alexã. exponit, asserens ideo rerum scientiam sumi per species,qa singularium scientia nõ est.singulariũ.n. nec scientia,nec definitio est,nisi ꝑ eor̃ species. Verũ Alexã. obiter soluens hanc rationẽ distinguit de specie, q̃ altera sit, q̃ ex generis partitione nascitur, quæq; ꝑdicamẽtaria species dicitur,altera,q̃ opponitur materiæ, q̃ alio nomine forma dicitur,tunc asserit Alexã. per hanc speciem, q̃ materiæ opponitur, cognitionẽ singularium cõparari. qm̃ ab hac singulari bus suppetit esse: nõ autem ab ea, q̃ ex generis partitione nascitur. nolo tamen te ignorare in græcis codicibus nostris,& in illis, quos legit Alexander, uerba finiri sub nota suspensionis, hoc modo ad uerbum { & si rerum scientiam sumimus,sumendo scientiam specierum, quibus res ipsę dicuntur,& specierum principia sunt genera } subaudiendum genera igitur sunt omnium rerum principia. sic enim Alexander subaudiuit conclusionem.

Q. ue Auer. Comen.10.

Videntur etiam quidam eorum, qui dicunt ipsum unum, aut ipsum ens, aut magnum paruumque esse rerum elementa, his ipsis ut generibus uti.

Vt doceat probabile uideri genera esse rerũ principia,illorũ producit testimonium, qui principijs eisdẽ utebantur: & dicit { Videntur etiam quidam eorũ, qui dicunt ipsum unũ, aut ipsum ens } .i. qui dicunt ipsum unum, & ens.f.ex parte formæ,ut exponit Alexã. { aut magnum paruumq; } .i. & qui dicunt magnũ & paruũ. f. ex parte materiæ { elementa esse rerũ,his ipsis ut generibus uti } in qua opinione fuit Plato,hic.n.unum,quod proprie ens ex parte formę appellabat, & dualitatem indefinitam, quã ex parte materiæ magnũ & paruum nuncupabat, principia esse dicebat: q̃ quidẽ,ut entium genera accipiebat, cum unum, sicut & ens de singulis rebus dici animaduerteret, magnũ etiam & paruum cõmunia quoque esse: ut suprema genera.

At uero neq; ut roq; modo principia dici possunt,nam ratio substantię una est. Sed ratio,quę per genera assignat̃,& quæ sumit ea, ex quibus res constat,non est eadem.

Postq; q̃stionem hanc utrum genera,an elementa,q̃ partes sunt, ex qbus cõponitur al quid, potius debent principiæ existimari,in utranq; partẽ disputauit.nunc ne utrunq; quidẽ dici posse ostendit, hoc est, & genera, & elementa principia esse. Nam,ut Expositor inquit, posset dari hæc responsio, q̃ utraq; sint principia,propterea hanc responsionem excludit. & hoc proponit,& dicit { At uero neq; utroq; modo principia dici possunt } .f.genera,& elementa.& argumentatur in hunc modũ,si ex principijs cuiusq; rei definitio cõficitur,alia erit definitio,q̃ per genera redditur,alia q̃ per elemepta. & si cuiusq; rei alia erit definitio, q̃ per genera redditur, & alia q̃ per elementa,tunc eiusdem rei plures erunt definitiones:Sed plures definitiones eiusdẽ rei esse nõ possunt, cum sit una cuiusq; rei definitio:nõ igitur utraq; sunt principia. est igitur syllogismus hypotheticus a destructione ultimi cõsequentis ad destructionẽ primi antecedentis: ut Alexãder exposuit, cuius primo accepit rationẽ destructionis ultimi consequentis, & dicit { nam ratio substantię } .i. definitio substantialis cuiusq; rei { una est } cuius rationẽ Alexã. affert, nam esse cuiusq; rei unum est,ac proinde definitio una est,a qua proprie hoc ipsum explicatur. deinde assignat primæ consequentiæ proprium consequens.s.q̃ cuiusq; rei alia definitio erit, quæ redditur per elemẽta,& alia q̃ assignatur per genera: & dicit { sed ratio, quæ per genera assignatur, & quæ sumit ea } .s. elementa { ex quibus res constat, non est eadẽ } atque una, sed plures,ac diuersæ. hoc est consequens primæ consequentiæ. & ut Alexander inquit,hic Aristoteles appellat genera, ut superius dictum est, genera, & differentias. quoniam ex utrisque constat definitio. & cum dixit { nam ratio substantiæ } definitionem substantialem, quæ,ut metaphysici loquuntur, quiditatiua dicitur, intelligit.& signanter quidem, quoniam rei eiusdẽ plures possunt esse definitiones descripti uæ,sed nõ nisi una tantum quiditatiua, ut probauit Alexan. Auerroes autem perperam hic uerba Aristotelis intelligens dicit sic,unuersale,& indiuiduale sunt duæ naturæ,hoc intellectum,hoc autẽ sensibile. & si per naturã intelligit substantiam & essentiam,mentitur.quoniam indiuiduũ nullã aliam essentiam habet præter eam, quæ est suę speciei: nisi species esset idea Platonica, quod ipse non sentit. At si per naturam intelligit duos naturales conceptus, & obiectiuos, ut iuniores loquuntur,uerum dicit.nam alia conceptione representatur intelligibile,& alia sensibile. & sic indiuiduum,& uniuersale uidentur duo obiecta conceptibilia: quæ intelligit fortasse per naturas.

Insup & si q̃ maxime principia genera sunt, utrum generum prima putare oportet principia rerum esse,an ea, quæ ultimo de indiuiduis prædicantur.nam & hoc controuersiam suscipit.

Nunc intendit disputare undecimam quæstionem, quæ etiam pertinet ad supradicta, & primo repetit eam, & dicit { Insuper & si q̃ maxime principia genera sunt } .i. dicetur, concedaturq; genera esse potius principia, q̃ elementa, operępretium erit illud quærere { utrum generum prima } quæ suprema, atque cõmunissima dicuntur { putare oportet principia rerum, an ea, quæ ultimo de indiuiduis prædicantur } quæ indiuiduæ species nuncupantur. hoc.n.in loco speciẽ nomine generis appellat.deinde assignat causam huius quæstionis, & dicit { nam & hoc } .i. nam & hæc undecima quæstio { controuersiam suscipit } .f.non paruam.habet enim argumenta pro utraque parte: ut ex subsequentibus patebit.

Si enim magis uniuersalia principia sunt putanda, patet suprema generum existimanda esse principia eorum, quæ sunt. hæc enim de omnibus dicuntur. itaque tot erunt eorum, quæ sunt, principia, quot sunt ipsa genera prima. Quare & ipsum ens, & ipsum unum, principia atque substantiæ erunt. hæc enim maxime de omnibus entibus dicuntur. At fieri non potest, ut genus entium sit unum, utputa neque ipsum unum, neque ipsum ens. esset enim necesse differentiarum unamquanq; esse & ens, & unum esse. Sed fieri nequit, aut ut species generis de differentijs propriis, aut, ut genus sine suis speciebus prædicetur. Quare si ipsum ens, aut ipsum unum sit genus, nulla differentia aut ens, aut unum erit. Quod si non sint genera, neque principia erunt, siquidẽ genera principia sunt.

Nunc argumentatur ad partes,& primo q̃ uniuersalia genera nõ sint potius principia: & syllogizat sic, si uniuersalia genera sint potius principia, maxime uniuersalia genera erũt potius principia.tenet argumentum,qm̃ si ratione uniuersalitatis aliqua sunt principia, q̃ sunt magis uniuersalia, potius erunt principia. & hanc hypotheticam affert, & dicit { Si.n. magis uniuersalia principia sunt putãda } utputa ratione maioris uniuersalitatis { patet suprema generũ existimanda esse

principia eorum, quæ sunt } probat consequentiam, & dicit { hæc.n. de omnibus dicuntur } & sic cum sint maxime uniuersalia, erunt potius principia. Vlterius argumentatur, si suprema genera sunt potius principia, tunc tot erunt eorū, quæ sunt principia, quot sunt ipsa genera prima: sed duo sunt suprema genera uidelicet ens, & unū: igitur ens & unum erunt principia, & causæ rerum. tenet argumentum, quoniam ens & unum maxime de omnibus entibus dicuntur. unde dicit { itaque tot erunt eorum, quæ sunt principia, quot sunt ipsa. genera prima } sed subaudi tamē duo sunt suprema genera uidelicet ens, & unum { quare & ipsum ens, & ipsum unum principia, atque substantiæ } .i. causæ erunt. accipit.n. substantias pro causis, ut exponit Alexander. deinde probat consequentiam, & dicit { hæc.n. } .s. unum & ens { maxime de omnibus entibus dicuntur } deinde destruit consequens probans ens & unum non esse principia, hoc pacto si ens & unū non sunt genera, ens & unum nō sunt principia, patet ex opinione aduersariorum, sed ens & unum non sunt genera. ergo ens & unum non sunt principia, intendit ergo probare in toto hoc sequenti textu, quod ens & unum nō sint genera, quæ fuit minor: ut demum inferat ens, & unum non esse principia: & primo proponit intentum & dicit { at fieri non potest, ut genus entium sit unum } .i. quoddam unum uniuersalissimum { utputa neque ipsum unum, neque ipsum ens } hoc est, quod proponit, & argumentatur, si ens, & unum essent genera, tunc genera prædicarentur de differentijs. tenet enim argumentum { esset enim necesse differentiarum unā quanq; esse ens, & esse unum } quoniam, ut dictum est, de omnibus prædicantur quæ cum sint genera, genera perfecto prædicarentur de differentijs. deinde destruit hoc cōsequens, & dicit { sed fieri nequit, aut ut species generis de differentijs propriis } prædicentur { aut ut genus prædicetur } de differentijs { sine suis speciebus } .i. absque eo quod species eius intelligatur in differentijs. Probauit autem Alexander quod species non prædicetur de differentijs, quibus constat, tum quia species latet, differentia patentior est sua specie: sed latens de patentiore non potest prædicari, cum prædicatio sit gratia patefaciendi, tum quoq; qm̄ totum nō p̄dicatur de sua parte essentiali: sed species totum est, differentia autem pars, & quidem dissimilaris, cum sit pars definitionis eius. Quod uero genus non prædicetur de differentijs, probauit Aristoteles, qm̄ genus non prædicatur de differentijs absque medio, hoc est sine specie: & hoc non probauit, sed pro explorato assumpsit. sed cum species ipsa de differentia sua non prædicetur: igitur nec genus. & Aristoteles intelligit genus nō prædicari de differentia absque specie, ut Alexander exponit. i. absque eo, quod differentia cōnotet speciem, quod est dicere de differentia in abstracto, puta de rationabilitate, quæ nō cōnotat speciem. sed bene de rationali, quod cōnotat speciē. genus.n. prædicatur de differentia non sine specie. i. non sine cōnotatione speciei. quare genus prædicatur de differentia in concreto, & nō in abstracto. quod autem genus nō prædicetur de differentijs in abstracto, ut animal de rationabilitate probat Alexander, qm̄ differentiæ in abstracto sunt qualitates, saltem secundū modū, quare animal nō potest prædicari de rationabilitate. at in cōcreto potest, qm̄ cōnotat speciem, de qua genus prædicatur. Ex ijs concludit, dicens { quare si ipsum ens, aut ipsum unū sit genus } cū genus nō prædicetur de differentijs { nulla differentia aut ens, aut unū erit } deinde affert cōclusionē principalem, & dicit { q; si } ens & unū { nō sint genera, neq; principia erunt } cuius rationē affert & dicit { Siquidem genera principia sunt } est igitur uniuersa ratio, si genera principia sunt, suprema genera erunt maxime principia, si suprema genera erunt maxime principia, genera nō erunt principia, consequens aduersatur antecedenti. ergo primū antecedens erit falsum. Prima consequentia patuit ratione maioris uniuersalitatis, sunt.n. suprema genera maxime uniuersalia. Secunda consequentia etiam patuit, qm̄ si suprema genera erunt maxime principia, ens, & unū erunt maxime principia. sunt.n. suprema omnium genera, cum de omnibus prædicentur. sed ens & unū nō sunt principia, qm̄ erunt genera, probatū est autē ipsa nō esse genera, qm̄ differentiæ rerū nihil erunt. ergo nō sunt principia. quare si genera principia sunt, genera nō erunt principia: & cū cōsequens aduersetur antecedenti, sit ut antecedens primū sit falsum, & implicans contradictionē. Quæres primo utrum species prę dicetur de differentia, e qua constituitur. Expositor tenet, & probat absolute q; nō. primo quia differentia in plus est cę species, ut Porphyrius tradit. Deinde quia si species p̄dicaretur de differentia, oporteret, ut differentia speciei subijceretur, & sic differentia esset subiectū speciei. At hoc est falsum, cū differentia sit magis forma speciei, & illius prædicatū. quare nō potest species de sua constitutiua differentia prædicari, nisi forte per accidens. sed si Expositor intelligit speciem non prędicari per se de differentia sua accipiendo per se pro naturaliter, uerū dicit, qm̄ differentia non est naturale subiectum speciei, nec species naturale prædicatū illius. at si accipit p̄ se, ut loquit Aristoteles primo posteriorū cap. De p se, teneri potest speciem p̄dicari p se de differentia sua. hęc.n. est p se secūdo modo dicendi p se, rationale est homo, qm̄ licet homo non ponatur in definitione rationalis, tamen rationale ponitur in definitione hominis: & sic cessant eius rationes. Alexander uero tenet speciem nō prædicari per se de sua cōstitutiua differentia, qm̄ nullum totum p̄dicatur de sua parte dissimilari. & cū species sit totū, & differentia pars speciei dissimilaris, sit, ut species nō prædicetur de sua differētia. Sed pace tanti uiri dixerim, a pari nec differentia p̄dicaretur de specie, qm̄ sicuti totū nō prædicatur de sua parte dissimilari: ita nec pars dissimilaris de suo toto. Quare, ut ī dilucidario diximus, species licet pluribus modis p se de sua differentia p̄dicetur, tamen per se p̄dicatur. secūdo modo p se, qm̄ differentia ponitur in definitione speciei. Et licet Aristoteles dicat in textu speciem nō p̄dicari p se de differentia, loquitur tamen dispu tatiue, & accipit differentiam in abstracto, ut dictum est de mente Alexādri. Secundo quæres utrum genus prædicetur de differentijs, Expositor respondendo, dicit primo genus nō p̄dicari per se de differentia, quia nō primo modo dicendi p se, non.n. genus ponitur ih definitione differentię. nec secūdo modo dicendi p se, qm̄ differentia nō ponitur in definitione generis. dicit secūdo genus p̄dicari de differentia, pro quāto p̄dicatur de eo, quod differentiam habet, ut de specie, q̄ differentiam habet sui partē. Alexāder autē fusius loquens asserit genus p̄dicari de differentijs, cuius differentię sunt species, nā qualitas p̄dicatur de differentijs, qm̄ differentiæ ad qualitatē ipsam speciem sunt. Secundo dicit genus remotū etiam p̄dicari de differentijs, accipiendo differentias, ut sunt differētiæ, nā substantia p̄dicatur de rationali, & rationalitate ram in abstracto q̄ in concreto. & hac ratione dato q; unū & ens sint genera, etiam de omnibus differentijs p̄dicabuntur, qm̄ sunt remota genera, nō autē propinqua. & causa est, qm̄ Aristo. loquitur in parte ipsa argumentatiua: ubi nulla authoritas est accipienda. Tertio dicit genus nō p̄dicari p se de differentia, per quā proxime diuiditur. nisi in concreto, ut concernit speciem. animal enim per se nō prędicatur de rationalitate. quoniam rationalitas non concernit hominem, sed de ipso rationali, quoniam rationale concernit hominē. hæc Alexander. uerum de his in dilucidario quærendum est.

**Præterea etiā ipsa media cum differentijs sum pta genera usq; ad indiuidua erunt. nūc uero alia uidentur esse, alia non uidentur.** TEX. 11

Vnus sensus est, ut Expositori placere uidetur, q; si prima genera ponuntur principia quod sint communia, & de pluribus prædicentur, omnia communia, quæ de pluribus prædicantur, erunt principia & genera. destruitur consequens,



quens, quoniam non omnia communia uidentur genera, & principia, non enim species specialissime sunt genera, & principia: & dicit { Prætera etiam } si prima genera ponuntur principia, quoniam sunt communia, quæ de pluribus prædicantur { ipsa media cum differentijs sumpta } quæ uidelicet sunt omnia contenta a primis generibus { usq; ad indiuidua erunt genera } deinde destruit consequens, & dicit { nunc uero alia uidentur esse } scilicet species subalternæ uidentur esse principia, & genera { alia non uidentur } puta species specialissimæ, non uidentur genera. accepit autem hic indiuidua pro singularibus. Alexander uero uult quod Aristoteles probet non tantum prima genera uidelicet ens, & unum nō esse principia, sed ut omnino genera non esse principia doceat. Et argumentatur, si genera sunt principia, plurima atq; fere innumera cuiusq; rei principia erunt. consequens tanq; falsum, & contra omnes fere reliquit. deducitur hæc consequentia, quoniam unaquæq; differentia composita cū genere, cuius est differentia, genus efficit. nam unumquodq; genus inter genus primum, & speciem indiuiduam positum cū propria differentia genus efficit. & cum differentiæ interme diæ sint fere innumeræ, ideo erunt cuiusq; rei principia fere innumera. unde dicit { Præterea etiam ipsa media } scilicet genera { cū differentijs sumpta genera } & principia { usq; ad indiuidua } ideſt usq; ad species specialissimas { erunt } & quoniam differentiæ sunt fere innumeræ, ideo innumera erunt cuiusq; rei principia. deinde ne tu credas hoc nō sequi, quia sunt quædam genera, quæ componuntur cum differentijs, quæ non uidentur genera, uelut ea, quæ proprio uocabulo carent, ut animal uolatile, & talia, dicit { nunc uero alia uidentur esse } scilicet genera, quæ componuntur cum differentijs, ut illa, quæ uno nomine dicuntur, ut auis, ut piscis { alia non uidentur } scilicet genera, ut animal uolatile, animal gressile, animal aquatile, quoniam non appellantur uno nomine. & sic Alexander, legit νῦν pro quanuis: quasi dicat, quanuis eorum genera, quæ cum differentijs componuntur { alia uidentur } genera { esse } puta illa, quæ uno nomine dicuntur { alia non uidentur } puta, quæ pluribus nominibus appellantur. est ergo syllogismus apud Alexandrum, si genera sint principia, omnia genera intermedia, usque ad indiuiduas species, composita cum suis differentijs, principia erunt. reliquit destructionem consequentis, quod uidelicet tunc principia cuiusq; rei erunt fere innumera, quoniam perspicua est, & deducta Libris de partibus animalium. Aliter exponit Alexander, ut uerba illa { nunc uero alia } indicent illud consequens esse absurdum uidelicet quod omnia inter media genera composita cum suis differentijs sint principia. quoniam nō genera, quæ componuntur cum differentijs priuatiuis, nam cum genera composita cum differentijs priuatiuis, non sint genera, nec poterunt esse principia. unde dicit { nunc uero } scilicet generum { alia uidentur esse } scilicet principia, ut quæ componuntur cum differentijs positiuis { alia non uidentur } utputa quæ componuntur cum differentijs priuatiuis. hæc enim cum non uideantur genera, nec principia uidentur. quare non omnia intermedia composita cum suis differentijs, principia uidentur. & per indiuidua Alexander species specialissimas intelligit. quoniā hæ nullis amplius differentijs diuiduntur, & uerbum { usque } inclusiue legit Alexander. nec ab ratione, nam & species ipsę specialissimæ communes sunt, & de pluribus prædicantur, quod si differentiæ principia sint, cum sint cōmunia, & genera, quæ cum differentijs sumuntur, & species specialissimæ, quæ & ipsę communes sunt, utique principia multa erunt, & prope modum infinita. Quod absurdum esse uidetur, aut secundū primam Alexandri expositionem, quia qui genera principia esse statuunt, ij non principia genera esse uolunt, nisi ut fugiant multitudinem principiorum. Aut secundum expositionē secundam, quoniam nō omnia genera intermedia cōposita cum suis differentijs sunt principia. quoniam nō genera, quę componuntur cum differentijs priuatiuis, cum enim genera composita cum differentijs priuatiuis non sint genera, nec poterunt esse principia.

**Insuper differentiæ magis, cę genera principia erunt. quod si hę sint principia, infinita, ut ita dixerim, principia fient, præsertim si quispiam primum genus principium esse ponat.**

Hæc, ut dicunt, tertia ratio est. nā si genera principia sunt, quia sunt communia, & de pluribus prædicantur, hac ipsa ratione differentiæ nihilominus quam genera principia erunt. & si differentiæ sint principia, infinita fere principia fient. unde dicit { Insuper } subaudi si genera principia sunt, qa sunt cōmunia, & de pluribus prædicantur { differentiæ magis cę genera principia erunt } Expositor reddit causam, ex eo qa magis quam genera principia cognoscendi sunt. cum sint, ut actus, genera uero ut potentię. Alexander exponit { differentiæ magis quam genera principia erunt } .i. non minus quā genera principia erunt. cuius causam reddit, ex eo quia sunt cōmunia sicut genera, & de pluribus prædicantur. deinde destruendo consequens dicit { Quod si hæ } .s. differentiæ sint principia { infinita, ut ita dixerim, principia fient } nec ob aliud, nisi quia differentiæ licet, ut Auerroes inquit, apud naturā sint finitæ, tamen apud nos sunt infinitę, ut ita dixerim. Quod autē apud nos sint infinitæ exponit, & dicit { præsertim si qspiā primū { genus } .s. ens { principiū esse ponat } nam generis huius innumerabiles differentiæ esse uidentur. Q ue Auer. Cōmenta t.

**At uero si & unum ipsum magis rationē principij subeat, & id sit unum, quod diuisionem nō capit, atq; hoc omne aut specie, aut quantitate sit tale, priusq; sit id, quod est specie tale, & genera diuisiones in species capiant, id erit magis unum profecto, quod ultimo prædicatur. homo nanq; non est ipsorum singularium hominum genus.**

Cum proposuisset rationes, quibus suprema genera principia entium esse uidentur, nunc ostendere conatur species specialissimas potius quā genera esse principia. Procedit autem per syllogismum hypotheticum a positione antecedentis ad positionem consequentis, & accepit pro antecedente quinq; propositiones, quarū primam affert, & dicit { At uero si & unum ipsum magis rationem principij subeat } & legantur uerba suspensiue usque ibi { id erit magis } est igitur prima propositio, unū magis principij obtinet, subaudi quā non unum. Vel, ut Alexander accepit, prima propositio est, quod magis unum est, id magis erit principium. deinde accepit secundam propositionem, & dicit { & id sit unum, quod diuisionem nō capit } quod enim indiuisum, indiuiduumve est, hoc omnes unum esse affirmant. Deinde accepit tertiam propositionem, & dicit { atq; hoc omne, aut specie, aut quātitate sit tale } est ergo tertia propositio, quod diuisionē non admittit, hoc uel specie, uel quanto est indiuisum. specie quidem, si non amplius in species diuiditur: quales sunt species specialissimę, quanto uero, si numero non diuiditur, cuiusmodi est unum numero, ac singulare. nā horum unumquodq; cum unum sit numero, nō amplius in multa numero sibi similia quanta diuiditur. nunc enim numero indiuiduum, quātitate indiuiduum appellat. Expositor autem per indiuisum quantitate, punctum, & unitatem exponit, quod non placet, non.n. indiuisa hoc pacto sunt ad propositum. Deinde affert quartam propositionem, & dicit { priusq; sit id, quod est specie tale } est ergo quarta propositio, ex indiuisis prius est ordine, atque natura id, quod specie est indiuiduum, qūā quod per quantum, ideſt quam indiuiduum quanto. nam illud per se, hoc accidente indiuisum est. Deinde affert quintam, & dicit { & genera diuisiones in species capiant } hæc est quinta propositio, in qua terminatur suspensio. quibus ex-

trinſecus commemoratis, terminando ſuſpenſionem, affert concluſionem, & dicit ſ id erit magis unum profecto, quod ultimo prædicatur ſ hoc eſt ſpecies ſpecialiſſima. Et quia ſpeciem ſpecialiſſimam indiuiduũ appellauit, ne tu credas eam eſſe indiuiduum quãtitate, & numero, ſubdit ſ homo nanq; non eſt ſingularium hominum genus ſ de quibus prædicetur, & in quos uelut in ſpecies diuidatur. Sed eſt ſingularium hominum ſpecies ultima. uel forte, ut Alexander inquit, quia dixit genus in ſpecies diuidi, ne tu putes propter hoc ſpeciem ſpecialiſſimam eſſe genus, cum diuidatur & ipſa in plura, ſubdit ſ homo nanq; ſ qui ſpecialiſſima eſt ſ non eſt ſingularium hominum genus ſ in quos diuidi tur. quoniam nõ diuiditur in eos, ut in ſpecies. Siquis uero uoluerit textum in artem priorificam reſoluere, poterit, & erit primus ſyllogiſmus, Quod eſt magis unum quam genera, eſt magis principium quam genera: ſpecies ſpecialiſſima eſt magis unum quam genera: igitur ſpecies ſpecialiſſima eſt magis principium quam genera. De ſyllogiſmo primo affert maiorem, & dicit ſ At uero ſi unum ipſum magis rationem principij ſubeat ſ ideſt quod eſt magis unum quam genera, eſt magis principium quam genera. hæc fuit maior. Minor probatur, quod eſt ſpecie unum, eſt magis unum quam quod eſt unum quantitate, uel genere: Sed ſpecies ſpecialiſſima eſt unum ſpecie: igitur eſt magis unum quam unum quantitate, uel genere. hæc Ariſtoteles, duæ uero propoſitiones ponuntur pro expoſitione terminorum, quarum prima eſt, unum eſt, quod diuiſionem non capit. Secunda uero, quod eſt indiuiſibile, aut quantitate, aut ſpecie indiuiſibile eſt. per primam enim habetur quid ſit indiuiſibile, per ſecundam uero habetur, quotuplex ſit indiuiſibile. hæ enim propoſitiones non ſunt neceſſariæ ad ſyllogiſmum, ſed ad expoſitionem terminorum, qui ponuntur in ſyllogiſmo.

Præterea in quibus eſt prius, atque poſterius, in iſs fieri non poteſt, ut aliquid ſit præter ipſa: ut ſi prima numerorum ſit dualitas, non eſt numerus quiſquam præter ſpecies numerorum. Similiter neque figura præter ſpecies figurarum. Quod ſi horum genera præter ſpecies ipſas non ſunt, multo minus etiam cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt. nam horum genera maxime eſſe uidentur. In indiuiduis autem non aliud prius, aliud poſterius eſt.

Multo min⁹ σχολῆ nullacenus.

Secundo idem probat ſic, communia ſeparata ſecundum Platonem ſunt principia: ſpecies & non genera ſunt ſeparate apud Platonẽ: igitur ſpecies, & nõ genera ſunt principia. quod autem non genera ſint ſeparata, probat, ea, in quibus prius eſt, & poſterius, non ſunt ſeparata: genera ſunt ea, in quibus prius eſt, & poſterius: igitur genera non ſunt ſeparata. de ratione prima tangit maiorem pro ſyllogiſmi, qui probat minorem ſyllogiſmi principalis, & dicit ſ Præterea in quibus eſt prius ſ atq; poſterius ſ in iſs fieri non poteſt, ut aliquid ſ ſcilicet ſeparatum ſ ſit præter ipſa ſ quod ſubaudi de ipſis communiter prædicetur. hæc fuit maior pro ſyllogiſmi, quam probat exemplis Platonis, & dicit ſ ut ſi dualitas prima eſt numerorum ſ ſubaudi ſpecies ſ non eſt numerus quiſquam ſ ſcilicet ſeparatus ſ præter ſpecies numerorum, ſimiliter neque figura ſ ſcilicet ſeparata ſ præter ſpecies figurarum ſ eſt. nec ob aliud, niſi quia tam ſpecies numerorum quam etiam figurarum ſunt ordinatæ ſecundum prius, & poſterius. nam dualitas ponitur prima numerorum ſpecies, deinde trinitas, & ſic deinceps. Similiter triangulus ponitur prima ſpecies figurarum, deinde quadrangulus, & ſic deinceps. Deinde tangit minorem ſyllogiſmi principalis, & dicit ſ quod ſi horum genera ſ ſcilicet numerorum, & figurarum ſecundum Platonem ſ præter ſpecies ipſas non ſunt ſ ſubaudi quarum ſunt genera ſ multo minus etiam ſ ideſt nec ſ cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt ſ ſubaudi quarum ſunt genera, cuius rationem affert, & dicit ſ nam horum ſ ideſt nam cæterorum ſ genera maxime eſſe uidentur ſ ſubaudi talia, quæ continent ſpecies ordinatas ſecundum prius, & poſterius: ut continebant numerorum, & figurarum genera, & quia tu poſſes dicere etiam in indiuiduis eſſe ordinem, quia pater filij, & auus patris prior eſt, cui ſoluens dicit ſ in indiuiduis autem non aliud prius, aliud poſterius eſt ſ niſi per accidens, quo in modo auus eſt patre prior, & pater filio. Accepit autem hoc, quod dixit, ut Platonicorum placitum. nã in quibus prius & poſterius habetur, in his commune nihil eſſe dicebant præter ea, de quibus prædicantur. quamobrem ne ideam quidem horum haberi, ut refert cum alias, tum in primo ethicorum. Sed dices quomodo multo minus cæterorũ genera præter ipſas ſpecies ſunt, de quibus prædicantur? uidentur enim non multo minus, ſed æqualiter. Propterea Alexander exponit ſ multo minus ſ ideſt æqualiter nec, quoniam in cunctis generibus eſt æqualiter aliquid prius, & poſterius: & quædam media differentia, quaſi dicat nec cæterorum genera præter ipſas ſpecies erunt. nam cum cæterorum genera perinde genera ſint, ut illa, ſi in illis, quæ maxime genera eſſe uidentur, commune nihil eſt aliud, quam ea, de quibus prædicantur, ne in aliis quidem fuerit, etiam ſi prius & poſterius in ipſis non habeatur. quippe cum ratio generis in omnibus generibus una ſit, atque eadem. Qua ratione ſit, ut Expoſitores uerbum σχολῆ non recte expoſuerint, cum dixerint doctrinam, atque regulam, nam Ariſtoteles per uerbum σχολῆ multo minus intellexit, ut expoſuit Argyropylus, & Alexander: quod equidem ipſi nec ut dictum eſt. Queres fortaſſe quid intelligit Ariſtoteles per ordinem prioris & poſterioris, qui reperitur in ſpeciebus eiuſdem generis. nonnulli expoſuerunt inter ſpecies ordinem eſſe eſſentialem ſecundum perfectius, & imperfectius. & non recte dicunt, quoniam licet una ſpecies ſit eſſentialiter perfectione prior alia, tamen Ariſtoteles hic non poteſt ſic intelligere: quoniam hæc ratio non differret a ſequenti. Alexander uidetur intelligere ordinem cauſalitatis, qualis in numeris, & in figuris reperitur. nam dualitas eſt prima numerorum ſpecies, quia cæterorum cauſa eſt, & triangulus prima figurarum ſpecies, quia cæterarum eſt cauſa. & ſi dicas, talem ordinem non inueniri in cæterorum generibus. non enim homo cauſa eſt cæterarum ſpecierum, quæ ſub animali habentur. nec albedo cæterarum ſpecierum, quę ſub colore ſunt. Reſpondet Alexander, & dicit, cum hæc per inde genera ſint, ut illa, uidelicet numerorum, & figurarum, ſi in illis, quæ maxime genera eſſe uidentur, commune nihil eſt aliud, quam ea, de quibus prædicantur, ne in aliis quidem fuerit, etiam ſi prius & poſterius, ſcilicet ſecundum cauſalitatem in ipſis non habeatur. Quaſi uelit quod licet in aliquibus generibus non ſit ordo cauſalitatis actu, uelut eſt in numeris, & in figuris, tamen in illis, quo genera ſunt, non repugnat ordo cauſalitatis, quoniam omnia genera ſunt æquali ratione genera. Quare Ariſtoteles per ordinem prioris, & poſterioris in ſpeciebus intelligit ordinem cauſalitatis, qui eſt in ſpeciebus generis actu, uel qui nõ repugnat eſſe. Sed adhuc replicabis, nam in indiuiduis eiuſdem ſpeciei reperitur ordo cauſalitatis, cum pater filio, & auus patre prior cauſalitate ſit. Dicendum in ipſis indiuiduis eſſe ordinem multiplicem, ut temporis, ut cauſalitatis uniuocæ, qui non eſſentialis ordo eſt, ſed accidentalis. at in ſpeciebus eſt ordo cauſalitatis equiuocæ, qui eſſentialis ordo eſt. in indiuiduis enim ordo cauſalitatis eſt accidentalis, quoniam patri, qui eſt cauſa filij uniuoca, non repugnat eſſe effectus: quo conueniunt in una ratione uniuoca. In ſpeciebus autem ordo cauſalitatis æquiuocæ eſt eſſentialis. quoniam ea ſpecies, quæ aliarum cauſa eſt æquiuoca, eſſe non poteſt earum effectus: cum differat ratione propria ſpecifica ab aliis.

De ordine ſpecierum indiuiduoꝝ.

Præterea



Præterea ubi aliud præſtabilius, aliud deterius eſt, id quod præſtabilius eſt, ſemper eſt prius. Quare neque horum erit genus. Ex his igitur ea, quæ de indiuiduis prædicantur, magis quam genera, principia eſſe uidentur.

Expoſitores hanc, quam affert Ariſtoteles rationem, putant eſſe tertiam principalem, & non recte dicunt, quoniam ut Alexander putat, cũ probaſſet minorem ſyllogiſmi principalis exemplis, nunc Ariſtoteles eandem probat ratione. quare probat ſpecies ſub genere eſſe ordinatas ſecundum prius, & poſterius, perfectione uidelicet, & utitur hoc ſyllogiſmo, quęcunque ſecundum ordinem perfectionis ſunt ordinata, ſunt hæc priora, hæc poſteriora: ſpecies cuiuſq; generis ſecundum ordinẽ perfectionis ſunt ordinata: ergo ſunt aliæ priores, aliæ poſteriores. & ſic patet minor principalis ſyllogiſmi tacti textu præcedenti. uel ſic, quæcunq; ſic ſe habent, ut aliud melius, aliud deterius ſit, hæc ſunt naturaliter ordinata ſecundum prius, & poſterius: ſpecies cuiuslibet generis ſic ſe habent, ut alia melior, alia deterior ſit: igitur ſpecies cuiuslibet generis ſunt naturaliter ordinata ſecundum prius, & poſterius. & ſic patet minor, ut prius. de hac ratione tangit maiorem, & dicit ſ Præterea ubi aliud præſtabilius, aliud deterius eſt, id quod præſtabilius eſt, ſemper eſt prius ſ tunc repetit concluſionem principalis ſyllogiſmi, & dicit ſ quare neque horum ſ ideſt harum ſpecierum quę ſic ſe habent, ut una ſit prior, altera poſterior ſ erit genus ſ ſcilicet ſeparatum. Tunc affert intentum principale, & dicit ſ Ex his igitur ſ ſcilicet aſſertis rationibus ſ ea quæ de indiuiduis prædicantur ſ ideſt ſpecies ſpecialiſſimæ ſ magis q̃ genera principia eſſe uidentur ſ Animaduerte Expoſitorem legiſſe translationes Boethij horum librorum, quod quidam negauerunt aſſerẽtes Boethium ſolum librum de interpretatione in latinum uertiſſe. cuius contrarium Expoſitor aſſerit: ſuper uerbo illo Græco γενῶν, quo Ariſtotelem aſſerit uſum eſſe pro ablatiuo, uerum hæc protrita iſs ſunt, qui Græcam linguam percallent. Sed dices etiam in indiuiduis eſſe ordinem prioris & poſterioris ſecundum perfectionem. nam albedo intenſa perfectior eſt albedine remiſſa, & tamẽ ſunt eiuſdem ſpeciei. Alexander innuit ſolutionem, afferens Ariſtotelem in hac quæſtione uſum eſſe æquiuocatione uerbi prius. quoniam in proximo textu uſus eſt ordine prioris & poſterioris eſſentiali ſecundum cauſalitatem, hic autem ordine eſſentiali ſecundum perfectionem. Tunc dico alterum indiuiduum eſſe prius altero perfectione, ſed non ordine eſſentiali, quoniam nullum eſt indiuiduum altero perfectius, quin poſſit eſſe eodem imperfectius. At ſpecies, quæ eſt altera perfectior, eſſentialiter eſt prior, quia non poteſt eſſe eadẽ imperfectior. Auerroes autem hunc textum aliter intelligit, nam uult Ariſtotelem probare ſpeciem eſſe magis principiũ q̃ genus, quoniam ſpecies eſt nobilior genere, & quod eſt nobilius genere, uidetur eſſe potius q̃ genus, principium. Et errauit, cum Ariſtoteles probauerit hic minorem principalis ſyllogiſmi, ut patet legenti uerba.

Q ue Auer. cõmen. u.

At rurſus non facile dictu uidetur, quo nam modo hæc principia exiſtimare oporteat. Principium enim & cauſam præter eas res, quarum eſt principium, eſſe oportet, & ſeparari ab ipſis poſſe. tale autem aliquid præter ſingulare cur quiſpiam eſſe exiſtimabit. niſi quia uniuerſaliter, & de omnibus prædicatur. At ſi ob id ipſum putandum eſt quippiam principium eſſe, ea ſane, quæ magis uniuerſalia ſunt, magis principia ſunt ponenda. Quare prima genera principia erunt.

Expoſitores putant Ariſtotelem nunc argumẽtari ad oppoſitum, & recte dicunt. Verum rationem ſic componunt, principia rerum oportet eſſe ſeparata ab iis, quorũ ſunt principia. ergo quanto magis ſeparata, tanto magis erunt principia. ſed genera ſunt magis ſeparata a rebus, quia uniuerſaliora q̃ ſpecies ſpecialiſſimę. ergo erunt magis principia. quam compoſitionem non probo, quoniam non conuenit uerbis Ariſtotelis, ideo aliter cõpono ſyllogiſmum ſecundum Alexandrum hoc pacto, diuerſum & ſeparatũ oportet eſſe principium & cauſam ab eo, cuius eſt principium, & cauſa: nullum niſi ſingulare diuerſum, ac ſeparatum eſſe poteſt ab eo, cuius eſt principium, & cauſa: ergo nullũ niſi ſingulare principium, & cauſa eſſe poteſt. primo ergo proponit difficultatem eius, quod dictum eſt, & dicit ſ At rurſus non facile dictu uidetur, quo nam modo hæc ſ .i. ſpecies ſpecialiſſimas ſ exiſtimare oporteat principia ſ & cauſas. deinde accipit maiorem ſyllogiſmi, & dicit ſ principium enim & cauſam præter eas res, quarum eſt principium ſ & cauſa .i. diuerſum ab eis rebus, quarum eſt principium & cauſa ſ eſſe oportet. & ſ etiam ſ oportet poſſe ſeparari ab ipſis ſ .i. ſeparatũ eſſe ab ipſis, quorum eſt principium. hæc fuit maior. Deinde affert minorem, & dicit ſ tale autem aliquid eſſe præter ſingulare cur quiſpiam exiſtimabit ſ quaſi dicat, quia nullũ aliud præter ſingulare diuerſum, ac ſeparatum eſſe poteſt ab iis, quorum eſt principium, & cauſa: & ſic patet minor. Cõcluſionem autem ſubintelligas uidelicet q̃ nullum aliud præter ſingulare rerũ principium & cauſa eſſe poteſt. deinde affert quandam ſolutionem, quam Platonici afferre poſſent, & dicit, dico nullum aliud poſſe dici principium rerum ſ niſi ſ quis dicat ſpeciem ex eo, qa ſ uniuerſaliter, & de omnibus ſ .i. indiuiduis ſuis ſ prędicatur ſ .i. niſi quis dicat ſpeciem eſſe principium, quia eſt uniuerſale prædicatum de ſuis omnibus indiuiduis. contra obijcit & dicit ſ at ſi ob id ipſum ſ .f. quia ſpecies eſt uniuerſale prædicatum ſ putãdum eſt quippiam principium eſſe, ea ſana, quæ magis uniuerſalia ſunt, magis principia ſunt ponenda, quare prima genera ſ .f. & ens, & unum ſ principia erunt ſ quod eſt contra ea, quæ ſuperius fuit dicta. Dicit autem Alexander huiuſmodi rationes probabiles admodum eſſe ac perſuaſiuas, ſed a demonſtrandi neceſſitate alienas, quod quo nam pacto ſit, expoſitores enituntur dilucidare. quare ab eis petendum, nos enim hæc bona fronte prætermittimus, quoniam in toto libro ſunt dilucidanda: nec de alijs q̃ de his q̃ſtionibus eſt preſens liber.

Eſt autem & poſt has alia dubitatio, ac omnium difficillima, & maxime neceſſaria ad contemplandum eam rem, de qua nunc erit oratio.

TEX. 12. Poſt has ἐχομένη contigua. Erit ζήτημα exiuit.

Diſputandum nunc quæſtionem quintam, nam cum in ultima ratione præcedentis quæſtionis, ut expoſitores putant, tactum eſſet de ſeparabilitate principiorum, ideo emergit dubitatio, quæ eſt huic rationi contigua, ſint ne uniuerſalia ſeparata a ſenſibilibus, ſicut præmiſſa ratio ſupponebat, an nullum uniuerſale ſit præter ſingularia. Sed quantum ad quæſtionem expoſitores recte dicunt, quoniam re uera quærit utrum uniuerſalia ſeparata ſint a ſenſibilibus. Sed quod hæc quæſtio ſit annexa rationi, quæ facta eſt proximo textu, non probo. Primo quia ratio tacta proximo textu non tetigit ſeparabilitatẽ uniuerſalium: ut patet in expoſitione Alexandri, quam nos ſecuti ſumus. Secundo quoniam Alexander uult, ut hæc quæſtio non rationi, quæ proximo textu explicata eſt, annectatur, ſed quæſtioni, quæ paulo ante de generibus, & ſpeciebus quæſita eſt. nam in illa ex communibus inquiſiuimus utrum quod cõmunius eſt, an quod indiuiduis eſt propinquius, rerum principium putari debeat. ac deinde quoniam principium ſeparari, ac per ſe conſiſtere poſſe conuenit, nullum illorum principium eſſe concluſimus, hoc eſt nec genera, nec ſpecies. & ob id nunc quæritur cõmune

hoc,quod ſpeciem,& genus appellamus quicq̃ ſit præter ſingularia & individua, an ſecus. Quare hæc quæſtio annexa eſt proximæ quæſtioni: unde dicit { Eſt autem & poſt has alia } quæſtio uel { dubitatio } quę quinta fuit in ordine quæſtionum,ſed nunc contigua proximę quæſtioni: propter rationes aſſignatas { ac omnium difficillima } quatenus magni Philoſophi in eius determinatione fuerunt diſcordes ueluti Platonici & naturales.etiam quia hæc quæſtio attinet ad principia cognoſcenda: quæ fere ſunt ſupra captum noſtrũ { & maxime neceſſaria ad contemplandum eam rem, de qua erit oratio } puta ſint nec genera & ſpecies principia an ſecus,de his enim oratio fuit,& erit.& dicitur maxime neceſſaria, quatenus ex hac dependet uniuerſa doctrina præcedentis quæſtionis,ut Alexander inquit.

**Nam ſi non ſit præter ſingularia quicq̃: ipſa uero ſingularia ſint infinita, quo nam modo fieri poteſt,ut ſcientia eorum accipiatur? quo nãq; unum quid eſt in uniuerſis,& idẽ,& quo quippiam uniuerſaliter competit, eo uniuerſa cognoſcimus.**

Cum mouiſſet quæſtionem, adducit incõmoda, quæ ſequuntur, ſi præter ſingularia nihil eſſe ſtatuatur: & primo argumentatur ſic,ſi nihil eſt præter ſingularia, ſcientia de medio tolletur.probat cõſequentiam ex eo,quia ſingularia ſunt infinita, & infinitorum ſcientia eſſe non poteſt: & procedit interrogatiue more dialectico,& dicit { Nam ſi non ſit præter ſingularia quicq̃ } ſcilicet ſeparatum & diuerſum { ipſa uero ſingularia ſint infinita, quo nam modo fieri poteſt, ut ſcientia eorum } ſcilicet ſingularium { accipiatur } quaſi dicat quia non poteſt accipi: quoniam infinitorum non datur ſcientia. Secundo argumentatur ſic { quo nanq; unum quid eſt in uniuerſis,& idem,& quo quippiam uniuerſaliter competit } ſcilicet ſingularibus { eo uniuerſa } ſcilicet ſingularia { cognoſcimus } uniuerſale ſeparatum ſubaudi eſt unũ quid in uniuerſis ſingularibus, & idem, & uniuerſaliter eis competens. ergo ſingularia cognoſcimus. quare poſitis uniuerſalibus Platonis, ſcientia ſingularium ponetur. eis uero e medio ſublatis,tolletur ſcientia.quare cum ſcientia ſit,oportet dare quippiam cõmune,& a ſingularibus diuerſum, quo ſcientia,& cognitio conſtet,hoc autem erit aut genus,uel ultimum, quod proprie ſpecies appellatur, uel primum, quod genus ſupremum dicitur.

**At uero ſi hoc ſit neceſſarium, & præter ſingularia aliud eſſe oporteat, genera præter ſingularia neceſſe eſt eſſe aut ultima, aut prima. hoc autem fieri non poſſe nuper oſtendimus dubitando.**

Nunc conuertit problema ad oppoſitum hoc pacto, dicens { At uero ſi hoc ſit neceſſarium } ut ſcilicet ſit uniuerſale { & } tale uidelicet uniuerſale { præter ſingularia aliud eſſe oporteat } ut uidelicet ſcientia, & cognitio ſit ſingularium { genera præter ſingularia neceſſe eſt eſſe } uidelicet { aut ultima } quales ſunt ſpecies ſpecialiſſimæ { aut prima } ideſt ſuprema,qualia ſunt ens,& unum.Tenet argumentum, quia omne uniuerſale eſt aut ultimum genus, uel infimum. deinde deſtruit conſequens, & dicit { hoc autem fieri non poſſe nuper oſtendimus dubitando }.ſ. pro utraq; parte in proxima quæſtione.Sed occurres,quia non uidetur, ut omne uniuerſale ſit aut ultimum, aut primum genus,quoniam inter ultimum, & primum ſunt genera intermedia.

Que Auer. Cõmen.18. Auerroes ſuppleuit hoc modo, ſi dentur uniuerſalia præter ſingularia,genera ẽter ſingularia neceſſe eſt eſſe aut ultima, aut prima,aut ſubaudi intermedia { hoc autẽ }.ſ.ultima,aut prima,aut intermedia { fieri nõ poſſe } ut ſint { nuper oſtendimus dubitando } in prima quęſtione,ſuppleuit autem hoc Auerroes non ab ratione, quoniam qui ponit, aut negat extrema eſſe,ponit,aut negat eſſe media.

**Præterea ſi quammaxime quippiam ſit præter ipſum totum,cum de materia quippiam fuerit prædicatum, utrum ſi ſit aliqua ſpecies, præter omnia oporteat eſſe aliquid, aut præter aliqua quidem eſſe: præter aliqua uero non eſſe: an præter nulla omnino.**

Nunc diſputat decimamquintã quæſtionem, quam primo repetit, ſuperius tamen ab Alexandro tribus modis expoſita eſt.nunc uero proſequendo unam eius expoſitionem, dicamus Ariſtotelem per totum intellexiſſe ſingulare & ſenſibile,ac ex materia & forma compoſitum. hoc enim ſingulare,& confuſum magis ſolet appellare. unde dicit { Præterea ſi quammaxime quippiam ſit præter ipſum totum } & exponens quid intelligat per totum,ſubdit,quod ſcilicet totum eſt { cum de materia quippiam fuerit prædicatum }.ſ. forma. totum enim eſt cum forma prædicatur de materia, Socrates enim dicitur totum, quia de materia Socratis uidelicet de corpore prædicatur anima, quæ eſt eius forma. Eſt enim corpus Socratis animatũ. Socrates ipſe animatus. modo animatum formam dicit in concreto. aut materiam nunc dicit ſubiectum, quod totum appellauit. eſt igitur ſenſus, ſi uniuerſale hoc eſt genus uel ſpecies quippiam eſſe detur diuerſum ab ijs individuis, quorum ſunt genera, & ſpecies { utrum ſi } tale uniuerſale { ſit aliqua ſpecies, oporteat } talem ſpeciem { eſſe aliquid præter omnia } ſcilicet tam præter naturalia, quam præter artificialia, etiam præter caſualia,uel fortuita { aut præter aliqua quidem eſſe } ſcilicet præter naturalia { præter aliqua uero non eſſe }.ſ.quia non præter artificialia, neque præter caſualia. deinde ſoluit pro ueritate,& dicit { an præter nulla omnino } re uera enim nõ datur uniuerſalia aliqua ſeparata præter ſingularia. Quoniam nec in naturalibus, nec in caſualibus, nec in artificialibus ſecundum ueritatem datur uniuerſale ſeparatum. Differt autẽ, ut Expoſitor inquit,hæc quæſtio a proxima, nam proxima quæſtio erat utrum ſit aliquod uniuerſale præter ſingularia: hæc uero eſt utrum ſit aliquod uniuerſale præter ipſum totum, ideſt præter ipſa ſingularia compoſita ex materia, & forma. ubi patet primam quæſtionem eſſe uniuerſaliorem quam ſit hæc, ſicut ipſum ſingulare uniuerſalius eſt ipſo toto, nam omne totum eſt ſingulare,& non conuertitur: cum ſingulare poſſit eſſe & ſimplex, & compoſitum. At totum non poteſt eſſe,niſi compoſitum.

**Si igitur nihil omnino præter ſingularia ſit, nihil intelligibile prorſus, ſed omnia ſenſibilia erunt: & nullius ſcientia. niſi quiſquam ſenſum ſcientiam dixerit eſſe.**

Cum ſoluerit quæſtionem, nunc incõmoda docet, quæ ſequuntur ſolutionem: & dicit { Si nihil } ſcilicet omnino cõmune { ſit præter ſingularia } ſubaudi compoſita ex materia & forma, fiet, ut { nihil prorſus } ſit { intelligibile, ſed erunt omnia ſenſibilia } quoniam ſingularia compoſita ex materia, & forma non erunt, niſi intelligibilia & non ſenſibilia. Quod ſi nihil eſt intelligibile, nihil erit ſcibile, locus eſt a ſuperiore ad inferius. quod ſi nihil eſt ſcibile { & ſcientia nullius erit } cum ſcientia referatur ad ſcibile { niſi quiſquã ſenſum ſcientiam dixerit eſſe } unde ſyllogiſmus hypotheticus a primo ad ultimum ſic ſit, ſi nihil omnino cõmune ſit præter ſingularia compoſita ex materia, & forma, omnia, quæ ſunt,ſenſibilia erunt. omnia, quæ ſunt, ſenſibilia erunt, igitur nihil in rerum natura eſt intelligibile. nihil in rerum natura eſt intelligibile.igitur nihil eſt ſcibile.nihil eſt ſcibile,igitur



tur nullius ſcientia eſt.niſi improprie quis dixerit ſenſum eſſe ſcientiam. Quod cum ſit abſurdum,primum quoque antecedens abſurdum erit. Quare oportet dare aliquod cõmune præter ſingularia compoſita ex materia,& forma.

**Inſuper nihil erit perpetuum, nihil immobile. Senſibilia enim intereunt uniuerſa, ſuntq; in motu.**

Secundo argumentatur,& dicit,ſi omnia entia erunt ſenſibilia { Inſuper nihil erit perpetuum,nihil immobile } probat conſequentiam,& dicit { ſenſibilia enim intereunt uniuerſa } cum ſint ſingularia compoſita ex materia & forma { ſuntq; in motu }.i.in fluxu.Sed qualis hæc argumentatio ſit, exponit obiter Alexander, aſſerens hanc argumentationem probabilem eſſe, procedereq; ſecundum eos, quibus ſenſibilia omnia naſci,rurſuſq; interire uidentur: quod Platoni potiſſimum placebat, qui & ſi mundum non interiturum eſſe ſtatueret,ſua tamẽ natura interitui obnoxium eſſe cenſebat.præſertim cum eſſet conſentaneum, ut ſit mortalis;quandoquidem natiuus exiſtit.& quoniam Platoni cuncta ſenſibilia moueri uidebantur, dixit omnia eſſe in motu.i. fluxu. At qui omne circunlatum corpus ab ortu & interitu uindicabat, non eadem interire poſſe dicebat:quę Plato ſua natura mortalia cenſuit.ſed ut Alexander dixit, nunc probabiliter argumentatur. quibus enim cuncta ſenſibilia materiam obtinere, & eſſe in continuat ofluxu placet, ijs eadem interire apta eſſe uidentur.

**Quod ſi nihil perpetuum ſit, neq; generatio eſſe poteſt. neceſſe eſt enim aliquid eſſe id, quod fit: & id, ex quo fit: & horum ultimum eſſe ingenitum, ſiquidem & ſiſtitur, & ex non ente nihil fieri poteſt.**

Cum duxiſſet ad hoc,ut nihil ſit ſempiternum,& immobile,addit abſurdum, quod eſt huic conſentaneum in hunc modum:ſi nihil fuerit ſempiternum, generatio non erit, & ſi nõ fuerit generatio,neq; generabilia,neq; ſenſibilia erunt. Quo ſit, ut ſi ſola ſenſibilia compoſita ex materia & forma ſint,ne ſenſibilia quidem ſint futura. Quare ſi ſola ſenſibilia compoſita fuerint, nullum ſenſibile erit. Quod autem ſempiterno ſublato,generatio quoque tollatur,ad hunc modum oſtendit,ſi aliquid generatur,neceſſe eſt eſſe & id quod fit,id eſt id,quod naſcens efficitur,dico neceſſe eſt eſſe id,quod efficitur,ſaltem poteſtate,neceſſe enim eſt eſſe actu id,quod efficitur,uel poteſtate eſſe.& etiam neceſſe eſt eſſe ab hoc diuerſum id,ex quo efficitur exempli gratia. Si homo generatur,neceſſe eſt,ut ſit,uel eſſe poſſit id, quod eſt homo,i.neceſſe eſt,ut ſit homo,uel eſſe poſſit homo,qui fieri dicitur. neceſſe etiam eſt illud itidem,ex quo homo generatur. hoc autem eſt ſubiectum & materia.Sed horum ſubiectorum, ex quibus orta efficiuntur,proxima ſubiecta plura ſunt, quorum ſubiectorum,ut ultimum ſubiectum ſempiternũ ſit, docet, eſt autem ultimum ſubiectum materia prima, ad quam eſſe deueniendum probat, quia alterum duorum conſequetur, aut ut aliud ex alio in infinitum fiat, aut, ut ex nihilo quippiã generetur:quoꝝ neutrum effici poteſt.& probo conſequentiam,quoniam quodcunq; ſubiectum proponatur,id ſi genitum fuerit,uel ex alio ſubiecto genitum ſit,neceſſe eſt,uel ex non ente.ſi ex alio rurſus quæratur de illo alio,utrum ſit perpetuum,& habetur intentum: uel generetur iterum ex alio, & ſic in rectum in materijs erit proceſſus in infinitum, quod ſuperiore libro reprobatum eſt.At ſi ex non ente, hoc eſt abſurdum.omnium enim quicunq; de natura aliquid dixerũt, conſenſus eſt, ex nihilo nihil generari.unde dicit { quod ſi nihil perpetuum ſit,neq; generatio eſſe poteſt } & probat conſequentiam,& dicit { neceſſe eſt enim aliquid eſſe } uel ſaltem poſſe eſſe,ut Alexander ſuppleuit { id,quod fit,& } neceſſe eſt etiam aliquid eẽ { id, ex quo fit }.ſ.ſubiectũ { & } neceſſe eſt etiam { horum } ſubiectorum, quorum aliqua proxima,aliqua remota ſunt { ultimum }.ſ.ſubiectũ { eſſe ingenitum } dico eſt neceſſe uenire ad ultimum ſubiectum { ſi quidem & ſiſtitur }.ſ.in materijs,& non itur in infinitũ { & } ſiquidem { ex non ente nihil fieri poteſt } ſi enim hęc duo uera ſunt,oportet deuenire ad ultimam materiam ingenitã,& incorruptibilem,uel uerba illa { & horum ultimum eſſe ingenitum } poſſunt intelligi tam de materia, quæ eſt id,ex quo fit,ẽ de eo,quod fit quoniam, ut Alexander ingt, in operibus naturalibus ſimile a ſimili fieri uidetur: ut homo ab homine,quare.ſ.homo generatur,neceſſe eſt,ut homo ſit efficiens uidelicet & generans. At in his neceſſarium eſt, ut ſit efficiens ſempiternum. quare cum dicit { & horum } intelligas utrorumq; neceſſe eſt { ultimum eſſe ingenitum } quoniam tam prima materia uel ultima, ẽ primum efficiens ſempiternum eſt.

**Præterea ſi generatio ſit & motus, & finem eſſe neceſſe eſt.neq; enim infinitus ullus eſt motus, ſed motionis omnis eſt finis. & impoſſibile eſt id fieri, quod factum eſſe non poteſt: ipſum uero factũ neceſſe eſt eſſe,cũ primũ eſt factum.**

Expoſitores,cum probaſſet Ariſtoteles abſurditatem cõſequentis ex parte materiæ,uolunt,ut nunc probet eundem abſurditatem ex parte formæ:quæ eſt finis,& terminus motus, & ratio ſic ordinatur,ſi omnis generatio, & omnis motus eſt finitus,eſt deueniendum ad aliquam formam, cuius ulterius nulla generatio eſt.ſed omnis motus,& omnis generatio eſt finita. ergo eſt deueniendum ad aliquam formam ingenitã & incorruptibilẽ,cuius nulla ulterior eſt generatio, dicit { Præterea ſi generatio ſit, & motus } ſubaudi finitus { & finem eſſe neceſſe eſt }.i.deueniendum eſt ad aliquam formam ultimam,ingenitam,& incorruptibilem,cuius nulla ulterior eſt generatio. Deinde ponit antecedens, & dicit { neq; enim infinitus ullus eſt motus, ſed motionis omnis eſt finis } & terminus,cuius rationem ſubdit,ubi puto ſecũdum hanc expoſitionem eſſe legendum { & } pro { quoniã/ hoc pacto } qm̃ impoſſibile eſt id fieri } uel moueri { quod factum eſſe non poteſt }.i.quod in finem uenire nõ poteſt. & ne ignores quid ſit ipſum factum,ſubdit { ipſum uero factum } ſubaudi omne { neceſſe eſt eſſe,cum primum eſt factum } cuius ſignum eſt, quia omne factum cum primum eſt,fieri deſinit:ut ſexto phyſicæ auſcultationis demonſtratum eſt.quod ſi eſt,cum primum eſt factum, omnis profecto rei generandæ finis habetur.quo fit,ut omnis motus,omnisq; generationis finis inueniatur, ac proinde non in infinitum eatur & ita uidetur eſſe ponenda aliquam formam ingenitam,cum in formis non ſit proceſſus in infinitum. quod ſi aliqua forma ſit ingenita & incorruptibilis,aliquid erit præter ſingularia ipſa compoſita. Sed pace tantorũ uirorum dixerim,hæc deductio uidetur implicatoria.quoniam ſi eſt deueniendum ad aliquam formam ultimam, ad hanc non eſt deueniendum, niſi quia eſt ultimus terminus generationis & motus,at terminus generationis acipit eſſe per generationem,quare hæc forma ultima non ut omnino ingenita,ꝙn ſaltem,ut terminus accipiat eſſe per generationẽ.hęc ergo deductio implicatoria eſt, quæ ſibi ipſi aduersatur. Alexander autem aliter,aſſerit enim hanc quoq; argumentationem eo pertinere,ut generationis,quod eſt primum ſubiectum,ingenitũ eſſe appareat,& non aliud ex alio in infinitũ fieri. Secundũ ergo Alexãdrũ Ariſtoteles probat nõ eſſe proceſſum in infinitũ in ipſo fieri aliqd ex alio, ſed eſſe deueniendũ ad primũ ſubiectũ,primãq; materiã:ut hinc colligat,ſi nihil ſit perpetuũ,nihil quoque generatur. cuius argumentationis hæc eſt uis, Si omnis motus & generationis eſt finis,principium quoq; ipſorum habebitur.nam cuius finis habetur,huius,ut

principium habeatur, eſt neceſſe, quoniam ſi ſublatũ fuerit principium, & motus, & generatio in infinitum aſcendet, ne finis quidem ipſorum reperietur. unde dicit { præterea ſi generatio ſit, & motus, & finem eſſe neceſſe eſt } & ſubaudiendum, finem eſſe neceſſe eſt, igitur neceſſe eſt eſſe principium. nam cuius eſt finis, eius quoq; omnis principiũ erit. Quod autem ſi generatio, & motus ſit, eſſe finem eorum neceſſe ſit, probat, & dicit { neq; enim infinitus ullus eſt motus, ſed motionis omnis eſt finis } quod alio loco demonſtratur ex eo, quia omnis motus hẽt unde, & quo. nã quod augeſcit, aliquẽ terminum habet accretionis, ſimiliter quod alteraſcit, & interit aliquem finem habet ſuæ alterationis, ac interitus. ut igitur omnis motionis finis reperitur, ſic & generationis. huius rationem reddit ibi { & } ut diximus legatur pro { quoniam } hoc pacto, quoniã { impoſſibile eſt id fieri, quod factum eſſe non poteſt } ut diameter non ſit cõmenſurabilis, quoniam factus eſſe non poteſt. quare impoſſibile eſt, ut aliquid generetur, quod generationis finem non habeat, ſed abſq; fine generet. q; ſi cuiuslibet generationis, & motus ſit finis, etiam principium eorũ erit. Deinde quid per factum ſit intelligendum, exponit, ut colligatur factum ipſum eſſe terminum generationis, & dicit { ipſum uero factum neceſſe eſt eſſe, cum primum eſt factum } quod autẽ ſit, cum primum eſt factum, patet, quoniam fieri deſinit. ſed mihi hæc expoſitio ambigua eſt, quoniam licet, ut Alexander inquit, ſubintelligendum ſit, q; ſi generationis & motus ſit finis, etiam eorum ſit principium, tamen non uideo, quo modo ſequatur, ut ſit primum ſubiectum ingenitum. concederem enim eſſe principium motus, uerum principium eſt terminus a quo, ſicuti finis eſt terminus ad quem. modo nõ uideo quomodo, quia ipſius motus ſit principium. i. terminus a quo, ut debeat eſſe ultimum ſubiectum, & ingenitum nec Alexander id expoſuit. bene tamen aſſerit hanc argumẽtationem eſſe obſcuram, propterea quod conſequens illius, motus, & generationis eſſe finem, ſubticeretur, quod eſſet, quorum finis eſt, eorum principium etiam habetur. ait tamen ab Ariſtotile eſſe prætermiſſum, quia dubium eſſe non poteſt, quin ſequatur, & ideo ſatis ei fuit demonſtrare omnis motus, ac generationis principium haberi. Sed ut dixi ego non uideo quomodo, quia ipſius generationis, & motus ſit principium. i. terminus a quo, ut debeat eſſe ſubiectum ultimum, ac ingenitum. ſed de his hactenus. nam nobis ſatis ſit locum monſtraſſe. Sed huic occurres, nam octauo phyſicæ auſcultationis oſtendit motum cœli eſſe infinitum, idem duo decimo huius. At hic aperte probauit omnem motum eſſe finitum. Auerroes in præſenti loco intelligit uerba Ariſtotelis de motu recto, & aſſerit ſexto phyſicæ auſcultationis probaſſe generationem non poſſe eſſe infinitam nec ſecundum rectitudinem, nec ſecundum reciprocationem. quoniã reciprocatio continua in generatione fieri non poteſt. Expoſitores dixerunt omnem motum eſſe finitum ſecundum terminos, quoniam, licet apud Ariſtotelem una circulatio ſuccedat alteri ſine fine: quelibet tamen circulatio in ſe ſecundũ terminos finita eſt. quoniã omnis motus habet unde, & quo, & hoc pacto Ariſtoteles hic intelligit. unde & Alexander aſſerit motum circularem finem habere, cum ab eodem in idem fiat, cuius ea eſt infinitas, q; rurſus idem motus reperiatur, non quod tantum unus tantum alius efficiatur.

Cõmen 10.
Cõmen 34.

Que Auer. Cõmen. 12.

Præterea ſi materia eſt, ex eo quia ingenita eſt, multo magis etiam conſentaneum eſt rationi ſubſtantiam eſſe, quando illa ſit, eſſe. nam ſi neq; hæc erit, neq; illa, nihil penitus erit. quod ſi hoc fieri nequeat, neceſſe aliquid eſſe præter ipſum totum: utputa formam & ſpeciem.

Hec ἐκθεσις illa.

Ipſum totũ. τὸ συνολον

Cum demõſtraſſet extremum ſubiectum ſempiternum eſſe, nunc formam aliquam ſempiternam eſſe docet: & dicit { Præterea ſi materia eſt ex eo, quia ingenita eſt } .i. ſi extrema materia eſt ſempiterna { multo magis etiam conſentaneum eſt rationi ſubſtantiam } .i. formã ſubaudi aliquam { eſſe } .ſ. ingenitam, atq; ſempiternam { quãdo } pro quo niam { illa } .i. quoniam hæc forma ſit eſſe materiæ. i. quoniam ab ipſa forma materia ſuſcipit eſſe, ab ipſa forma dico agentis, agens. n. ſua forma dat eſſe materiæ. formam uero ſubſtantiam appellat, quoniam id ſubſtantia eſt, quo rei ſuppetit eſſe. Deinde probat formam ſempiternam aliquã præexiſtere, ſicut præexiſtit ſempiterna materia extrema, & dicit { nam ſi neq; hæc } .ſ. forma aliqua erit ſempiterna { neq; illa } .ſ. aliqua materia erit ſempiterna { nihil penitus erit } q; nihil omnino generabitur { quod ſi hoc fieri nequeat } .ſ. ut nihil generetur { neceſſe eſt aliquid eſſe præter ipſum totum } .i. neceſſe eſt aliquid præexiſtere toti ſempiternum, { utputa ſpeciem ipſam ac formam } a qua ut ab agente, deriuetur eſſe in materia. Eſt igitur uis rationis, ſi eſt aliqua materia ſempiterna, longe magis aliqua forma erit ſempiterna, e qua uidelicet eſſe materiæ deriuetur, ut ab agente. probatur conſequentia, quia ſi non ſequitur, detur oppoſitum, & ſic nec aliqua materia, nec aliqua forma erit ſempiterna. qd' ſi nec aliqua materia, nec aliqua forma erit ſempiterna, nihil generabitur penitus: quod cum ſit abſurdũ, oportebit præexiſtere aliquã formã, ex qua deriuetur effectiue eſſe in materia. & ſic habetur intentum ut Alexander deduxit. Appellat autem hic totum, ut prius, uidelicet cõpoſitum & ſenſibile, quod factum eſt.

At ſi quiſpiam id poſuerit, dubitatio rurſus exiſtit, in quibus hoc ponet, & in quibus non ponet. nam perſpicuũ eſt in uniuerſis eſſe non poſſe. non enim domum aliquam præter ſingulares domos eſſe ponemus.

Deinde repetit quæſtionem, quæ ſequitur ſecundum ordinem ad proximã quæſtionem: & dicit { At ſi quiſpiam id poſuerit } .ſ. ut ſit ſpecies, ac forma ſeparata præter totum, { dubitatio rurſus exiſtit, in quibus hoc } .i. hanc formã ſeparatam { ponet, & in quibus nõ ponet } .i. in gbus rebus efficiendis formã ſempiternam præeſſe dicet, & in quibus ſecus. Cuius queſtionis cauſam affert, & dicit { nã perſpicuum eſt in uniuerſis eſſe nõ poſſe } q; nec in fortuitis, & caſualibus, nec in artificioſis { non enim demũ aliquam præter ſingulares domos eſſe ponemus } dicit Alexander ſic, q; de ideis quoq; dici, & quæri poſſunt, ſed & ſimpliciter de materiali forma accipi poſſunt ſecundum quæſtionis conſecutionem. uerum ego non uideo, quomodo de materiali forma hæc intelligi poſſint, cum materialẽ formam eſſe ſempiternam implicet contradictionem, & propterea, ut expoſuimus, nõ niſi de ideis intelligantur, a quibus ſm Platonẽ deriuatur eſſe in materia: ut ab agente.

Et inſuper erit ne omnium ceu hominum ſubſtantia una?

TEX. 13.

Nunc uult diſputare. xiiij. queſtionẽ, quam primo repetit, & dicit { Et inſuper } ſubaudi ſi formæ, ut materia præexiſtentes habentur { erit ne omnium ſubſtantia } .i. forma ſeparata { una ceu hominum? } omnium. i. utrum una numero forma eſt, & una cunctorum hominum ſubſtantia, an plures, totidemq; quot ſinguli homines. una quidem, ut poſuit Anaxagoras, plures uero, ut nõnulli Pythagorici, qui poſuerunt duos deos, alterum bonoꝝ, alterũ malorꝝ, quam quæſtionem in huius operis duodecimo diſputabit.

At abſurdum eſt. non enim unum ſunt omnia, quorum eſt ſubſtantia una: ſed multa, ac differentia.

Nunc adducit abſurda, & primo ſm Alexandrum cõtra eos, qui dicunt ſubſtantiam totorum eiuſdẽ ſpeciei eſſe unã.



qm̃ ſi alicui unã ſubſtãtiam omnium totorꝝ eiuſdem ſpeciei eſſe placeret, unus tantum homo generabitur ex materia, quæ tantum ab illa una forma, & ſubſtantia eſſe ſuſciperet. { at } ut inquit, hoc { abſurdũ eſt } cuius rationem affert, & dicit { non enim omnia, quorum ſubſtantia } .i. ſpecies dans eſſe { eſt una, ſunt unũ, ſed multa, ac differentia } multa enim ab idea eadem ſpecie eſſe recipere poſſunt, & de facto ſecundum Platonicos recipiunt. Si igitur ſubſtantia & idea non poteſt eſſe una, qm̃ omnes hommines eiuſdem ſpeciei eſſent unus homo. quoniam ſicuti idea eſſet una, ita eſſe ab illa proficiſcens eſſet unum, quare omnia tota eiuſdẽ ſpeciei eſſent unum. quod falſum eſſe oſtẽdit, quoniam omnia, quorum ſubſtantia. i. ſpecies eſt una, non ſunt unum ſub eadem ſpecie, ſed multa, ac differentia. ſic, ut mihi uidetur, eſt intelligendus iſte locus, licet ſit obſcurus. quoniam Alexander hunc locum legit nõ de idea, ſed de forma, quæ eſt in materia: qd' apud me eſt in intelligibile. de idea uero intelligitur clare hoc pacto, ſi ſubſtantia. i. idea eſt una omnium indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, eſſe, quod proficiſcitur ab idea, erit unum. quare omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei erunt unum. cuius deſtructionem tantum explicauit.

Cõmen. 13.

At & hoc metas rationis egreditur, & ſimul quo nam pacto materia ſit horum unũquodq;, & totum ipſum hæc ambo.

Nunc ſecundum Alexandrum & Auerroẽ adducit abſurda contra eos, qui ideas eſſe plures reſpectu indiuiduorum eiuſdem ſpeciei, uoluerunt. & dicit { at & hoc } .ſ. plura eſſe indiuidua eiuſdem ſpeciei, quia plures ſunt ideæ reſpectu eorum { metas rationis egreditur } nec oſtendit cauſam: ſed dimittit nobis cõſiderare eam. Secundo argumentatur, qm̃ ſi plures ſunt ideæ reſpectu indiuiduorum eiuſdem ſpeciei { & ſimul } .ſ. cum abſurditate, quæretur { quo nam pacto materia } ab illis pluribus idei recipiẽdo eſſe { ſit horum } .ſ. indiuiduorum eiuſdem ſpeciei { unumquodq; } quoniam nõ eſt clarum utrum eſſe, quod ab illis recipit, ſit forma corruptibilis, an ſempiterna. ergo nõ eſt clarum, quomodo materia fiat unum quod indiuiduorum, quia nõ eſt clarum utrũ fiat recipiendo formam corruptibilem, an æternam. Tertio argumentatur, quia non eſt clarũ { & } quo modo { ipſum totum ſit hæc ambo } .ſ. materia, & forma, quia non eſt clarum, utrum recipiat formam corruptibilem, an ſempiternã. & ſic non eſt clarum, quomodo ſit illa ambo, cum non ſit clarum, quę ſint illa ambo: an ambo corruptibilia: an ambo æterna: an alterum corruptibile, alterum æternum. Expoſitores uoluerunt Ariſtotelem ſolum ad unam partem argumẽtatum eſſe: ut q; non ſit una idea: quod non conſonat uerbis. nam, ut uides, Ariſtoteles tres rationes induxit, quibus probat non eſſe plures ideas reſpectu indiuiduorum eiuſdẽ ſpeciei. nolo tamen te ignorare, ſi queſtio mota intelligitur ſecũdum Alexandrum de forma materiali, argumẽta pro utraq; parte eſſe perſpicua. quia tamen uerba non poſſunt exponi, niſi de ideis, ideo oportet exponere hoc pacto, ut diximus.

TEX. 14.

Præterea de principijs, & hoc quiſpiam dubitabit nam ſi ſpecie ſint unum, nihil erit numero unum: neq; ipſum unum, neq; ipſum ens.

Hic diſputat quæſtionem. xvj. quam Alexander reuocat in ſenſum dubiũ, quatenus poteſt intelligi de ideis, propterea quia adiungit uerbum αὐτὸ, cum nominat unum. & quatenus poteſt intelligi de principijs cõmuniter, ut quærat de principijs, ſiue ea unũ cuipiam eſſe placeat, ſiue plura, utrum eorum quodq; unum ſit ſpecie, an numero. uerbi cauſa, ſi materia una eſt, ſit ne una numero, an ſpecie, & ſi eſt una forma, utrum una numero ſit, an ſpecie: & ſic in cæteris principijs eodem modo, unde dicit { Præterea de principijs & hoc quiſpiam dubitabit } ſit ne unum quodq; unum numero, an unum ſpecie { nam ſi ſpecie ſint unum } .i. nã ſi unumquodq; ſpecie ſit unũ, ut materia unã ſpecie, & forma una ſpecie, & nullum eorũ ſit unum numero { nihil } .i. nullum ſingulare compoſitum ſub aliqua ſpecie { erit numero unum } quam conſequentiam probat. Ex poſitor, quoniam nihil inuenitur in principiatis, niſi in principijs habeatur. Si igitur in principijs non inuenitur unum numero, ſed ſolum unum ſpecie, & multa numero, nihil erit in principiatis unum numero, ſed ſolum unum ſpecie. uel ſic, ut Alexander exponit, nam ſi unumquodq; principium ſpecie eſt unum, & nullum eſt unum numero, ſed multa numero { nihil } .i. in principijs rerum efficiendarum nihil erit unum numero. At ſubaudi, ut Alexander ſubaudit, Si nullum principium unum numero fuerit, ne compoſitorum quidem ex principijs aliquod unum numero erit. ſiquidem ex uno non numero, ſed ſpecie conſtant, ea unum ſpecie ſunt, unum numero. nam ſi quæ ex uno numero conſtituuntur, unum numero ſunt, quæ nõ ex uno eſſe habent, perinde atq; illa eſſe habent. ergo Alexander per { nihil } intelligit nullum principiorum rerum efficiendarum erit unum numero: & ſic, ut Alexander exponit { neq; ipſum unum } quod eſt principiũ apud Platonem, erit unũ numero { neq; ipſum ens } quod etiam apud Platonem eſt rerum efficiendarum principium, erit unum numero. & ſic ratio erit, ſi unumquodq; principiorum ſpecie eſt unum, nihil. i. nullum principiorum erit unum numero, nullum principiorum erit unũ numero: igitur neq; ipſum unum, neq; ipſum ens erit unum numero. quoniam apud Platonem tam unum q̃ ens enumeratur inter principia, hoc uero q; ſit abſurdum apud Platonẽ, oſtendit Alexander. nam ſi ipſum unum non ſit unum numero, efficietur, ut cæterorum, quæ ad illius exemplar ſic ſe habẽt, nullum unũ numero ſit. nam quæ uni ſpecie adſimilata ſunt, ea perinde atq; illud unum ſe habebunt. nihil igitur unum numero erit, ſi quæ ad exemplar ſiunt, ea nec unum numero ſunt, neq; ipſum unum, neq; ullum aliud principium. ex quibus patet, in uerbis illis { neq; ipſum unum, neq; ipſum ens } non eſſe ſignandam ſecundam rationem, ut expoſitores crediderunt. eſt enim una ratio a primo ad ultimũ ſecundũ Alexãdrum.

Atq; quo nam pacto ſcientia erit, ſi non fuerit quippiam in omnibus unum?

Secundo argumentatur, ſi nihil unum numero fuerit, ſciẽtia non erit, cõſequens eſt falſum. igitur & antecedens. Quare oportet eſſe in rerum natura aliquod unum numero. conſequentiam uero probo: quoniam ſi non ſit aliquod unum numero, non erit uniuerſale, quoniam uniuerſale eſt unum in multis numero diuerſis. Si non ſit uniuerſale, non erit ſciẽtia: quare ſi non erit aliquod unum numero, non erit ſcientia. uel in hunc modum, ſi unumquodq; principiorum ſit unum ſpecie, & multa numero, nihil erit unũ numero, hoc eſt nec aliquod principium, nec aliquod principiatorum, ut patuit, ſi nihil eſt unum numero, nullum erit uniuerſale cõmune multis numero, ſi non erit uniuerſale non erit ſciẽtia: igitur ſi unũ quodq; principiorum erit unum ſpecie, & multa numero, nõ erit ſcientia. hæc deductio eſt mihi clara, & non ut Alexander exponit, uel aliꝰ. unde dicit { atq; quo nam pacto ſcientia erit, ſi non fuerit quippiam in omnibus unum? } .ſ. numero. i. ſi nullum principiorum erit unum numero. nam ſi nullum principiorum erit unum numero, nihil in mundo erit unum numero, nec principium, nec principiatorũ aliquod. ſi nihil erit unum numero, non erit uniuerſale, quoniam uniuerſale eſt unum cõmune multis numero, quæ ſi non ſunt, non admittent commune aliquod ſibi uniuerſale. At ſi uniuerſale non eſt, non erit ſcientia, cum ſcientia non ſit niſi de uniuerſalibus. Expoſitores autem, & Alexander expoſuerũt ſuis modis uix intelligibilibus. quare bona ratiõe prętermittimus eorum expoſitiones. nolo tamen ignores hoc, quod hic ait Ariſtoteles, quaſi in eos qui ideas aſſerebant dixiſſe: qui aliter ſcientiam fore negabant q̃ ſi ideæ aſſerantur. Senſibi-

lia enim infinita sunt, & in cõtinuo fluxu, ac proinde nõ sunt scibilia, nisi præter sensibilia, & singularia idea una numero constituatur, quæ in pluribus sumeretur immobilis, ac sempiterna, quæ scientiæ causæ fiat: & ideo ait { atq; quo nam pacto scientia erit, si non fuerit quippiam } idest aliqua idea { in omnibus } singularibus { unum }. quid. s. numero. hęc enim expositio uerbis Aristotelis non dissonat.

At vero si numero sint vnũ, & vnumquodq; principiorum sit vnum, & non, vt in sensibilibus alia aliorum, vt huius syllabæ, quę est eadem specie, & principia sunt eadem specie. nam hæc quoq; numero sunt diuersa. si igitur non hoc pacto, sed numero sint vnum ipsa principia rerũ, præter elementa sane nihil aliud erit. nihil enim refert vnum numero, an singulare dicatur. sic enim dicimus singulare, quod vnũ numero est. vniuersale autem, quod in his est commune.

Nunc conuertit problema ad oppositum, & probat q̃ unumquodq; principiorum non sit unum numero. & intendit talem rationem. si unumquodq; principiorum est unum numero, unumquodq; principiorum erit singulare: unumquodq; principiorum est singulare: ergo unumquodq; principiorum erit unum solum. si unumquodq; principiorum erit unum solum, nihil erit præter principium: nihil est præter principium: igitur non erit aliquod principiatum. non est aliquod principiatum. igitur non erit aliquod principium. Quare si unumquodq; principiorum est unum numero, nullum principium erit. de ratione primo accipit primum antecedens, ubi attende Aristotelem omnem suam orationem accommodare ad ea principia, quæ elementa nuncupantur, ex quibus, quæ fiunt, compositione constituuntur, ut sit in elemẽtis: docetq; si huiusmodi principiorum quodq; unum numero sit, nullam rem fore præter principia. & uerba legenda sunt suspensiue usque ibi { præter elementa sane } de ratione ergo primo accipit antecedens, & dicit { at uero si } subaudi principia { numero sint unum } & exponens se, subdit { & } subaudi intelligo principia esse unum, ut { unumquodq; principiorum sit unum }. s. numero { & non } subaudi plura numero, ut in sensibilibus alia }. s. principia sunt { aliorum } subaudi sensibilium: quod exponit exemplo syllabarum & dicit { ut huius syllabæ }. s. BA { quæ est eadẽ specie } & plures numero, immo numero infinitæ { & principia } uidelicet B, & A, sunt eadem specie { nam hæc }. s. principia B, & A { numero sunt diuersa } quoniam tam A, q̃ B, est continens sub se continens sub se plura numero. deinde resumit antecedens, ut inferat consequens, & terminet suspensionem, & dicit { si igitur non hoc pacto } subaudi principium unumquodq; sit idem specie, ut A, & B, elementum { sed numero sint unum ipsa principia rerum } .i. sed hoc pacto & unumquodq; principium sit unũ numero, tũc terminando suspensionem infert consequens, & dicit { præter elementa } & rerum principia { nihil aliud erit }. i. nullũ aliud erit principiatum, deinde probat consequentiã, & dicit { nihil enim refert unum numero, an singulare dicatur }. s. ipsum principium { sic enim dicimus singulare, quod unum numero est, uniuersale autem, quod in his est commune } quare si unum quod principiorum est singulare, unũquodq; principiorum erit unum solum. & sic tãdem sequitur, ut præter principium nullum sit principiatum. & ita nec principiũ. quoniam si principiatum non est, nec principium erit, sicuti si non est filius, nõ est pater. quo uero ad exemplum attinet, Alexãder asserit, si B, sit unum numero, & A, unum numero non posse ex eis aliam syllabam fieri, q̃ BA, sed dices cur ex eis non poterit fieri, illa AB? dicẽdum quia A cin parte anteriore posita differt numero ab A, posito in parte posteriore, Similiter B, differt numero ab ipso B, uariato situ. quare recte Alexander intelligit ex B eodem numero simpliciter nulla ratione uariato, & ex A, similiter eodem numero simpliciter, nulla ratione uariato, non fieri nisi unam numero syllabam, & ut uel BA, uel AB, tantum.

Vt igitur si elementa vocis in numero definita essent, necessarium esset, tot omnes literas esse, quot elementa essent. quippe cum non essent eadem duo, nec plura, sic & in entibus, & in ipsorum numero erit.

Verba illa { Sic & in entibus, & in ipsorũ numero erit } non sunt expressa ab Arist. sed ab Alexã. cæteriscq; expositoribus suppleta. & intendit dicere, q̃ si unumquodq; elementum fuerit unum numero, nihil erit præter ipsa elementa. deductum est, quoniam si unumquodq; elementum est unum numero erit singulare, & si singulare, nihil aliud erit nisi ipsum solum: quare nullum erit ens præter ipsum, & hoc per simile concludit, & dicit { ut igitur si elementa uocis in numero definita essent } sic, ut unumquodq; non sit nisi simpliciter unum numero { necessarium esset, tot omnes literas esse, quot elementa essent } & nullam esse præter literas syllabas: cuius rationem affert, & dicit { quippe cum nõ essent eadem duo nec plura } utputa nec A duo, nec B duo, nec aliqua aliarum literarum duæ, sed tantum una numero simpliciter, & nulla earum plures { sic in entibus, & in ipsorum numero erit } quoniam si unumquodq; elementũ, atq; principium fuerit unum numero, nullum aliud ens erit præter elementa, atq; principia, ut deductum est. Sed quoniam hæc argumentatio non cogit, ideo Alexander dicit, uerũtamen hæc argumentatio admodum est dialectica, & a necessitate concludendi aliena. Cuius ratio est, quoniam licet unumquodq; elementorum esset unum numero, & singulare, & tantum unum solum, ex hoc non sequitur hæc exclusiua de secundo adiacente, ergo tantum principium est. ubi enim hæc sequeretur, tũc eueniret, ut nullum principiatum esset. quare recte Alexander asserit rationem hanc esse dialecticam.

Nulla autem minor dubitatio iunioribus & TEX.15
prioribus relinquitur, vtrum eorum, quæ intereunt, & eorum, quæ corruptionis expertia sunt eadem, an diuersa principia sint.

Disputat nunc quæstionem superius motam. xvj. & dicit, quædam dubitatio est, qua { nulla dubitatio minor iunioribus } .i. Platonicis { relinquitur & } quam { prioribus } Pythagoricis. Alexander uero sic intelligit, q̃ nulla sit dubitatio minor ea, quæ relinquitur & a iunioribus, & a prioribus: quoniam nec a prioribus, nec a iunioribus est intentata, quæ tamen explicatione maxime indigebat. Deinde explicat eam, & dicit { utrum eorum, quæ intereunt, & eorum, quę corruptiõis expertia sũt, eadẽ an diuersa principia sint }

Nam si eadem sint, quonam pacto, & quam ob causam, illa quidem corruptione vacant, hæc vero occidunt?

Mota quæstione, argumentatur q̃ non eadem numero rerum principia sint, & dicit { nam si eadem } numero principia { sint }. s. mortalium, & immortalium { quo nã pacto & quam ob causam, illa quidem corruptione uacant, hęc uero occidũt? } ex eisdem enim numero principiis idem sequitur effectus. & sic uidetur, ut uel omnia sint corruptibilia, uel omnia sint incorruptibilia. hinc quæstio emergit, quo nã pacto, & quam ob causam quædam sunt corruptibilia, & quędam incorruptibilia.

Hesiodo igitur, cæteriscq; Theologis id curæ fuit duntaxat, quod sibi ipsi uerisimile esset, nos autem neglexerunt. cum enim deos principia fe



cissent, & ex diis orta esse omnia posuissent, ea facta esse mortalia dicunt, quæ nectar, atq; ambrosiam non gustarunt.

Inducit nunc solutionem poetarũ, qui Theologi appellati sunt, & dicit { Hesiodo igitur, cæteriscq; Theologis } in soluẽda. s. hac quęstione { id curæ fuit duntaxat } ut subaudi diceren t { quod sibi ipsi uerisimile esset, nos autẽ neglexerũt } qm̃ non curabant ea dicere, quæ essent nota nobis, sed solũ quæ sibi uerisimilia uiderent. Cuius rei causam expositor assignauit, qm̃ apud græcos fuerunt quidam sapiẽtiæ studiosi, qui cum de diis loqui eniterentur, rerũ diuinarum ueritatem sub quodam tegmine fabularũ occultauerunt, ut Orpheus, Hesiodus, & alij eius generis Theologi: sicut etiã Plato philosophiæ ueritatem sub mathematicis traditionibus obscurauit. Aristoteles uero breuitate, ac uerborum obscuritate: ut non ab ratione sepia diceretur a Græcis, quæ atramento se abscondit, ut Simplicius refert in prędicamentis. quare recte dicit tales Theologos sibi aperta nobis autẽ occulta in huius quæstionis solutione tradidisse, qm̃ in fabulis respondent, quarũ sensus sibiipsis, & non nobis nõ sunt. deinde explicat solutionem, & dicit { cum enim Deos principia fecissent, & ex diis orta eẽ omnia posuissent }. s. tam mortalia q̃ immortalia { ea facta esse mortalia dicunt, quę nectar, atq; ambrosiam non gustauerunt } quæ uero gustarunt, Deos immortales factos esse tradebant. Ambrosiã fabulæ ferũt esse Deorum cibum, quem qui gustauerint, immortales euadunt. nectar uero potionem. cum igitur per fabulas ueritas occulteẽ, non potest sciri quid ueri sub fabula lateat, nisi ab eo, qui fabulam cõmẽtatur. ideo recte Aristoteles ait Theologos uerisimilia sibi dixisse, non quæ essent nobis nota. Expositor tamen interpretatur fabulam intelligens per ambrosiam, & nectar diuinam bonitatem, quoniam omnis dulcedo uoluptatis, & amoris ad bonitatẽ refertur. per gustare uero participare. quæ igitur gustant nectar & ambrosiam. i. diuinam bonitatem perfecte participant, incorruptibilia fiunt: quę uero non gustant nectar & ambrosiam. i. non participant perfecte diuina bonitate, hæc corruptibilia euadunt & non nisi secundum speciem fiunt æterna: ut secundo de anima, & secundo de generatiõe colligitur. utrum uero sic intellexerint, ex suis fabulis plenius percipi non potest. Sic autem Aristotelem intellexisse patet primo de cœlo, ubi dicit ab ipso Deo esse diffusum esse aliis clarius, aliis obscurius. clarius quidem immortalibus, quę perfecta diuino esse participat. obscurius uero mortalibus, quæ imperfecte diuino esse participant. Iunior quidam contra hanc Expositoris interpretationem ait, sed quæ utilitas est immorari circa intentionem fabularum. nam licet istud forsitan sit bene dictum: tamen dubium est, & forte falsum eam esse intentionem poetarum. sed bonus iste uir delirat, quoniam si non esset utilis fabularum interpretatio, non fuisset utile fabularum inuentum. Quare nec poetica fuisset utilis: cuius contrarium autumat Aristoteles in sua poetica, ubi asserit poetas uelle prodesse, & delectare in sua poesi. & cum ait fortasse dubium ac falsum esse illam fuisse intentionem poetarum, recte dicit, quoniam, ut Aristoteles ait, illi dixerunt quod uerisimile sibi uideretur, nõ quod nobis esset notũ. tũ interpretatio Expositoris uera est, & peripatetica, licet sit dubium sit ne illa sensus poetarũ, an secus.

Cõmen.10.

Perspicuum autem q̃ licet hæc nomina sibi ipsis nota dixerint, tamen de causarum harum allatione supra nostræ mentis uires dixerunt. nã si ea gratia uoluptatis tetigerũt, nectar & ambrosia nõ ut sint, causę esse uidebunt. Sin autẽ gratia essendi, quo nam pacto erunt perpetui, cũ alimentis indigeãt? Sed de his quidẽ, qui fabulose philosophantur, serio cõsiderare dignũ nõ est.

πρὶ αὐτῶν εἰδῶν, uel ea.

Nunc obijcit contra eos, & primo narrat eorum impropriam traditionem. Omnes enim qui aliquid uia doctrinæ tradunt, debent non solum uti nominibus sibi notis, sed etiã iis, qui disciplinam quærunt { Perspicuum autem } ut inquit, q̃ licet { hæc nomina }. s. nectar, & ambrosia { sibi ipsis nota dixerint, tamen de causarum harum allatione }. i. tamen quo nam modo nectar & ambrosia sint causæ perpetuitatis { supra nostræ mentis uires dixerunt } ergo primus error est, quia utuntur nominibus nobis ignotis, quę sunt eis nota: quod est contra modum docendi. Secundus error est, quoniam supra capium nostrũ est quomodo nectar & ambrosia sint causę perpetuitatis, uel mortalitatis. Quo uero ad uerba attinet, uerbum attinet, uerbũ, nomina, Argyropylus transtulit, omnia, si eius scriptura non est corrupta. & tamen in græcis nostris codicibus legitur ὀνόματα. i. nomina. uerbũ uero, allatione, in græcis nostris codicibus legitur πρόφασις. at Argyropylus interpretatur gustatione, fortasse qa in suo codice legebatur πρόφᾶς, & sic legit Alexander. & potest bene stare, nam poetæ dicebant gustationem nectaris, & ambrosię esse causam, ut aliqua fiant immortalia. propterea Aristoteles narrando primum eorum erratum dicit { perspicuũ autem q̃ licet hæc nomina sibi ipsis nota dixerint tamen de causarum harum }. s. quæ sunt nectar & ambrosia { gustatione supra nostræ mentis uires dixerunt } non enim est intelligibile, quo nam modo gustatione nectaris, & ambrosię aliqua fieri possint immortalia. Deinde exponit quomodo gustatione talium non possint aliqua fieri immortalia, quicquid sit de talium nominum occulta intentione, & argumentatur sic, si aliqua gustauerunt nectar & ambrosia, aut propter uoluptatem, aut propter necessitatem essendi. His enim de causis cibus, & potus sumuntur. Deinde probat, q̃ non gratia uoluptatis, & dicit { nã si ea } uidelicet nectar, & ambrosia, quæ ponuntur causæ perpetuitatis { gratia uolupiatis tetigerunt } .i. gustauerunt { nectar, & ambrosia non ut sint, causæ esse uidebuntur } uerbum { ea } Alexander refert ad nectar, & ambrosiam, Argyropylus uero ad causas, ideo legit ipsas latine, & utroq; modo bene legit. Expositor ait delectationem ideo non posse esse causam essendi, quoniam delectatio est quoddam consequens ad esse: & nõ præcedens esse. melius autem Auerroes ait causam esse, quoniã delectatio quatenus delectatio non est causa permanentiæ alicuius rei. quoniam quatenus delectatio nec facit ad instaurationem, nec ad deperditionem subst antiæ rei nutritæ: cum quatenus delectatio nõ sit substãtia: sed perfectio siue actus operationis. Deinde destruit secundum membrum, & dicit { sin autem } gustauerunt nectar, & ambrosiam { gratia essendi } ergo, ut Expositor suppleuit, eguerũt cibo & potu { quo nam pacto } ergo { erunt perpetui, cum alimẽtis indigeant } quasi dicat qui non possunt esse perpetui. nam cibus & potus sumuntur ad instaurationem deperditi. etiam corrumpitur, & transit in substantiam nutriti, quod autem per se corruptibile est, non potest alijs causa esse perpetuitatis. uel ut Alexander { sin autem gratia essendi } ea gustauerunt, erunt procul dubio ipsorum alimentum, atque alunturr & nisi alantur, non sunt, ea sempiterna esse quo nam modo possunt? Auerroes autem ait, & si accipiunt ab uno loco potum & cibũ ab alio, ut non moriantur, mirũ est, quonam modo indigens cibo, & potu remaneat in æternũ. cibus enim & potus non sunt necessarij, nisi ut instaurent corruptum. Demum se excusat a diligentiore huius opinionis improbatione, & dicit { sed de his quidẽ, qui fabulose philosophantur } .i. fabulis ueritatem excludunt { serio }. s. cum studio, atq; diligentia { considerare dignum non est } cuius rationem affert Expositor, quoniam si quis contra eorũ dicta disputaret, quatenus exterius sonant, ea facile ostẽderet esse ridiculosa. sin autem aliquis uelit de eis inquirere ueritatẽ, quæ sub uerbis occultat, immanifesta est. ex hoc loco Expositor non abratione excerpsit Aristotelem, cum contra Platonem, cæte-

Que Auer. Cõmen. 15.

rosq; id genus, qui uerbis obscuris suam doctrinam tradide runt disputasset, non differuisse, ut Simplicius inquit, contra ueritatem uerbis uelatam, sed contra uerba, quo prima facie sonant: quippe cum ueritas omnino sit latens.

Eos autem, qui per demonstrationem dicunt, interrogare oportet, cur nam si entia sint ex eisdem principijs, alia natura sempiterna sunt, alia corrumpuntur. At cum neq; causam dicant, neque consonum sit rationi, rem ita sese habere, patet non eadem ipsorum principia, & causas esse.

Nunc transit ad eos, qui de his rebus non per fabulas, sed demonstrãdo uerbis solutis dicere uidentur: quales sunt phi losophi naturales: & primo repetit rationem interrogando more dialectico, & dicit ¶ Eos autem, qui per demonstratio nem ¶ .i. naturales philosophos, qui uerbis solutis ¶ dicunt, interrogare oportet, Cur nam si entia sint ex eisdem principijs, alia natura sempiterna sunt, alia corrumpũtur ¶ & sunt caduca. certe idem quatenus idem non est aptum sui natura facere, nisi idem, & ex eodem, quatenus est unum, & idẽ, non est aptum proficisci nisi idem, & unum. Deinde concludit rationem, prætermissa interrogatione, & dicit ¶ At cum neq; causam dicãt ¶ quare hæc caduca, illa sempiterna sint ¶ neq; consonum sit rationi rem ita sese habere ¶ ut. ſ. ex eisdem præcise principijs, ac elementis, rerum quæ fiunt, sint hæ quidem natura sempiternæ, illæ uero caducæ ¶ patet nõ eadem ipsorum ¶ .ſ. entium corruptibilium & sempiternorum ¶ principia, & causas esse ¶ hactenus de ratione.

Etenim & Empedocli (quem maxime sibi cõsona dicere quispiam arbitrabitur) idem contigisse uidetur. nam ponit quidem corruptionis quoddam principiũ, causamq; discordiam esse.

Nunc assignat solutionem Empedoclis, & primo narrat errorem eius in assignanda causa, & dicet ¶ Etenim & Empedocli (quem maxime sibi consona dicere quispiam arbitrabit) ¶ hic enim inter naturales authores sibi maxime con stare uidetur ¶ idem contigisse uidetur ¶ quod. ſ. alijs contingit, quoniam sicut ratio, quam assignauerunt alij, non est cõueniens, sic nec ratio, quam affert Empedocles, est idonea. Deinde affert causam, & dicit ¶ nam ponit quidem corruptionis quoddam principium, & causam discordiam esse ¶ generationis uero, atq; existendi amicitiam, ita scilicet q; adiunctio discordiæ super elementa, quæ ipse ponit rerũ principia, facit corruptionem in rebus, adiunctio uero amicitiæ, facit existentiam, & generationem.

Sed non minus quoq; ipsa q̃ concordia præter ipsum unũ generare uidebitur. cætera nanq; omnia ex hac ipsa sunt præter deum, dicit,

Ex his, quæ fuerunt, quæ sint, ueniãtq; futura
Sũt cũcta, arboribus genus hinc, hoiesq; fereq;.
Hinc ortu uolucres, nutritiq; æquore pisces,
Cœlicolæq; omnes longeui, numina magna.

Obijcit nunc Empedocli, & primo ostendit causam ab eo assignatam non conuenire alijs, quæ ipse dixit de causis generationis. unde & Alexander Empedoclem sibi constantia ait dicere, dum aliam ortus, aliam interitus causam reddit. At dum generationem rerum describit, inconstanter loquitur: & hoc demonstrat narrando Empedoclis cærmina ad uerbum, unde dicit ¶ sed non minus ipsa ¶ .ſ. discordia præter ipsum unum generare uidebitur ¶ .i. genitrix, ac effectrix esse uidebitur. excepit ipsum unum, quẽ ille Deum, ac Sphærum uocat ab amicitia factum, & hoc exponens dicit ¶ cætera nanq; omnia ex hac ipsa ¶ .ſ. discordia ¶ sunt præter deum ¶ appellabat enim deum, ut Alexander inquit, ipsum unum, & sphærum. ponebat enim cætera alia esse composita ex discordia simul cum alijs principijs præter deum, quem ponebat esse compositum ex amicitia cum alijs principijs elemẽtarijs. deum etiam appellabat cœlum, ut in primo huius dictum est Xenophanem ad totum cœlũ respexisse, cum dixit ipsum unum esse deum. At Empedocles considerans indissolubilitatem cœli ipsum compositum esse ex amicitia cum quatuor elementis afferebat. recte ergo excepit deum. Deinde narrat carmina, quæ ita esse testãtur, cum inquit ¶ dicit, ex his ¶ .ſ. elementis cum discordia ¶ sunt cuncta, quæ fuerint ¶ .ſin præterito ¶ quæ sint ¶ .ſin præsenti ¶ uenientq; futura ¶ .i. & sunt futura. Deinde speciatim exponit, quæ sunt illa, quæ ex elementis fiunt cum discordia, & dicit ¶ arboribus hinc ¶ .ſ. ex quatuor elementis cum discordia ¶ genus ¶ euenit ¶ hominesq; feræq; ¶ etiã eueniunt ex eisdem ¶ hinc ortu uolucres ¶ .i. ex eisdem quoque uolucres fiunt ¶ nutritq; æquore pisces ¶ .ſ. ex eisdem ¶ cœlicolæq; omnes longeui ¶ .i. stellæ quæ licet sint longuæ, tamẽ quandoq; corrumpuntur. aut forte intelligit dæmones, quos Platonici animalia aerea esse dicebant, aut fortasse intelligit deos, quos Epicurei ponebãt sub humana forma: ut dixim⁹. ex hoc ergo quia omnia animalia præter unum genita sunt ex discordia, haberi potest discordiam causam esse generationis, quare Empedocles non sibi constat.

Et sine his etiam patet. nam si discordia non esset in rebus, unum uniuersa essent, ut inquit. nam cum uniuersa conuenerint, tunc ultimo discordia extruditur.

Nunc probat idem alijs uerbis, & alia ratione Empedoclis, & dicit ¶ & sine his ¶ .ſ. carminibus ¶ etiam patet q; uidelicet discordia sit causa generationis, quã rationẽ explicãs dicit ¶ nam si discordia nõ esset in rebus ¶ & sola sit amicitia in rebus ¶ uniuersa essent unum: ut inquit ¶ discordia. n. distinctionis causa est secundum Empedoclem, qua sublata a rebus ipsis res omnes cõfunduntur in unũ. & uerba eius assignans dicit ¶ nam cũ uniuersa cõuenerint ¶ .ſin ipsa mũdi corruptione ¶ tunc ultimo discordia extruditur ¶ .ſa rebus ipsis, & amicitia intruditur intra res ipsas. Quare cum mundi existentia cõsistat in distinctione rerum, discordia nimirũ causa erit generationis mundi. ergo alia ratione patet discordiam esse causam generationis.

Quapropter & sententia ipsius sit, ut deus, qui omnium est felicissimus, minus sit q̃ cætera prudens. non enim cognoscit elementa omnia, quippe cum discordiam non habeat. cognitio uero si milis simili fiat. dicit enim,

Nam terrã terra, lympha cognoscimus undam,
Aethercq; æthere sane, ignis dignoscitur igne,
Sic & amore amor, ac tristi discordia lite,

Nõ est hęc secũda rõ ad idẽ, ut expositores putãt sed post q̃ docuit Empedoclis dicta iter sese pugnare, & eiusdẽ sniã discordiã a solo deo, ut cui nõ sit existẽdi efficiẽs cã, abesse cõ memorauit, i pñti loco obiter Empedoclẽ dãnat q; deũ fecerit ĩsipiẽtiorẽ cæteris cognoscẽtibus, & dicit ¶ quapp & sniã ipsius ¶ quæ est, ut discordia nõ sit de cõstitutiõe dei ¶ fit, ut Deus, q oium est felicissimus ¶ & maxie cognoscẽs ¶ minus sit q̃ cætera prudẽs ¶ .i. intelligẽs, & p cætera intelligit cætera oia, q̃ intelligũt, & cognoscũt. Deinde, pbat cõsequẽtiã & & dicit ¶ nõ. n. cognoscit elemẽta oia ¶ quæ tñ cætera ĩtelligẽtia cognoscũt: cũ cætera cõstẽt discordia, Deus aũt solus nõ cõstet ¶ qppe cũ discordiã nõ hẽat ¶ .ſin sua cõstitutiõe ¶ cognitio uero fiẽs fiat ¶ .ſ. suo ¶ fiẽ ¶ qa ergo Deus nõ cõstat discordia, cætera, q̃ ĩtelligũt, cõstãt: fit ut Deus nõ cognoscat discordiã, cætera uero cognoscant. & rõ est, qm̃ cognitio rei cujusq; fit per suum simile. quod autem cognitio sit per



per simile, declarat per eius carmina, cũ inquit ¶ dicit enim nam terram cognoscimus terra ¶ quæ est eadem, uel similis terrę, & ¶ cognoscimus undã ¶ .i. aquã ¶ lympha ¶ .i. aqua, quæ est eadẽ, uel similis aquæ cognitæ ¶ æthercq; æthere sanè dignoscit ¶ .i. & aer dignoscit aere suo simili, uel eodẽ, & similit̃ ¶ ignis dignoscit igne ¶ suo simili, uel eodem ¶ sic & amor ¶ dignoscit ¶ amore ¶ eodẽ uel simili ¶ ac discordia ¶ dignoscit ¶ tristi litę ¶ quę est eadẽ, aut similis. Empedocles enim dicebat unã quãq; rem cognosci non modo suo simili sed ẽt suo eodẽ. unde aĩam dixit cõstare ex quatuor elementis, & lite, & amicitia, quia hęc oĩa cognoscit, quare cũ Deus non cõstet discordia, fit ut Deus nõ cognoscat discordiã, & sic erit insipiẽtior cæteris cognoscẽtibus. cũ cætera cõstẽt discordia. quærit Alexãder cur Aristoteles dicat per Empedoclẽ Deũ esse insipiẽtiorẽ, quia nõ intelligit discordiã, & tamẽ duodecimo huius asserat Deum non omnia intelligere, qm̃ quædam melius est nõ intelligere, ut mala, & nõ dicit eum esse insipientiorem. potest enim ratio cõtra Empedoclem retorqueri cõtra ipsum, quoniam si Deus est cęteris insipiẽtior quia nõ cognoscit discordiã, sic ⁊m Aristotelẽ Deus erit cæteris insipiẽtior, qa nõ cognoscit mala, quę hoĩes cognoscũt. Alexãder respõdet ideo ⁊m Empedoclẽ esse Deũ insipiẽtiorẽ, quia nõ plura ĩtelligit, q̃ cętera, cũ nõ intelligat discordiã. At Deus licet nõ intelligat mala, tñ est cæteris sapientior, qa lõge plura q̃ cętera intelligit cũ intelligat bona q̃ sunt plura q̃ mala. Sed hoc, quod Alexander asserit, nõ est verum qm̃ Deus intelligit omnia, & mala, & bona ut in theologicis declarauimus. præterea mala sunt lõge plura q̃ bona. cũ desinere sit infinitis modis, accedere uero uno modo. id aũt qđ decepit Alexãdrũ, est author tas Aristotelis duodecimo metaphysice, q̃ vult ut melius sit quędã nõ intelligere q̃ intelligere, ut mala: uelut melius est quędã nõ uidere q̃ uidere, ut turpia. Ex ijs ergo creditit Alexander Deum nõ intelligere mala. Et nõ aduertit Aristotelẽ intellexisse per mala, uel turpia, res omnes præter Deũ. nã hæc omnia dicunt mala, vel turpia cõparatione diuinæ vnitatis. Aristoteles ergo voluit Deũ nõ intelligere res, q̃ sunt ꝓter ipsum, quę vocat mala, & intelligit intellectione, q̃ proficiscit à rebus ipsis, quomodo nos ĩtelligimus, at intellectiõe, qua se ipm intelligit. cõcedit, immo probat Deũ omnia intelligere. in hac Alexãdri deceptiõe fuit primo Theophrastus, postea Themistius, & demum Auerroes. sed de his in theologicis petendum.

Sed id unde nostra profecta est oratio, iam perspicuum est: ut scilicet eueniat ipsi discordiã quidem non magis corruptionis, q̃, ut res sint, concordiam uero non magis, ut sint, q̃ ut corrumpãtur, causam esse. congregans enim in unum corrumpit cætera.

Quæstio Alexãdri de cognitione Dei. Cõmẽ. 51.

Cõmẽ. 51.

Sed cum digressus hæc in Empedoclẽ disseruisset, eò redit, vnde oõ deflexerat, ut Empedoclis doceat inconstantiã, qui nõ id tuteť, ut amicitia semper sit generationis causã, corruptionis uero discordia. sed hanc non magis q̃ illã alterius causam esse facit, unde dicit ¶ Sed id unde nostra, pfecta est oratio, iam perspicuũ, ut scilicet eueniat ipsi ¶ .ſ. Empedocli ¶ discordiam quidẽ nõ magis corruptionis q̃ ut res sint, cautam esse, cõcordiam uero non magis, ut sint q̃ ut corrũpant causam esse ¶ ẽt. cuius rationem affert, & dicit ¶ cõgregans enim ¶ subaudi elementa ¶ in vnum ¶ chaos, miscellamq; viam ¶ corrumpit cætera ¶ .i. cæteras res, q̃ in mundo erãt prius distinctæ. sic igitur discordia generat distinguẽdo res, quę erãt cõfusæ in chaos, cõcordia uero corrũpit, congregãdo res mundi. quæ prius erant distinctæ, in vnum.

Simul aũt mutationis ipsius causam nullam dicit: nisi ita fieri aptum esse.

Opinio Empedoclis fuit mundum generari discordia, cũ videlicet elementa discordant, atq; distinguunt, ut dictũ est, corrumpi uero concordia, cum videlicet elementa concordant, atque coeunt in vnum confusum. in super opinio etiam eius fuit mundum infinities generari, & infinities corrumpi. corrumpi quidem, cum cõcordia vinceret discordiam, cum vero contra generari. dicebatque tempus, medium inter generationem mũdi, & eius corruptionem Annum magnum vocari. Quòd si quærebatur ab eo cur tanto tempore concordia, tantove discordia vinceret, nullam aliam asignabat causam, nisi quia aptum erat sic esse. Aristoteles ergo Empedocli uitio dat, quòd causam nõ reddit cur iam amicitia, iam discordia euincat. non enim satis est dicere, sic fieri aptum est, sic est necesse. in cunctis enim rebus, quæ sunt, quæq; efficiunt, idẽ dicere licebit. nec illud est causam reddere, sic natura comparatum est. unde dicit ¶ Simul autem ¶ subaudi cum vitijs Empedoclis est, quoniam ¶ mutationis ipsius causam nullam dicit, nisi ita fieri aptum esse ¶ quod non est causam reddere, sed uoluntarie loqui.

Inquit enim,

Aſt ubi nutrita est ingens discordia membris,
Tempore transacto dulcis concordia cesſit:
Fœdere qđ magno procedit utrisq; uicissim.
Quasi necessarium sit mutationem fieri, Necessitatis uero causam nullam assignat.

Nunc probat quod dixerat esse ad mentem Empedoclis introducens eius carmina, et dicit ¶ Inquit enim, Aſt ubi discordia ingens nutrita est ¶ in ¶ membris ¶ scilicet mundi faciens ea stare suis locis, ut cõuenit essentiæ mundi ¶ transacto tempore ¶ scilicet sui dominij ¶ cesſit ¶ ideſt. supuenit & superuenit ¶ dulcis concordia ¶ qua membra scilicet veniunt in vnam confusionem ¶ quod ¶ tẽpus aduentus ¶ magno Fœdere ¶ inter concordiã, & discordiam facto ¶ procedit utrisque vicisſim ¶ nunc videlicet vt discordia nunc, vt concordia dominetur. patet igitur reciprocum esse dominium, & statuto tempore, nec ob aliud, nisi quia sic aptum est. dixit autem ¶ membris ¶ quoniam loquitur de vniuerso, ac si esset vnũ animal constans ex membris: quæ primo diuisa, postea cõponunt. propterea subdit ¶ Quasi necessariũ sit ¶ apud Empedoclẽ ¶ mutationẽ ¶ uicisſim ¶ fieri ¶ statutis tẽporibus pro fœdere iter eas statuto, atq; firmato.

Attamen tantum dicere uidetur, & solum sibi consonum, q̃ entium non alia subire, corruptionem alia non subire, sed uniuersa ꝓter elementa corruptionem subire dicat. At præsens dubitatio est, cur alia occidunt, alia corruptionis expertia sunt, si ex eisdem sint elementis. nõ esse igitur eadem omniũ principia, patet ex his, quæ satis ad hoc ostendendum sunt dicta.

Cum tot dixisset aduersus Empedoclem, nunc duo colligit, ut Alexãdro placere vĩ. quoꝝ primum est in quo Empedocles duntaxat sibi constat, secundum quo modo etiam euadat a dubitatione prætacta Empedocles. de primo asserit Empedoclem sibi constare, quia ubiq; asserit omnia esse corruptibilia, q̃cunq; ex eisdẽ principijs sunt, & nõ q̃dã corruptibilia, q̃dã incorruptibilia, sed solũ elementa, atq; principia, ex quibus sunt, esse incorruptibilia: vnde dicit ¶ Attñ tantum dicere videtur, & solum sibi consonum ¶ atq; constans ¶ q̃ entium ¶ subaudi, q̃ ex eisdẽ principijs sunt ¶ non alia subire corruptionem, alia non subire ¶ sed ¶ uniuersa ꝓter elementa ¶ atq; principia, ex quibus proficiscũtur ¶ corruptionẽ subire dicat ¶ & sic quãtũ ad hoc ubiq; sibi cõstat. de secũdo uero asserit Empedoclẽ euadere dubitationẽ, qm̃ ⁊m eius doctrinã ex eisdẽ pricipijs nõ sunt alia corruptibilia, alia ĩcorruptibilia. ideo nõ est quærẽda causa, quare hęc corruptibilia, illa incorruptibilia sunt. sed in doctrina Platonica

quæstio locum habet, quoniã ſm eos ex eiſdem principijs non omnia ſunt corruptibilia, ſed alia corruptibilia, alia incorruptibilia, ꝓpea recte quærit cã, quare hæc corruptibilia, illa incorruptibilia ſunt ex eiſdem principijs. & hoc dicit ⁊ At ꝑſens dubitatio eſt, ſi ⁊ cũcta entia, q̃ ſiũt ⁊ ex eiſdem ſint elementis, cur alia occidunt alia corruptionis expertia ſunt ⁊ & ſic q̃ſtio locũ habet in doctrina Platonis, non aũt in doctrina Empedoclis. Aiaduerte tñ, ut recte Expoſitores notauerũt, Empedoclẽ duas poſuiſſe corruptiões, alterã, quã confuſionẽ vocabat, ſiue cõpõnẽ, ex ipſa elementoꝝ concordia ꝓficiſcentẽ, & ab hac nec Deũ, nec mundũ excludebat, cum in horũ conſtõne concordiã poneret. Alteram vero, quã nuncupabat diſtinctionẽ ſiue reſolutionẽ ex ipſa elementoꝝ diſcordia ortã, qua q̃dẽ unũquodq; ſingulare corrumpi aſſerebat, & ab hac Deũ ipm excludebat. Quare recte ſuperius dixit ſolũ unum, ſ. Deũ eſſe incorruptibilem, & non cõpoſitũ ex diſcordia. q̃m ſolus Deus caret ea corruptione, quæ dicitur elemẽtorũ diſtinctio, qua vꝫ unũquodq; ſingulare corrumpit. tunc epilogat, & dicit ⁊ non eſſe igitur eadem omniũ principia patet ex ijs, quæ ſatis ad hoc oſtendendum, ſunt dicta.

Si uero principia ſint diuerſa, una emerget cõtinuo dubitatio, ſint ne & ipſa corruptionis expertia, an corruptionem ſuſcipiant. nam ſi corrumpantur, patet hæc quoq; ex quibuſdã conſtare neceſſariũ eſſe. unũerſa enim in ea corrũpuntur, ex quibus conſtant. quo fit, ut principiorum alia priora principia ſint. quod quidem fieri nequit, ſiue ſtetur, ſiue in infinitum in principijs procedatur.

Poſtquam in eos diſputauit, qui omniũ rerum eadẽ eſſe principia ſtatuebant, nunc eorũ opinionẽ diſputat, qui alia principia ſempiternarũ, alia caducarũ rerum faciebant: & propterea nõ ab rõne dixerũt expoſitores nunc Ariſt. obijcere ad contrariã partem, q̃m dicere principia eſſe alia ſempiternarũ rerum, & alia caducarũ, videt cõtraria pars priori opinioni, quã diſputauit. vtitur aũt ſyllogiſmo hypothetico diſiunctiuo a deſtructione cuiuslibet partis, quã aduerſarius dare poſſet hoc mõ, ſi rerum corruptibiliũ & ſempiternarũ principia diuerſa ſint, vel utraq; ſunt corruptibilia, vel utraq; incorruptibilia. primo ergo deſtruit primum, verum anteq̃ procedat ad deſtructionẽ, ponit partẽ, quam aduerſarius dare poſſet, & dicit ⁊ ſi vero principia ſint diuerſa ⁊ et non eadem rerũ ſempiternarꝝ, & corruptibiliũ ⁊ una emerget cõtinuo dubitatio, ſint ne & ipſa ⁊ .ſ. utraq; ⁊ corruptionis expertia, an corruptionem ſuſcipiant. ⁊ diuiſionẽ vero non cõpleuit, nam dici poſſent adhuc alia mẽbra, vt ꝙ principioꝝ alia ſint corruptibilia, alia ſempiterna: vel ꝙ neutro ſint mõ. quæ mẽbra Ariſt. ſubticuit, ꝙa nullus dixit, enumerat. n. ſolũ mẽbra, quæ ab antiqs ponebant, & ideo primo ꝓbat ꝙ corruptibiliũ & incorruptibiliũ principia illa diuerſa nõ ſint corruptibilia. deinde ꝙ nec incorruptibilia. de prima parte dicit ⁊ nam ⁊ ſubaudi ſi diuerſa illa principia vtraq; ⁊ corrumpant, patet hæc quoq; ⁊ .ſ. principia ⁊ ex quibuſdã ⁊ .ſ. prioribus principijs ⁊ conſtare neceſſarium eſſe ⁊ deinde probat pñam, & dicit ⁊ uniuerſa enim ⁊ ſcilicet quæcũq; corrumpunt ⁊ in ea corrumpunt ⁊ .ſ. principia ⁊ ex qbus conſtant, quo fit, ut principiorũ alia priora principia ſint ⁊ & ſic patet pñia ꝙ ſi vtraq; illa pricipia corruptibilia ſint, eoꝝ alia priora principia ſint, videlicet in quę reſoluunt, atq; corrumpunt. Supponit. n. corruptionẽ oẽm fieri ꝑ reſolutionẽ in ea principia, ex qbus conſtant, nõ aũt per reſolutionẽ in nihil. deinde deſtruit pñs, & dicit ⁊ quod quidẽ fieri nequit, ſiue ſtet, ſiue in infinitũ in principijs procedat ⁊ utroq; n. mõ fieri nequit, ut corrũpant principia in alia priora. nam ſi ſtet in eis, illa in q̃bus ſtatur, nõ ꝑnt eſſe, niſi ſempiterna: Si. n. corruptibilia fuerint, non ſtabit in eis. Quòd ſi fuerint ſempiterna, erit cõtra eos, qui utraq; corruptibilia affirmãt. Sin aũt abſq; fine ꝓcedat, ſemp eius principij, qd corrumpit, id erit principiũ, in qd ipm abit. etiam ſecũdo huius oſtenſum eſt in nullo genere cauſæ eſſe ꝓcedendum in infinitum. Quare utroq; modo fieri nequit.

Preterea quonã pacto erunt res, q̃ corruptionis participes ſunt, ſi principia interibunt.

Hic tangit ſecundã rõnem ad ꝓbãdum nõ eſſe principia utraq; corruptibilia hoc pacto. nã ſi utraq; pricipia ſunt corruptibilia, aliqñ erũt corrupta. q̃m omne corruptibile aliqñ de neceſſitate corrũpet: vt primo de cœlo, & mũdo ꝓbatũ eſt. ponat ergo in eẽ q; principia ſint corrupta, & ſequitur, ut nõ ſint, & nõ ſint principia. nõ enim qd corruptũ eſt, efficere poteſt quicq̃, aut cauſare. Quòd ſi nõ ſint, nec principia ſint, nec res corruptibiles erunt in rer; natura. nõ. n. effectus eſſe pñt, è medio cauſis ſublatis, dicit ⁊ Quonã pacto erunt res ⁊ .ſ. in rer; natura ⁊ q̃ corruptiõis participes ſunt, ſi principia ⁊ eaꝝ interibũt, ꝙ aũt principia intereãt, ꝓbatũ eſt, q̃m cũ ſint corruptibilia, aliqñ erũt corrupta, & nõ entia. Alexãder uero exponit hoc modo ⁊ ſi principia interibunt, quonã pacto res, q̃ corruptionis participes ſunt, erũt ⁊ .i. quomõ ea duca naſcẽtur, & interibũt: niſi eoꝝ principia fuerint. cũ naſcẽtia, & intereũtia idcirco naſcãtur, & intereãt, q̃m pricipia obtinẽt, ex quibus, & à qbus generãtur, & in q̃ abolẽtur. eſt nanq; interitus reſolutio in pricipia, ex quibus cõſtat, quod aboletur, & ortus cõpoſitio ex principijs, quæ præceſſerũt, quod oritur. Quo modo igit peribunt, ſi nõ ſunt, in quæ reſoluantur, uel generabunt, ſi non præcedunt, ex qbus componuntur. hoc pacto Alexander verbũ ⁊ erunt ⁊ expoſuit.

Sin uero uacent corruptione, cur ex his quidẽ res participes, ex aliꝭ aũt expertes corruptiõis erũt. hoc. n. nõ eſt conſentaneũ rõni, ſed aut fieri nequit, aut oratione longa indiget.

Nunc reſellit aliud mẽbrũ, qd ab aduerſario dari poſſet. poſſet. n. ab aduerſario dici utraq; pricipia. ſ. tã rer; ſempiternaꝝ, q̃ rer; corruptibiliũ eſſe ſempiterna: cõtra obijcit, ꝙ reliquat eadẽ qõ, q̃ prius erat, vꝫ quare ex his principijs incorruptibilibus res corruptibiles emergũt, ex illis uero incorruptibilibus res ſempiternæ fiũt. nulla. n. vr maior ratio de his q̃ de illis, cũ pricipia utraq; ſint ſempiterna: dicit ⁊ ſin ỹo ⁊ utraq;. ſ. pricipia tã rer; caducaꝝ, q̃ rer; ſempiternaꝝ ⁊ uacẽt corruptione ⁊ ſtatĩ qõ oriẽt eadẽ, q̃ prius ⁊ cur ex his ⁊ .ſ. pricipijs ſ corruptibilibus ⁊ erũt res participes corruptionis ex aliꝭ autẽ ⁊ .ſ. pricipijs ẽt incorruptibilibus erũt res ⁊ expertes corruptionis. hoc. n. nõ eſt cõſentaneũ rõi ⁊ .ſ. ut res corruptibiles magis ſint ex his q̃ ex illis, nec ut res ſempiternæ magis ſint ex illis q̃ ex his, cum tam rerum mortaliũ, q̃ ſempiternarũ pricipia vacent corruptione ⁊ ſed aũt fieri nequit, aut oõne longa indiget ⁊ vnde ut Alexãder ait, qõ hẽc eadẽ ſerè manet, atq; ſuperior. Quo uero ad dictionem attinet, uelim non ignores uerba illa ⁊ ex aliꝭ aũt expertes corruptionis ⁊ nõ eſſe recta in oĩbus codicibus græcis. nam ſic legit in quibuſdã ⁊ ſin uero uacẽt corruptione, cur ex his quidẽ res corruptionis participes erũt. Hoc. n. nõ eſt conſentaneum rationi ⁊ & reliqua. & quando ſic eſſet dictio, non eſſet aliqua obſcuritas in ea. uerum primam dictionem habebant Alexander, Argyropylus, & Boethius.

Præterea nec quiſq̃ aggreſſus eſt dicere diuerſa eſſe principia. ſed eadẽ quidẽ oẽs omnium eẽ dicũt, uerũ primũ illud, qd dubitauimus, prætereũt, hoc ut quoddam paruum ſumentes:

Confirmat id, quod dixerat ex cõmuni authorũ opinione, & dicit ⁊ præterea nec quiſq̃ aggreſſus eſt dicere diuerſa eſſe



ſa eſſe principia ⁊ .ſ. mortaliũ, atq; immortaliũ ⁊ ſed eadem omnium ⁊ .i. utrorũq; mortalium, & immortaliũ ⁊ oẽs ⁊ authores. ſ. ⁊ eſſe dicunt ⁊ deinde accuſans eoꝝ negligentiam dicit ⁊ uerũ primũ illud, qd dubitauimus ⁊ .i. quod primo quæſiuimus, quo mõ. ſ. ex eiſdem principijs alia caducaꝝ alia ſempiterna generantur ⁊ prætereunt ⁊ atq; omiſerunt diſſerere ⁊ hoc ut paruum quoddam ſumentes. vt paruum quoddã ⁊ hoc eſt ut quoddã paruꝫ momẽti, quaſi nullã hñs difficultatẽ ⁊ prætereũt ⁊ verbũ prætereunt græce eſt ὑπο-τρέχουσιν & antiquus trãslator/cõcedũt/trãſtulit, & Expoſitor expoſuit. i. leuiter trãſeunt, qd, ut inquit, eſt concedere. qd confirmat per Boethiũ, qui uerbũ illud iterpretat/deglutiunt/qd eſt leuiter ꝑtranſire. Sed Alex. reſpuunt/expoſuit. Sed hæc oĩa in idẽ ueniunt. Et ſoluendo quæſitũ Alex. quod Ariſt. ⁊ .ſ. huius diluet, ait Ariſt. uelle non eadem eſſe ſempiternorũ, atq; mortaliũ principia, neq; mortaliũ omnia principia eſſe ſempiterna, etenim forma nõ eſt ſempiterna. Materia vero eſt illa quidẽ ſempiterna, non tñ ad perpetuandũ inepta, ſed pati potius, atq; alterari apta. Sed de his. i. ⁊ .ſ. huius dilucidius: licet expoſitores præueniant ſoluendo, vt patet in eorum expoſitionibus.

TEX. 16. Hoc autem omnium & ad contemplandum difficillimum. & ad cognoſcendam ueritatẽ maxime neceſſarium eſt, utrũ ipſum ens, & ipſum unum ſubſtantiæ ſint rerum. & utrum ipſorum non aliud quicq̃ ſit, ſed alterum quidem unum ſit, alterum autem ens. an quærere oportet quid nam ſit ipſum ens, ac ipſum unum, & alia natura ſubiecta?

Nunc diſputat dubitationẽ decimãnonã, ex primo repetit eã, cuius cõnis, ut ſuperius diximus, plures ſunt ſenſus, ſed ſequẽdo ſenſum Alexandri qõ diſputanda eſt, utrum ens & vnũ rer; ſubſtantiæ. i. principia ſint, quæ hoc ipſo ſint vnũ, & ens, ut nec alteri enti inſint, & hãc naturã ſignificẽt in ijs, de qbus prædicant. q. d. Vtrũ ens & unũ ſint rer; principia accipiẽdo ens & unũ, vt Iuniores dicunt, in ſuppõne ſimplici: an ſit alia his ſubiecta natura, quæ ſit rer; ſubſtantia, atq; principiũ, cui uel qbus ſubiectis, ſi plura ſint, vnũ ipſum & ens accidant, quæ oporteat quidnã ſint inueſtigare ignis ne, vel aqua, an aliud qcq̃. Primo ergo repetit qõnẽ, deinde exponit qõnẽ ibi ⁊ & vtrũ ipſoꝝ non aliud quicq̃ ⁊ quantum ad primã partem dicit ⁊ hoc aũt omnium & ad cõtemplandum difficillimũ, & ad cognoſcendã veritatẽ maxime neceſſariũ eſt, utrũ ipſum ens & ipm unum ſubſtãtiæ ⁊ .i. principia ⁊ ſint rer; ⁊ deinde exponit hanc qõnẽ, & dicit ⁊ & ꝓ ideſt ⁊ utrũ ipſoꝝ ⁊ .ſ. ipius entis & ipius unius ⁊ nõ aliud quicq̃ ſit ⁊ .ſ. rerũ principiũ, cui ens, & vnum inſint, vel de quo ꝓdicent, quale eẽt ignis, vel aqua, vel aliud tale ⁊ ſed ⁊ ſubaudi ipſa duo in ſuppõne ſimplici accepta ſint rerũ principia quoꝝ ⁊ alterũ quidẽ unum ſit, alterũ aũt ens, an ⁊ non ipſum unum & ipm ens in ſuppõne ſimplici, ſed in ſuppõne ꝑſonali ⁊ quærere oportet quidnã ſit ipm ens, ac ipm unũ ⁊ quæ ſunt principia, dico qd ſit ipm ens, ac ipm unũ ⁊ ut alia natura ſubiecta ⁊ de qua ens & unũ predicant. vꝫ utrum ſit ignis, uel aqua, uel aliqd tale, de quo ens & unũ prædicãtur, rerũ ſit ſubã, ac principiũ. Ergo qõ eſt verum ens & unũ in ſuppõne ſimplici, uel in ſuppõne ꝑſonali ſint rer; principia. hic eſt ſenſus qõnis ſm Alex. dixit aũt hanc qõnem eſſe difficillimam ꝓpter efficacia argumentoꝝ pro utraq; parte, dixit ẽt & ad cognoſcendã ueritatẽ maxime neceſſariã, ex eo, quia ex hac ipſa qõne tota opinio Platonis, & Pythagoricorum pendet, qui numeros rer; ſubſtãtias eſſe aſſerebant, & tota opinio philoſophoꝝ naturaliũ, quorũ aliꝭ ignẽ, aliꝭ aerẽ, aliꝭ aquam, aliꝭ tale id genus, ſubſtantiam rerum eſſe dicebant. Hæc de ſenſu quæſtionis.

Quidam enim illo, quidam hoc modo naturam ſeſe habere putant. nam Plato quidem atq; Pythagorici non aliud quicq̃ ipſum ens, atq; ipſum unũ inquiunt eſſe: ſed id ipſorũ eſſe naturã quaſi exiſtẽte ſubſtãtia ipm unũ eẽ & ens aliqd.

Cum mouiſſet queſtionẽ, nũc cõmemorat quis hoc, quis illo modo exiſtimauerit, ut exponat, q̃ neceſſaria ſit inueſtigatio quæſita: & dicit ⁊ Quidã. n. illo, quidã hoc modo naturam ⁊ ſubaudi rerum ⁊ ſeſe habere putant ⁊ ut expoſitores intelligunt. uel ⁊ naturã ⁊ ſubaudi entis, & unius ⁊ ſeſe habere putãt ⁊ ut Argyropylus, & Alexãder expoſuerũt. deinde exponit, q̃ dixerat, & dicit ⁊ nã Plato quidẽ atq; Pythagorici ipm ens, & ipm unũ ⁊ .i. naturã entis, & unius ⁊ nõ aliud quicq̃ ⁊ ſubaudi à rebus, q̃ fiunt ⁊ inquiunt eſſe. ſed id ipſorum ⁊ .ſ. entis & unius ⁊ eſſe naturã quaſi ⁊ .i. ut ⁊ ipm unũ eſſe, & ⁊ ipm eſſe ⁊ ens aliquid ⁊ ſit rerũ ⁊ ſubſtãtia ⁊ ergo Platonis, atq; Pythagoricoꝝ opinio eſt, ut ipſum ens & ipſum unũ in ſuppoſitione ſimplici, ut Iuniores loquuntur, ſint ſubſtantiæ, atq; principia, & elementa rer;. hæc expoſitores. Alexander uero, ſi recte eius uerba perceperim, ſic ⁊ nã Plato quidẽ, atq; Pythagorici non aliud quicq̃ ipm ens, atq; ipſum unũ inquiunt eſſe ⁊ .ſ. inter ſe ⁊ ſed id ipſoꝝ ⁊ .ſ. entis, et unius ⁊ eſſe naturã, quaſi exiſtẽte ſba ⁊ .i. ⁊ ut ipm unũ eſſe, & ⁊ ipm ⁊ ens aliquid ⁊ .eſſe eadẽ ⁊ ſubſtantia ⁊ ſint, & nullo pacto diuerſa inter ſe, & ſic eſt ſenſus, ut ſit eadẽ ſubſtãtia unũ & ens, perinde atq; unũ & ens ſunt eadẽ ſubſtantia, tũc ens eſſet ſubſtãtia, & unũ eſſet ſubſtãtia. quod vr ambiguũ in doctrina Platonis, ideo Alexãder ſuppleuit dicẽs Platoni placuiſſe rum ens, tum ẽt unũ ſubſtantiam quandã eſſe, qd ex eo intelligit, qa ipm ens, et ipſum unũ ideas eſſe tradidit. Hæc eſt expõ Alexandri, quæ non vr ad ꝓpoſitũ, q̃m qõ, quæ præceſſit, nõ quærit utrũ ens & unũ ſint vna, & eadẽ ſubſtãtia inter ſe, an diuerſa, ſed utrũ ſint una & eadem ſubſtantia rer;, quæ ſiunt, ideo mihi placet prima expoſitio, quã Auerroes ẽt in præſenti loco annuit, cũ in. quit, Plato & Pythagorici opinati ſunt ꝙ unũ & ens nõ ſignificẽt de entibus naturas cõpoſitas. i. aduẽtitias rebus uel denominatiuas ſed fingunt ꝙ utrũq; eoꝝ ſignificet unã intentionẽ. ſ. ſimplicẽ, non cõpoſitã. i. non unũ compoſitũ. i. concretũ ſicut ſignificãt nomina denoiatiua. Ergo vult Auerroes Platonẽ & Pythagoricos voluiſſe ens & unũ in ſuppõne ſimplici eſſe rer; ſubãe, atq; principia: & non in ſuppõne ꝑſonali, ut uolunt naturales. Quare concordat cum prima expoſitione. Q ue Auer. cõme. 16.

Naturales autẽ, ut Empedocles ad notius redigens dicit ipſum ens unum eſſe. Nam ipſum utiq; dicere uidetur concordiam eſſe. hoc enim cunctis eſt cauſa, ut ſint unum.

Cum narraſſet opinionem Platonis, & Pythagoricorũ, nunc narrat opinionẽ philoſophoꝝ naturaliũ principium, & primo eoꝝ qui dixerũt rer; naturaliũ principiũ eſſe unum, et dicit ⁊ Naturales aũt ⁊ .ſ. authores ⁊ ut Empedocles ad notius redigẽs ⁊ .i. ut uerbis notis loqueretur ⁊ dicit ipm ens ⁊ qd ſubaudi principiũ rer; eſſe ait ⁊ eſſe unũ ⁊ .ſ. noto nomine appellato ⁊ nam ipſum utiq; dicere vr concordiã eſſe ⁊ cuius rõnẽ affert, & dicit ⁊ hoc enim ⁊ .ſ. concordia ⁊ cunctis eſt cã, vt ſint unũ ⁊ Quare ens, qd ẽ rer; principiũ apud Empedoclẽ, eſt unum, uel ens in ſuppõne ſimplici. Cauſa aũt quia cõcordia in cũctis cã eſt unitatis. Sed dices non ne apud Empedoclem diſcordia, & quatuor elemẽta ſunt principia rerum. Dicendũ ita eſſe, ſed enumerauit cõcordiam, vt Auerroes ait, q̃m cõcordia magis eſt digna noĩe unitatis, quippe cum id, quod eſt cauſa vnitatis, ſit unum eſſentialiter primo. Q ue Auer. Cõme. 16.

Alij uero aerem eſſe inquiunt hoc unum, & ens, ex quo ea, quæ ſunt, & eſſe, & fieri dicunt.

Nunc narrat opinionē aliorū,& dicit { alij vero hoc } .f. principiū,quod est { vnum & ens, inquiunt esse aerem { ut Anaximenes,& in codicibus Argyropyli,habet { alij uero ignem, alij aerē inquiūt esse hoc vnū ens } ignē Heraclitus, aerem Anaximenes,ut Alex.exposuit { ex quo ea,quę sunt, & esse,& fieri dicunt } nam siue ponat aer,siue ignis, semp ex eo dicunt ea,quæ sunt & esse,& fieri.

Eodem modo faciunt & hi, qui plura afferūt elementa. necesse est enim & hos dicere ipsum ens,& ipm unū esse tot, quot eē principia dicūt.

Nunc narrat opinionē eorum,qui posuerunt rerū esse plura principia,asserēs ēt hos opinatos esse unūquodq; illorum principiorū esse ens,& esse unū.q.d. philosophos naturales, qui plura esse principia opinati sunt,ens,atq; unum illis attribuisse,dicit { eodē modo faciunt & hi,qui plura afferūt elementa } .i.principia:cuius rōnem assignat,& dicit { necesse est.n.& hos dicere ipm ens,& ipm unum esse tot } .i. prædicari de tot { quot esse principia dicūt } qppe cū vnūquodq; eorū principiorū,quæ ponunt,sit ens,& unum.Ergo siue ponant principia plura,siue unū tantū, semp volunt illud esse ens,& unum. At Arist.ponens tria principia,formam ponit esse ens,& vnū,priuationē uero non ens, at materiam quasi mediū inter ens,& non ens. Reducunt igitur oēs opiniones, quæ sunt de rerū principijs,ad tres, nam alij dixerunt ipsum ens,& ipm unum esse rerū principia,quatenus ipsum ens, & ipm unum sumunt in suis naturis simplr,hoc est in suppositionibus simplicibus.& hęc fuit opinio Pythagoricorum,& Platonicorū:alij dixerunt ens & unū esse rerū principia,quatenus sumunt pro uno vel pro pluribus, q̄ enti & uni subijciuntur,ut pro igne,uel pro aqua,uel pro aliquo uno tali,vel pro pluribus talibus,ut pro atomis,ut Democritus, uel pro corporibus indiuiduis,ut Anaxagoras:alij,ut Peripatetici dixerunt,plura principia,quorū formam ens,priuationem non ens,materiam autem medium inter ens & non ens asseruerunt. hæc de principijs.

*Opiniones de rerū principijs.*

Fit aūt si quispiam non posuerit ipsum unum & ipsum ens substantiā quandā esse,ut neq; cæterorum vniuersaliū quicq; sit. Hæc.n. maxime omniū vniuersalia sunt. Si igit nō sit quicquam unū ipsum,ac ipsum ens, multo minus cęterorū quicquā fuerit p̄ter ea quæ singularia dici solēt.

Cōmemoratis,atq; expositis dissensionibus, quæ de principijs sunt,nunc qōnem incipit disputare, ac in primis in eā partē disputat,q̄ est eorū,qui dicunt vnū & ens nō esse substantias:& primo argumentat unū & ens esse substātias. sic apud expositores,si unū & ens nō sint substantiæ separatæ, nullū uniuersale erit separatū:si nullū uniuersale est separatum,nihil erit in rerū natura p̄ter singularia. melius aūt cum Alex.argumentū est,si ens,& unū non sint substātiæ, nullū cæterorū vniuersaliū erit substātia.tenet ꝯña, qm̄ si maxime vniuersalia,quæ p̄dicant de oībus vl'ibus, & quæ p̄dicant de oībus entibus, nō sint substātiæ:neq; cętera entia,neq; cętera vl'ia erunt subæ.patet ꝯña,qm̄ quicqd negat a superioribus,negat ab inferioribus per regulā primi priorū,quæ est dici de nullo,Quare in rerū natura uel nihil est suba, uel nihil p̄ter singularia est suba:vn̄ dicit { fit aūt,si quispiā nō posuerit ipm unū,& ipm ens subam quādā esse,ut neq; cęterorum vl'iū vllum sit } .f.suba,immo fit,ut vel nullū ens mūdi sit suba,uel nihil aliud p̄ter singularia.deinde pbat ꝯñam, & dicit { hæc.n.omniū maxime vl'ia sunt,quæ videlicet de oībus vl'ibus,ac de oībus entibus p̄dicant.deinde repetit argumentū,& dicit { si igit nō sit quicq; } .i.suba { vnū ipm, ac ipm ens } quæ sunt vl'issima { multo minus cæterorum quicq; fuerit } .f.suba vel nullū ens erit suba { p̄ter ea, quæ sunt singularia } qm̄,ut diximus,qcqd negat a maxime vniuersalibus,negat ab oībus,quæ illis subijciunt. Quare recte sequit,ut uel nihil in rerū natura sit substantia,uel solū singularia sint subæ.Hanc expōnem Alexandri sectat Auerroes, vt patet legētibus uerba eius. Argumētū ēt Expositoris pōt hēre vim,qm̄ apud Plat.nihil est separatū, qd' non sit suba, & ens in rerū natura.Quare seqt,si ens & unū nō sint subę, vt nō sint separata,& vt nō sint in rerū natura.& sequit vlterius,ut nullū aliud vniuersale sit suba,nec separatum, nec ens in rerum natura,& sic in rerū natura nō erunt nisi singularia. Quare argumentum Expositoris ēt locum hēre pōt.

*Q ue Auer. Com.16.*

Pręterea si ipsum unum non sit substantia,patet neq; numerū esse,ut quandā a rebus separatā naturam.nam numerus quidem est unitates,unitas autem proprie unum quid est.si uero sit quippiam ipsum unū, & ipsum ens necesse est ipsum unum, & ipsum ens ipsorū substantiā esse. nō.n. aliud quicq; uniuersaliter p̄dicat,sed hæc ipsa.

Secundo argumentat hoc pacto ad idē s̄m Alexā.si ipm ens,& ipm unū non sit suba,numerus nō erit suba:quasi qd discretū,ac p̄ se exn̄s,ut Platoni, ac Pythagoricis videbat. huius ꝯñę cām assignat ex eo,qm̄ numerus est unitatū compositio,unitas aūt idem est,atq; unū. Quare si ipm unū nō sit suba,nec vnitates quidē subæ erunt,si nō unitates,nec numerus certe,quo fiet,ut numerus accn̄s sit,non suba,cū unū non sit suba,sed alij cuipiā accidat:vn̄ dicit, p̄terea si ipsum unū non sit suba { patet neq; numerū esse naturā,ut quandā separatā a rebus } .i.patet neq; numerū esse subam. intelligit.n.per naturā,ut quandā a rebus separatā subam.deinde probat ꝯñam,& dicit { nā numerus quidē est vnitates } .i. vnitatū cōpositio { vnitas aūt quod vnum qd est } .i.pprie unū quid est,uel sub unū ut genus continet,qm̄ unū de ipsa prædicat. Sed dices numerū nō esse substantiā, sed accidēs. est verū,qm̄ numerus est de p̄dicamēto quātitatis,qd' est accidens.Rn̄dens Alex.hoc absurdū,qd' intulit,non Arist.sed his incōmodū intulit,qbus placet numerū esse subam quandam separatā.Fuerunt.n.vt diximus,quibus numerus suba quædā esse videret.nā cui mathematica subæ quædam esse videbant,is numerū in substātijs hēbat. Expositores v̄o alr & hoc pacto argumētant,si unū non sit separatū, ut natura quædā per se exn̄s,numerus non erit natura separata ab his, quæ sunt in materia. ꝯña patet,qm̄ numerus nō est aliud q̄ cōpositio unitatū. Consequens uero est cōtra authores positionis,qui dixerūt numerū esse naturā quandā separatā. Verum utraq; expō venit in idē,ut pximo textu patet. Deinde argumentat s̄m Alex.ad oppositū confirmans unū.f.& ens non esse subas per se,& dicit { si uero sit quippiā ipm unum & ipsum ens } .i.substātia,ut sit antecedens si ipsum unum, & ipsum ens sit substantia { necesse est ipsum unū,& ipsum ens esse subam ipsorū } subaudi de qbus p̄dicant unū et ens. sequitur enim ut esse ipsorū,de quibus vnū & ens prędicant nō sit aliud q̄ esse unū,uel eē ens,cuius rationē subdit { non enim aliud qcq; uniuersalr p̄dicat } .i.neq;.n.ens & unū diuersa sunt à subiectis,de qbus p̄dicat { sed sunt hęc ipa } .i. eadē eis,de qbus p̄dicant. hęc est una expō Alexādri.uel sic ut ipe ēt expōit { nō.n.aliud qcq; ul'iter } subaudi de substātia { p̄dicat, sed sunt hęc ipa } .i.nisi unū & ens, ut qcqd est s̄ba,utrū sit,& ens,nec aliud qcq̄ sit, q̄ hęc ipa.nā queadmodū,qa qd' de hoībus p̄dicat,id homo est,iccirco ea,de qbus p̄dicant hoīes sunt,nec aliud qcq̄,sic eorū subiecta,de qbus ens,& unū in s̄ba p̄dicant,unū erūt, & ens,si ens,& unū s̄bę quędā sunt.nā neq; aqua,neq; ignis de entibus prædicatur, ut aqua uel ignis ipsorum substantia esse dicatur,sed ens,& unū.quare si ens,& unū s̄bę sunt,ac de entibus uniuersaliter prędicant,hęc ipa unum & ens.f.s̄ba erūt eorum,de quibus prædicantur. dicit tamen Alexander uerba hæc { si uero sit quippiam ipsum unum & ens,necesse est ipsorum substantiam esse unū ipsum, et ipsum ens } in eos dicta accipi pos-

*Prima expō Alexādri. Secunda expositio.*

se,qui



se,qm̄ ens & unum dicebant esse ideas,per eos enim quibus ipsum vnum, & ipsum ens ideas esse placebat, necesse est vnum & ens esse horum substantiam.non enim ipsum unū & ipsum ens diuersa existentia vniuersaliter de rebus prædicantur.alioquin iam non esset ipsum ens,& ipsum vnum. Sed hæc quatenus vnū est,& ens,de alijs vniuersaliter prædicantur. Vel sic demum, nam non aliud quicq; vniuersaliter prædicatur,nisi hæc ipsa,hoc est,quia non aliud de ipso vno,& ipso ente prædicatur,vt ipsa sint eius naturæ, quam id significat,qd' vniuersaliter prædicat, sed hæc ipsa unū & ens de ipsis prædicantur. Hæ sunt tres expōnes Alexandri: quarum prima perspicua est,vltima vix intelligibilis. Expositores vero putauerunt Arist.hic non esse argumentatū ad oppositum qōnis,sed esse argumentatū contra secūdam partē syllogismi:quem voluerunt esse diuisiuum, cuius prima pars refutat per duo absurda,secūda aūt refutat hic per vnum absurdum. At, vt diximus, Alexander voluit Arist. hic argumentari ad oppositum qōnis,vt perspicuum est.

*Tertia expositio.*

*Differentia expositionū.*

At uero si sit quippiam ipsum ens, & ipsum unum,magna erit nimirum dubitatio,quonam modo quicq; aliud præter hæc erit. dico autem hoc pacto quonam modo entia erūt plura uno, id enim non est,quod est aliud ab ente. quare necessario fit ratione Parmenidis, ut vnū sint omnia entia,atq; hoc sit ens ipsum.

Secundo Arist.argumentat,& s̄m expositores hoc mō, quicquid est diuersum ab uno,vel ab ente,non est ens. Sed si ipsum unū,atq; ipm ens sunt separata ab his entibus, quæ sunt in materia,hæc entia quæ sunt in materia, sunt diuersa ab ente,vel ab vno: Igitur hæc entia, quæ sunt in materia, non erunt entia. Quare non poterunt esse plura entia,quæ sunt in materia.Hæc expositio,ut mihi videt, non consonat verbis Arist.propterea Alex.sic argumentat, si ens & vnū substantiæ sint,plura uno non erunt in rerū natura.deducit, qm̄ si ens & unum sunt rerum substantiæ,omne qd' est,erit vnum per substantiā:sed plura uno non sunt vnū per substantiam:igit plura vno non erunt ens in rerū natura. vnde dicit { At uero si ipsum ens,& ipsum vnū sit quippiam } .i. substantia rerū,quę sunt { magna erit nimirū dubitatio quonam mō quicquā aliud præter hæc } .f.ens & unū { erit } deinde exponit id,qd' intulit,& dicit { dico autē hoc pacto, quonam mō } in rerū natura { erunt entia plura uno. } qm̄ sequit,ut entia plura vno non sint in rerū natura, & hoc p̄bat,& dicit { id.n.non est } .f.in rerū natura { qd' est aliud ab ente } Sed plura entia vno,sunt aliud ab ente, quoniam sunt aliud ab uno: ergo plura entia uno nō erunt in rerū natura.deinde cōcludit obiter q̄ omnia sint vnū, quod vnum est idem,qd' ens,& dicit { quare necessario fit rōne Parmenidis,vt omnia entia } quæ.f.sunt in rerū natura { sint vnū, & hoc } .f.vnum { sit ipm ens } .i.qd' quidē unum est idē, quod ens. Argumentū uero est tale, quicqd est præter ens: non est in rerū natura:quicqd est præter unum,est p̄ter ens. igitur quicquid est præter unū,non est in rerū natura.Quare oportet oīa ea,quæ sunt in rerū natura,esse unū. Hæc est expositio Alex.quæ multū consonat verbis Arist.hanc expōnem ēt balbutuit Auerroes licet valde obscure, tn̄ colligit tandē ut nulla multitudo sit oīno.& hoc ideo,quia apud Platonem unū & ens significant vnā intentionem numero,hoc est unam substantiam particularem numero, & ita auferet multitudo oīno:quoniam cum multitudo non sit vnum numero,multitudo non erit ens omnino.

*Q ue Auer. com.16.*

Vtroq; autem modo difficultas est. nam siue ipsum unum non sit substātia,siue sit,quippiam ipsum unum, impossibile est numerum substantiam esse. Si igitur non sit, dictum est antea id ob quod illud eueniet,sin autem sit, eadem dubitatio emerget,quæ de ente fieri solet, ex aliquo nanq;,& pręter ipsum unum erit hoc aliud unū. necesse est.n.unū non esse. omnia aūt entia aut unū,aut multa sunt, quorū unūquodq; est unū.

Nunc tertio ostendit ex ea ratione,quæ dicta est,esse difficultatē in opinione Platonis,ut placet expositoribus,& dicit { Vtroq; aūt modo difficultas est } dico utroq; modo { nā siue ipm unū nō sit suba } .f.separata { siue ipsum unum sit quippiam } .i.substātia separata,quicquid horū detur { impossibile est numerum substātiam esse } scilicet rerum, quæ sunt.deinde exponit partes, & primo primam, et dicit { Si igitur } subaudi unum { non sit } .f.substantia separata { dictum est antea id,ob quod illud eueniet } .f.vt numerus nō sit rerum substantia.nam dictum est, si unum non est substantia separata, numerum non esse substantiā separatam, & si numerus nō est substantia separata,numerus nō est rerum substantia.qm̄ apud Platonē numerus non pōt esse rerum substantia,nisi numerus sit suba separata.& hoc totum est dictū antea.deinde exponit secundā partē, & dicit { sin aūt } ipsum unū.f. { sit } substantia separata { eadē dubitatio emerget,quæ de ente fieri solet } dubitatio uero de ente separato hæc est,nam si det ens separatū ab entibus sensibilibus,nullū ens sensibile erit ens.qm̄ quicquid est p̄ter ens separatū,est nihil:omne ens sensibile est p̄ter ens separatū: igitur omne ens sensibile est nihil. Simili mō de uno separato,quoniam quicquid est præter unum separatum, est non vnum:omne ens sensibile,& omne vnum sensibile est pręter unum separatum: ergo ens sensibile, & unum sensibile est non unū.unde dicit { ex aliquo nanq; } cōpositum,quale est unum sensibile,quod est ex materia { & præter ipsum unum } .f.separatū { erit hoc aliud vnū } .f.sensibile, quod esse absurdum probat, & dicit { necesse est enim } aliquod { unum non esse } .f.in rerū natura. Quòd si tale unū materiale nō est,nec multitudo erit,qm̄ omnis multitudo ex uno materiali constat.deinde destruit hoc probans,q̄ multitudo sit,& dicit { omnia aūt } .i.sed multitudinē non esse est absurdum,qm̄ { omnia entia } quę.f.in rerū natura sunt { aut unū,aut multa sunt } quorū.f. multorū { unūqdq; est unū } idest unaquæq; pars est unitas. Quare si unū sensibile non est,nec multitudo erit. Aīaduerte in toto hoc pcessu supposuisse Arist.ens & unū apud Platonē non dici nisi s̄m rōnem unā,& ideo apud eū,quicquid est præter ens, & præter unū separatum,qd' ipse ponebat substātiam rerū,est præter omne ens,& sic est nihil.qm̄ ens,& separatū ens idem est oīno. Simili modo substātia,& substātia separata, numerus & numerus separatus idē est apud Plato.secus aūt apud Aristot. qui ens,& unū, & substātiā,& numerū æquiuoca esse putat entibus separatis,& sensibilibus:vt.4.huius declarabit.Hęc ad mentē expositorū puto esse asserēda. Alex.aūt vult Arist. nunc confirmare quāuis unū substātia sit,non tn̄ numerum substantiā esse posse.f.quia oīno non erit,cū pręter unū nihil sit futurū.nā quod est præter unū,non est unū, queadmodū qd' est præter ens,nō est ens.Quòd aūt multa esse non possint,patet,quia multa ex multis unitatibus constituunt. multæ aūt unitates esse nō pn̄t, alioquin p̄ter unū quicq; esse. q̄ si multa esse non pn̄t,nihil certe magis numerus,cum numerus unitatū multitudo multa sit.Quā expositionē laborat applicare uerbis.Ego uero cū non potuerim hanc expōnē verbis applicare,iure eā prætermisi ijs, qui poterunt. Si quis tn̄ uoluerit,poterit applicare alia rōne hoc pacto { utroq; autē mō difficultas est.f.in opinione Platonis, nā sequit s̄m eius opinionem ut numerus non sit substantia, qd' est cōtra eū, & q̄ hoc sequat,pbat,& dicit { nā siue ip3 unū nō sit suba, siue sit quippiā.i.substantia { ipm unū,impossibile est numerū subam esse } qm̄ iposs ibile est numerū esse,uel fore oīno,

& ſi impoſſibile eſt numerum eſſe, uel fore, impoſſibile eſt numerum eſſe ſubſtantiam. deinde exponit primã partem, & dicit { ſi igitur non ſit } .ſ. vnum ſubſtantia { dictum eſt antea id, ob quod illud eueniet. illud } .ſ. vt numerus non ſit ſubſtantia. nam dictum numerum eſſe vnitatum cõpoſitionem. & ita ſi vnum non ſit ſubſtãtia, nec numerus erit ſubſtantia. uel dictum eſt id, ob quod ſequitur numerũ nõ eſſe ſubſtantiam, quoniam dictum eſt, ſi unum non eſt ſubſtantia, numerus non eſt. non enim eſſe poteſt numerus, niſi unũ ſit ſubſtantia: & ſi numerus non eſt, numerus non erit ſubſtantia: & ſic patet prima pars. deinde probat ſecundã partem, & dicit { ſi igitur } ſubaudi vnum { ſit } .ſ. ſubſtantia: { eadem dubitatio emerget, quæ de ente fieri ſolet } videlicet vt numerus non ſit, quia non eſt unum, ſicut non eſt id, quod non eſt ens. Quòd autem numerus non ſit, probat & dicit { ex aliquo nãq; & } .i. quod eſt { præter ipſum unum, erit hoc aliud unum } .ſ. numerus erit. nã erit ex multis, quæ ſunt præter vnum. Numerum enim appellauit aliud unum, & reddit cauſam quare numerus eſt aliud unũ, & dicit { neceſſe eſt enim unum non eſſe } Numerus enim non eſt unũ, ſed hoc eſt abſurdum quoniam { omnia entia aut unũ aut multa ſunt, quorum } .ſ. multorum unũquodq; unum eſt, ueluti pars. At ſi hęc applicatio tibi non placuerit, recurre ad primam, quoniam illa captu facilis eſt. Vtrum uero ſit ad Ariſt. mentem, conſideratione dignum eſſe arbitror.

Zenonis opinione. κατὰ μὲν τὸ ζήνωνος ἀξίωμα. Secundum Zenonis dignitatem.

Præterea ſi indiuiſibile ſit ipſum unum, nihil erit profecto Zenonis opinione. quod enim neque cum additur, neque cum aufertur, maius, uel minus aliquid facit, id aſſerit non eſſe ens. quippe cum ens magnitudo ſit, & ſi magnitudo, corporea eſt. hoc enim omni ex parte eſt ens, cætera uero ſi addantur, partim faciunt maius, partim non faciunt, ut ſuperficies, & linea. punctum autem, & unitas nullo pacto faciunt maius.

Secundum expoſitores hæc eſt ſecunda ratio ad probandum unum ſeparatũ, quod eſt indiuiſibile, nihil eſſe hoc pacto, ens eſt quod additum alicui facit maius, ſubtractum vero minus. hanc maiorem pro dignitate habebat Zeno, unũ ſeparatum, quod eſt ſimpliciter indiuiſibile, nec additum alicui facit maius, nec ſubtractum facit minus: Igitur unum ſeparatum, quod eſt ſimpliciter indiuiſibile nihil eſt. de ratione primo affert concluſionem ſub forma propoſitionis hypotheticæ, & dicit { Pręterea ſi ipſum unum } .ſ. ſeparatum { ſit indiuiſibile, nihil erit, pfecto Zenonis opinione } .i. Zenonis ſententia, ac proloquio: ſiue dignitate, deinde exponẽs dignitatem Zenonis, accipit maiorem, & dicit { quod enim neq; cum additur, neq; cum aufertur, maius, uel minus aliquid facit, id aſſerit non eſſe ens } hæc eſt dignitas Zenonis, fuit autem hic Zeno Eleata Parmenidis diſcipulus, cui nihil omnino eſſe placebat, quod cuipiam additum ipſum maius non efficeret, nec ſeductũ, minus. hæc eſt maior. deinde reddit cauſam, quæ ſolum apud eum locum habebat. ſ. ens, & corpus cõuertunt inter ſe. & dicit { quippe cũ ens magnitudo ſit, & ſi { ens } magnitudo eſt, corporea eſt } Cuius rationem affert, & dicit { hoc enim } .ſ. corpus { omni ex parte eſt ens } quoniam corpus additum alicui facit maius ſm lineam, & ſm ſuperficiem, & ſm profunditatem, & ſubtractum ſimiliter ſm omnem dimenſionem facit minus { Cętera uero } .i. ſed cæteræ magnitudines { ſi addãtur, partim faciunt maius, partim non faciunt, ut ſuperficies, & lineæ } Linea enim addita lineæ ſm longitudinem facit maius, ſm vero latitudinem, non facit. Superficies etiam addita ſuperficiei ſm latitudinem facit maius, & ſecundum longitudinem, ſed non ſecundum profunditatem. ergo ſunt partim ens, partim nihil. Ex ea enim parte, qua maius faciunt, ſunt entia. Ex altera uero, qua non faciunt ſunt non entia. Hæc de maiore ſyllogiſmi, & de eius expoſitione. Deinde affert minorem, & dicit { punctum autem & unitas } .ſ. ſeparata { nullo pacto faciunt maius } .ſ. ſi alicui addantur, nec minus, ſi demantur: igitur punctum & vnitas nihil ſunt, & ſic argumento Zenonis patet unum ſeparatum nihil eſſe.

Sed quoniam hic inepte admodum contemplatur, & poteſt in ratione rerum aliquid indiuiſibile eſſe, ut & hoc pacto ſit & ad illum quædã reſponſio. nam tale non maius quidem, ſed plus faciet, ſi addatur.

Introducit quandam reſponſionem, quę eſt ut concedatur unũ, quod eſt indiuiſibile, non facere maius, neq; minus, tamen facere plus, uel paucũ: & hoc ſufficit ad rationẽ entis ut videlicet in continuis maius, in diſcretis plus faciat. vnde dicit { Sed quoniam hic } .ſ. Zeno { inepte admodum contemplat̃, & poteſt in ratione rerũ aliquid indiuiſibile eſſe } ideo fieri poteſt { ut & hoc pacto ſit & ad illum quædã reſponſio } quæ ſi non ſit ad rem, ſaltem tamen habeatur ad hominen: quam reſponſionem explicãs dicit { nam tale } ſcilicet unum indiuiſibile { non maius quidem } uel minus, ſed plus { faciet } uel paucum { ſi addatur } uel dematur. ſed uerba illa { & poteſt in ratione rerũ aliquid indiuiſibile eſſe } in codice nr̃o ſic legunt̃ καὶ οὐκ ἐνδέχεται εἶναι ἀδιαίρετόν τι, i. & non contingit eſſe indiuiſibile aliqd, & tunc erit ſenſus, ſed quoniam Zeno inepte contẽplatur { & } .i. itaq; { non contingit eſſe indiuiſibile aliquid } ſecũdũ eum: ideo oportet eſſe ad eum aliquam reſponſionem.

Sed quonam pacto ex una tali, uel pluribus magnitudo erit? eſt enim hoc perinde atq; ſi linea ex punctis conſtare dicatur.

Contra eam reſponſionem obijcit ex ſententia Pythagoricorum primo, ubi annotatione dignum Pythagoricos, vt Alexãder inquit, illud unum aſſeruiſſe non ſolum numerorum cauſam eſſe, ſed magnitudinum. modo licet unũ additum alteri faciat plus, & ſic ſit cauſa numeri, non tamen uidetur poſſe eſſe cauſa magnitudinis, ut Pythagorici putauerunt, ex eo quia facit plus. non enim ex vno indiuiſibili, vel pluribus, quia faciunt plus, conſtituitur magnitudo. nã hoc dicere ſimile eſt, ac ſi dicatur lineam componi ex punctis, quia tam unitates quàm pũcta indiuiſibilia ſunt: vnde dicit { Sed } ſubaudi quærendum { quonam pacto ex vno tali, uel pluribus } talibus { magnitudo erit } .ſ. ex ea parte, qua indiuiſibile additũ facit plus { eſt enim hoc } .ſ. dicere { perinde, atq; ſi dicatur linea ex pũctis conſtare } quia tã puncta quàm unitates indiuiſibilia ſunt.

At uero & ſi quiſpiam hoc pacto putat, ut ex uno ipſo, ac alio non uno quoddam, numerus ipſe fiat, quemadmodum quidam dicunt, non minus tamen quærendum eſt, cur, & quomodo interdum numerus, interdum magnitudo id erit, quod inde oritur, ſi non unum ipſum inæqualitas, & natura eadem erit. non enim patet aut quonã pacto ex uno ac ipſa, aut quomodo ex numero quodam, & hac eadem magnitudines fient, & orientur.

Cum contra eam reſponſionem obieciſſet per ea, quæ Pythagorici fatentur, nunc obijcit per ea, quæ Platonici dicunt. Platonici enim aſſerunt, & numeri, & cæterarum magnitudinum duo eſſe principia unũ videlicet, & aliud quoddam non unum, hoc eſt numerum quẽdam, quem Plato inæqualitatem, & indefinitã dualitatem uocat, quam indefi-

nitam



nitam dualitatẽ magnum & paruum appellabat. hæc ergo duo putabat numerorum, atq; magnitudinũ principia. quærit ergo Ariſtoteles quomodo ex uno, & ex non uno, quę eſt indefinita dualitas coniunctis hoc quidem numerus, illud uero magnitudo fit. non enim numeri tantum ex his, ſed etiam magnitudines per Platonem generantur, nã ſi inæqualitas, & dualitas indefinita, quæ una eademq; natura ſunt. principium eſt numerorum, & magnitudinum, quomodo ex uno & ex hac copulatis magnitudo aliqua effici poteſt, cum hæc vim numeri generandi habeant? vnde dicit { At uero & ſi quiſpiã hoc pacto putat, ut ex uno, ac alio non uno quodã } qui eſt quidam numerus, inuicem copulatis { numerus ipſe fiat, quemadmodum quidam } .ſ. Platonici { dicunt, nõ minus tamen quærendum eſt, cur, & quomodo } ex illis inuicem copulatis { interdum numerus, interdum magnitudo id erit, quod inde oritur } quæ difficultas potiſſimum oritur { ſi ipſum non unum inęqualitas et natura eadem erit } nam ſi vna eademq; natura erit, non videtur quomodo ex illa fieri poſſint diuerſa, cum ab uno non niſi vnum proficiſcatur { Non enim patet aut quonã pacto ex vno ac ipſa } ſcilicet inæqualitate copulatis inuicem magnitudines fient, & orientur } Sed quia aliquis dicere poſſet numerum primo fieri ex his, deĩde ex numero magnitudines, ideo ſubdit { aut quo modo ex numero quodam, & hac eadem } .ſ. inæqualitate { magnitudines fient, & orientur } hæc enim difficultas in doctrina Platonis eſſe videtur. difficultas uero prior in doctrina Pythagoricorum. quo uero ad verba attinet, cũ dicit { ſi non vnum ipſum inæqualitas & natura eadẽ erit } ideſt ſi non vnum ipſum eſt inæqualitas, quæ inęqualitas eſt vna & eadem natura, quomodo ex hac fieri poſſunt numeri, & magnitudines ex eiſdem enim quo eadem ſunt, diuerſa non poſſunt generari: cum ab vno inquantum eſt unũ, non proueniat niſi vnum: vt ſuperius dictum eſt. De ſolutione huius quæſtionis non eſt hic locus diſſerendi, ſed a quarto huius reſponſio, & dilucidatio petenda eſt.

Cõmẽ.4. TEX.17.

Poſt hæc autem ſequitur dubitatio utrum numeri, corpora, ſuperficies, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint, aut non ſint.

Nunc diſputat vigeſimãtertiam quæſtionem quam more ſolito primo mouet, & dicit { poſt hæc autem ſequit̃ dubitatio, vtrum numeri, corpora, ſuperficies, ac puncta ſubſtantiæ quædam ſint } .ſ. rerum { aut non ſint } .ſ. ſubſtantiæ rerũ, ſed accidentia, ſed quoniam græca verba ſunt, ἐχομένη ἀπορία, i deſt contigua dubitatio, ideo Expoſitores laborant declarare, quonam modo hæc quæſtio ſit cõtigua quęſtioni proximæ, & dicunt hanc quæſtionem eſſe contiguam quæſtioni proxime, ſicuti numerus contiguus, ac pximus eſt vnitati. nam proxima quæſtio quærebat, vtrũ vnũ ſit rerum ſubſtantia, hæc quærit vtrum numeri ſint rerum ſubſtantiæ. ſiquidẽ corpus, ſuperficies, & linea numeri ſunt. quoniam ſicuti punctum eſt vnitas, quæ poſitionem habet, ſic linea eſt dualitas poſitionem habens, & ſuperficies trinitas poſitionem habens, & corpus quatrinitas etiam poſitionem habens. quare cum hæc quæſtio ſit de numeris, præcedens autem de vnitate, hæc videtur illi ἐχομένη. i. contigua, ac immediata: modo videlicet quo numerus eſt contiguus vnitati.

Nam ſi non ſint, præterit nos quidnam ſit ens & quænam ſint ſubſtantiæ rerũ? affectus enim motus, relationes, diſpoſitiones, ac orationes nullius rei ſubſtantiam ſignificare uidentur. omnia nanque de aliquo ſubiecto dicuntur & nihil hoc aliquid eſt. Quę vero maxime ſubſtantiam ſignificare uidentur, ſunt ignis, aqua, & terra, ex quibus corpora mixta conſtant, horum aũt caliditates quidem, frigiditates, ac tales affectus non ſunt ſubſtantiæ, ſed corpus ſolum, quod hæc patitur, atque ſuſcipit, permanet, quia eſt quid, & ſubſtantia quædam.

Cum mouiſſet quæſtionem, nunc argumentatur ad partes, & primo argumentatur qui corpora ſint ſubſtantiæ, & vis ſyllogiſmi eſt, Omnia entia aut ſunt corpora, aut quædã corporum qualitates: ſubſtantiæ non ſunt corporum qualitates: igitur ſubſtantiæ ſunt corpora, & econuerſo corpora ſunt ſubſtantiæ. procedit ergo interrogatiue, & dicit { nam ſi } corpora ſubaudi { non ſint } ſubaudi rerum ſubſtãtiæ { quidnam ſit ens, & } pro ideſt { quænam ſint ſubſtantiæ rerum } deinde accipit minorẽ. ſ. ꝙ ſubſtantiæ non ſint corporum qualitates, & dicit { affectus enim motus, relatiões, diſpoſitiones, ac orationes nullius rei ſubſtantiam ſignificare videntur } & per affectus, ut Auerroes inquit in præſenti loco intelligit paſſibiles qualitates, & per diſpoſitiones qualitates primæ ſpeciei & habitus, per orationes vero ſpeciem quantitatis, deinde reddit cãm huius minoris, & dicit { omnia nãq; hæc, quæ enumerata ſunt { de aliquo ſubiecto dicuntur, & nihil } .i. nullum eorum { hoc aliquid eſt } & ſic patet minor. ſ. ꝙ ſubſtantiæ non ſint corporum qualitates. deinde hanc rationem exponit in exemplis & primo in illis quæ ſunt ſubſtantiæ. & dicit { quæ vero maxime ſubſtantiam ſignificare videntur, ſunt ignis aqua, & terra, ex qbus corpora mixta conſtant } Prætermiſit autem aerem, qa minus ſenſibilis eſt, & ob hanc cauſam aliqui opinati ſunt aerem nihil eſſe. deinde exemplum affert in eis, quæ non ſunt ſubſtantiæ, & dicit { horum autem caliditates quidem, frigiditates, ac tales affectus, non ſunt ſubſtantiæ, corpus autem ſolum, quod hæc patitur, atq; ſuſcipit, pmanet, quia eſt qd, & ſubſtantia quædam } Ex his perſpicua eſt ratio, quę probat corpora eſſe rerum ſubſtantias: & breuiter conſiſtit in hoc, quoniam cætera alia a corporibus accidentia ſunt. ergo ſola corpora ſunt ſubſtantię rerum.

At uero corpus eſt minus ſubſtantia q̃ ſuperficies. & hæc minus quam linea, & linea minus quam unitas pũctumve ſubſtantia eſſe uidetur. his enim corpus definitur, & hæc quidem ſine corpore poſſe eſſe uidentur. corpus autem ſine his eſſe nequit.

Expoſitores Ariſtotelem ad alia procedere aſſerunt, quæ etiam magis eſſe videntur ſubſtãtiæ q̃ corpus, vnde & Alexander etiam confirmat Ariſtotelem docere corpus minus eſſe ſubſtantiam, q̃ proprios ipſius terminos. quoniã ſuperficies magis eſſe videtur ſubſtantia q̃ corpus, & linea q̃ ſuperficies, & punctum q̃ linea, ſed cur hæc oſtendat, Alexander cauſam aſſignat, quia Ariſtoteles oſtenſurus eſt corpus non eſſe ſubſtantiam. per locum a magis, & minus hoc pacto, ſi quæ magis ſubſtantiæ eſſe videntur, ſubſtantiæ non ſunt, certe nec quæ minus. ꝙ autem corpus minus q̃ hæc, ſubſtantia ſit, duplici probat argumentatione, altera ſic, quibus aliquid definitur, ea magis ſubſtantia ſunt, q̃ definitum ab ipſis: corpus autem a ſuperficie linea, & puncto definitur: hæc igitur q̃ corpus magis ſunt ſubſtantia. primo proponit concluſionẽ, & dicit { At vero corpus eſt minus ſubſtã q̃ ſupficies, & hæc minus q̃ linea, & linea minus q̃ vnitas, pũctumve ſubſtantia eſſe videtur } hæ ſunt quatuor concluſiones: quarum prima eſt, corpus eſt minus ſubſtantia q̃ ſuperficies. ſecunda, ſuperficies eſt minus ſubſtantia q̃ linea. tertia, linea eſt minus ſubſtantia q̃ punctum. quarta, punctũ eſt minus ſubſtantia q̃ vnitas. Quæ omnes ponuntur propter hanc concluſionem. quintam videlicet, ꝙ corpus ſit minus ſubſtantia omnibus his. deinde probat hanc concluſionem, propter quam ponuntur illæ quatuor, aſſignans de ar-

gumentatione solam minorẽ,& dicit { his enim corpus desinitur } est enim corpus magnitudo,quæ terminatur altitudine,latitudine,longitudine,& puncto:hæc erat minor. Simili ratione probari potest superficiem esse minus substantiã linea,quoniam definitur per eam, est enim superficies, cuius extrema sunt duæ lineæ.& lineam minus cꝫ punctum,quoniam linea est longitudo,quæ terminatur punctis. & punctum minus cꝫ sit vnitas,quia punctum est vnitas positionem habens. Sed dices,maior quam prætermisit, non videtur vera,non enim ea,quibus aliquid definitur, videntur magis substantiæ q̃ illud quod definitur. Homo enim definitur per animal,& tamen animal non est magis substantia cꝫ homo. Dicendum q̃ hæc argumentatio est probabilis, & non demonstratiua, & probabilitas secundũ Alexandrũ est,quoniam quòd definitur, constituitur in spẽ per ea, quibus definitur.etiam quod definitur,informatur per ea, quibus definitur. Hæc enim causa redditur ab ipso cur forma cꝫ materia magis substantia sit.Secundum autem Expositorem probabilitas est ex eo,quia definitio substantiam significat,& sic cum definientia videantur substantiã afferre rei, quæ definitur: iure definientia videntur magis substantiæ. Altera argumentatio sese ad hunc modum habet, quorum est ea conditio,vt hoc absq; illo esse possit, & non econuerso,in his,quod esse per se potest:magis est substantia, Corpus autem corporisq; termini sic se habent,vt termini absq; corpore esse possint,nõ item corpus absq; illis: Termini igit magis sunt substãtia cꝫ corpus. de ratione affert minorem, & dicit { & hæc quidẽ } .i.quæ termini corporis sunt { sine corpore posse esse videntur , corpus autem sine his esse nequit } hæc est minor,quo vero ad verba ipsa attinet, dixit { posse esse videntur } subsistere enim nihil horum absque corpore potest:non magis q̃ corpus sine his. Intelligẽtia uero,& ratione hæc possunt esse sine corpore, non autem corpus sine his,quia corpus sine superficie intelligi non potest, nec superficies sine linea,nec linea sine puncto. quoniã hæc in ipsorum definitionibus continentur.nam corpus, vt diximus,esse censetur magnitudo,quæ longitudinem, latitudinemq; habet, & altitudinem. Superficies, quæ longitudinem,atq; latitudinem. Linea vero longitudo est non lata, cuius termini sunt puncta. at punctum sine linea, hæc sine superficie,& superficies sine corpore intelligitur. Recte ergo dixit { posse esse videntur } & non simpliciter esse possunt. Sed occurres,nam animal esse potest intelligentia & ratione absq; homine,at homo nequaquã absq; animali, & tamen animal non est magis substantia cꝫ homo. Dicendũ, vt prius, hanc argumentationem esse probabilem, non autẽ demonstratiuam : atq; necessariam,& eius probabilitas est, vt Expositor ait,quia cum substãtia sit primum in entibus, illud quod est prius,probabile est, vt sit magis substantia, licet non sit necessarium id esse magis substantiam.

Dubitatio.

Quocirca plericꝫ homines quidem , ac ueteres corpus quidem substantiam,& ipsum ens esse arbitrabantur. Cætera vero huius affectus: quare & principia corporum, principia rerum esse putabant.

Cum narrasset argumẽtationes,quibus probauerat corpora esse potissimum substantias rerum : nunc ad illius sententiæ confirmationem,priorum citat opiniones: quorũ antiquiores,quicꝫ parum exacte de rebus disseruerunt, substãtias rerum corpora,ac principia corporum corporea esse stuebant.& dicit { Quocirca } .i.propter supradictas rationes igitur { plericꝫ homines quidem , ac veteres } subaudi qui parum exacte de rebus disseruerũt { corpus quidẽ substantiam,& ipsum ens esse arbitrabant,cætera uero } .s.preter corpus { huius affectus } .i. accidentia corporis. deinde exponit qualia principia quærebant,& dicit { quare } .s. volentes rerum principia inquirere,atq; entium & substantiarum { & principia corporum principia rerum } .s.substantiarum & entium { esse putabant } vt libro primo expositum est: & sic solum corporea principia inquirebant.

Dubitatio.

Posteri autem, & ij qui sapientiores his esse sunt visi, numeros.

Nunc narrat opinionem Pythagoricorum, & Platonis, & dicit { Posteri autem } .i.posteriores vero his { & ij, qui sapientiores his esse sunt visi } videlicet Pythagorici,& Plato,qui habiti sunt sapientiores { numeros } subaudi dicebãt esse principia rerum. Cuius rationem affert Expositor,quia numeri componuntur ex vnitate, quæ est vna potissimum rerum substantia.vel melius cum Alexãdri expositione, ga numeri magis cꝫ corpora sunt substantiæ : cum superficies trinarius,linea binarius,numeri sint, punctum autẽ vnitas: quæ magis substantias esse quàm corpus superius ostendit. Quòd si hæc sint magis substantia cꝫ corpus,& hæc sint numeri,sit, vt numeri magis cꝫ corpus substantia sint : & magis cꝫ corpus rerum principia.

Vt igitur dicebamus,si non sint hæc ipsa,substantia : nulla prorsus erit substantia , nullumq; omnino ens . non enim ea,quæ his accidunt,dignum est entia appellare. At vero si id quidem concedatur,ut videlicet longitudines, ac puncta magis cꝫ corpora substantia sint : hæc autẽ quorum nam sint corporũ,non videmus,( esse enim in sensibilibus nequeunt) non erit profecto substantia vlla.

Expositor hunc textum diuidit in duas partes,In quarum prima Arist.inferre vnam hypotheticam ait,& eam verã esse ostendere.In secunda ibi { si id quidem concedatur } asserit Aristotelem obijcere in contrarium , probareq; corpora non esse substantias. Alexãder vero vult Aristotelem in toto hoc textu probare corpora nec esse substantiam,nec ens.& eius syllogismus est loco à magis ad minus hoc pacto,si quæ magis substantiæ esse videntur , substantiæ non sunt,certe nec quæ minus;sed superficies,linea,& punctа magis cꝫ corpora substantiæ videntur esse,ut superius ostẽdit, et tamen non sunt substantiæ: igitur nec corpora substantiæ erunt.vel hoc pacto,si superficies , linea & puncta non sunt substantia,nulla prorsus erit substantia, nullumq; omnino ens. hæc ostensa est superius,quia si quæ magis uidentur esse substantiæ,& non sunt,quæ minus esse videnť substantiæ,non erunt substantiæ : Sed superficies,linea, & punctum non sunt substantiæ:igitur nec corpora . Primo ergo accipit maiorẽ,& dicit { vt igitur dicebamus,si hæc ipsa } scilicet superficies,linea, & punctum { non sint substantia, nulla prorsus erit substantia, nullumq; omnino ens } nõ.n. corpora, vt quæ minus sint substantia,non item quæ corporum sunt accidentia { non enim ea,quæ his } .s.corporibus { accidunt,dignum est entia } .i. substantias { appellare } rerum.hæc est maior,& eius probatio, deinde minorem nõ explicat,sed probationem maioris,& dicit { at vero si id qdem concedatur,vt videlicet longitudines } subaudi superficies { ac puncta magis cꝫ corpora substantia sint } hæc erat probatio maioris,sed minor subaudiẽda est, vt Alexander subaudit hoc modo { hæc autem } .i.& hæc non sunt substantia,nam si linea,superficies, & puncta sint substãtia { quorum nam sint corporum, non videmus } Cuius rationem affert,& dicit { esse enim in sensibilibus nequeũt } quale enim punctum definimus,nihil tale in corporibus sensibilibus est reperire,nec qualem lineam,cum minime accipere liceat in corpore sensibili longitudinẽ a latitudine prorsus separatam,nec item superficiem sine altitudine.itaque si hæc entia essent,& substãtiæ,in corporibus sensibilibus haberentur,



berentur,quare si non habeãtur in corporibus sensibilibus, ne substantiæ quidem fuerint.demum affert conclusionem, & terminat suspensionẽ,& dicit { non erit profecto substantia ulla } & ita corpora non erunt substantia,nec ens,& uis totius syllogismi est,si quæ magis uidentur esse substantiæ, non sunt,quę minus substantiæ esse uidentur, nõ erunt substantiæ: sed magis uidentur substantiæ superficies, linea, & punctum cꝫ corpora , ut ostensum est superius, & non sunt substantiæ.quod probatur,quoniam si sunt entia, & substãtiæ, in corporibus sensibilibus erunt. sed horum nullum est in corporibus sensibilibus ut probatum est. Igitur horũ nullum est substantia,aut ens.hæc est uis syllogismi,ut Alexandro placet: & expositio totius textus.

Præterea hæc omnia partim in latitudinem, partim in altitudinem, partim in longitudinem corporis diuisiones esse uidentur.

Secundo idem probat hoc pacto,quæ sunt corporũ affectiones , & in diuisione corporum fiunt, non sunt substantia:sed superficies,linea,& punctum sunt corporũ affectiones, quæ in diuisione corporum fiunt: igitur non sunt substantia . De ratione affert minorem , & dicit { Præterea hæc omnia } scilicet superficies, linea, & punctum { partim in latitudinem , partim in altitudinem, partim in longitudinem , corporis diuisiones esse uidentur } in latitudinem quidem, quia corpus à linea per latitudinẽ secatur.in altitudinem uero,quia corpus a superficie per altitudinem diuiditur. in longitudinem deniq;,quia corpus à puncto in longitudine separatur. ergo superficies,linea,& punctum,aut sunt diuisiones corporum,aut indiuisionibus corporũ consistũt. non ergo possunt esse substantiæ.cum diuisiones corporum nec sint subecta,nec in propria natura cõsistentes: verbum uero diuisiones græce est, τὰ διαιρέσεις,& diuisiones intelligit Alexander in sua lingua . Et Auerroes loco uerbi diuisiones legit differẽtias.in trãslationibus Argyropyli, & Expositoris,legiť,dimensiones,& sic puto dictionẽ esse corruptã.

Que Auer. com.17.

Insuper æque in solido quæuis figura est, quare si neque in lapide Mercurius sit,neque tesseræ dimidium sit in tessera sic definitum : ergo neque superficies erit.nam si quæuis esset, & ipsa profecto esset , quæ dimidium ipsum definit. eadem & de linea, & puncto, ac unitate est ratio.

Hæc est tertia argumentatio ad idem, quæ apud expositores potest hoc pacto cõponi,omnis substãtia alicuius est actu in eo,cuius ponitur substantia:sed superficies, linea,& punctum non sunt actu in eo,cuius ponuntur substãtiæ:igitur nõ sunt substantiæ alicuius.probat minorem,ex eo,quia pari ratione superficies, & figura sunt in solido & in corpore: sed figura non est actu in corpore: igitur nec superficies: quòd autem figura non sit actu in corpore,probat inductione,quoniam Mercurius non est actu in lapide,nec figura dimidij tesseræ est actu in tessera : & sic de alijs figuris. igitur nulla figura est actu in corpore. Alexãder uero quasi in idẽ ueniens sic componit, quæ cõsideratione in corporibus esse dicuntur,non sunt substantiæ : sed linea,superficies,& punctum consideratione in corporibus esse dicuntur:igitur non sunt substantiæ.minorem probat ex eo,quia pari ratione superficies,& figura reperiuntur in corporibus:sed figura cõsideratione est in corporibus, anteq̃ sit formata,ut patet inductione.ergo superficies consideratione est in corporibus: de ratiõe affert probationẽ minoris, & dicit { pręterea eque in solido } .i.in corpore { quæuis figura est } subaudi & superficies, quoniam utraq; in corpore est sola cõsideratione. tunc affert minorem, & dicit { quare si neq; in lapide Mercurius sit } subaudi anteq̃ fuerit formatus, nisi cõsideratiõe tantũ { nec tesseræ dimidiũ sic definitum } ut est figura dimidij tesseræ { sit in tessera } anteq̃ in ea sit formatum, nisi consideratione tantum. & sic de alijs figuris, quæ in solidis non sunt adhuc formatæ { ergo neq; superficies erit } .s. in corporibus, nisi sola consideratione. Quòd autẽ superficies dimidij non insit corpori anteq̃ diuidatur, probat, & dicit { nam si quis esset } .i.nam si qua esset anteq̃ corpus secaretur in dimidia { & ipsa profecto esset, quæ dimidij ipsum definit } atq; determinat:at hæc non est in corpore nisi sola cõsideratione anteq̃ corpus secetur:quare nulla superficies est in corpore anteq̃ diuidatur, nisi sola cõsideratione. Deinde amplificat sermonẽ,& dicit { eadẽ & de linea,& punctо, ac unitate est ratio } quoniam eodem modo hæc in corporibus sunt sola consideratione uelut figura ipsa. quo uero ad uerba attinet per lapidem, rudem lapidẽ, & per corpus, rude corpus intelligit.nam figura in rudi corpore sola consideratione est.immo Alexander,quia figurę,& dimensiones in rudi corpore non sunt,nisi cogitatione,concludit figuras, & dimensiones non esse in rudibus corporibus. quoniã quę sola cogitatione accipiuntur esse in aliquo,non sunt in ipso, immo nihil sunt.Quo uero ad uerba attinet tessera græce κύβος, est autem tessera quatuor latine,& proprie id corpus dicitur,quod omni ex parte quadratum est:ueluti taxillus,siue talus , & cubus etiam.

Quare si corpus quidem maxime substantia sit, hæc uero magis cꝫ corpus, non sint autem hæc, neque sint substantiæ quædam, præterit sane quidnam sit ens ipsum, & quæ tandem sit substantia rerum.

Postq̃ docuit nec superficiem,neq; lineã, neq; punctum, neq; unitatem substantiam esse, quasi consequens eorum, quæ demõstrata sunt,assumit,& dicit { Quare si corpus quidem maxime substantia sit } ut dictum est { hæc uero } .s. superficies,linea,punctum,& unitas { magis } sunt substantia { cꝫ corpus } tunc urens loco a maiore & minore dicit { non sint autem hæc } hoc est & hæc nõ sint entia { neq; sint substantiæ quædam } ergo per locum à maiore { præterit } nos { sanè quidnam sit ens ipsum,& quæ tandem sit substantia rerum } nam cum corpora non sint,nec corporũ diuisiones , dubium erit quid sit rerum essentia , ac substantia apud hosce. puto enim per ens essentiam uoluisse eum intelligere.

Nam ultra ea , quæ dicta sunt , præter etiam rationem accidunt ea,quæ circa generationem, corruptionemque eueniunt. substantia enim si prius non erat , & nunc est : aut si antea erat , & postea non est , hæc ipsa pati cum generatione , corruptioneque uidetur. At fieri non potest , ut puncta , lineæ , superficiesue , quæ interdum sunt , interdum non sunt , generentur , uel corrumpantur . cum enim corpora se tangunt simul , fit superficies una : cum diuiduntur , duæ . Quare neque compositis , est , sed euanuit,& diuisis sunt, quæ prius nõ erant.non enim indiuisibile punctum bipartito diuisum est . & si generantur, & corrumpuntur , ex aliquo generantur.

Hæc est quarta ratio, qua probare enititur corporis terminos non esse substantias , quos magis cꝫ corpus substantiã esse docuerat, & Alexander sic componit syllogismum, substantiæ, quæ prius non erant, per generationem ad esse procedunt:rursus quę prius erant, ad nõ esse procedunt per

corruptionem.termini procedũt ad eſſe ſine generatione,& ad non eſſe per corruptionem : igitur termini non ſunt ſubſtantiæ.uel ſic ſubſtantia eſt, quæ per generationem incipit eſſe,&per corruptionem deſinit eſſe:ſed termini nec per generationem,nec per corruptionẽ incipiũt,uel deſinunt eſſe: igitur termini non ſunt ſubſtantia.de ratione primo indicat abſurdum, & dicit { Nã ultra ea } .ſ.abſurda { quæ dicta ſunt,præter etiam rationem accidũt ea } alia abſurda { quę circa generationem, corruptionemq; eueniunt } deinde explicat argumentationem,quæ ducit ad abſurdam,& primo affert maiorem, & dicit { ſubſtãtia enim ſi prius nõ erat, & nũc eſt,aut ſi antea erat,& poſtea nõ eſt, hæc ipſa pati cum generatione,corruptioneq; uidetur } .i.ſubſtãtia eſt, quæ incipit eſſe,& deſinit eſſe per generationem,& corruptionem. hæc erat maior,deinde affert minorem, & dicit { at fieri nõ poteſt,ut puncta,lineæ,ſuperficiesve,quæ interdum ſunt,interdum nõ ſunt,generentur, uel corrumpãtur } hæc eſt minor,cuius duæ ſunt partes.prima pũcta,lineæ,ſuperficies interdum ſunt,interdum nõ ſunt . Secunda uero licet puncta lineæ,& ſuperficies interdũ ſint,& interdum nõ ſint,tamen nec generanẽ,nec corrumpuntur.Ariſt.ergo primo p exempla probat primam partem,ſecunda ibi { & ſi generanẽ, } probat ſecundã partem . Primam partẽ probat exẽplis , & dicit { cum.n.corpora ſe tãgunt ſimul } .ſ.in unum { ſit } de nouo { ſupficies vna } nõ quidem ex illis duabus, qbus corpora terminabanẽ ante contactum ; ſed illæ priores deſinunt eſſe,& hæc de nouo eſt,quæ prius nõ erat { Cum diuiduntur } .ſ.poſtea illa duo corpora,quæ erant redacta in vnum { duæ } .ſ.ſuperficies emergunt de nouo, quæ prius non erant.non quidem ex illa una emergũt,cum ſuperficies indiuiſibilis ſit,ſed illa deſinit eſſe,& hæ duæ de nouo ſunt, quæ prius non erant.Ex his exemplis ueram reddit minorẽ, & dicit { quare neq; cõpoſitis } .ſ.corporibus in unũ contactum { eſt } .ſ.prior ſuperficies,uel remanſerunt priores ſuperficies { ſed euanuit } uel euanuerunt,& alia de nouo eſt, quæ prius nõ erat.non.n.quæ de nouo eſt,ex illis prioribus copulatis ſit,ſed prioribus deſinẽtibus,hæc de nouo eſt, quę prius non erat { & } corporibus illis { diuiſis,ſunt } duę nouæ ſuperficies { quæ prius non erant } Non enim hæ ſiunt ex illa vna,ſed illa deſinente,hæ ſunt , quæ prius non erant. non enim prior diuiſibilis eſt . Simili modo cum in puncto ſit diuiſio,non eſt putandum ex vno pũcto fieri duo { non enim indiuiſibile punctum diuiſum } vel diuidi poteſt { bipartito } ideſt in duo,ſed priore puncto deſinẽte, duo de nouo ſunt,quæ lineas diuiſas terminant,quæ prius non erunt. patet ergo corporis terminos eẽ de nouo , qui prius nõ erãt: & non eſſe , qui prius erant . Hæc fuit prima minoris pars. Deinde probat ſecundam partem, & dicit { & ſi generantur, & corrumpuntur, ex aliquo } .ſ.materia { generanẽ } & in aliquid ſcilicet materiam corrumpuntur,ſed nõ eſt reperire materiam, ex qua hæc generantur , & in quam corrumpuntur:ergo hæc incipiunt & deſinunt eſſe ſine generatione,& corruptione,& ſic habetur tota minor . Expoſitor aſſignat cauſam quare hæc nec generantur ex materia, nec corrumpuntur in materiam ex eo , quia ſunt ſimplices formæ : quæ non habẽt materiam ex qua, ſed bene in qua. Quam expoſitionem Auerroes olfecit, cum dixit in calce commenti,omne illud quod per generationem incipit eſſe, & per corruptionem deſinit eſſe, compoſitum eſſe ex materia & forma . Cuius ſignum affert, quoniam minima pars corporis,cum generetur,atque corrumpatur, eſt compoſita ex materia & forma . Sed hæc Expoſitoris cauſa non videtur tuta,quoniam a pari nullum accidens generareẽ,cum omne accidens ſit forma,quæ non habet , niſi materiam in qua. Quare poſſet dici terminos corporis generari,& corrumpi ſaltem,vt quo.compoſitum enim eſt , quod generatur vt quod . forma vero omnis generatur vt quo: & ſic dici poſſet terminos corporis generari , atque corrumpi , videlicet generatione , ac corruptione ſuorum totorum, quorum ſunt partes . Fortaſſe Expoſitor defendi poteſt, quatenus non loquitur in demõſtratiuis, ſed in probabilibus ſylogiſmis . Modo licet non ſit neceſſarium terminos eſſe ingenerabiles , atque incorruptibiles,quia ſunt ſimplices, eſt probabile : & hoc ſatis eſt ad rem Ariſtotelis. poſſet etiam dici , vt innuit Alexander, Ariſtotelem feciſſe hanc rationem ſuppoſita doctrina Platonis, qui terminos corporis voluit eſſe abiunctos a materia omnino , quoniam eis nulla ſubijcitur materia . & ſic apud Platonem non ſolum carent materia ex qua , ſed etiam materia, in qua : cum ſint abiuncti , quibus nulla prorſus materia ſubijcitur . Erit igitur ratio probabilis ſaltem ad hominem .

Q̃ne Auer. Cõmẽ.17.

**Similiter autem & res ſeſe habet circa ipſum momentum , quod eſt in tempore . Non enim id generari , atque corrumpi poteſt . Attamen uidetur aliud ſemper eſſe, quia non eſt ſubſtantia quædam . Eodem autem modo res ſeſe habere patet & circa puncta , & lineas , atque plana . Eſt enim eadem in uniuerſis his ratio . nam omnia ſimiliter aut termini,aut diuiſiones ſunt .**

Momenti, τὸ νῦν, Nunc.

Diuiſiones, διαιρέσεις, Dimẽſiões.

Tam expoſitores quàm Alexander uult Ariſtotelem declarare id, qđ dictum eſt in ſuo ſimili hoc pacto , vt in ipſo nunc ſeu momento , quod temporis eſt terminus , res ſeſe habet , ſic in puncto , linea , & ſuperficie . Hæc enim cuncta pari ratione ſunt termini : vt corporis ſuperficies, ſuperficiei linea,lineæ vero punctum : momentum autem temporis . Inſuper pari ratione ſunt diuiſiones . Momentũ temporis,punctum lineæ , linea ſuperficiei , ſuperficies corporis . Sed momentum iam eſt & prius non erat, & iam non eſt , & prius erat, ſine generatione ac interitu . ergo & punctum , & linea , & ſuperficies iam eſt , & prius non erat: & iam non eſt , & prius erat ſine generatione , & interitu.Primo ergo affert maiorem , & dicit { ſimiliter autem & res ſeſe habet circa ipſum momentum , quod eſt } ſubaudi punctum { in tempore } & exponit modum,quo ſeſe habet momentum in tempore , & dicit { non enim id generari, atque corrumpi poteſt } vt ſupponit { attamẽ videtur aliud ſemper eſſe } quoniam eſt & prius non erat, & eſt & poſtea non erit , & hoc ſemper . Quòd autem ſit, & prius nõ fuerit , & non fuerit , & prius fuerit , & hoc ſemper ſine generatione , & corruptione . probat , & dicit { quia nõ eſt ſubſtantia quædam } ſubaudi quæ materiam habeat , ex qua generetur , & in quam corrumpatur.deinde complet maiorem , & dicit { eodem autem modo rem ſeſe habere patet etiam circa puncta , & lineas, atque plana } eſt igitur tota maior , ſicut momentum quod eſt terminus temporis, eſt,quod prius non erat , & non eſt , & prius erat ſine generatione , & interitu : ita termini corporis ſunt , qui prius nõ erant , & non erunt , qui prius ſunt ſine generatione , & interitu . probat hanc ſimilitudinem , in qua conſiſtit maior, & dicit { eſt enim eadem ratio in vniuerſis his , nam omnia ſimiliter aut termini , aut diuiſiones ſunt } termini quidem, quatenus in extremo conſiderantur , diuiſiones vero , quæ in medio intelliguntur , in quo diuiduntur ea , quorum ſunt diuiſiones . Hæc eſt maior vniuerſa , & eius probatio. Minor autem ſubaudiri debet in hunc modum , ſed momentum , quod eſt punctum temporis,eſt, quod prius non erat non eſt , quod prius erat ſine generatione,& interitu & hoc ſemper : igitur puncta , lineæ , ſuperficies , quæ ſunt termini corporis , ſunt , quæ prius non erant , & non ſunt , quæ prius erant ſine ortu , & interitu . Ex ijs patet quæſtionem illam , vtrum idem nunc numero ſit in vniuerſo tempore, non habere hic locum , cum Ariſtoteles , vt Alexander exponit,non aſſerat eſſe idem nunc numero in vniuerſo tempore

Error eorũ, qui mouẽt quõnẽ de momẽto.

pore



pore,ſed aliud , atque aliud ſecundum eſſe. nunquam enim talem ſenſum Ariſtoteles hic ſomniauerat . Sed, vt Alexander inquit , aſſerit ipſum nunc , quod eſt punctum temporis, eſſe quod prius non erat , & non eſſe , quod prius erat, & hoc ſemper ſine ortu , & interitu . Hoc autẽ non eſt illud, quod expoſitores diſputant . Quare hæc quæſtio locum hic non habet : tamen vt ſequerer errorem communem , eam in dilucidario diſputaui . Attentione tamen dignum Ariſtotelem accepiſſe pro explorato momentum eſſe, quod prius non erat, & non eſſe, quod prius erat ſine ortu , & interitu: Alexandrum vero hoc aſſumptum ſic oſtendiſſe primo quia ſi momentum generaretur, in tempore primum generaretur : quod autem in tempore primum generatur , diuiduum eſt, parteſq; obtinet, ac in quadam habetur diſtantia . nam quod in tempore generatur, eius pars alia generata eſt, alia pars generatur . Per temporis enim partes rei generandæ partes giguntur. Secundo omne, quod oritur , ſubiectum aliquod habet, vt dictum eſt, momento autem nihil ſubijcitur . Expoſitor autem hoc ſic oſtendit, quoniã ſi momentum generaretur , vel corrumperetur, oporteret generationem : & corruptionem eius menſurari tempore, uel momento , & ſic daretur aliud tempus , vel aliud momentum , quæ menſura eſſet ortus momenti , & occaſus, & ſic procederetur in infinitum . Quare recte dictum eſt momentum eſſe de nouo ſine generatione , & de nouo non eſſe ſine interitu . quoniam eſſe de nouo , & non eſſe de nouo momentum poteſt ſine omni menſura, hoc eſt nec in tempore, nec in momento . At generari , vel corrumpi nihil poteſt , niſi vel in tempore , uel in momento , & inde patet hoc argumentum non valere, hoc nunc primo eſt , igitur generatur . nec illud , hoc nũc primo non eſt , ergo corrumpitur . Item etiam hoc argumentum non valere perſpicuum eſt , hoc nunc primo, igitur in tempore , vel momento hoc nunc primo eſt.nec illud hoc nunc primo non eſt , igitur in tempore , uel momento hoc nunc primo non eſt . Hæc enim omnia perſpicua ſunt legenti , ac conſideranti verba Ariſtotelis . Ex quibus omnibus patet eorum error , qui aſſerunt momentum generari , & corrumpi in momento,ſed non in alio a ſeipſo . Putauerunt enim idem momentum eſſe menſuram ſui ortus , atque occaſus , quod eſſe omnino delirium ex ijs , quæ Alexander expoſuit , dilucidum eſt. Sed contra ea , quæ Ariſtoteles dicit, occurres, quoniam ſi poteſt nunc aliquid primo eſſe , quod immediate ante hoc non erat , & ſine generatione , ergo creatione . Similiter ſi poteſt aliquid nunc primo non eſſe ſine corruptione , quod immediate ante hoc erat ; ergo per annihilationem . Quare apud Ariſtotelem erit & creatio , & annihilatio . Quidam concedunt , quoniam Ariſtoteles in textu ait , Quòd ſi hæc generarentur , & corrumperentur , ex aliquo generarentur , & corrumperentur , quod ipſe repetat abſurdum . dicunt productionem horum non ita eſſe creationem , quin ſupponatur ſubiectum , in quo ſunt : nec ita annihilationem , quin relinquatur ſubiectum in quo erant . Alexander tamen pro abſurdo aſſerit hæc indiuiſibilia habere ſubiectum , aſſerit enim his nihil ſubijci , ſed de hac re alias differendum eſt, nunc vero ſatis ſit monſtraſſe locum .

TEX.18. **Omnino autem dubitauerit quiſpiam cur & quærere alia quædam præter ſenſibiles & medias res oportet , ut ea , quæ ponimus ſpecies.**

Nunc diſputat ſextam quæſtionem , & primo mouet eam , deinde diſputat partes . Quæſtio igitur eſt , quomodo probari poſſit eorum ſententia , quæ præter ſenſibiles ſubſtantias , & medias ideſt mathematicas , quaſdam alias cauſas inquirunt , afferuntq; vt authores idearum : vnde dicit { Omnino autem dubitauerit quiſpiam, cur & quærere alia quædam præter ſenſibiles , & medias res } ideſt mathematicas { oportet , vt ea , quæ ponimus ſpecies } ideſt ideas & dixit { ponimus } vt innueret ſe eſſe enumerandum inter Platonicos : vt primo libro expoſuimus . Quo vero ad quæſtionem attinet, attentione dignum Ariſtotelem vnum ſupponere , & alterum quærere . Supponit enim vltra res ſenſibiles & res medias , quæ mathematicæ dicuntur , eſſe ideas , quæ dicuntur tum formæ , tum ſpecies . Quærit vero cauſam , vt Auerroes inquit , quare neceſſarium fuit ponere huiuſmodi ideas vltra res ſenſibiles & vltra res medias . Vel vt Alexander ait quærit quo modo probari poſſit eorum ſententia , quæ præter ſenſibiles ſubſtantias , & medias , ideas fatetur . aut, vt Expoſitor dicit, quærit rationem , quare præter ſenſibiles ſubſtantias , & præter mathematica , quæ ſunt media inter res ſenſibiles, & ideas , neceſſarium ſit ponere tertium genus, hoc eſt ideas.

Q̃ne Auer. com.19.

**Nam ſi propterea quod res mathematicæ ab his alia quidem differunt ratione , hoc autem q; quædam multæ ſint eiuſdem ſpeciei , non differunt , non erunt ipſarum principia numero definita ( quemadmodum & literarum numero quidem omnium non ſunt principia definita , ſpecie uero ſunt , niſi quis huiuſce ſyllabæ , aut huiuſce uocis principia ſumat, harũ enim erunt & numero definita , ſimiliter & in medijs , infinita enim ſunt ſit ibi ea , quæ ſunt ſpeciei eiuſdem ) ſit, ut ſi præter ſenſibilia, & mathematica non aliqua alia ſint,qualia quidam inquiunt ſpecies eſſe , nec una numero , ſpecieque ſubſtantia erit , neq; principia rerum erũt numero , ſed ſpecie definita.**

Fit. ὥστε. Quare.

Propoſita quæſtione argumentatur ad partes , & primo probat oportere eſſe ideas ſeparatas , & vtitur ſylogiſmo hypothetico hoc pacto , ſi præter ſenſibilia , & mathematica non erunt ideæ ſeparatæ ; principia rerum non erunt numero determinata . & ſi rerum principia non erunt numero determinata , contingeret rerum principia eſſe infinita . Hoc vltimum conſequens eſt abſurdum , ergo & primum antecedens . Prima conſequentia probatur , quoniam ſicuti in ſenſibilibus inueniuntur plura , numero principia ſub vna ſpecie , immo infinita , ſic quoque in mathematicis ; Quare oportet ponere ideas præter ſenſibilia , & mathematica , vt rerum principia numero ſint finita . Alexander vero ſic componit , ſi præter ſenſibilia , & mathematica non erit alia ſubſtantia , nullum principium erit vnum numero , ſed tantum unum ſpecie , immo nullum rerum principium erit ſubſtantia . Hoc conſequens putat eſſe abſurdum , ergo & antecedens . Pro intelligentia dictionis animaduerte textum eſſe legendum ſuſpenſiue vſque ibi { ſit vt ſi præter ſenſibilia } nam primo affert antecedens , & eius expoſitionem , antecedens , & eius expoſitionem , deinde ibi { ſit vt ſi deinde illa { ſit vt ſi præter ſenſibilia } nam primo affert præter ſenſibilia } affert conſequens . De prima parte ſumit hanc hypotheticam , ſi res ſenſibiles , & res mathematicæ nõ differunt quantum ad hoc quòd plura ſint eiuſdem ſpeciei ( nam ſicuti plures equi ſunt eiuſdem ſpeciei , ita plures circuli eiuſdem ſpeciei . ) mathematicarum

rerum non erunt principia numero determinata, sed ſpecie dicit { nam ſi propterea quòd res mathematicæ ab his } ſcilicet ſenſibilibus rebus { alia quidem differunt ratione } vt quòd mathematicæ abſtractæ ſint a ſenſibili ipſa materia, Senſibiles vero non { hoc autem } ideſt alia vero ratione videlicet { qd' quędam } earum { multę ſint eiuſdem ſpeciei, non differunt } nam ita circuli plures ſunt eiuſdem ſpeciei, ſicuti equi plures, deinde complens hypotheticam ſubdit { non erunt ipſarum } ſcilicet rerum mathematicarum { principia numero definita } immo contingit earum principia eſſe numero infinita. & non contentus ſimilitudine rerum mathematicarum cum rebus ſenſibilibus, probat principia rerum mathematicarum non eſſe numero definita per ſimilitudinem ad principia, quæ ſunt ſyllabarum, & dictionum, & lege verba cum parentheſi hoc pacto { quemadmodum literarum } ideſt ſyllabarum, & dictionum literaturam { numero quidem omnium non ſunt principia definita } ſed infinita: nam ſyllabarum, & dictionum elementa, quæ ſunt ſingularia principia, quæque de aliquo prædicantur, non ſunt numero definita, ſed ſpecie. A/ nanque commune principium, quod de ſingulis A/ prædicatur, vnum non numero, ſed ſpecie eſt: quæ ratio eadem eſt in cæteris elementis, ſeu literis. Vt vero in elementis, ſic in ſingulis hominibus homo, & in cæteris ſenſibilibus pari ratione. ſed dixit harum literarum noſtratium numero principia definita non eſſe, ſed ſpecie, Huius autem determinatæ ſyllabæ BA hoc A, & hoc B eſſe principia, & elementa determinata numero. Sic igitur principia ſyllabarum, & vocum ſpecie ſunt finita { niſi } vt inquit { quis huius ſyllabæ, aut huius vocis } ideſt dictionis { principia ſumat, harum enim } ideſt nam cuiuſque harum ſyllabarum, vel dictionum ſingularium { erunt & numero definita } Sicut principia huius hominis ſunt numero finita, ac determinata. Ergo ſicut hominum principia ſunt numero indefinita, ſpecie vero definita; huius autem hominis, aut illius numero determinata: ſic ſyllabarum, & dictionum elementa. atque principia numero indefinita, ſpecie autem definita ſunt. Huius vero ſyllabæ, vel dictionis determinata, tunc redit ad propoſitum, & dicit { ſimiliter & in mediis } ideſt mathematicis { finita enim ſunt } principia rerum mathematicarum { ibi ea, quæ ſunt ſpeciei eiuſdem } huius vero aut illius rei mathematicæ principia numero determinata. Sic igitur patet tam rerum mathematicarum, quàm ſenſibilium principia eſſe numero infinita, tunc terminando ſuſpenſionem dicit { fit, vt ſi præter ſenſibilia, & mathematica non aliqua alia } ſcilicet principia æterna, & ſubſtantiæ ſeparatæ { ſint, qualia quidam } ſcilicet Platonici { inquiunt ſpecies eſſe, nec ſubſtantia } ſubaudi aliquia { erit vna numero ſpecieq; } ideſt neque vna ſpecie, quoniam nulla erit ſubſtantia omnino { neque principia rerum erunt numero, ſed ſpecie definita } quod Platonici pro abſurdo habent. cum dicit { ſpecieq; } vno modo intelligetur natura, & ſubſtantia, vt Alexander exponit, vt ſit ſenſus, nec ſubſtantia aliqua erit vna numero neq; vna natura, ſubſtantiaq; vel ſic, principiorum non erit alterum vnum numero, alterum vnum ſpecie, quoniam id tantum erit, quod vnum ſpecie fuerit, quod non eſt proprie principium in his eſſe. vel melius ad hunc modum ſcriptum eſt { non erit vna numero ſubſtantia, ſed ſpecie } Hoc enim eſt, quod tum è ſuperioribus conficitur, tum ex hoc, quod infertur { neque principia rerum erunt numero, ſed ſpecie definita } nam ſi alia ſubſtantia præter ſenſibiles, & mathematicas nulla ſit, nullæ erunt ſubſtantiæ definitæ, quòd ſi ita eſt, nec principia proprie ſunt ſubſtantiæ, cum non ſint ſubſtantiæ definitæ, neceſſarium eſſe videtur, vt alias eſſe ſubſtantias ſtatuamus, quarum quæque proprie ſubſtantia ſit, quæ neque cuiuſpiam communione, neq; ex accidenti eſſe habeat, & vnum. nam quod eſt vnum ſpecie, id ex accidenti eſt vnum, non proprie. Vniuerſa ergo ſyllogiſmi vis eſt, ſi ſenſibilia, & mathematica fuerint vnũ ſpecie, nec præter hæc alia fuerit ſubſtantia, nullum principium erit vnum numero omnium ſenſibilium, vel omniũ mathematicorum: quod Plato pro abſurdo habebat. Poſtea vero diſputabitur ſit ne hoc abſurdum, vel ne. Vis ſyllogiſmi.

*Si igitur hoc eſt neceſſarium, & ſpecies ob id ipſum eſſe neceſſe eſt. nam licet non bene poſitionem ſuam declarent ij, qui dicunt ideas eſſe, id tamen eſt, quod uolunt, & hæc ipſi dicãt neceſſe eſt unamquãq; idearum ſubſtantiã quandam eſſe, & nullam per accidens.*

Nunc reſumendo totum, quod diffuſe declarauerat, dicit { Si igitur hoc eſt neceſſarium } vt ſ. entium principia numero definiantur. Sic enim fiet, ut ſubſtantię ſint, nam commune nõ eſt proprie ſubſtantia, ac proinde neq; principiũ, neq; elemẽtum { & ſpecies ob id ipſum eſſe neceſſe eſt } i. profecto idearum aſſertores neceſſaria ratione ducti eſſe videri poſſunt, vt in huiuſmodi opinionem uenirent { nam licet non bene } i. aperte { poſitionem ſuam declarẽt ij, qui dicunt ideas eſſe, propterea q; iſtorum ſnia nihil admodum expreſſum, dictũq; tradit { id tamen eſt, qd' uolunt, & hæc ipſi dicant, neceſſe eſt unãquãq; idearum ſubſtantiã quandam eſſe, & nullã per accidens } i. vlem, ſed unam numero. cõmunium nãq; ſubſtantia non eſt p ſe, ſed ex accidenti.

*At uero ea impoſsibilia, quæ neceſſe eſt euenire, ſi ſpecies poſuerimus, & unũ numero principia ipſa non ſpẽ eſſe, iam antea dixímus.*

Cum ſatis ſuperq; in ſuperioribus textibus Platonis opinionem de ideis expoſuiſſet: Et ih utrãq; partem argumenta poſuiſſet: Penitusq; oſtendiſſet impoſsibile eſſe, ut ideæ eſſent rerum omnium primordia, cum ſeparatæ ſint a ſenſibilibus velut mathematica: Nunc perfecta atque abſoluta hæc quæſtione de ideis per modum epilogi finem imponit, vt alias quoque quæſtiones & opiniones aliorum philoſophorum antiquorum de rebus naturalibus, earumque primordiis exponat, & quid in ipſis ueri, qd falſi ſit, oſtẽdat. Confert enim plerũque falſa, vt collatione verorum tha gis appareant. Nam vero, vt ipſe quoque multis in locis ait, omnia conſonant. Sed reuertamur ad rem. Cum opinionis Platonis adduxiſſet probabilitatem, excuſat ſe ab abſurdis, quæ adduci poſſunt ad partem negatiuam: & dicit { At vero ea impoſsibilia, quæ neceſſe eſt euenire, ſi ſpecies poſuerimus, & } ſi poſuerimus { principia ipſa unũ numero, non ſpecie eſſe, iam antea } ſcilicet libro primo { diximus } quare bona fronte prætereunda ſunt. Animaduerte ſyllogiſmum ad partem affirmatiuam breuiter conſiſtere in hoc, quòd ſi ſenſibilia, & mathematica fuerint vnum ſpecie, nec præter hæc alia fuerit ſubſtantia, nullum principium ſit unum numero omnium ſenſibilium, vel omnium mathematicorum, quod Plato pro abſurdo habet. Sed licet Plato id pro abſurdo habuerit, tamen ſi loquimur de effectiuis principiis, vt ſunt Deus, & intelligentiæ, nihil prohibet ea eſſe numero definita: etiam ſecundum Peripateticos, vt duodecimo huius dilucidabitur. Sin vero de elementariis, qualia ſunt materialia, & formalia principia, Hæc non ſunt numero definita, ſed quemadmodũ ſingularia ſub eadem ſpeciẽ in infinitũ multiplicantur ſecundum numerum, ſic elementaria eorum principia. nec hoc eſt abſurdum, cum infinitudo eorum; non actu ſit, ſed potentia, ac ſucceſſione. Hactenus de ſyllogiſmi vigore.

His



TEX. 19.

*His autem hæc dubitatio propinqua eſt, utrũ potentia ſint ipſa elemẽta, an aliquo alio modo.*

Diſputat nunc uigeſimamprimã quæſtionem, & primo mouet eam, deinde argumentatur ad partes, & dicit { His autem hæc dubitatio propinqua eſt, utrum potentia ſint ipſa elementa, an aliquo alio modo } ideſt actu. eſt autem quæſtio hæc propinqua quæſtioni proximæ, quoniam proxima quæſtio erat, quæ ſunt principia, hæc autem qualia ſint. intro ducitur autem hæc quæſtio, ut Expoſitor inquit, tum occaſione ueterum naturalium, qui ſolum materialia principia poſuerunt, quæ poteſtate ſunt. tum occaſione Platonicorũ. qui ponentes ſpecies eſſe rerum principia, ſolum in actu principia eſſe affirmarunt.

*Nam ſi ſint alio modo, erit aliquid aliud principijs prius. potentia nanq; illam cauſam antecedet. Atque non omne, quod eſt potentia, illo modo ſeſe habere neceſſe eſt.*

Nunc argumentatur ad partes, & primo quod principia ſint potentia: & apud Expoſitorem textus præſens reſoluitur ad unum ſyllogiſmum hypotheticum a deſtructione cõſequentis ad deſtructionem antecedentis in hunc modum: ſi principia rerum actu eſſent, aliquid eſſet prius ipſis principijs: Sed nihil eſt prius ipſis principijs: ergo principia nõ ſunt actu. Maior probatur, quoniam potentia prior actu, ſicut poſſibile eſt prius eſt ipſo ineſſe. quod autem poſſibile eſſe prius ſit ipſo ineſſe, probat, quoniam prius eſt a quo nõ conuertitur conſequentia eſſendi, ut in libro prædicamentorum dicitur: at ſequitur, hoc ineſt, igitur poſſibile eſt ineſſe, & nõ conuertitur, uidelicet hoc poſſibile eſt ineſſe, ergo ineſt. quare patet maior. minor etiam perſpicua eſt, quoniam principium idem eſt quod primum, at primum nihil habet prius. Alexander autem reſoluit textum præſentem in duos ſyllogiſmos: primus eſt, ſi ipſa principia actu fuerint, erit aliquid aliud principijs prius: hoc autem eſt incommodum, ergo & antecedens: actu ergo non ſunt principia. conſequentia uero oſtenditur, quoniam in eadem re potentia quam actu prior eſſe uidetur: unde dicit { Nam ſi } ſcilicet principia { ſunt alio modo } ideſt actu { erit aliquid aliud principijs prius } & exponit quid erit prius, & dicit { potentia nanq; } ſubaudi in eadem re { illam cauſam } ideſt illud principium, quod actu ponitur { antecedet } hæc de prima ratione. deinde aſſert ſecundum ſyllogiſmum, quo probatur eadem conſequentia, hoc pacto, ſi cauſa, & principium eſt actu, aliquid erit prius principijs. deducitur quia potentia prior eſt actu, ſicut poſſe hoc huic ineſſe prius eſt, quã hoc huic ineſſe. probatum autem eſt hoc, quia prius eſt, a quo non conuertitur eſſendi conſequentia. modo ſequitur hoc huic ineſt, igitur hoc huic poteſt ineſſe, & non conuertitur. dicit { atque non omne, quod eſt potentia, illo modo } ſcilicet in actu { ſeſe habere neceſſe eſt } & ſic poſſe eſſe prius eſt quam eſſe. quare & potentia quam actu prior eſt. ſunt ergo duæ rationes, quæ probant eandem conſequentiam.

*Sin autem elementa potentia fuerint, fieri poteſt, ut nullum entium ſit. illud enim quod poſſibile eſt eſſe, nondum quoque eſt. nam ſit quidem id, quod nondum eſt. nihil autem fit eorum, quæ nequeunt eſſe. has igitur dubitationes de principijs dubitare neceſſe eſt.*

Nunc argumentatur ad oppoſitum hoc pacto, ſi elementa potentia, non autem actu ſint, nullum ens erit actu in rerum natura. conſequentia probatur, quoniam potentia eſt id, quod nondum eſt. Principia ergo ſi potentia ſunt, hæc ipſa non ſunt. quod ſi hæc ipſa non ſint, ne illa quidem fuerint, quæ ex ipſis conſtituuntur. & ita nullum ens erit in rerum natura, quoniam nec ipſa principia, nec ea, quæ ex ipſis principijs ſunt. deinde probat poſſibile eſſe id, quod nondũ eſt, hoc pacto, quod ſit, nondum eſt: quod ſit, eſt poſſibile eſſe: igitur in tertia figura, poſſibile eſſe nondum eſt. de hac ratione primo accipit maiorem, & dicit { Nam ſit quidem id, quod nondum eſt } demum ponit quandam propoſitionem loco minoris, & dicit { nihil autem fit eorum, quæ nequeunt eſſe } per hanc uult habere minorem illam, ut Alexander inquit, quod ſit eſt poſſibile eſſe. Ex his colligi poteſt ſyllogiſmus. tunc epilogando concludit { has igitur dubitationes de principijs dubitare neceſſe eſt } ſubaudi propter argumenta pro utraq; parte compoſita.

TEX. 20.

*Et utrum uniuerſalia ſint, an eo ſint modo, quo diximus ipſa ſingularia eſſe.*

Nunc diſputat uigeſimam quæſtionem, & primo mouet eam, deinde argumentatur ad partes. mouendo autem eam dicit { Et utrum } ſcilicet ipſa principia { ſint uniuerſalia, an eo ſint modo, quo diximus ipſa ſingularia eſſe } ideſt an ſint per modum ipſorum ſingularium. Et licet huius quæſtionis ſuperius mentionem fecerat, tamen repetit, quoniam adiungit, ut Alexander inquit, quandam difficultatem, quam ſuperius non tetigerat.

*Nam ſi ipſa uniuerſalia ſint, non erunt ſubſtantiæ. nihil enim cõmunium hoc aliquid, ſed quale ſignificat. ſubſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat.*

Nunc argumentatur ad partes, & primo probat elementa, atque principia non eſſe uniuerſalia, hoc pacto, ſi principia, & elementa ſint uniuerſalia, principia, & elementa non erunt ſubſtantiæ. conſequens eſt falſum, quoniam uel ſubſtantiarum non erunt aliqua principia, uel oportebit dicere ſubſtantiarum principia non eſſe ſubſtantias: & utrunque eſt abſurdum. conſequentia probatur ſic, ſubſtantia ſignificat ſubiectum, & hoc aliquid, non autem quale quid. uniuerſalia ſignificant quale quid, & non ſubiectum hoc aliquid. Igitur in ſecunda figura uniuerſalia non ſunt ſubſtãtiæ. recte ergo illatum eſt ſi principia ſint uniuerſalia, principia non eſſe ſubſtantias. de ratione primo affert hypotheticam, & dicit { nam ſi ipſa } ſcilicet principia & elementa { uniuerſalia ſint } principia, & elementa { non erunt ſubſtantiæ } deinde probat hanc hypotheticam, & accipit primo minorem, & dicit { nihil enim cõmunium } & uniuerſalium { hoc aliquid, ſed quale quid ſignificat } hæc eſt minor, deinde affert maiorem, & dicit { ſubſtantiam autem hoc aliquid ſignificare conſtat } ſubaudi ergo ſi uniuerſalia ſint elementa, atq; principia, principia atque elementa non erunt ſubſtantiæ. Alexander ait per hoc aliquid eſſe intelligendum ſubiectũ, quod ſubiicitur, per quale uero qualitatem circa ſubſtantiam. quoniam quale circa ſubſtantiam definiunt, ut docuit in prædicamentis. Expoſitor per hoc aliquid intelligit id, quod in ſe ſubſiſtit. & per quale, illud, quod eſt unum in multis, & de multis. & ita ſubſtantiam hoc aliquid ſignificare, uerum eſſe dicit, quantum ad primas ſubſtantias, nam hæc proprie in ſe ſubſiſtunt, & propterea maxime, & proprijſſime ſubſtantiæ dicuntur. Vniuerſales autem ſubſtantias ait ſignificare quale, quoniam ſignificant formam in multis exiſtentem. Nam, ut Auerroes ait hic, cõmune non eſt ſingulare, ſed eſt exemplar omnibus ſingularibus habentibus illam formam, ut ipſe exponit duodecimo huius, cum inquit, uniuerſalia enim apud Ariſtotelem ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea conſimilitudinem, ideſt cõmunem formam, & facit ea unam intentionem ex

Q ue Auer. Cõmen. 20.

Cõmen. 4.

his colligitur uniuersales substantias significare quale nō qui-
dem qualitatem de predicamento qualitatis, sed qualitatem
Cōmen.19. substantialem, de qua dicemus quinto huius. Per quæ patet
solus ad hoc argumentum, nam secundæ substantiæ sunt
substantiæ, licet non significent hoc aliquid, sed magis qua-
le quid.

Quod si id, quod communiter prædicatur, hoc aliquid erit, digitoꝫ poterit designari, Socrates sane multa animalia erit, & ipse, & homo, & animal, si unumquodꝫ hoc aliquid, unumꝫ significat. hæc igitur accidunt, si principia uniuersalia esse ponantur.

Remouet unam tacitam responsionem, nam ad argumen
tum pretactum posset dici, & concedi quod communiter
prædicatur, esse hoc aliquid. contra hoc obijcit, si commune
hoc aliquid significat, & sub expositionem cadit, ut quasi di-
gito demonstrari possit, ut Socrates, & indiuidua substantia
demonstratur digito, profecto Socrates erit multa numero
animalia ipse uidelicet Socrates, & animal, & homo, siqui-
dem & homo, & animal hoc aliquid est, & per se, & sub de-
monstrationē, expositionemꝫ cadit, dicit ⁊ Quod si id, quod
communiter prædicatur, hoc aliquid erit, digitoꝫ poterit de
signari ⁊ Est enim secundum expositio primi, nam hoc ali-
quid digito potest designari. quippe cum hoc aliquid subie-
ctum sit, Alexander inquit, & per se subsistens: si itaꝫ quod
communiter prædicatur, hoc modo sit hoc aliquid ⁊ Socra-
tes sane multa ⁊ numero scilicet ⁊ animalia erit ⁊ quoniā cū
Socrates sit tria hoc aliquid, uidelicet ipse Socrates, & homo,
& animal, Socrates erit tria animalia, uidelicet ⁊ & ipse ⁊ sci-
licet Socrates, primum animal ⁊ & homo ⁊ scilicet secundū
animal, & secundum hoc aliquid ⁊ & animal ⁊ tertium ani-
mal, & tertium hoc aliquid. Nam animal prædicatur de se
ipso, & de homine, & Socrate, homo uero de se ipso, & de So
crate, & Socrates de se ipso tantum. quare Socrates erit tria
hoc aliquid, & tria animalia numero: quod cum sit absur-
dum, erit absurdum, ut quod communiter prædicatur, sit
hoc aliquid. tunc epilogando dicit ⁊ hæc igitur accidunt, si
principia uniuersalia esse ponantur. ⁊

**Sin uero non uniuersalia sint, sed ut singularia, non sub scientiam cadunt. scientia nanꝫ omnis uniuersalium est, quare principia erunt alia principijs sane priora uniuersaliter prædicata, si ipsorum scientia sit futura.**

Licet Alexander tribus modis exponat hunc textum, ta-
men melius exponit cum ait Aristotelem nunc in alteram
quæstionis partem transire, probareꝫ principia ipsa nō esse,
ut singularia, & dicit ⁊ Sin uero non uniuersalia sint, sed ut
singularia ⁊ ideſt sin uero principia ipsa non sint uniuersalia,
sed singularia, & indiuidua, rursus subaudi principia ⁊ non
sub scientiam cadunt ⁊ cuius rationem affert, & dicit ⁊ scien
tia nanꝫ omnis uniuersaliū est ⁊ propterea concludit ⁊ qua
re si ipsorum ⁊ scilicet principiorum ⁊ scientia sit futura, prin
cipijs sane ⁊ ipsis ⁊ erunt alia ⁊ adhuc principia ⁊ priora uni
uersaliter ⁊ de eis ⁊ p̄dicata ⁊ per quæ principia scientur, uel
opottebit asserere principiorum nullam prorsus esse scien-
tiam. Atque hæ quidem, ut Alexander inquit, sunt quæstio-
nes in hoc libro disputatæ, rationibusꝫ probabilibus, ac sua
dentibus confirmatæ. si eri enim non potest, ut qui in oppo-
sitas partes disputat, ij probabilibus argumentationibus non
utantur. Quæ nisi huiusmodi essent, sed necessario syllogiza-
rent, solui nequaquam possent.

Finis tertij Libri.

# ARISTOTELIS
## Metaphysicæ Liber Quartus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.
### Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Don Petrum de Toledo.

TEX. 1. S T Scientia q̄dam, quæ ens ea ratione, q̄ est ens, & ea, quæ huic insunt per se contemplatur.

Onueniunt Expositores cum Alexādro Aristotelem in prę
senti libro procedere demon
stratiue, postquam in tertio processit disputatiue, itemꝫ pri-
mo hic definire ea, de quibus hæc scientia considerat. Et pri-
mo proponit esse quandam scientiam, cuius duo est conside
rare uidelicet ens, quatenus est ens, & accidentia per se entis,
quatenus est ens, & dicit ⁊ Est scientia quædam, quæ ens ea
ratione, qua est ens contemplatur ⁊ & hoc est primum ⁊ &
ea, quæ huic ⁊ .i. enti ea ratione, qua est ens ⁊ insunt per se cō
templatur ⁊ & hoc est secundum. sic expositores declarauē
runt. Intellexerunt enim ⁊ per ea, quæ huic insunt per se ⁊
accidentia uidelicet quę enti insunt, quatenus est ens. & dixit
per se, & non simpliciter, quæ huic insunt, ad significandum
ad scientiam non attinere considerare accidentia, q̄ per acci-
dens insunt subiecto suo, sed solum quæ per se insunt. Geo-
metra enim nō considerat de triangulo utrum sit gneus, aut
ligneus, sed quatenus habet tres angulos equales, & reliqua.
Alexander uero per ea, quæ per se insunt enti in eo, quod est
ens, intelligit cōmunissimas sententias, quæ dignitates dicun
tur, quarum cōmunissimam, & nobilissimam illam esse ait
Aristoteles, nō posse, cōtradictionem simul esse uerā. utrum
uero hæc Alexandri expositio sit conueniens, postea uidebi-
tur. item per ens, nō ens, sed ipsum unum intelligit, quoniam
ut inquit, ens, & unum subiecto idem sunt, nec tantum unū,
sed etiam ea, quæ uni subijciuntur. de quorum numero sunt
idē, æquale, & simile. & de oppositis uni, quæ quidē sunt plu
ra. oppositorum nanꝫ cognitio ad eandē pertinet doctrinā.
quo fit, ut de p̄dictorum oppositis eadē consideret: immo &
de omnibus oppositis. cuncta enim opposita diuersitati subij
ciuntur, diuersitas autem pluribus. at plura & unum contra
ria sunt. Quod si de omnibus contrarijs, oppositisꝫ cogno-
scit, dubitari nō potest, quin de omni ente cognoscat, cū en-
tia omnia in his contineantur, ut quę uel contraria sit, uel ex
contrarijs consistant. Expositor reddit causam quare scien
tia, quæ in aliquo subiecto uersatur, demonstrat q̄ illi per se
insunt ex eo, quia scientia nō solum subiectum contemplari
debet, sed etiam accidētia, q̄ subiecto per se insunt. dixit autē
⁊ ea ratione, qua est ens ⁊ qm̄ alię scientiæ, q̄ de entibus par
ticularibus sunt, considerant quidē de ente, cū subiecta scien
tiarū omnium sint entia, nō tamen considerant ens ea ratio-
ne, qua ens, sed qua tale ens uidelicet aut numerus, aut linea,
aut ignis, aut aliquid tale. naturalis. n. scientia considerat ens
ratione, qua mobile, mathematica ratione, qua quantum. at
pręsens scientia considerat ens ea ratione, qua ens. quo fit, ut
hæc limitatio considerandi qua ens, significet quandam in
differentiam ad ens mobile, & ad ens quantum, & ad ens se-
paratū per essentiam ab ipsa materia. hęc enim scientia con-
templatur



templatur aut ens separatū per essentiam a materia, aut ens
separatum per indifferentiam: cōmune tamen mobilibus,
quantis, & per essentiam separatis. & ita Aristoteles per hęc
intelligit subiectum huius scientiæ materiale, cū dicit ens cō-
siderari in hac scientia: & formale, cum dicit ea ratione, qua
ens. uerum de his in dilucidario. necessitatē uero huius scien-
tiæ, q̄ est considerare ens, & ea, quæ enti per se insunt, ut Ale
xander, & Expositor dixerunt, apparet ex hoc, quia huiusmo
di non debent ignota remanere: cum ex eis aliorum depen-
deat cognitio, sicut ex cognitione cōmunium pēdet cognitio
rerum propriarum. quare fuit necessarium esse quandā scien
tiam de his. quod si dicas, si qua ens, sit limitatio cōsideran-
di, quicquid consideraret metaphysicis, cōsideraret qua ens,
& sic nō contēplaretur actum ea ratione, qua est actus, nec
potentiam ea ratione, qua potentia, nec substantiam ea ratio
ne, qua substantia. dicendū eam rationem cōsiderandi qua
ens, esse intelligendam transcendenter per indifferentiam, &
prædicamentaliter per indifferentiam. nam trascendēter per
indifferentiam considerat omnia entia, ut mobilia, & quāta,
& separata omnia. cōsiderat enim ignem, qua ens, & omnia
elementa qua entia, insuper & lineam, & numerū, & corpus
qua entia. etiam considerat substantias separatas, qua entia.
& decem prędicamenta, qua entia. & ita omnia qua entia
sunt, transcendēter considerat. prædicamentaliter uero con-
siderat uel ea quæ per indifferentiam tantum sunt materiali-
bus, & separatis cōmunia, ut actum, potentiam, substātiam,
necessarium, contingens, & cætera talia, q̄ cōmunia sunt per
indifferentiam materialibus, & per essentiam separatis. uel
ea, quæ tantum cōmunia per indifferentiam sunt separatis p
essentiam, & quantis: ut numerum, & magnitudinem, prius,
& posterius, & id genus. ergo limitatio illa qua ens, intelligē-
da est uel trāscendenter, uel p̄dicamentaliter qua ens.

**Hæc autem nulla est earum, quæ scientię particulares dicuntur. nulla enim cæterarum ipsum ens, ut est ens, considerat. Sed partem quæꝫ aliquam excipiens, id quod ei accidit, contēplatur, ut mathematicæ scientiæ faciunt.**

Nunc ei, quod assumpsit, adijcit, diuersam esse hanc scien-
tiam a cæteris disciplinis: & dicit ⁊ Hæc autem ⁊ .s. scientia,
quæ in ente uersatur ⁊ nulla est earum, quæ scientiæ particu
lares dicuntur ⁊ .i. a cæteris disciplinis diuersam esse satis est
perspicuum considerantibus. deinde affert causam, & dicit
⁊ nulla enim cæterarū ⁊ .s. particularium scientiarū ⁊ ipsum
ens, ut est ens, considerat. Sed quæꝫ ⁊ earum ⁊ partem ali-
quam ⁊ .s. entis. i. certum quoddam ⁊ ens excipiens ⁊ .s. con
siderando ⁊ id quod ei accidit ⁊ hoc est eius accidentia ⁊ cō-
templatur ⁊ hoc enim in re quaꝫ proprium est scientiæ ⁊ ut
mathematicæ scientiæ faciunt ⁊ Arithmetica enim numerū
considerat, qui ens quoddam est. Geometria lineas, plana, &
solida, quæ & ipsa entia quædam sunt. At metaphysica non
ens aliquod, nec partem entis sed ens, qua est ens simpliciter,
considerat. quoniam si uersaretur in particularibus entibus,
non esset ab illis diuersa.

**Quoniam autem principia, summaſꝫ causas quærimus, patet ipsas necessario per se cuiusdā esse naturæ. quod si & ij, qui entium elementa quærebant, hæc principia quærebant, necesse est & elementa eius, quod est ens, quatenus est ens, & non per accidens esse. Quapropter & a nobis entis ea ratione, qua ens, primæ causæ sunt sumendæ.**

Alexander uult Aristotelem docere hanc scientiam sa-
pientiam esse, dum extrema quædam principia, & causas,
de quibus sapiens disputat. primum cuiusdam naturæ prin-
cipia per se esse ostendit, deinde exponit naturam, cuius prin
cipia & extremas causas ostendit. Expositor autem melius
asserit Aristotelem hic ostendere scientiam, quam præ ma-
nibus habemus, habere ens pro subiecto, hac uidelicet ratio-
ne, cuius principia, & extremas causas quærit metaphysica,
est metaphysicæ subiectum: entis qua ens, metaphysica quę
rit principia, & extremas causas: igitur ens qua ens est meta-
physicæ subiectum. Primo affert uim minoris, cum sua pro-
batione, & dicit ⁊ Quoniam autem principia, summaſꝫ cau
sas quærimus ⁊ scilicet nos metaphysici, & non subaudi ali-
cuius alterius naturæ ab ente, hæc est probatio minoris ⁊ pa
tet ipsas ⁊ scilicet causas extremas ⁊ necessario per se cuiusd
dam esse naturæ ⁊ .s. entis. est ergo minor, entis qua ens me-
taphysica quærit principia, & extremas causas. quod autem
qui quærit principia extrema, & causas summas cuiusdam
naturæ, quærat principia entis, qua est ens, probat, authori-
tate ueterum philosophantium, & dicit ⁊ Quod si & ij, qui
entium elementa ⁊ .s. summa ⁊ quærebant hæc principia ⁊
scilicet entis qua est ens ⁊ quærebant, necesse est & elemen-
ta eius, quod est ens, esse ⁊ elementa ⁊ quatenus est ens, &
non per accidens ⁊ quare qui quærit principia & summas
causas cuiusdam naturæ, quærit principia entis, qua est ens.
deinde colligit minorem iterum, & dicit ⁊ Quapropter & a
nobis ⁊ scilicet metaphysicis ⁊ entis ea ratione, qua ens, pri-
mæ causæ sunt sumendæ ⁊ quæ fuit minor. & tu subaudias
conclusionem q̄ ens qua ens, est subiectum metaphysicæ.
Quo uero ad rem ueterum attinet, ueteres philosophantes Que Auer.
quærentes summas naturæ causas, ideo quærebant principia Cō. primo.
entis simpliciter, quia apud eos idem erat ens simpliciter, &
ens in quantum ens, idem ens naturę & ens simpliciter, idem
ens sensibile, & ens qua ens. nam nullam substantiam, nul-
lum quoꝫ ens præter sensibile cognouerunt. Auerroes ue-
ro primo cōmento licet parum ad uerba loquatur, tamē nō
nulla olim excerpsimus, quę sunt considerationе digna: quo-
rum primum est scientias mathematicas esse de numeris, &
magnitudinibus, scientiam uero naturalem esse de ente mo-
bili qua ens mobile. Quod si dixeris, Auerroem oppositum
dixisse duodecimo huius, cū ait scientiam naturalem esse de Cōmen.5.
corpore mobili, & in Prologo primi Physicorum, dixisse na
turalem scientiam esse de rebus sensibilibus: omnia hęc sunt
bene, & probe dicta. quoniam omnia hæc sunt subiecta acci
piendo subiecta pro consideratis in scientia, sed primam cō-
munissimum consideratum est ens mobile: ad quod cætera
considerata reducuntur. Secundo ait, si accideritut in meta-
physica de sensibilibus principia quærantur, hoc non esse in
quantum sensibilia, sed inquantum entia, per quæ declarauit
metaphysicum non considerare quiditates rerum in particu
lari: ut in dilucidario exposuimus, sed in uniuersali. Quo ue
ro ad uerba attinet, Aristoteles asserit primas causas, extre-
maꝫ principia, ac summa non posse esse causas entis ex acci
denti, quod Alexander declarat ex eo quia per accidens cau
sa, ut in auditu Physico exponitur, uno modo dicitur, q̄ non
per se primo est causa, ut triāguli equilateri haberi tres angu-
los pares duobus rectis nō dicimus causam esse per se, sed ex
accidēti, quoniam hoc alterius antecedentis prioriſꝫ hoc est
trianguli per se causa est, & hoc pacto primæ causæ, extre-
maꝫ principia, ac summa nō possunt esse per accidens cau-
sæ entis, qua ens, nam si hoc pacto essent causæ entis qua est
ens, alicuius alterius antecedentis erunt per se causæ. at ente
nihil prius est. alio modo p accidens causa dicitur ipsum acci
dens, quod accidit causę p se, uel id omne, quod per accidens
p se causæ coniungitur, quo modo Polycletus est causa sta-
tuæ p accidens, qm̄ coniungitur statuificæ, qui est p se causa
statuę. & hoc pacto causa p accidens potest nō esse causa. &
nec hoc modo primæ ac summæ causę nō possunt esse causę
entis, quatenus est ens per accidens. qm̄ tunc possent nō esse
causæ, q̄ cū primæ causæ sint, nō possunt nō esse causę. recte
ergo Aristoteles ait primas, ac summas causas entis nō esse

ex accidenti causas, sed per se. Secundū igitur Alexā. Aristo. accepit duo, quorū primū est, ut primæ causæ sint quorundā per se causę. quod declarat, qm̄ si primę causę sint quorundā causæ, aliquorū erunt causæ: & cū sint ueræ aliquorū causæ, per se causę aliquorū erunt. Secundū uero est eius naturæ, cuius sunt extrema primaq; principia, & quā inuestigamus nō esse alia principia q̄renda q̄ quæ per se principia sunt, & nō ex accidenti. quod authoritate ueterū probat, qui rerum elementa indagantes, huiusmodi principia q̄rebant, & talia ipsa rum elementa, q̄ essent per se elementa, nō ex accidenti. quare nos, qui prima principia & causas entis inquirimus, huiusmodi principia inuestigare debemus, quæ proprie, ac per se ipsius entis principia sint: & sic hęc erit tertia expositio. nam Alexander innuit duas expositiones. Expositor uero habet aliam sibi propriam. quibus potest addi quarta, ut Aristoteles intendi probare principia prima, & summas causas entis, quas quærimus, esse per se, & non ex accidenti principia, & hoc probauit authoritate ueterum philosophantium: & iuxta hanc expositionem Aristoteles primo proponit intentum, & dicit { Quoniam autem principia, summasq; causas quærimus }. .s. nos metaphysici { patet ipsas } scilicet causas, quas quærimus { necessario per se cuiusdam esse naturæ } quam dicimus nomine ens qua est ens, & non esse principia ex accidenti. Est ergo id quod dicit, nos metaphysicos quærere causas per se entis, & non ex accidenti. deinde probat hoc authoritate ueterum, & dicit { quod si & ij, qui entium elementa quærebant, hæc principia quærebant } scilicet quæ essent causæ rerum per se, & non ex accidenti { necesse est & elementa eius, quod est ens, ut est ens & non per accidens } scilicet esse ea quæ quærebant. tunc infert intentum, & dicit { quapropter & a nobis eius quod est ens ea ratione, qua ens, primæ causæ sunt sumendæ } quæ uidelicet sint per se causæ entis, & non ex accidenti. quæ expositio mihi uidetur ualde facilis: uerbisq; Aristotelis ualde consona. quanq̄, ut Alexā. inquit, dictio sua breuitate obscura est.

TEX. 2. **Ens autem dicitur quidem multipliciter, sed ad unum, unamque quandam naturam, non æquiuoce.**

Expositor interpres nō cōtemnendus asserit hic Aristotelem proficisci ad diluendas quæstiones, quæ proximo libro disputatę fuerunt de consideratione huius scientię: & primo procedere ad diluendam septimam quæstionem, quæ erat, utrum circa substantias tantum sit prędens contemplatio, an & circa ea, quæ per se substantijs accidunt: quod est quærere utrum de substantijs, & per se accidentibus prędens consideratio est, an substantiæ considerentur in una scientia, per se uero accidentia in altera: & ostendit primo quod huius scientię sit considerare tam de substantijs, quam de accidentibus: & componit syllogismum in hunc modum, ea omnia entia, de quibus ens dicitur multipliciter, non quidem æquiuoce, sed ad unum unamq; naturam considerantur in hac una, ac eadem scientia. substantiæ & accidentia sunt entia de quibus ens dicitur multipliciter, nō quidem æquiuoce, sed ad unum, unamq; naturam. ergo substantiæ & accidentia considerantur in hac una, eademque scientia. de syllogismo uult Expositor, ut primo ponat minorem. Secūda ibi { ut igitur & omnium } ponat maiorem. Tertia ibi { patet igitur } ut ponat conclusionē. Quæ expositio pulchra est, & satis ad modum cōmoda uerbis Aristo. Alexā. uero uult quod cum Aristo. dixisset entis qua ens quandam haberi doctrinam, & docuisset quæ sint huius principia causæq;, huiusmodi scientiam sapientiam esse confirmans, q̄ deinceps quomodo entis scientia una esse possit, nūc ostendat. causam uero cur hoc ostendat, assignat ex eo quia ens æquiuocū esse uidetur, æquiuocorū autem nō est una natura, neque ars una, unaue scientia, neq; principia eadem. Quare uult, ut primo diuisionē proponat eorum, quę sub cōmuni aliquo disponuntur, ordinanturq;, cuiusmodi sunt æquiuoca, & uniuoca, & analoga, q̄ ab uno aliquo, uel ad unū aliquod dicūtur. qua partitione usus, ens neq; genus eorum, de quibus dicitur, esse demonstrabit, neq; rursum æquiuocū esse: sed uniuocorūq; equiuocorūq; medium tenere. demum cū docuisset ens ab uno, & ad unū ita dici, ut sanum, cum his assimit entis unā esse scientiam: quæ expositio pulchra etiam est, & uerbis Aristo. consona. habet tamen dubitationem, qm̄ Aristo. hic soluisset q̄stionē, quam nō disputasset in libro proximo, cuius contrarium proposuit proximo libro asserens se uelle disputare quæstiones omnes, quas hoc libro est definiturus. fortasse Alexāder defendi potest, qm̄ hęc q̄stio non est de principalibus, sed de obiter occurrentibus. Modo Aristo. proposuit omnes principales q̄stiones, quas diluere intendit in hoc libro, nō tamen omnes, quę obiter occurrunt, quarum est hęc, quam hic determinat. Sed sequendo expositionem Expositoris Aristo. affert minorem, & dicit { ens autem dicitur quidem multipliciter, sed ad unum, unamq; quandā naturam non æquiuoce } & sic uult, ut ens dicatur nec uniuoce, nec æquiuoce, sed analogice: quę fuit minor.

**Sed ut & omne sanum ad sanitatem dicitur, partim quia seruat, partim quia efficit, partim quia indicat ipsam, partim quia est susceptiuum ipsius.**

Cum accepisset minorem, exponit eam exēplis, & primo accepit exemplū, quando multa recipiunt unum nomē, qm̄, cōparantur ad unum, sicuti ad unum finē, ut Auerroes exponit hic, & dicit { Sed } ipsum ens { dicitur, ut & omne sanū ad sanitatē, partim, ga seruat }. .s. sanitatē, ut rō uictus { partim, quia efficit }. .s. sanitatē ut potio, uel detractio { partim, ga indicat ipsam } ut lotium sanū dicitur, ga est indicium sanitatis { partim, quia est susceptiuum ipsius }. .s. sanitatis, ut animal, quod sanitatē recipit. hæc igitur omnia sana dicunt̄ per attributionē ad unā, eandemq; numero sanitatē. eadē. n. numero est sanitas, quā Socrates recipit. lotium indicat, potio uel detractio efficit, & ratio uictus seruat. p̄ q̄ declarauit illud unū, ad quod analogata deferuntur, & p̄ quod analogū de eis p̄dicatur, nō solū esse unum definitione, rationeq;, sicuti uniuocata sunt unū ratione, sed unū numero, quale unū numero est sanitas ipsa. & propterea proposuit ens dici multipliciter, non quidē æquiuoce, sicut Pompilius casu, temereq; dicitur de Numa, & de meo nepote. Sed per attributionē ad unum, ad unū dico nō tamē ratione unū, ut uniuocata dicuntur, sed numerò unū, quod est unū, sicuti una q̄dam natura. quibus patet analogum differre ab uniuoco, & ab æquiuoco. ab uniuoco quidē qm̄ uniuocū prædicatur de suis significatis, quatenus significata attribuuntur ad unum rationē, ut animal de homine & equo, quatenus homo, & equus referuntur ad unā animalis cōmunem rationē. at analogū predicatur de suis analogatis, quatenus analogata referunt̄ ad aliquod unū, nō solum ratione, sed numero. ut sanū de uictu, de lotio, & de potione, & de animali: quatenus uictus, lotio, potio, & animal referuntur ad unā sanitatem, q̄ est una non solum ratione, sed numero. licet ad eam nō referantur eodem modo. qm̄ animal refertur ad sanitatē, ut subiectum: lotium, ut indicium: uictus, ut causa. ab æquiuoco uero, qm̄ licet unā cōmune sit nomen, quod de æquiuocatis dicitur, tamē æquiuocata nō recipiunt illius nominis p̄dicationē, uel ga referantur ad unā rationem, uel ad unā numero naturā, sed illius nominis predicationem suscipiunt casu, temereq;: ut nepos noster, & Numa prædicationem quidem nominis Pompilij suscipiunt, nulla tamen interposita unitate, nec rationis, nec naturæ: sed casu, fortuitoq; euenit, ut ambo eodem nomine uocentur. Hanc uero differentiam Alexander uir doctissimus ostendit cum ait, nam hæc. s. analoga ab illorum alterutro differunt, qm̄ uniuocata sub genere quodam cōmuni ponuntur, omniaq; pariter, ac similiter participant ea natura, q̄ per genus,



genus, quod dicitur, significatur. æquiuocis autem nomen, secundum quod de ipsis cōmuniter dicitur, solum est cōmune, & nihil aliud inter ipsa. quę uero ab uno & in unum dicūtur, idest sed analogata neq; eam paritatem inter se ipsa seruant, quam uniuocata ad id, quod prædicatur. neque rursus æquiuocatorum diuersitatem habent. Sed ipsis communitas quædam competit, quatenus referuntur ad aliquid, quod est unum non tantum ratione, uerum etiam numero. Quod si dices huiusmodi commune, quod dicitur per attributionem alibi sub æquiuocis statuit. hic uero uult ipsum ab æquiuocis differre. Respondet Alexander & dicit, hic autem accuratius partiendo ab æquiuocis discrepare ait. loquutus est igitur hic arctius, alibi susius de æquiuocis ipsis. Discrimen igitur, ut Alexander inquit, inter æquiuoca arctius accepta, & analoga, exponit, quoniam talia analogata non solum nominis societatem obtinent, nec ista inter se ita se habent, ut quæ proprie æquiuoca intelliguntur, quibus nominis cōmunitas fortuito contingit, sed causam quandam habent, cur eodem nomine uocentur. sana enim per attributionem ad naturam quandam appellantur, quoniam sana dicuntur, quod ad sanitatem aliquo modo sese habeant, hoc enim dicitur sanum, quia sanitatem seruat: ut modicus cibus, ut exercitationes, deambulationesque, illud uero, quia sanitatem affert, ut medicamentum, & omnia remedia. aliud quod sanitatis est signum, ut probus color, commodaq; spiratio. aliud denique, quia sanitatis est excipiens, ut corpus recte ualere aptum. quare siquid sanum appelletur, quod nihil ad sanitatem pertineat, id æquiuoce ad cætera sana dicetur. Quibus perspicuum est apud Alexandrum nulla posse esse uniuoca siue uniuocata, quæ non sub uno communi genere ponantur. per quæ declarauit solum genera esse prædicata, quæ uniuoce prædicentur.

**Et medicum item ad medicinam. aliud enim medicum ex eo dicitur, quia medicinam habet. aliud, quia aptum est ad ipsam. aliud, quia opus medicinæ est, & alia sumemus, quæ simili modo dicta sunt.**

Cum assignasset unum exemplum analogatorum, quando comparantur plura ad unum, sicuti ad finem, affert secundum exemplum in analogatis, quando comparantur plura ad unum, sicuti ad principium effectiuum, ut Auerroes exponit hic, & dicit { Et medicum item } subaudi analogice dicitur de pluribus, quatenus illa referuntur ad unum principium effectiuum, uidelicet { ad medicinam } quæ est medendi ars, quæ exponens, dicit { aliud enim medicum ex eo dicitur, quia medicinam } idest medendi artem { habet } quod proprie, ac potissimum medicum nuncupatur, ut medicus peritus, Hippocrates, uel Galenus { aliud, quia aptum est ad ipsam } scilicet habendam, excipiendamq;: quales homines sunt, qui ex principijs generationis ita affecti nascuntur, ut facile medendi artem excipiant: adeo quidem, ut proprio ingenio quædam medicinalia agant, atque operentur { aliud, quia opus medicinæ est } atque perfectio, ut aliquid, quod medice rescissum est, medicum esse dicimus: & amplificans sermonem dicit { & alia sumemus } scilicet in exemplis huius analogi medici { quæ simili modo } scilicet medica { dicta sunt } ut hæc, quæ diximus, uti instrumentum faciens ad medicinam, & medicamentum, quin & liber medicus uocatur, quia de medicina hoc est de arte medendi scriptus est. omnia enim hæc, & talia simili ratione medica dici possunt. aut aliter exponi potest { & alia sumemus, quæ simili modo dicta sunt, subaudi per analogiam ad unum, quemadmodum dicuntur sanum, & medicum: ut bonum, & figura, & numeris ex illorum genere uideri possunt: & utraq; expositio consona uerbis est. Sed occurres, quoniam analogum semper dicitur per prius de uno quam de alio. modo nec in primo exemplo de sano, nec in secundo de medico uidetur aliquid per prius dici. Et responsio est, quoniam omnia sana, ut Alexander innuit, dicuntur per analogiam ad animal, in quo est sanitas, ut in subiecto: & omnia medica dicuntur medica per analogiam ad medicum peritum, in quo ut in subiecto est ars medendi: & sic tam in primo quā in secundo exemplo est aliquid per prius tale quā alia.

**Sic & ens multis quidem modis, sed ad unū principium dicitur. quædā enim quia substantia sunt, entia dicuntur. quædam, quia substantiæ sunt affectus. quædam quia sunt ad substantiam uia, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua generatiuaq; substantiæ, uel eorum, quæ ad ipsam substantiam dicuntur, aut alicuius horum negatio, uel substantiæ. quocirca & non ens non ens dicimus esse.**

Cum accepisset exempla, quibus aliqua intelligi possunt contineri sub uno per attributionem ad unum, nunc redit ad propositum, & dicit { Sic & ens multis quidem modis, sed ad unum principium dicitur } multis quidem modis dicitur quia non est genus, nec species, quemadmodum nec cōmemorata sunt genera, aut species { sed ad unum principium dicitur } quoniam non protinus æquiuoce dicitur. non enim solum æquiuoca multipliciter dicuntur, sed ea etiam, quæ ab uno & ad unum referuntur, ut se habent ea, quæ cōmemorata sunt, & ipsum ens. & per principium non finem, uel effectiuum principium, ut in cōmemoratis exemplis, sed subiectum intelligit, quod uicem materialis principij subest: per quod accidentia constituuntur inesse, ut Auerroes hic ait. Deinde exponit quomodo ad unum omnia, quæ sunt, entia dicunt, & quid est principale, de quo ens dicitur, & ait { quædam enim dicuntur entia, quia substantia sunt } substantia enim quia per se habet esse, ideo dicitur principaliter ens, & per prius, & proprie. Et quæ substantiæ accidunt, entia quoq; nuncupantur, nouem scilicet genera. licet ipse non utatur exemplis ad hunc modum, ut cuiusque generis unum apponat, sed quædam cōmemorat, quæ substantiæ insunt, quæq; per ipsam sunt, atque dicuntur: quorum multa sub uno genere, unoq; prædicamento ponuntur. utitur uero prima entis diuisione ex ijs, quæ sunt in prædicamentis, qua uidelicet entia diuiduntur in substantiam, & accidentia, ad hunc modum { quædam enim entia dicuntur, quia substantia sunt } quædam uero subaudi entia dicuntur, quia substantiæ accidunt. Deinde exponit quæ sunt hæc, & dicit { quædam } substantiæ entia dicuntur { quia substantiæ sunt affectus } ut caliditates, humiditates, frigiditates, siccitates, & omnino qualitates passiuæ. uel aliter { affectus } idest propria accidentia, ut ridere hominis, rudere asini: & cętera id genus { quædam }. .s. sunt accidentia substantiæ entia { quia sunt ad substantiam uia } ut generatio, accretio, & motus { aut } ut { corruptiones, aut } ut { priuationes } corruptiones enim & priuationes dicuntur substantiæ entia, corruptiones quidem, quia imminutio, & senecta, ut Alexander exponit, aliquid substantiæ sunt. priuationes uero, ut cęcitas, & surditas. hæ enim entia sunt, ga substantiæ aliquid sunt. est nāq; priuatio substantiæ. Expositor uero per corruptiones, uias ad nō esse intelligit, & per priuationes ea, quæ formis opponuntur: q̄ entia substantiæ dicuntur, quoniam substantię quicq̄ sunt { aut qualitates }. .s. entia substantiæ dicuntur, subaudi, quia aliquid substantiæ sunt. & Alexander per qualitates exponit habitus, & dispositiones, & figuras, nō. n. per qualitates, passiuas qualitates intelligit Aristo. quas intellexit p̄ affectus: qm̄ bis idē diceret. Expositor autē per qualitates q̄dam accidentia intelligit, quæ sunt, ut Aristoteles inquit { aut effectiua generatiuaq; substantiæ, aut } effectiua generatiuaq;

{ eorum, quæ ad ſubſtantiam dicuntur } .i. quæ ſubſtantiæ inſunt. Alexander uero per qualitates, ut diximus, intelligit habitus, diſpoſitiones, & figuras. & cum dixit Ariſtoteles { effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ } hæc utraq;, ut unum dixit, ad hunc modum { aut } dicuntur ſubſtantię entia { effectiua, generatiuaq; ſubſtantiæ } & intelligit per effectiua generatiuaq; ſubſtantiæ, ut Alexander inquit, actiones, per quas ſubſtantiæ generantur. nam ſemen, per quod ſubſtantia generatur, ſubſtantia eſt. aut, ut Alexander inquit, effectiuum ut diuerſum a generatiuo dixit. & talia erunt, quæcunque cauſæ ſunt, ut aliqua mutentur in ſubſtantiam, ut calefacere, cauſa eſt generationis quorundam animalium { aut } ſubaudi ſubſtantiæ entia dicuntur effectiua { eorũ, quæ ad ipſam ſubſtantiam dicuntur } ideſt eorum, quæ accidunt ſubſtantiæ. quæ enim ſcientias, colores, affectioneſq;, quæ ſubſtantiæ accidunt, efficiunt, entia ſubſtantiæ dicuntur. diſcere enim effectiuum eſt ſcientiarum, exercitationes effectiuæ ſunt bonæ habitudinis, parcus uictus ualetudinis. uel forteſſe per ea, quæ ad ſubſtantiam ſunt, & dicuntur, intelligit qualia, quæ ad aliquid nuncupantur. nam hæc in habitudine ſubſtantiarum habentur. quæ enim effectiua ſunt eorum, quæ ad aliquid ſunt, ſubſtantiæ entia dicuntur { aut alicuius horum } ſcilicet quæ ſubſtantiæ accidunt { uel } ipſius ſubſtantiæ { negatio } etiam ens ſubſtantiæ dicitur. tam enim negatio alicuius accidentis, quam negatio ſubſtantiæ ens ſubſtantiæ dicitur. quoniam utraq; habitudinem quandam ad ſubſtantiam habet. deinde affert ſignum, quo ſcire poterimus negationem ſubſtantiæ, uel accidentis eſſe ſubſtantiæ ens, & dicit { quo circa & non ens dicimus eſſe non ens } ideſt de non ente, quod eſt entis priuatio, eſſe prædicamus, quoniam eſt aliquid entis, licet non ſimpliciter ipſum eſſe dicimus, ſed eſſe non ens. ex his patet hoc in loco, ut ſupra diximus, Ariſtotelem non ſic uſum eſſe exemplis, ut cuiuſq; nouem prædicamenti unum exemplum appoſuerit, ſed quædam enumeraſſe eorum, quæ ſubſtantiæ inſunt, & propter ipſam & ſunt, & dicuntur, quorum multa & eidem prædicamento ſubiiciuntur. itaque prima potius eatum entis diuiſionum, quæ in prædicamentis ſiunt uſus eſſe uideri poteſt, qua entia in ſubſtantiam & accidentia diſſecantur.

Que Auer. Cõmen. 2. Auerroes autem in præſenti textu, colligit ens dici de primis intelligibilibus, quæ ſunt res primæ intentionis, & de ſecundis, quę ſunt res ſecundę intentionis, quales negationes ſunt, & priuationes. nos uero ex his, quæ Auerroes inquit, colligimus negationes, & priuationes eſſe res ſecundæ intentionis: licet non careat quæſtione.

**Vt igitur & omnium ſanorum, ſic & cæterorum ſimiliter una ſcientia eſt. non enim ſolum eorum, quæ per unam rationem dicuntur, una ſcientia eſt contemplatrix, ſed eorum etiam, quę ad unam dicuntur naturam, etenim hæc quodã modo una ratione dicuntur.**

Cum hæc de ente ipſo prędeclaraſſet, nunc, ut Alexander inquit, declarat quomodo entis una ſcientia eſſe poſſit. Vel ut Expoſitor dicit, nunc accipit maiorem ſyllogiſmi, acceperat enim & expoſuerat per exempla minorem, ergo nunc accipit maiorem, & dicit { Vt igitur & omnium ſanorum, ſic cæterorum } quæ { ſimiliter } ſe habent ut ſana { una ſcientia eſt } eſt ergo maior, ut omnium, quæ analoga dicuntur, ſint in una ſcientia conſideranda: quam ſtatim exponens dicit { non enim ſolum eorum, quæ per unam rationem dicuntur } ideſt quæ uniuoca ſunt { una ſcientia eſt cõtemplatrix, ſed eorum etiam, quę ad unam dicuntur naturam } ideſt ſed etiam analogorum. Cuius rationem affert, & dicit { etenim hæc } ſcilicet analoga, quæ dicuntur ad unam naturã { quodammodo una ratione dicuntur } quippe cum natura una ſit una numero, & ratione. dixit autem { quodam modo }, quoniam non cuncta pariter, & ex æquo participant natura illa. non omnia ſana pariter, & ex æquo participant ſanitate, propter quam ſana dicuntur, nec omnia medica pariter, & ex æquo participant arte medendi. ſic nec omnia entia pariter, & ex æquo referuntur ad ſubſtantiam, propter quam dicuntur entia.

**Patet igitur quoque quo entia ſunt, in una ſcientia eſſe conſideranda.**

Nunc affert concluſionem ſyllogiſmi, & dicit { Patet igitur entia quoque, quo entia ſunt in una ſcientia eſſe conſideranda } dixit autem { quo entia ſunt } quoniam non quatenus muſica, aut medica, aut ſana, ſed qua entia ſunt, ideſt ſed qua entis natura participant. Vnde & Auerroes dicit, res quæ pertinent ad unam ſcientiam, non tantum ſunt, quarum ſubiectum eſt tantum unum genere aut ſpecie, quæ dicuntur uniuoce, ſed quarum eſſe attribuitur uni fini, aut uni agenti, aut uni ſubiecto, ideſt aut uni materiali principio. Secundo affert Auerroes differentiam inter equiuoca, & analoga ex eo, quia analogis poteſt attribui unum per ſe, & eſſentiale prædicatum: æquiuocis uero nequaquam, niſi caſu. Nam Pompilio meo nepoti, & Pompilio Numæ attribuitur hoc prædicatum homo, & animal, & ſubſtantia, ſed caſu: ſicuti nomen Pompilius eis caſu tributum eſt. Item æquiuocis etiam attribui poteſt prædicatum accidentale, quoniam canis ſtella, & canis piſcis, & canis latrans eſt pulcher. non tamen competit eis eſſentiale prædicatum omnino, niſi caſu, ut dixi. At analogis & accidentale, & eſſentiale prædicatum competere poteſt. Que Auer. Cõmen. 3.

**Vbique autem ſcientia eſt proprie ipſius primi, & ex quo cætera pendent, & propter quod dicuntur. quod ſi hoc eſt ſubſtantia, ipſum Philoſophum principia ſubſtantiarum, cauſaſque habere oportet.**

De continuatione huius textus ad præcedentem una expoſitio eſt quod Ariſtotelis ſoluat quæſtionem, quæ accidit ex eo, quia dictum eſt omnia entia pertinere ad metaphyſicam. hinc emergit quæſtio utrum eque primo metaphyſica conſideret de omnibus entibus, quam quæſtionem ſoluens aſſerit Ariſtoteles metaphyſicam non eque primo omnia entia conſiderare, ſed de ſubſtantia principalius. cuius rationem affert, quoniam ſcientia conſiderans aliqua plura habentia ordinem attributionis, principalius conſiderat illud, ad quod omnia alia attribuuntur: tale eſt ſubſtantia inter omnia entia: igitur primo & principaliter metaphyſica contemplatur ſubſtantiam, & ſubſtantiarum principia, & cauſas. Expoſitor ſic continuat, quod poſtquam declaratum eſt metaphyſicum conſiderare de omnibus entibus, nunc oſtendat metaphyſicum principaliter conſiderare de ſubſtantia, & de principijs ſubſtantiæ: ex eo, quia ſubſtantia eſt primum, & principale ens. Alexander uero quaſi in idem ueniens aſſerit Ariſtotelem nunc uelle concludere ſcientiam, quę eſt de ente eſſe primo de ſubſtantia: & ſyllogizat ſic, omnis ſcientia, quæ eſt de pluribus, quæ habent attributionem ad unum primum, eſt proprie de illo primo: ſcientia, quæ eſt de ente, eſt de pluribus per attributionem ad unum primũ: igitur ſcientia, quæ eſt de ente, eſt proprie, & principaliter de illo primo, ad quod cætera attribuuntur. hic eſt primus ſyllogiſmus. Secundus uero eſt, primum, ad quod omnia attribuuntur, eſt ſubſtantia: ſcientia de ente eſt proprie, & principaliter de primo, ad quod omnia attribuuntur: igitur ſcientia de ente eſt proprie, & principaliter de ſubſtantia. De ſyllogiſmo primo tangit maiorem, & dicit { Vbique autem ſcientia } .i. omnis ſcientia, ſubaudi quæ eſt de pluribus, quæ habent attributionem ad unum { eſt proprie ipſius primi } ſubaudi ad quod cętera habent attributionem: quam probat Alexander, quoniam



tiam ars medendi, cum ſit omnium, quę ſana nuncupantur, proprie tamen, ac prȩcipue ſanitatis eſſe cenſetur, ex qua cætera huiuſmodi nomen ſortiuntur. Similis eſt ratio doctrinæ, quæ de bonis habetur, proprie nanq; & prȩcipue perfectiſſimi bonorum eſt. minorem uero, & concluſionem reliquit nobis. De ſecundo uero ſyllogiſmo accepit maiorem etiam, & dicit { quod ſi ſubſtantia eſt hoc } ſcilicet primum entium, ad quod omnia entia attribuuntur, deinde ſubdit concluſionem, & dicit { ipſum Philoſophum } ſubaudi qui contemplatur ens { principia ſubſtantiarum, cauſaſque habere oportet } ideſt oportet contemplari ſubſtantiam principaliter conſiderando eius principia, & cauſas.

**Omnis autem generis unius & ſenſus unus, atq; ſcientia eſt: ueluti grammatica, quę eſt una, omnes contemplatur uoces. quapropter & entis qua ens eſt quęcũq; ſunt ſpecies, unius eſt ſcientiæ genere, & ſpecierũ ſpecies cõtemplari.**

Hic textus uno modo exponitur a iunioribus, q̃ Ariſtoteles afferat ſecundam rationem, qua probet metaphyſicam conſiderare omnes partes entis, & potiſſimum eam, ad quã cætera attributionẽ dicunt. Expoſitor uero aſſerit Ariſtotelẽ uelle probare primũ Philoſophum cõſiderare de oĩbus ſubſtantijs. nam cum probaſſet eſſe de ſubſtãtia primo, & principaliter in metaphyſica conſiderandum, nunc probare ait eſſe conſiderandũ de oĩbus ſubſtantijs. quæ expoſitiões uix uerbis applicari poſſunt. Quare cũ Alexandro uiro doctiſſimo dico q̃ cum Ariſtoteles præfatus eſſet ad philoſophum principiorum, & cauſarũ ſubſtantiæ cognitionem pertinere, nunc oſtendat non de ſubſtantia ſolum, ſed in uniuerſum de omni ente, ut ſupra dixit, qua ens eſt conſiderare, philoſophi munus eſſe: ut dicit { Omnis autem generis unius & ſenſus unus eſt } uidelicet in ſenſibilibus { atq; } perinde in ſcibilibus una { ſcientia } & per genus. non genus prædicamentarium, ſed communius pro natura accepit. quibus enim eſt aliqua natura cõmunis, ea latius accepto uocabulo genera nuncupantur. huiuſmodi autem ſunt analoga, quæ ab uno aliquo eſſe mutuantur, uel in unum referuntur. uerbi cauſa, in ſenſibilibus, q̃ participant natura eadem, uel certo quodã ſenſibili, quod ſub aliquem ſenſum cadit, ea omnia ſenſu eodẽ percipiuntur, ut colores omnes ſub uiſu cadunt, quia ſunt eiuſdem generis, relatione ad ipſum album: quod uidendi ſubiicitur ſenſui. Simili ratione ſtrepituum unus eſt ſenſus, unus item ſaporum, eademq; ratio in ſingulis ſenſibilium generibus reperietur { ut } uiciſſim ſubaudi { grammatica, quæ eſt una } ſcięntia uidelicet { oẽs contẽplatur uoces } nõ certam quandam uocem uerbi gratia, ſolum acutam, ſed omnem uocem, qua ſcilicet uox eſt, contemplatur. ex hoc concludit propoſitum, & dicit { quapropter & entis, qua eſt ens, quæcunq; ſunt ſpecies } ſcilicet entis { unius eſt ſcientiæ genere } contemplari ideſt quot genera entis ſunt intelligere, & non ſolum entis genera, ſed ſpecierum ideſt generum { ſpecies } ideſt differentias contemplari. Dictum eſt enim ad unam genere. i. ad unam ſecundum genus ſcięti am pertinere conſiderare ſpecies omnes entis, & communes entis differentias, quatenus eſt ens. dico quatenus eſt ens, quoniam particulares ſpecies, & particulares entis differentias, ſub, propriis rationibus conſiderant particulares ſcientiæ. At particulares ſpecies, particulareſq; differentias, qua ens ſunt, hæc ſcientia contemplatur. ideo poteſt aliter exponi { quapropter & entis, qua eſt ens, quæcunq; ſunt ſpecies } .i. entis. i. genera { unius eſt ſcientiæ genere contemplari } .i. pertinent ad unam ſcientiam ſecundum genus: uidelicet ad metaphyſicam { Et ſpecies } uidelicet generum entis { ſpecierum } ſcientiarum. ſ. eſt { contemplari } .i. & ſpecies generum entis pertinent ad ſcientias ſpeciales, ut ens mobile ad ad naturalem philoſophiam, & ens quantum ad mathemati cam. unde Alexander innuens utranq; expoſitionem hanc ſecundam ſic probat, nam quemadmodum ſe habet genus ſcibile ad ſibi ſubiectas ſpecies, ſic genus ſcientiæ huius

| Genus ſcibile. | Subiectæ ſibi ſpecies. | genus ſcientiæ huius. | eiuſdem ſpecies. |
|---|---|---|---|

ad eiuſdem ſcientię ſpecies. ergo uiciſſim, ut genus ſcibile ad genus propriæ ſcientiæ ſe habet, ſic ſcibilis ſpecies ad ſpecies ſcientiæ. Eſt autem genus cõmuniſq; entis natura cõmuni, ac generali philoſophiæ ſcibilis. partes igit entis philoſophiæ partibus ſcibiles erunt. itaq; cuiuſq; entis ſpeciei eſt aliqua ſcientia ex ijs quæ ſub philoſophia, uelut ſub una quadam ſcientia, ſunt ordinatæ. Ex his, quæ Ariſtoteles dixit, Alexander colligit primo diuiſionem entis in genera ad primam philoſophiam pertinere: quam ipſe fecit in prædicamentis. colligit ſecundo ſimul cum hoc, quo nam modo philoſophia ſit, una ſcientia uniuerſaliter uidelicet intelligendo per philoſophiam, & quo nã modo ſpecies philoſophiæ ſint quæcunq; habentur de ente. nam prima philoſophia, quæ proprie ſapientia nuncupatur, quæq; de ſempiternis, ac immobilibus, diuiniſq; conſiderat, philoſophiæ pars eſt. Itaq; ſapientia licet uniuerſalis, & prima ſit, ut quæ de ente in eo quod ẽ ens, non de aliquo ente contempletur, ſubijcitur tamen philoſophię. Sub hac igitur collocatur tum prima philoſophia, quæ circa primas ſubſtantias uerſatur, tum phyſica, quæ diſputat de naturalibus, deq; motu, & mutatione, tum ſi qua eſt, quæ agenda cõtempletur. Talia enim ſunt particularia quędam entia. colligit tertio philoſophiam. ſ. primam, qua ens in eo quod eſt ens cõſideratur eſſe unam genere, quod illis uer bis aperuit, quæ initio huius libri conſcripſit { hæc autẽ nulla eſt earum, quæ ſcientiæ particulares dicuntur } quæ quidem principia, primaſq; cauſas, atq; ſubſtantiam cõſiderat, ſimulq; prima eſt & uniuerſalis, ex ijs enim quæ ab uno, & ad unum dicuntur, id primum eſt, & uniuerſale, quod quæ, ut ſint aliȷs eſt cauſa, ut idem in quinto quoq; huius operis libro declarabit. hæc ſunt quæ Alexander colligit. in quibus non parua eſt quæſtio, nam cum ſexto libro huius operis Ariſtotelem ſcientiam contemplatricem diuiſerit in tres in phyſicam, mathematicam, & metaphyſicam: Alexander tamen non expoſuit utrum mathematica ſit pars philoſophiæ, quã diuiſit in metaphyſicam, & phyſicam, & moralem: & ita uidetur mancus. forteſſe ſolutionẽ innuit illis uerbis tum ſiqua eſt, nam mathematica quatenus eſt de particulari ente, uidetur pars philoſophiæ uniuerſaliſſimę, quã diuiſit modo, quo diximus. nec ab ratione, quoniam cũ mathematica ſit pars ſcientiæ contemplatricis, uidetur etiam pars philoſophiæ, eſt enim philoſophia idem quod contemplatrix ſcientia. ex his etiam Alexander concludit ſolutionẽ quæſtionum, quæ proximo libro propoſitę ſunt, utrum eiuſdem ſcientiæ ſit de cunctis ſubſtantijs cõſiderare, de quo quæſtione tertia proximo libro diſſeruit: an alia ſcientia aliam ſubſtantiam conſideret. & num ad eandem ſcientiam pertineat de ſubſtantia, & de ſubſtãtiæ accidentibus diſputare, de quo libro proximo quę ſtione ſeptima diſputauit: hæ enim ambæ definitæ ſunt præſenti loco.

**Siitaq; ens & unũ ipſum idem ſunt atq; una** TEX. 2. **natura (ex eo, quia mutuo ſeſe conſequuntur, quemadmodum principium, & cauſa) non ta-**

men unam ſubeũt rationem. nihil autẽ refert, ſi hæc quoq; hoc pacto eadẽ eſſe putauerimus. Sed & ad propoſitum magis conducit.

Alexander exponit hunc locum non una ratione. nam in calce ſextæ enarrationis uult, ut Ariſtoteles ſoluat quæſtionem aliam huic proximam, quam proximo libro octauam fecimus, utrum uideliceꝫ de eodẽ, & diuerſo, & de ſimili & diſſimili, & de identitate & contrarietate, & de priore, & poſteriore, & de cæteris omnibus talibus ſit cõſideratio huius ſcientiæ: quæ de ente contemplatur. quam expoſitionem ſequitur Expoſitor ubi animaduertendũ ea, quæ propria enti ſunt, conuertibiliaq; cum ente, alia eſſe, quæ uno nomine de ſignantur, ut unum bonum, uerum, & cætera id genus. alia ſunt quæ per diſiunctionem accipiuntur, quæ non ſimpliciter cõuertuntur cum ente, ſed diſiunctione, per quam circũloquimur quoddam proprium cõuertibile cum ente, quod proprio nomine caret, ut ſunt idem, uel diuerſum, cõtingens uel neceſſarium, actus uel potentia, & cætera id genus. Ariſtoteles ergo, ut aiunt, primo oſtendit in hac ſcientia eſſe cõſiderandum de uno & de ſpeciebus uiuus, dans intelligere p unum, omnia alia, quæ uno nomine deſignantur conuerti cũ ente, ſecunda ibi ⁊ cum autẽ unius ſit facultatis ⁊ oſtendit ſecundo hanc ſcientiam cõſiderare cætera, quæ ſub diſiunctio ne conuertuntur cum ente. Auerroes autem uult qui cum Ariſtoteles declaraſſet ad eandem ſcientiã pertinere eſſe cõſiderandum de ente, & de cauſis entis, hoc eſt de ſubſtantia, & de cauſis ſubſtantiæ, hic uelit declarare in eadem ſcientia eſſe conſiderandum de uno: ſauit huic expoſitioni, quoniam Ariſtoteles in textu hoc probat. In principio uero ſeptimæ enarrationis Alexander, poſtq; docuit inquit, unius doctrinæ minus eſſe de ente, qua eſt ens, & quot, & quæ ſunt ſpecies entis, differere, deinceps. ſ. in præſenti textu quot, & quę ſunt entis ſpecies, oſtẽdit. pro cuius rei declaratione, ut ait, primũ docet unum atq; ens ſubiecto inter ſe eadem eſſe, ut inde inferat tot habere entis ſpecies, quot ſunt unius ſpecies. Secũdo docebit eiuſdem eſſe ſcientiæ de multitudine conſiderare, cuius eſt conſiderare de uno, quoniam oppoſitorum cognitio eiuſdem ſcientiæ munus eſt. Eſt autem uni multitudo contraria, & multitudinis ſpecies unius ſpeciebus opponuntur. quare ex his concludetur tot eſſe ſpecies entis, quot ſunt ſpecies unius, atq; multitudinis, & omnes eſſe conſiderandas in præſenti ſcientia. docet ergo primo unum atq; ens ſubiecto inter ſe eadem eſſe, ut ſit ſyllogiſmus eorum, quæ ſubiecto inter ſe ſunt eadem, ſpecies tot & eædem ſunt. ens & unũ ſubiecto inter ſe eadem ſunt. igitur entis & unius totidem & eædem erunt ſpecies: huius ſyllogiſmi primo affert minorẽ, & loquitur ſuſpenſiue uſq; ibi ⁊ nõ tñ ⁊ & dicit ⁊ ſi itaq; ens & unũ ipſum idẽ ſunt ⁊ .ſ. ſubiecto ⁊ atq; una natura ⁊ ut ſit ſecũdũ expoſitio primi: & interponit rationẽ quare ſubiecto, & natura eadem ſunt, & dicit ⁊ ex eo, quia mutuo ſeſe cõſequũtur, quemadmodum principium & cauſæ ⁊ ſunt eadem ſubiecto, quia mutuo ſeſe conſequuntur, deinde terminando ſuſpenſionem dicit ⁊ non tamen ⁊ ſubaudi unũ & ens ⁊ unã ſubeunt rationẽ ⁊ quemadmodum nec principium & cauſa. eſt ergo minor ens & unum ſubiecto inter ſe eadem ſunt. cuius prima ratio eſt, ea, quæ mutuo ſe conſequuntur, ſunt eadem natura ac ſubiecto: unum & ens mutuo ſeſe cõſequũtur: ergo unum & ens ſunt eadem ſubiecto & natura. cuius proſyllogiſmi tantum minor ponitur in textu. exponit autẽ Alexander quid Ariſtoteles intelligit per ens & unum mutuo ſeſe conſequi, & uult ens & unum mutuo ſeſe conſequi prædicatione, nam ſic unum, & ens ſeſe mutuo prędicatione conſequuntur, ut principium, & cauſam. qm̃ principium idem eſt, quod cauſa, & econuerſo cauſa idem atq; principium, alia tamen eſt ratio, aliaq; intellectus notio, qua principium dicitur, alia, qua dicitur cauſa. dicitur enim principium, quatenus primum eſt eius, cuius eſt principium, & quatenus ex eo exiſtunt ea, quorum eſt principium. cauſa uero, quatenus propter ipſam eſt id, cuius eſt cauſa. ad hunc igitur modum ait Ariſtoteles unum & ens ſeſe habere inter ſe. de quocunq; enim dicitur unum, dicitur alterum: & econuerſo tamen diſcrimine quodam intellectus unum & ens prædicamus. nã cum aliquid ens dicimus, ipſum exiſtere ſignificamus. cum uero unum, ſecretionem ab aliis, & a multitudine innuimus. ad hunc quoq; modum ſe habẽt inter ſe expers, & minimũ, ſemen & fructus, aſcenſus & deſcenſus, & quæcunq; proprie ἑτεράνυμα. i. diuerſi nomina nuncupantur. Deinde, quia Ariſtoteles non probauit unum & ens ratione differre, & eſſe eadem ſubiecto, cum quis poſſet dicere unũ & ens eſſe eadem ſubiecto, & ratione, ut ſunt enſis, & gladius, & ueſtis & indumentum, hoc refellens ſubdit ⁊ nihil autem refert ſi hæc ⁊ .ſ. unum & ens ⁊ quoq; hoc pacto ⁊ .ſ. ſubiecto & ratione ⁊ eadẽ eſſe putauerimus. Sed ⁊ ſic afferendo ⁊ ad propoſitũ ⁊ noſtrum probandum ⁊ magis conducit ⁊ nam, ut Alexander exponit, tanto magis utriuſq; conſideratio ad eãdem ſcientiam pertinebit. ſ. ſi nomine tãtum diſcrepauerint. uel forteſſe dicere ens, & unum eſſe eadem ſubiecto, & ratione ideo magis ad noſtrum propoſitum facit, quoniam ſequitur ſtatim ad ſic dicẽtes tot eſſe ſpecies entis, quot ſũt unius, quot eſt noſtrum propoſitum. Quo uero ad uerba attinet, cum dixit, idem ſunt, atq; natura una, ideo dicit, quoniã quędam ſunt eadem ſubiecto, quæ nõ ſunt eadem natura, ut Socrates, & hoc album, & hoc muſicum. at unum & ens non diuerſam naturam, ſed eandem ſignificãt. inſuper uerba illa ⁊ ſi hæc quoq; hoc pacto eadẽ eſſe putauerimus ⁊ hoc modo leguntur ab Alexandro, ſed in noſtro codice, ſic habentur ⁊ ſi non ſimiliter acceperimus ⁊ & ſenſus eſt idem. quoniam non refert quantum ad probationem noſtri propoſiti ⁊ ſi ⁊ uidelicet ens & unum ⁊ non ſimiliter acceperimus ⁊ ut accipiuntur ea, quæ differunt ratione, nam ſi accipiantur, ut eadem ratione, manifeſtius ens & unum oſtendetur cadere ſub eandem conſiderationem, & habere ſpecies ſibi correſpondentes. uerum ſcriptura Alexandri perſpicua eſt.

Que Auer. Comen. 3.

Idem enim eſt unus homo, & ens homo, & homo, & non aliud quicquam dictio ſignificat, ſi reduplicabitur eſt homo, & homo, & unus homo. patet autem ex eo, quia nec in generatione ſeparantur, nec in corruptione, ſimiliter & in uno. quare perſpicuum eſt additionem in his idẽ ſignificare, & nihil aliud unũ præter ens eſſe.

Expoſitor admodum facile locum hunc exponit aſſerens Ariſtotelem uelle probare ens & unum ſubiecto & natura eadem eſſe per duas rationes, quarum primam, quæ habetur hic, componit hoc modo, Quæcunq; duo addita uni nullum diſcrimen afferunt, ſunt penitus idem ſubiecto, atq; natura: unum & ens addita homini, uel alteri cuicunq; nullum diſcrimen afferunt: ergo unum & ens ſunt penitus idem ſubiecto, atq; natura. Minorem probat inductione in uno exemplo, & quam potuit probare in ſimilibus infinitis, & dicit ⁊ idẽ enim ⁊ ſubaudi dictu ⁊ eſt unus hõ & ens homo, & non aliud quicquã dictio ⁊ ſubaudi ens, & dictio unũ ⁊ ſignificat, ſi reduplicabitur ⁊ ſupra homine dicendo ⁊ eſt homo ⁊ ideſt ens homo ⁊ & homo, & unus homo ⁊ quoniam ens & unum replicata ſupra hominem idem ſignificãt quod homo omnino, & nihil aliud addunt. Quod autem non addat ens homo ſupra hominem aliquid aliud ab homine, nec unus homo aliquid aliud ab homine, probat, & primo proponit quod intendit, & dicit ⁊ patet autem ⁊ .ſ. ens & unũ addita ſupra hominem nihil aliud a homine ſuperaddant, ⁊ ex eo, quia nec in generatione ſeparantur ⁊ nam idem eſt generari ens hominem, & hominem, & econuerſo ⁊ nec in corruptione ⁊ quoniam idem eſt corrumpi ens hominem & econuerſo quare ens nihil ſupra hominẽ addit aliud ab hoie.



& ſicut dico de ente, ita dico de uno, quoniam idem eſt generari unum hominem & hominẽ, & econuerſo, & corrumpi unum hominẽ & hominem: & econuerſo. ergo unum ſupra hominem nihil diuerſum ab homine affert. quare ens, & unũ in hoſe omnino eadẽ ſunt, ita ut inter ſe ſint eadẽ ſubiecto, & natura. unde dicit ⁊ ſimiliter & in uno ⁊ .i. & ſicut dico de ente, ꝙ nõ ſuperaddat aliquid diuerſum ab homine, propterea qa idem eſt generari & corrumpi ens hominẽ, & hominem, ita dico de uno, ꝙ uidelicet unum nõ ſuperaddat homini aliquid diuerſum ab hoie, pp eandẽ rationẽ, qm̃ idem eſt generari & corrũpi unũ hominẽ & hominẽ. Tum cõcludit propoſitũ, & dicit ⁊ quare perſpicuũ eſt additionẽ ⁊ .ſ. entis ſupra hominem, & additionẽ unius. ſupra hominẽ ⁊ in his ⁊ replicatis dictionibus, quæ ſunt ens homo, & unus homo ⁊ idem ſignificare ⁊ ſubaudi cum additur homini, qđ homo ſignificat ⁊ & non aliud unũ præter ens eſſe ⁊ ſubaudi cũ additũ homini: & ſed eadem ſubiecto, ac natura. uel iuxta noſtram expoſitionem textus ſic reſoluitur ad artem prioriſticam: ut ſit principalis ſyllogiſmus, quæcunq; ſunt ſimpliciter eadem uni tertio, ſunt ſibi inuicem eadem ſubiecto, ac natura: unũ & ens ſunt ſimpliciter eadem uni tertio: ergo ſunt eadem inter ſe ſubiecto, ac natura. Minor proſyllogizatur hoc pacto, quæcunq; duo addita alicui nihil diuerſum ab illo afferunt, ſunt ſimpliciter eadẽ uni tertio: ſed ens, & unũ addita alicui, nihil afferũt diuerſum ab illo: ergo ens & unũ ſunt ſimpliciter eadẽ uni tertio. Minor, pbaẽ uno exẽplo uice infinitorũ ſimilium, nam ens homo, & unus homo nihil addunt homini, quod ſit diuerſum ab homine. ſimili rõne ens equus, & unus equus, & centum talia. exemplum rurſus probatur, nã quæcunque eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur, nihil diuerſum addunt alterum ſupra alterum. ens & homo eadem generatione generantur, & eadem corruptione corrumpuntur: igitur ens non addit aliquid homini diuerſum ab homine. ſimili ratione de uno eſt dicendum. & iuxta hanc expoſitionem primus ſyllogiſmus Expoſitoris nõ eſt ad propoſitum: non enim cadit in reſolutione textus. de reſolutione igitur, primo ponit exemplũ, quod uice infinitorum probat minorem proſyllogiſmi, ſecũda ibi ⁊ patet autem ⁊ ponitur ſyllogiſmus probans exemplum, non totus, ſed eius minor. tertia ibi ⁊ quare perſpicuum ⁊ affert concluſionem principalis ſyllogiſmi. Alexander uero tres expoſitiones affert exempli, quod Ariſtoteles poſuit, quæ cum ſint penitus in intelligibiles, bona frõte prætermittantur. Auerroes autem digrediendo diſputat cum Auicenna, qui aſſerebat ens, & unum ſignificare diſpoſitiones additas eſſentiæ rei. nam unum ſignificat unitatem, quæ eſt principium numeri de pdicamento quantitatis. ens uero ſignificat eſſe, quod eſt actus eſſentiæ. nam eſſentia cuiuſq; rei eſt ab æterno in ſuis cauſis. eſſe uero per actionem agentis aduenit eſſentiæ, & eam conſtituit in eſſe, quod nomen ens ſignificat. quare unum & ens ſignificant diſpoſitiones additas eſſentiæ rei. Auicenna ergo cum audierit a Theologis ſuæ ſectæ rerum eſſentias eſſe æternas in ſuis cauſis contentas, & eſſe, & unitatem aduenire eſſentiæ per actionem agentis, miſcens ſuam metaphyſicam cum ſermonibus ſuorum Theologorum diſtinxit diſpoſitiões, quod aliæ ſint accidentales, ut album & nigrum, quæ accidunt ſubſtantiæ. quędam uero eſſentiales, quæ licet differant re ab eis, quibus adueniunt, ipſis tamen nõ accidunt. & ita aſſeruit ens, & unum eſſe diſpoſitiones additas eſſentiæ, non tamen accidentales, ut album & nigrum, ſed eſſentiales: ut animal, & rationale, quæ hominis diſpoſitiones ſunt, ſed eſſentiales. pro hac poſitione argumentabatur Auicenna, quoniam ſi unum & ens ſignificant idem omnino, tunc dicere ens eſt unum eſſet negatio, ſicut eſt nugatio dicere unum eſt unũ, & ens eſt ens, nam idem omnino per ſubiectum ſignificatur, quod per prędicatum, quare ſi non eſt nugatio dicere ens eſt unum, oportet ut unum ſignificet rem aliquam ſuperadditam eſſentiæ: ſimiliter eſſet nugatio dicere unũ eſt ens, uel Socrates ẽ ens, niſi ens ſuperadderet rẽ aliquã ſupra unũ, uel ſupra Socratẽ. Auerroes uero ſoluit ex eo, quia licet ens & unum ſignificẽt eandẽ intentionẽ. i. eandẽ rẽ omnino, tñ ſunt termini, qui connotant diuerſos modos. i. diuerſas rõnes. nõ aũt diuerſas diſpoſitiones. i. diuerſas res ſuperadditas eſſentię. Arapud Auicennã idẽ eſt ſignificare eadẽ eſſentiã modis diuerſis, & ſignificare diſpoſitiones diuerſas additas eſſentiæ in actu. quæ uero fecerunt errare Auicennã, ut Auerroes inquit, plura ſunt. quoq; primũ eſt, qm̃ unũ eſt nomẽ denominatiuũ entis. ens enim denominaẽ ab uno. oẽ aũt denominatiuũ ſignificat accidens, & ſubſtãtiã. ergo unũ ſignificat accidẽs, & ens ſubſtãtiã. quare unũ ſignificat diſpoſitionẽ additã enti. Secũdũ uero, qa putauit Auicẽna unũ ſignificare indiuiſionem eius, cui addit, & diuiſionẽ a quolibet alio mõ hmõi indiuiſio eſt intẽtio quædã alia a re ipſa, cuius eſt indiuiſio. Tertium qa exiſtimauit unũ, quod cõuertiẽ cũ ente, eſſe unũ, quod ẽ principiũ numeri prædicamẽtalis. At cũ numerus prædicamentalis ſit accidens, unũ quoq; intentio erit accidẽtalis, & nõ intellexit unũ, quod eſt principiũ numeroꝝ, eẽ ex entibus. i. eſſe quoddã tranſcẽdens ad oẽs numeros tã eſſentiarꝫ qꝫ corporꝫ, licet hoc unũ prędicamẽtale ſit magis dignũ, ut dicaẽ unũ ut libro nono diceẽ. ibi. n. declarabiẽ eſſe duplex unũ, trãſcẽdens, qđ eſt principiũ oũm numeroꝝ, tã corporꝫ, qꝫ formarꝫ, & prædicamẽtale, qđ eſt principiũ numeroꝝ prædicamẽtaliũ tm̃, cũ oriaẽ ex diuiſione cõtinui, quę ſit in corpora. diceturq; etiã ibi unũ prædicamẽtale eſſe magis dignũ ut dicaẽ unũ, qm̃ eſt euidentius unũ. tandẽ Auerroes cõtra Auicẽnam, argumẽtatur primo, qa ſi res eſſet unũ p aliquã rem additam ſuæ naturæ, ſicut credit Auicẽna, tũc nihil eſſet unũ per ſe, hoc eſt per ſuã ſubſtantiã, ſed per rem additam ſuæ ſubſtantiæ: quod relinquitur pro abſurdo. quoniam ſi a re ipſa eſſet ablata omnis diſpoſitio ſuperadditа, ipſo tamen remanente, adhuc res ipſa eſſet una, quoniam eſſet indiuiſa in ſe, & diuiſa a quolibet alio. quare abſurdum eſt dicere rem eſſe unum per diſpoſitionem ſuperadditam, & nõ per ſuam ſubſtantiam. Secundo argumentatur, quoniam ſi res, quæ eſt una, eſſet una per intentionem ſuperadditam eſſentiæ, quæremus de intentione ſuperaddita, per quam res eſt una, utrum ſit una per ſubſtantiam propriam, & ſic ſtandum erat in prima re. Sin autem ſit una per intentionem adhuc ſuperadditam, reuertetur quæſtio, & ita procedetur in infinitum. hæc ſunt, quæ Auerroes digrediendo diſputat cum Auicenna: de quibus in dilucidario quærendum eſt.

Que Auer. Comen. 3.

Præterea uniuſcuiuſq; ſubſtantia unũ eſt nõ per accidens, ſimiliter & ens aliquid proprie.

Secundo idem probat in hunc modum, uniuſcuiuſq; ſubſtantię eſt unũ nõ p accidens: uniuſcuiuſq; ſubſtantia eſt ens non per accidens: ergo (in tertia figura) ens eſt unum nõ per accidens. unde dicit ⁊ Præterea uniuſcuiuſq; ſubſtantia eſt unum non per accidens ⁊ hæc eſt maior. Deinde affert minorẽ & dicit ⁊ ſimiliter ⁊ uniuſcuiuſq; ſubſtãtia eſt ⁊ & ens aliquid proprie ⁊ .i. per ſe, & non per accidens. ergo (in tertia figura) ens eſt unum per ſe, & nõ per accidens. Expoſitor uero ſic componit, quæcunq; duo prædicantur de ſubſtantia alicuius rei per ſe, & non per accidens illa ſunt eadem ſubiecto, & natura: ſed ens & unũ prædicantur de ſubſtãtia cuiuſlibet rei per ſe, & nõ per accidens: ergo ens & unũ ſunt eadẽ ſubiecto, & natura. minorem attulit non ſub forma propoſitionis de prędicari, ſed ſub forma ꝓpoſitionis de ineſſe, ut expoſuimus. Quod aũt ens & unũ prędicentẽ de ſubſtãtia cuiuſlibet rei p ſe, & nõ per accidẽs, pbat Expoſitor, quoniam ſi prędicarentur de ſubſtantia cuiuslibet rei per accidens, prędicarentur p aliquod ens ſuperadditũ ſubſtantię, hoc aũt eſt falſum. quoniam de illo eſſet neceſſe prędicari ens, & unum. unumquodq; enim eſt unum, & ens. & ſic de illo ens & unũ prædicabuntur aut per ſe, aut per additum, ſi per aliquid

aliud, iterum esset quæstio de illo addito, & sic erit processus in infinitum. quare necesse est stare in primo, scilicet q cuiusq; rei substantia sit ens, & una per se, & non per accidens. Alexā. cōfundendo expositiones, tandē sic dicit, quanq; possunt uerba illa aliter explicari ad hunc modū explicētur, quemadmodū substātia est ens, ac proprie ens, sic ꝓprie est unū, ac ꝓprie unū, & nō ex accidenti, ut sit unū perinde atq; ens, aliud proprie, aliud improprie, & hoc prius, illud posterius. nam substantia proprie, & prius ens est, & unū, q̄ uero secundum substantiam sunt, horum quodq; ex accidenti est ens, & unum. ergo apud Alexandrum per ens per se, & non ex accidenti intelligit ens proprie, & ens per prius. Similiter intelligit per unum proprie: unum per se, & unum per prius: uerum quicquid Alexander uelit, expositio est, ut diximus.

Quare quot sunt unius, & tot & entis species: de quibus quidnam sit contemplari, ad eandem genere scientiam spectat.

Ex his, quæ dixit, concludit quot sunt species entis, & dicit { Quare quot sunt unius, tot & entis species sunt } & tu intelligas sibiipsis correspondentes. nam sicuti species entis sunt substantia qualitas, & quantitas, & reliqua, sic species unius sunt idem, simile & æquale, & reliqua, quoniā in substantia unum est idem. in qualitate uero simile, in quantitate autem æquale, eodem modo secūdum cæteras partes unius possunt sumi cetere partes entis. accepit autē species unius, & entis late sumpto uocabulo. nam neq; ens, neq; unū proprie genus est, nec species proprie dicuntur, quæ ipsis subijciuntur. Commune enim quod multipliciter dicitur, non est genus. huiusmodi autem sunt ens, & unum. Quod enim de ijs prædicatur, in quibus est prius & posterius, id quodam modo genus est, quia cum genere quandam obtinet similitudinem, non tamen proprie genus est. probauit autem tot esse entis species, quot unius, quoniam unum & ens sunt idē subiecto, & natura: & quoniam certiores nobis sunt species unius speciebus entis, ideo per numerum specierum unius ostendit specierum entis numerū. tunc subdit { de quibus } .s. entis & unius speciebus { quid sit } subaudi unaquæq; earum { contemplari, ad eandem scientiam genere spectat } nam ad primam philosophiam attinet considerare species unius, & species entis.

Dico autem, ut de eodem, & simili, & cæteris talibus, atque de horum oppositis. Sed fere omnia contraria ad hoc principium reducuntur.

TEX.4. Verum hæc contemplati sumus in contrariorum delectione.

Nunc quæ sint species unius exponit ut innuat correspondentes species entis, & dicit { Dico autem } .s. species unius, { ut } .s. sunt { de eodem, & simili, & cæteris talibus } scilicet æquali, nam idem, qua idem unum est in substantia. simile qua simile unum in qualitate, pari ratione æquale unum est in quantitate. quare correspondentes species entis, sunt substantia, cui correspondet idē. qualitas, cui correspondet simile. æquale, cui correspondet quantitas. de his omnibus cōsiderat ea scientia, quæ est de ente, quatenus est ens. Deinde amplificando secundum omnem subdit { atq; de horum oppositis } nam in metaphysica consideratur diuersum, quod est oppositum eidem, & dissimile, quod est oppositum simili, & inæquale, quod est oppositum æquali. sed quoniam unum est quoddam superius ad idem, ad simile, & ad æquale, & ad cætera id genus, ideo hic docens reducere omnia cōtraria, de quibus agit hæc scientia, ad unum genus opponit, quod est communissimum in hac sciētia dicit { Sed fere omnia contraria de quibus .s. agit hæc scientia, ad hoc principiū reducuntur } quo in loco principium appellat oppositionē, qua unum, & multa opponuntur. si quidem idem est unum. diuersum uero multa. pari ratione simile, & æquale unum est, dissimile, autem & inæquale multa. Quare omnia contraria, de qbus agit hæc scientia, reducuntur ad propositū oē, qua unum, & multa opponuntur: tanquam ad cōmunissimum genus, atq; principium. Quod autem cuncta fere contraria ad hanc oppositionem reducuntur, quæ est inter unū & multa relegat nos ad locū, ubi id explicauit, & dicit { uerum hæc } .s. quæ sunt contraria, & quæ reducuntur ad primam oppositionem, quæ est inter unum & multa { contemplati sumus in contrariorum delectione } .i. in secundo de bono, ut Aristoteles inquit, uel in secūdo metaphysicæ, qui est liber electus de contrarijs.

Atq; tot philosophiæ sunt partes, quot substantiæ sunt: ut necessarium sit ipsarum quandam esse primam, & aliam sequentem. nam unum ipsum, & ens genera habent. quapropter & scientiæ hæc sequuntur. Ipse nanq; Philosophus perinde se habet, ut is, qui mathematicus nuncupatur: & enim partes hæc habet, & prima quædā est scientia, & secunda, & aliæ deinceps quæ in mathematicis ipsis sunt collocatæ.

Hic soluit quæstionem tertiam & quartam, quæ sunt motæ tertio libro proximo: quarum prima est, utrum una scientia de cunctis substantijs consideret, an plures, & si plures quæstio secunda erit, an hæ sint inter se cognatæ. de prima dicit, nec solum sequitur, ut sint species entis, quot unius, sed sequitur etiam, quod subdit } atq; tot philosophię sunt partes, quot substantiæ sunt } hoc enim est, quod sequitur etiam. nā cum substantiæ sint plures, iccirco scientiæ, quæ circa substātiam uersantur. i. philosophiæ, quæ genere una est, tot erunt partes, speciesq;. quot ipsæ substantiæ: & quidem ordinatæ ut necessarium sit ipsarum } .s. partium philosophiæ quandam esse primam, & aliam sequentem } .i. & aliam secūdā, posterioremq; pro ipsarum ordine. nam ut Auerroes inquit ea pars quæ est de substantia sensibili, de qua agitur libris septimo, & octauo, prima est ordine doctrinę. quippe cum doctrina omnis incipiat a notioribus. ea uero pars, quæ est de substātia insensibili, atq; immateriali, de qua duodecimo huius agetur, est posterior ordine doctrinæ, licet ordine dignitatis, & intentionis sit prima. cum in hac scientia principaliter intendatur. Circa hæc Alexander animaduertit Aristotelem intulisse duas conclusiones, quarum prima est, ut tot sint species entis, quot unius. & hāc asserit sequi ex illo assumpto, q ens & unum sint idem subiecto & natura. Secunda uero est, ut tot sint philosophiæ partes, & eo ordine constitutæ, quot sunt partes substantiæ: & hanc sequi asserit illud assumptū, q si hoc sit substantia, ipsum Philosophum principia substantiaꝝ, causasq; habere oporteat. demū Alexander mutat ordinē in uerbis, quę mutatio nō mihi placet. qm̄ intelligit sine uerboꝝ peruersione: & animaduerte in hac expositione ꝑ philosophiā esse intelligendū metaphysicam, ut Expositor intellexit. Deinde soluens secundā quæstionē ostendit partes philosophię esse cognatas, utens syllogismo in hūc modū, partes, quæ sunt eoꝝ, quæ sub se genera habent, sunt cognatæ: Philosophiæ partes sunt entis, & unius, quę genera sub se habēt: ergo sunt cognatę. de syllogismo affert minorē, & dicit { nā unū ipsum & ens genera cōtinuo } .i. ordinata sub se { habent } ut sunt partes substātiæ, inter quas est aliqua prima, & aliqua posterior. & per genera, quæ cōtinenē sub uno, & sub ipso ente, intelligit genera substantiaꝝ, quoꝝ alterū est sensibilium de quibus. vij. & viij. libris huius agit. & alteꝝ insensibiliū de qbus libro. xij. differit. Deinde affert cōclusionē, & dicit { quapropter & sciē hæc } .s. genera substantiaꝝ entis, & unius sequuntur .s. ut sint cognatæ ueluti & genera substātiaꝝ sunt cognita, oēs. n. partes philosophiæ continentur sub uno genere metaphysico. & secundum hāc

Comen 4.



expositionem Aristoteles per philosophiam intelligit, metaphysicam. cognationem autem hanc partium philosophię .i. metaphysicę Aristoteles exponit exemplo eius cognationis, quæ habetur in mathematicis, & dicit { ipse nanq; philosophus } .i. metaphysicus { perinde se habet atq; is, qui mathematicus nuncupatur } eius ratione exponens dicit { & enim hæc } .s. doctrina mathematicę { partes habet } quarū una { & prima est scientia } ut arithmetica { & secūda } ut geometria { & aliæ deinceps, quæ in mathematicis ipsis sunt collocatæ } ut astrologia, perspectiua, musica, & mechanica: quæ priores sequunē, uel, ut Auerroes inquit Cōmento quarto, prima scientia in mathematicis est geometria, & arithmetica, secunda uero est perspectiua musica, aliæ autem, quæ deinceps sunt, astrologia, & mechanica sunt. eodem modo in metaphysica partes sunt cognatæ, in quibus quædam est prior, quædam posterior. ubi patet in uniuersa hac expositione per philosophiam esse intelligendum metaphysicā, & per Philosophum metaphysicū, ut Expositor intellexit, & Auerroes. At secundum Alexandrum per philosophiam intelligendum est scientiam contemplatricem cōmunē omnibus sciētijs contemplatricibus, ut naturalis, quæ est de substātia sensibili corruptibili, & ea, quæ est de substātia sensibili æterna. & metaphysica, quæ est de substantia insensibili æterna, & per Philosophum etiam intelligit cōmuniter contemplatorē unde loquens Aristoteles de philosophia sic generatim sumpta, primo asseruit tot esse partes philosophiæ, quot sunt partes substantiæ: & eodem ordine collocatas, nā sicuti substantiarum aliæ sunt primæ, aliæ secundæ, sic philosophiæ quæ fuse accipitur, alia pars est prima, alia secunda, & posterior pro substantiarum ordine. Secundo asseruit philosophiam .s. generatim sumptam similem esse mathematicæ, nam ut mathematicæ, quæ genere una est, eiusq; partiū discrimē quodam est pro differentijs, & ordinibus eorum, in quibus uersatur, sic & philosophiæ, cum enim in mathematicis q̄dā cōsiderata sint prima, quædam secunda, iccirco in mathematica quædam est prima, quædam secunda, alia tertia. Prima enim uerbi gratia est, quæ circa plana uersatur, post hanc, quæ circa solida, deinde astrologica, tum mechanica quæ nascentia, & intereuntia tractat, qui ordo in substantijs quoq; reperitur. nam primæ sunt ingenitæ, & immortales, quæ corpore uacant, nec mouentur, de qbus prima philosophia agit. Secunda uero philosophia de sempiternis, quę motu cientur: ut ea pars, quæ est de cœlo, & mundo. Tertia quæ substantias considerat nascentes, & intereuntes. nam hæ substantiæ ultimæ sunt. de his agit ea naturalis philosophię pars, quæ cōtinetur in cæteris libris, qui sunt post librum de cœlo. hęc est Alexandri expositio.

Cum autem unus facultatis sit opposita contemplari, & uni pluralitas opponatur, ad hanc sane scientiam & pluralitatis cōtemplatio pertinebit & priuationis atq; negatiōis, quæ unius sunt, utroq; nanq; modo unum ipsum in contemplationem uenit, cuius est negatio, uel priuatio. quę aut simpliciter dicitur illi nō inesse, aut alicui generi. ibi igitur ipsi uni differētia inest præter id, quod est in negatione. ipsa nanq; negatio illius est absentia. in priuatiōe uero & subiecta quædā existit natura, de qua priuatio dicitur.

Vt Alexāder inquit, postq; Aristoteles eius esse sciētiæ de uno, uniq; subiectis cōsiderare, cuius de ente qua ens ē, nūc ostendit ad eandem pertinere de ijs disputare, quæ multis subijciuntur, qualia sunt diuersum, dissimile, inæquale, & cætera, quæ multis subijciuntur. dixerunt enim omnes contrarietates referri ad oppositionem, quæ est inter unum, & multa, uelut ad principium: ideo nunc docet cuius est de uno disputare, ad eundem pertinere, de contrario unius disserere, quoniam oppositorum consideratio eiusdem est disciplinæ, quod si unius scientiæ est de his cōsiderare .s. de uno & multis, his aūt .s. uni & multis oīa contraria subijciunē, erit unius scientiæ de omnibus cōtrarijs considerare. Hæc aūt scientia, ut dictū est, est sciētia, quæ de ente quatenus ens cōsiderat. quare scientiæ, quæ de ente, quatenus est ens cōsiderat, erit omnia cōtraria cōsiderare. hæc est summa uerboꝝ, quā Alexander cōpilat, licet obscurissima sint, dicit { cū aūt unius facultatis sit opposita contemplari } hæc est maior { & uni pluralitas opponatur } & hæc est minor. Tunc affert conclusionē cū suo trāsumpto, & dicit { ad hanc sane scientiam & pluralitatis cōtemplatio pertinebit, & } etiā pertinebit cōtemplatio { priuationis & negationis, quę unius sunt } sic. n. legit Alexander, qui dictionē habebat, qualē nos habemus in translationibus Boethij, & ueteribus. licet Argyropylus secus legat, nec tamē ut in græcis nostris codicib⁹ habemus, rationē huius trāsumpti in cōclusiōe additi Alexāder affert: qm̄ cum opposita multipliciter dicantur, ut habitus & priuatio, & affirmatio & negatio, ut cōtrarium & cōtrariū, ut ea, quæ ad aliquid opposita dicunē & ad hāc sciētiā quæ est de ente quatenus est ens, pertinet considerare de oībus oppositis: recte illatum est ad hāc pertinere cōsiderare de priuatione, subaudi & habitu .i. de oppositione, quæ est inter priuationem & habitum, & de negatione .i. de oppositione, quæ inter negationem, & affirmationē, & de cæteris id genus. Secundam etiā rationē innuit idē Alexāder ex eo quia eiusdē sciētię est cognoscere priuationem, & negationē, cuius est cognoscere & id cuius est priuatio, & negatio. quare cū huius scientiæ sit cōsiderare unū, erit etiā cōsiderare negationē & priuationem, quę sunt unius. nemo enim alicuius priuationem uel negationē intelligere ualet, qui hoc ignoret, cuius est priuatio, uel negatio. unde & Aristoteles huius rōnē affert, & dicit { utroq; nanq; mō } tā ut id, cuius est negatio, q; ut id, cuius est priuatio { unum ipsum in cōtemplationē uenit } .s. præsentis scientiæ, uel sic { utroq; .n. modo } .s. siue multa uni ut negationem opponi dicas, quæ .s. uocabulo non unum significantur, siue ut priuationem, quoniam in non uno unum cōtinetur, cuius est negatio { unum ipsum in } præsentem .s. contemplationem } uenit. post hæc discrimē, quod inter priuationem, & negationē habetur apponens dicit { Cuius } .s. unius { est negatio, uel priuatio, quę aut simpliciter dicitur illi non inesse, aut } non inesse { alicui generi } .i. quæ negatio uel priuatio dicitur aut simpliciter, aut in genere: in quibus uerbis innuit hāc distinctionem q priuatio, siue negatio sit duplex, quædam simpliciter, per quam .s. absolute dicitur hoc non inesse illi, quędam uero in genere, per quam aliquid non absolute negatur, sed intra metas alicuius generis, sicut cæcum dicitur non simpliciter illud, qd' non habet uisum, sed intra genus animalis dr̄ illud animal, qđ nō habet uisum. unde concludens differētiam inter negationē, quæ est unius, & priuationem, quæ etiā est unius, dicit { ibi igitur } .s. in negatione simpliciter { ipsi uni differentia inest } .i. signum negationis simpliciter inest { præter id, quod est in negatiōe } .i. nō cōnotando id, cui inest, quasi dicat hāc esse differentiā q signū negationis simpliciter insit non connotando determinatum subiectum, cui inest cuius rationem affert, & dicit { ipsa nanq; negatio } .s. simpliciter { est } absoluta { absentia illius } .s. termini, cui inest, idest cui signum negatiuū apponitur: ut nō homo, simpliciter negat hominem: & non limitat sibi determinatam naturam { in priuatione uero & subiecta quædam existit natura } eius .s. cui inest { de qua dicitur priuatio } quæ est negatio non simpliciter, sed in genere. Quare differentia hæc est q ibi scilicet in negatione simpliciter non connotetur determinatum genus subiecti, hic uero, scilicet in priuatione connotetur certum subiectum. & per differentiam intelligit signū negatiuū, quod additur uni: ueluti cum dicitur nō unum. & uocauit signum negatiuum

differentiam, quoniam per ipsum differt terminus negatus ab affirmato. Alexander autem hæc uerba sic exponit { ibi igitur } .i. in negatione { ipsi uni quidem differentia } .i. negatiuum signum { inest } subaudi cunctis alijs { præter id, quod est in negatione } negatio enim de cęteris omnibus uere dicitur præter illud, cui differentia negatiua in negatione adiungitur. & adiecit causam, cur de cæteris omnibus prædicetur uere, præter id, cui differentia negatiua idest negatio additur: tum ait { ipsa nanq; negatio illius est absentia } exponit etiam Alexander & tertio modo, de quo non curo. Sed occurres ijs, quæ Alexander dixit, quoniam per hæc, quæ Alexander inquit, uidetur unum dicere negationem multitudinis: quod falsum esse ostenditur primo, quia cum priuatio sit posterior naturaliter eo, cuius est priuatio, sequeť unũ esse naturaliter posterius multitudine. Deinde, quoniam tũc multitudo poneretur in diffinitione unius. quippe cum priuatio definiri non possit, nisi per suum oppositum, hoc autem falsum est, nam potius multitudo definitur per unum. est enim multitudo aggregatio unitatum: nisi sit circulus in definitionibus. Et dicendũ unũ, quod conuertitur cũ ente, dicere priuationem diuisionis in se, & diuisionis a quolibet alio, ut Alexã. superius exposuit. & sic negatio uel priuatio, qua unũ est unum, non est priuatio diuisionis quantitatiuæ, cum hæc sit determinati generis. Sed diuisionis formalis, qua aliquid dicitur unum ens; quæ priuatio diuisionis formalis intelligi non potest in aliquo ente, nisi prius intelligatur ens, secundo uero intelligatur non ens, tertio intelligatur diuisio, quarto intelligatur unum, quod priuat dictionem, ultimo intelligatur multitudo, de cuius ratione est diuisio. Istam autem priuationem uel negationem primam, quæ est indiuisio eius in se, sequitur secunda negatio uel priuatio, quæ diuisio a quolibet alio.

Quæstio.

Quæ cum ita sint, & uni pluralitas opponitur, fit, ut eorum etiam cognitio, quæ opponuntur dictis, ad dictam scientiam attineat: ueluti diuersi, dissimilis, inæqualis, & siqua sint alia, quæ aut ad idem, aut ad pluralitatem & unum accommodantur: ex quibus est contrarietas ipsa. quippe cum differentia quidem diuersitas sit, cõtrarietas autem differentia quædam.

Verba hæc { Quæ cum ita sint } puto esse addita ab Argyropylo, ut uerba recte construi possint. quare ostensa negationis, ac priuationis differentia, transit, ut Alexander inquit, ad id cuius gratia hæc commemorauit, & dicit { quæ cum ita sint, & uni pluralitas opponitur } nec solum uni opponitur pluralitas, sed etiam ea, quæ supradictis opposita sunt, quorum quodq; unum esse diximus. nã idem diximus esse unum in substantia, simile unum in qualitate, æquale unum in quantitate, quia igitur ea, quæ his opponuntur, etiã uni opponuntur, ideo concludens dicit { fit, ut eorum etiam cognitio, quæ opponuntur dictis } uidelicet eidem, simili, & æquali, cum hæc eadem etiam uni opponuntur salutem de secundaria ratione { ad dictam scientiam attineat, scilicet ad metaphysicam ad quam attinet cognitio unius & multitudinis, & exponit ea, quę opponũtur dictis, & dicit { ueluti } cognitio { diuersi } quod opponitur eidem, cognitio { dissimilis } quod opponitur simili, cognitio { inæqualis } quod opponitur æquali, & amplificans sermonem subdit { & si qua sunt alia, quæ aut ad idem } scilicet & diuersum { aut ad unum & pluralitatem accomodantur } de quibus explicat unum, & dicit { ex quibus est contrarietas ipsa } quod probat, & dicit { quippe cum differentia quidem diuersitas sit, contrarietas autem differentia quædam } igitur contrarietas est diuersitas. Quo uero ad sensum attinet, diuersum, dissimile, & inæquale opponuntur uni de secundaria ratione, quatenus subijciuntur multitudini. de primaria uero ratione dimersum opponitur eidem, dissimile simili, inæquale æquali. Quare hæc consideranda sunt in eadem scientia, in qua considerantur unum & multa. item etiam cum contrarietas contineatur sub diuersitate, etiam de contrarijs ad hanc scientiã pertinet agere. cũ enim inquit { & si qua sunt alia, quæ aut ad idem, aut ad pluralitatem & unum accommodantur supradictę scientiæ munus est cognoscere } intelligas & quæcunq; alia opponuntur, & subijciuntur, referunturq; uel sub idem, eiq; oppositum diuersum, ut opposita generaliora, uel sub æquale & inæquale, uel sub simile, & dissimile, uel sub unum & multitudinem, quæ sunt generalissima considerare Philosophi munus est: quæ iccirco, ut Alexander animaduertit, ab ipso dicta sunt, ut doceret philosophiam de cunctis oppositis disputare. Sed dices quonam modo album & nigrum, dulce & amarum sub unum & multitudinem referes? fortasse, ut Alexander inquit, in idem, & diuersum referuntur, quoniam ex ipsis concretiua, quæ sunt album & dulce ad idem referuntur. his autem opposita, quæ discretiua sunt, reducuntur ad diuersum. per quæ Alexander innuit de omnibus oppositis & per genera & species esse hac in scientia considerandum, quod fortasse est uerum non sistendo in ipsis per species, ut in dilucidario diximus. contrarietatem ex eorum numero esse ait, quæ ad diuersitatem. & multitudinem referuntur, & hoc ostendens dicit { quippe cum contrarietas differentia } quædam { sit, differentia autem diuersitas quædam } & cum diuersitas sit, ad multitudinem referri debet. itaq; contrarietas per reductionem ad diuersitatem, ad multitudinem referri potest. adiecit autem signanter de contrarietate esse hic agendum, dum molitur de oppositis uerba facere, nam de priuatione & negatione disputare eiusdem esse docuerat superius. dixit etiam contrarietatem diuersitati subijci, & non contraria ipsa. quoniam si contraria ipsa diuersitati subijcerentur, cum idem & diuersum contraria sint, tam idem, q̃ diuersum diuersitati subijceretur. insuper pari ratione cum æquale & inæquale sint contraria, tam æquale q̃ inæquale esset diuersitas, quamobrem non contraria ipsi diuersitati subijciuntur, sed contrarietas, quæ quidem contrarietas est in ambobus contrarijs simul sumptis, non in ipsorum altero. quo fit ut idem & diuersum uel album & nigrum simul sumpta ut contraria, diuersitati subijciuntur, non autem album, uel idem per se: hæ sunt Alexandri considerationes non inutiles.

Quare cum ipsum unum multis modis dicatur, & hæc multipliciter quidem dicentur, unius tamẽ scientiæ est uniuersa cognoscere. nõ enim si multis modis dicantur, ad diuersas scientias ipsorum contemplatio pertinebit. Sed si neq; una ratio ipsis competat, neq; ad unum rationes omnium reducantur, tunc ad diuersas scientias attinebunt. cum autem ad primum omnia referantur, ut ea, quæ dicuntur unum, ad primum unũ, dicendum est & de eodem, & diuerso, cõtrarijsue rem eodem modo sese habere. quare distinctione facta, quot unumquodq; modis dicatur, assignandum est ad primum in unoq; prædicamento, quo nam modo ad illud dicitur.

Expositor Aristotelem dicit hic tradere modum, quo de his oppositis sit determinandum. nam cum probasset de talibus esse hic considerandum, consentaneum rationi est, ut tradat modum, quo sit de ipsis determinãdũ. Iuniores uero, qui fere ad uerbũ Expositorẽ sectantur, formando dictionẽ, Aristotelẽ asserũt excludere cauillationẽ quandã, ex eo, quia obijcere posset aliquis, cum opposita multifariam dicantur, quemadmodum ipsum unum, cui subijciunť, nõ esse de ipsis

considerare



cõsiderare munus unius scię, et rñsiõis summa ẽ, q; licet hęc opposita multiplr dicať sintq; multiplicia tñ ptinẽt ad eãdẽ sciam, q̃tenus ad aliqď unũ dñr, uel ab uno ordĩe attributionis. ab uno q̃dem ut de medicis oñdimus, medica. n. ab arte medẽdi deducunť, q̃ i hoĩe medico ẽ. ad unũ uerò, ut sana, q̃ oĩa ad sanitatis rõnẽ referunť, q̃ est i corpe ipo sano. vñ dicit { q̃re cũ ipm unũ multis modis dicať, & hęc } .s. spẽs unius { multiplr q̃dẽ diceť } tãq̃ ęquocata sub ipo uno spẽs uni⁹, ut supius diximus, sunt, q̃ uni subijciunť, hę aũt sunt idẽ/simile/æq̃le, et cętera i genus; hęc. n. multifariã dicenť erũtq; multiplicia ergo nõ ptinebũt ad eãdẽ sciam. Quæ ṽba, cũ ad cauillũ tacitũ attineãt, statĩ solrõnẽ subiũgit, & dicit { unius tñ scię, ẽ uniuersa cognoscere } uniuersa dicit opposita, q̃ subijciũť enti & uni, et affert rõnẽ, & dicit { nõ. n. si multis modis dicanť } ac sint entis & unius signata multa ueluti ęquocata sitq; idẽ pprie, qď i sba, sile pprie, qď i q̃litate, æq̃le pprie, qď i q̃titate tribuiť, sicq; ipsoꝝ qďq; in diuersis pdicamẽtis { ad diuersas scias ipoꝝ cõtẽplatio ptinebit } sed an unã. deĩde expoĩt, qñ ad diuersas scias ptinebũt signata eoꝝ, q̃ multis modis dñr. i. ęquocata & dicit { sed si neq; una rõ ipsis } scilicet signatis { cõpetat } p quã uniuoceť { neq; ad unũ } uel ab uno { rões oĩum reducanť } q̃. s. analogenť { tũc ad diuersas scias attinebũt } nã tũc erũt diuersoꝝ generꝝ, q̃ nulli uni gñi subijcieť. q̃ aũt ita se hñt, ut ęquoca gña multifariã dñr, ut i pdicamẽtis capite de q̃litate dixit. ẽ ãt q̃litas ex eoꝝ nũero, q̃ multifariã dñr. quaṙ vt q̃litatũ una tradiť scia, sic et oppositoꝝ/ď q̃bus agim⁹ eiusdẽ silis & æq̃lis. hec. n. oĩa ad unũ quoddã referũť ad primũ. s. & qď pprie tale ẽ eoꝝ de quibus ens pdicať, ut oĩa/de q̃bus ens pdicať, ad primũ entiũ referunť, qď q̃dẽ ẽ sba. & cũcta ď q̃bus unũ dr, ad primũ unũ, pprieq; unũ, qď est sba. silis ẽ rõ eiusdẽ ac diuersi. nã ď q̃bus hęc dñr, ea ad sbam referunť, qm̃ i illa pprie ẽ idẽ, et diuersum. ostẽdit. ergo Arist. opposita ipa, de q̃bus dr unũ, reduci ad unũ primũ, & unũqďq; oppositoꝝ eẽ unũ genus cõtinẽs pla, q̃ ẽt reducunť ad vnũ. & hoc dicit { cũ aũt ad primũ oĩa referanť, ut ea, q̃ dñr unũ ad primũ unũ, dicẽdũ ẽ & de eodẽ & diuerso, & ď ɔ̃rijs } .i. & ď unoquoq; oppositoꝝ { rẽ eodẽ mõ sese hñe } .s. q; unũqďq; oppositoꝝ sit unũ genus cõtinẽs pla, q̃ reducunť ad unũ, ergo opposita ipa de q̃bus dr unũ, reducũť ad unũ primũ, & signata cuiusq; oppositi, q̃ ɔtinenť sub uno gñe oppositoꝝ, ẽt reducunť unũ primũ i suo gñe. q̃re et oĩa opposita, et unũqďq; oppositoꝝ attinebũt ad unã sciam & cũ dixisset { eodẽ, & diuerso } adiunxit { et alijs cõtrarijs } .i. & alijs oppositis, ne vʒ lõga orõne oĩa cõtraria, q̃ uni subijciunť, enumeraret. hæc aũt sunt simile, & dissimile, ęq̃le & iæq̃le, & cætera, q̃ uni, & multitudini subijciunť. quare cũ unũquodq; hoꝝ multifariã dicať sicut ens & ab uno & ad unũ, oportet ut prius q̃dẽ diuidãt, deinde sumãt ipsoꝝ primũ, et qď pprie dr: demõstrãdo ꝯm q̃d hęc ab illo sic appellenť, exẽpli cã quærẽtes ꝯm q̃d idẽ appelleť, oportet alia ad pprie idẽ referre, hoc est ad idẽ, qď in sba intelligiť, & ostẽdere q̃d illius unũqďq; sit, cur idẽ appelleť, ac uicissim q̃d diuersũ dicať. deĩde cur sile, et uicissim q̃d dissimile, ac cætera eadẽ rõe cõsiderare. sic igiť postq; sciuerim⁹ signata cuiusq; gñis oppositoꝝ referri ad unũ primũ in suo gñe, queãdmodũ oĩa ipsa opposita ad unũ primũ in gñe entis et uni⁹, duo faciẽda eẽ p doctrina eoꝝ edocet dicẽs { q̃re distõne fcã } q̃ vʒ scieť { q̃t modis unũqďq; } .s. genus oppositoꝝ dicať, hoc ẽ primũ, qď faciẽdũ ẽ, deĩde exponit ꝯm cũ subdit { assignãdũ ẽ ad primũ i unoquoq;, quonã mõ ad illud dicať } .i. appelleť unũquodq; cęteroꝝ. q. d. quonã mõ eorũ, q̃ i singlis pdicamẽtis ad hũc modũ dñr, unũq̃ďq; sic appellatũ se hẽt ad primũ, & qď ita pprie nũcupať. i. ad id, qď hr i sba, et q̃uo ab illo noieť, exẽpli gra qď unũ appellať q̃uo se hẽt ad primũ & pprie unũ, & idem q̃uo ad primũ, & pprie idẽ, pari rõne i sili, & æq̃li, cęterisq; efficiẽdũ ẽ. ut. n. cũ de ente ṽba fecimus sumẽtes ens pprie subam eẽ, oñdimus alioꝝ qďq; ď q̃bus ens pdicať, ens eẽ, q̃a ẽ sbæ uel affectio, uel gñatio, uel actus, aut q̃cq; aliud, sic inq̃t opʒ i alijs efficere. Et hoc ẽ, qď p hoꝝ doctrina est agẽdũ. Sed occurres, qm̃ æquocoꝝ ẽt vr eẽ una scia, nã scia nãlis agit ď cane cœlesti, de cane marino, & ď cane latrabili. & ď cane cœlesti agit in lib. ď cœlo. ď cane marino, & cane latrabili i lib. ď aĩalibus. igr falsũ vr, qď Arist. accepit ęquocata nõ attinere ad eãdẽ sciam. Expositor soluit ęquocata p se, q̃ ęquocata sũt, nõ attineť ad eãdẽ sciam, p accñs ãt attineť, cũ vʒ accidit, ut signata æquoci cõtineãť sub uno gñe subti alicuius scię. sicuti canis stella, et canis piscis, et canis latrabilis cõtinenť, subijciunť. n. corpi mobili, qď ẽ subtũ phiæ nãlis. ex his pateť duo, quorũ primũ ẽ dilutio dubitatiõis, q; licet hęc multiplr dicanť, tñ attinẽt ad unã sciaʒ, qm̃ dñr multiplicia p attributionẽ ad unũ, ꝯm ṽo est q; uolẽtes agere ď oppositis gñati, primo distĩguẽdũ de gñibus ut colligať primũ deĩde oñdẽdũ vnũqďq; genus oppõnis appellari p attributionẽ ad primũ gen⁹, sili mõ uolẽtes agere de unoq̃q; gñe oppositoꝝ, prĩo distĩguẽdũ illď gen⁹ i sua signata, ut colligať primũ in tali gñe, postea oñdẽdũ unũquodq; p attributionẽ ad illud primũ in tali genere.

Dubitatio.

Quędã. n. eo sane dicenť, q; illud hẽant. q̃dam ppea q; illud agãt. q̃dã alijs talibus modis. patet igr id, q̃d olim in dubitationibus diximus, eẽ uidelicet unius facultatis de his, & de suba, rõem hñe: q̃d q̃dẽ erat unũ eorũ, q̃ diximus dubitando. Atq; philosophi eẽ ut possit ď oĩbus cõtẽplari. TEX. 5.

Cũ docuisset iuenire in multiplr dictis id, qď pprie in singulis dr, & quonã mõ in alijs accipere liceat ad id, qď pprie dr relatũ, nũc docet modũ q̃ hæc p diuisionẽ inueniãť, et dicit { Quędã. n. } .s. significata multiplr dictoꝝ { eo sane dicenť, qď illud hẽant } .i. q; hẽant pprie dictũ uel ens, vľ unũ uel idẽ, aut aliud q̃cq̃, & ita nũcupabunť, ut corpora q̃ sanitatẽ hñt, sana dicunť, q̃q̃, ut Alex. inq̃t, illud { hẽant } p ab illo hẽanť dictũ eẽ accipi possit ã q̃. n. hñtur, ut ã pprie ente, uel pprie uno hoc est ã suba, & sunt entia, & dñr entia, & unũ: ut quãtũ & q̃le, & q̃ simiľr hñtur in suba. sic itẽ idẽ, & diuersum, simile & dissimile sese habebũt. idẽ nanq; pprie intelligiť in suba, & pari rõe simile pprie ꝯm spẽm subę intelligiť, de alijs aũt pdicabiť q̃cũq; ad illud hñt similitudinẽ q̃dã igiť ita nuncupanť, qm̃ obtinenť ab illo { q̃dã propterea q; illud agãt } .i. q̃dã sunt entia, & unũ, qm̃ sunt accidens q̃dã subæ, q̃ pprie est ens, & unum unaquęq;. n. actio subæ ens est, & unũ, qm̃ actionibus ipsis suba fungiť { q̃dã alijs talibus modis } dũr. s. ens, ut unũ ut q̃a sunt affectiones subę, vľ habitudines. At ubi docuit, q̃nã mõ hęc ab uno, & ad unũ dñr, cõcludit illud, qď pposuit, & dicit { patet igr id, qď olim i dubitationibus diximus } qď exponẽs subdit { eẽ vʒ unius facultatis de his } .s. q̃ ã suba eẽ mutuanť { & de sba rõnẽ } .i. sciam { hñe: qď q̃dẽ erat unũ eoꝝ, q̃ } tertio hui⁹ { diximus dubitãdo, atq; } patet ẽt { phi eẽ, ut possit de oĩbus cõtẽplari } qď erat aliud ẽt lib. tertio q̃sitũ p q̃ soluunť septia q̃õ, q̃ erat utꝝ unius, an pliũ sciaꝝ sit de sbantijs ac ď sbaꝝ accidẽtibus cõtẽplari: & octaua, q̃ erat ut phi sit cõtẽplari & de ijs oĩbus dialecticã pbabiliť uti dixit, q̃ sunt cõtraria idẽ & diuersum, & alia ut supra diximus: soluũť. n. hęc ambo p ea, q̃ hic exposita sunt. q̃d uero p phm ĩtelligat, superius est expositũ. nã põt itelligi metaphysicus, qm̃ p quãdã excellẽtiã sibi uẽdicat nomen phi, & põt intelligi ẽt quoddã cõe ad nãlem philosophum, & ad metaphysicum, & ad mathematicũ. Expositor tamen per philosophum metaphysicum intelligit.

Nã si nõ ad phm idipm ptieat, q̃snã erit q̃sõ, q̃ si idẽ sit Socr. aut Socr. sedẽs, aut si vnũ sit uni cõtrariũ, aut q̃dnã sit cõtrariũ, aut quot modis oppositũ dicať, et idẽtidẽ ď cęteris eiusmodi cõsidrabit.

Cum conclusisset ad philosophũ pertinere considerare de supradictis, nunc docet philosophi munus esse de substãtia, deq; subæ accñbus cõsiderare, similrq; de eodem, & diuer-

ſo,& quæcũq; vl'iter de contrarijs ingruũt,eo quoq; argumento ꝙ eiuſmodi cõmẽtario ad nullã aliã doctrinã pertineat,neq;.n.geometræ,nec muſici,nec alicuius alterius, qui aliquã ſciam habet aliã ab ea,q̃ de ente,qua eſt ens cõſiderat,munus eſt diſputare ac itelligere utrũ ſuba ſimpl'r ſumpta,& cũ accidẽti aliquo accepta idẽ ſit,an diuerſum, ut Socrates p ſe ſeparatim acceptus,& Socrates ſedẽs.uel poſſet dici Ariſt.duo facere,nã primo ſub forma qõnis ꝓponit huius ſciæ eſſe,& nullius alterius cõſiderare de his, quæ nunc cõcluſimus:deinde inducere rõnẽ,vñ dicit { nã ſi nõ ad philoſophũ idipm } .ſ.qd' in ſcda ꝯcluſione cõcluſum eſt { ptineat } qs { nã erit q̃ſo,qui ſi idẽ ſit Socrates } .i.ſba ſimpl'r ſumpta { aut Socrates ſedẽs? } .i.aut cũ accidẽti aliquo accepta,neq;.n.ſimpl'r eſt idẽ,ſed ſbto, nõ aũt rõe { aut ſi unũ,ſit uni cõtrariũ } ſubaudi cognoſcere ad aliam ſciam ptinebit { aut qdnã ſit cõtrariũ } utrũ in q̃litate ſolũ,an ẽt in ſuba ad aliã.ſ.ſciam ptinebit,aut quot ſint diſcrimina cõtrarioꝶ eſſe vz exẽpli grã alia ſine medio,alia cũ medio,& medium mixtione cõtrarioꝶ cõſtare,& medioꝶ alijs idiũ eẽ uocabulũ, quædã extremoꝶ negatiõe nũcupari,nec illud quo diſcrimine ab alijs oppoſitis ꝯtraria diſcrepare { aut quot modis oppoſitũ dicaẽ } ad aliũ pertinet ſtatuere q̃ ad philoſophũ { & idẽtidẽ de cæteris eiuſmodi cõſiderabit } q̃ philoſophus ipe.

Cum igitur unius ut unum eſt,& entis ut ens eſt,hæc per ſe ſint affectus, ſed non ut numerus, aut ut linea,aut ut ignis, patet illius eſſe ſcientiæ & quidnam ſint hęc cognoſcere,& ea,quæ ipſis accidunt,contemplari.

Cum ꝓpoſuiſſet huius ſciæ eẽ ꝯſiderare ens, & q̃ enti p ſe accidũt,hoc nũc ꝓbat,& rõ ſic cõponiẽ apud Alex. quẽadmodũ in alijs diſciplinis eiuſdẽ eſt de ſubiecto cognoſcere,& quænã ipſi p ſe accidũt,monſtrare, ſic in doctrina de ente.Sed in cæteris diſciplinis eiuſdẽ eſt de ſubiecto cognoſcere,& quænã ipſi p ſe accidũt mõſtrare.ergo in metaphyſica ſic erit:ut tractent ens,& unũ, & q̃ p ſe accidũt. Tunc ultra,ſed q̃ dicta ſunt:igiẽ ea,q̃ dicta ſunt, ꝯſiderãda ſunt in metaphyſica.reſoluaẽ igiẽ textus hoc pacto i primũ ſyll'm, quæ p ſe accidũt enti & uni,cõſiderãda ſunt in ea ſcia,i qua cõſiderantẽ ens,& unũ:quæ p ſe accidũt enti,& uni,ſunt ea, quæ dicta ſunt:igiẽ in tertia figura ea,q̃ dicta ſunt, conſiderantẽ in ea ſcia,in qua cõſiderantẽ ens,& unũ.Huius pricipalis ſyll'i affert minorẽ,& dicit { cum igiẽ hæc } .ſ.quæ dicta ſunt { ſint p ſe affect⁹ unius,ut unũ eſt,& entis,ut ens eſt } hæc eſt minor principalis ſyll'i,maior uero ꝓbaẽ per primũ ſyll'm hoc pacto,quẽadmodũ in alijs diſciplinis eiuſdem eſt de ſubiecto cognoſcere,& quænã ipſi p ſe accidũt, mõſtrare,ſic in doctrina de ente:ſed in cæteris diſciplinis eſt eiuſdẽ de ſubiecto cognoſcere,& quænã ipſi p ſe accidũt, mõſtrare:ergo ſic erit in doctrina de ente: & ſic patet maior ſyll'i principalis,huius ꝓſyll'i nihil affert Ariſt.ſed eũ totũ attulit Alex.qa uero dixit,hęc quæ dicta ſunt, eſſe p ſe affectus entis & unius quatenus eſt ens, & quatenus eſt unũ, ideo hoc exponẽs dicit { ſed nõ ut nũerus, aut ut linea,aut ut ignis } Si.n.alicui hoꝶ p ſe ineſſet qcq̃ iſtoꝶ, p accñs enti ineſſet, nec alicui alteri,nec cõiter qdẽ.quare de his cõſiderare, nõ pertinet ad philoſophũ,ſed ſi numeris ineſſet,ad arithmeticum,ſi lineis,ad geometrã,ſin aũt igni,ad phyſicũ. At cum nulli entiũ determinate inſint,utiq; enti qua eſt ens inſunt p ſe.deinde principalis ſyll'i affert cõcluſionẽ, & dicit { patet illius eſſe ſciæ & quidnã ſint hæc cognoſcere, & ea, q̃ ipſis accidunt,contemplari } & ſic quæ ſcia de ente conſiderat, eadem de ijs diſputat,quæ his accidunt. Hæc autem doctrina eſt vniuerſalis,& cõis philoſophia:ut ſuperius dictũ eſt.

Atq; nõ hac parte aberrãt ij, q de ipſis cõſiderãt,uti nõ philoſophãtes, ſed qa prius his eſt ſubſtantia,de qua nihil prorſus intelligunt.

Hic reprehendit Platonicos, q incuſabant Sophiſtas ſm modũ,quo nõ debebãt incuſare ſm uero modũ, quo debebãt incuſare, nõ incuſabãt.Sophiſtę.n.q philoſophi nomen iduti de ſuba,cuius iter philoſophos maxie peculiaris, et pręcipua eſt diſputatio,nullã mẽtionẽ faciũt,ſed in eo ſunt occupati ut de contrarijs, ac oppoſitis,& q̃ multipliciẽ dñr,& de accidentibus,& ſimilibus diſputãt,q̃ ad ſophiſtica accõmodãt,& in alterationibus uſurpãt,ut aduerſarios cõturbẽt,circũueniãtq;.hos aũt incuſat,non ꝙ de ijs diſputẽt tanq̃ id ad philoſophũ nõ ptineat.nã huiuſmodi cõmẽtatio nõ eſt à philoſophis,quoꝶ iſti pſonã induunt,aliena,ſed ꝙ de ijs tm̃,ac præcipue diſputẽt,de ſba uero,q̃ prima eſt, & à qua cætera eſſe mutuanẽ, & pp quã de illis philoſophi cõſiderãt , nullã mẽtionẽ faciũt.quo ſit,ut nõ phoꝶ,ſed Sophiſtaꝶ noĩe cẽſendi ſint. vñ dicit { atq; nõ hac pte aberrãt ij } .ſ.Sophiſtæ,vt Platonici putãt { qui } .ſ.Sophiſtæ { de ipſis conſiderãt,vti nõ philoſophãtes } .i.ppea,qa cõſiderãdo de illis,nõ philoſophenẽ.qa,ut diximus, cõſiderando de illis philoſophantur { ſed } errãt.ſ. { quia prius his } .ſ.accidẽtibus,q̃ cõſiderãt { eſt ſuba } & pricipale ens { de q̃ nihil prorſus intelligũt } nec cõſiderãt.ergo peccarũt in omittẽdo,nõ aũt in cõmittẽdo.vñ Auerroes q opinanẽ inqt, ſciam iſtã nõ eſſe neceſſariã,accidit eis,ut nullũ ens ſciãt in rei ueritate. qm̃ ſubaudias tu,tollũt ens, & unũ,q̃ ſunt prima genera, ad q̃ oĩs reſolutio deuenit,& ſine qbus nihil intelligi diſtincte põt.Secũdo Auerroes ſic ſubdit,& ẽt manifeſtũ eſt ꝙ quẽadmodũ numerus qua numerus eſt,habet accñtia ꝓpria, de qbus cõſiderat arithmeticus,verbi gratia parẽ,& imparẽ,& plus, & minus,& ſiĩr ſuba mobilis habet accñtia ꝓpria,& ſuba immobilis ſiĩr,& ſuba grauis,non grauis ẽt accñtia ſibi ꝓpria habet,ſic ens,quo eſt ens habet accñtia ꝓpria ſibi. qbus verbis colligi põt de mẽte Auerrois ens habere ꝓpria accñtia, quæ a Iunioribus dicuntur propriæ paſsiones.Quod etiam in Alexandri enarrationibus non ſemel colligitur:vt ſtatim in textu ſequenti perſpicuum erit. Q ue Auer. comé.5.

Nam ut & numeri, quo numerus eſt, proprij ſunt affectus,ueluti paritas imparitas, cõmẽſuratio æqualitas, exceſſus defectus, atq; hęc et p ſe, & inter ſe numeris cõpetũt,& ſolido ſimiliter,& mobili ac immobili,et graui et leui ſunt affectus alij proprij, ſic & enti, quo ens eſt, ſunt propria quædam. Atq; hæc ſunt ea,de quibus eſt philoſophi conſiderare ueritatem.

Quia ſuppoſuit ens quo eſt ens,hẽre quædã ꝓpria accidẽtia,de qbus in metaphyſica eſt cõſiderandũ, hoc exponit p ſimilia,& dicit { nã ut numeri, q̃ numerus eſt ꝓprij ſunt affectus } de qb⁹ cõſiderat Arithmetica { ueluti paritas imparitas,cõmenſuratio æqualitas.ſ.numeroꝶ { exceſſus,defectus.atq; hæc & p ſe,& iter ſe numeris cõpetũt } .i.quoꝶ accidentiũ p ſe quędã cõpetũt numeris,videlicet pp numeros ipſos abſolute,ut par & ĩpar,quædã pp mutuũ cõparationẽ,ut cõmẽſuratio,æqualitas,exceſſus defectus { & ſolido } .i.corpori { ſiĩr } inſunt quædã ꝓpria accñtia,de qbus cõſiderat geometra ſic quoq; lineæ cõpetũt quædã p ſe accidẽtia & planis,& figuris,de qbus ẽt conſiderat geometra. { & mobili & ĩmobili } .i.quæ accidũt tã ſolido mobili q̃ immobili.nã de accidẽtibus ſolidi ĩmobilis ſtereometria cõſiderat.de accidẽtibus ſolidi mobilis, aſtrologia { & } ſubaudi inter mobilia { graui & leui ſunt affectus alij ꝓprij } graui quidẽ,vt aquæ,& terrę,leui uero,ut igni & aeri.de qbus conſiderat philoſophus naturalis { ſic & enti, quo ens eſt,ſunt propria quædam,de quibus eſt philoſophi conſiderare veritatem } & ſic patet,quod ſuppoſuit.

Indicio autẽ nobis ſunt dialectici , atq; ſophiſtę,q ipſius philoſophi ſubeũt figurã. Sophiſtica

enim



enim facultas apparẽs tm̃ mõ ſapiẽtia eſt . dialectici uero de oĩbus diſſerũt . ſed cõe oĩbus ipſum ens eſt, diſſerũt uero ppea de his.ſ.ꝙ hæc philoſophiæ ſint propria circa nãq; idem genus & ſophiſtica, & dialectica,& philoſophia uerſatur.

Propria. οἰκεῖα. Familiaria. Peculiaria.

Nunc indicio ꝓbat philoſophi eſſe de ſupradictis cõſiderant.i.de æquali inæquali,ſimili diſſimili , de eodẽ diuerſo,de contrario,& cęteris id genus. & dicit { Indicio autem nobis } .ſ.ad idem aſſerendũ { ſunt dialectici,atq; ſophiſtę, qui ipſius philoſophi ſubeunt figurã } .i.qui induti ſunt nomen philoſophi.deinde aſſignans cãm quare philoſophi nomen induanẽ,& dicit { Sophiſtica.n.facultas apparẽs tantũ modo ſapientia eſt } quod aũt apparet aliqd,aliqua ratione illius nomẽ induit.& ſic Sophiſtica facultas aliqua rõne dici põt ſapia,& Sophiſta ſapiens,deinde oñdit ꝙ dialecticus ẽt dici poſſit ſapiẽs,& dicit { dialectici uero de omnibus diſſerunt } & quia de oĩbus diſputant.recte dictũ eſt dialecticũ indui nomẽ philoſophi.qm̃ aũt differenter ſophiſta, & dialecticus induũt nomẽ philoſophi,iõ ſubdit { ſed cõe oĩbus } ſc; tam ſophiſtis q̃ dialecticis { eſt ipm ens } qm̃ & ſophiſtæ & dialectici uerſanẽ circa ens,ſed,ut dixit,rõne diuerſa, qm̃ ſophiſta apparẽter,dialecticus ꝓbabiliter. deinde redit ad oñdendũ efficaciã indicij,& dicit { diſſerũt uero } .ſ. ſophiſtæ & dialectici { ppea de ijs } .ſ.æquali & inæquali,& cęteris id genus { ſcilicet ꝙ hæc philoſophię ſint ꝓpria } .ſ. accidẽtia,quæ accidũt ꝓprio ſubiecto philoſophiæ.& affert cãm,& dicit { circa nãq; idẽ genus & ſophiſtica, & dialectica,& philoſophia uerſaẽ } quare recte indiciũ ſumptũ eſt a ſophiſta,et dialectico.nã ſi circa eadem uerſanẽ dialecticus, ſophiſta,& philoſophus, & dialecticus & ſophiſta uerſanẽ circa ea,quæ dicta ſunt.igiẽ & philoſophus.Alex. ait ſophiſticã & dialecticã in eodẽ genere atq; philoſophiã uerſari,ut quæ nullũ genus ꝓpriũ determinatũ habeant, quẽadmodũ geometria,uel muſica.Sed oẽs de ente cõſiderant . Expoſitor uero aſſerẽs ſubiectũ logicæ eſſe ens rõnis , putat logicã eſſe æquilibrẽ philoſophiæ,qm̃ logicæ ſubiectũ ad ea oĩa ſe extẽdit,de qbus ens naturæ,qd' eſt philoſophiæ ſubiectum, prædicaẽ.nam nihil cõtineẽ ſub ente naturæ,qd' nõ ſub rõnis cõſideratione cadat.p quæ innuit expoſitor Ariſt. accepiſſe dialecticã ꝓ logica,vt ẽt Auerroes expoſuit, qd' Alex. non arbitraẽ.qm̃ Ariſt.p dialecticã eã logicæ partẽ itelligit, quæ tradidiẽ in.8.lib.Topicoꝶ:quæq; cõtradiuidiẽ atq; æq libris eſt ſophiſticæ. Logica.n.cõisſima eſt ẽt rhetoricæ, & poeticæ,vt Ariſt.in rhetoricis expoſuit,continẽs ſub ſe dialecticã,ſophiſticã,& analyticã. Verũ hæc petẽda alibi ſunt.

Sed ab altera quidem facultatis modo, ab altera aũt electiõe uitę diſſerere philoſophia uidetur, atq; dialectica qdẽ facultas de ijs eſt tentatrix,de qbus eſt philoſophia cognitiua.ſophiſtica autem apparet quidem, non tamen eſt.

Cum inter philoſophiã dialecticam & ſophiſticã conuenientiã aſſignaſſet,nũc affert drias: & primo inter philoſophiam & dialecticã,quę drĩæ ſunt duæ,& dicit { Sed ab altera quidẽ } .ſ.dialectica philoſophia differre vr̃ facultatis mõ } .i.dria,qua facultas differt a facultate,hoc eſt dicere p poſſe.nã philoſophia facultatẽ hẽt ſyllogiſticã, ut ſit uerorũ demõſtratrix,dialectica,ut p ꝓbabilia rõcineẽ ꝓbabiliter. deinde affert ſecundã drĩã philoſophiæ a dialectica, & dicit { atq; dialectica quidẽ facultas de ijs eſt tẽtatrix } .i. periculum faciens ſyllogizando p ꝓbabilia ꝓbabiliter { de qbus philoſophia eſt cognitiua } .i.de qbus philoſophus ſcientiã habet p demõſtrationẽ uel hẽre ſe iactat.nã dialecticus periculũ facit eoꝶ philoſophoꝶ,qui hæc,quæ dicta ſunt,ſe intelligere iactãt,cũ ea minime itelligãt,ſunt.n.philoſophoꝶ, aliq iactatores,qui ſe iactãt ſcire, aliq ueraces,q uere ſciunt: dialecticus ergo periculũ facit eoꝶ philoſophoꝶ,qui ſe intelligere iactant:qd' periculũ ſumit p accidentia eoꝶ, de qbus agiẽ in ſcia,quæ accidentia ẽt non hñti ſciam nota eſſe pñt. hæc eſt ſcda dria.p duas ẽt drias philoſophia differt a ſophiſtica,quaꝶ primã affert,& dicit { ab altera aũt } .ſ. ſophiſtica differt philoſophia { electione uitæ } ꝙ philoſophus id agat,ut eoꝶ,quæ ad ſe ptinet,doctrinã nanciſcaẽ, Sophiſta uero,ut eã hẽre uideaẽ.Ars.n.ſophiſtica cũ ſapia nõ ſit,ſpẽz ſapiæ pfert,quã æmulaẽ electiõe uitæ diſcrepãs. hęc eſt expoſitio Alex. At Auerroes uult philoſophũ differre a ſophiſta electiõe uitę,qm̃ ſophiſta uult in uita uideri philoſophus ut acqrat gloriã,& aliud grãꝶ humanaꝶ,vz diuitias,& honores.& ita eligit uitã,quã uideatur viuere philoſophus. At philoſophus eligit uitã,quã viuat ſciẽs uera, ẽt ſi non appareat ſcire.& nõ recte ait Auerroes ut poſtea uidebiẽ. vñ & Expoſitor nõ imperite inqt a ſophiſta uero differt philoſophus electione uitæ,ꝙ ad aliud ſophiſta ordinet uitã ſuam, ad aliud philoſophus.Philoſophus quidẽ ad ſciendã ueritatem.Sophiſta uero ad hoc,ut uideatur ſcire ueritatẽ, quãuis neſciat.deinde affert ſecundã drĩã oñdens philoſophiã differre a ſophiſtica ẽt mõ facultatis, & dicit { ſophiſtica autẽ apparet quidẽ } .ſ.rõcinari { non tñ eſt } .ſ.rõcinãs. hac.n. parte ſpẽm ueritatis potius,q̃ veritatem ſequiẽ.quare differt facultatis modo . Sed dices cur philoſophus nõ differt a dialectico electione uitæ?& cauſa eſt,qm̃ dialecticus in utilitatem ſpectat philoſophantiũ exercitationis grã, dũ ipſos experiẽ,ſint ne ſcia ea pditi,quã ꝓfitenẽ,an non. qua philoſophus differre nõ põt a dialectico electiõe uitæ, ſed tm̃ facultatis mõ.qm̃ quoꝶ philoſophia ſciam habet,& cognitionẽ, de ijs dialecticã tentatricẽ eſſe ait,eadẽq; per ꝓbabilia cõfirmare,p hæc.n.experimẽtũ ſit.nã plerũq; ad redarguẽdã ueritatẽ utimur tentatiua ſcia,qd' ex ueris,& demõſtratiuis fieri non põt:ſed ex ꝓbabilibus.Cũ uero dixit { ſophiſtica aũt apparet quidẽ,non tñ eſt } in dialecticã referri ẽt põt , nam ſophiſtica vr̃ eſſe dialectica,qm̃ ex ijs,quę ꝓbabilia uidenẽ, ſyllogizat.vel in ſapiẽtiã,ut dictũ eſt,ꝙ ſapia eſſe uideaẽ,tñ nõ ſit,cum p falſam ſpẽm ſapiæ lucrũ aucupeẽ. Verũ nolo te ignorare duplicẽ eſſe ſophiſtã,alterũ , qui ſophiſta rhetor diciẽ,de quo Ariſt. 2.rhetoricoꝶ,alteꝶ,qui ſophiſta dialecticus nuncupaẽ.hic quidẽ ex apparẽter ꝓbabilibus, ille ex apparẽter ueriſimilibus,ſiue pſuaſibilibus argumẽtaẽ . hic eſt tentator p ꝓbabilia eoꝶ,qui eſſe putant ſe philoſophos, ille uero apparẽter argumentaẽ ꝓpter lucrũ,ut uincat rhetores in cauſis.de ſophiſta dialectico hic loquiẽ Ariſt. nã hic uult uideri philoſophus,nõ ꝓpter lucrũ,ſed ꝓpter gloriã.de hoc ẽt ait Sophiſtã differre uitę electione.qm̃ hic eligit uideri pp gloriã.De Sophiſta rhetorico loquiẽ. 1.rhetoricorum. vnde Auerroes nõ recte expoſuit,cũ locutus ſit de Sophiſta rhetorico,de quo Ariſto.non loquiẽ hic. Digrediẽ ẽt Expoſitor hic,& exponit quonã pacto dialectica,et ſophiſtica ſint ſciẽtiæ,& quonã pacto nõ ſint ſciæ,aſſerẽs eas ſcias eſſe,ut docẽt de ꝓprijs ſubiectis ꝓpria accidẽtia, hãc.n. doctrinã per demonſtrationẽ tradũt & ita,ut ſic ſciæ ſunt:ut ipſa philoſophia quoq;:quæ p demõſtrationẽ tradit doctrinã accidẽtiũ de ꝓprio ſubiecto.Sed analytica poſterioriſtica tã ut docẽs de ꝓprio ſubiecto ꝓpria accidẽtia,q̃ ut utens doctrina,quã docuit,ſcia eſt.ut docẽs quidẽ,qm̃ de ꝓprio ſubiecto ꝓpria accidẽtia tradit per demõſtrationẽ. Vt utens uero, qm̃ uſus analyticę ptinet ad philoſophiã,& ad alias pticulares ſcias, quæ ſunt de rebus naturę,q uſus cõſiſtit in utẽdis principijs reꝶ,p q̃ demõſtrationes ſiũt,quare ut utens etiã erit ſciẽtia.

Q ue Auer. Comé.5.

Præterea cõtrariorũ altera ſeries priuatio eſt, omniaq; in ens,atq; non ens reducuntur. TEX. 6.

Cum propoſuiſſet philoſophi intereſſe de contrarijs diſputare,& hoc ꝓbaſſet tum rõne,tum iudicio, nunc idẽ ꝓbat ſecũda rõne,quæ ſic componiẽ , quæcũq; reducunẽ ad ens,& ad nõ ens cõſiderantẽ a philoſopho, cũ philoſophi ſit

cōſiderare ens & nō: ſed oīa cōtraria ſuperius enarrata reducunť ad ipm ens, & ad non ens: igiť oīa cōtraria ſuperius enarrata conſideranť a philoſopho. Minor ꝓbať, ea, quorū altera ſeries priuatio eſt, altera vero ſpēs, ſiue forma, uel habitus, reducunť ad ens, & nō ad ens: hæc perſpicua eſt, qm̄ priuatio eſt nō ens ſpēs aūt ens. Sed omniū contrarioꝝ altera ſeries eſt priuatio, altera ſpēs: ergo oīa contraria ſuperius enarrata reducunť ad ens, & ad nō ens. De proſyllogiſmo ponit ſolū minorē cum dicit { præterea contrarioꝝ altera ſeries priuatio eſt } ſubaudi & altera ſpēs, hæc eſt minor ꝓ ſyllogiſmi. deinde affert minorē ſyllogiſmi principalis, & dicit { omniaqꝫ in ens, atqꝫ nō ens reducunť, hæc eſt principalis ſyllogiſmi minor. cæteras ſyllogiſmoꝝ partes nobis reliquit. Cū uero dixit contrarioꝝ alteram ſeriē eſſe priuationē, alterā uero habitū, ſiue ſpēm, recte dixit, qm̄ ſemper duorū contrarioꝝ alterum eſſe imperfectū, alterū perfectum eſſe conſtat, at contrariū, quod perfectum eſt, habitus, atqꝫ ſpēs eſt, quod uero imperfectū, priuatio, quæ ut negatio habeť.

**Et ad unū atqꝫ multitudinē, ut quies quidem ad unum, motus autem ad multitudinem.**

Nunc tertia rōne idem probat, quę ſic cōponiť, quæcūqꝫ reducunť ad vnū, & ad multitudinē conſideranť a philoſopho. Omnia contraria ſuperius enarrata reducunť ad unū, & ad multitudinē. ergo oīa contraria ſuperius enarrata conſideranť a philoſopho. de ſyllogiſmo affert minorē, & dicit { & } etiā omnia contraria ſuperius enarrata reducuntur { ad unū atqꝫ multitudinē } hæc eſt minor, quā exemplo probat, & dicit { vt quies quidē ad unū, motus aūt ad multitudinem } reducunť. ſ. quies quidē ideo reduciť ad unum, quia quieſcere eſt nō aliter ſe hēre nūc ꝙ̄ prius, & ita habet rationē uniformitatis, quæ in unitate cōſiſtit. At motus rōnem habet diuerſitatis, quæ multitudo quædam uideť. cum moueri ſit aliter ſe habere nunc ꝙ̄ prius.

**Entia uero & ſubſtantiā fere oēs ex contrarijs componi fateť. quippe cum oēs principia contraria eſſe dicant. nam nōnulli par, & impar, quidā calidum frigidumqꝫ, alij finitū ac infinitū, alij concordiā, diſcordiāve principia eſſe dicūt.**

Expoſitor uult Ariſt. alia rōne probare hic contraria reduci ad ens hoc pacto, ſi entia & ſubſtantia ex cōtrarijs conſtant, contraria reducunť ad ens & ad ſubſtantiā. hac ſuppoſita, affert minorem, & dicit { entia vero & ſubſtantiam ferè eſſet ex cōtrarijs cōponi fateť } ergo ſubaudi contraria reducunť ad ens, & ad ſubſtantiā. deinde ꝓbat minorem inducendo oēs opiniones antiquoꝝ. At ſm Alexan. hæc eſt quarta rō ad ꝓbandū ad philoſophum ꝑtinere de cunctis contrarijs diſſerere, & rō ſic cōponiť, cōtraria, & quæ ex cōtrarijs cōſtituunť, eiuſdē diſciplinæ eſt cognoſcere: oīa entia & ſubſtātia ſunt cōtraria, uel ex cōtrarijs: igiť eiuſdē diſciplinæ eſt cognoſcere entia & ſubſtantiā, & cōtraria, ex quibus ſunt. de rōne tangit minorē, & dicit { entia vero & ſubſtantiā ferè oēs ex cōtrarijs cōponi fateť } ſubaudi uel eſſe contraria. ergo ſubaudi cōcluſionē, eiuſdē diſciplinæ eſt cognoſcere entia & ſubſtantiā, & contraria, ex qbus ſunt. Minorē probat authoritate ueterū & dicit { quippe cū oēs } . ſ. phyſici { principia cōtraria eſſe dicant. nam nōnulli par & impar, quidā calidum frigidūqꝫ, alij finitū ac infinitū, alij concordiam diſcordiāve principia eſſe dicūt } ſubaudi ex qbus entia & ſubſtātiā cōponi fateť. differt aūt hæc rō a priore, nam in hac rōne Ariſt. cōplectiť ſubſtantiā aſſerens ꝓpriā eſſe phi ſubſtātiæ ꝯſiderationē: quæ rōnē quoqꝫ principioꝝ cōplectiť. Quo uero ad minorē ſylľi Alexādri attinet Auerroes ait eam diuiſionē, ut ſit omne ens cōtrarium aut ex cōtrarijs, nō eſſe uerā, qm̄ corpus quintū cœlum vꝫ eſt ens, & ſubſtātia. & tñ nec eſt cōtrariū, nec ex cōtrarijs: ut libro de cœlo Auerroes expoſuit, & in eo libello, quē de ſubſtantia orbis cōfecit. & ꝑpea uult hanc diuiſionē eſſe ꝓbabilem, & non neceſſariā. & ita ad pñtē ſyllogiſmū ſufficit. De opinionibus uero ueteꝝ Alex. ait eſſe adductas ab Ariſt. in confirmationē eius, qď dixit: vꝫ oīa, quæ fiunt, eſſe ex cōtrarijs. nā Pythagorici impar & par reꝝ principia ſtatuebāt. Qui vero raritate & dēſitate cūcta generabant, hi calidū, & frigidū principia reꝝ conſtituebāt, uel forte qui calidū & frigidum rerū principia poſuerūt, Parmenides fuit, qui ignē & terrā elementa eſſe tradebat. Qui uero finitū & infinitū principia eſſe tradiderūt, fuerunt Platonici, qui unū & dualitatē infinitam in principijs ſtatuebāt. Qui deniqꝫ cōcordiā ac diſcordiam principia rerum eſſe uoluerunt, Empedocles fuit.

Que Auer. comē.6.

Cōmē.20.

**Hæc aūt omnia cæterave in ipſum unū, multitudinēqꝫ reduci uideť. Sumať. n. a nobis hæc reductio in primo de bono. Principia uero & q̄ ēt ab alijs ponunť, penitus ī hæc ut in gn̄a cadūt.**

Et licet Alex. nō ſiſtat in una expōne, tñ ſm eum hic pōt annotari rō qnta ad idem, quæ ſic apud me cōponiť, q̄cūqꝫ ad unū & ad multitudinē reducunť, conſiderāda ſunt a philoſopho, qui cōſiderat de uno, & de multitudine: oīa cōtraria, quæ enarrata ſunt ab antiqs eſſe principia, & cætera oīa quæuis, reducunť ad unū & ad multitudinē: igiť oīa contraria conſideranť a philoſopho, q cōſiderat de uno, & de multitudine. de rōne affert minorē, & dicit { hęc aūt } . ſ. cōtraria { oīa } quæ vꝫ ab antiqs enarrata ſunt eſſe reꝝ pricipia { cæterave } quæ vꝫ nō ſunt hic enarrata { in ipm unum, multitudinēve reduci videnť } de hac reductione quonam mō reducanť contraria oīa ad unū & ad multitudinē relegat nos ad ea, quæ in lib. 1. de bono demōſtrata ſunt, & dicit { ſumať. n. } . i. petať { a nobis hæc reductio } . ſ. qua reducunť oīa cōtraria ad unū, & ad multitudinē { in primo libro de bono } Alexā. uero legit in. 2. lib. de bono. Argyropylus, & antiquus interpres ỽba hæc nō hēbant, ſed in nr̄o græco codice hr̄tur. nec ſolū contraria in unū & multitudinem reducunť, ſed ēt oīa principia, quæ reꝝ cauſæ ponunť, & ideo dicit { principia uero, & quæ ēt ab alijs ponunť } . ſ. rerū cauſæ, & nō tm̄ contraria { penitus in hæc } . ſ. unū & multitudinē { vt in genera cadūt } & ſic patet minor. Expoſitor laborat declarare quonā mō contraria enarrata reducanť ad unū & ad multitudinē, nā ut inqt, imparitas aliquid unitatis obtinet ob ipſam indiuiſionē. paritas uero non nihil multitudinis ꝑꝑ diuiſionē. Finitū etiam ad unitatē ꝑtinet ꝓpter finē, ꝙ terminus reſolutionis eſt. Infinitū autē ad multitudinē, quæ in infinitū augeť. Concordia quoqꝫ unitatem affert, cū in ipſa unione cōſiſtat. Contra uero diſcordia in multitudinē tranſit ꝓpter diuiſionē. inſuper calidū unius rōnē oſtendit, quo unit partes ipſas ſimilares. Frigidū uero quo ſimilares ꝑtes diſiūgit multitudinis rōnē obtinet. Quo uero ad uerba attinet, Expoſitor ultima ỽba ſic legit { principia uero & oīa, que ab alijs, ad unū & ens, ut in genera cadunt } & uult, ut Ariſt, oñdat oīa contraria reduci ad unum & ad ens: ꝑ hoc qa oīa principia ad unū & ens reducanť, nā contraria principia ſunt. Alex. tñ, nō ſic uerba illa legit, ſed ut nos hēmus in gręco nr̄o codice: ideo expoſuit, ut nos expoſuimus, & cū dixit { ut in gn̄a } recte dixit, qm̄ unum & multitudo non ſunt genera nec contrariorum, nec principiorum, ſed vt genera, quoniam ratione ſuæ communitatis quandam generum ſimilitudinem obtinent.

**Patet igitur ex his etiam vnius ſcientiæ eſſe ipſum ens, vt eſt ens, contemplari. Vniuerſa. n. aut contraria ſunt, aut ex cōtrarijs conſtant. principia uero contrariorum quoqꝫ ſunt unum ipſum, ac multitudo: hæc autem unius ſcientiæ. ſunt: ſiue una, ſiue non una ratione dicantur, quemadmodum fortaſſe rei ueritas ſeſe habet.**

Cum



Cum demonſtraſſet ad hanc ſcientiam pertinere conſiderare de contrarijs, quia ad hanc pertinet conſiderare de ente & de vno ac multitudine, nunc probat ē conuerſo ad hanc ſcientiam pertinere conſiderare de ente & de vno, ac multitudine, quia ad hanc pertinet conſiderare de contrarijs. Et primo affert concluſionem, & dicit { Patet igitur ex his etiam vnius ſcientiæ eſſe ipſum ens, vt eſt ens } ſubaudi & ipſum vnum, ac multitudinem { contemplari } cuius videlicet eſt contemplari ipſa contraria. Deinde affert rationem & primo, qua probat de ipſo ente eſſe hac in ſciētia contemplandum hoc modo, de cōtrarijs & dę ijs, quæ ſunt ex contrarijs, eſt contemplandum in hac ſcientia. hanc maiorem ſupponens, accepit minorē, & dicit { Vniuerſa. n. } ſubaudi entia { aut cōtraria ſunt aut ex contrarijs cōſtāt } ſubaudi concluſionem, quam præmiſit videlicet ꝙ ad hāc ſcientiam pertineat cōſiderare de ente. deinde probat ſecundam partem concluſionis ꝙ ad hanc pertineat conſiderare de uno & multitudine hac ratiōe, principia quæ ſunt de numero contrariorum conſiderantur in hac ſcientia, vnum & multitudo ſunt principia de numero contrariorū. igitur unū & multitudo conſiderantur in hac ſcientia. aut ſic, principia contrariorum conſiderantur in hac ſcientia. vnum & multitudo ſunt principia contrariorum. igitur vnum & multitudo conſiderantur in hac ſcientia. de ratione tangit primo minorem, & dicit { vnum uero ipſum, ac multitudo, principia contrariorum quoqꝫ ſunt } quia vt dictum eſt, ad ipſa reducuntur, omnia contraria. hæc fuit minor. deinde affert maiorem, & dicit { hæc aūt } . ſ. principia contrariorū { unius ſcientiæ ſunt } . ſ. quæ dicitur metaphyſica, dico principia contrariorum eſſe vnius ſcientiæ { ſiue vna ſiue nō vna ratione dicātur queādmodum fortaſſe rei ueritas ſeſe habet } nam rei veritas eſt principium contrariorum eſſe aut vniuocum, aut analogum. ergo vnum & multitudo conſiderantur in hac una ſcientia. hoc pacto expoſuerunt Auerroes, & Expoſitor: & in hunc modum textus reſolui poteſt ad artē prioriſticam: quod etiam Alexander induit, licet non compleuerit. Vtrum vero omnia entia ſint contraria uel ex contrarijs, proximo textu de mente Auerrois eſt expoſitum. tñ Expoſitor aſſerit Ariſt. eſſe locutum more veterum philoſophorum, qui non cognouerunt niſi entia corporea, & ſenſibilia: & ſic ſm eos verum eſt omnia entia eſſe aut cōtraria, aut ex contrarijs. Secus eſt ſm Peripateticos, qui aſſerunt cœleſtia corpora, & ſubſtantias inſenſibiles, nam hæc nec contraria ſunt, nec ex contrarijs.

**At tametſi multis modis diciť ipſum vnum, ad primum tamen cętera dicentur, & contraria ſimili modo. & propter hoc etiam ſi ens, aut ipſum vnum non vniuerſale eſt, & idem de omnibus, vel ſeparabile, quemadmodum forſan non eſt, alia tamen ad unum referuntur, alia deinceps ſunt collocata.**

Cum concluſiſſet ipſum unum, ac multitudinem conſiderari in hac una ſcientia, & poſſet dici non eſſe uerum, quia quæ multipliciter dicuntur, non conſiderantur in una ſcientia, niſi fortaſſe per accidens, ideo hanc dubitationem remouens dicit { At tam & ſi multis modis dicitur ipſum unum, ad primum } . ſ. eius ſignificatum { cætera dicuntur. verbi gratia ad unum quod eſt in ſubſtantia: & ita nihil prohibet de ipſo vno, ac multitudine eſſe ſcientiam unam { Et ſicut dico de uno, ita { contraria ſimili modo } dicūtur multiplr per attributionem ad vnum. Q uare tam de uno, ꝙ̄ de contrarijs pōt eſſe una ſcientia. Idem de ipſo ente demōſtrat, & dicit { & propter hoc etiā ſi ens, aut ipſum unū non uniuerſale eſt } . ſ. genus { & idē de omnibus } . i. & uniuocū genus { vel ſeparabile } ſm Platonis opinionem queādmodum forſan non eſt } qm̄ in rei veritate, nec eſt vniuerſale genus, nec uniuocū, nec idea ſeparata { tamē } ſignificatoꝝ entis & unius { alia ad unū } . ſ. primū & principale: ſignificatum { referunť, alia } . ſ. ſignificata { deinceps ſunt collocata } . i. ſignificatoꝝ entis & unius aliud eſt primū & principale ſignificatū, alia ſunt deinceps, dixit aūt ens & vnum fortaſſis nō eſſe naturam ſeparabilem addens fortaſſis, qm̄ non eſt hic locus hmōi qōnis. quare cum ens & unum ſint analoga, de eis pōt eſſe ſcīa una: & ſic diluiť dubitatio. vnde & Auerroes ſic ſubdit, & dixit hoc, quia ſi ſignificata. ſ. entis & unius non eſſent attributa alicui vni. ſ. ſignificato principali, non conſideraret de eis una ars. deinde Auerroes aſſignans cām, cur diluerit qōnem hanc hoc pacto, ſubdit ꝑꝑ errorē Parmenidis, qui dixit oīa entia eſſe unū ens numero.

Que Auer. Cōmē.6.

**Et iccirco geometrię non eſt quidnā ſit contrariū, aut perfectū, aut ens, aut unū, aut idē, aut diuerſum conſiderare, niſi ex ſuppoſitione.**

Cum hęc expoſuiſſet, inducit ex eis quoddā corollarium, & dicit { & iccirco geometræ non eſt conſiderare. quidnā ſit contrarium, aut perfectum, aut ens, aut vnum, aut idem, aut diuerſum } nō. n. geometræ eſt conſiderare ens quo eſt ens, & accidētia entis, quo eſt ens. Sed ſi hæc cōſiderauerit, non erit { niſi ex ſuppoſitione } . ſ. quaſi ſupponens a philoſopho, a quo ſumit quantū eſt neceſſarium ad ſuā materiā. & qď Ariſt. dicit de geometria, idem eſt intelligendum, vt Expoſitor inquit, in cæteris particularibus ſcientijs. Auerroes aūt dicit niſi declaret aliqď horum eſſe negatū vel affirmatum ab aliquo hoc eſt, niſi ſit proximū ei, qď geometra conſiderat. Alex. vero { niſi ex ſuppoſitione } . i. vtitur quidē eis geometra, non tñ quid eorū quodqꝫ ſit demōſtrať, ſed ponit, & a philoſopho mutuať, ut ponens ens magnitudines eſſe ſimiles, quaꝝ latera ꝓportionē inter ſeſe hñt, hoc poſito nō a ſe demōſtrato, ſiñe, ęqle, et idē, cæteraq; uſurpať.

Que Auer. Cōmē.6.

**Perſpicuum igitur eſt an vnam ſcientiā pertinere cōtemplari ens, quo eſt ens, & ea, quæ ipſi inſunt, quo eſt ens. Et nec ſubſtantiarum tantum, ſed eorum etiam, quæ inſunt, eādem ſcientiam contemplatricem eſſe: Et dictorum uidelicet, & de priore poſterioreve, & genere & ſpecie, & toto, & parte, & huiuſmodi cæteris.**

Recolligit per modum epilogi ea, quæ declarata ſunt, addens quædam nondum expoſita & dicit { Perſpicuū igitur eſt ad vnam ſcientiā pertinere contemplari ens, quo eſt ens, & ea } . ſ. accidentia propria { quæ ipſi inſunt, quo eſt ens } & amplificans ſermonem ſubdit { & nec ſubſtatiā tantū } quæ ſunt principale entis ſignificatum { ſed eorū etiam } . ſ. accidentium { quæ inſunt } ſubaudi ſubſtantiæ ac enti perſpicuū eſt { eandem ſcientiam contemplatricem eſſe. & dictorum videlicet } accidentium quæ ſunt idem aduerſum, ſimile diſſimile, ęquale & inęquale, negatio et priuatio, quæ ſuperius expoſita ſunt { & } etiā { de priore, poſterioreve, & genere, & ſpecie, & toto, & parte, & huiuſmodi cæteris } nam hæc ēt ſunt accidentia entis, quo ens eſt: de quibus ſuperius nulla mentio facta eſt. Hæc. n. uel in ſubſtantia ſunt, uel in ſubſtantiæ accidenti aliquo. non tñ determinati generis ſunt affectus. Ex qbus, ut Alexander inquit, ſatis intelligitur, ſi philoſophi eſt cunctoꝝ entium cōtemplatio, cōtrariorum diſputationē ad eundē pertinere. nec attinere ad plures doctrinas de cauſis diſſerere, cū hæc uel contrariæ ſint, uel conſtent ex contrarijs: quæ quidē quæſtio prima eſt ex ijs, quæ libro ſecundo propoſitæ fuerunt.

**Poſt hęc aūt diſſerendū eſſe vr̄, utrum unius, an diuerſarum ſcientiarū ſit de ijs principijs, quę in mathematicis appellantur dignitates, & de ſubſtantia contemplari.**

Hic vult soluere quæstionem secundam, quæ proximo libro est disputata, & primo mouet eam, & dicit ¶ post hæc autem differendum esse videtur vtrum vnius, an diuersarum scientiarum sit de ijs principijs quæ in mathematicis appellantur dignitates, & de substantia contemplari ¶ .i. & de ente contemplari, cuius sunt dignitates. Alexander per substantiam, ens intelligit, atq; exponit: q̄ dignitates huiusmodi non alicui entis definito generi, sed cunctis entibus cōueniant. dixit autem signanter ¶ quæ in mathematicis appellantur dignitates ¶ quasi a mathematicis, qui has potissimum vsurpant, vt qui maxime vtantur demonstrationibus, hoc nomine nuncupentur. Expositor autem hæc principia appropriari magis mathematicis asseruit, non quòd cæteræ scientiæ eis non vtantur, sed quoniam mathematicæ certius demonstrant, certiusque vtuntur talibus principijs per se notis resoluendo suas demonstrationes in huiusmodi principia prima. Dignitates Alexander appellat sententias, ac communia principia, & indemonstrabilia, quæ ad demonstrationes omnium scientiarum accommodantur, vt de quolibet est affirmatio, vel negatio, & quæ sunt eidem paria, hæc inter se quoq; paria sunt, & si ab æqualibus æqualia demas, æqualia sunt quæ supersunt, & his similia. Auerroes autem dignitates vocat primas propositiones vniuersales, quæ omnis demonstrationis principia sunt. Et vult sensum quæstionis esse vtrum vna scientia sit, quæ consideret de vniuersalibus principijs omnium scientiarum contemplatiuarum, & quæ consideret de substantia, an scientia, quæ considerat de huiusmodi vniuersalibus principijs sit alia ab ea scientia, quæ cōsiderat de substantia. Hæc est quæstionis expositio.

Que Auer. com. 7.

Patet itaq; non ad diuersas, sed ad vnam horum etiam considerationem, & ad philosophi scientiam pertinere.

Nunc soluit, & dicit ¶ patet itaq; non ad diuersas ¶ .s. facultates ¶ sed ad unam horum ¶ .s. substantiæ, & dignitatū ¶ considerationem pertinere, & ad philosophi scientiam ¶ idest quæ facultas est philosophia, quam præ manibus habemus. Hæc enim tam substantiam, q̄ dignitates contemplatur. Vnde Auerroes ait considerationem, quæ est de talibus principijs, esse vnius scientiæ .s. eius, quæ est scientia philosophi, & sic vnamet scientia est, quæ considerat de talibus principijs, & de substantia. nam hæc est philosophia, quam præ manibus habemus.

Que Auer. Cōmē. 7.

Vniuersis enim rebus, quæ sunt, sed non generi alicui seorsum a cæteris accommodantur.

Solutionem, quā assignauit, probat primo sic, quæcūq; insunt omnibus rebus, quæ sunt, pertinent ad scientiam philosophi: dignitates insunt omnibus rebus, quæ sunt: igitur dignitates pertinent ad scientiam philosophi. de syllogismo affert minorem, & dicit ¶ Vniuersis enim rebus, quę sunt ¶ scilicet in considerationibus omnium scientiarum ¶ sed non generi alicui seorsum a cæteris accommodantur ¶ hæc fuit minor. ergo dignitates pertinent ad scientiam philosophi. Maiorem vero nec expressit, nec probauit, quoniam ex ijs, quæ superius dicta sunt, patet. Et cū dicit ¶ vniuersis enim rebus ¶ Auerroes per vniuersas res intelligit omnia genera entium, de quibus cōsiderant artes speculatrices: Quæ expositio Alexādro non displicet, qui exponit q̄ vniuersas res, cuncta entia: & non quæ alicui generi entis definito insunt.

Que Auer. cōmē. 7.

Et utuntur quidē his omnes, quoniam entis sunt, quo est ens, & unūquodq; genus est ens.

Eandem solutionem probat secunda ratione, quæ sic cōponitur. principia, quibus utuntur omnes artes, pertinent ad scientiam philosophi: dignitates principia sunt, quibus utuntur omnes artes: igitur dignitates pertinent ad scientiā philosophi. minorem prosyllogizat sic principijs, quæ entis sunt, quo est ens, vtuntur omnes artes: dignitates principia sunt quæ entis sunt, quo ens est: igitur dignitatibus utuntur omnes scientiæ. Et quia aliquis posset dicere plura esse considerata a scientijs q̄ entia, & ita dignitates non erunt entis, quo est ens, sed quo est consideratum, ideo hoc remouens subdit ¶ & vnumquodq; genus est ens ¶ .s. quod consideratur in aliqua scientia. igitur recte dictum est q̄ dignitates sint entis, quo est ens. de ratione ergo primo affert minorē, & dicit ¶ & vtuntur quidem his omnes ¶ deinde de prosyllogismo etiam affert minorē, & dicit ¶ quoniam entis sunt, quo est ens ¶ & ne tu credas plura esse cōsiderata q̄ entia, subdit ¶ & vnumquodq; genus ¶ .i. & vnumquodq; consideratum in aliqua scientia ¶ est ens ¶ & ita non plura sunt considerata q̄ entia. Aut fortasse apud Alexandrū sic prosyllogizatur minor, principijs qnæ sunt cuiusq; generis entis, utuntur omnes scientiæ: dignitates sunt principia, quæ sunt cuiusq; generis entis: igitur dignitatibus vtuntur omnes scientiæ. Minor rursus prosyllogizatur, quæ sunt entis, quo est ens, sunt cuiusq; generis entis: dignitates sunt entis, quo est ens: igitur dignitates sunt cuiusq; generis entis. De primo prosyllogismo affert minorem & dicit ¶ quoniam ¶ subaudi dignitates ¶ sunt entis, quo est ens ¶ de secūdo etiā prosyllogismo affert minorem, & dicit ¶ & vnumquodq; genus est ens ¶ .s. cuius dignitates sunt: quæ fuit minor secundi prosyllogismi: & sic perspicua est resolutio textus ad artem priorificam.

Que Auer. com. 7.

Eousq; tamen utunt̄, quousq; satis sunt ipsis, hoc est quousq; occupent genus, de quo afferunt demonstrationes.

Que Auer. Cōmē. 7.

Cum accepisset omnes scientias uti dignitatibus ideo vt Auerroes inquit, dicit modū, quo scientiæ particulares utantur hmōi dignitatibus, nec ab ratione, quoniam aliquis dicere posset, quonam modo scientiæ particulares utuntur eis, quæ non sunt sui generis, sed entis, quo ens est? & dicit ¶ eousq; tamen utuntur ¶ .s. particulares scientiæ ¶ utuntur ¶ .s. hmōi dignitatibus ¶ quousq; satis sunt ipsis, hoc est, quousq; occupent genus, de quo afferunt demonstrationes ¶ Geometra enim ipsas magnitudinibus accommodat, & hactenus in vsum sumit. Arithmeticus numeris: ideoq; qm̄ cunctis conueniunt, nulliusq; sunt peculiares. Geometra enim sumens sententiam illam, quæ sunt eidem paria, hæc inter se quoq; paria sunt, magnitudines addit ad hunc modum, quæ magnitudines eidem sunt pares, hoc idem Arithmeticus ad numeros transfert, quod ipse significat, cum ait ¶ eousq; tamen utuntur, quousq; satis est ipsis, hoc est, quousq; occupent genus; de quo afferunt demonstrationes ¶ sententijs igitur iccirco omnes vtuntur, quoniam quatenus ea in quibus versantur entia sunt, eatenus hoc ipsis cōuenit. Ens enim cunctis ipsis est cōmune. Vnde Auerroes & scientiæ utuntur istis, non quo sunt vniuersalia, sed ſm quantitatem, quæ conuenit sibi. hoc est quo arctantur ad subiectum proprium, de quo considerat illa ars, sicut dicitur in posterioribus verbigratia, quia Geometra dicit in loco huius de nullo simul affirmatio, & negatio, id quod est arctatū suo subiecto, vt q̄ omnis linea sit commensurabilis, aut incommensurabilis, & equale sit̄ aut inæquale quæ non sunt ſm collocationē speciē sub vno genere, sed ſm collocationē propriā subiecti sub cōi, vt declaratū est in posterioribus.

Que Auer. Cōmē. 7.

Quare cum pateat, hæc ipsis, ut entia sunt, uniuersis competere (hoc enim est ipsis commune) horum quoq; contemplatio eius est profecto, qui ipsum ens ea ratione qua est ens, contemplatur.

Nunc affert conclusionem cum rationis breui repetitione, & dicit ¶ quare, cum pateat hæc ¶ .s. principia uniuersalia, quæ dignitates dicuntur ¶ ipsis ¶ .s. particularibus generibus subiecti ¶ vt entia sunt ¶ hoc est, vt recipiunt prædicationem entis ¶ vniuersis cōpetere ¶ & interponit rationem, & dicit ¶ hoc enim ¶ .s. ens ¶ est ipsis ¶ .s. generibus subiecti ¶ commune ¶ vt prædicatum de omnibus ¶ horū quoq; ¶ .s. vniuersalium principiorum ¶ contemplatio eius est profecto, qui ipsum ens, ea ratione, qua est ens, contemplatur ¶ .s. primi philosophi: & ita attulit conclusionē cum breui sua ratione.

Que Auer. cōmē. 7.

Auerroes autem sic intelligit hunc locum, cum ait, & cum omnis scientia considerat de istis principijs modo proprio, manifestum est scientiam, quę eis utitur tum per se, tum generatim: esse vniuersalem omnibus scientijs, & ita est philosophia.

Quocirca nemo eorum, qui partes considerant, de his ipsis quicq̄ dicere aggreditur, sint ne uera, an non uera, nec Arithmeticus, nec Geometra.

Licet Expositor velit, vt Aristoteles afferat signū eius, quod conclusit, melius tamen videtur, vt addat ad conclusionem quasi aliam conclusionē, quod mihi consonum est propter particulā διὸπερ .i. quocirca, quæ illatiua est. Quæ expositio non displicet Alexandro; nec Auerroi, vnde dicit ¶ Quocirca nemo eorum, qui partes ¶ .s. entis ¶ considerant de his ipsis quicquam dicere aggreditur sint ne vera an non vera ¶ hanc enim quæstionem ¶ nec Arithmeticus, nec Geometra ¶ tentat differere: nec aliorum qui squa Medicus, Astrologus, aut Musicus.

Sed naturalium quidam dūtaxat id ipsum nō incōgrue facientes. soli nanq; & de natura tota, & de ipso ente considerare putabant.

Expositor arbitratur Aristotelē hic obiter refellere errorē quorundam, & primo Aristotelem narrare errorem putat, Alexander vero his verbis Aristotelem etiam putat confirmare id, quod dixit, Et cōfirmatio est, quoniam naturales philosophi antiqui putantes ens naturale esse totum ens, & nihil esse præter ens naturale, differuerunt de ente, & de dignitatibus, quæ sunt entis, quo ens est, nec ob aliud, nisi quia putauerūt ens naturale esse totum esse. ex his igitur sequitur confirmatio, q̄ ad eum debeat spectare cōsideratio entis, & dignitatum, quæ entis sunt, quo est ens: qui considerat de toto ente in rei veritate, & cum talis sit primus philosophus, ideo ad primum philosophum spectat considerare de ente, & de dignitatibus, q̄ sunt entis, quo est ens. unde dicit ¶ Sed naturalium quidam dūtaxat id ipsum non incongrue facientes ¶ subaudi considerauerunt ens, & dignitates, quæ entis sunt, quo est ens, & affert causam, & dicit ¶ soli nanq; & de natura tota, & de ipso ente ¶ subaudi quo est ens ¶ considerare putabant ¶ veteres enim naturales nō opinabantur aliquam substantiam esse præter substātias corporeas, atque corruptibiles, de qbus naturalis philosophus differit, & ideo creditum est eos solos determinare de tota natura, & ita de toto ente. quare etiā de primis principijs, quę sunt simul considerāda cum ente. si igitur naturalium authorum quidam omnia entia in naturalibus esse rati, nec extra naturalia quic quā esse putantes, de primis principijs quoq; dicere sunt aggressi, dum sibi omnis entis disputationem tribuerēt, & præter naturalia nihil esse putarent. Vnde Auerroes, sed tantum quidam naturales inquit loquuti sunt de istis, existimāt enim suam scientiam esse vniuersalem, quæ debet considerare de ente, quo est ens. & causa huius existimationis est, q̄ nullum sit ens, nisi naturale apud eos.

Que Auer. com. 7.

Verum cum sit adhuc quidam superior naturali (natura nanq; genus est unum quoddam ipsius entis) ad vniuersalem sane, atque ad eum, qui primę substantiæ est contemplator, horum quoque consideratio pertinebit. facultas autem naturalis est quidem & ipsa sapientia quædam, sed non prima.

Que Auer. cōmē. 7.

Expositor vult, vt Aristoteles nunc refellat eorū opinionem, Alexāder vero q̄ ostendat quantum ad quid bene dixerunt, & quantum ad quid non bene: vt innuat confirmationem eius, quod dictum est .s. q̄ philosophi primi sit differere de ente, & de uniuersalibus principijs entis. ostendit aūt eos bene dixisse quatenus horum considerationem propriā eius esse censebant, qui de omni ente in vniuersum disputaret, & ideo merito de ipsis differebant. errabant tamen, dum sibi persuaderēt nihil esse præter entia naturalia, in quorum cognitione versabantur. sunt enim quædam alia entia præter ea, quæ naturalia nuncupantur. nam incorporea immobilisq; substantia non est naturalis: vnde dicit ¶ Verum cū sit adhuc quidam superior naturali ¶ cuius rationem interponit, & dicit ¶ natura nanq; genus est vnum quoddam ipsius entis ¶ quæ principiū & causa motus per se est, quibus inest quo intelligitur non ad physicum pertinere de accidentibus entis, qua est ens considerare, sed ¶ ad vniuersalem sanè, atq; ad eum, qui primæ substantiæ est cōtemplator, horum quoq; ꝑsideratio pertinebit ¶ philosophus enim qui est etiamnum naturali superior, quicq; de omni ente, qua est ens contēplatur, considerant de potissimo, & primo ente, quod quidem est substantia, non tamen naturalis. sed quia tu posses dicere naturalem philosophiam non esse sapientiam, qm̄ non considerant de primis entibus, propterea deinde subdit qualis est philosophia naturalis, & dicit ¶ facultas autem naturalis est quidem & ipsa sapientia quædā, sed non prima ¶ quoniam non considerat prima entia: sed secundaria, quæ sunt infra prima. in quibus quoq; verbis Alexander ait, sed hoc in loco metaphysicam hanc, quam præ manibus habemus, philosophiam esse dicit, eādemq; primam philosophiā appellat, atque primam, & proprijssimam sapientiam. nec ob aliud, nisi quia prima entia considerat. sed dices quonam modo de dignitatibus disputat Aristoteles hic, cum dignitates sint per se notæ, respondet Alexander primum philosophum de sententijs disputare, non q̄ ipsarum aliquam verā esse demonstret, nisi forsasse, vt posterius dicemus, neganti illas & ex concessis ab eo, principia nanq; demōstrationum nequeunt demonstrari, sed q̄ ipsarū natura quæ sit, & quomodo hæ nobis ingenerētur, inuestiget, & quo modo sit eis vtendum, & cætera, quæ de ipsis in librum de demonstratione inscriptis traduntur. nam ea ratione ad philosophum pertinet de demonstratione, atq; de sententijs differre, non de aliquius certi entis demōstratione, sed in vniuersum quid est demonstratio, & quonam modo sit usurpāda. neq; enim demonstratio in aliquo genere ex ijs, quæ scientijs subiiciuntur, collocatur, sed per singulas disciplinas demōstratio uertatur in ijs, quæ priuatim pertinent ad eam doctrinam, qua quis vtitur: & sic patet solutio. quo vero ad uerba attinet, Aristoteles cum dicit ¶ qui primæ substantiæ est cōtemplator ¶ intelligit per primam substantiam, vt Auerroes inquit primum principium substantiarum, qui est Deus: & scientia naturalis, quia non considerat de primo ente, nō est huiusmodi scientia, quod quomodo sit intelligendum, exposuit Auerroes primo physicæ auscultationis, & etiā libro secundo eiusdem. dicitur autem Deus prima substantia tum nobilitate, tum causalitate. Hactenus Auerroes.

Cōmē. viti. Cōmē. 26.

TEX. 8.

Qui uero dicere de ueritate ipsorū, quonam pacto sit acceptanda, aggrediuntur, ob ineruditionem resolutiuorum id sane faciunt. accedere enim de his antea scientes, sed non audientes quærere oportet.

Expositor hic Aristotelem alium errorem excludere asserit eorum videlicet, qui asseruerūt hęc principia esse demonstranda à primo philosopho, quoniā vera sunt: contra quos

Aristoteles ait primum philosophum de sententijs differere, non ꝙ eas demonstret, sed ꝙ doceat principia indemonstrabilia esse demõstrationis principia, declaretq; ijs, quæ supra dixit in eos, qui de omnibus demonstrationes haberi putabant, & quicq; verum esse negabant, quod absq; demõstratione diceretur: de quibus in posterioribus quoq; resolutorijs meminit. illic nanq; demonstratum est necessarium esse demonstrationis principium haberi, idq; non posse demonstrari. neq; enim esset demõstratio, si de cunctis quæreretur. nam, vt in eo libro scriptum est, omnis doctrina, omnisque intellectualis disciplina ex antecedente cognitione gignitur: hæc autem est earum propositionum, quas sententias appellamus. vnde dicit { Qui vero dicere de veritate ipsorum } scilicet primorum principiorum { quonam pacto sit acceptanda } .s.q; per demonstrationem sit habenda { aggrediuntur } .i. qui dicunt prima principia esse acceptanda a primo philosopho per demonstrationem { ob ineruditionem resolutiuorum } .i. eius partis logicæ, quæ dicitur. resolutiua { id sanè faciunt } & reddit causam, quam in libris resolutorijs explicauit, & dicit { accedere enim } subaudi ad demonstrationes faciendas { antea scientes } ea { sed non audientes } .i. non discẽtes ea { quærere de his oportet } quasi præscire, ac præcognoscere oporteat, non autem audiẽdo de ipsis inquirere ita ne, an secus se habeant. vel aliter, ut Alexander, significat oportere in vniuersum præscire, ac præcognoscere non omnia esse demonstrabilia, nõ autem demonstrare, & de hoc simul inquirere. vel tertio hoc dictum esse accipi potest in id, quod à Platone in Alcibiade traditũ est, qui sic ait, quicunq; aliquid nouit, is per acceptam doctrinã, vel per inuentionem nouit. is autem inuenit, qui prius inquirebat, quædam autem nouimus, quæ neq; didicimus, neq; inuestigauimus. Alexander tandem affert ordinem in dictione, quod ego non multum necessarium esse puto. Auerroes autem assignans causam erroris eorum, qui sic opinati sunt, ait, & causa erroris eorum fuit, quia ignorarũt quod dictum est in analyticis de disputationibus primarũ propositionum, & de differentia illius, quod est notum per aliud. nam dignitates sunt propositiones per se notæ. i. quæ patent terminis, quibus constans, notis, conclusiones uero non patent nisi demonstrationibus: quæ sunt ex primis propositionibus, uel ex ijs, quæ ex primis propositionibus originem sumpserunt.

Q uę Auer. cõmẽ. 6.

**Patet igitur ad philosophum, & ad eum, qui de omni substantia contemplatur quatenus conuenit, & de syllogisticis principijs esse considerandum.**

Ex verbis, quæ in hac dictione continentur, patet eũ concludere conclusionem principaliter intentam, & dicit { Patet igitur ad philosophum } & quia philosophus accipi potest dupliciter, & pro contemplatore veritatis generatim, & pro metaphysico, ideo complectens utrunq; addit { & ad eum, qui de omni substantia contemplatur, quatenus congruit } .i. & ad metaphysicum, qui considerat substantiam, quatenus congruit metaphysico { & de syllogisticis principijs esse considerandum } Alexander de omni substantia pro eo, quod est de omni ente, qua est ens, exponit. vel de omni substantia dixit, ut idem Alexander ait, quoniam doctrina, quæ disputat de ente, in substantia maxime versatur. hæc enim est entium potissima, & ad quam cætera referuntur, vt superius dictum est. & dicit { de omni substantia } intelligens in vniuersum de substantia, non de hac vel illa. Et cum dixit, ϗ πεφυκεν. i. quatenus congruit, vel, ut transtulit Argyropylus. i. ea ratione, qua natura talis est, uno modo exponitur vt diximus, quatenus videlicet congruit metaphysico, alio modo. i. qua substantia ipsa in vniuersum talis est secundum suam naturam, metaphysicus enim contemplatur generatim substantiam, qua substantia est suapte natura. aut tertio. i. quænam est natura cuiusq; substantiæ. neq; enim omnes substantiæ eiusdem naturæ sunt, cum sint partim corporeæ, partim corporis expertes, & alię mobiles, alię motionis immunes, quædam item ingenitę, quædam natiuę, iam aliæ animatæ, aliæ vacantes anima, & harũ vtrarumq; complura discrimina. vocat autem syllogistica principia, de monstratiua principia. nam dignitates in vniuersum demonstrationum principia sunt. principia enim ac præpositiones, quæ in singulis scientijs demonstrationibus accomodãtur, eius sunt, qui in singulis doctrinis demonstrat. dignitates uero quæ omnis demonstrationis principia sunt, metaphysici esse videntur.

**Attinet aũt ad eum, qui maxime circa vnum quodque genus cognoscit, affirmare firmissima rei principia posse. quare & ad eum etiam pertinet omniũ posse firmissima principia assignare, qui de entibus ut entia sunt, cognoscit, atque hic est ipse philosophus.**

Expositor asserit Aristotelem uelle probare ad primum philosophum pertinere considerare primum demonstrationis principium: & ꝺm eum ratio sic componitur, qui maxime cognoscit, debet considerare firmissimum omniũ principium: Philosophus. s. primus maxime cognoscit: igit̃ philosophus primus debet considerare firmissimum omnium principium. de ratione primo affert maiorem, & dicit { At tinet autem ad eum, qui maxime circa vnumquodq; genus cognoscit, affirmare firmissima rei pricipia posse } Hæc est maior apud Expositorem. deinde affert conclusionem, & dicit { quare & ad eum etiam pertinet omniũ posse firmissima principia assignare, qui de entibus, ut entia sunt, cognoscit } .i. ad primum philosophum. deinde affert minorem et dicit { atq; hic est ipse philosophus } .i. ipse metaphysicus. Alexander autem sic argumentatur, qui maxime cognoscit in unoquoq; genere, cognoscere debet firmissima principia eorum, quæ habentur in illo genere. si quis enim alius punctum esse negauerit, cuius nulla est pars, & lineam longitudinem absq; latitudine, & superficiem, qꝺ latitudinem tantum, & longitudinem habeat, nemo tamen eorum negabit, qui in ipsorum cognitione maxime erit exercitatus. Quare quemadmodũ in vnoquoq; genere doctus cognoscat, necesse est firmissima principia. i. prima & proprijssima, propter quæ cætera in eo genere sunt, quibusq; ignoratis in singulis disciplinis scientia rei cognosci non potest: Sic doctrina entis, qua est ens præditus cognoscat necesse est omniũ firmissima principia. ergo ratio est hæc, sicuti in particularibus scientijs prima principia illarũ cognoscuntur ab exercitatis in illis, sic in vniuersalissima scientia prima principia eius cognoscuntur ab eo, qui exercitatus est in illa. Primo ergo accipit locum, vnde accipitur similitudo, & dicit { attinet autem ad eum, qui maxime circa vnũquodq; genus } scilicet particularis naturæ, vel particularis subiecti determinatæ scientiæ { cognoscit } atq; peritus est { affirmare firmissima rei } illius { pricipia posse } vt ad mathematicũ principia firmissima, quæ sunt entis quanti, ad naturalẽ principia firmissima entis naturalis deindẽ infert conclusionem ex hoc præassumpto loco, & dicit { quare & ad eum etiam pertinet omnium posse firmissima principia assignare, qui de entibus, ut entia sunt, cognoscit } & exponens quisnam sit iste qui entia, vt entia sunt, cognoscit, subdit { atq; hic est ipse philosophus } .i. methaphysicus. quare sicut in alijs particularibus scientijs, sic in vniuersalissima, quæ est metaphysica. Philosopho igitur necessarium est omnium entium firmissima, & proprijssima principia cognoscere. nam qui uersatur in aliquo genere, is vt principium illius generis unumquodq; in eo firmissimum cognoscat necesse est: ergo qui nõ certum ens, nec determinatum genus, sed in vniuersum ens ipsum communissimum, & generalissimum cõsiderat,





huic vt cunctorũ entium firmissima principia nota sint, erit necesse. Et cum dicit { circa vnumquodq; genus } per genus intelligit subiectum particulare particularis scientiæ, Alexander subiectum particulare intelligit particularẽ naturam: circa quam versatur aliqua particularis scientia.

**Firmissimum autem id omnium principium est, circa quod fieri non põt, ut quisquam decipiatur. tale nanque necesse est notissimum esse (quippe cum uniuersi circa ea, quæ nõ cognoscunt, decipiantur) & suppositionem non esse, quod enim necesse est eum habere, qui quoduis entium percipit, id non est suppositio. Quod uero necesse est eum cognoscere, qui quoduis entium cognoscit, id quoque habentem ipsum uenire necesse est. patet igitur tale principium firmissimum omnium esse.**

Expositor Aristotelem ostendere putat quid sit firmissimum siue certissimum principium. quam rem, vt ostendat, primo Aristotelem narrare autumat conditiones firmissimi principij, deinde Aristotelem eas conditiones accõmodare arbitratur vni principio tantum: quod expositurus declarabit. Alexander uero arbitratur Aristotelem hic docere firmissimum principium esse, quo falli minime licet. falli vero neminem licere Aristotelem docere autumat ex tribus, tum quia ex se notissimũ est, tum quia non est suppositio siue positio, tum quia non per aliud discitur. primo ergo iuxta hanc expositionem proponit id, quod vult docere, & dicit { Firmissimum autẽ id omnium principium est, circa quod fieri nõ potest, ut quisq; decipiatur } ergo docebit firmissimum pricipium esse, quo falli minime licet. Deinde narrat illa tria per ordinem, quibus circa primum principium falli minime licet, & primo ex eo minime aliquẽ falli licere circa primum principium docet, quia est notissimum, & dicit { tale nanq; necesse est notissimum esse } quoniam si non fuerit notissimum, nõ cognoscetur ab omnibus, & si non cognoscetur ab omnibus, circa ipsum falli potuerũt vniuersi, qui ipsum non cognoscunt, cuius rationem interserit, & dicit { quippe cum vniuersi circa ea, quæ non cognoscunt, decipiantur } aut falsem decipi poterunt. fuerunt autem Aristotelis verba satis manca, sed ea sic Alexander suppleuit. Deinde narrat secundum propter quod circa principiũ neminẽ falli licet, & dicit { et suppositionem non esse } .i. ex positione notiũ. nam circa ea, quæ ex positione sunt nota, licet falli. Quòd autem firmissimum principium suppositio esse non possit, probat, & dicit { quod. n. necesse est eum habere, qui quoduis entium percipit id non est suppositio } at, vt dictũ est, firmissimum principium necesse est eum habere, qui quoduis entium percipit, vt metaphysicum. igitur firmissimum pricipium non est suppositio: & ita neminẽ circa ipm falli licet. sed postq; docuit firmissimum principium nõ esse suppositionẽ, ostendit fieri non posse, vt per aliud id discatur, & dicit { quod uero necesse est eum cognoscere, qui quoduis entiũ cognoscit, id quoq; habentem ipsum uenire } .i. minime per demõstrationem disci { necesse est } sed notis terminis veni re. i. petere habẽtẽ ipsum: quasi ex lumine naturali intellectus, quod secũ innascitur. cum vero dicit { quod uero necesse est eum cognoscere, qui quoduis entium cognoscit } primum philosophum intelligit, quia hic est, q; cognoscit, quoduis entium. dixit autem hoc, vt innuat se loqui de primo omnium principio, quoniam hoc est primo philosopho proprium. tum concludit, patet { igitur tale principium } .s. circa quod falli non licet { firmissimum omnium esse } falli uero non licet, quoties fuerit notissimum, non suppositum ex positione, neq; demonstratione acquisitum. sic enim secundum Alexandrum. At secũdum Expositorẽ sic { patet igitur tale principium } scilicet quod est notissimum, & nõ ex positione suppositum neq; per demonstrationem acquisitum { firmissimum omnium esse } & hoc pacto sentit Auerroes cũ ait, manifestum est primum verum quod cæteris aliis omnibus magis verum est, declarari non posse per aliud, neq; esse manifestum ex positione, neq; esse fallibile, vt videlicet deceptio accipat in eo: quæ expositiones bonæ sunt, & verbis idoneæ. declarat autem Expositor, primum omnium principium demonstratione non acquiri ex eo, quia ex ipso lumine naturalis intellectus agentis innotescit: nã principia cognoscimus, quatenus terminos cognoscimus, termini autem lumine intellectus agentis cognoscuntur hoc pacto. nã ex sensibilibus accipitur memoria, & à memoria experimentum, & ab experimento terminorũ, quibus constãt principia, cognitio emergit, sed cõcurrente lumine agẽtis intellectus. quare primum omnium principium demonstratione non discitur, sed quasi cõnatum nobis aduenit, atque natura, & non per acquisitionem emergit.

Q ue Auer. com. 8.

**At quidnã sit illud, deinceps dicamus, oportet. hoc enim pricipiorũ omnium firmissimum est fieri non posse, ut idem simul insit, & non insit eidem, atq; per idem, & addantur cætera cuncta, quæ ad differendi difficultates dimouendas olim determinauimus. habet enim dictam determinationem.**

Determinationem. διορισμὸν. Conditionẽ. Definitionẽ.

Sed vbi docuit quale debeat esse firmissimũ principium: exponit nunc quod sit huiusmodi principium: idque esse ait principium contradictionis: & dicit { At quidnam sit illud, deinceps dicamus } & uolens ipsum esse principium cõtradictionis, dicit { hoc enim principiorum omnium firmissimum } videlicet { est, fieri non posse, vt idem simul insit, & non insit eidem atq; per idem } & ne conteratur tempus dicit { & addantur cætera cuncta, quæ } in definitione cõtradictionis { ad differendi difficultates dimouendas olim determinauimus } sunt autem hæc ea, ex quibus contradictio conficitur, de quibus in Sophisticis Elenchis meminit: vbi contradictionem esse definiuit eius & unius rei nõ nominis, aut si nominis, nõ æquiuoci, sed eiusdẽ per idem, & ad idem, et eodem modo, eodemq; tempore. præterea quicquid dixit in libro de enũciatione in mẽtione cõtradictionis, & quicunque in capitões Sophisticas definiuimus, ea cuncta hoc in loco significat cum ait { ad differendas difficultates dimouendas } addit { habet enim dictam determinationem } quæ videlicet dictum est firmissimum principium esse, quo nemo falli potest: vt exponit Alexander. vel hoc refert ad cõtradictionem, quæ descripta est in logica, dicit namque { habet enim } .s. hoc firmissimum principium { dictã determinationem } .s. in Elenchis, & in libro de Interpretatione, quæ data est de contradictione. verbum autẽ determinationem, græce est διορισμὸν, Argyropylus transtulit conditionem, Boethius definitionem. sed quouis modo transferatur, dupliciter exponi potest, vt visum est.

**Fieri enim non potest, ut idem esse quispiam, atque nõ esse existimet, ut quidam Heraclitum dicere arbitrantur. nõ enim necesse est, quæ quispiam dicit, ea quoq; ita esse ipsum existimare.** TEX. 9.

Auerroes velle videtur, ꝙ Aristoteles velit probare esse impossibile vt idem simul sit, & non sit, & ita uult ut probet veritatem primi principij, quod Expositor sentire videtur. nam cum proposuisset primo omniũ principio competere, vt sit impossibile eidem simul inesse, & non inesse idem, subdit ꝙ ait prædicta huic principio cõueniãt sic ostendit, hæc Expositor, & sic videtur uelle Aristotelẽ probare ueritatem primi principij, ꝙ uidelicet impossibile sit idem simul esse, ac nõ esse. hoc autem probare videtur hoc pacto, si impos-

Q uę Auer. cõmẽ. 9.

ſibile eſt opinari ut idem ſimul ſit, & non ſit, impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe. ſed de facto ita eſt ꝙ impoſſibile ſit opinari idem ſimul eſſe & non eſſe: igitur de facto ſequitur, ut ſit impoſſibile idem, ſimul eſſe, & non eſſe, de ſyllogiſmo affert minorem, quæ eſt poſitio antecedētis, & dicit { Fieri enim non poteſt, ut idem eſſe quiſpiam, atq; nō eſſe exiſtimet, ut quidam Heraclitū dicere arbitrantur } qui Heraclitus licet fortaſſe ſic dixerit, non tamen id exiſtimare potuit, cuius rationem affert, & dicit { nō enim neceſſe eſt, quę quiſpiā dicit } videlicet verbo { ea quoq; ita eſſe ipſum exiſtimare } .ſ. mente, & ſic nullus poteſt exiſtimare idē ſimul eſſe, & non eſſe: ſaltē mēte, per quæ uoluit intelligere minorem, quæ erat poſitio antecedentis. Alexander autem velle videtur, ut Ariſtoteles probet neminem falli poſſe circa primum principium, ut propoſuit hoc autem probare ait, cum dicit { fieri enim non poteſt, ut idem eſſe quiſpiam, atq; non eſſe exiſtimet } ergo fieri nō poteſt, circa primū principium quiſpiam decipiatur. nam, vt fieri non poteſt, vt idem ſimul inſit, & non inſit, ſic, vt quiſq; circa hoc decipiatur, idemque eſſe, & non eſſe putet hoc enim eſt quod ait { fieri enim non poteſt, ut idem eſſe quiſpiam, atque nō eſſe exiſtimet, ut quidam Heraclitum dixiſſe arbitrantur } contra quos protinus ſubijcit { non enim eſt neceſſe, quæ quiſpiam dicit ea quoq; ita eſſe exiſtimare } ita licet hoc fuerit ab Heraclito dictum, vt quidam credidere, nō tamen eſt neceſſe, ut ſi hoc dixerit, protinus etiam exiſtimauerit. non enim quæcunq; dicimus, ſic ita ſe habere putamus. facile nanq;, & cuius in promptu eſt dicere contradictionem eidem ineſſe, ut autem rem ſic ſe habere quiſq; putet, fieri minime poteſt, ut qui diē lucere cōſpicit, nullo is tamen negocio noctem eſſe affirmare ualet, licet ei facile ſit ſic dicere. Ergo apud Alexandrum hic probatur quod ſuperius accepit videlicet primum principium eſſe circa quod falli non poteſt. Apud vero Expoſitorem & Auerroem hic probatur veritas primi principij videlicet ꝙ impoſſibile ſit idem ſimul eſſe & non eſſe, per ſyllogiſmum hypotheticum a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis. Apud vero Alexandrū hipotheticus ſyllogiſmus eſt, ſi impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe, nullus poteſt falli circa primum principium: ſed impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe: igiť impoſſibile eſt aliquē decipi circa primum principium. hæc eſt differentia expoſitionum.

Si uero non, cōtingit eidem ſimul ineſſe contraria. addantur autem nobis & hæc quæ propoſitioni addi ſolent, ſuntque opiniones contrariæ, quæ contradictorie aduerſantur, patet impoſſibile eſſe ſimul idem eſſe, atque nō eſſe eundem exiſtimare. habebit enim contrarias opiniones ſimul profecto, qui circa hoc eſt deceptus. Quapropter omnes, qui demonſtrant, ad hanc opinionem ultimam demonſtrationes reducūt. hæc enim ſuapte natura cæterarum quoq; omnium dignitatum principium eſt.

Sequendo expoſitionem Auerrois, ac Expoſitoris nunc probat minorem, quæ fuit poſitio antecedentis ꝙ videlicet impoſſibile ſit opinari idem ſimul eſſe, & nō eſſe, hoc pacto uidelicet, ſi non impoſſibile eſt exiſtimare idem ſimul eſſe & non eſſe, contingit eidem ſimul ineſſe contrarias opiniones, hoc autem eſt contra experientiam, quoniam licet aliqs poſſit dicere contrarias opiniones, tamen experientia docet nullum: poſſe contrarias opiniones de eadem re habere, vt quòd dies ſit lucidus, & non ſit lucidus. primo ergo accipit hypotheticam, & dicit { Si vero non } ſubaudi eſt impoſſibile exiſtimare idē ſimul eſſe, & non eſſe { cōtingit eidem } intellectui.ſ. { ſimul ineſſe contraria } .i. contrarias opiniones, hoc conſequens reliquit tanq; contra experientiam, neſcio ꝓfecto cur Argyropylus vir doctiſſimus hęc verba ſegerit coniuncte hoc pacto { ꝙ ſi fieri nequit, ut contraria ſimul inſint eidē } cū græce hypothetice ſic legant, εἰ δὲ μὴ ἐνδέχεται ἅμα ὑπάρχειν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία. Deinde probat hypotheticam & ꝯñam ſupponendo ex libro. 2. de Interpretatione opiniones contrarias eſſe de cōtradictione. ibi enim declaratur opiniones eſſe contrarias, non quæ contrariorum ſunt, ſed que per ſe contradictionis ſunt. hæ enim non ſunt cōtrariæ opiniones, ut ibi dr̄, primo & ꝑ ſe, ſi vnus putauerit Socratē albū eſſe, alius uero Socratē eſſe nigrū, ſed tūc cū unus putauerit Socratē albū eſſe, alius ꝟo Socratē nō eſſe albū. quare ſuppōnēdo hoc, & aliqs putet ſimul duo cōtradictoria eſſe uera exiſtimādo, ſimul idem eſſe, & nō eſſe, habebit ſimul contrarias opiniones: & ſic patet conſequentia. dicit { addantur autem nobis } pro deductione conſequentiæ propoſitæ. i. ſupponantur autē pro deductione conſequentiæ { & hæc, quæ propoſitioni addi ſolent } .i. quæ propoſitioni hypotheticæ propoſitæ addi ſolēt, nam ſic illa patebit, & explicat illud, quod addi debet, & dicit { ſuntq; opiniones cōtrariæ, quæ cōtradictorie aduerſantur } .i. quę ſunt de contradictione, nam his additis { patet impoſſibile eſſe ſimul idē eſſe, atq; nō eē eūdē exiſtimare } cuius rōnem explicat, et dicit { habebit. n. q circa hoc eſt deceptus cōtraria opiniones inſimul ꝓfecto } nō ergo pōt aliqs decipi circa primū principiū. hęc eſt expō Auerrois & Expoſitoris, q̄ meo iudicio non eſt aliena a uerbis Ariſt. Alexander aūt legit hunc textū ſine coniunctione /aūt/ ſic cū calce prioris textus coniunctū { non. n. neceſſe eſt, quæ quiſpiā dicit, ea & ita eſſe exiſtimare, ſi fieri nequit, ut cōtraria ſimul inſint eidem } tñ cum expōne ꝓpoſita cōuenit, qm̄ aſſerit Ariſtot. demonſtrare, ut quiſq; contradictionē ſimul eſſe uerā exiſtimet. Putare. n. hoc ineſſe, oppoſita opinio eſt ei, qua idē non ineſſe putať. At oppoſita, ut eidē inſint, fieri neutiq; poteſt. hoc. n. ut noto, & cōfeſſo utiť. nam in fine libri ſecūdi de Interpretatione confirmatū eſt. & ſic Alexander quantum ad vim ſenſus cōuenit cum Expoſitore, licet aliter ordinet dictionē. Quo uero ad uerba attinet, cum dicit { addanť huic propoſitioni quæ addi ſolent } .i. intellige huic definitioni, quæ dať de contradictione, quæ debēt addi videlicet ꝑ idē, & in codē tempore, & cætera, quæ addi ſolent in ſophiſticis elenchis. Dixit. n. impoſſibile eſſe, ut idē ſit & non ſit, addendum eſt ꝑ idem, & eodem tēpore, & reliqua, quæ addi ſolent. ergo pro deductione ꝯñæ duo ſunt ſupponenda videlicet definitio contradictionis ſm oēs particulas, q̄bus definitur in Elenchis, & ꝙ opiniones contrariæ ſint de cōtradictione definita ſm illas oēs particulas. vnde dicit { addanť aūt: & huic ꝓpoſitioni } .i. huic definitioni, quæ dať de contradictione { & hæc quæ addi ſolēt } .ſ. in elēchis { & } .ſ. addať etiam { ꝙ ſint opiniones cōtrariæ, quæ contradictorię ſecundum oēs particulas aduerſanť } nam his ſuppoſitis { patet impoſſibile eſſe ſimul idem eſſe atq; non eſſe eundem exiſtimare } hoc pacto ordinat dictionem Alexāder: cum uero ſubdit { habebit. n. opiniones cōtrarias ſimul ꝓfecto, qui circa hoc deceptus eſt } hmōi eſt, nam qui idem eſſe, et non eſſe putat, & in hoc decipiť, ut putet ſimul eſſe, quæ non ſunt ſimul, huic ꝓfecto contraria inſunt. Contraria. n. ſunt inter ſe opiniones contrariæ. hoc aūt poſitū eſt fieri nō poſſe uel ex lib. 2. de Interpretatione, uel ex experiētia: qua quis experiť nullo mō habere poſſe contrarias opiniones. recte ergo Auerroes ait ſine primo principio eſſe īpoſſibile philoſophari. deīde ex his, facit excerptū, & dicit { quapropter oēs, qui demonſtrant, ad hanc opinionem ultimam demonſtrationes reducunt } & intelligit per opinionem ultimum principium, quod in contradictione conſiſtit, ut, nō contingit eidem aliquid ineſſe, & non ineſſe. nam qui de re quapiam diſputant, ij ad aliquid demoliendum non putant pluribus verbis opus eſſe, ſi eius, qd' impugnent, conſequēs eſſe demōſtrauerint contradictionem ſimul eſſe ueram. &

Q ue Auer. Comē. 9.

aſſignans



aſſignans rationem excerpti ſubdit { hæc enim } videlicet opinio vltima, ad quam ſtat reſolutio omnium demōſtrationum { ſuapte natura cæterarum quoq; dignitatum omnium principium eſt } & hoc non ſic intelligas, vt hæc ultima dignitas principium ſit eas demonſtrandi, cum dignitates demonſtratione non indigeant. Tunc enim non eſſent nec dignitates, nec principia, ſed quoniam ſæpe ad illarum confirmationem, ac fidem hac præterea dignitate vtimur. confirmantes enim quæ ſunt eidem ſimilia, inter ſe quoque ſimilia eſſe, illud aſſumimus, aliter enim non eſſent inter ſe ſimilia. quòd ſi non ſunt inter ſe ſimilia, neque vni quidem alicui eidē ſimilia erūt. ſed potius illi erunt diſſimilia, quemadmodum inter ſe: at poſitum erat eſſe illi ſimilia. quare eadem eidem & ſimilia, & non ſimilia erunt. ſimili ratione, & in cæteris dignitatibus fieri poteſt, per quæ, vt Expoſitor recte inquit, patent aliæ conditiones ſuperius aſſignatæ de primo principio, quatenus enim demonſtrationes omnes in hanc reducuntur tanquam ad ultimum omnino, patet huiuſmodi principium non eſſe ex ſuppoſitione, quo vero eſt naturaliter cæterarum dignitatum principium, patet ipſum aduenire habenti & non acquiri demonſtratione. ulterius Expoſitor hoc, quod Ariſtoteles narrauit, & non probauit, enititur probare: ſupponens primo duplicem eſſe actum intellectus, alterum, quo intelligitur quicquid eſt, quem actum vocant indiuiſibilium intelligentiam. alterum quo intellectus componit, ac diuidit. Deinde ſupponit in vtroque actu eſſe aliquod primum. nam in primo actu ens eſt primum, quando primum cadit in conceptione intellectus, quippe cum nihil eo actu poteſt mente concipi, niſi intelligatur ens. Et quia hæc dignitas impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe, pendet ex intellectione entis, quemadmodū illud principium, omne totum eſt maius ſua parte, pendet ex intellectione totius, & partis, ſit vt huiuſmodi principium in actu intellectus ſecundo videlicet componentis, ac diuidentis ſit natura primum, quippe cum nullus poſſit hoc actu intellectus intelligere, niſi eo principio intellecto. vt enim totum & pars non intelliguntur, niſi intellecto ente, ita quoque hęc dignitas omne totum eſt maius ſua parte non poteſt intelligi, niſi eo primo principio præconcepto. hæc Expoſitoris ratio bona eſt, ſed vrgentior eſt illa Alexandri. nam cum omnis demonſtratio oſtenſiua neganti reduci poſſit ad ſyllogiſmum contradictionis, qui dicitur ducens ad impoſſibile, ſit, vt dignitas contradictionis ſit omnium demōſtrationum ultima opinio, ad quam reducuntur omnes demonſtrationes, quare eſt ſimpliciter prima.

Sunt autem quidam, qui uti diximus, ipſi quoque fieri poſſe dicunt, ut idem ſit, atq; non ſit, & ita exiſtimetur. atq; hac ſententia naturalium quoq; complures utuntur.

Sententia. λόγῳ. Ratione.

Nunc oſtendit errores, qui emerſerūt de primo ipſo principio: & primo repetit errorem Heracliti, quem complures naturalium ſecuti ſunt: & dicit { ſunt autem quidam, qui vti diximus, ipſi quoque fieri poſſe dicunt, vt idem ſit atque non ſit } & ſic verbis negant primum principium { & ita exiſtimetur } & ſic etiam mente ipſum negant, in qua opinione Heraclitum fuiſſe traditur, qui contraria eſſe eadem inter ſe tradebat { Atque hac ſententia naturalium quoque complures vtuntur } qui videlicet rem, qualis uidetur, talem eſſe dicebant, cuius opinionis Democritus, et Protagoras fuiſſe videntur. nam cum quibuſdam de eodem contraria videantur, ſi res vt videtur, ſic ſe habet, utiq; in eodem oppoſita, & contraria inerunt.

Nos uero nunc, ut impoſſibile id accepimus eſſe uidelicet ſimul, atque non eſſe. & per id ipſum oſtendimus hoc eſſe firmiſſimum omnium principiorum.

Nunc narrat quid ipſe acceperit, vt manifeſtum, & quid ex illo concludendum ſit, vt manifeſtum quidem accipitur fieri non poſſe, vt idem ſit, atque non ſit. Ex hoc vero, quod pro manifeſto ſupponitur, concluditur tale principium eſſe firmiſſimum. vnde dicit { nos vero nunc vt impoſſibile accepimus } ac ſuppoſuimus { eſſe videlicet ſimul atque non eſſe, & per idipſum } hoc eſt, & quia ſuppoſitum eſt impoſſibile eſt idē ſimul eſſe & nō eſſe { oſtendimus hoc eſſe firmiſſimum omnium principiorum } nam vt Alexander inquit, ex hoc quòd fieri non poteſt, ut idem ſit, atque non ſit, ſequitur non poſſe contraria eidem ineſſe putari. quandoquidē hæ opiniones contrariæ ſunt, Quòd ſi opiniones contrariæ non poſſint eidem ineſſe, contradictionis principium firmiſſimum atq; notiſſimū eſſe patet.

At ſunt aliqui, qui ob ruditatem hoc quoq; demonſtrandum eſſe cenſent. eſt enim profecto ruditas non diſcernere, quorum quærere, & quorum non quærere demōſtrationem oportet. omnino nanq; fieri nequit, ut omnium ſit demonſtratio. in infinitum enim erit abitio: ut neque hoc pacto ulla penitus ſit demonſtratio. Quod ſi quorundam demonſtrationem quærere non oporteat, quod principium magis tale eſſe cēſent, aſſignare ſane non poſſunt.

Ruditatem. ἀπαιδευσίαν. Imperitiā.

Q uoniam quibuſdā fieri poſſe videtur, vt idem ſit atq; non ſit, ex quo ſequitur cōtradictionem ſimul eſſe ueram, ideo cenſetur hoc principium eſſe a nobis demonſtrandū, non autem vt ex ſe notum eſſe accipiendum. Ideo hos impugnaturus inquit { At ſunt aliqui, qui ob ruditatem } ſubaudi reſolutiuorum { hoc quoq; } principiū ſcilicet { demonſtrandum eſſe cenſent } deinde exponit eorum ruditatem, & dicit { eſt enim profecto ruditas } ſubaudi reſolutiuorum { non diſcernere, quorum quærere, & quorum non quærere demonſtrationem oportet } In poſterioribus enim reſolutorijs quænam demonſtrari poſſint, quæve ſecus, docetur { omnino nanque fieri nequit, ut omnium ſit demonſtratio } cuius rationem affert, & dicit { In infinitum enim erit abitio } ſubaudi ſi non fuerit circulo demonſtrari { vt neque hoc pacto } ſcilicet procedendo in infinitum { vlla penitus ſit demonſtratio } nam ſi infinite progrediemur, tollentur per ſe nota, ac indemonſtrabilia, & ſic tolletur demonſtratio. deinde remouet quandam tacitam reſponſionem, & dicit { quòd ſi quorundam demonſtrationem quærere non oporteat } vtputa, quia ſunt indemonſtrabilia, quærit { quod principium magis tale } ideſt magis indemonſtrabile { eſſe cenſent } ſubaudi principio contradictionis, Hi ſi vellēt { aſſignare ſanè non poſſunt } qnoniam nullum videtur indemonſtrabilius principio contradictionis. & ita ſi aliqua principia dicant indemonſtrabilia eſſe, nullum principium dicere poſſunt indemonſtrabilius eſſe quàm principium contradictionis: de quo diximus eſſe firmiſſimum. Auerroes affert cauſam, quare aliqui putauerunt principium contradictionis demonſtrari poſſe, aſſerens hoc eſſe pro tanto, quia homo vtitur in defenſione illius principij veris quibuſdam ſermonibus, & valde probabilibus, quos nullus poteſt negare. & ita non diſcernentes inter probabilia huic, vel illi, & neceſſaria ſimpliciter, Argumentum probabile crediderunt eſſe demonſtrationem. Q ua ratione putauerunt illud principium eſſe demonſtrabile.

Q ue Auer. Comē. 9.

Licet tamen hoc quoque (uidelicet impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, atque non eſſe) demonſtrare redarguendo, ſi modo is, qui contendit, quippiam dicat. quod ſi nihil dicat, ridiculum

est profecto ad eum rationem quærere, qui nul lius sermonem habet, ut sermonem non habet. Talis enim homo, ut talis, persimilis iam esse uidetur plantæ.

Postquam eos insectatus est, qui principium contradictionis demonstrandum esse censebant, nunc declarat quo nam modo potest demonstrari. & dicit { licet tamen hoc quoq; } principium { videlicet impossibile est idem simul esse, atque non esse } quod contradictionis principium appellatur { demonstrare redarguendo } non quidem simpliciter redarguendo, sed ita demum { si modo is, qui contendit } ideſt qui ipsum negauerit { quippiam dicat }. i. quicquam nominauerit, & sermone fuerit usus, & dictis suis aliquid significauerit, atque ad interrogata responderit. & ostendens quòd aliter nisi loquendo redarguendo demonstrari non potest, dicit { quòd si nihil dicat } atque conticuerit, nec responderit quicquam { ridiculum est profecto ad eum rationem quærere } ideſt contra eum redarguẽdo ratiocinari { qui nullius sermonem habet, vt sermonẽ non habet } ideſt risu est excipiendus, qui contra hunc disputauerit, quique tacentẽ redarguere conabitur, & addit { vt sermonem non habet } ideſt qua videlicet sermone caret, hac ipsi quicquam significari ridiculum esse. & assignans rationem dicit { talis enim homo, vt talis } ideſt, vt sermone carens { persimilis iam esse videtur plantæ } animalia enim bruta, vt Expositor inquit, voce, aut signo naturaliter insito aliquid significare videntur. planta vero nec voce, nec signo aliquid significat, & properera racentem, qui penitus sermone caret, assimilauit plantæ & non brutis, nã qui sermone omnino caret, nec voce, nec naturali signo quicquam significat, vt planta.

Demonstrare autem redarguendo, & demonstrare, differre dico. Qui nanque demonstrat, uidebitur id, quod initio quæritur, postulare. Si uero alius sit huius causa, redargutio, non demonstratio erit.

Alexander velle videtur Aristotelem afferre differentiã inter demonstrare simpliciter, & demonstrare redarguendo, melius autem mihi videtur Aristotelem afferre differentiam inter demonstrare simpliciter primum principiũ contradictionis, & demonstrare ipsum redarguendo, ita vt tota differentia vertatur ad ostensionem primi principij: non autem ad differentiam, quæ est inter redarguere, & simpliciter demonstrare: ut Expositor exponere videtur. nam hæc differentia non pertinet ad hunc librum, sed ad librum Elenchorum. Ibi enim dictum est eum, qui simpliciter demonstrat, aliqua sumere, quæ priora atque notiora sunt eo, quod demonstratur. Qui uero redarguit, ex ijs demonstrat, quæ aduersarius ponit. Est enim redargutio syllogismus in contradictionem per interrogationem colligẽs. non enim huiusmodi demonstratio colligit ex primis, vnde dicit { demonstrare autem } scilicet principium contradictionis { redarguendo, & demonstrare }. ſ. principium contradictionis simpliciter { differre dico } & affert cãm, & dicit { qui nãq; demonstrat }. ſ. simpliciter primum principium { videbitur id, quod initio quæritur, postulare }. i. videbitur petere principium, qm̃ uel sumit ignotius, uel æque notum. nam nihil neq; prius, neq; notius, ut dictũ est, accipi potest hoc ipso principio: ut facile intelligat ipsum demõstrari minime posse, nisi committat locus petitionis principij: qui est procedere aut ab ignotiori, aut ab æque nõto. uel sic, qui ex se sumit & ponit quãuis rem id esse, quod ipse nominat, vel non esse, principium petere videtur: & quod quærit, assumere. ergo principium demonstrari non põt, nisi quod in principio quæritur petatur, uel, ut Expositor inquit, quia nihil põt sumi ad demonstrandum principium hmõi, nisi quod exilius veritate dependet: & ita peti videtur, quod in principio quæritur. deinde subdit, quando potest demonstrari redarguendo, & dicit { si vero alius sit huius causa } inquantum alius concedit quædã, ex quibus syllogismus contradictionis fieri potest { redargutio non demõstratio erit } nam redargutio syllogismus est ex datis ab aduersario, propterea { si alius sit huius causa } concedendo quædam, ex quibus colligitur principium contradictionis { redargutio, non demonstratio erit } & hoc pacto demonstrari potest. Cum enim id, quod est minus notum simpliciter, concessum fuerit ab aduersario, ex illo poterit redarguens ad ostendendum principium contradictionis procedere, & syllogismus erit redargutio quantum ad eum, qui concessit, & non de modo simpliciter.

TEX. 10. Principium autem ad talia cuncta est nõ cen fere dicere aliquid, esse aut non esse. id enim forsitan quispiam petitionem eius esse putauerit, quod ab initio quæritur. sed & alij quicq; significare: ut sibi ipsi. hoc enim necesse est, si quippiam dixerit.

Expositor Aristotelem asserit hic velle redarguendo disputare contra negantes principium contradictionis, & primo asserit Arist. disputare cõtra eos, qui dicunt cõtradictoria simul esse uera. deinde contra eos, qui asserunt contradictoria simul esse falsa: & ut inquit, primo præmittit suppositionem, ex qua procedere oportet contra negantes principium contradictionis: ut inde procedat ad disputationem de eo. Alexander autem, vt mihi videtur, vult Arist. exponere quonam modo syllogismus redarguens fieri potest cõtra eum, qui negat principium hmõi. Sequendo uero Expositorem, Aristoteles ait contra eos, qui negant principiũ contradictionis, primo non oportere accipere pro principio aliquam propositionẽ, qua asseratur aliquid de re, vel negetur ab ea (hoc. n. esset petere, quod quærebatur in principio) secundo oportere pro principio accipere nomina, quibus disputantes utuntur in disputationibus significare aliquid tam ei, qui nomina profert, quàm ei, qui nomina audit, quoniam qui loquitur seipsum intelligit, & qui audit eum, qui loquitur, intelligere debet. primo ergo Aristoteles exponit quid non oportet accipere pro principio secundum hanc expositionem, & dicit { princip um autem ad talia cuncta } scilicet redargutiones, quæ fieri solent, contra eos, qui dicunt contradictoria esse simul uera, & contra eos, qui negant principium contradictionis { est non censere }. i. est ut opponens non accipiat pro dignitate { dicere aliquid esse aut non esse }. i. vt respondens sibi cõcedat aliquid esse, aut non esse, & nunquã aliquid simul esse, aut non esse, & assignat rationem, & dicit { id enim forsitan quippiam petitionem eius esse putauerit, quod ab initio quæritur } nam ab initio quæritur sit ne uera illa propositio, non contingit idem simul esse, & non esse, an non, uel ab initio quærebatur illa, sit ne uerum omne quod est esse uel non esse. & sic petitur, quod quærebatur a principio, si hoc supponeretur pro dignitate. deinde exponit quid oportet accipere pro dignitate, & dicit { sed } subaudi ad tales redargutiones omnes oportet accipere pro principio nomina, quibus disputantes vtuntur { & alij quicquam significare } vtputa ei, qui audit { vt sibiipsi } scilicet qui profert, nam, vt in Elenchis dicitur, oportet disputantes conuenire in terminis, quia ex ignorãtia terminorum facile paralogizamus { hoc enim necesse est } accipere pro principio { si } respondens subaudi { quippiam dixerit } uel opponens, uel vterque: hoc pacto dictio clara est. & non ad verbum sic habetur in græco nostro codice. Quo vero ad dictionem attinet, Alexander sic exponit, vt Aristoteles velit, vt principium sit



sit petere ab aduersario, ut dicat esse quippiam, uel non esse, ideſt ut interrogandus sit aduersarius, num res omnis id esse, quod dicitur, uel non esse ipsi uideatur, exempli causa, homo esse homo, uel non esse, & pari ratione equus, & canis, & alia. & sic Alexander legebat dictionem affirmatiue in hunc modum { Principium autem est ad talia cuncta } ideſt ad tales omnes syllogismos redarguentes, qui ad alterum conuincendũ pertinent in demonstratione huius sententiæ { cenfere } ideſt petere ab aduersario pro dignitate { dicere } id est, ut dicat { quippiam esse, aut non esse } & ita legit Alexander affirmatiue. Et ne tu putes Aristotelem non cognouisse in tali suppositione esse petitionem eius, quod quæritur, post quam dixit hoc esse principium, & hanc propositionem ab aduersario esse petendam, dicit { id enim forsitan quispiam postulationem eius esse putauerit, quod ab initio quæritur } & ita uideri posse ait, qui hoc ab aduersario esse petendum acceperit, principium sumere, & quod quæritur, censere. quãobrem hac omissa interrogatione, transit ad aliam quasi se corrigens: & dicit { sed } subaudi est accipiendum aduersarium, qui respõdet per suam loquelam { & alij quicquam significare, ut sibi ipsi } rogãdum. igitur aduersarium esse ait, num cum loquitur, per ea, quæ dicit, quæque nominat, tum sibi, tum alteri quicquam significet, sitque aliquid id, cuius nomen pronunciat. Deinde Alexander aduertens errorem suæ dictionis quasi illam corrigens subdit, dictio autem aptior esset, si pro illa, scriptum esset, ut in nonnullis exemplaribus habetur, sic { principium autem est ad talia cuncta non aut esse quippiam dicere, aut non esse censere } quo quidem modo sensus esset illustrior, & hoc pacto haberetur dictio in codice nostro: & ita Alexander uenit ad expositionem nostram. Dictio uero illa { hoc enim necesse est, si quippiam dixerit } Argyropylus sic legit { non enim necesse est esse, si quippiam dixerit } forsitan, quia sic habebat in suo Græco codice. apud tamen me obscura dictio est, sed quæ habetur in codice nostro, illustrior est, & clarior.

Quod si nihil dicat, tali homini neque sibi ad se oratio, neque ad alium erit. si uero id quispiam dederit, erit tunc demonstratio. iam enim erit aliquid definitum, sed causa est non qui demonstrat, sed qui substinet. tollendo enim orationem utitur nimirum oratione.

Cum fecisset Aristoteles sibi suppositionem, qua uult uti ad redarguendum eum, qui negat principium contradictionis, supposuisset que contra eum, qui negat principium contradictionis, ut loquatur loquela uidelicet significante sibi, & ei, qui aduersatur, nunc probat hanc suppositionem, & dicit { Quod si nihil dicat } scilicet is, qui negat contradictionis principium, ideſt quod si loquatur, sed loquela nihil significet { tali homini neque sibi ad se oratio, neque ad alium erit } ideſt disputatio nulla erit neque sui ad se, nec cum alio: immo is similis plantæ efficietur. Deinde docet procedere ulterius, cum respondens concesserit suppositionem, & dicit { si uero id quispiam } scilicet respondens { dederit } ideſt si ijs nominibus, quæ dicit, aliquid significari concesserit { erit tunc demonstratio } ideſt redargutio. nam pro redargutione demonstrationem dixit. Deinde probat consequentiam, & dicit { iam enim erit aliquid definitum } qui enim id concedit, aliquid statuit, definitque. nam indefinitum est, ac indeterminatum quod nihilo magis est hoc quam illud, aut definitum fore ait, hoc ipsum, quod conceditur aliquid scilicet significare, uel ut Expositor inquit, definitum intelligit quod per nomen significatur distinctum à suo contradictorio: ut dicetur. Vnde Auerroes si igitur aliquis concesserit dictiones habere proprias significationes, concedet demonstrationem esse, & hoc principium esse, super quo fundatur demonstratio. concedit enim dictiones significare res determinatas, ac finitas, & non indifferenter ipsas, & res diuersas, uel oppositas eis, quas significare concessit, sicut contingit dicenti affirmationem, & negationem idem esse uerbi gratia hominem, & non hominem. nam hic concedit dictiones significare rem, & indifferenter eius oppositum. hoc igitur concesso, demonstrare hoc ẽ redarguere licebit { sed } ut inquit { causa } scilicet redargutionis { est non qui demonstrat } ideſt redarguit { sed qui substinet } ideſt sed qui redargutione conuincitur. ille nanq; suis uerbis conuincitur, ac redarguitur. & reddit causam, & dicit { tollendo enim orationem } ideſt nam hic concedens suppositionem quod sua loquela aliquid determinatum significet, sua loquela determinatum quid significante { tollendo orationẽ } ideſt principium contradictionis { utitur nimirum oratione } ideſt concedit principium contradictionis, quia tollendo principium contradictionis sua loquela determinatum quippiam significante, & concedens suam loquelam aliquid determinatum significare, concedit principium contradictionis, quia concedit loquelam, qua negat principium contradictionis, determinatum quid significare, & non indeterminate ambo opposita. Quo uero ad uim redargutionis attinet, animaduerte non sufficere ad redargutionem, ut respondens interimat principium contradictionis loquela aliquid determinatum significante, sed quod concesserit loquelam, qua interimit aliquid determinate significare, quoniam, ut secundo Elenchorum declarauimus, stat aliquẽ per loquelam aliquid determinatum significantem negare principium contradictionis, & non se concedere loquelam determinatum quid significare. Propterea duo sunt supponenda, & quod loquela, qua respondens negat, aliquid determinate significet, & quod concedat eam loquelam aliquid determinate significare. Et in hoc errauit Auerroes, cum inquit, qui enim negat loquelam, contingit ei concedere loquelam esse, non enim negat loquelam, nisi per loquelam. Erranit, quoniam licet uoce nemo possit loquelam negare, nisi per loquelam, tamen stat eum negare loquelam uoce, & nõ concedere loquelam esse: qua uidelicet uoce negat loquelam: sicut stat me negare hominem esse animal, & non concedere me negare hominem esse animal: de his in sophisticis Elenchis petatur. Propterea Aristoteles uoluit, ut loquela, qua respondens negat principium contradictionis, concedatur a respondente aliquid significare determinatum, & definitum, ex his patet suppositio, & quo modo sit procedendum ad redargutionem.

Error Auer. Cõmen. 10.

Quare qui hoc concessit, aliquid esse uerum absque demonstratione concessit, quo fit, ut nõ omne & ita, & non ita se habeat.

Quia proposuit non qui interrogat respondentem, causam esse redargutionis; sed qui respondet, concedendo loquelam aliquid determinatum significare, qua ipse negat principium contradictionis. Nunc hoc concludit, & exponit, & dicit { Quare qui hoc concessit } ideſt respondens, qui concessit loquelam, qua negat principium contradictionis significare aliquid determinatum { aliquid esse uerum absque demonstratione concessit } quoniam concessit loquelam aliquid significare, & nõ quod non significet { quo fit, ut } apud eum { non omne & ita, & non ita se habeat } quare redargutionis causa est respondens, & non qui opponit. Nam, ut repetam, quæ Aristoteles ait, si quis loquentem sermone suo quicquam significare concesserit, tunc demum redargutionis locus erit. Qui enim hoc concesserit, aliquid exponet, statuetque, nec dicet non magis hoc quam oppositum. nam dum hoc concedit, non dicit sermo non magis quicquam significat quam non significat, sed concedit aliquid significare. vt enim si quis nihil magis significare quã non significare dicat, sermonem tollit, ita si quis non magis quicq; hoc esse, q; nõ esse dixerit, etiam sermonẽ tollit. Vt ii.

Q. ne Auer. Cõmento.

cetera,sic & sermonem non magis esse quam non esse dicet: quid enim aliud est, quam sermonem tollere? Est enim sermo uox significatiua, hic autem sermonem non magis significare quam non significare contendit, ut dubium non sit, quin sermonem de medio tollat, quod quidem dicere uidetur, ꝙ qualibet in re contradictionem simul ueram esse posse tradit. Tollens igitur sermonem positione, concedit eundem ijs, quæ respondet. nam concedens sermonem significare, sermonem esse statuit, & ita quod positione tollit, hoc ponit respondendo. redarguens igitur non perit, quod a principio quæsiuit. quoniam licet id, quod supponit, contineat ueritatem principij contradictionis, tamen illud supponit non ex se, sed ex concessione respondentis. est enim locus eius, quod petitur a principio (ut in Elenchis dictum est) quoties opponens ex se sumit, quod probaturus est, non autem ex concessione respondentis. Illud tamen nolo te ignorare hæc uerba non reperiri in ueteribus translationibus, nec in nostro Græco codice, sed in codicibus Alexandri, & Argyropyli. Propterea Expositores Latini prætermiserunt.

**Primum igitur patet idipsum esse verum nomen significare eam hoc, aut non esse, quare nō omne sic, & non sic se habet.**

Vt Expositor inquit, cum proposuisset suppositionem, nunc ex illa procedit ad propositum ostendēdum & primo, ut inquit, singulariter in uno, postea generatim in cunctis. Et de prima parte, ut inquit, Aristoteles concludit, quod si nomen aliquid determinate significet, erit primo hoc perspicuum, ut propositio sit uera, & eius contradictoria sit falsa, & sic ad minus habemus quod non omnis affirmatio uera sit cum sua negatione: unde dicit { Primum igitur patet id ipsum esse uerum nomen significare esse hoc, aut non esse } & non simul esse hoc, & non esse hoc. hæc enim fuit suppositio, & propterea concludit { quare non omne sic, & non sic } uidelicet simul { se habet } & ita non omnis affirmatio est uera cum sua negatione. Alexander autem sic exponit { Primum igitur } subaudi si dicta, sermonesq; quicquā significare concedatur { id ipsum esse uerum } qui aliquid esse dicit, hunc quicquam significare, & pari ratione qui aliquid non esse ait, etiam eum aliquid significare, non autem significare simul & non significare, & ita Alexander per nomen esse hoc, aut non esse significare, intellexit, quod sit uerum nomina significare, non uerum autem non significare { quare non omne sic & non sic se habet } idest quare non in cunctis rebus affirmatio cum sua negatione erit uera. quia nihil significare, cum sit ipsius significare negatio, minime in ijs uera est, quæ aliquid significare conceduntur. nam si non significat, non utique amplius relinquetur ipsum significare, quod conceditur, ac proinde sermo tolletur. Sed cum diceret { Primum igitur patet ipsum esse uerum nomen significare esse } adiecit { hoc } ut innuat id, quod significat, aliquam determinatam naturam significare. nam omnino qui uel sibi, uel alteri quicquam significat, is hoc, aut illud significat. Aliquod enim entium significat, & discrepans ab aliis, quæ ab illo non significantur. Neque enim a cunctis eadem, nec rursus ab uno cuncta significantur. hæc ex Alexandro.

**Præterea si nomen homo profecto vnum significauerit, sit illud animal bipes, atq; hoc pacto id vnum significare dico. vt si hoc est homo, si homo aliquid est, hoc sit homini esse.**

Nunc disputat generatim in cunctis contradictoria non esse simul uera. & primo constituit sibi suppositiones necessarias ad propositum ostendendum more boni mathematici, quarum prima est, quod si nomen significat unum, illud unum sit ratio siue definitio, quam significat nomen. Vnde dicit { Præterea si nomen homo profecto unum significauerit, sit illud animal bipes } & iuxta hanc expositionem Aristoteles utitur nomine homo pro omni nomine significante unum, & animal bipes pro omni ratione, quæ significatur a nomine. Deinde exponit quid ipse uelit per significare unum siue unam rationem, & dicit { atque hoc pacto id } scilicet nomē homo { unum significare dico } uidelicet { ut si hoc } uidelicet Socrates, uel Plato { est homo, si homo est aliquid } scilicet habeat aliquam definitionem { hoc } scilicet Socrates, uel Plato { sit homini esse } idest Socrates, uel Plato recipiat prædicationem illius definitionis. ergo suppositio est, ut nomen unum significans, significet suam rationem, quam uult, ut hoc pacto significetur, ut quicquid recipit prædicationem nominis, suscipiat prædicationem rationis, quam nomen significat. Hæc expositio consona est uerbis Græcis nostri codicis. Alexander autem uult, Aristotelem supponere quod si nomen significat, unum quippiam significet, & hoc probat. quia quod significat, id aliquid significat, ipsum autem aliquid unum est, ergo si nomen significat, unum significat. contra sibi ipsi opponit, nam æquiuocum nomen significat, & non unum significat, quasi respondens, ait, non tamen qui tali nomine utitur, is omnia illa simul significat. & ita licet æquiuocum nomen multa significet, tamen utens nomine æquiuoco non pro pluribus, sed pro uno significato utitur: & ita quasi redit in uniuocum. qui enim utitur canis nomine, addit latrabile, aut celeste, aut marinum, & ita æquiuoco nomine utitur pro uniuoco, & pro uno significante. Quæ expositio non conuenit uerbis, quæ nos in nostro codice habemus, sed fortasse uerbis, quæ ipse habebat, conuenit. Secundam uero partem textus sic habebat, ut nos habemus, & ideo asserit Aristotelem exponere in ea quid sit nomen significare unum, cum inquit { atque hoc pacto id unum significare dico, ut si hoc est homo, si homo quicquam est, hoc sit hominis esse } unum ergo significare hoc esse ait, si homo significat hoc, subaudi quicquid homo fuerit, sit hominis esse: id esse uidelicet, quod homo significat quare, ut Alexander inquit, si homo unum significat animal scilicet pedestre bipes, nullus erit homo, quin sit pedestre bipes. Quid uero significetur, definit, declaratque, ubi docuit, non si quicquam de aliquo prædicatur, protinus hoc unum significare, ut in progressu dicet. neq; enim si album de Socrate prædicetur, statim Socrates, & esse Socratis ab albo significabitur. Quæcunque igitur ita dicuntur ut unam naturam, unamque substantiam significent, quemadmodum se se habent ea, quæ in quid est prædicantur, ea ut unum significantia sumuntur. & ad hunc modum singulis nominibus unum significatur. At ne quis unum numero, & non potius unam naturam ipsum dicere putaret, iccirco quomodo dixerit unum significat, exponit. si enim homo animal bipes significat, utique hominis esse in eo consistit, ut sit animal bipes. Ex his quæ hic Alexander dicit, patet nomen unum significare, quoties unum significatum demonstrat, uel plura, quorum unumquodq; suscipit prædicationem rationis, quā nomen significat: ut homo unum significat hominem tantum uidelicet Socratem, uel plures homines, quorum quisque est animal pedestre bipes: & quantum ad expositionem huius secundæ partis Alexander conuenit nobiscum.

**Nihil autem refert, & si plura significare quispiam dixerit, modo sint definita. poni nanque poterit in unaquaque oratione alterum nomen, veluti si dixerit hoc nomen homo non vnum significare, sed plura, quorum vnius quidem hæc una sit oratio animal bipes, cæterorum autem, aliæ plures quidem, sed numero definitæ.**

Sed contra obijci potest, nam reperiuntur nomina, quæ non



non unum, sed plura significant: igitur nō recte postulatum est unum nomen unum significare. respondet ꝙ licet reperiatur nomen plura significans, modo illa plura sint finita, eodē ratio redit, atque initio, ut. s. uno uocabulo res una significetur. nam cum multarum rerum cuiq; proprium imponatur uocabulum, nomen quod initio inditum erat, exempli gratia homo, unam tantum rem, quę supereſt, ſignificabit, & sic in idem redit, ut. s. quodlibet nomen unum significet. Vnde dicit { Nihil autem refert, & si plura significare quispiam dixerit } .s. ipsum nomen, & per { plura } plures oratione intelligit, ut nomen æquiuocum, non unam orationem, sed plures significat: ueluti homo, qui æquiuoce dicitur de uero homine, & de imagine: plures orationes significat, uerum non refert { modo sint definita } ideſt dum modo orationes plures, quas significat, sint finitæ. & assignans causam ex eo, quia in idem redit, ostendit quo nam modo in idem redit, & dicit { poni nanque poterit in unaquaque oratione } earum scilicet quas plures significat { alterum nomen } ideſt proprium uocabulum, quo nominetur aliter quam alia significata appellantur, & sic redit in idem, ut uidelicet unum nomen unum significet, ut fieri solet in æquiuocorum partione: nam licet æquiuocum nomen plura significat, quia tamen cuiq; orationi imponitur proprium nomen, fit ut per diuisionem unumquodque nomen unum tantum significet. deinde affert exemplum, & dicit { ueluti si } quis { dixerit hoc nomen homo, non unum significare, sed plura quorum unius quidem } .s. significati puta hominis ueri { hæc una sit oratio animal bipes, cæterorum uero } .s. significatorum hominis { aliæ plures quidem } orationes sint { sed numero definitæ } ut marmorei hominis alia, picti hominis alia, monumenti hominis alia: itaque si unius nominis determinata fuerint complura significata, quorum diuersæ rationes habeantur, significatorum cuique suum signum, proprium q; nomen imponere licebit, quod unum tantum ex eis significet, quæ diuersas rationes habent. & sic redibimus ad nostram suppositionem, ut nomen unum, quod unam orationem significat, unum tantum significet: quare suppositio remanet firma: qua quidem remanente, sequitur, ut hæc nō sit contradictio, canis currit, & non canis currit. quoniam nomen canis, non unum significat. similiter nec nō canis unum significat. sed hæc est contradictio, canis latrabilis currit, & non canis latrabilis currit. quoniam hoc esse, & hoc idem nō esse significat.

Λόγον Orationem disputatio nem.

Quod si poni non potest, sed infinita significare dicet, patet orationem non esse. non unum enim significare est omnino nihil significare. si uero nomina non significent, hominum inter se, & ad se ipsum cuiusque uere sublata est disputatio. fit enim, ut nihil is intelligat, qui non intelligit unum. Quod si unum quid intelligi possit, illi poni nomen poterit unum. Sit igitur ut etiam a principio diximus, significans aliquid nomen, & significans unum.

TEX. 11.

Hic refellit alium cauillum, quoniam dici posset quodlibet nomen significare infinita, cōtra obijcit Aristoteles. quoniam si quodlibet nomen significat infinita, tolletur omnis disputatio tam illa, quæ est eiusdem ad se, quam illa, quæ diuersorum inter se componitur. deducitur consequentia, quoniam si quodlibet nomen infinita significat, nihil omnino significabit, quoniam, ut deductum est, nomen non significat nisi unam rationem, uel plura sub una ratione, quod si nomina nihil significabunt, tollentur propositiones, & tandem disputationes, & dicit { Quod si poni non potest } ideſt nisi concessum fuerit finita esse, quæ ab unoquoque uocabulo significantur { sed infinita significare dicet, patet orationem } ideſt sermonem { non esse } nobis enim positum est orationem perinde atque nomen uocem esse significantem, quare ijs, qui unoquoque infinita significari aiunt, oratio nihil significat. Cuius rationem affert, & dicit { non unum enim significare est omnino nihil significare } quod enim non unum significat, non determinatum quicquam significat, quod nō determinatum significat, id ne significare quidem omnino. nā quicquid significat, aliquid certum significat. quare si nihil nomina significant, sermo omnino e medio tolletur. quare nec licet in alterum disputare, unde dicit { si uero nomina non significent } cum nec orationes significabunt { hominum inter se, & cuiusque } scilicet hominis singularis { ad se ipsum uere sublata est disputatio } scilicet tacita, & subaudi etiam intellectio tolletur, cuius rationem subdit { sit enim, ut nihil is intelligat, qui non intelligit unum } uel subaudi plura sub una ratione. quoniam quanuis unoquoq; nomine plura, sed determinata intelligantur, non tamen iccirco unum quid dam nomine significari tolletur. si quidem ex ijs, quæ nomine intelliguntur quoduis unum est, & quot intellecta, tot unitates habentur, quod in infinito uerum esse non potest, quippe cum ne numerus quidem intellectorum esse possit. sed dicet quispiam quodlibet nomen unum significare infinita, & illa unum quid intelligi, ideo subdit { Quod si unum quid intelligi possit } quod scilicet infinita esse intelligitur { illi poni nomen poterit unum } hoc autem pro absurdo derelinquit, quoniam infinitis non potest imponi nomen unum. quare in finita intelligi non possunt ut unum quid. Græca uerba sunt, ἐὰν δὲ ἐνδέχεται, τεθεὶν ἂν ὄνομα τοῦτο τῷ πράγματι ἕν. & tūc quo dicit clarum est, quia ait { si autem contingit } eum subaudi, qui intelligit infinita, unum quid intelligere { illi } infinito. s. { poni nomen poterit unum } quod pro absurdo relinquit. Sed quæres, cur nam si quolibet uocabulo multa, determinata tamen significentur, fermo non tollitur, licet non sit unum significatum, si uero infinita, perit. Vna responsio est quia omne determinatum, circūscriptumq; quoddā unum est, ut sit unum quodam modo significans, quod plura, sed definita significat. Propterea quod hæc circūscribere liceat, & a non significatis secernere, & hæc esse significata dicere, quod in infinitis fieri non potest, alio modo dici potest, quia plura, sed determinata significare uideri potest hoc aliquid significare, propterea quod omnia significata sumpta inter se distingui possunt, & proprijs uocabulis definiri. at si quod libet significat infinita, nullum significatum proprio nomine, ac signo notari potest. quo fit, ut nomina ipsis indita nihil quicquam significent, quippe quæ non de ijs magis prædicari ualeant, quibus imposita fuerint quam de cæteris, præterea si quodlibet nomē infinita significat, singula nomina eadem significabunt, at si cūcta sint eorundem significantia, omnis disputatio, omnisq; significatio peribit. si enim ponatur cūcta nomina eadem inter se significare, nullum ipsorum quicquā significabit, perinde est enim affirmare unumquodq; significare omnia, ac si nihil significare dicatur. Insuper Alexander non esse infinita cuiusq; nominis significata ad hunc modum probabiliter ostendit, si aliquod nomen infinita significat, sit hoc nomē homo. si ita homo infinita significat, cum non homo in infinitis habeatur, uel ipsum quoque significabit, & ita qui hominem dixerit, non hominem etiam significabit, uel certe si hoc est absurdum, aliqua erunt plura quā infinita, nam si infinitis, quæ ab homine significari dicuntur, addatur non homo, ipsa efficiet copiosiora, & plura. itaque infinita aliquibus erunt pauciora. demum cōcludit suppositionem, & dicit { sint igitur } nomen { ut etiam a principio diximus, significans aliquid } scilicet determinatum & certum { & significans unum } hæc erat suppositio, quæ nunc his rationibus concluditur. Ex his, quæ Alexander hic narrauit, colligi potest intellectus illius propositionis, qui unum non intelligit, nihil intelligit, per unum enim certum & determinatum intelligit, ut sit sensus, qui non cer-

Qui vnum nō intelligit, nihil intelligit.

tum & determinatum intelligit, nihil intelligit, & ita intelligi possunt plura, sed quia intelliguntur, quatenus determinata, ideo ut unum intelliguntur. determinata autem exposuit ita hæc, quod non infinita, uel alia ab his. homo enim ita homines significat, quod non significat non homines: uel infinito si ergo intelligere, ut unum est intelligere, ut determinatum a suo opposito, uel non, ut infinitum. superius etiam dictum est intelligi ut unum, uel significari, ut unum esse significare unam rationem, uel plura, quorum quodlibet est illa ratio. verbi gratia homo significat unum, quia significat unam rationem uidelicet animal pedestre bipes, & quodlibet quod significat, est animal pedestre bipes. hæc enim expositio etiam optima est.

Non itaque fieri potest, ut ipsum hominis esse hominis non esse significet, si nomen non solum de uno dicatur, sed & unam naturam, & unum significet.

Dictio sic debet legi ¶ Itaque si nomen nō solum de uno dicatur, sed & unam naturam, & unum significet, fieri non potest, ut ipsum hominis esse significet hominis non esse } & tunc uult Expositor quod Aristoteles concludat secundam suppositionem, quod hoc nomē homo significet id, quod est hominis esse, ad hunc modum ¶ itaque si nomen }. ſ. homo ¶ non solum de uno dicatur }. ſ. subiecto ¶ sed & unam naturam, & unum }. i. sed etiam id, quod est unum simpliciter. ſ. secundum rationem ¶ significet, fieri non potest, ut ipsum hominis esse significet hominis nō esse }. i. ut hoc nomen homo significet hominis nō esse: Alexander autem uult Aristotelem nunc uti suppositione, quam prius assumpserat ad probandū contradictoria nō esse simul uera: & utens suppositione dicit ¶ itaq; si nomen }. ſ. homo ¶ nō solum de uno dicatur } ut de supposito ¶ sed & unam naturam }. i. sed & aliquid ¶ & unum significet } ut suppositum est ¶ fieri nō potest, ut ipsum hominis esse significet hominis nō esse }. i. ut significatione idem sit hominem esse, & hominem nō esse. & sicut nō est idem hominē esse, & hominē nō esse, ita nō est idē equū esse, & equū nō esse, & in cæteris simili ratione, nā generatim suppositum est nomē aliquid significare, deinde unū significare. Quam expositionē Auerroes afferens dicit, ponamus igitur q̄ nomē significet aliquid & unum, cum hoc positum fuerit, impossibile erit ponere nomina contradictoria significare unā intentionē. verbi grā, ut nomē hominis, & nomen nō hominis significet unā intentionem, & sic Auerroes coincidit cum Alexandro.

Q̄ue Auer. Comen. 11.

Non enim id censemus unū significare, quod est de uno dici. quoniam si sic, musicū nimirum, & albū & homo unū significarent, quare omnia unum erunt, plura enim nomina erunt eiusdē: atque non idē sit, & non sit eueniet, nisi uarietate nominum, perinde atq; si eum, quem nos hominem appellamus, alij nō hominem uocent. at id, quod dubitatur, non est hoc, possit ne fieri ut idē sit, & non sit homo nomine, an re.

Nimirum

Explicat hoc in loco quo modo unum significare intelligi debeat, & dicit ¶ Non, n. id cēsemus unū significare, quod est de uno dici } homo. n. unū est, propterea q̄ unam quandam naturam significet, nō q̄ de uno p̄dicetur. Cū autem naturā unā significat, nō potest aliam simul p̄ se significare. Quod autē unū significare non sit de uno dici, probat, & dicit ¶ qm̄ si sic }. i. qm̄ si unum significare sit de uno dici ¶ musicū nimirum & album, & homo unum significarent } quoniam hæc omnia de Socrate dicuntur: q̄d unum est indiuiduum: quod est absurdum, nam de Socrate dici posset disputare. Socrates enim disputat, uera prædicatio est, at disputare non est homo. Propterea destruens consequens subdit ¶ quare omnia unum erunt } omnia hæc uidelicet, q̄ Expositor probat, quia si albū dicitur de Socrate, dicetur de homine, & ita erit idem cum homine, & pari ratione quia album dicitur de lapide, erit idem lapidi, & quæcunq; sunt eadem uni & eidem, sunt eadem sibi inuicem: & pari ratione sequetur omnia unū esse. Melius fortasse per ¶ omnia } hæc uidelicet, quæ dicuntur de Socrate, intelligit, musicum, album, & hominem. nam cum hæc prædicentur de Socrate, omnia erunt eadem Socrati, cum quod prædicatur de aliquo, sit idem illi. quare cū hæc prædicentur de Socrate, omnia erunt eadem Socrati: ergo eadem inter se, quoniam quæcunq; sunt eadem alicui eidem numero, sunt eadem inter se. igitur musicum, album, & homo erunt eadem inter se. Quare, ut inquit ¶ omnia }. ſ. hæc tria ¶ unum erunt, plura enim erunt nomina eiusdem }. ſ. significati. Vel sic, & quidem magis ad mentem Alexandri, ¶ quoniam si sic }. i. quoniam si illa idem significant, quę dicuntur de uno, eodemq; ¶ musicum nimirum, & album, & homo, unum significarent } qm̄ de Socrate dicuntur ¶ quare omnia }. ſ. hæc nomina musicum, albū & homo ¶ unum erunt }. ſ. significatu. Quod probat cum dicit ¶ plura erunt nomina eiusdē }. ſ. significati. quia omnia significant Socratem, de quo omnia dicuntur. & ita, ut Alexāder inquit, essent synonyma hoc est multinomina, quæ de uno prædicantur, & unum significant. nā hoc in loco synonyma dicit, p̄ multi nomina. sit enim idem significabunt hæc plura nomina musicum, album homo, si dictione tantum discrepent, & naturā unam significent. quod fiet, si statuatur idē esse de uno dici, & unum significare. sic igitur si idem sit unum significare, & de uno dici, sequetur hæc tria synonyma esse. Infuper affert aliud absurdum, & dicit ¶ atq; eueniet } sic dicentibus, quod hæc sint synonyma ¶ ut non idem sit, & nō sit, nisi uarietate nominum: perinde atq; si eum, quem nos hominem appellamus, alij } .ſ. qui sunt alterius linguæ ¶ nō hominē uocent } cuius contrarium dicunt, asserunt enim cōtradictoria re esse simul de eodem: & nō q̄ uaria nomina sint de eodem simul. & consequentiam probo, qm̄ si quæ de eodem prædicantur, idem significent, homo & nō homo de eodē prædicantur, ut puta de Socrate, si apud nos homo hominē, & apud alios nō. homo etiam hominē significauerint. uterq; n. in hoc casu idē significant. quare erunt oppositæ homo & nō homo nō uarietate rerum, sed uarietate nominum. & inde fit, ut nō idem sit, & nō sit, nisi uarietate nominum, nō autem uarietate rerum apud eos. Cuius contrarium dicunt, qm̄ asserunt contradictoria re esse simul de eodem uidelicet homo & nō homo re, & non quod uarietate nominum sint simul de eodem. & ideo afferens absurdum, contra hoc dicit ¶ at id, quod dubitatur, nō est hoc } uidelicet ¶ possit ne fieri, & idem sit, & nō sit nomine, an re } hoc est utrum homo & nō homo sint idē re, an nomine: ut superius patuit. nō enim hoc, quod indagamus, est, utrum eidem rei possint ambo hæc nomina homo, & non homo imponi, ut ipsorum discrimen in uoce tantum sit, nō etiam in significato, sed utrum discrepantibus utriusq; significatis, & homine speciem eam significante, cuius ratio est animal pedestre bipes: non homine autem huius speciei negationem, fieri possit, ut hæc simul de tali specie, decq; eadem prædicentur, prorsus, ut idem sit esse huiusmodi substantiam, & nō esse. hoc enim significat oppositio contradictoria. nam qui nō hominem de eo prædicari demōstratur, de quo homo, nō secundum hominis significatum nō hominem de eodem prædicari demonstrat, sed quoniam quoddā aliud eidem accidit, de quo nō homo uere dicitur, uerbi gratia ipsum disputare. nam de Socrate dicitur disputare (uerum enim est Socratem disputare) tamen disputare nō est homo, & ita p̄ accidens homo, & non homo p̄dicabuntur de eodē, nō autē per se. Hæc expositio Alexandri nō est obscura, licet dictio, ut ipse inquit, obscurissima sit. differt autē hæc ab illa Expositoris, quoniam secundum hanc ſi idem sit significare unum,



unum, & idem, quod dici de uno & eodem, tunc apud Alexandrum sequitur, ut omnia illa tria musicum, album, & homo sint Synonyma. Vlterius, si sint Synonyma sequitur, ut aliqua contradictoria sint eadem eidem sola uarietate nominis, ut homo & non homo, quę sunt eadem eidem sola nominis uarietate. at oppositum dicebant, nam uoluerunt, ut contradictoria omnia sint uera de eodem uarietate nominis, & rei. at apud Expositorem sequitur generatim, ut omnia nomina sint Synonyma, & etiam generatim quod omnia contradictoria sint de eodem, quæ sola uarietate nominis sunt contradictoria, & nō quæ uarietate nominis, & rerum: quod est contra eos, nam dicebant omnia contradictoria nomine & re contradictoria, esse eadem eidem. Sed quo nam modo sequitur, ut omnia contradictoria sint uera de eodem, ex uerbis Aristotelis non colligitur. licet Expositor sic exposuerit. ex his expositores colligunt. Secundam suppositionem uidelicet quod hoc nomen homo significet id, quod est hominis esse, utens nomine homo pro omni nomine significāte quippiam. licet Alexā. Aristo. usum esse hac suppositione in p̄senti textu asseruerit, ut uisum est, ad probandum intentum.

Quod si nomen homo, & nomen non homo non diuersa significent, patet ex ipsum non hominis esse, & ipsum hominis esse non diuersa significare. quare esse ipsum hominis, esse non hominis erit. vnum enim erunt. quippe cum unum esse id significet, quod est unum, ut uestimentum & tunica, si una eorum sit ratio. Quod si unum erunt, unum & hominis, & non hominis esse significat. at demonstratum est diuersa significare.

Tertia suppositio est, ut homo, & non homo non significent unum, & idem: ut Expositor autumat. & utitur hoc nomine homo pro omni nomine uniuoco: & hoc nomine non homo pro omni nominis negatione: & iuxta hanc expositionem supponenda est suppositio. ſ. quod homo, & non homo nō significent unum & idem, & probationem illius explicat, & dicit ¶ Quod si nomen homo, & nomen nō homo nō diuersa } sed idem ¶ significent, patet & ipsum non hominis esse } .i. patet nō hominis rationē ¶ & ipsum hominis esse } .i. & ipsam hominis rationem ¶ nō diuersa significare, quare esse ipsum hominis } .i. quare ipsa hominis ratio ¶ esse }. i. ¶ ratio nō hominis erit } fauet huic expositioni, qm̄ ubique Aristoteles per esse rationem, uel quod quid est intelligit. & assignans causam subdit ¶ unum enim erunt } .ſ. ratio hominis, & ratio nō hominis. vlterius confirmans idē dicit ¶ quippe cum unum esse }. i. unam rationem ¶ id significet, quod est unum }. i. quod est nomen uniuocum ¶ ut uestimentū, & tunica, si una eorum sit ratio } ubi patet per esse rationem accepisse, ut perspicuum est uerbo illo ratio. deinde quasi epilogando dicit ¶ Quod si unum erunt }. ſ. hoc nomē homo, & hoc nomen nō homo, etiam ¶ esse }. i. ratio ¶ & hominis, & } ratio ¶ nō hominis sanum significat } non enim potest nomen significare unum, quin ratio etiam unum significat ¶ at demonstratum est } ipsa esse ¶ diuersa significare } hęc est una expositio, quæ consona uerbis est. Alexander autem uidetur uelle, ut sermo presens legatur continuus ad præcedentem in hunc modum ¶ Quod si nomen homo, & nomē nō homo nō diuersa } sed idem ¶ significent, patet & ipsum nō hominis esse } .i. & ipsam orationem, quæ est, non homo est ¶ & ipsum hominis esse } .i. & ipsam orationem, quæ est homo est ¶ nō diuersa significare } sed idem ¶ quare esse ipsum hominis } .i. quare oratio, quæ est homo est ¶ erit esse non hominis } .i. erit illa oratio nō homo est. cuius rationem subdit ¶ unum enim erunt } scilicet illæ orationes homo est, & non homo est. cuius rationē ulterius affert, & dicit ¶ quippe cum unum esse id significet, quod est unum, ut } scilicet eo modo, quo sunt ¶ unum uestimentum, & tunica } quæ sunt synonyma ¶ si eorum } uidelicet uestimenti & tunicę ¶ una sit ratio } nam synonyma sunt, quorum una est ratio in significando, adde sed per aduersarios orationes illæ synonymæ sunt. igitur unum significant. Propterea ulterius concludit, & dicit ¶ quod si unum erunt } scilicet orationes illæ homo est, & non homo est ¶ & hominis esse } ideſt, & illa oratio homo est ¶ & non hominis esse } ideſt & illa oratio non homo est ¶ unum significat } acidem ¶ at demonstratum est } illas orationes ¶ diuersa significare } nō ergo sunt synonymæ: ac unum & idem. Secundum ergo Alexandrū hæc non est tertia expositio, sed alia conclusio, quæ post assumitur: cuius, ut inquit, breuis sensus est, si quisquam dicat homine unum significante uere de ipso dici hominem esse, & non esse hominem hæc idem significare, dicet, ut multi nomina, ut ueſtis, & indumentum. at si affirmatio & negatio unum sint, nimirum homo & nō homo idem significabunt, & idem erit esse hominem, & non esse hominem. at positum est, & demonstratum utrunque diuersum significare, propterea quod significantium unumquodque proprium quidam significat. hæc breuiter Alexander, licet laboret circa dictionem, non admodum utiliter. Verum apud me constituendę sunt tres suppositiones, quarum prima est, q̄ nomen unum, significet unum. Secunda uero, quæ sequitur, est, ut hoc nomen homo significet id, quod est hominem esse, non autem id, quod est non hominem esse. Tertia uero quod homo, & non homo non significent unum idemq;. est autem harum suppositionum prima quæ annotatur textu illo ¶ præterea si nomen homo } Secunda uero ibi ¶ non itaq; fieri potest } Tertia denicq; hoc in loco, quod autem ita sit, sequens textus explanabit: ubi explicatis, ac constitutis suppositionibus, infert propositum. Sed nolo te ignorare dictionem esse obscuram, ut notat Alexander.

Necesse est igitur, siquid uere dicitur homo, id animal bipes esse. id enim erat, quod nomen homo significabat. quod si hoc necesse est esse, fieri non potest, ut non sit idem animal bipes.

TEX. 12.

Hoc enim ipsum necesse est esse significat, fieri uidelicet non posse, ut non sit homo. impossibile est ergo idem hominem esse, & hominem nō esse uere dicere simul. eadem est ratio, & si quippiam non homo esse uere dicatur.

Cum demonstrasset unumquodq; nomen quiddam unū significare, & q̄ homo aliud significet q̄ non homo, cum homo & nō homo iter se diuersa sint, & q̄ aliud affirmatio sit, aliud negatio. nunc per demonstrata id concludit, quod proposuerat, fieri scilicet nō posse, ut in eodem uera esse contradictio reperiatur: & procedit quasi ā primo ad ultimum in hunc modum dicens ¶ Igitur siquid uere dicitur homo } .i. si nomē homo naturam unam significet ¶ necesse est esse id animal bipes } .i. necesse est dicere animal pedestre bipes, quod ab homine significatur, esse hominis esse, cuius rationē explicat, & dicit ¶ id enim erat, quod nomen homo significabat } ut per suppositiones perspicuum est. Est igitur prima consequentia, si homo aliquid uere dicitur, hominem necesse est esse animal pedestre bipes. Secunda uero hęc, si homo necessario est animal pedestre bipes, nō contingit hominem nō esse animal pedestre bipes patet per regulam æquipollentiarum, q̄ assignata est primo priorę, q̄ negatio pręposita faciat æquipollere sue contradictoriæ, modo contradictoria illius, necessario homo est animal pedestre bipes, est hæc, cōtingit hominē nō esse animal pedestre bipes: ergo nō contingit hominem nō esse animal pedestre bipes, æquipollet illi, necessario nō est aīal, pedestre bipes. quar hęc necessario hō est aīal

pedestre bipes, æquipollet illi, non contingit hominem non esse animal pedestre bipes, altera enim alteri æquipollet, & e conuerso. unde dicit { quod si hoc necesse est esse } .i. quod si necessario homo est animal pedestre bipes, fieri non potest { ut idem } .s. homo { non sit animal bipes } .i. quod si homo necessario est animal bipes, non contingit hominem nō esse animal bipes, probat hanc secundam consequentiam, & dicit { hoc enim ipsum necesse est esse significat uidelicet fieri non posse, ut non sit homo } hęc enim necessario homo est animal bipes, æquipollet illi, non contingit hominē non esse animal bipes, uel illi non possibile est hominem non esse animal bipes, hæc de secunda cōsequentia, deinde affert tertiam consequentiam, quæ est propositum uidelicet, quod si non contingit hominem non esse animal bipes, impossibile sit hominem non esse animal bipes, tenet consequentia, quia non contingit uel non possibile non esse æquipollet ad impossibile non esse. quare impossibile est uere dicere simul hominem esse animal bipes, & hominem nō esse animal bipes. & hanc ultimam affert, & dicit { impossibile est ergo hominem esse idem } .s. animal bipes { & hominem non esse } idem. s. animal bipes { uere dicere simul } per quæ patet contradictoria non esse simul uera de eodem, nam de homine non sunt simul uera homo est animal bipes, & nullus homo est animal bipes: ut per consequentiam a primo ad ultimum est deductum. deinde amplificans sermonem ait { eadem est ratio } subaudi de ipso non homine, ut { si non homo & quippiam esse uere dicatur } uerbi gratia non disputare, nam si non homo non disputat, non erit uerum simul dicere nō hominem disputare, & nō hominem non disputare. accepit autem Aristoteles in huiusmodi discursu hominem, uolens, ut Alexander inquit, eandem rationem similem in cunctis reperiri, quoniam in quolibet impossibile est idem simul esse, & non esse. Sed accepit hominē pro exemplo omnium. quoniam similis ratio est in quolibet, qualis est in homine. in quolibet enim fieri non potest, ut de quo uere aliquid affirmatur, de hoc idem uere negetur. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte Aristotelem esse locutum ex conditione, cum inquit { siquid uere dicitur homo } quoniam nomen omne significat ad placitum aliquam naturam determinatam. ad placitum enim homo significat animal pedestre bipes, propterea sequitur si homo uere est animal pedestre pibes, esse impossibile, ut homo non sit animal pedestre bipes. absolute tamen homo nihil simpliciter significat, nisi hunc terminū homo, cætera uero ex impositione, atque instituto significare dicitur. ideo Aristoteles in huiusmodi discursu locutus est ex hypothesi. Ex ijs patet, solam tertiam suppositionem esse necessariam ad hunc discursum, quæ erat, ut hoc nomen homo significet id, quod est hominem esse, non autem id, quod est non hominem esse. prima autem suppositio, quod uidelicet nomen unum, unum significet, pro tanto accepta est, pro quanto hic discursus, qui de homine constitutus est, potest ampliari ad quodlibet ens. ideo oportet generatim supponere quodlibet nomen unum habere unum tantum significatum. Tertia denique suppositio est addita ad expressionem secundæ, tanquam sequens ad eam. igitur præsenti processui sola secunda suppositio utilis est, & necessaria. circa uero uerba illa { eadem est ratio, & si quippiam non homo esse dicatur } Alexander eandem rationem esse ostendit hoc pacto, nam quod non esse homo demonstratur, hoc ne sit animal pedestre bipes necesse est, quod autem, non esse necesse est, id tunc esse est impossibile. quod esse animal pedestre bipes est impossibile, id esse animal pedestre bipes non est uerum dictu. quare quod homo esse uere dicitur, hoc simul nō esse homo nequaquam potest uere dici. at non esse hominem est negatio, esse autem hominem affirmatio, fieri ergo non potest, ut in eodem affirmatio, & negatio, simul uerę sint. recte ergo postquam demonstrauit, quod uere homo esse dicitur, hoc simul non esse hominem uere dici non posse, inquit eadē ratione uicissim demonstrare licet in non homine, id, quod de homine demonstratum est.

Esse enim hominis, & non hominis esse diuersa significat, siquidem & album esse, & hominem esse non idem significant, sed diuersa. multo enim magis illud opponitur. quare diuersum significat. quod si & album dixerit idem unumq; significare, rursus idem dicemus, quod & prius est dictum uidelicet unum omnia esse, & non oppositа solum. Quod si hoc esse nequeat, id fit, quod dictū est, si ad interrogatum respondeat.

Quoniam demonstrationis principium ab eo sumitur, quod est aliud. s. significare hominem esse, aliud non esse hominem, ideo quo nam modo hæc diuersa sint, docet apponendo hoc nomē album. nam qui dicit esse album, diuersum significat atq; is, qui hominem esse dicit, qui enim album esse dicit, diuersum, aliudq; dicit q̄m qui hominem esse ait, non tamen oppositum, nō tamen oppositum, qui uero non esse hominem dicit, is non solum aliquid non esse hominem dicit, sed etiam oppositum q̄ qui dicit hominem esse. tunc argumentor, si quod minus ab homine differt, non potest de ipso uere dici, quod magis ab ipso distat, minime uere dicetur. non homo magis ab homine distat q̄ album. igitur non homo non potest uere dici de homine. Vnde primo accipit conclusionem, & dicit { Esse enim hominis, & non hominis esse diuersa significat } deinde affert rationē: quæ debet hoc pacto colligi, si album esse, & hominem esse non idem significant, sed diuersa, hominem esse & non esse hominem minime idem significabunt. Sed album esse, & hominem esse nō idem significant. igitur hominem esse, & non esse hominem non idem significabunt. de ratione ita que primo accepit minorem, quæ est positio antecedentis, & dicit { siquidem & album esse, & hominem esse non idem significant } hæc est minor, quæ postea probabitur, deinde probat maiorem, & dicit { multo enim magis illud opponitur } .s. nō hominem esse multo magis opponitur ei, quod est hominem esse, quā album esse opponatur eidem. s. quod est hominem esse. hæc enim hominem esse, & nō hominem esse longo magis opponuntur q̄ album esse, & hominem esse. hæc enim solum diuersa, illa autem diuersa, & oppositа sunt. ergo magis opponuntur. quare diuersa sunt. Deinde probat minorem. s. quod hominem esse, & album esse non idem significent, & dicit { quod si & album dixerit idem unumq; significare } atque subaudi hominem, utputa quia ambo de eodem prædicantur { rursus idem dicemus, quod & prius est dictū, uidelicet unum omnia esse } omnia uidelicet illa tria album, musicū, hominem: uel omnia. s. generatim, ut superius Expositor deduxit. & ita euenier, ut omnia illa tria Synonyma sint { quod si hoc esse nequeat } .s. ut illa tria omnia unum sint { id fit, quod dictum est } uidelicet ut hominem esse, & non hominē esse diuersa sint. dico hoc euenire { si } aduersarius { ad interrogatum respondeat } dixit { si ad interrogatū respondeat } quia posset respondere ad alia, quæ opponens nō interrogat, & ita nō haberetur intentum contra respondentē. si quis enim interrogat sit ne homo animal bipes, an nō sit homo animal bipes, & respōdens dixerit Deum esse, opponens non habet intentum, sed respondens nō recte respondet, quoniam nō respondet ad interrogatum. Propterea Aristoteles subiecit { si } aduersarius { ad interrogata respondeat } quā rem dilucide in Cōmentarijs Librorum Topicorum explicauimus. Ibi enim declarauimus aliud esse respondentem conuinci, & aliud respondentem non bene respondere. non bene respondet respondens, quando non ad interrogata respondet. Conuincitur uero, uel quando reducitur ad contradictionem, uel ad concedendū improbabile, & contra opinionem,



nionem, uel quando cogitur concedere, quę enumerata sunt primo Elenchorum.

Si uero aliquis simpliciter interrogatus, negationes etiam addat, non ad interrogatum respondet. Etenim nihil prohibet, ut idem & homo sit, & album, cæteraq; multitudine infinita. attamen interrogatus si uerum sit hoc dicere hominem esse, nec ne? respondeat per id, quod unum significat, & non album, & magnum addat, oportet. & enim fieri non potest, ut accidentia quispiam (cum sint infinita) pertranseat. Aut igitur omnia dicat, aut nullum eorum afferat respondendo. Pari igitur modo & si quam maxime idem est homo, & non homo. tamen interroganti si hoc est homo, non est respondendum esse hominem, & non hominem simul, nisi cætera etiam, quæ acciderunt, insuper afferat, quęcunque insunt, aut non insunt. quod si id non facit, non disputat.

Recte Alexander & Expositor arbitrantur Aristotelem hic refellere quandam sophisticam responsionem, quæ ab aduersario sophistica afferri posset, nam posset aduersarius interrogatus an necesse sit hominem esse animal bipes, non respondere affirmationem, uel negationem, sed simul utranque asserendo hominem esse animal bipes, & non esse animal bipes, & sic euitabit rationem superius explicatam. Cauens ne si tantum animal bipes esse concesserit, eo supradicta ratione adigatur, ut hoc ipsum dicere nequeat esse uidelicet & non esse animal bipes. nam siquis animal bipes esse concedat, idq; uerum sit, sequitur ex necessitate animal bipes esse, & fieri non posse, ut non sit animal bipes. Siquis igitur hoc prospecto, negationem simul cum affirmatione esse dicat, euitare uidetur supradictam rationem. Contra obijcit Aristoteles per regulam, quæ octauo Topicorum traditur, quæ est, ut simplici interrogationi fiat simplex responsio, nā si fieret multiplex responsio, omnino disputatio tolleretur: unde dicit { Si uero aliquis simpliciter } .i. simplici interrogatione { interrogatus negationes etiam } subaudi simul cū affirmationibus { addat, non ad interrogatum respondet } quoniam interrogatio erat simplex, & responsio multiplex: quod uero non respondeat ad interrogatum eo demonstrat, quoniam licet uerum esset, non tamen deberet de eo, quod non quæritur, uerba facere. plurima enim homini in cōfesso conueniunt, ut animal, pedestre, bipes, mortale, rationale, rectæ staturæ, quæ tamen omnia non recensentur ab eo, qui num homo animal bipes sit, interrogat. itaq; Aristoteles hoc quod dixit, explicat in exemplo Socratis unde dicit { & enim nihil prohibet, ut idem } .s. Socrates { & homo sit, & album, cæteraq; multitudine infinita } ut Philosophus, Athenięnsis, simus, uentrosus, musicus, Platonis doctor, quæ tamen omnia non recensentur ab eo, qui num Socrates homo sit, interrogatur. propterea qualis responsio esse debeat, subdit { attamen interrogatus si uerum sit hoc dicere hominem esse, nec ne: respondeat per id, quod unum significat } ut q̄ sit homo, uel q̄ non sit homo { & non album, & magnum addat, oportet } quod autem hęc non sint addenda, probat, ex eo, quia si in dicendis omnibus, quæ insunt Socrati responsio quæsiti consistit, profecto si omnia dicere est impossibile, responsio etiam erit impossibilis. At fieri non potest, ut omnia, quæ alicui insunt, recenseantur: cum sint infinita. quare responsio erit impossibilis: unde dicit { & enim fieri non potest, ut accidentia quispiam (cum sint infinita) } subaudi omnia { pertranseat } propterea concludit { aut igitur } qui respondet { omnia dicat } quæ insunt { aut nullum illorum afferat respondendo } præterquam quæsitum subaudi, omnia dicat quidem, quoniam cum nullum eorū interrogetur, non magis unum q̄ aliud responderem debet. uel nullum præter quæsitum, quoniam nullum præter quæsitum interrogatur. Deinde rediens ad propositū dicit { Pari igitur modo & si q̄ maxime idem } .s. Socrates { est homo & non homo } ut aduersarius asserit, qui contradictionem ueram esse fatetur. tamen { interrogati si hoc } .s. Socrates { est homo, non est respondendum esse hominem, & non hominem simul, cum interrogatio non sit de utroq;, sed de altero tātum. { nisi cætera etiā, quæ acciderunt, insuper afferat quæcunq; insunt, aut non insunt } non enim magis de uno non interrogato q̄ de altero respondendum est { quod si id non faciat, non disputat } .i. q̄ si non omnia, quæ Socrati insunt, responderet, uel non ad quæsitū, non disputat. dixit { aut nō insunt } quīn aliorum etiam negationes de hoc ipso ueræ sunt. At non statim quis num Socrates homo sit interrogatus respondebit, non est equus, non canis. Esset enim superuacaneum, ac perinde q̄ responderet non esse non hominem. ex his patet responsionem huiusmodi esse sophisticam. nam ut syllogismus sophisticus is est, qui non syllogizat propositum: ita responsio sophistica est, quæ non est ad interrogatum, uel ad propositum. patet insuper prima uia, quæ contra negantes primum principium accipitur ex constituta nominis significatione.

TEX. 13. Quiditatē τὸ τί ἦν εἶναι. quod quid erat esse.

Omnino autem, qui ita dicunt, substantiam, quiditatemq; tollunt. Omnia enim accidisse, dicant ipsi, necesse est. & nō esse quicquam, quod sit homo per se, aut animal, & cui ipsum esse animalis, aut hominis competat.

Expositor asserit Aristotelem nunc disputare aduersus eosdem, qui contradictionem ueram esse asserebant uia uidelicet secunda, quæ accipitur ex terminorum predicatione, & syllogismus iuxta hanc expositionem hypotheticus est in hunc modum, si affirmatio, atq; negatio essent simul uerę de eodem, nullum erit prædicatum substantiale, atq; in quid, sed omne per accidens. Sed apud eos aliquod est prædicatū substantiale, atq; in quid uel sic, sed cōsequens est falsum. ergo affirmatio, atq; negatio non sunt simul uerę de eodem. Circa hanc rationem primo affert maiorem, quæ est propositio hypothetica: & dicit { omnino autem, qui ita dicunt } .s. q̄ contradictio de eodem uera sit { substantiam, quiditatemq; tollunt } hæc fuit maior, deinde probat hanc maiorē, & dicit { omnia enim } .s. quæ prædicantur de aliquo { accidisse } .i. accidentaliter prædicari { dicant ipsi necesse est & } ita sequetur { non esse quicquam, quod sit homo per se, uel animal } .i. & non esse aliquod prædicatum, quod prędicetur in quid per se de homine, aut de animali { & cui ipsum esse animalis, aut hominis competat } & sequitur etiā, ut nihil sit sub homine, uel animali de quo homo, uel animal essentialiter prædicetur: & ita ad sic dicentes sequi uidentur tria, & quod prædicata omnia sint accidentia. eorum, de quibus prædicantur, & quod nullum prędicatum per se dicatur de homine, aut de animali, & tertio, q̄ nec homo nec animal per se dicantur de aliquo. Quare eos, qui quiditatem ac substantiam sustulerunt, hæc tria sequi uidentur. Quæ expositio non est dissona uerbis Aristotelis. Alexander uero uult Aristotelem his uerbis ostendere non posse in cunctis rebus dici ipsarum quanq; nihilo magis esse, q̄ nō esse, quę quidem, ut inquit, argumentatio in eorum sententiam mihi facere uidetur, qui propterea cunctis in rebus nihilo magis affirmationem q̄ negationem ueram esse dicebant, quia quod nunc est, potest non esse, & quod nunc non est, potest esse. propterea Aristoteles ostendit ne hoc quidem fieri posse in ijs, quæ de aliquo in substantia, atq; quiditate prædicantur: licet

quod eſt,poſſit non eſſe,& quod non eſt,poſſit eſſe: & dicit, ¶ omnino autem qui ita dicunt }. ſ.cp affirmatio, & negatio ſimul uerę ſunt de eodem,quia quod eſt, poteſt non eſſe, & quod non eſt,poteſt eſſe ¶ ſubſtãtiam quiditatẽcp tollunt } & quia ſubſtantia multipliciter intelligitur, quam ſubſtantiam intellexerit,expoſuit addens & τὸ τί ἦν εἶναι.i.quod qd erãt eſſe,hoc eſt & quiditatem. Tollunt enim quicquam de aliquo in ſubſtantia.i.in quid prædicari. quoniã quæ in ſubſtantia de aliquo dicuntur, ea non poſſunt illi ineſſe, & non ineſſe:ſed neceſſe eſt,ut rei,donec perſiſtit, inſint, nec ab ea ſeparari poſſunt.itacp aſſignans cauſam, dicit ¶ omnia enim accidiſſe dicant ipſi, neceſſe eſt } & exponens quid intelligat per omnia accidiſſe, ſubdit ¶ & } neceſſe eſt ſubaudi ¶ non eſſe quicquam quod ſit homo per ſe,aut animal }. i.& neceſſe eſt,ut nihil ſit ſpecies, aut genus. nam quod prædicatur, eidem ineſſe,& non ineſſe poteſt.& ſic faciunt ut nullius rei quicquam ſit ſpecies,aut genus, quoniam apud hoc omnia ſunt accidentia,quæ adeſſe,& abeſſe poſſunt ¶ & } nec aliquid eſſe poteſt ¶ cui ipſum eſſe animalis,aut hominis competit } & ita faciunt,ut nullius rei quicquã ſit definitio: cum nihil ſit,cui animalis definitio cõpetit, aut definitio hominis. nam apud hos omnia adeſſe,& abeſſe poſſunt,cũ apud hos nihil ſit,quod non poſſit non ineſſe,nihilcp non ſit, quod non poſſit eſſe. Tamen ſecundum Alexandrum colligi poteſt ratio ſic hypothetice, ſi omnia poſſunt adeſſe, & abeſſe, nihil erit ſubſtantia,& quiditas.probatur, quoniam omnia apud hos erunt accidentia,ita,ut nihil ſit ſpecies,aut genus,aut definitio.hæc eſt maior.tum deſtruendum conſequens eſt, & antecedentis oppoſitũ inferendum:& ſyllogiſmus fiet hypotheticus,ut prius. Auerroes autem ait eos, qui dicunt eidem ſimul ineſſe affirmationem,& negationem,quia putant nihil ineſſe alicui,quod non poſſit abeſſe,& nihil non ineſſe,quodi non poſſit adeſſe,oportere fateri non eſſe definitionem in rerueritate.quoniam,ut inquit,definitio in rei ueritate non inuenitur niſi in ſubſtantia,ut ſeptimo huius explanabitur. Apud autem ſic dicentes,omnia accidentia ſunt. quare coguntur e medio tollere definitiones.Sed huic occurreres, quoniam licet apud hos omne,quod eſt,poſſit non eſſe,& omne, quod non eſt,poſſit eſſe,non tamen ſequitur,ut omnia ſint accidẽtia.quoniam ſubſtantiæ etiam eſſe,& non eſſe poſſunt.Propterea poſſit dicit, apud hos non eſſe differentiam inter eſſe & adeſſe,& inter non eſſe,& abeſſe.quoniam apud hos non eſt in rebus hæc differentia,ideo ſequitur,ut omnia ſint accidentia,& ut nihil ſit genus,aut ſpecies,aut ut non inueniatur alicuius rei definitio:ut recte Alexander, & Auerroes deduxerunt:quemadmodum mox dicemus.

Q ué Auer. Cõmen.13.

Cõmen.14 17.2 19.

Si enim eſt quippiam, cui eſſe hominis competit,ei non competet non hominis eſſe,aut non eſſe hominis: & tamẽ hæ negationes ſunt huius. unum enim erat,quod ſignificabat, atcp hoc ſubſtantia alicuius erat. ſubſtãtiam uero ſignificare nil aliud eſt,cp eſſe ipſius nil aliud eſſe.

Hypothetica,quæ fuit maior, eſt, ſi affirmatio & negatio eidem competunt, nulla quiditas alicuius erit: nunc probat hanc maiorem alia ratione, quæ fortaſſe eſt ratio rationis, in hunc modum, ex oppoſito deducendo oppoſitum. nam ſi quiditas erit,quæ competit alicui,ei cui competit, non competet quiditas non hominis. & cum quiditas non hominis ſit negatio,ei non competet ſua negatio. quare eiuſdem non ſimul erunt uerę affirmatio, & negatio. unde dicit ¶ ſi enim eſt quippiam } uidelicet Socrates uel Plato ¶ cui eſſe hominis }. i.cui quiditas hominis ¶ competit } quaſi dicat detur oppoſitum cp aliquid ſit,cui hominis quiditas competat ¶ ei non competet } negatio eiuſdem quiditatis ¶ quæ eſt nõ hominis eſſe,aut non eſſe hominis } & loquitur ſub diſiunctione non hominis,aut non eſſe hominis,quoniã duæ ſunt propoſitiones,quę ſunt incõpoſſibiles eidem.ſ.contraria,& contradictoria ¶ & tamẽ hę } ambę.ſ. ¶ negatiões ſunt huius }. ſ.hois eſſe.quod autem ſi Socrati competat hominis quiditas,negatio quiditatis hominis non competat, probat ex aſſignatis ſuppoſitionibus & dicit ¶ unum enim erat, quod } hoc nomẽ homo ¶ ſignificabat } & hæc erat una ſuppoſitio ¶ atcp hoc ſubſtãtia alicuius erat } uidelicet Socratis uel Platonis,& hæc alia fuit ſupoſitio.Socrati ergo competit quiditas hominis,& non illius quiditatis negatio.& quoniam hoc nomen homo ſignificat unum,quod unum eſt ſubſtantia,& quod quid eſſe hominis. nam ratio,qua ſignificat nomen,eſt quod quid eſt. & definitio,ideo quid ſit ſignificare ſubſtantiam in propoſito noſtro exponit, & dicit nomen ¶ uero } homo ¶ ſubſtãtiam ſignificare nihil aliud eſt cp eſſe ipſius }. ſ.hominis ¶ nihil aliud eſſe }. i.quam ſignificare quod quid eſt,non oppoſitum ſui quod quid eſt,uidelicet animal pedeſtre bipes,& non ſignificare nõ animal pedeſtre bipes,quod eſt oppoſitum ſui quod quid eſt. Quare ex his ſuppoſitionibus patet, ſi eſt aliquid, cui quiditas hominis competit, eidem non poſſe competere negationem quiditatis. alioquin idem nomẽ ſignificaret quod quid eſt, & illius negationem. Auerroes autem exponens quid ſit ſignificare ſubſtantiam, aſſerit ſignificare ſubſtantiam eſſe ſignificare eſſentiam eius rei,per quam eſt ens, non diſpoſitionem mutabilem, quod eſt ecotrario nominibus accidentium,quæ ſignificãt duas eſſentias,ſubiecti uidelicet cui ineſt, & propriam, qua eſt in proprio genere.quarum eſſentiarum una eſt mutabilis uidelicet,quę ſibi propria eſt.nam accidẽs ſaluo ſubiecto adeſſe, & abeſſe poteſt, ſcilicet,ut Alexander inquit, quia eſſe ſubiecti non conſiſtit in ipſo accidente.quæ expoſitio licet bona ſit,non uidetur multum ad propoſitum.intelligatur ergo, ut diximus,quod ſignificare ſubſtantiam ſit ſignificare aliquid, quod eſt ſibi eſſe,& non aliud:nam homo ſignificat hominis eſſe,& non eius oppoſitum.Hæc enim fuit una ex ſuppoſitionibus,& hæc ſic intellecta facit ad propoſitum.

Q ue Auer. Cõmen.13.

Quod ſi & eſſe hominis ipſi competet, non ad ipſum aut non hominis eſſe,aut non eſſe hominis accommodabitur. Aliud enim quippiam erit.quare, ut dicant ipſi neceſſe eſt, nullius rei talem rationem eſſe,quæ ſpecifica, ſit, atcp ſubſtantialis, ſempercp ſubiecto inhærens, ſed per accidens uniuerſa competere. Hoc enim ipſo ſubſtantia, atcp accidens ſeiuncta eſſe uidentur. Album enim homini propterea accidit, quoniam albus quidem eſt, non autem id, quod eſt album.

Cum probaſſet maiorem ex oppoſito conſequentis inferendo oppoſitum antecedẽtis: uel cum probaſſet rationem, quæ inducta eſt ad probandum maiorem,ut dictum eſt, ex oppoſito conſequentis inferendo oppoſitum antecedentis: nunc ponens maiorem,uniuerſam rationem quaſi epilogando complet,& dicit ¶ Quod ſi & eſſe hominis ipſi competet } .i.ſubiecto alicui inhæret:hoc eſt, ut Alexander exponit,ſi ſubiectum eſt,quod uere eſt homo, quod eſt dicere ſi homo in quid,& in ſubſtãtia de ipſo dicitur ¶ nõ ad ipſum } .ſ.ſubiectum ¶ accommodabitur aut non hominis eſſe, aut non eſſe hominis } cuius rationem affert, & dicit, ſubiectũ ¶ enim erit aliud quippiam } ſubaudi ſi hæc utracp de ſubiecto ipſo uere dicantur.nam non ſolum erit eſſe hominis,ſed oppoſitum uel contrarium, uel contradictorium.uel ſic ut Alexander etiam dictionem habebat ¶ quod ſi eſſe hominis ipſi competet }. ſ. ipſi ſubiecto ¶ ſimulcp non hominis eſſe,aut nõ eſſe hominis } etiam competet, necp enim refert utro modo dicatur ¶ aliud quippiam erit }. i.iam non una, ſed plures,& diuerſæ erunt ſpecies,ſeu formæ hoc eſt quidi-



tates eiuſdem.Siquis enim cuncta ſic quibuſdam ineſſe dicat,ut eadem nihilominus non ineſſe poſſint, is rei formam, & ſubſtantialem rationem definitionemcp tollet e medio. & hoc eſt,quod infert,cum inquit ¶ quare,ut dicant ipſi,neceſſe eſt nullius talem rationem eſſe,quæ ſpecifica ſit,atcp ſubſtantialis, ſempercp ſubiecto inhærens } & ſic neceſſe eſt, ut e medio tollant omnem rei formam, omnemcp ſubſtantialem rationem,definitionemcp.Quo uero ad uerba attinet, annotatione dignum,in codice Alexandri legi dictionem nõ eodem modo.nam uno modo legitur ut nos trãſtulimus, & ſic Alexander expoſuit primo modo,alio modo legitur,loco horum uerborum ¶ non ad ipſum aut non hominis eſſe, aut non eſſe hominis accõmodabitur.aliud enim quippiã erit } ſic ¶ ſimulcp non hominis eſſe, aut non eſſe hominis, aliud quippiam erit } & ſic Alexander expoſuit ſecundo modo. præterea in translationibus Argyropyli,& ueteribus ſic legitur ¶ quare,ut dicant ipſi neceſſe eſt, nullius rei rationem talem eſſe } in codice Alexandri,& in noſtro ſic ¶ quare, ut dicant ipſi neceſſe eſt nullius rei talem rationẽ eſſe, quæ ſpecifica ſit,atcp ſubſtantialis,ſempercp ſubiecto inhærens } & Alexander per rationem,quæ ſpecifica eſt, & ſubſtantialis, ſempercp ſubiecto inhærens,intelligit formam, ſubſtantialẽ rationem,atcp definitionem.ut ſit ſenſus eos,qui aſſerunt eidem ſubiecto ineſſe hominis eſſe,& huius oppoſitum,ſequi, ut nullum ſit prædicatum in quid,& in ſubſtantia,nullumcp ſubſtantiale,ut id,quod ſubdit,demonſtrat dicens ¶ ſed per accidens uniuerſa competere }. i.ſed ſequitur eos, ut dicant omnia prædicata per accidens eſſe de quocuncp, ac ut accidentia prædicari. Cuius rationẽ ſubdit ¶ hoc enim ipſo ſubſtantia,atcp accidens ſeiuncta eſſe uidentur } ut accidens uidelicet inſit,& eius oppoſitum eidem ineſſe poſſit, quoniam accidẽs ita ſubiecto ineſt,& ſubiecto ſaluo ipſum abeſſe poſſit,at forma,ſeu ſpecies,quæ cuiuſcp ſubſtantia eſt,non ſic de ipſo prædicatur, quaſi in ente a ſe diuerſo ſit, ſed tanquam in eo inſit,quod eſt idem,quod ipſa,& in hac ipſa eẽ obtinet, & propterea dicit ¶ album enim homini propterea accidit, quoniam albus quidem eſt, ſed nõ eſt id, quod eſt album } at forma ſeu ſpecies,quæ cuiuſcp ſubſtantia eſt, ita ſubiecto ineſt,quod ſubiectum ſit idem,quod ipſa, & in hac ipſa eſſe obtineat:& ſic patet tota argumentatio, quia & maior aſſignata eſt,& eius probatio explicata:& ſic conſtituta,ſi affirmatio atcp negatio eſſent ſimul uerę de eodem, nullum erit prædicatum ſubſtantiale,atcp in quid,ſed omne per accidẽs. At conſequens eſt falſum.igitur & antecedens: hæc eſt uniuerſa ratio:& deducta ut uiſum eſt.

TEX.14. At ſi per accidens uniuerſa dicantur non erit primum ipſum uniuerſale. Quod ſi accidens de ſubiecto aliquo prædicationem ſemper ſignificet, in infinitum abeatur neceſſe eſt. At fieri non poteſt.

Quod conſequens hypotheticæ ſit falſum, nunc probat apud Expoſitorem, quam expoſitionem ſentit Alexander, cum ait poſtquam docuit formam,ac definitionem, & omnino per ſe de aliquo prædicari eorum ſententia tolli,qui eſſe & non eſſe idem eſſe dicunt,ac proinde contradictionis ueritatem tuentur,dum omnia prædicata ſubiectorum accidentia faciunt,aliud incõmodum exponit,quod inde ſequitur, ſi quis omne ens accidens eſſe dicat. Ecce quomodo Alexander uult Ariſtotelem oſtendere falſitatem conſequentis exponens aliud incommodum, quod inde ſequitur: ſi omnia ſubiectorum prædicata accidentia ſint. Incõmodum uero, adquod adducit,ſi omnia prædicata ſint accidentia,non eodem modo intelligitur,nam Ariſtoteles ſic inquit ¶ at ſi per accidens uniuerſa }. ſ.prædicata dicantur, ita, ut omnia ſint accidentia ¶ non erit primum ipſum uniuerſale } & Expoſitor intelligit,per primum uniuerſale illud,quod primo poſte riorum dicitur hoc eſt prædicatum,quod prædicatur de omni & per ſe,& primo,atcp quatenus ipſum. & ita apud Expoſitorem eo conſequente conceſſo uidelicet quod omnia prædicata ſint accidentia,ſequitur,ut non detur primum uniuerſale,quod eſt prædicatũ de aliquo per ſe,& de omni,& quatenus ipſum.& conſequentia patet,quoniam apud eos omnia prædicata erunt per accidens. Quæ expoſitio diſſona eſt uerbis,quæ ſequuntur. ꝓpterea Alexãder per primũ uniuerſale intelligit primum genus,quod generaliſſimum eſt in prędicamento ſubſtantiæ,hoc enim eſt primum dupliciter,tum quia ante cætera generaliſſima accidentium,tum etiam quia eſt primum uniuerſaliſſimumcp prædicatum in prædicamẽto ſubſtantiæ.omnia nancp genera uniuerſalia ſunt,ipſorum autem ſubſtantia primum genus eſt. & cp tale primum genus tollatur,probat Alexander ex eo, quoniam ſubſtantia nulli accidit,nec de aliquo quaſi accidens prædicatur, ſed dequacunq; prædicatur,uniuocẽ, ac in ſubſtantia dicitur. hac autem prædicatione ſublata,ipſa quoq; ſubſtantia tolletur, qua prædicatione deleta,genus ſubſtãtiæ perire certum eſt. quare ſi omnia prædicata ſunt accidentia, tolletur primum omnium prædicatorum uidelicet ſubſtantia, quæ eſt generaliſſimum omnium primum. conſequenter Alexãder ſubjungit abſurdum,quod ad hoc conſequitur,& eſt cp pereunte de rebus ſubſtantiæ genere,nulla erit indiuidua ſubſtãtia: cum abolito uniuerſali eius genere,ne ipſa quidem ſuperſit. quo fiet,ut de ſubſtantia nihil prædicetur,ſed in omni prædicatione etiam ſubiectum accidens habeatur. his, quæ ſupleuit Alexander,ſubintellectis,procedit Ariſtoteles.ad ulteriora abſurda,& dicit ¶ quod ſi accidens de ſubiecto aliquo ſcilicet accidente ¶ prædicationem ſemper ſignificet } ita ut ſubiectum nunquam ſit ſubſtantia,ſed ſemper accidens ¶ in infinitum abeatur neceſſe eſt } alterum enim alterius ſubiectum in infinitum accipietur, cum accidens ſit ſemper in alio,ſubiectumcp ſemper habere cogatur, quippe cum nec poſſit uel ipſum eſſe ſubiectum,uel eſſe abſcp ſubiecto.nam ſi in hac propoſitiõe Socrates eſt albus,ſit Socrates accidẽs, ſubiectum aliud adhuc deſiderabitur,& hoc rurſus aliũd require,idcp ſine ullo fine.quæ pacto legenda erit dictio cũ toto illo,quod Alexander ſuppleuit. uel aliter legit Alexander ſine ſupplemẽto,prout alia dictio habetur hoc uidelicet modo ¶ at ſi per accidens uniuerſa dicantur, nõ erit primum id, de quo }. i.ut Alexander inquit,non erit primum, & ſubiectum accidentium tolletur,nam qui dicit omnia eſſe accidẽtia,tollit indiuiduam ſubſtantiam,qua ſublata, ultimum ſubiectum tollitur,cum entia cuncta accidentia ſint, & ad hunc modum prædicationes abſcp fine progredienẽ.cauſam itacp cur nullum ſit futurum primum ſubiectum,ſi omnia ſint accidentia,ad hunc modum exponit, dicit ¶ quod ſi accidens de ſubiecto aliquo prædicationẽ ſemper ſignificet }. i.ſi omne accidens habet aliquod ſubiectum,in quo eſt, & de quo dicatur ¶ in infinitum habeatur }. ſ.in prædicationibus ¶ neceſſe eſt } quoniam nullum erit ſubiectum extremum, de quo cætera dicantur,ipſum uero de nullo. Vnde & Auerroes hanc ſecundam expoſitionem aſſeuerans inquit, ſi omnia ſint accidentia,& accidens naturaliter habet naturam,ut prædicetur de aliquo,ac inſit alicui, neceſſe eſt, ut accidens quo accidens eſt,prædicetur de accidente, cum nulla ſubſtãtia ſit,de qua prædicari poſſit,& ſic in infinitum erunt prædicationes.nã ſemper quod ſumitur quaſi alterius ſubiectũ, de alio rurſus ipſum prædicetur,propterea cp ipſum perinde ſit atcp ipſo prius accidens,non ſubſtantia. Deinde impoſſibilitatem afferens huius dicit ¶ at fieri non poteſt }. ſ.ut accidens accidenti accidat in infinitum.

Q ue Auer. Cõmen.14.

Non enim plura duobus nectuntur. accidens enim non accidenti eſt accidens,niſi quia eidem accidũt ambo. Dico autem hoc pacto, & album muſicum,& hoc album, propterea quod ambo

homini accidérunt. At nõ sic Socrates musicus, quod utrunq; alij cuidam accidat.

Quod autem fieri non possit, ut accidens accidenti accidat in infinitum, hoc docet, & primo constituit sibi unã suppositionem, quæ talis est, quod in propositionibus, quæ per accidens dicuntur, bifariam subiectum, & prædicatum per accidens connectuntur, aut quia ambo accidunt eidem, aut quia alterum alteri accidit: hæc enim albũ & musicum cõnectuntur in hac propositiõe, album est musicum, quia ambo homini accidunt. At Socrates & musicum in hac propositione connectuntur, Socrates est musicus, quia musicum accidit Socrati. unde dicit ¶ Nõ enim ¶ in ꝓpositionibus subaudi per accidens subiectum & p̃dicatũ ¶ plura ¶ .i. secundũ̃ plures modos ¶ nectuntur duobus ¶ uerbum enim πλέω forte pluribus modis interpretari potest. Deinde exponit hos modos, & primo, quando subiectum & prædicatum ambo alicui tertio accidunt, & dicit ¶ accidens enim non accidenti est accidens, nisi quia eidem accidunt ambo ¶ & hic est primus modus, quo in propositionibus per accidens subiectum & prædicatum connectuntur: quem exponit exemplis, & dicit ¶ dico autem hoc pacto ¶ quo subaudi cõnectuntur in propositionibus per accidens ¶ & album musicum ¶ in hac propositione album est musicum ¶ & hoc ¶ .s. & musicum ¶ album ¶ in illa uidelicet musicum est album ¶ propterea quia homini ambo acciderunt ¶ nec enim refert uno modo dicatur. Inuertit autẽ ipsa, ut innueret neutrum alteri subijci, sed ambo eidem accidere significari. Deinde affert secundũ̃ modum, quo subiectum, & prædicatum in propositionibus per accidens connectuntur, & dicit ¶ at non sic Socrates musicus ¶ in illa propositione Socrates est musicus cõnectuntur subaudi ¶ quod utrunq; alij cuidam accidat ¶ sed q̃ alterũ alteri accidat. Hæc enim propositio Socrates est musicus, non est talis, qualis album est musicum, uel musicum est album. nam qui Socrates est musicus dicit, non hoc ait ceu ambo Socrates & musicus uni tertio accidant, ut homini. nã omnino in ea propositione non sunt suo accidẽtia, hactenus de suppositione ipsa. Auerroes in præsente loco uolens assignare causam, quare cum accidens prædicatur de accidẽte, oportet supponere substantiam, cui ambo insint, dicit, & impossibile est, ut aliud. sit per accidens, nisi per aliquid, quod est essentialiter. quoniam quod est essentialiter, est prius eo, quod est per accidens. Quam rem explicauit secundo physicæ auscultationis, & quarto etiam eiusdem. huic uero occurres, quoniam primo Analyticorum posteriorum addit tertium modum, quo in propositionibus per accidens prædicatur prædicatum de subiecto: asserens tunc esse prædicationẽ per accidens, cum subiectum prædicatur de accidente. Hæc enim est per accidens musicum est Socrates. dicendum hũc modum cõtineri sub secundo, quoniam in hoc modo sicuti in illo alterum alteri accidit. hic enim enumerauit generatim modos, quorum unus est quoties alterum alteri accidit, alius uero quõties ambo accidunt tertio. At libro Analyticorum speciatim locutus est.

Q uę Auer. Cõmen. 4.

Cõmen. 66.
Cõmen. 43.

Cum igitur quædam hoc, quædam illo modo accidentia dicantur, quæ sic dicuntur ut album accidit Socrati, ea, ut in infinita sint uersus supra, minime fieri potest, ueluti ut Socrati albo quippiam aliud accidat. non enim ex uniuersis unum quid fit.

Constitura suppositione uidelicet quod in propositionibus per accidens, duplex sit prædicandi modus, ostendit neutro modo prædicationem in infinitum procedere posse. & primum in propositionibus, in quibus subſtantia subijcitur accidenti, cuius eam reddidit causam, quod nõ ex omnibus dicti ex Socrate, & duobus accidentibus unum quid efficiatur, & dicit ¶ cum igitur quædam hoc, quædam illo modo accidentia dicantur ¶ .i. cum prædicandi modus in propositionibus per accidens sit duplex, alter quo accidens prædicatur de subſtantia, alter, quo accidens de accidente dicitur ¶ quæ sic dicuntur ¶ .s. accidentia prædicata ¶ ut album accidit Socrati ¶ .i. ut prędicata in propositionibus per accidẽs, quæ prædicantur, ut accidens de subſtantia ¶ ea, ut infinita sint uersus supra, minime fieri potest ¶ uersus supra dicit uersus prædicatum, quod exponit exemplo, & dicit ¶ ueluti, ut Socrati albo quippiam aliud accidat ¶ uidelicet, musicum, & Socrati albo musico aliud uidelicet studiosum, & Socrati albo musico studioso adhuc aliud uidelicet philosophum, & sic in infinitum, quod autem hoc fieri non possit, probat ¶ non enim ex uniuersis ¶ .s. Socrate & albo & musico, & studioso, & Philosopho, & cæteris infinitis ¶ unũ quid fit ¶ idest unum per se tanta uidelicet unitate, ut sit unum per se subiectum accidentium successiue in infinitum. Alexander affert alias rationes, quare nõ possunt prædicationes procedere in infinitum in propositionibus in quibus accidens prædicatur de subſtantia, & primam quidem ex eo, quia accidẽtia nequeunt in infinitum congeri. secũdam uero ex eo, quia multiplicatis supre subiecto, quod est subſtantia accidentibus in infinitum, non erit una propositio, sed infinitæ tot uidelicet accidentia sunt.

At neq; albo quippiam aliud decidit, ueluti musicũ. etenim neq; hoc illi magis q̃ illud huic.

Nunc ostendit nõ posse accidentium prædicationes in infinitum augescere, & ita docet in ꝓpositionibus per accidẽs, in quibus accidens prædicatur de accidente, nõ fieri processum in infinitum, & primo proponit hoc, & dicit ¶ at neq; albo quippiam aliud ¶ .s. accidens ¶ accidis, ueluti musicum ¶ & subaudi albo musico aliud uidelicet studiosum, & albo musico studioso aliud, & sic in infinitum. deinde affert rationem ex eo, quia proprie accidens de accidente non prædicatur, quia non magis hoc illius est, q̃ huius illud: & hoc dicit ¶ etenim neq; hoc ¶ .s. album ¶ illi ¶ .s. musico ¶ magis ¶ scilicet accidit ¶ quam illud huic ¶ .i. q̃ musicum albo. ambo enim sunt accidentia, quoꝝ esse est alteri inhærere. Alexãder etiam affert rationem, quoniam si accidenti accidens addatur in infinitum, accidentia in infinitum congerere licebit, quod fieri non posse perspicuum est.

Et insuper diximus distinguendo alia hoc accidere modo, alia, ut musicum Socrati accidit. Quæ uero hoc pacto accidunt, non accidenti accidunt, sed quæ illo modo. Quare non per accidens uniuersa dicuntur. ergo quippiam & ut significans substantiam erit. quod si ita sit, demonstratum est fieri non posse, ut simul contradictoria prædicentur.

Nunc ostendit, quod dato & concesso q̃ in quibusdam propositionibus per accidens, accidens prædicetur de accidente in infinitum, tamen in propositionibus per accidens, in quibus accidens prædicetur de subiecto, accidens non accidit accidenti, sed substantiæ. ergo non omnia sunt accidẽtia, quoniam saltem substantia est in prædicationibus, in quibus accidens de subiecto prædicatur, unde dicit ¶ & insuper diximus distinguendo alia hoc accidere modo ¶ uidelicet ut accidens accidenti, uerbi gratia in propositionibus, in quibus accidens prædicatur de accidente ¶ alia ¶ .s. diximus accidere ¶ ut musicum Socrati accidit ¶ in quibus subſtantia subijcitur, & accidens prædicatur. & ideo subdit ¶ quæ uero hoc pacto accidunt ¶ .s. ut musicum Socrati ¶ non accidenti accidunt ¶ sed subſtantiæ ¶ sed quæ illo modo ¶ .s. accidunt, ut musicum albo, accidenti accidunt. hac igitur distinctione concessa ab aduersarijs, concludit intentum, & dicit ¶ quare



non per accidens uniuersa dicunt ¶ .i. quare nõ omnia erunt accidentia, quoniam licet quædam accidentia accidentibus accidere possint, tamẽ quædam sunt in propositionibus per accidens, in quibus accidens prędicatur, & subſtantia subijcitur ¶ ergo quippiam ¶ saltem in talibus ¶ & ut significans subſtantiam erit ¶ puta illud, quod subijcitur in talibus propositionibus. Tunc repetit conclusionem, quam per modũ epilogi cõcludit ex his duabus urjs, & dicit ¶ quod si ita sit ¶ ut per duas uias est conclusum, quarum una ex significatione, altera ex prædicatione procedit ¶ demonstratum est fieri non posse, ut simul ¶ de eodem ¶ contradictoria prædicentur ¶ dixit autem ¶ quod si ita sit ¶ etiam dixit ¶ & insuper diximus distinguendo ¶ & reliqua innuens hanc secũdam uiã non procedere ex per se ueris, & absolutis propositionibus, sed ex suppositionibus, quas dant aduersarij. dictũ est enim non esse aliquam uiam cõtra eos, qui negant principium cõtradictionis, nisi ex concessis ab aduersarijs. Alexander uero ex his, quæ hic dixit Aristoteles aliter exponit illam dictionẽ ¶ si autem per accidens uniuersa dicantur, non erit primum uniuersale ¶ & ait, melius exponeretur ad hunc modum, si omnia, inquit, per accidens dicantur, nihil erit primum uniuersale. i. nulla erit prima, & uniuersalis prædicatio. i. nulla erit propositio immediata uidelicet quæ medio uacet. uniuersalia enim appellauit, oppositiones, in quibus aliquid in substantia de subiecto prædicatur. ex nihil igitur in substantia de aliquo prædicari, sequitur omnem prædicationem per accidens. fieri ex non esse autem quicquam propositionem sine medio, efficitur, ut alio ante aliud sumpto, prædicationes in infinitum progrediantur. nam in posterioribus resolutorijs demonstratum est, nisi propositio sine medio sit, in infinitum processum ire prædicationes, quod certe fieri nequit in prædicationibus accidentis. quoniam omnino accidens accidenti accidere non potest, hanc igitur expositionem commendans Alexander, in hunc modum rationem uniuersam reducit, si contradictio simul in eodem uera sit, nihil quasi exiſtens in subſtantia de subiecto dicetur, sed omnia per accidens prædicabuntur, neq; sine medio, sed prædicationes accidentium procedent in infinitum, propterea quod accidenti omnino nihil accidat. nullum enim accidens syllogistice concludi potest per medium terminũ, qui sit accidẽs nisi accidens, quod in conclusione demonstratur, sit ex ijs, quæ per se insunt accidenti, quod sumptum est pro medio termino ad hunc modum, Socrates deambulat: omne autem deambulans mouetur. nam moueri in subſtantia ineſt deambulandi. nõ est igitur de eodem contradictio. Sed hoc, quod Alexander ait, uidetur ambiguum. non enim fieri potest, ut aliquod accidens hæreat accidenti ut subiecto, cum accidentia sint eiusdem rationis, quantum ad ipsum inhærere, cum quantum ad inhærere omne accidens inhæreat subſtantiæ ut subiecto. nec est uerum quod ipsum moueri sit in ipso ambulare, licet necessario omne deambulans moueatur sed in ipso deambulãte ut in subiecto. & ita licet accidens sit causa alterius, ut calidum & humidum ipsius dulcis, & superficies coloris, tamen unũ accidens non suscipit aliud, bene tamen subiectum ex eo subijcitur uni accidẽti, quoniam susceptiuũ est alterius, & hoc pacto moueri est in deambulante, & non in ipsa deambulatione. utrunq; enim est in deambulante, licet alterum sit causa quare alterum ineſt. Quare licet alterum accidens sit de essentia alterius, nõ tamẽ ita, ut insit illi: sed ita ut propter illud insit eidem subiecto, cui ipsum ineſt. Vnde & Auerroes inquit, attributionem accidentis ad accidens non esse essentialem, quod est dicere nullum accidens ineſſe accidenti, ut subiecto, & si dixeris unum accidens esse de essentia alterius, ut colorem de essentia albedinis, & motum de essentia deambulationis, ergo unum accidens inhæret alteri. Nihil enim potest esse de essentia alicuius, quin inhæreat eidem. Dicendum hanc consequentiam non ualere, quoniam definitio est de essentia definiti, cui non inhæret, ut subiecto, & sed bene ineſt, modo quo essentiale ineſt ei, cuius est de essentia. Multum enim refert ineſſe, & inhærere, est enim in plus ineſſe q̃ inhærere, cũ prædicatum insit subiecto, cui non inhæret. Fortasse etiam dici potest essentiale nec ineſſe, nec inhærere ei, cuius est essentiale, sed solum dici de illo, modo quo prædicatum dicitur de subiecto. nam dici de, & esse in, differunt, ut in prædicamentis annotatum est, siquidem dici de, essentialibus conuenit, esse in, uero accidentalibus, quare motus est essentiale quippiã ambulationis, cui nõ ineſt, sed de eo p̃ se dicit.

Q uę cõtra Alexã.

Præterea si contradictoria omnia simul de eo dem sint uera, patet unum omnia fore. erit ergo idem & triremis, & paries, ac homo, si de quolibet aut affirmare, aut negare contingit, quemadmodum ij, qui Protagoræ sententiam sequuntur, fateantur necesse est. TEX. 15.

Assignat in p̃senti capite tertiã rationẽ quæ, ut Expositor inquit, accipitur ex uno & diuerso: & componitur hypothetice in hunc modum, si contradictoria de eodem sint simul uera, omnia unum erunt. Sed consequens est impossibile. ergo & antecedens. primo ergo affert maiorem, quæ est hypothetica, & dicit ¶ præterea si contradictoria omnia simul de eodem sint uera, patet omnia unum fore ¶ & ulterius affert absurdum, quod absurdum esse est notius id sensum, & dicit ¶ erit ergo idem & triremis, ut paries & homo ¶ & cætera omnia eadẽ inter se ¶ si de quolibet aut affirmare, aut negare contingit ¶ uel fortasse melius legetur ¶ si de quolibet affirmare & negare contingit ¶ ut aduersarij dicunt, hoc est si contradictoria de eodem sint simul uera, resumatur ergo hypothetica adhunc modum, si contradictoria sint simul uera de eodem, omnia unum erunt. & sic triremis, & paries, & homo, & cætera talia omnia erunt unum & idem: & afferens authores dicit ¶ quemadmodum necesse est ¶ ut ¶ fateantur ij, qui Protagoræ sententiam sequuntur ¶ in translationibus antiquis corrupte loco Protagoræ legitur Pythagoræ. uerbum sententiam græce λόγον dicitur, & potest interpretari argumentum, nam qui sequitur argumentum sophisticum Protagoræ, coguntur concedere contradictoria esse de eodem simul uera, & omnia unum esse. potest & legi dictio sic ¶ si de quolibet aut affirmare, aut negare contingit ¶ nam si de quolibet est uera hæc disiunctiua, & contradictoria de eodem sint simul uera, omnia unum erunt. propterea dicit, sequi omnia unum esse, si cõtradictoria de eodem sint simul uera, & illa disiunctiua sit uera de quolibet. utroq; modo legi potest. Dicit autem Alexander hanc rationem esse probabilem, quoniam si quis contradictiones simul ueras esse dicat, fieri ait, ut omnia unum quoddam sint. Expositum autem nos uerbum λόγου pro argumento, iccirco, quoniam argumento Protagoræ, cui omne apparens uerum esse placebat, necessario efficitur, ut contradictoria simul de eodem uera sint, cum quibusdam contradictoria de eodem esse uera appareant: quæ si uera sint, efficitur per ipsum, ut contradictoria simul de eodem uera sint, ut ipse paulo post ostendet.

Q uę Auer. Cõmen. 4.

Nam si alicui homo triremis nõ esse uidetur, patet triremem non esse, quare & est, si sint contradictoria uera.

Expositor uult quod Aristoteles ostẽdat idem absurdum sequi duas positiones, & primo q̃ sequatur illã Protagoræ, qui dicebat oẽ, qđ alicui apparet, esse totũ uerũ. qm̃ si alicui uideť q̃ hõ nõ sit triremis, non erit triremis si alteri uideť qđ sit triremis, erit triremis, & sic erũt cõtradictoria simul uera: unde dicit ¶ nã si alicui hõ triremis nõ eť uideť, patet triremẽ nõ esse ¶ siquidem secundũ Protagoram omne, quod apparet, non esse, non est ¶ quare & est, si alteri apparet esse ¶ si sint contradictoria uera ¶ subaudi iuxta apparẽtiam, ut Protagoras argumentatur. Alexander autem uult, ut nunc ostẽ-

dat,quomodo inde sequitur omnia esse unum: & sic uult, ut probet maiorem,quæ fuit hypothetica, nam si uerum est in homine,ipsum non esse triremem non erit triremis,& erit tri remis:si contradictiones simul uerę sunt.insuper etiam si uerum est in homine ipsum non esse equum,nec parietem, nec lapidem, nec cætera quæ non est, simulq; contradictiones uerę sunt,homo simul equus erit,& lapis, & paries, & omnia,quæ non est. & iuxta hanc expositionem dicit { nam si alicui homo triremis non esse uidetur }. i. nam si apud aliquē hæc est uera homo non est triremis { patet } hominem { tri remem non esse,quare & est }. ſ. triremis { si sint contradictoria uera } simili modo si apud aliquem hæc est uera, homo non est equus,homo non erit equus,quare & est equus, si contradictoria sint simul uera de eodem.& breuiter sequetur, ut homo sit omnia, quoniam uerum est ipsum equum non esse,nec parietem,nec lapidem,nec triremem,nec cætera,quæ non est,& cum simul cōtradictiones uerę sint,simul homo equus erit, & lapis, & paries, & triremis, & omnia, quæ non est:si modo concedatur de quo pars una contradictionis dicitur,posse alteram prædicari. dubitat Alexander, utrum uerbum { uidetur } infectans Protagoræ argumentum dictum sit,qui dicebat esse uerum omne,quod apparet. iuxta expositionem Expositoris uerbum { uidetur } dictum est,ut innuatur argumentum Protagoræ,qui dicebat esse uerum,omne quod apparet,ut usum est in prima expositione. iuxta uero hanc Alexandri expositionem uerbū { uidetur } accipitur pro eo,quod est uerum. nam si homo non est triremis,neq; equus,neq; paries,neq; lapis,neq; cætera, quæ nō est,& cōtradictiones simul uerę sunt,homo simul erit equus & lapis,& paries,& triremis, & omnia, quæ non est, & ita omnia erunt unum. nam quod non est triremis, idem erit tri remis etiam,si quidem contradictio uera est, quare unum quodq; entium efficitur omnia. sic itaq; { uidetur } pro ita esse accipiendum est.

**Fit etiam,uti Anaxagoras asserebat,ut adeo res omnes simul sint,ut nihil sit uere unum.**

Nunc secundum Expositorem ostendit idem absurdum sequi ad opinionem Anaxagoræ,& dicit { sit etiam, uti Anaxagoras asserebat, ut adeo res omnes simul sint, ut nihil sit uere unum } sic.n.ait efficietur,quod Anaxagoras putabat, ut sint res omnes simul,nihilq; pure unum sit,& ea res, quæ dicitur esse, erit omnia. nam ij dicunt omnia esse quoddam unum in uno,ergo eadem inter se,& unū.& dixit { sit etiā } quoniam unumquodq; entium sit omnia. Apud enim Anaxagoram omnia conueniunt in unoquoq;, ergo omnia sunt unum inter se,& eadem. Quare non erit homo, quin sit homo,& equus,& ita homo etiam erit cætera, quæ non est: & non erit cętera quæ non est simul. quia igitur apud Anaxagoram contradictoria de eodem simul uera sunt,fit, ut unumquodq; sit omnia. Auerroes uero uult ꝙ Aristo. ostēdat eis, qui dicūt sermonē Protagoræ,cōtingere,ut dicant sermonē Anaxagoræ.uidelicet ꝙ omnia sint simul in eodem,& ꝙ cōtrarium sit in suo contrario,cuius rationem affert, quoniam si non sequetur,non esset uerum, quod Protagoras ait, esse uidelicet uerum,omne quod apparet. Auerroes autē quasi respondens ad argumentum Protagoræ ait, quoniam existimatio hominis sequitur ens, ens autem non sequitur existimationem.Omnem enim quod est homo, existimatur esse hominem,non tamen oportet omne, quod existimatur esse ad quid,sit illud:quæ expositio conuenire potest.

Q uę Auer. Cōmen.15.

**Ipsum igitur indefinitum dicere isti uidentur, & putantes ens dicere, de non ente dicunt, est enim ipsum indefinitum id,quod est ens potentia,& non actu.**

Postq; dixit ex sententia eorum, qui contradictionis ueritatem tuentur,cōsequi,ut unumquodq; ens res uniuersæ sit, nunc exponit de quo ente fuerint locuti,& quo modo sint decepti,& dicit { ipsum igitur indefinitū:dicere isti uidentur }. cum dicunt omnia in unaquoq; esse unum,materia enim indefinita est,propterea ꝙ potentia omnia sit,actu uero nihil; & tunc subdit deceptionem { & putantes ens dicere, de nō ente dicunt } cuius rationem affert,& dicit { est enim ipsum indefinitum }. ſ. ipsa materia id,quod est ens potentia,& nō actu } neq; enim siquid potentia est homo, protinus homo est,nec equus,nec quippiam aliud. At materia ad hunc modum sese habet est enim potentia quicquid ex ipsa effici potest,non autē actu statim omnia esse potest.patet igitur quo modo deceptus est Anaxagoras. Quam deceptionē Auerroes latius explicans dicit,& dixit hoc per nomina, quæ sunt contraria,non sunt existentia insimul actu, sed potentia, & quod non est actu,non est ens,& propterea dixit,ꝙ cum uoluerit terminare ens,per quod est, determinauerunt ipsum, per quod non est(terminus enim non est, nisi eius quod est in actu)& cum determinauerunt entia ꝙ sint simul,& sint simul potentia,& potentia est eius,quod non est.igitur isti determinauerunt entia,per quod non est,existimando ea terminare per quod est:& sic decepti sunt.quia putauerūt ea, quæ sunt unum in ente potentia,esse unum in ente actu.nam si essent unum in uno actu ente, essent unū inter se, sed quia sunt unum in uno potentia ente,ideo non sunt unū inter se. Quo modo uero,quod non est actu,non sit ens, petendum est nō huius dilucide,& dilucidus libro duodecimo.

Q ue Auer. Cōmen.15. Cōmen.7. Cōmen.11.

**At uero de quolibet ipsis affirmatio, aut negatio est dicenda.est enim absurdum, si sua quidem cuiq; negatio competet,diuersi uero, quod quidem sibi non accommodatur, nō competet. Dico autem hoc pacto,si uerum dicere hominē non esse hominem, patet uerum etiam esse, si triremis non esse dicatur. Si igitur affirmatio competit,necesse est negationem quoq; competere. si uero affirmatio non competit, negatio opposita magis ꝙ sua competet.quod si illa etiam competit,& triremis profecto competet. hæc igitur eueniunt his,qui hanc sententiam dicunt.**

Secundum Expositorem Aristoteles proposuit hanc maiorem,si cōtradictoria de eodē sunt simul uera,omnia erunt unum. nūc asserit Aristoteles probare hanc conditionalem, quæ est maior,in hunc modum,si de quolibet est uera affirmatio,& negatio propria,multo magis erit de eo uera negatio alterius,quod est diuersum ab eo:ut si ueꝝ est dicere hominem non esse hominē,multo magis erit uerum hominem nō esse triremem,sed per te,qui potius negationē & affirmationem ueras esse simul de eodem, si homo nō est triremis, homo est triremis,& eadē ratione argumētari possumus de quocunq; alio,quod uidelicet prædicatur de alio prædicatione dicente hoc est hoc,quare fit, ut omnia sint unum: unde dicit iuxta hanc expositionē { At uero } subaudi si contradictoria de eodē sunt simul uera { de quolibet ipsis }. ſ. sic dicentibus { affirmatio aut }. i. & { negatio est dicēda } & uera asserenda.iuxta enim hāc expositionē/uel/pro/&/accipiē. quasi dicat, si cōtradictoria sunt de eodē simul uera,de quolibet erit uera affirmatio, & quælibet negatio uidelicet tam propria,q̄m aliena,cuius rationē affert,& dicit { est enim absurdum si sua quidē cuiq; negatio cōpetet,diuersi uero,quod quidē sibi non accōmodatur,nō cōpetet } consonū enim ueritati est,ut magis de unoquoq; prædicetur negatio alterius quam negatio propria, & hoc exponit dicens { dico autem hoc pacto, si uerum est dicere hominem non esse hominem, patet uerum etiam esse, si triremis non esse dicatur } immo magis uerum erit dicere hominem nō esse triremem.

Tunc



tunc recolligit rōnē,& dicit { si igit } apud aduersarios { affirmatio cōpetit } ut ꝙ hō sit triremis,q̄m & quolibet est uera affirmatio & negatio simul { necesse ē negationē quoq; cōpetere } ut ꝙ hō nō sit triremis. deinde quasi cōuersum, qđ est magis ad ꝓpositū sumēs dicit { si uero affirmatio nō ꝑtit }. i. ut sit triremis { negatio opposita magis q̄ sua cōpetet } ut ꝙ nō sit triremis { Quòd si illa ēt cōpetit }. i. q̄re si,ꝓpria negatio cōpetit { & triremis }. ſ. negatio multo magis cōpetet { at si hæc }. ſ. negatio triremis cōpetit homini { & affirmatio }. ſ. triremis { continuo } statimq; cōpetet. quo sit,ut si hō nō sit triremis,hō ut triremis & ut dico de triremi,ita dicendū non de equo,ut si nō sit equus, ꝙ sit equus & de lapide, & de quolibet alio,et ita seq̄t,ut hō sit oīa,quare oīa erūt unū,utputa hō,rūc epilogādo cōcludit { hęc igit eueniūt hic, qui hāc sniam dicūt } est ergo rō breuis in hunc modū,de quocūq; est uera negatio,de eodem est uera illius negationis affirmatio.sed de hoīe uno est uera quælibet negatio,ut ꝙ nō sit triremis,nō sit equus,nō sit lapis, & sic de oībus,quæ nō sunt hō:igit de hoīe uno est uera oīs affirmatio,ut ꝙ sit triremis,ꝙ sit equus,ꝙ sit lapis, & sic de oībus. quare unum oīa erunt. Quòd aūt de hoīe uno sit uera quælibet negatio,ꝓbat.q̄m de hoīe est uera sua negatio apud sic opinātes,ergo multo magis oīs alia negatio. de rōne afferē minor,& eius expō per exēplū,& ꝓbatio,deinde ibi { si igr affirmatio cōpetit } resumit rōnē,hactenus de hac expōne. Apud uero Alexandrū Arist.accepit maiorē, & eius ꝓbationē,sed q̄m ꝓbatio fuit inducta particulariter, nūc genera tim in quol bet ꝓbationē affert,ait.n.cōsentaneū eisdē esse oēm cōtradictionē fateri de re omni ꝑdicari,& hoc,ꝓposita, cū dicit { at uero de quolibet ipsis affirmatio, & negatio est dicēda } ꝙ si de quolibet affirmatio,atq; negatio sit dicēda, tunc unū oīa erit. Quòd aūt de quolibet,sylls fiat,ut dictum est,de quocūq; est uera negatio,de eodē est uera eius affirmatio, sed de hoīe est uera quælibet negatio:igit de hoīe est uera quælibet affirmatio.Explicat minorē & quasi eius ꝓbationē,& dicit { est.n.absurdū,si sua quidē cuiq; negatio cōpetit,diuersi uero,qđ quidē sibi nō accōmodaē, nō cōpetet } & hoc exponit exēplo dicens { dico aūt hoc pacto } in exēplo { si uerū est dicere hoīem non esse hoīem }. ſ. apud sic dicētes { patet uerūetiā esse,si triremis nō esse dicat }. i. hoīem non esse triremē.& sic vult hēre in cæteris oībus, vt sit minor hæc,sed de hoīe est uera q̄libet negatio vꝫ & sua, & quælibet alia.q̄m qua rōne de hoīe est uerū ꝙ non sit triremis,eadē ꝙ nō sit equus,& sic de q̄libet alio.deinde quasi rōnis uim epilogādo sumit quandā cōuersionē, sub disiunctione quæ ualet ad ꝓbationē minoris,erat.n.minor, sed de hoīe est uera q̄libet negatio,ꝓbaē, q̄m de hoīe uel est vera quælibet affirmatio vꝫ sua,& cęterorꝫ oīum, quæ non sunt hō,aut de hoīe nulla cæterorꝫ affirmatio uera est, si de hoīe est uera q̄libet affirmatio cæterorꝫ,negatio quoq; cæterorꝫ oīum uera erit.q̄m apud eos de quocūq; est uera altera pars cōtradictiōis,de eodē est uera & altera,quare si de hoīe erit uera affirmatio cæterorꝫ oīum,erit uera ēt negatio cæterorꝫ oīum.& ita habebiē minor vꝫ ꝙ de hoīe uera sit q̄libet negatio.& hoc ait { si igiē affirmatio }. ſ. cæterorꝫ oīum cōpetit homini { necesse est negationē quoq; }. ſ. cæterorꝫ oīum homini cōpetere,q̄m per eos de quocūq;. est uera affirmatio,est uera eius ꝓtradictoria negatio.& ita habeē minor vꝫ ꝙ de hoīe uera sit quælibet negatio.deinde affert sc̄m mēbrū,& dicit { si uero affirmatio non cōpetit }. i. si aūt dicat ꝙ de hoīe nulla cæterorꝫ,quæ nō sunt hō affirmatio,ꝫa sit { negatio opposita magis q̄ sua cōpetet. ſ. homini } & ita rursus relinquiē minor uidelicet ꝙ de hoīe sit uera quælibet negatio,& ita siue deē prima pars,siue negeē,semper minor apud eos relinquiē. Tunc repetit uim rōnis,& dicit { ꝙ si illa ēt competit }. i. ꝙ si de hoīe sit uera quælibet negatio cæterorum { & } subaudi negatio { triremis cōpetet } & negatio equi,& parietis,& lapidis,& cæterorꝫ oīum,quæ non sunt homo & ita iterum relinquiē minor, deinde cōiungendo minorē cum conclusionē dicit { at si hæc }. ſ. negatiocę terorum omniū cōpetet { & affirmatio cōtinuo }. i. statim cæterorꝫ omniū,quæ non sunt hō { cōpetet } & ita hō erit triremis,& equus,& paries,& lapis, & unūquodq; aliorū, quo fit vt unum. ſ. hō sit oīa,& sic habeē conclusio cum ipsa minore coniuncta:ita,ut totius rōnis uis sit epilogata.

**Et non necesse esse aut affirmare, aut negare. nam si uerū est esse hoīem,& nō hominē: patet neq; hominē,neq; non hominē esse. duarum. n. illarū duæ sunt istæ negationes. Quod si illa est una ex utrisq; cōpositā,& hęc una erit opposita.**

Hic adducit,ut Alexander ait,aliud absurdū,nam postq̄ superiore argumentatione demonstrat esse ꝓis,ut oīa unū sint, nūc ad eosdē qui cōtradictionis ueritatē tuentur, deq; eodē simul esse,& nō esse ꝑdicant,seq; demōstrat,ut neq; affirmatio,neq; opposita eidē negatio uera sit. & supponit, vt mihi vī tanq̄ concessum ab aduersariis,oppositū omne tollere id,qđ est suū oppositū.Ex hac suppōe seq̄t absurdū.vꝫ ꝙ neq; affirmatio,neq; negatio opposita eidē uera sit.deducit hoc pacto,nā si hæc est uera q̄ aduersarios Socrates est hō,& simul cū eadē est uera Socrates nō est hō, nec prima, nec ſcda ei opposita erit uera,q̄m ueritas primæ tollit veritatē secūdæ,& ecōuerso veritas secundæ tollit ueritatē primæ:& sic si utraq; illa sit uera,neutra erit uera. iterū si apud eos hæc sit uera,Socrates nō est hō, & nō Socrates non est hō,est.n.hæc illi opposita,nec hæc nec illa erit uera,q̄m veritas primæ tollit ueritatē secundæ,& ecōuerso. Q uare nulla harū quatuor ꝓpōnū erit uera: dicit { Et nō necesse esse aut affirmare,aut negare }. i. & nō solum sequiē, ut oīa sint unū ſm horum opinionē,sed ut nulla pars cōtradictionis sit uera. deinde ꝓbat hoc sequi,in cuius ꝓbationē,ut dixi, supponendū est oppositū omne tollere id, qđ est suū oppositū. deinde demōstrat absurdū illud sequi,& dicit { nā si uerum est } subaudi Socratē { esse hoīem,& } subaudi Socratem { nō esse hoīem } quę est illius negatio { patet } Socratem subaudi { neq; hoīem esse } cū sit primæ oppositū, nā hæc ꝓpō,Socrates nō est hō,opponiē illi,Socrates est hō. & ita si prima est uera,ſcda erit uera apud eos, q̄ ꝓtradictionis ueritatē tuenē { neq; } subaudi Socratē { non hoīem esse }. nā hæc nō Socrates nō est hō,opponiē illi Socrates nō est hō, cū nihil sit uerius cōtradicere, q̄ negationē ꝓponere,aut prę positā remouere. Quare si illa vꝫ Socrates nō est hō,sit uera,hæc nō Socrates nō est hō erit uera:& cū oppositū tollat suū oppositū,neutra relinquet uera. deinde affert cām,quare sequiē,ut utraq; hæc sit uera, & dicit { duæ.n.illarū } q̄ sunt,Socrates est hō,& Socrates non est hō { duæ sunt istæ negationes } illius quidem,quæ est Socrates est hō,negatio est Socrates non est hō,istius uero Socrates non est hō, negatio hæc est,non Socrates non est hō: & ita duarū illarum singula singulis reddendo duæ sunt istæ negationes: Quare illæ duæ,& hæ duæ sunt simul ueræ.quo fit ut neutra earū sit uera,cū oppositū tollat id omne,qđ est suū oppositū.addit unū,qđ non facit ad deductionē absurdi, sed ad expōnē terminoꝝ,& dicit { ꝙ si illa } vꝫ Socrates est hō,uel Socrates non est homo { est una }. ſ. ꝓpō disiunctiua { ex utrisq; composita }. i. conflata ex contradictorijs subdisiunctione { & hæc } videlicet Socrates non est homo,vel non Socrates non est homo { vna erit opposita } ideſt erit quædā disiunctiua facta ex propositionibus oppositis ꝓpositionibus primę.uel sic { ꝙ si illa } videlicet Socrates est homo, & Socrates non est homo { est uno }. ſ. ꝓpositio copulatiua { ex utrisq; }. ſ. cōtradictorijs { composita } & simul ueris { & hæc } uidelicet Socrates nō est hō,& nō Socrates nō est hō, { erit opposita una }. i. una copulatiua facta ex cōtradictorijs prioribus ꝓpositionibus pſmę,q̄ ēt sunt simul uerę: vt

Alex.expõit,igr̃ neutrũ erit uerum,hoc eſt neq; cõtradictio, neq; pars aliq̃ cõtradictionis:& tũc iuxta hãc ſcđam expoſitionẽ hoc erit quaſi ꝯcluſionis epilogus.vñ Auerroes ſeqñs hãc ſcđam expõnẽ dicit, qm̃ ſi oppõ ĩter affirmatiuã,& negatiuã,illa uidelicet Socrates ẽ hõ,& Socrates nõ eſt hõ,erit uera ĩter duo.i.ĩter duas ꝓpoſitiones,& hoc eſt erit cõpoſita ex duabus ꝓpoſitionibus ſimplicibus ſimul ueris, tũc oppõ cõpoſita ex oĩbus ꝓpoſitionibus inuicẽ oppoſitis erit ẽt ĩter quatuor, vʒ hæc Socrates eſt hõ,& Socrates non eſt hõ, & Socrates nõ eſt hõ,& nõ Socrates nõ eſt hõ.Eſt.n.hæc una copulatiua cõpoſita ex duabus copulatiuis ꝓpõnibus:quatenus,ut inqt,non affirmatiua.i.ꝓpõ affirmatiue negata vt hæc Socrates nõ eſt hõ,& nõ negatiua.i.& negatiua negata ut hæc nõ Socrates nõ eſt hõ, opponunẽ affirmatiuæ illi vʒ, Socrates eſt hõ,& negatiuæ illi vʒ,Socrates nõ eſt hõ:ex q̃bus oĩbus ſic oppoſitis fit una copulatiua, q̃ cõſiſtit in quatuor ꝓpõnibus,quaꝝ nulla eſt uera, ut ꝓbatũ eſt ꝑ illã regulam,oppoſitũ ſemꝑ tollit id,qđ eſt ſuũ oppoſitũ. Ex his patet Ariſt.ꝑ illud,qđ dicit,non hoĩem,non accepiſſe affirmatiuã de ꝑdicato infinito,quæ ab Alexãdro uocaẽ negatiua uel affirmatiua trãſpoſita.Sed negatiuã, quæ eſt Socrates nõ eſt hõ,uerũ per illã neq; nõ hoĩem, ẽt intellexiſſe negatiuã,quæ eſt nõ Socrates nõ eſt hõ:qcq̃d uelit Alexãder, & Expoſitor.Quo uero ad uerba attinet,cũ Ariſt.dicit { nã ſi uerũ eſt } & reliqua,locutus eſt ex ſuppõne, qm̃ hæc rõ abſolute nõ eſt neceſſaria,cũ videaẽ petere id, qđ quæritur in pricipio.Aduerſarius.n.ſicuti cõcederet has, Socrates eſt hõ,& Socrates nõ eſt hõ,ita quoq; concederet eas, quæ his opponunẽ videlicet Socrates nõ eſt hõ,& nõ Socrates non eſt hõ: nam aduerſarius concedit contradictoria eſſe ſimul vera de eodẽ.Iõ hæc ratio vt cæteræ ex ſuppõne vim hñt.

Q ue Auer. cõmẽ.15.

TEX.16. Preterea aut circa uniuerſa res ita ſe habet,et eſt albũ atq; nõ albũ,& ens & nõ ens,& circa cęteras affirmatiões negatiõesve ſimiliter.aut non circa oẽs res ſe habet ſimili modo,ſed circa quaſdam fit ita,circa quaſdam non fit.

Hic affert quartã uiã,rõnemq; quæ,ut Alex.inqt,ex partitione ꝓcedit,ſumptisq; oĩbus,quæ fieri pñt partitionibus, ꝯñs eſſe demõſtrat.ut aliqua definita, circũſcriptaq; hẽanẽ cõtra eoꝝ errorẽ:q̃ cũctis in rebus nihilo magis affirmationem q̃ negationẽ uerã eſſe tradebãt:& primo ꝑmittit diuiſionẽ & dicit { præterea aut circa uniuerſa res ita ſe habet } ut nihilo magis affirmatio q̃ negatio uera ſit { & eſt albũ, atq; nõ albũ } .i.ad hunc modũ circa uniuerſa,ut qđ eſt album,nõ ſit albũ { & ens & nõ ens } .i.& qđ eſt ens nõ ſit ens { & circa cæteras affirmatiões negationesve ſilr̃ } ita ut de quo affirmatio uera eſt,ſit ẽt negatio uera. deinde affert ſecũdũ mẽbrũ,& dicit { aut nõ circa oẽs res ſe habet ſimili mõ } ut de quo affirmatio uera eſt,ſit ẽt negatio uera { ſed circa quaſdã fit ita } ut de quo eſt affirmatio uera ſit ẽt negatio uera { circa quaſdã nõ fit } .ſ.ita,ut affirmatio & negatio ſint ſimul veræ. Hæc eſt diuiſio,quam premittit.

Atque ſi non circa omnes fit ita, illæ erunt firmæ nimirum,ac definitæ.

Præmiſſa diuiſiõe,nũc argumẽtaẽ,& primo demonſtrat q̃d ſequiẽ,ſi deẽ ſcđa pars uidelicet ꝙ ſolũ in aliq̃bus ſit affirmatio uera,& negatio:& dicit { atq; ſi nõ circa oẽs fit ita } Sed circa aliquas res affirmatio,& negatio ſunt ueræ { illæ erũt firmę nimirũ,ac definitæ } ita ut ſic ſit uera affirmatio, ut de eodẽ falſa ſit negatio,& ecõuerſo,quo fit,ut ſaltẽ in talibus hẽaẽ intentũ,ut uidelicet nõ ſint uerę affirmatio,& negatio,uel ſic apud Alex.ꝑ hoc ſcđm mẽbrũ ꝓbabilius eſſe affirmat { At ſi nõ circa oẽs fit ita illæ } uidelicet res, circa quas affirmatio,& negatio nõ ſimul uerę ſunt { erũt firmæ nimirũ,ac definitæ } hoc eſt ſubæ, & quæ ꝑdicanẽ in ſuba, & qđ q̃d eſt,nã,ut ſuperius dictũ eſt,res tales ita firme ſunt id,qđ ſunt,ut abſurdũ ſit dictu qcq̃ eoꝝ nõ eſſe id, qđ eſt, & in quo eius eſſe cõſiſtit,& per qđ unũquodq; eoꝝ eſt id, qđ eſt. Abſurdũ.n.eſt hoĩem eſſe aĩal pedeſtre bipes, & nõ eſſe aĩal pedeſtre bipes.& q̃a in talibus uidebaẽ eis hoc eſſe abſurdum,ideo ut ſuperius dictum eſt,iſti omnia prædicata accidentia eſſe fateri conuincebantur.

Sin circa oẽs fit ita, rurſus aut de q̃bus ẽ affirmãdũ,eſt ẽt et negãdũ,et de q̃bus eſt negãdũ,eſt ẽt affirmãdũ:aut de q̃bus q̃dẽ eſt affirmandum, eſt etiam & negandum.de quibus aũt eſt negandum,non de uniuerſis eſt affirmandum.

Cum diſputaſſet ſcđm mẽbrũ,diſputat nũc primũ,& primo ꝑmittit circa illud mẽbrũ diuiſionẽ,q̃ talis eſt,ſi contradictoria ſunt de eodẽ ſimul uera,hoc uno mõ eſt, ut de quibuſcũq; eſt uerũ affirmare ſit uerũ negare, & ecõuerſo. aut alio mõ eſt,ut de q̃buſcũq; uerũ eſt affirmare, ſit uerũ negare,& nõ ecõuerſo,utputa,q̃a nõ de q̃bus eſt ueꝝ negare ſit uerũ affirmare.hæc eſt diuiſio,quã ꝑmittit, & dicit { ſin circa oẽs } .ſ.res { fit ita } ut affirmatio,& negatio ſint de eodẽ ſimul ueræ { rurſus } ſubdiuiſio fiat ad hũc modũ { aut de q̃bus eſt affirmandũ,eſt ẽt negandũ & ecõuerſo ẽt { de q̃bus eſt negandũ,eſt ẽt affirmãdũ,aut de q̃bus quidẽ eſt affirmãdũ,eſt ẽt & negandũ } ecõuerſo { aũt } non,qm̃ { de q̃bus eſt negandũ,non de uniuerſis eſt affirmandũ } utputa,q̃a põt de aliquo uera eſſe negatio, de quo affirmatio non uera erit.hæc ſubdiuiſio eſt quam differendam præmittit.

Etſi res ſe habet hoc pacto, erit aliquid certe nõ ens,atq; hæc opinio erit firma. & ſi nõ eſſe ſit quid firmum,et notum, notior oppoſita nimirũ affirmatio erit.

Præmiſſa diuiſione,nunc diſputat ſcđum mẽbrũ,& hoc ꝑmittit dicẽs { Et ſi res ſe habet hoc pacto } ut de aliquo ſit uera negatio, de quo nõ ſit uera affirmatio { erit aliq̃d certe nõ ens,atq; hæc opinio erit firma } ſubaudi q̃ eſt de ꝓpõne negatiua:& ita nõ erit uerũ dictu nõ magis eẽ ens q̃ nõ ens, ſi q̃dẽ de ipſo negatio uera ẽ,affirmatio nõ itẽ.nã queadmodũ ſi ſola affirmatio uera ſit,aliq̃ certa erũt,& ĩ cõfeſſo uera, ſic ẽt ſi negatio rurſus ſola in aliq̃bus ueritatẽ hẽat,non entia aliqua certe nõ erũt,& ĩ cõfeſſo uero.Et ne tu putes in oĩbꝰ eſſe negationẽ firmiorẽ atq; ueriorẽ affirmatione, ideo ſubdit { etſi nõ eſſe } ſubaudi in q̃buſdã { ſit q̃d firmũ, & notum } nõ ſic credas ita eſſe in oĩbus,nã gñatim { notior oppoſita nimirũ affirmatio erit } & ita licet negatio ſit firmior, ac uerior in eis,in q̃bus ipſa uera eſt,& nõ affirmatio,tñ generatim affirmatio notior eſt negatione, & prior. vñ Alex. in cõtradictione in uniuerſum aſſerit magis cõprehẽdi affirmationẽ,q̃a in uniuerſum notius eſt eſſe q̃ nõ eſſe, eſt ẽt notior affirmatio negatione,q̃a prior,ut.n.dictũ eſt in libro de enũciatione,negatione prior eſt affirmatio. ad hæc ens non ente notius habeẽ.Inſuꝑ ut Sorticolæ dicũt, ſemꝑ negatiua ꝓbaẽ ꝑ affirmatiuã,Quod nõ fieret,niſi affirmatiua eẽt notior. Et Auerroes ita ait,nõ ens nõ intelligiẽ niſi ſm̃ cõparationem ad ens, cuius declaratio ab eodem petenda eſt primo phyſicæ auſcultationis,& libro de Anima tertio.

Q ue Auer. Cõmẽ.69. Cõmẽ.25.

Sin uero ſimiliter ſit,& de q̃bus eſt negandũ de eis eſt affirmãdũ dicere,neceſſe eſt aut diuidẽdo uerũ dicere, ueluti ſi albũ eẽ, & rurſus nõ album eſſe dicat, aut non ita, ſed componendo.

Nunc diſputat primũ membrũ,qđ erat,ut de q̃buſcunq; eſt.verũ affirmare,ſit uerũ negare,& ecõuerſo de q̃buſcũq; eſt verũ negare,ſit uerũ affirmare ita ut affirmatio & negatio in ſingulis cõuertanẽ, & anteq̃ aggrediaẽ diſputationẽ, ſubdiuidit aſſerẽs ſi ſemꝑ negatio & affirmatio ſint ſimul ueræ,cõtingere biſariã,aut diuidendo,aut cõponendo:& unus ſenſus eſt,aut copulatiue,aut copulatim. Copulatiue quidẽ

ſi uera



ſi uera eſt contradictio,utraq; ꝓpõ eſt uera: & hoc mõ erit una copulatiua,cuius q̃libet pars eſt uera,& hãc uerã eſſe dicit diuidẽdo,ut cũ dicimus Socrates eſt grãmaticus, & Socrates eſt rhetoricꝰ,qm̃ Socrates eſt uterq; ſeorſũ. ſic quoq; ad ꝓpoſitũ Socrates eſt hõ,& Socrates nõ eſt hõ, qm̃ copulatiue eſt vera utraq;. & ideo erit ꝓpõ illa una copulatiua, cuius ſeorſum utraq; ꝓpõ eſt uera. Copulatim uero hęc eſt uera,Socrates & Plato trahũt nauim,qm̃ neuter ſeorſum,ſʒ ambo ſimul trahũt nauim:& hoc pacto erit una ꝓpõ ſimplex de altero extremo copulato,ſine cõpoſito.ſic quoq; ad propoſitũ Socrates eſt hõ & nõ hõ.& iuxta hũc ſenſum dicit { Sin uero ſilr̃ & de q̃bus eſt negandũ,de eis eſt affirmãdum dicere } hoc eſt,ſi deẽ primũ mẽbrũ, ut affirmatio, & negatio cõuertibilr̃ ſimul ueræ ſint. Tunc ſubdiuidens hoc mẽbrũ dicit { neceſſe eſt,aut diuidẽdo } .i.ſeorſum copulatiue utrãq; partẽ uerã dicere { ueluti ſi dicat } copulatiue Socratem { albũ eſſe } & rurſus Socratẽ nõ albũ eſſe, hæc.n. eſt una copulatiua, cuius ſunt duæ ꝓpões,quarũ quælibet ſeorſum eſt uera { aut nõ ita } ſeorſum utraq; eſt uera { ſed cõponẽdo } .i.faciendo unã ꝓpõnẽ categoricã de altero extremo copulato,ut ꝙ Socrates ſit albus, & nõ albus ſimul & nõ ſeorſum copulatiue. Alex.uero intelligere vr̃,ſi bene uerba eius ꝑcepi { diuidẽdo } .i.abiũcte: ut ſi interrogatus eſſet quiſpiã nũ Socrates ſit hõ,& rñderet Socrates eſt hõ, Socrates nõ eſt hõ abiũcte,hoc eſt nec copulatim,nec copulatiue cõiungẽdo { cõponẽdo } uero.i.copulando & cõiungendo ſiue copulatiue,ſiue copulatim:quauis vʒ ratione.

Et ſi nõ ſit,ut diuidendo uerũ dicat,neq; dicet hæc,neq; eſt quicq̃ omnino. ea uero, q̃ nõ ſunt, quonam modo fieri poteſt,ut aut loquantur,aut ut intelligant quicquam?

Intelligant quicquam. βαδίσειν. Ambulent.

Cum ꝑmiſiſſet ſubdiuiſionẽ,nũc diſputat de mẽbris eiꝰ, & primo diſputat de ſcđo mẽbro,& ꝓbat ꝙ affirmatio, & negatio nõ pñt eſſe una categorica de ꝑdicato copulato, vt ꝙ hæc nõ ſit uera,hõ eſt,& ſimul nõ ẽ. qm̃ tũc hõ nihil erit oĩno,ex quo q̃a eſt,ſimul nõ eſt,& ſic nõ dicet hæc,quæ dicit eſſe uera,q̃a nihil dicet,ex quo q̃a eſt, ſimul ipſe non eſt. nec ĩtelliget q̃cq̃ eoꝝ,quæ dicit,ex quo q̃a eſt ſimul nõ eſt. Immo ſequeẽ ꝙ dicet & nõ dicet ea,quæ eſſe uera dicit, & ꝙ intelliget,& nõ intelliget ea,quæ eſſe uerã intelligit, dicit { etſi nõ ſit,ut diuidẽdo } ſed ſubaudi cõponẽdo { uerũ dicat } cũ dicit hõ eſt,& nõ eſt.i.ſi affirmatio & negatio ſunt una categorica uera de ꝑdicato copulato,cõtra obijcit enumerãdo abſurda,& dicit { neq; dicet hæc ſubaudi q̃ uera eẽ dicit.i.ſeq̃ẽ,ut nõ loquaẽ hõ ipſe,q̃ dicebat cõtradictionẽ eẽ uerã { neq; eſt q̃cq̃ oĩno } .i.q̃a ſeq̃ẽ, ut hõ nihil ſit oĩno,ex quo q̃a eſt,ſimul ipſe nõ eſt.cũ id,qđ non eſt,loq̃ nõ poſſit, & aſſignãs cãm utiẽ cõiunctione { uero } pro qm̃ ad hunc modũ,qm̃ { ea,q̃ nõ ſunt,quonã mõ fieri põt,ut aut loquãtur,aut intelligãt q̃cq̃ } ſubaudi eoꝝ, quæ loquunẽ. Et tota rõnis uis eſt,qm̃ hõ,qui loquiẽ,ſimul cũ eſt,non eſt. uel ſm̃ expõnẽ Alexãdri,ſi nõ ſit,ut abiũcte,ſed copulatiue ſit veꝝ hoĩem eſſe,& nõ eſſe:ſeq̃ẽ mox,ut hõ nõ ſit a tota copulatiua ad alterã eius partẽ,etſi hõ nõ eſt,ſequũẽ q̃ intulit, ut nec intelligat,nec loquaẽ.hæc expõ ꝓ tanto mihi magis plʒ,qm̃ bñ ſeq̃ẽ a tota copulatiua ad alterã eius partẽ, nõ tñ a categorica de extremo copulato ad alterã copulati partẽ.& ideo aduerſarius diceret nõ ſeq̃,ut hõ non ſit,qm̃ hõ ſimul eſt,& nõ eſt.niſi forte dicaẽ nõ eſſe dr̃iam inter ſenſum copulatũ, & copulatiuũ in ꝓpõnibus de ſcđo adiacẽte,ut nũc loq̃ vr̃ Ariſt.ſecus in ꝓpõnibus de tertio adiacẽte.& fortaſſe ſi ita diceret,rõ Ariſt.nõ eſſet vl̃is in oĩbus cõtradictorijs,ſed tñ in cõtradictorijs de ſcđo adiacente.Qđ nõ eſt ita,cũ Ariſt. generatim loquaẽ.Sed utrũ dr̃ia ſit inter categoricã de extremo copulato,& copulatiuã, petendũ eſt a ludicris noſtris. Scio.n.bñ hic Alexandrũ nullã feciſſe dr̃iã,niſi ubi uerbum cõſtruiẽ cũ altero extremo copulato in numero plurali,uerbigr̃a,Socrates & Plato trahũt nauim.nã non ſequiẽ,Socrates & Plato trahũt nauim.ergo Socrates trahit nauẽ:& Plato trahit nauim.vbi uero uerbũ conſtrueręẽ cũ altero extremo in numero ſingulari,nulla eſſet dr̃ia,vñ ſi hæc eſſet vera,Socrates & Plato trahit nauim,ſequereẽ,ut Socrates traheret nauim,& Plato traheret nauim.Et q̃a Ariſt.in talibus loq̃ẽ,ideo nõ fecit dr̃iã inter ſenſum copulatũ,& ſenſum copulatiuũ:ut recte Alex.autumat.q̃re recte exponi põt { cõponẽdo } .i.copulãdo,& { diuidẽdo } .i.abiungendo, ut ſit ſenſus abiũctus inter ꝓpões, quæ nullatenus cõiunguneẽ. ſenſus uero cõpoſitus inter ꝓpões,quę copulanẽ: uel in categorica de extremo copulato,& ꝑ uerbũ:qđ põt cũ utraq; extremi parte indifferẽter cõſtrui.uerbi cã, Socrates currit, Socrates diſputat adiũctæ ꝓpões ſunt.Socrates uero currit,& Socrates diſputat,itẽ Socrates eſt & nõ eſt,in cõpoſito ſenſu ſunt,qm̃ prima eſt copulatiua,ſcđa aũt de extremo copulato. Ariſt.ergo cũ ait cõponẽdo, utroq; mõ intelligit. Quo uero ad uerba attinet,uerbũ { intelligãt q̃cq̃ } græce eſt βαδίσειν latine ambulent, ſed quoniam ad rem non refert, propterea legatur quouis modo.

Etiã uniuerſa erunt unũ:ut & antea dictũ eſt. Atq; idẽ & hõ,& triremis, ac Deus erit, & q̃ his cõtradictorię aduerſanẽ.nam ſi ſimiliter de unoquoq; uere dicũtur,nihil erit prorſus, quo aliud ab alio differet. ſi enim erit quippiam,quo differet,hoc erit uerum,ac proprium.

Iteꝝ adducit ſcđm abſurdũ,ſi cõponendo ꝯdictoria ſunt uera:et eſt ut oĩa unũ ſint,qm̃ ſuperius fuit ꝓbatũ hoc ſequi per hãc rõnem, de quocũq; eſt uera negatio,de eodẽ in ſenſu copulato, uel copulatiuo eſt uera eius affirmatio: ſed de hoĩe uno eſt vera quælibet negatio,ut ꝙ non ſit triremis,& quòd non ſit equus, & quòd non ſit lapis, & ſic de cæteris oĩbus,quæ nõ ſunt hõ:igiẽ de hoĩe uno ẽ uera oĩs affirmatio, ut ꝙ ſit triremis,& ꝙ ſit equus,& ꝙ ſit lapis,et ſic de cęteris oĩbus quare unũ oĩa erũt. Quòd aũt de hoĩe uno ſit uera q̃libet negatio, oñdiẽ, qm̃ de hoĩe eſt uera ſua negatio apud ſic opinãtes, ergo multo magis omnis alia negatio eorum omnium,quæ nõ eſt.vnde dicit { etiam } ſubaudi ſi cõponendo cõtradictoria ſunt ſimul uera { uniuerſa erũt unũ,ut antea dictũ eſt } & ꝑ rõnẽ nũc replicatã eſt oñſum { atq; idẽ & hõ & triremis,ac deus erit } ac lapis,& paries, & cætera oĩa,quę nõ ſunt hõ.nec ſolũ ſeq̃ẽ,ut hõ ſit hęc oĩa,ſed { & } ꝙ ſit ea oĩa { quæ hic cõtradictoria aduerſanẽ } ut ꝙ nõ ſit triremis,nec deus,nec lapis,nec paries,nec aliq̃d cæterorũ, quæ nõ ſunt hõ.Quòd aũt ſequaẽ, ut ẽt illoꝝ cõtradictoria ſint eadẽ homini,ꝓbat,& dicit { nam ſi ſilr̃ de unoquoq; } ſubaudi cõponẽdo { uere dicunẽ,nihil erit ꝓrſus, quo aliud ab alio differet } utputa,quo hõ differt a triremi,& a deo,& ſic a cæteris { ſi.n.erit aliq̃d,quo } hõ { differet } vʒ a triremi,& a deo,& a quouis alio { hoc erit uerũ ac ꝓpriũ } .ſ.ꝑdicatũ de hoĩe ſubaudi,& nõ de triremi,nec de deo, nec de alio,& ita cõtradictoria non erũt ſimul uera in oĩbus. nã de hoĩe erit uerũ eſſe animal pedeſtre bipes,qđ nõ erit uerũ de deo,nec de triremi,nec de alio tali,& ita de hoĩe erit uerũ ꝙ ſit aĩal pedeſtre bipes,& falſum cõtradictoriũ,vʒ ꝙ non ſit aĩal pedeſtre bipes,quare habeẽ intentũ. Quo uero ad v̾ba attinet,cũ dicit, εἰ δ' ὁμοίως, uerbũ δὲ,qđ latine eſt,aũt,pro enim,dictũ eſt.vt Alex.exponit, & Argyropylus trãſtulit. & recte quidem:qm̃ Ariſt.affert cãm eius,quod dixerat.

Similiter etiam ſi ſit,ut diuidendo uere dicat, id,quod dictum eſt,euenire uidetur.

Nunc diſputat primum membrum, & oſtendit, ꝙ ſi dicatur cõtradictoria ſimul eſſe uera abiuncte, ſequaẽ totum illud,qđ dictum eſt,ut ꝙ non loquaẽ,qui illud dicit,nec intelligat quicq̃:& ꝙ oĩa unum ſint:& dicit { ſimiliter etiã ſi ſit,ut diuidendo } .i.abiuncte dicẽdo { uere dicat } .ſ. con-

tradictoria ambo esse uera ⁊ id, qđ dictum est, euenire videtur ⁊ ut ꝙ illa dicēs non loquat, nec itelligat quicq̄, & ꝙ oīa unum sint. Consequentia uero sic deducit, qm̄ ꝓpones abiunctæ plures æ quipollent uni copulatiuæ cōflatæ ex illis pluribus. vnde hæc, hō est, non hō est, cū utraq; uera sue rit, æquipollet illi hō est, & non hō est, & cum æquipolleat illi, ex ea illamet absurda sequent, quæ dixit sequi, cum contradictoria sint simul uera in sensu cōposito. quare recte, ut inquit, euen re videtur, quod dictum est.

Et insuper ut omnes uere dicant, ac oēs falso.

Iterum ad eos, qui abiuncte ambo cōtradictoria asserūt esse uera, alia incōmoda refert, quęq; eadē sequi pīt ad eos, qui cōtradictoria simul copulatiue esse uera tradūt, qm̄ abiunctæ ꝓpones, cum ambæ fuerint ueræ, æquipollent copulatiuæ, cuius utraq; pars est uera: et ecōuerso. vñ dicit ⁊ & insuper ⁊ subaudi ad eos, qui abiūctæ ambo cōtradictoria dicunt esse uera ꝑm absurdum ⁊ sequīt, ut oēs uere dicāt ⁊ si quidē omnes tum qui aliqd de eodē affirmant, tū qui negant, uera dicunt ⁊ ac ⁊ subaudi sequīt ēt, vt ⁊ oēs falso ⁊ dicant. cuius rōnē affert, Alex. qa affirmationibus negationes tollunt, & uicissim negationibus affirmationes abolent. Si ergo affirmātes uera dicūt, qui negāt, necessario mentiunt. Rursusq; si uera dicūt negantes, utiq; affirmantes mendacij cōuincunt, quo fiet, ut oēs & uera, & falsa loquantur, & ita omnes uere dicent, & oēs falso dicent.

Et seipsum quisque falsum dicere fateatur.

Iterum affert aduersus eosdē tertium incōmodum vȝ ut vnusq; seipsum falsum dicere fateat. & hoc ait ⁊ & ⁊ subaudi sequīt etiam tertio, ut ⁊ quisq; seipm falsum dicere fateatur ⁊ Sed occurres, quia nō vī sequi hoc, qm̄ stat aliquē dicere, & uerū & falsum, qui nec dicit se dicere uerū, nec dicit se dicere falsum. Expositor sic deducit, qm̄ cum aliqs dicit negationē esse verā, dicit se falsum dixisse, cum dixit affirmationē. Quæ expō est obscura. qm̄ non patet ex hac expositione, quo mō qui dicit verū uel falsum dicat se dicere uerum, vel falsum, qm̄, vt dicit est dictū, stat aliquē dicere verum uel falsum, qui nō dicit seipsum dicere falsum. Etiā stat aliquē dicere uerū, qui nec uerū se dicere uel falsum fateat. Dicendū ergo magnā esse differētiā disputare cū Sophistis, & cum philosophis, ut patet. 2. Elenchoꝝ. Et quia hic Arist. disputat cū philosophis, ideo sumit uerū, & falsum significatiue, ut puta pro ꝓpone quæ uera est, & pro ꝓpone, quæ falsa est. Est ergo sensus absurdi, ꝙ si abiūcte sint cōtradictoria uera, tūc supponendo aliquē dicere uerū significatiue, ut illam, deus est, illa ꝓpositio, quā dicit, sit falsa, & econuerso, si dixerit aliquā ꝓpōnem uerā eam vȝ, quæ est, deus est, hæc, quā ueram esse dicit, sit falsa: qm̄ contradictoria de eodem abiūcte sunt ambo uera. Quòd si illius contradictoriū sit uerū, erit illa falsa. & sic dicēdo aliquā ꝓpōnem uerā, sequitur, ut eadē sit falsa, cum eius contradictoriū sit uerū. Ad sensum uero sophisticū non oportet eū, qui dicit falsum uel uerū significatiue, uel materialr, dicat se dicere uerū, aut falsum nec significatiue, nec materialr. cū stet aliquē dicere illam deus est, qui pro tūc non dicat quicq̄ aliud. Quo sit, ut sensus absurdi sit, ut nemo possit dicere aliqd uerū significatiue, qn illud sit significatiue falsum. nec contra pōt dicere aliqd falsum significatiue, qn illud sit significatiue uerū, & cā est, quoniam illius contradictorium est verum & falsum, & ita falsum, quare illud erit verum.

Patet etiam insuper nullam de re prorsus ad hominē esse considerationē. nihil enim omnino dicit. nam neq; ita, neq; non ita dicit, sed & sic, & non sic. & rursus hæc ambo negat, neq; sic, neq; non sic dicendo. Etenim si ita nō dicit, erit quippiam continuo definitum.

Iterum contra eosdē, qui contradictoria abiūcte esse ambo uera concedunt, affert quartū absurdum, utputa ꝙ non sit disputatio, nec ingsitio aliqua cōtra eos. Et rō erit hæc, cōtra eos, qui nihil dicunt, nec ingsitio, nec disputatio esse pōt: qui cōtradictoria ambo uera abiūcte asserunt, nihil dicunt: Ergo cū eis nec disputatio, nec ingsitio esse pōt. de rōne primo narrat absurdū, qđ est cōclusio, & dicit ⁊ Patet ēt insuper nulla de re prorsus ad hoīem ⁊ .i. contra hoīem, qui abiunctę fatet ambo cōtradictoria esse uera ⁊ esse consideratione ⁊ .i. disputationē, & ingsitionem. σκέψις enim pro disputatione, & ingsitione intelligit, ut Alex. exposuit. deinde affert minorē, & dicit ⁊ nihil. n. oīno dicit ⁊ deide ꝓbat hāc minorē, & rō sic componit, quicūq; aliquid dicit, definitum quippiā, ut dictū est, significat, sed ꝙ contradictoria abiūcte ambo uera esse cōcedit, nihil oīno definitū significat: ergo ꝙ cōtradictoria abiūcte ambo uera esse dicit, nihil dicit. & sic patet minor. Minorem aūt huius ꝓsyllogizat iterū. hoc pacto, nā qui neq; ita neq; nō ita dicit, nihil oīno definitū significat. Sed ꝙ cōtradictoria ambo uera abiunctę cōcedit, neq; ita neq; nō ita dicit, ergo nihil definitū significat. de hoc prosyllogismo iterū minorē affert, & dicit ⁊ nā neq; ita ⁊ .i. affirmationē ueram ⁊ neq; nō ita ⁊ .i. negationē verā ⁊ dicit, sed, & sic, & nō sic ⁊ .i. sed ambas abiūcte ueras esse fatet. & sic sequīt, ut nihil definitū significet. iterꝝ minorē prosyllogismi, eiusdē probat sic, quicūq; illa ambo negat. i. tam affirmationem ꝙ negationē, nihil oīno definitū significat: sed qui contradictoria abiunctę cōcedit, illa ambo negat (qm̄ ꝓcedēdo affirmationē, negat eam, cū ipse uelit negationē esse veram: & cōcedēdo negationē, ēt eam negat, cum ipse uelit affirmationē esse uerā) ergo hic nihil definitū oīno significat. vñ dicit ⁊ & rursus hæc ambo negat neq; sic ⁊ .i. affirmationem, ⁊ neq; nō sic ⁊ .i. negationem definite ⁊ dicēdo ⁊ cuius probationē affert ex oppōsito inferēdo oppōsitum, & dicit ⁊ ete nim si ita nō dicit ⁊ sed dicit affirmationē, uel negationē tātū esse definite uerā, eiusq; oppositā definite falsam ⁊ erit ꝙ pīa cōtinuo ⁊ .i. statim ⁊ definitū ⁊ ut ꝙ sit uera affirmatio, & eius negatio falsa, vī sit uera negatio, & eius affirmatio falsa: & sic habetur intentum.

Præterea si cū affirmatio uera est, negatio falsa sit: & si cū hęc est uera, falsa sit affirmatio, non fiet utiq; ut ídē uere simul affirmet, atq; neget.

Expositor putat hoc absurdū, qđ Arist. hic adducit, acci pi ex definitiōe ueri, & falsi. qm̄ uerū est, cū aliquis dicit esse, qđ est, aut nō esse, qđ non est. At falsum est, cū aliquis dicit esse, qđ nō est, aut nō esse, qđ est. & tūc vult ex his definitionibus absurdū hoc quintū probari. Ego aūt fateor nō posse intelligere quonā mō ex hm̄ōi definitionibus presens rō uim sumat. ꝓpea cum Alex. dilucidius dicendū esse puto hāc rōnē uim. hēre ex lege ꝓdictoriarū: quā libro de enūciatione exposuit, Quæ est cum affirmatio fuerit uera, negatio sit falsa, & cū affirmatio falsa, negatio uera, & eadē rōne de ipsa negatione, qm̄ cū negatio fuerit uera, affirmatio falsa erit, cū fuerit negatio falsa, affirmatio erit uera. Hæc. n. est lex taliū. vñ dicit ⁊ præterea si cū affirmatio uera est, negatio falsa sit, & si cū hæc ⁊ .s. negatio ⁊ est uera, falsa sit affirmatio, nō fiet, ut idem uere simul affirmetur, atq; negetur ⁊ Erit enim hoc contra legem contradictoriarum.

Sed hoc fortasse dicent id esse, quod ab initio proponebatur.

Cum accepisset argumentationē, quę maxime naturalis, & manifestissima esset, sed qm̄ in eos assumitur, qui oppositum tuent eius, quod assumit, non celatur nos in ea principium petere, & dicit ⁊ sed hoc fortasse dicēt id esse, quod ab initio proponebat ⁊ accipit enim legem contradictoriarum esse verā, quam illi negant, eiusq; oppositū tueri conant. nā asserunt cōtradictoria esse simul uera tam in uoce, cꝫ in re. nec solū hæc quinta rō est cum petitione eius, qđ est in principio, sed quasi oēs rationes, quas fecit, & quas facturus est.

quoniā





quoniā saltē oēs procedunt ꝓ ea, quæ sunt principio cōtradictionis minus nota. quo fit, ut saltē hæc rōne omnes petāt id, quod in principio quærit, propterea recte cum Alexādro dicendum est, argumentationes oēs, quibus Arist. vtit, naturales esse, & ueras. Sed qm̄ assumuntur in eos, qui oppositā positionem tuentur, omnes peccant per locū petitionis eius, quod in principio quæritur.

Præterea is quidem qui utique putat rem aut aliquo modo sese habere, dicat ne falsum, uerū autem, qui ambo putat.

Hæc est quinta via, ubi primo præmittit quandā diuisionem, utrum qui rem sic se habere putat, ut affirmatio dicit, & nō sic rem se hēre arbitrat, ut negatio ait, is dicat falsum, verum aūt qui ambo putat, quod est quære ꝑm Alexā. utrū tām affirmatio cꝫ negatio separatim falsa sit, vtraq; autē simul sit uera, & iuxta hunc sensum dicit ⁊ prꝫterea is quidē, qui utique putat rem aut aliquo mō se habere ⁊ subaudi vt affirmatio dicit ⁊ aut non hēre ⁊ ut negatio ait, subaudi seorsum separatim ⁊ dicat ne falsum, verum aūt, qui ambo putat. ⁊ .i. verum aūt, qui putat utraq; simul uerā esse. Aliter pōt legi uerbū πᾶσι, vt legīt in translatione Boethij. ad hūc modū ⁊ Prꝫterea utiq; quō quidem aut hēre putās, aut nō habere, mentīē, qui aūt ambo, uerum dicit. ⁊ Et tunc interrogatio diuisiua clara est ⁊ quō putans quidē aut hēre ⁊ sic se rem, ut affirmatio dicit ⁊ aut non hēre, mentīē ⁊ quod est dicere, quō tam affirmatio cꝫ negatio, priuatim seorsum est falsa, simul aūt vtraq;, est vera, vt aduersarij dicunt.

Nam si uerū dicit, quid aliud erit, quod dicitur, cꝫ eorum, quæ sunt, talem esse naturam? sin aūt non dicit uerum, sed is potius, qui illo modo existimat, res iam sese habent aliquo modo, atq; hoc uerū utiq; erit, & nō simul etiā non uerum.

Præmissa distinctione, nunc argumentatur, semper ex dato, concessoq; inferendo propositum & primo disputat omnia membra simul, & dicit ⁊ Nam si verum dicit ⁊ subaudi qui affirmationem & negationem veras esse ait tam priuatim, separatimq; cꝫ simul ⁊ quid aliud erit, quod dicitur ⁊ .i. conceditur. cā respondente ⁊ cꝫ eorum, quę sunt, talem esse naturam ⁊ .i. in re, qualem in uoce dicit. Quòd si sic determinatū sit in re, sicuti debet, sic non patiet uerum esse suum oppositū, & ita non simul erit oīs affirmatio uera cum sua negatione, quare ex concesso sequīē propositū. Alexander uero vult, ut disputet primū membrū primo, & dicit ⁊ nam si uerū dicit ⁊ subaudi qui ambo cōtradictoria seorsum dicit esse uera, simul uero iuncta esse falsa ⁊ quid aliud erit ⁊ subaudi hoc ⁊ quod dicitur, cꝫ eorum, quæ sunt ⁊ dicere ⁊ talem esse naturam ⁊ dicere aūt rerum esse talē naturam: est determinare aliquid ita esse in re, ut in uoce proferē, determinare aūt aliquid ita esse in re, ut in uoce dicīē, est dicere unum oppositoꝝ esse verum, alterū falsum, & sic ex cōcesso relinquīē ꝓpositū. deinde apud Alex. disputat secundū membrū, & dicit ⁊ sin autē non dicit uerū ⁊ subaudi qui seorsum ambo contradictoria uera esse putat ⁊ sed is potius, qui illo mō existimat ⁊ .s. ambo contradictoria uera esse simul, cōtra hoc infert propositum, & dicit ⁊ res iam sese hīnt aliquo mō ⁊ .i. in unaquaq; re determinatū erit hoc uerū, illud falsum. Quòd si hoc verum illud falsum in vnaquaq; re est est, atq; hoc uerū utiq; erit, & nō simul. ēt nn uerū ⁊ supple erit. & sic ex concesso propositū relinquīē. Apud vero Expositorē, Arist. disputat primū mēbrū vt ipse deducit: & quæ dicit, clara sunt. Expositiones aūt hmōi oēs possunt verbis conuenire uerū in uerbis sequentibus pōt colligi expositio, quæ magis conuenit.

Quod si oēs similiter & falsa, & uera dicunt, neq; loqui, neq; dicere tali homini licet, nam & hæc simul, & nō hæc dicit. si uero nil prorsus existimat, sed putat similiter atq; non putat, quęnā inter hunc & plantam differentia erit?

Quia ex contradictoriis simul veris, vel seorsum veris sequitur, vt omnes similiter & falsa, & uera dicant, ideo destruit hoc absurdum. vnde Aristoteles vnū supponit, & alterū facit, supponit enim ad positionem aduersariorū sequi ut omnes similiter & falsa & uera dicant, quod vero facit in præsenti textu, est destruere hoc, quod sequitur, & dicit ⁊ qꝫ si omnes ⁊ .i. qui propositiones proferunt ⁊ similiter & falsa & uera dicunt ⁊ ut sequitur ad eos, qui opinantur contradictoria esse uera de eodem, tunc destruens hoc dicit ⁊ nec loqui neque dicere tali homini licet, tali homini ⁊ ideſt qui similiter & falsa, & vera dicit, rectius dixisset, talibus hominibus, qm̄ similiter & falsa, & uera dicunt, talibus hominibus non conuenit loqui, nec aliquid dicere. Quòd autem tali homini, qui simul uera & falsa dicit, non liceat loqui, aut dicere quicquā, probat, & dicit ⁊ nam & hæc simul, & non hæc dicit ⁊ quoniam per positionem, quæ dicit, eadem simul non dicit, si ergo, vt dicit, ita existimat, cum talis homo dicat, & non dicat, etiam talis homo existimabit, & nihil existimabit ⁊ Si uero nihil prorsus existimat ⁊ vt oportet dicere ꝑm positionem, quia si existimat, non existimat, & si nō existimat, nimirum talis homo nihil a stirpibus discrepabit, cum facultate animæ existimante carere videatur. & hoc ait ⁊ si autē talis homo nihil prorsus existimat ⁊ vt per positionem dicere coguntur ⁊ sed putat similiter, atq; non putat ⁊ & ita talis homo non putat. Quòd si nec existimat, nec putat, caret facultate animæ, qua existimet, uel putet ⁊ quænā inter hūc & plantam differētia erit? ⁊ .q.d. nulla, quoniam tam hic homo cꝫ planta caret animę facultate, qua existimet, uel putet. Hæc ex Alexandri expositione. Quo vero ad verba attinet, animaduerte græca verba sic haberi, τί ἂν διαφέροντος ἔχοι τῶν πεφυκότων: & antiquus Translator sic expōsuit. i. quod vtiq; differenter habet ab aptis. & est sensus, si nec talis homo existimat, nec putat ⁊ quid utiq; differenter habet ab aptis ⁊ .i. ab ipsis, qui apti sunt existimare, & non existimare: veluti a dormientibus qui possunt existimare, & non existimant: utriq; enim carent existimatione, qua actu est. Alexander vero verbum πεφυκότων, i. aptatis exponit. & affert causam, & dicit, cum talis homo facultate animæ existimante carere videatur. Quo vero ad rationem attinet, animaduerte rationem hanc petere id, quod quæritur. quoniam aduersarius dicere et hominem existimare, & non existimare pariter & simul: & ideo non sequitur, vt nō existimet, sed cꝫ existimet, & non existimet. Quare sumere alterum membrum. s. cꝫ non existimet, est petere, quod in principio, quærebatur. Arist. tamē vsus est hac ratione, quia vera est, & naturalis, & quia vim habet ex cōcessis: vt Alex. inquit.

Athenæus. μεγαρόθε. Megaram.

Vnde & maxime patet neminem hoc pacto dispositum esse aut cæterorum hominū, aut eorum, qui hanc sententiam dicūt. cur enim Athenas proficiscitur, sed non quiescit, putans se proficisci oportere? aut cur in diluculo non cōtinuo in puteū, aut, si fieri pōt, in præcipitium proficiscit: sed cauere uīdet, uti nō similiter putās non bonū ac bonūē in illa sese proijcere? patet ergo alterū melius, alterū non melius esse existimare.

Hic affert sextam uiam, quæ, ut Expositor inquit, sumitur ex rerum fuga, atq; persecutione, quæ erit efficax, atq; dilucidum signum, quo nemo opinari poterit idem esse bonũ, & non bonum, & ita nec cõtradictoria esse simul uera. uerum ut Alexander inquit, postq; fieri non posse docuit, ut qui homo sit, huiusmodi habeat opiniones, hoc enim ut dixit Aristoteles, plantæ potius q̃ hominis, propterea primo concludit nullum esse ex hominibus, nec ex ijs quidem, qui talia dicunt, ad hunc modum affectum esse, ut credat contradictoria simul esse uera, & dicit { Vnde & maxime patet } .s. ex ratione assignata { neminem aut cæterorum hominum } qui hãc positionem nõ dicunt { aut eorum, qui hanc sententiam dicunt, hoc pacto esse dispositum } quo videlicet modo planta affecta est. nam si quis fuerit ad hunc modum animatus, & talem de rebus habuerit opinionem, fiet, vt huiusmodi homo nihil agat, sed uitam more stirpium ducat. deinde affert causam, & dicit { cur enim Athenas ꝓficiscitur putans se proficisci oportere, sed nõ quiescit? } si subaudi de re quaq; opiniones ei pares sunt, atq; eodem modo putat opus esse ire Athenas, & putat nõ opus esse. patet ergo ex quo aliquis proficiscitur, & non quescit, eum arbitrari, vt aliud sit proficisci, aliud vero non proficisci: & ita fiet, ut cõtradictoria non sint simul uera de eodem. deinde adducit secundum exemplum, & dicit { aut cur in diluculo } hoc est summo mane, cum surgit ex lecto { non continuo } .i. statim { in puteum, aut (si fieri potest) in præcipitium proficiscitur, sed cauere videtur? } & afferens causam diuersitatis dicit, hoc ideo non facit { uti non similiter putans non bonum, ac bonum esse in illa sese proijcere } sed absolute putat non esse bonum. nam si putaret esse bonum, sicut & nõ bonum, non magis uitaret quàm eligeret. & tunc concludit propositum, & dicit { patet ergo alterum melius } .s. non proijcere { alterum non melius esse } .s. proijcere { esse existimare } qua opinione tollitur illud rem nihilo magis sic quàm non sic se habere. unde & Auerroes concludit propter hæc, quædam esse bona, quædam esse mala, non tantum in rebus numero diuersis, sed etiam in partibus eiusdem rei numero, cum fuerint diuersarum virtutum.

Q̃ue Auer. Comẽ. 19.

Quod si hęc ita sint, & hoc quidem hominem, hoc autem nõ hominem, & hoc dulce, illud non dulce existimare necesse est. non enim ęque quispiam unũquodq; quæritat, atq; existimat, cum melius arbitratur esse bibere aquam, & uidere hominem, deinde quæritat ipsa, & tamen oportebat, si idem etiam & homo similiter & nõ homo. & itidem aqua, atque non aqua. sed, uti diximus, nemo est prorsus, q nõ ab his cauere, ab his non cauere uideatur. Quare omnes, ut uidetur, etsi non circa omnia, circa tamen melius, & deterius simpliciter se habere existimant.

Ex his, quæ explicauit in petendis & fugiendis, transit ad ea, quæ sunt in opinandis, & dicit { ꝙ si hæc ita sint } idest si in petendis ac fugiendis, ita se gerũt, vt suis actionibus terminatas opiniones habere cõuincantur, profecto eadem in cæteris fateantur, necesse est { & hoc quidem hominẽ esse, hoc autem non } esse { hominẽ: & hoc dulce, illud non dulce existimare necesse est } & afferẽs causam dicit { non. n. æque quispiam vnũquodq; quæritat, atq; { existimat } cuius signum subdit { cum melius } .i. nam { cum melius arbitratur esse bibere aquam, & videre hominẽ, deinde } statim { quæritat ipsa } arbitratur autem melius esse bibere aquam, cum sitit, melius etiam hominem uidere, cum hominis opus est colloquio, cũ igitur hæc meliora putauerit mox quærit hæc, & fugit opposita { & tamẽ oportebat } scilicet omnia æqualiter eligere, aut fugere { si similiter idem esset & homo & non homo, & itidem aqua, atq; non aqua. Sed vti diximus, nemo est prorsus, qui nõ ab his } .s. quæ displicent { cauere videatur, ab his } .s. quæ placent { non cauere videatur } tunc concludit, circa quæ omnes se habent similiter postquã declarauit circa quæ omnes se habent dissimiliter, & dicit { Quare omnes, vt videtur, & si nõn circa omnia } æque se habent { circa tamẽ melius, & deterius } oẽs simpl'r ęqual'r { sese habere existimant } nam oẽs prosequuntur id, quod vnum sibi videtur, & fugiunt, quod malum esse existimant. Omnes enim homines eos etiam, qui cunctis in rebus nihilo magis, & ueritatem contradictionis, simpliciter sese habere aiunt in opinionibus, si nõ circa omnia, circa tamen meliora, & peiora, vtilia, & inutilia, & omnino circa agenda { simpliciter } autem dixit, quia non ambo opposita expedire putãt, sed alterum simpliciter, & determinate, nec pariter idem expedire, & non expedire, sed alterum solum, hoc est simpliciter vel expedire putãt, quod eligunt, uel non expedire, quod fugiunt. Conuerso igit̃ sermone ad res, atq; opiniones, quæ de ipsis habentur, manifestis argumentis aduersarios cõuincit, vt si non cũctis in rebus, saltem tamen in petendis & fugiendis aliquid certi, & cõstituti haberi necessario confiteantur. quoniam, vt dictum est, si nihil constituerent, nec alteri parti magis consentirent, nihil omnino in hmõi rebus agerẽt. & ita patet omnes opinari se habere veritatem, aut in affirmatiua tantum, aut negatiua solum, & non in vtraq; simul. & si non in omnibus, tamen saltem in bonis, & malis, vel ĩ melioribus atq; deterioribus. Ex hac enim differentia euenit, vt quædam quærãtur, quædam timeantur.

Quod si non scientes, sed opinãtes, multo magis adhibenda est diligẽtia ueritati, perinde atq; ægrotãti magis q̃ sano ualetudini cura est adhibenda. Qui nanq; opinatur, si ad sciente cõparetur, non sane ad ueritatem ipsam dispoñit.

Refellit quosdam qui rñdere possent argumento huic, quod fecerat. nam dicere possent homines quædam eligere tanquam bona, quædam alia declinare tanquã non bona, non quidem sciendo vere hæc esse bona, illa non bona, sed opinando ꝙ nõ sint eadem bona, & non bona, licet re uera eadem sint. & sic dicere possent homines fugere, quæ sunt bona ad opinionem, & ad opinionẽ bona persequi. quæ tamen ad naturam eadem sunt. Cuius exemplum affert Alexander, quoniam aliqui sunt, qui dicunt se viso, atq; apparenti bono assentire, quoniã tale videtur. Apparenti vero atq; viso non bono dissentire, ꝙ non bonum appareat. Ergo assensus, & dissensus non sunt nobis argumento ꝙ hoc sit bonum, illud non bonum, sed ꝙ appareant hoc bonum, illud non bonum. Aristotelis ergo non refutat responsionẽ, sed corripit eos qui sic respondent. causa est, quoniam eam responsionem sic redarguit superius, Si enim apud eos, omne quod apparet aliquid, sit id, quod apparet, & quod non apparet aliquid, non sit id, quod non apparet, cũ contradictoria ẽm opinionem nõ appareant de eodem esse simul uera, non erunt de eodem simul vera. At corripit nunc solũ sic respondentes accusando eos de negligentia, & exhortãdo eosdem ad diligentiorem perscrutationem, & dicit { Quòd si non scientes, sed opinantes } subaudi dicunt quædam esse eligenda tanq̃ bona, & quædam esse declinanda tanq̃ non bona { multo magis } eis subaudi { veritati } .s. inueniendę { adhibenda est diligentia } ut uidelicet ipsam ueritatem nanciscantur, & uere sciant hæc esse bona, quæ eligunt, illa non bona, quæ declinant: ut per simile exponit in ægroto, & dicit { perinde atq; ægrotanti magis q̃ sano ualetudini } subaudi acquirendæ { cura } diligentiaq; { est adhibẽda } & similitudinis causam afferens, dicit { qui nanq; opinatur, si ad scientem comparetur, non sanè } .i. nõ salubriter { ad

veritatem



veritatem ipsam disponitur } habet enim se ad scientem, sicuti infirmus ad sanum. Defectus enim scientiæ est opinio falsa, sicuti ægritudo sanitatis. quo fit vt homines nõ secus curare debeant, inuenire ueritatem, atq; infirmus sanitatem. quæ diligentia non esset habenda, si nihil esset determinate verum, sed quodlibet esset, vt dicunt, simul verum, & falsum. vnde & Alexander inquit, vt ægrotanti non res ipsæ sunt accusandæ, ceu nihil salubritatis habeant, sed curandũ, vt medicamentis salubribus adhibitis conualescat, sic ualentibus, qui debilem cognitionem habent, danda opera est, vt cum scientia notitiam rerum nanciscantur, & non cum debili assensu, quæ opinio est. nec ab ratione est hoc fieri posse, quoniam vbi assensus debilis est, ibi firmus, & cum sciẽtia effici potest. quippe cum omne remissum fieri possit intentum, & omne intentum remissum.

Præterea & si q̃ maxime ita sese habent, & non ita cuncta, tamen & magis & minus inest in natura rerum. non enim dualitatem similiter trinitatemve parem numerum esse dixerimus, neq; horum uterq; falsum æque dicit, quorum alter quinq;, alter mille ipsa quatuor dicit, atq; esse existimat.

Hic assignat septimam viam, vbi primo ponit primam suppositionem, quæ apud Alexandrum est, ꝙ vna opinio minus q̃ altera falsa sit, & dicit { pręterea etsi q̃maxime ita sese habent, & non ita cuncta } .i. etsi quãmaxime in cũctis contradictoria de eodem sunt simul vera, atque simul falsa { tamen } tam falsum q̃ verum { & magis & minus inest in naturã rerum } quoniã in entibus aliqua sunt magis, aliqua minus vera, insuper aliqua magis, aliqua minus falsa. Hoc autem ostendit exemplis & primo in ipso vero, & dicit { non enim dualitatem similiter trinitatemve parem numerum esse dixerimus } nam dato ꝙ vtrunq; sit verum, ut aduersarij fatentur, verius est dualitatem esse numerum parem q̃ trinitatem. ergo non sunt æque vera. deinde affert exemplum in falso, & dicit { neq; horũ vterq; falsum æque dicit, quorum alter quinq;, alter mille ipsa quatuor dicit, atq; esse existimat } nam qui dicit quatuor esse mille, falsius existimat, atq; dicit, qui uero quatuor esse quinq;, minus falsum. ex his colligitur suppositio, ꝙ vna opinio minus q̃ altera falsa sit. Hactenus de suppositione prima.

Quod si non æque falsum dicunt, patet alterum minus dicere falsum: quare magis ipse uerum q̃ alter dicit.

Cum constituisset primam suppositionem, nunc sibi cõstituit secundam, quam ex prima deducit videlicet ꝙ qui dicit minus falsum magis ipse verum q̃ alter, q magis falsum existimat, dicit, & ait { ꝙ si nõ æque falsum dicunt, patet alterum } .s. eorũ, videlicet eum, qui dicit quatuor esse quinq;, { minus dicere falsum } Quòd si ille, qui dicit quatuor esse quinq;, minus falsum dicit, q̃ qui dicit quatuor esse mille, cõcludit { quare magis ipse verum q̃ alter dicit } & hæc est secunda suppositio ex prima deducta videlicet ꝙ qui dicit minus falsum, magis ipse verum q̃ alter dicit.

Si igitur id, quod est magis, est propinquius, erit profecto aliquod uerũ, cui propinquius est id, quod magis dicitur uerum. Quod etsi nõ est, attamen aliquid erit iam & firmius, & uerius, & a sententia illa pura, quæq; prohibet mentẽ aliquid definire, erimus liberati.

Pura. ἄκρατον. Mera. Simplici.

His suppositionibus stantibus, sic argumentatur, omne id, cui quod est verius, est propinquius, est absolute uerum, Sed aliquod est verum, cui verius est propinquius, ergo aliquod est absolute verum. de ratione colligit tantum minorem, & dicit { si igitur id, quod est magis } .s. verum { est propinquius } .s. vero { erit profecto aliquid uerũ } .s. simpliciter, & absolute verũ { cui propinquius est id, quod magis dicitur verum } & subaudi remotius, quod minus verũ dicitur. & sic patet minor videlicet ꝙ aliquid sit verum, cui verius est propinquius. vnde & Auerroes in præsenti loco inquit. Si aliquid fuerit maioris veritatis q̃ aliud, necesse est esse aliquod simpliciter verũ. Sed aduersarius negabit fortasse minorem, quoniã gradualis intensio atq; remissio non attenditur per accessum, & recessum a summo: sed diceret eam attendi per accessum, & recessum a nõ gradu, propterea Aristoteles subdit { ꝙ si non est } .i. ꝙ si minor negabitur, propter rationem assignatam { tamen } ut inquit, inter ipsa uera, quę sunt magis, & minus uera { aliquid erit iam et firmius, & uerius } & certius alio, & ita licet per hanc nostram rationem non habeantur aliquid esse absolute uerum tamẽ habetur aliquid esse uerius, & firmius, qua ratione fit, vt non eodem mõ se habeantur ad veritatem affirmatio et negatio { & } ita { a sentẽtia illa pura } .s. Stoicorũ { quæque prohibet mentem } .s. nostram { aliquid definire } .i. aliquid certi asserere { erimus liberati } Stoici enim dicebant, nihil esse certum, nec simpliciter uerum, nec simpliciter falsum esseq; omnia pariter uera ac falsa: incertaq; cuncta pariter. & ideo semper incerte loquebantur. cuius opinionis fuit Socrates, qui dicebat nihil se scire, nisi hoc vnum, quòd nihil sciret. cõtra obijcit Aristoteles, quoniam licet ex inducta ratione non sequatur aliquid esse absolute verum, quia tamen ex ea habetur aliquid esse uerius, etiam habebitur aliquid esse certius: quare hoc erit tradendum: & non asserendum omnia esse æque uera, atq; falsa, æque incerta. uocat autem opinionem Stoicorum ἄκρατον. i. meram, ac puram, quia non habet admixtum ipsum magis, ut Alexander inquit, sed cunctis in rebus similitudinem ex æquo nititur asserere, quod ipse exponit dicens { quæq; } .s. opinio { prohibet mentem } nostram { aliquid definire } Quòd autem hæc opinio Stoicorum sit pura. s. non habens aliquid veri admixtum, patet ex eo, quia qui alium alio magis mentiri negant, vt Stoici putant, hi quidem in magno errore, & cum sensibus pugnante versantur. Praua enim mẽdaciaq; indicia nec paria sunt, nec a simili habitu proficiscunt. Quare mentiuntur Stoici, qui & falsa, & vera omnia pariter esse tradunt. Non enim pares animæ habitus sunt, quibus multum erratur ijs, quibus parum. Vt enim qui magna aspectabilia vehementiaq; non videt, hoc cõmune habet cum eo, qui parua, & minus visibilia non cernit, vt videndi facultas non recte in vtroq; valeat, infirmior est, quę ne magna quidem conspicere potest, q̃ quæ cum magna cernat, in minutis paruisq; deficit: sic in sententia, & opinione rem sese habere putare conuenit. non enim, vt diximus, pares animæ sunt habitus, quibus multum erratur ijs, quibus parũ. Quare non recte sentiunt asserendo omnia esse pariter vera, & falsa, pariterq; incerta.

Ab eadem autem opinione proficiscitur & ipsius Protagoræ sententia, atq; ambas ipsas similiter aut esse aut non esse necesse. nam si cuncta, quæ uidentur, atque apparent, sint uera, necesse est uniuersa simul uera falsaq; esse.

Cum narrasset, & refutasset primam positionem de veritate contradictionis, nunc reducit opinionẽ Protagoræ Sophistæ ad illam, & primo narrat reductionem asserens sententiam Protagorę nihil ab eorum sententia differre, qui simul idem & esse, & non esse dicebant. quo fit, vt contradictionem in singulis rebus veram simul esse statuerent. & dicit { ab eadem aũt opinione } .s. Heracliti { proficiscitur } idest succesit { & ipsius Protagoræ sentẽtia } idest opinio

{ atq; necesse est } .i.atq; adeo hæ opiniones sese cõsequuntur, vt necesse sit { ambas ipsas } sententias, vt Alexander suppleuit { similiter aut esse } .s. veras { aut non esse } .s. veras. adeo enim opiniones istæ sunt connexæ, ut si vna sit vera, vtraq; sit vera, & si una sit falsa, utraq; sit falsa. Verbũ enim ἄμφω αὐτοὺς ad sermones utrosq; retulit Alexander qui sermones.i. opiniones sibi inuicem succedunt. quia opinio Protagoræ emanauit ab illa Heracliti. Auerroes autem sic dicit, & Protagoras est illorum, qui opinantur hoc φ affirmatiua, & negatiua sunt simul: & φ omnes dicentes hoc, cogantur res esse dicere, & nihil esse. Ergo Auerroes retulit { ambas ipsas } ad propositionem affirmatiuam, & ad propositionem negatiuam, quas ambæ opiniones asserebant similiter aut esse veras, aut nõ esse veras. alij uerbum ἄμφω αὐτοὺς retulerunt ad vtrosq; authores Protagoram, & Heraclitum, qui ambo dicebant pariter omnia fateri aut esse, aut non esse: idest omnia esse aut simul vera, aut simul falsa: & ita contradictoria esse de eodem simul vera: uel simul falsa: tu vero cum Alexandro te teneas. deinde narrat motiuum Protagoræ, quod est tale, omnia, quæ videtur & apparent, talia sunt, qualia videntur, & apparent, omnia videntur vera & falsa, i. non vera, & falsa, & non falsa. igitur omnia simul sunt vera, & non vera, falsa, & non falsa. Ipse tamen profert ratione sub forma hypothetica, & dicit { nã si cuncta, quæ videntur, atque apparent, sunt vera } .i. talia sunt, qualia videntur, atq; apparent, et subaudi cum cuncta videantur, & appareant vera, & falsa, hoc est vera & non vera, falsa & non falsa { necesse est vniuersa simul vera, falsaq; esse } idest vera & non vera, falsa & non falsa: & ita contradictoria de eodem erunt simul vera, atq; simul falsa

Q ue Auer. comẽ.19.

Complures enim contraria sibi inuicem opinantur, & eos, qui eadem secum non opinantur falsa putare dicunt. Quare idem sit, & non sit necesse est.

Postquam necesse esse dixit, vt omnia vera essent, quoniam adduxit & falsa, docet, quomodo falsa quoque simul sint, & dicit { complures enim contraria sibi inuicem opinantur, & eos qui eadem } scilicet quæ ipsi opinantur { secum non opinantur, falsa putare dicunt } si enim vera dicunt, qui falsos eos putant, qui opposita ipsis opinãtur, profecto illi per eorum maximam falsi sunt, quo fiet vt omnes mentiantur, & omnes vera dicãt, si qui opposita inter ipsos opinantur, vera dicunt, vnde si omne quod uidetur, & apparet, sit ita vt apparet, & videtur, cum alter opinetur alterum contrariorum esse verum, erit verum, & oppositum, quod opinatur aduersarius opinetur esse falsum erit falsum. & econuerso aduersarius opinatur oppositũ priores esse verum, ergo erit verum, verbi gratia in terminis, Socrates opinatur, & sibi apparet, & videtur deum esse, & oppositũ videlicet deum non esse videtur sibi falsum. igitur verum est deum esse, & deum non esse erit falsum. econuerso Protagoras opinatur deum non esse, & deum esse videt sibi falsum, igitur verum erit deũ non esse, & falsum deum esse { Quare } vt inquit { idẽ sit, & nõ sit, necesse est } .i. quare sequitur omne, quod est verum esse falsum, & ita non verum, & omne, quod est falsum, idest non verum, esse verum, eo qa opposita apparent diuersis opinantibus. & non omnia quæ apparent, sunt quæ apparent.

Atq; si hoc ita sit. necesse est ea, quæ uidentur, omnia esse uera. qui nanq; uera & falsa dicunt, ac opinantur, opposita opinantur sibijnuicem. Quod si entia ita se habent, omnes profecto uera dicunt. patet igitur has utrasq; sententias ab eadem mente pendere.

Ex his, quæ dixit, concludit omnẽ opinionem esse ueram, quæ de hoc habetur, φ res sic se habeat, aut φ non sic se habeat, ut Alexander exponit, uel fortasse Aristoteles nũc docet conuersionem in tali opinione, asserẽs eum, qui contradictionem in singulis rebus verã esse dicit, consequi, ut visum omne sit uerũ & econuerso, vel fortasse docet utrũq;, & primo docet secundum, & dicit { atq; si hoc ita sit } videlicet vt cõtradictio in singulis rebus sit vera { necesse est ea, quæ uidentur, omnia esse vera } & sic opinio Protagoræ erit uera. deinde { qui nanq; uera, & falsa dicunt, ac opinantur, opposita opinantur sibiinuicem } quæ uerba obscure cum prioribus colligantur. propterea mihi videtur quòd Aristoteles supponat opposita uideri, atq; apparere, vt concludat in singulis rebus ueram esse contradictionem, vt sit conuersio vniuersa hæc, si contradictio in singulis rebus sit vera, visum omne est verum, & econuerso, si visum omne est verum, contradictio in singulis rebus erit vera. huius cõuersionis secundæ per hæc verba affert cãm, ex eo quia diuersis apparent oppositæ opiniones. & hoc ait { qui nanq; uera } .s. sua { & falsa } ea, q̃ sunt aliorũ { dicũt, ac opinant, oppositæ opinant sibijnuicẽ } ergo diuersis apparẽt oppositæ opiniones. Sed cũ omne visum sit tale, quale vr̃, fit, vt oppositæ opiniones in singulis rebus sint veræ: & ita in singulis rebus erit contradictio vera. Tunc concludit primũ videlicet omnem opinionem esse ueram, & dicit { Quòd si entia ita se habent } vt. s. oppositæ opiniones in singulis rebus sint veræ { omnes profecto uera dicunt } & ita omnes opiniones erunt veræ. Tunc epilogat reductionem opinionis Protagoræ ad illam Heracliti, & Stoicorũ, & dicit { patet igitur has vtrasq; sententias } .s. Protagoræ & Heracliti { ab eadem mente } .i. ab illa eadẽ maxima, Omne uisum est verum { pẽdere } quare fit, vt altera sequatur alteram: dictio hæc mihi fuit obscura, cuius expositio si placet teneatur, si vero non videtur consona, quæratur alia, mihi autem satis sit monstrasse locum.

Disputationis. ἐντεύξεως. Colloquij.

Non est autem idem disputationis modus ad omnes. quidam enim persuasione indigent, quidam ui. qui nanque dubitando sic existimauerunt, eorum ignoratio sanari facile potest. non enim orationi, sed menti ipsorum est occurrendum. Qui uero disputationis gratia ita dicunt, eorum est curatio redargutio orationis: quæ in uoce nominibusq; consistit.

Expositor sic continuat, φ postq̃ Aristoteles posuerit rationes contra negantes primum principiũ, hic ostendat quonam modo diuersimode sit procedendum contra diuersos, qui ex diuersis uijs in prædictum errorem deuenerunt, Alexander uero sic dicit, postq̃ eadem dicere docuit, qui cuiusque uisi ueritatem asserunt, & qui omnis contradictionis ueritatem tuentur, ac ipsorum dicta uicissim ex alteris altera consequi, & ab eodem sensu profici demonstrauit, impugnaturus iterum propositam opinionẽ, ac ipsius assertores, non eisdem rationibus in omnes, qui talia dicunt, vtendum esse demonstrat. ad cuius euidentiam supponendum, aliquos deduci ad errores propter dubitationes, quæ occurrunt, quas, cum soluere ignorauerint, in errores incidunt, aliqua uero in errores ueniunt disputationis gratia, non φ res sic se habere persuasum habeãt, sed quia volunt positionem pertinaciter tueri, & omnibus modis, quibus possunt, tergiuersari: vt sit dicere propter proteruiam. contra primos igitur ait non esse occurrendum, ut sermo refellatur eorum, sed ut sententiæ detegatur error, quo hallucinati à ueritate, in hanc professionẽ deflexere. ad sanitatem enim protinus redeũt, si ueritas ipsis fuerit commostrata. contra uero secundos, sermonis redargutionem, quæ in uoce, nominibusq; consistit adhibendam esse ait. quippe cum non perinde sentiant, atq; loquuntur & ita



& ita horum curatio est vocis redargutio. i. isti sola uocis redargutione indigent, quoniam horum dicta, nominibus, & oratione, uoceq; tenus procedũt. vnde dicit { non est autem idem disputationis modus ad omnes } .s. qui cuiusq; uisi ueritatem asserunt, & qui omnis contradictionis ueritatẽ tuentur, sed diuersis rationibus in omnes, qui talia dicuntur, utendum est. deinde exponit hos modos, & dicit { quidam enim persuasione } qua. s. detegatur eorum error { indigent. quidam vi } .i. redargutione, quæ nominibusq; consistit: deinde exponit hos per ordinem, & primo primos, & dicit { qui nanq; dubitando sic existimauerunt } vt omne uisum sit verum, & contradictio sit de eodẽ, & non propter proteruiam sed quia dubitationes nesciebant soluere { eorum ignoratio sanari facile potest. non enim orationi, sed menti est occurrẽdum } occurrere orationi est adhibere vim per certamen, & redargutionem, quæ consistit in disputatione. occurrere vero menti est errorem detegere argumenta, quibus ducuntur in errores, soluere. & quia soluere dubitationes, quæ ligant mentem, & detegere errorem, facile fiunt, ideo ait eorum ignorationem sanari facile posse. deinde exponit secundos, & modum procedendi contra eos, & dicit { qui uero disputationis gratia ita dicunt } .s. φ esse uisum sit uerum, et cõtradictio etiam, ut Protagoras { eorum est curatio redargutio orationis, q̃ } curatio uidelicet { in uoce nominibusq; consistit } curatio, quæ in uoce nominibusq; cõsistit, ut Alexander inquit, est disputatio, quæ fit per certamen. Expositor autem per curationem, quæ in uoce, nominibusq; consistit, intelligit redargutionem, quæ accipit pro principio nomina aliquid determinatum significare: & sit oportet rediré ad redargutionem, qua philosophus superius usus est. unde & Auerroes ait contra eos, qui propter proteruiam tenẽt omne uisum esse uerum, & etiam contradictionem, non posse loqui in hac quæstione, nisi prius uerificemus significationes nominum, nam cum concesserunt nomina habere proprias significationes, tunc possibile erit disputare cum eis, & sic Expositor cum Auerroe uoluit conuenire.

Q ue Auer. Comẽ.19.

In ijs autem, qui dubitant, hæc opinio, quod contradictoria contrariaq; simul eidem insint, ex eo ex sensibilibus rebus orta est, quia contraria ex eodem fieri uidebant. Quod si impossibile est id fieri, quod non est, res antea similiter profecto erat utrunque. quẽadmodum & Anaxagoras inquit quodlibet esse in quolibet, atq; Democritus. etenim iste vacuum, atq; plenum in quauis esse parte censebat, & tamẽ horum alterum ens, alterum non ens esse dicebat.

Nunc qui res sic se habere putant, nec dicta pertinaciter tuentur, ij unde in hanc opinionem, sententiãq; processerint, docet, & ita exequitur de intento, & quia contra eos, qui in dictum errorem ex proteruia inciderunt, argumentum est supra inductum ex nominis significatione, ideo nunc tãtum procedit contra eos, qui ex dubitatione in dictum errorem deuenerunt, & primo disputat contra eos, qui tuentur ueritatem contradictionis, deinde suo loco contra eos, qui uisa uera esse putabant. ergo primo præmittit eorum motiuum, & dicit { In ijs autem qui dubitant } .i. in ijs autem qui venerunt in supradictum errorem propter dubitationes { hæc opinio } uidelicet { quòd contradictoria, contrariaq; simul eidem insint } .i. de eodem simul uera sint { ex eo ex sensibilibus orta est, quia contraria ex eodẽ fieri uidebant } utputa per modum generationis, & motus. appellat autem hos Aristoteles dubitantes, quoniam ratione, quæ probabilis uideri poterat, in hanc persuasionẽ, quæstionemq; ducti sunt, quapropter eosdẽ sanationi opportunos esse dixerat, dixit autem contraria, quoniã si contraria fiunt ex eodem, sequitur etiam vt contradictoria generentur ex eodem, nam semper alterum contrariorum est nõ alterum, verbi gratia uidemus ex terra fieri aquam, quæ est frigida, & aerem, qui est calidus, cum calidum non sit frigidum, etiam ex terra fient contradictoria. deinde procedens ad eorum motiuum dicit { Quòd si impossibile est id fieri, quod non est } .i. quòd si vera est illa sententia ex non ente nihil omnino effici posse. hæc enim omnium, qui de natura disputauerunt, communis sententia fuit { res antea similiter profecto erat vtrunque } .i. ambo contraria, quæ ex terra fiunt, res p̃fuerunt, & entia, & res, ex qua contraria fiunt, oportet apud eos, ut prius in se habeant ambo contraria, & eadem ratione contradictoria, nõ autem potest præhabere illa, nisi ambo ipsa prædicentur de ea re, ex qua fiunt, ergo contradictoria, atq; contraria erunt simul uera de eodem. Quòd autem utrunq; contrariorum, quod fit ex terra, vel ex alio quouis prius insit, probat, & dicit { quemadmodum & Anaxagoras inquit, quodlibet esse in quolibet } & ita contraria, quæ fiunt ex terra, ambo erunt entia in terra { Atq; Democritus } qui idẽ sentit { etenim iste uacuum atq; plenum in quauis parte } .s. corporis mixti { esse censebat } quoniam ex quauis parte fieri vacuum, & plenum censebat { & tamen horum alterum ens, alterum non ens esse dicebat } & ita contradictoria. Democritus ergo qui plenum ens esse dicit, inane uero nõ ens, & omnia, ex quibus generatio fit, in omnibus pariter esse, consentaneum rationi facit, ut contradictio in cunctis rebus uera sit, nã unaquæq; res secundum aliud eorum, quæ ipsi insunt, est ens. s. secundum plenum, secundum aliud, non ens, utiq; secũdum inane. cæterum plenũ ens, inane uero non ens à Democrito appellari solitum cõmemorat, forsitan, ut eius sententiæ turpitudinem aliquam innuat. nam cum statueret uacuum esse non ens, & ex non ente nihil fieri putaret, tamẽ ex uacuo cuncta fieri dicebat non minus q̃ ex pleno, cum inane vocaret non ens, nam generationem ex non ente fieri dabat, quod vt effugeret, mixtione dicebat generationem fieri: & non tantum ex vacuo ipso.

Ad eos igitur, qui ex his ita existimauerunt, partim recte dicere, partim ignorare ipsos, dicemus. ens enim dupliciter dicitur, quare fieri quippiam ex non ente partim potest, partim non potest. & simul idem ens & non ens esse potest, non tamen eodem modo. etenim potentia quidem fit, ut idem sit contraria simul, actu autem nequaquam.

Cum assignasset motiuum eorum, qui contradictionis veritatem sustinent, nunc non concertando, & redarguendo, sed dissuadẽdo in eos disserit, & dicit { Ad eos igitur, qui ex his } .s. dubitationibus { ita existimauerunt } .i. putauerunt contradictionis ueritatem, ut puta non propter proteruiã in disserendo, sed propter ignorantiã soluendi dubitationes { dicemus ipsos partim recte dicere, partim ignorare } & reddit rationẽ, & dicit { ens enim dupliciter dicitur } subaudi & non ens etiam dupliciter dicitur. & qm̃ multiplex in uno sensu est uerum, in alio non, ideo concludens solutionẽ in cõmuni, dicit { quare fieri quippiã ex non ente partim põt, p̃tim non põt: & simul idẽ ens, & nõ ens, eẽ põt utputa id. ex quo cõtraria fiunt. nõ tñ eodẽ modo } ut terra est potẽtia calidũ et humidũ, actu uero nõ nisi corpus frigidũ, ideo subdit { etenĩ potẽtia qdẽ fit, ut idẽ sit cõtraria simul } uelu ti tepidũ potentia est calidũ & frigidũ { actu aũt nequaq̃ } vñ quia nõ ens est duplex, quoddã, qd' oĩno nihil est, aliud est quidem potentia, sed qm̃ nõ est actu, iccirco dicitur non ens, quod enim potentia est ens, id qm̃ in cõfinio eius est, qd' actu est, & omnino nõ entis est, quodãmodo ens est, quodã modo nõ ens, & ex sic non ente generatio est, non tamen ex proprie, & simpliciter non ente. nec quod isti aiunt quicq̃

prohibet aliquid esse, & idem nō esse. at non secūdum idem fieri potest, ut idem sit, & non sit, sed secundum diuersa. non enim aliquid est potentia, & non est potentia, uel aliquid est actu, & nō est actu, sed secundum diuersas rationes aliquid est, & idem non est, potentia quidem est, actu uero non est. quæ diuersæ rationes sunt. Quare in hoc ipso non erit contradictio: cum contradictio sit eiusdem & secundum idem. non enim est absurdum dictu, ut idem sit potentia cōtraria, cum actu fieri nequeat. quoniam materia eadem res opposita potentia est, q̄ quidē actu esse nō potest, eadem tamen ex parte seruat vtrunq;. neq; enim cum actu existit iam, potentiam amisit. Quoniam de his satis dilucide quinto physicæ auscultationis disputatum est, ideo de his hactenus. illud aūt quod Iuniores dicunt Aristotelem esse locutum de potentia subiectiua, & de actu formali, non est absq; dubitatione, primo quidem quia fortasse Aristoteles non nouit potētiam obiectiuam esse diuersam à potentia subiectiua, nec actum formalem ab actu existētiū, ut ipsi loquuntur. deinde quia si materia esset potentia subiectiua, non esset formaliter opposita, sed subiectum oppositorum potentia. at quod est opposita potentia subiectiua, nunq̄ erit aliquod illorum formaliter. non enim superficies erit potētia albedo, sed potentia alba, sic materia non erit potētia ignis, sed ignea. quoniam est subiectum aptum recipere formā ignis. cū igitur ens in potentia sit potentia contraria, oportet ut ipsum formaliter sic aliquando ipsa contraria fatem uicissim. non potest autem materia aliquando esse contraria, nisi sit ens in potentia obiectiua, & contraria cum fuerint actu, in actu existentiæ. ergo apud Aristotelem idem est ens in potentia obiectiua, & in potentia subiectiua: sed horum dilucidatio petenda est ab auscultatoris libris.

Que Auer. cōmē. 6. 52.

Et insuper eos admonebimus & ad aliam in ratione rerum substantiam esse existimare, cui neque motio, neque corruptio penitus, neque generatio competit.

Affert secundam solutionem, quæ datur per instantiam, afferens eos esse mouendos ne ea tantum esse putent, quæ oriuntur, & occidunt, sed esse etiam alia entia ingenita, & immortalia, motionisq; immunia, quibus nunq̄ insunt opposita, siquidem nē mutantur quidē omnino, nec ex ipsis quicq̄ efficitur, quales sunt diuinæ substantiæ: unde dicit { Et insuper eos admouebimus & ad aliam in ratione rerum substantiam esse existimare, cui neq; motio, neq; corruptio, penitus, neq; generatio competit } qua substantia posita, patet fieri non posse ex eorum ratione, ut tali substantiæ insint opposita, cum ex ea nihil fiat: nec ipsa fiat. hanc autem responsionem attulit propter Platonicos, ut Auerroes inquit, qui substantiam aliam à sensibilibus posuerunt motus, generationis, atq; corruptionis expertē omnino: ut ideam, de qua dantur definitiones, & fiunt demonstrationes, ut certa scientia habeatur, cum de sensibilibus propter mutabilitatem, contrarietatisq; permixtionem scientia haberi nō possit. Ex positor uero primam solutionem longe magis laudauit.

Que Auer. cōmē. 20.

TEX. 21.

Similiter autem & opinio non nullorum de ea ueritate, quæ in apparentibus rebus consistit, ex sensibilibus oritur. non enim uerum ipsum multitudine, neque paucitate discerni oportere censent. uelut cum idem aliis dulce, aliis amarum gustantibus esse uidetur, nam si omnes ægrotarent, aut omnes insani essent, duo uero uel tres ualetudinem, aut mentem haberent, hi quidem ægrotare uiderentur, cæteri uero nequaquam.

Velut. τὸ, δ' αὐτο. Hoc autem. Nam. ὥστε. Quare. Quoniam.

Nunc transit ad eos, qui dicebant omne uisum uerū esse, non q̄ hoc ob certamen in disserendo pertinaciter sustinerēt, sed qa ignorarent dubitationū dilutionem, unde dicit { similiter autem & opinio nōnullorum de ea ueritate, quæ in apparentibus rebus consistit } .i. quæ est de omni uiso q̄ sit verum { sensibilibus oritur } quēadmodū opinio, quæ est de veritate contradictionis, profecta est erroris cā a sensibilibus, quæ oriuntur, & occidūt. nam quēadmodum ueritas contradictionis ex eo oriebat, quia uidebant ex eodē opposita generari, sic ueritas apparentiū ex eo oritur, quia de eodem sensibili habent oppositæ opiniones. De eodem. n. gustabili uidemus aliis dulce, aliis amarū uideri. deinde remouet tacitam responsionē, quæ est, ut uerū iudicium de sensibilibus habeantur, quod accipitur a pluribus, & de veritate etiam id uerū est censendum, quod opinantur plures. & ita non sequit omne uisum esse verum, sed qđ videtur pluribus. Primo ergo affert hanc rīsionem sub nota refutationis, & dicit { non. n. ipsum uerū multitudine, neq; paucitate discerni oportere censent } ut quidā asserunt, qui opinantur uerū esse, qđ oibus uel pluribus vī, falsum aūt qđ nulli, uel paucis { velut cū idē aliis dulce, aliis amarū gustātibus esse videt } non est dicendū illud esse dulce, quod omnibus, vel pluribus apparet dulce, amarum uero qđ omnibus uel pluribus ēt tale apparet. & affert cām, & dicit { nā si oēs ęgrotarent }. .f. febre biliosa { aut oēs ēnt insani } nō potētes. .f. discernere verū { duo uero, aut tres ualetudinē, aut mentē haberent, hi quidē } .f. pauci, qui sanū gustū hērent { ægrotare uiderenē } iudicando qđ dulce est, esse dulce { cæteri uero }. .f. plures, qui iudicarent dulce esse amarū, ppter linguam, quæ rubra bili affecta est, cum sint plures { non viderenē } ęgrotare: fed sani esse. qm̄ pre multitudine talium, iudicium eorū præferretur, & ita fieret, ut sani reputarent. cum salubritate, & præferentia iudicij homo censeat sanus. non ergo multitudine, & paucitate uisoꝝ ueritas est dijudicanda. hoc pacto authores apparentiarum responsionem illam tacitam refutarunt.

Que Auer. cōmē. 21.

Præterea compluribus cæterorum animaliū contraria de eisdē apparent, & etiam nobis.

Cum proposuisset opinionem de veritate apparentiarū, esse ortam ex sensibilibus, & assignasset primū exemplum ex gustu nostro, ex quo clare patet nobis emergere oppositas opiniones, quatenus idem apparet aliis dulce, aliis amarum, nunc affert secundū exemplum: ex quo ēt declarabit idem sensibile aliis dulce, aliis amarū videri, & dicit { præterea cōpluribus cæterorū animalium contraria de eisdem apparent, & ēt nobis } ut oliuæ ramus esse pōt nobis exemplo, qui animalibus ipsum depascentibus dulcis est, idē nobis hominibus amarus. Insuper ramus rubi capris est iucundissimus, hominibus autem amarus: & centum talia.

Et insuper cuiq; ad seipsum non eadem semper sensu uidentur. quænam igitur horum uera sint, aut falsa, incertū est sane. non enim hæc magis uera q̄ hæc sunt, sed æque.

Quòd de eisdem sensibilibus contrariæ opiniones sint, etiam probat exemplo sumpto a nobis. nam idem homo in diuersis temporibus differēter de sensibilibus iudicat, quod enim nunc videtur dulce, atq; sapidum, alio tempore videt amarū, atq; insipidum: vnde { Et insuper cuiq; ad seipsum non eadem semper sensu videnē } sed subaudi diuersis temporibus diuersa. & propterea concludit { quæna igitur horum vera sint, aut falsa, incertum est sane } non. n. pōt certa ratio assignari, qua fiat manifestum, quæ harum opinionū sit uera, aut quæ sit falsa. quia non magis una earum uidetur vera uni q̄ altera alteri { Sed æque } quæliber. .f. erit æqualiter vera, uel æqualiter falsa. Hinc orta fuit sententia de visis, videlicet q̄ omne visum sit verū. vnde & Auerroes sic dicit, & cum ita sit, tunc sensibilia non habent in se ipsis veritatem

Que Auer. cōmē. 23.



ritatem comprehensibilem, sed sunt sic uel aliter secundum cōprehēdēs, hoc est ex parte differēiq eoꝝ, qui cōprehēdūt.

Que Auer. Com. 21.

Quapropter Democritus ait, aut nihil esse uerum, aut nobis incertum.

Notatis huiusmodi discriminibus, affert nunc opiniones, quæ ex his argumētis emerserūt, & primo assignat sententiā Democriti, & dicit { Quapropter Democritus ait, aut nihil esse uerum aut } si verum est { nobis } est { incertū } atq; incognitum: propterea q̄ similiter sese habeant in opposita qui de sensibilibus opinantur. vnde & Auerroes dicit sic, & ideo dixit Democritus fieri ex hoc alterum duorum, aut, vt nihil habeat ueritatem in se extra animam, aut vt non comprehēdatur aliquo modo: hæc est opinio Democriti: quam Expositor ex eo persuadet, quia nostra cognitio certa accipitur ex iudicio sensuum. At sensuum iudicium nō est certum, cum sensus non semper eodem modo iudicet.

Quia vero uniuersaliter existimabāt prudentiam esse sensum, & quod apparet per sensum, hanc alterationem esse, ex necessitate uerum esse dicunt.

Cum explicasset omne uisum esse uerum, & hanc opinionem esse ortam etiam ex sensibilibus, ueluti ea positio, quæ est de ueritate cōtradictionis, nunc affert causam dictæ opinionis at iuxta hāc expositionem Aristot. facit enthymema cuius antecedens est una copulatiua, cuius primam partem assignat, & dicit { Quia uero uniuersaliter } subaudi q tētur ueritatem uisoꝝ { existimabant prudentiā }. .i. iudicium quo ueritas diiudicatur { esse sensum }. .i. cognitionem sensitiuam, quæ dicitur sensatio: deinde affert secundā partem, & dicit { & quod apparet per sensum }. .i. & existimabant econuerso sensationem { esse hanc alterationē }. .f. quæ est prudentia, quasi dicat, quia crediderunt iudicium, quo veritas dijudicatur esse sensationem, & econuerso sensationem esse iudicium, quo veritas iudicatur, tunc dat ex hoc antecedente conclusionem, & dicit { ex necessitate } id omne, qđ sm sensum apparet { verum esse dicunt } Vt sit syllogismus ad hunc modum, prudentia est vera: omne uisum est prudentia: omne igitur visum est verum. accepit autē prudentiam pro iudicio, quo veritas discernitur a falso, & accepit etiam maiorem in conuersione, vt innueret veritatē eius propositionis, quæ pro maiore accipitur. Alexander autem legit hanc dictionem hoc pacto { omnino autem, quoniam prudentiam sensum esse, hunc autem alterationem esse putarunt, ideo id, quod sensu uidetur, necessario verum inquunt esse } & tunc dictionem hāc sic inducit, quoniam eadē neq; omnibus, neq; eisdem semper similiter videnē. sed alia aliis, & eisdem diuersis temporibus diuersa, quod cuiq; videret, id illi uerum esse putabant. & tunc iuxta hanc expositionem enthymema accipit pro antecedente duas propositiones, quę valent vni copulatiuæ, quarum primā affert, & dicit { omnino autem quoniam prudentiam sensum esse } subaudi putarunt, hæc est prima, deinde affert secundam, & dicit { hūc autem }. .i. & hunc sensum { alterationem esse putarunt } quoniam, ut Alexander inquit, hmōi comprehensionē fieri hominibus a sensibilibus alteratis existimarunt. nam ut sensus patitur, sic sensibilia, quibus sensus ipse disponitur, a sensu patiuntur apud eos. Ideo ex hoc antecedēte copulatiuo, dat consequens, & dicit { ideo id, quod sensu uidetur } ideſt ideo omne uisum { necessario verum inquiunt esse } & ita textus potest sic resolui ad artem priorificam, prudentia est sensus: verum est, quod prudentiæ videtur: igitur verū est, quod videtur sensui. Sed tunc iuxta hanc expositionem secunda propositio videtur superflua, cum non faciat nec ad syllogismum, nec ad prosyllogismum, fortasse diceret Alexander secundam propositionem esse superfluam ad syllogismum, nō autem ad terminū, ex quo fit syllogismus, quoniam per secundam propositionem exponitur quid sit intelligendum per sensum, nam sensus potest accipi pro potentia sensitiua, & pro actu, q̄ est alteratio facta a sensibilibus, vt igitur innueret se per sensum intelligere non potentiā sensitiuam, sed actum, qui est sensatio ipsa. nam prudentia nō est potentia sensitiua, sed sensatio, ideo attulit secundā propositionem. Prima nostra expositio satis admodum consonat verbis græcis nostri codicis. Hanc uero Alexandri expositionem Argyropylus in suis trāslationibus secutus est. Auerroes autem per prudentiam intellectum. .i. intellectionem exponit. & ideo ait, & causa erroris eorum est, quia existimabāt q̄ intellectus sit sensus. .i. q̄ intellectio sit sensatio, & q̄ non discrepent in aliquo, & opinabātur q̄ scientia necessaria comprehendatur sensu, & cum viderunt q̄ sensibilia habeant dispositiones diuersas apud sensum, crediderunt nullam scientiam esse necessariam omnino, sed q̄ omne uisum sit verum, & falsum. hæc Auerroes: cuius expositio discordat Que Auer. cōmē. 21. nostræ aptari non potest, licet sit verum id, quod dicit. Expositor autem per prudentiam indifferenter exponit sapientiam, vel scientiam, & iuxta eius expositionem ratio potest sic componi, omnis cognitio sensitiua est de necessitate uera: omnis sapientia uel scientia est cognitio sensitiua: igitur oīs sapientia vel scia est de necessitate uera. de ratiōe primo tangit minorē, & dicit { oīno aūt, qm̄ prudentiā } .i. omnē intellectualē cognitionē { sensum esse } .f. putarunt, hæc est minor. Maior uero pōt sic prosyllogizari, oīs alteratio facta a sensibilibus est necessario uera, qm̄ correspōdet sensibilibus, a quibus proficiscit: sensatio est alteratio, quæ fit a sensibilibus: ergo sensatio est oīno uera. de prosyllogismo tangit minorē, & dicit { hūc aūt sensum } .f. hoc est sensationem aūt oēm { putarunt } esse alterationē, quæ vs fit a sensibilibus: igit sensatio est ex necessitate uera, deinde affert conclusionē syllogismi principalis, & dicit { ideo id, qđ sensu videt, necessario uerū inquiunt esse } Q uæ expō satis bene potest dictioni accommodari. Ostendit aūt Expositor hanc rōnem non ualere, primo quia non distinguit inter sensationem, et intellectionē, deinde quia supponit iudicium sensus nunquā decipi, quod falsum est, qm̄ plerūq; decipit & circa cōia sensibilia, & circa sensibilia per accidens. Insuper ēt et circa propria sensibilia nonnunq̄ fallit, aut propter improportionē, quā habet ad ea, aut pp indispositionem instrumentarij sensorij, hinc fit, vt sensus interdum iudicet de ipsis sensibilibus aliter quàm sint in re. non ergo necessario omne visum est verum.

Dubitatio.

Ex his enim & Empedocles, & Democritus, ac cæterorum, ut simpliciter dicam, unusquisq; talibus opinionibus obnoxij sane fuere. etenim Empedocles mutato habitu, prudentiam mutari dicit cum inquit,

Ad præsens hominum crescit sapientia semper.

Et alio rursus in loco dicit,

Vt uario semper mutatur corpore quisq;,
Sic sapere est illi mutato, ac mente moueri.

Nunc eorū opiniones recitat, qui motiuis assignatis adhęrunt, & ut Alex. inquit, hic docet eos, qui prudētiā sensum esse putarunt, ac tradiderunt. &, vt Expositor recte inquit, quæcūq; narrat de mente eorum in duo tendere videnē, & q̄ intellectus sit idem, quod sensus, ut colligat intelligentiā esse sensationem, & q̄ ipsum uisum sit verum: recitat autē opiniones diuersorum authorum, & primo illam Empedoclis, quam Democritus Abderita sectatus est, & dicit { Ex his enim & Empedocles, & } eius sectator { Democritus, ac cæterorum (vt simpliciter dicam) vnusquisq; talibus opinionibus } quæ sunt de veritate contradictionis, & de veritate apparentium { obnoxij } atq; obediētes { sane fuere }

dico { ex his } .s.motiuis, causisq; assignatis.nam idcirco in hanc sententiā uenerunt, quia putabāt prudentia fungi idem esse, quod sentire. prudentiam aūt ueritatis esse cognitricem, & demonstrat in hac sententia fuisse Empedoclem ex ipsius dictis: & dicit { Empedocles enim habitu mutato } .i.dispositione corporis mutata { prudētiam dicit mutari } quasi innuat intellectum, cuius opus est ipsa prudentia, sequi habitudinē corporis, quemadmodū & ipse sensus. uel per habitū, vt Alexander inquit, alteratione intelligit, quasi dicat vt homines alterantur (quod efficitur à sensibilibus) sic itē sapiūt, & opinantur. uel per habitum (vt idem Alexander) intelligit habitū, quem obtinent ex crebris actibus sentiēdi, quo uidelicet habitu fit, ut sic, aut sic sentiendo, de re ipsa opinentur. deinde affert carmen Empedoclis, et dicit { Cum inquit Ad præsens hominum crescit sapientia semper } uerbū { sapientia } in græco carmine μῆτις legit, cōsilium, quod prudentia dicitur, interpretatur Alexander, nam consilium proprium est sensus, nec ab ratione, quoniam sm̄ id, quod inest, apparetq;, efficitur hominibus prudentia, ueritatisq; comprehensio. dixit autem { ad præsens } quia prudentia crescit in hominibus { ad præsens } hoc est per hoc ꝙ aliquid noui incipit inesse homini pro præsenti tempore: quod idē carmine illo statim, quod subiungit, significat, & dicit,

Et uario semper mutatur corpore quisq;,
Sic sapere est illi mutato, ac mente moueri.

Ecce quō p habitū alterationē ītelligit, quasi velit dicere, ut hoīes alterātur (qd' efficicitur à sensibilibus) sic item sapiūt, & opinantur. & ideo ait { & } vt { quisq; uario semper corpore } .i.alterato semper corpore { mutatur } sic { sapere, ac mente moueri } .i.ip̄m intelligere { illi } .s.homini { mutato } sm̄ corpus { est } .i.aduenit. ergo per habitum intelligit alterationem: qua corpus mutatur in dies. sm̄ enim dispositiones p̄sentes noua consilia, nouæq; uoluntates, ac deliberationes, siue nouæ prudentię hominibus increscunt: q̄si consilium & prudentia, atq; sapere sequantur solam alterationem corporis, quæ uaria est pro p̄sentia variarum rerum quæ in dies occurrūt. non autem uim aliquā intellectualem in homine, quæ sit præter sensum. Auerroes autē per habitum, exponit temperaturā, quæ à medicis dicitur complexio. Empedocles enim dicebat varios intellectus habere diuersa iudicia, & ꝙ unusquisq; intellectus propriā sequatur complexionem: & ideo dixit eum, qui mutatur de una complexione in alterā, transmutari de uno intellectu in alterum. Et affert Auerroes signum, quo mouebat Empedocles, ex infirmis, q mutāt ītellectū mutatione cōplexionis. sed utrū p habitū sit intelligēda cōplexio, fortasse dicemus postmodū. illud tñ nolo te ignorare hoc eē declaratū lib. sc̄do de anima.

Q ue Auer. cōme. 21.

Q ue Auer. cōme. 150.

**Et Parmenides eodem etiam modo dicit,**
**Namq;, ut quisq; suam retinet p mēbra reflexa**
**Temperiem, sic mente ualet mortalis vbiq;.**
**Idem enim quod quidē sapit membrorū natura hominibus, & omnibus, & omni. quod .n. est amplius, intellectus dicitur.**

Adducit tertio opinionem Parmenidis, ut ostendat eum cum antedicta opinione cōuenire, & dicit { Et Parmenides eodem etiam modo dicit } de intellectu, ut dixerunt Empedocles, & Democritus, cuius carmē referens inquit { Namq; vt quisq; suam retinet per mēbra reflexa Temperiem } .i. complexionem, & temperamētum { sic mortalis ubiq; } .i. quilibet { mente ualet } hoc est sic afficitur in sapientia, consilio, & intellectu. ergo qualis est cuiq; corporis temperatura, & habitus, talis in eo sequitur prudētia, quasi uelis ut prudentia quō temperamentum corporis ducit, eo cōsequatur, & alterationis, quæ à sensibilibus efficitur, assecla comesq; sit. deinde ostendit idem significari ab eodem Parmenide, et dicit { Idem enim } subaudi significauit Parmenides in alio loco, cum inquit { quod quidem sapit membrorum natura in hominibus } quasi uelit, ut membrorum natura .i. temperamentum sit id, quod sapit in hominibus, & idem significauit ī alio loco, cum ait { & omnibus, & omni } uel ut dictio Alexandri habebat { & omnino in cunctis } subaudi natura est q̄ sapit & affert causam, & dicit { quod enim est amplius } .i. quod enim est supremum omnino in cūctis { intellectus dicitur } .s. in ipso homine cui sapere ipsum & opinari ex corporis temperamento pendet, & secundū id fit, quod in corporis dispositione amplius est, & exuperat. ergo Parmenides: ut uarijs locis colligit, mentem uoluit esse naturam siue complexionem, quæ eadē sensus ipse est. alius quidam legit sic { quod quidem sapit, hominibus } est { membroꝝ natura, & omnibus } .s. partibus hominis { & omni } idest & uniuerso. uerum quod in homine plus est, dicitur intellectus, et in partibus hominis, in toto uero dicitur natura. ergo idē est ītellectus, & natura, hominibus quidem & partibus hominis, quod amplius est, dicitur intellectus, in uniuerso uero dicitur Deus, sed siue Deus, siue ītellectus dicatur, natura est, & temperamentum membrorum. & sic sensus ipse uidebitur esse. Expositor legit alio modo, sed re vera expōnes omnes sunt obscurę, etsi dictio Alexādri ita fuerit, ut ait, Alexander dubio procul recte exposuit, Nolo tamē ignores Argyropylum virum alioquin doctissimū, atq; disertissimum, ita per carmen uerba hæc in latinum uertisse { idem & hoc post eiusdem } .s. Parmenidis subaudi uerbis īterpositis ait, { plurima id cūctis mēs est mortalibus æque } per quę dat intelligere mentem plurimam esse in cunctis q̄ utunt operibus consilij, & prudentiæ { æque } q̄m in cūctis est temperatura, licet nomine discrepet, quia, vt Expositor ait, in partibus mūdi dr̄ nā, in uniuerso Deus, at in hoībus intellectus, in oībus tñ talibus est nā, siue tēperatura, vt Auerroes inquit, quæ sm̄ cōplexionē, atq; cōpositionē dicit in hominibus ītellectus. hæc sunt, quæ habentur de huiusmodi dictione.

Q ue Auer. cōme. 21.

**An axagoræ etiam sentētia recēsetur ad non nullos suos familiares, talia ipsis fore entia, qualia utiq; existimabunt.**

Adducit quarto opinionem Anaxagoræ, vt ostēdat eum cum antedicta positione etiam conuenire, & Argyropylus verbum πρὸς pro a uel ab sic transtulit { Anaxagorę etiam sententia } talis { recensetur a quodam familiarium } Alexāder uero legit πρὸς pro ad, sed cōuertit { ad } in casu datiuo hoc pacto, Anaxagoræ etiam sententia recensetur, qua suis familiaribus, discipulisq; breuiter quid de re hac sentiret exposuit, dicens { talia ipsis fore entia, qualia utiq; existimabunt } dicere autem, ut Alexander inquit, talia cuiq; erunt, qualia existimabit, hominis est, qui omnem opinionē ueram esse statuit, & res tales esse, quales esse vñr. quo fit, ut omnis opinio sic uera apud Anaxagoram, atq; omne uisum uerū.

**Aiunt insuper & Homerū uideri huiusmodi opinionē hr̄e, ꝙ Hectorē fecerit quasi mente dimotū ex ictu iacere aliud sapiētē, ppea ꝙ sapiūt qdē & ij, q mēte sunt dimoti, sed non eadem, patet igitur, si utraq; prudentia sit, & entia ita simul, & non ita se habere.**

Vltimo adducit opinionē Homeri, quē huic opinioni astipulari ait, & dicit { Aiūt īsup & Homerū hmōi opinionem hr̄e, ꝙ Hectorē fecerit quasi mēte dimotū } huc ē semotum mēte { ex ictu } .i. ex accepto vulnere { iacere aliud sapientē } ubi Arist. Hectorē sapere dicit, sed alia sapere { ppea } ut inqt { ꝙ sapiūt qdē & ij, q mēte sunt dimoti } quasi nihilominus prudētiæ sit eius, qui est mētis emotæ, tūc cōcludit ppositū ap̄ Homerū, & dicit { patet igr̄, si utraq; prudentia sit } .i. si ēt in sani sapiūt. sape āt est uerū cognoscere, ēt īsani ueꝝ cognoscēt. ꝙ si insani prudētiā hēant, uerūq; cognoscāt { patet igr̄ et entia ita simul, et non ita se habere } .i. vt res

simul



simul sic, & non sic se habeant. Dixit autem { aiunt insuper & Homerum } quoniam ex aliorum sententia. ita Homerum intellexisse autumat. per quæ patet Aristotelem superius per habitum intellexisse temperaturam, nam & sensus, & intellectus apud hos authores temperatura sunt quędam. non enim isti cognouerunt essentiam intellectus, qui substantia est deforis accedens temperaturæ, & utens corpore ad sui opiniones.

**Certe id, quod emergit, absurdissimum quoq; est. si enim qui maxime uerum perspicere possunt (sunt autem ij, qui maxime quærunt hoc ipsum, & amant) ij tales opiniones habeant, & hæc de ueritate dicant, quonam pacto non censent dolore afficere eos, qui philosophari aggrediuntur? quærere nanq; ueritatem perinde erit, atque si uolantia quispiam persequatur.**

Nō censent dolore afficere. οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι. Nō dignum tristari. Nō cōcidet animus. Nō deficiet animus.

Disputat ijs, & ueterum opinionibus expositis de rerum iudicio, & cōprehensione ueritatis, ex magnorū horum uirorum controuersia ostendit alienū quoddam ac difficillimum sequi, & dicit { Certe id, quod emergit } subaudi ex hac magnorum uirorū controuersia { absurdissimū quoq; est } deinde exponit huiusmodi absurdum, & dicit { si enim qui } omnium .s. { maxime uerū perspicere possunt } & interponens horum expositionē dicit { sunt autem ij, qui maxime } .s. omnium { quærunt hoc ipsum } .s. uerum .s. tanq; suę uitę scopon ac finem { & amant } hoc ipsum uerū { ij tales opiniones habeant, & hęc de ueritate dicant } eiusq; cognitione tradiderunt { quo nā pacto non censent dolore afficere eos, qui philosophari aggrediuntur? } uerba illa { nō censent dolore afficere } ad uerbum sic leguntur in Græco, οὐκ ἄξιον ἀθυμῆσαι, hoc est non dignum est tristari eos, qui philosophari aggrediuntur. i. quo nam modo nō concedet, deficietq; animus eorum, qui nouitij ad philosophandū accedunt. deinde per quoddam simile hoc esse absurdū exponit, & dicit { quęrere nanq; ueritatē perinde erit, atq; si uolantia quispiam persequatur } .s. pedibus. nam, ut uolantia nemo pedibus consequitur (hoc est enim impossibile conari) sic qui philosophiæ operā nauare uoluerint, rem quandā impossibilem, & inaccessam aggredi uidentur. nam si cum ipsa philosophia, quæ nihil aliud pollicetur quā rerum cognitionem, ueritatisq; in ipsis delitescentis notitiam, cognitio ipsa rerū, ueritatisq; notitia tam incerta est, ac tot difficultatibus plena, ut qui diutissime in ea uersati sunt, infinita discordia laborent, cur non dehortabitur omnes, qui eam aggredi uolunt? certe deterrebit omnes philosophari cupientes.

**Causa uero opinionis ipsis fuit, nam de rebus quidē ueritatem considerabant, res tamen ipsas sensibiles esse putabant duntaxat. In his autem plurima indefiniti natura, & rei, quæ hoc pacto est, ut diximus est. quare uerisimiliter quidem, non autem uera dicunt. sic enim magis dicere decet, q̄ ut Epicharmus, in Xenophanem dixit.**

His explicatis, cū nos negocij suscepti difficultatis, admonuisset, nunc caput, & fontem detegere conatur, unde eorum error emanauerit, qui sapere hoc esse censebant, quod sentire, & omnem opinionem, omneq; uisum uerum esse putabant, in qua opinione, ut diximus, fuit Protagoras, docuitq; in hanc sententiam Empedoclem, & Parmenidem, Democritumq;, ac Anaxagoram iuisse, ideo assignans erroris eorum causam, ex parte rerum sensibilium, quas solas ponebant, dicit { Causa uero opinionis ipsis fuit, nam de rebus quidem ueritatem considerabant } hoc est quoniam a rebus ipsis ueritatem perspiciebant. Cum enim res sit naturaliter prior ueritate ipsa, oportet dispositionem ueritatis sequi rerum dispositionem. Tunc ad causam, quia de ueritate disquirentes errauerunt transit, & dicit { res tamen ipsas sensibiles esse putabant duntaxat } & ita omnem ueritatem iudicabant ex natura rerum sensibilium, ut sit syllogismus, a rebus ueritas accipitur: sola sensibilia sunt res: ergo a solis sensibilibus accipitur ueritas. deinde transit ad probandum ueritatis incertitudinem, & ratio potest sic ad artem prioristicam resolui: in quibus est materia, & potentia, ueritas est omnino incerta: sensibilia sunt ea, in quibus est materia, & potentia: igitur in ipsis sensibilibus ueritas est omnino incerta. affert minorem, & dicit { In his autem } idest sed sensibilia sunt in quibus { est plurima indefiniti natura } idest materia { & } est plurima .s. natura { rei, quæ hoc pacto est } ut diximus, hoc est & plurima potentia. materiam nanq; appellat indefinitum, siue indefiniti naturam. potentiam uero materiæ appellat rem, quę hoc pacto est, quoniam quodam modo est, quodammodo non est. est enim in confinio eius, quod est proprie ens, idest entis in actu, & prorsus nō entis. Maiorem non probauit, quoniam alibi perspicua est. Nam, ut alias dixit, materia, quæ quantum est ex se non determinatur ad unum, facit, ut esse rerum sensibilium sit indefinitum, atque incertum. Similiter etiam potentia. cum enim potentia materiæ sit multarum formarum, efficit, ut rerum sensibilium natura sit penitus incerta. recte ergo dictum est, in quibus est materia & potentia, ueritatem omnino esse incertam. Quo fit, ut non sit mirum, si sensibilia non determinatā cognitionem ingerant sensibus ipsis: sed his hoc pacto, alijs aliter. Ideo concludit { quare } prænarrati authores { uerisimiliter quidem, non autem uera dicunt } uerisimiliter quidem, quatenus loquuntur consequenter ad ea, quæ ipsi asserunt. qui .n. de huiusmodi entibus uerba faciunt, merito consequenter talia esse dicunt, ut ipsorum quiditas definitione nihil determinate dicatur esse. non uera autem, quoniam de entibus non uera dicunt. neq; enim cuncta entia talia sunt, nec sensibilia per omnia fluunt, continenterq; mutantur. nam, ut Alexander inquit, in ipsis forma manet, quiescitq; fluente subiecta materia. deinde corrigit obiter temeritatem Epicharmi poetę comici, qui maledictis, & calumnijs Xenophanem incessit, dum ipsum, quo quædam ignorasset cauillo perstringens, refelleret, & dicit { sic enim } .s. de istis philosophis modeste .s. ꝙ probabilia, nō autem uera dixerint { magis dicere decet, q̄ ut Epicharmus in Xenophanem dixit } qui immodeste Xenophanem maledictis, & calumnijs incessit. Per quæ pulchrum præceptum uoluit innuere uidelicet non esse repellendos authores opinionū maledictis & calumnijs, sed decenter, ac modeste. nō expressit autem Aristo. nec Alexā. illud Xenophanis, in quod calumnijs, & maledictis Epicharmus incessit, & nos nō curemus illud explicare. q̄m non facit ad intellectū uerborū Aristo. Illud uero, quod Alexā. inquit, sensibilia, nō fluere p omnia, q̄m forma manet quiescitq; fluēte subiecta materia, q̄stione nō parua dignū est. nam potius formæ fluunt, & refluunt, materia ipsa permanente una, atq; eadē numero, ut in physica auscultatione dictū est. Fortasse Alexā. illud dicit, quatenus forma est potentia uniuersalis, apta .s. generare notionē in anima, q̄ repręsentat quoddā cōmune pluribus. At materia est una numero, & ex se singularis, cuius notio nō est apta repręsentare, nisi unā materiā numero: q̄ p uarias dispositiones, q̄bus afficitur, cōtinuo fluit, & refluit sub una forma specie semper manēte, atq; q̄escēte.

Preceptū in refutationibus.

**Præterea omnē hanc naturā mutationē subire, & de eo, quod mutatur, nihil uere dici uidentes, circa id, quod omni ex parte mutat, nihil uere dici posse arbitrabantur. Et hac .n. existimatione illa summa opinio dictorum pullulauit, quā Heracliti sequaces, atq; Cratylus habebat.**

Cum ex parte rerum sensibilium, quæ cognoscuntur, assi-

gnasset primam causam, nunc ex parte earundem affert secundam, & syllogismus componitur hoc pacto, de nullo, quod continuo mutatur, aliquid uere dici potest: omne sensibile continuo mutatur: igitur de nullo sensibili uere aliquid dici potest. Primo affert minorem, & dicit ¶ Præterea omnẽ hanc naturam ¶ .i. omne naturale ens atq; materiale & sensibile, accepit enim naturam pro ente naturali, quod est tum materiale, tum sensibile ¶ mutationem ¶ subaudi cõtinuam ¶ subire uidentes ¶ hæc est minor. Deinde accepit maiorẽ, & dicit ¶ & de eo, quod mutatur ¶ subaudi continue ¶ nihil uere dici uidentes ¶ hæc est maior, ubi terminatur suspensio, deinde affert conclusionem cum repetitione minoris, & dicit ¶ circa id, quod omni ex parte mutatur ¶ .i. circa ens naturale, materiale, atque sensibile, quod continue mutatur ¶ nihil uere dici posse arbitrabantur ¶ hæc est conclusio cum repetitione minoris. Maiorem huius syllogismi Alexander probauit ex eo, quia omne id, quod mutatur continuo, semper decidit, & nunquam in eadem natura perstat: quod Expositor exemplo demonstrauit, quoniam de eo quod mutatur de albedine in nigredinem, quatenus mutatur, nihil uere dicitur, quoniam nec album, nec nigrum affirmatur. Minorem etiam ostendit Alexander, quoniam in rebus sensibilibus materia continetur, quæ sub formis continuo fluit, ac refluit, ita ut in ea nihil sit fixum, nihil permanens, nihil quoque stabile, quibus fit, ut nihil de sensibilibus sit determinate uerum dicere. Quare euenit, ut ueritas propositum non sequatur modum essendi determinatum in rebus, sed potius id, quod apparet cognoscenti, ut sit uerum, quod solum apparet alicui cognoscenti, & falsum, quod alicui cognoscenti falsum apparet. Ideo dicit ¶ ex hanc enim existimatione ¶ idest argumentatione ¶ dictorum ¶ scilicet Philosophorum ¶ illa summa ¶ atque extrema ¶ opinio pullulauit, quam Heracliti sequaces, atq; Cratyllus habebat ¶ Vnde & Auerroes asserit hos esse firmatos super duo, quorum unum est, & minor, quia uiderunt istam naturam sensibilem transmutabilem per se: secundum autem est, & maior quia opinati sunt nullam rem esse, quæ uere dicatur de rebus transmutabilibus secundum totum propter uelocitatem transmutationis eorum, & ideo cõcludens dicit ¶ & secundum hoc nulla erit scientia permanens, nec semper nec aliqua hora.

Q ue Auer. Cõmen 22.

Qui quidem postremo nihil dicere oportere arbitrabatur, sed digitum duntaxat mouebat, & Heraclitum increpabat, propterea quod dixisset fieri non posse, ut bis eundem fluuium quisquam ingrediatur. Ipse enim neque semel arbitrabatur.

Cum narrasset opinionem Heraclitti, & sequacium, nunc explicat demẽtias Cratylli & primo primam, & dicit ¶ Qui quidem ¶ .i. Cratyllus ¶ postremo nihil dicere ¶ se ¶ oportere arbitrabatur ¶ .i. uerbo ¶ sed ¶ ad exprimendum conceptum mentis ¶ digitum duntaxat mouebat ¶ & hoc ideo, quia ueritas rei, quam uerbo explicare uolebat, prius desinebat, quam sermo finiretur: putabat autem breuiore spatio digitum mouere, quam lapidem, uel lignum, aurum ve, aut quicquam aliud appellare. Hæc enim propter alterationem, mutationemq; substantiæ nunq; permanere, at quod digito monstratur, quicquid illud sit, ita demonstrari. Hæc est prima Cratylli demẽtia. deinde affert secundam, & dicit ¶ atq; Heraclitum increpabant, propterea quod dixisset fieri non posse, ut bis eundem fluuium quisquam ingrediatur ¶ quia antequam intrasset secundo, aqua quæ erat fluminis iam defluxerat ¶ Ipse enim neq; semel arbitrabatur ¶ nam cum fluxus, atque mutatio sempiterna sit, atque irrequieta, se retulit non modo non bis, sed ne semel quidem quenquam flumen idem ingredi posse putare. quia antequam semel ingrederetur, & exiret, aqua fluminis defluxerat, & alia superueniret, uel quia cum semel quis ingreditur, prius ingrediebatur, & & ita alias, quare non semel: & ita non solum etiam nõ potest homo bis loqui de re aliqua antequam dispositio mutetur, sed etiam nec semel.

Nos autem & ad hanc rationem dicemus id, quod mouetur, esse non putare aliquam ipsius rationem habere.

Cum narrasset opiniones, & causas opinionum ex parte sensibilium, nunc Aristoteles disputat contra eos, & primo de mutabilitate sensibilium, & multas affert rationes, quarum prima componitur hoc pacto, quicunque opinatur non esse, quod nõ est, ueram habet opinionem, qui dicit id, quod mouetur, dum mouetur, non esse, opinatur non esse, quod non est, igitur qui dicit id, quod mouetur, dum mouetur, nõ esse, ueram habet opinionem. Maior conceditur ab eis, qui uolunt opinionem esse pro ratione rei sensibilis, minor etiam est probata ab eis, quoniam quod mouetur, dum mouetur, nec est id, quod erat, nec est id, quod erit, nec est pro momento id, quod est, cum nihil moueatur in momento apud eos. de ratione affert minorem, & dicit ¶ nos autem & ad hanc rationem ¶ ideſt cõtra hanc opinionem ¶ dicemus id, quod mouetur habere ipsis aliquam rationem ¶ uidelicet ¶ nõ putare esse ¶ putant enim non esse, quod non est, qui .i. dicunt id, quod mouetur, dum mouetur, non esse: & sic perspicua est minor. Vnde, ut Alexander inquit, qui ob hac causas uerum cognosci non posse tradebant, recte eos quodammodo, atque uere existimare putandum est, quatenus quod mouetur, cum mouetur, non est, quatenus mouetur. quia, ut dictum est, neque ideſt, quod erat, neque hoc rursus, in quod transit. Auerroes uero, inquit de omni eo, quod transmutatur, habere sermonẽ, qui uere dicitur de eo, quatenus trãsmutatur, uerbi causa dicitur, q̃ non sit permanens. & alium huic oppositum, qui falsò dicitur de eodem uerbi gratia q̃ sit permanens. vbi patet iudicium quod nõ sit permanens, esse simpliciter inuariabile: & omnino certum. Quare patet minor, eos, qui dicunt id, quod mouetur, dum mouetur, nõ esse, opinari non esse, quod non est.

Q ue Auer. Cõmen. 11.

Quanq; ambiguitatem habet. Id enim quod abijcit, habet aliquid eius, quod abijcitur, & eius quod fit, aliquid iam esse necesse est.

Quia minor posset negari dicendo id, quod mouetur, dũ mouetur, esse, ideo quasi mutando rationem dicit ¶ Quanq; ambiguitatem habet ¶ subaudi dicere quod mouetur, non esse, cuius rationem affert, & dicit ¶ id enim quod abijcit ¶ subaudi a subiecto, hoc est ipsum mouens, cũ abijcit aliquid a subiecto ¶ habet aliquid eius, quod abijcitur ¶ alioquin, ut Alexander inquit, iam ipsum abiecisset ¶ & ¶ etiam ¶ eius, quod fit, aliquid iam esse necesse est ¶ subaudi ĩ eo subiecto, e quo fit a abiectio, alioquin quod efficitur, nondum esset id, quod fieri dicitur. nam & si nondum est id, quod efficitur, tamen aliquid est iam ipsum, propter quod hoc fieri dicitur, & non aliud. Ex his colligit Auerroes esse in talibus determinatam aliquã naturam, ita ut necesse sit, aliquod ens esse. Quod si necesse sit aliquod ens esse, necesse erit non esse eius oppositum, & ita ex parte sensibilium erit aliqua opinio certa: & determinate uera, cuius cõtradictoria erit determinate falsa.

Q ue Auer. Cõmen. 12.

Et omnino si corrumpitur, erit quippiam ens. & si fit, necesse est esse & id, ex quo fit, & id, a quo generatur, & ut hoc non in infinitum proficiscatur.

Tertio esse aliquod ens determinatum probat rursus ex parte corruptionis: & dicit ¶ Et omnino si corrumpitur ¶ ideſt si est aliqua corruptio ¶ erit quippiam ens ¶ subaudi, quod corrumpitur, cum nihil subiectum corruptionis esse non possit. Vel, ut Alexander deducit, si interitus mutatio est



est entis in ens, profecto quod interit, nec dum interijt, hoc ut aliquid sit, necesse est. quia si non esset, non interiret. Quare idem probat ex parte generationis, & dicit ¶ & si fit ¶ .i. & si in rerum natura est aliqua generatio ¶ necesse est esse & id, ex quo fit ¶ quicquid enim fit, ex aliquo subiecto fit, cũ nõ fiat ex nihilo ¶ & ¶ necesse est esse ¶ id, a quo generat ¶ non enim absq; causa hæc fieri dicenda sunt. alias enim non efficeretur quicq;. & addit ¶ & ut hoc nõ in infinitum proficiscatur ¶ & per hoc Alexander exponit, tum id, ex quo res efficitur, tum id, a quo. nihil enim omnino efficeretur, si generatio absque principio in infinitum procederet, ut in primo motore demonstratum est. Patet igitur ex his aliquid iam de terminatum esse, siue intereat quicquã, siue generetur, quod neque simul cum illo interear, neq; simul oriatur. quamobrẽ ij etiam, qui continentem mutationem, & fluxũ, interitumq; causantur, aliqua entia determinata relinquere coguntur, si uelint suam tueri sententiam.

Sed his omissis, illa dicamus non esse idẽ mutari secundum quantitatem, & secundum qualitatem. Secundum igitur quantitatem sit non permanens, sed secundum speciem omnia cognoscimus.

Expositor uult, ut Aristoteles hic assignet tertiam rationẽ, quod non est dissonum Alexandro, licet aliquo modo aliter sentiat, nam uult q̃ nunc tangat rationes probabiles, quę per suadendi uim habent: omissis uidelicet fortioribus, & magis implicitis rationibus, quas prius tetigerat. Ego uero puto Aristotelem hoc in loco interponere solutionem cuiusdam efficacis rationis eorum, qui ex parte mutabilitatis sensibilium tuebantur ueritatem uisorum. Argumentabãtur enim hoc pacto, sicuti de eo, quod augetur, ita de omni sensibili, quod mouetur quauis specie motus: sed quod augetur, uidetur quiescere, & tamen mouetur continuo: igitur omne sensibile uidetur quiescere, sed mouetur continuo. quare nihil certi haberi potest de ipsis sensibilibus, cũ continuo sint in mutatione, & semper alia sint atq; alia, quod autẽ quod augetur, continuo augeatur, & tamẽ uideatur quiescere, declarant ex eo, quia uidentur aliquid per multum tẽporis, utputa p̃ biennium augeri ad digitalem quantitatẽ, arbitrati sunt motum eius, quod augetur, esse cõtinuum, ita ut quantitas, qua fit actio, diuideretur proportionabiliter pro ratione partium temporis, ita ut in qualibet parte temporis fieret auctio alicuius quantitatis, cuius proportio ad totã quantitatẽ esset sicuti proportio partium tẽporis ad uniuersum tẽpus: & ita patet hunc motũ esse continuũ, & tamen quod augetur in partibus medijs uidetur quiescere. quare sicuti iste motus est insensibilis, ita similiter putauerunt omnia sensibilia, quæ uidentur quiescere continuo moueri: licet motu imperceptibili. Aristoteles ergo respondens ad hoc argumentũ dicit ¶ sed his omissis ¶ q̃ pertinent ad redarguendũ eos ¶ dicamus ¶ pro interposita solutio est ¶ illa ¶ uidelicet ¶ nõ esse idem mutari secundũ quantitatem ¶ .i. secundũ partes materiales quantas ¶ & secundum qualitatem ¶ .i. secundum formã. nam in auctione partes materiales quantæ fluunt, & refluunt, partes autẽ formales, q̃ sunt secundũ formã manent eædem semper. manet enim forma Socratis quãdiu Socrates tutus ab interitu manet, itaq; dum puer est, dum augescit, decrescit, senescit secundum naturã perinde Socrates est: eadem ratio lapidis, auri, ligni, & cæterorũ cuiusq;. quare si ob continentem fluxũ negant rem uel esse, uel cognosci posse, profecto qua fluxus nõ est continuus, hac res & esse & cognosci posse eosdem fateri conuenit. quia uero fluxus secundũ formã nõ est continuus, fit, ut secundũ formã res cognoscantur. Propterea dicit ¶ secundũ igitur quantitatẽ, sit nõ permanens ¶ .i. cõcedatur q̃ nõ sit permanens, & ita cõcedatur etiam q̃ secundũ quantitatem, nõ cognoscatur ¶ sed secundũ speciem ¶ .i. formam ¶ omnia cognoscimus ¶ q̃m secundũ formam omnia sunt permanentia, ut dictũ est. & ita licet secundũ partes materiales omnia sensibilia sint in motu, quia tamen secundũ formã omnia permanent, ideo secundũ formã cognoscuntur. Quo uero ad uerba attinet, dixit ¶ fit nõ permanens ¶ .i. concedatur eis, q̃ motus auctionis fit continuus toto illo tẽpore, quo fit, q̃m reuera nõ est continuus, quemadmodum Aristo. demonstrauit octauo physicæ auscultationis afferens exemplũ de ea gutta, quæ cauat lapidem, nam licet gutta ultima quodam modo uirtute omnium p̃cedentium amoueat partem lapidis, non tamen est putandũ hanc amotionem fieri in toto tẽpore p̃cedenti, quo priores guttę cadebant uidelicet per partẽ post partẽ. Sed solũ fiebat dispositio ad cauationẽ, quæ fit per ultimã guttam. Ita, ut inquit, nõ est putandũ, cum aliquid creuerit magnitudine digiti aliquo in tẽpore, uerbi causa in biennio, eum auctionis motum toto illo tẽpore fieri continuum, sed est credendũ tẽmpore p̃cedenti fieri dispositionem. Vltimo uero momento illius generari magnitudinẽ, recte ergo dixit ¶ fit nõ permanens ¶ .i. continuus, q̃m re uera nõ est continuus, sed cõcedatur, q̃m nõ est locus hic perscrutandi rem hanc. & cum dixit ¶ secundũ quantitatẽ ¶ uno modo intelligi potest, ut diximus, secundũ partes materiales, & tunc cũ dicit ¶ secundũ qualitatem ¶ debet intelligi secundũ partes formales: ut uidetur Alexãder exponere. vel cũ dicit ¶ secundũ quantitatem ¶ intelligit secundũ esse individuale, & tunc ¶ secundũ qualitatẽ ¶ debet intelligi secundũ speciem in uniuersali. q̃m de sensibilibus, & de augmentabili in esse individuali, nõ est certa cognitio, sed bene secũdũ qualitatẽ. i. secundũ esse uniuersale in specie. Aut tertio intelligi potest ¶ secundũ quantitatẽ ¶ hoc est secundũ materiam, quæ in ipsa auctione fluit, & refluit, sicuti in generatione, & ¶ secundũ qualitatẽ ¶ intelligit secundũ formã, quæ eadem manet ab ortu usq; in finem uitæ, ut etiam Alexãder innuit. quouis modo intelligatur, patet solutio.

Præterea increpandi sunt ij, qui ita de rebus existimauerunt, propterea q̃ cum pauciores numero sensibilium rerum ita se habere uiderent, de toto cœlo similem sententiam attulerint. locus.n. sensibilium rerum, qui est circa nos, solus corruptionẽ generationemq; subit, sed iste nulla fere pars ipsius uniuersi esse uidetur. quare iustius hæc ob illa tali sententia liberassent, q̃ ob hæc in illa sententiam contemnentẽ tulissent.

TEX. 23.

Hic quartam rationem Aristo. afferre Expositor arbitratur. rectius autem cum Alexandro dicendum Aristo. hic diluere aliud eorum motiuum. argumentabantur enim hæc sensibilia, quæ sunt in sphæra actiuorum, & passiuorũ, omnia sunt in continuo fluxu, atq; mutatione, ergo uniuersum erit in cõtinuo fluxu, atq; mutatione: & res omnes, & ipsum cœlum, & omne diuinũ, & sempiternũ corpus simili ratione. horum ergo argumentum obiurgando dicit ¶ Præterea increpandi sunt ij, qui ita de rebus ¶ .i. cunctis ¶ existimauerunt, propterea q̃ cum pauciores numero sensibilium rerum ita se habere uideretur, de toto cœlo ¶ .i. de toto mundo, & oĩbus mũdi partibus ¶ similem sententiam attulerint ¶ & ita res omnes in continenti, & fluxu, & mutatione uersari putabant, cũ hoc in paucioribus rebus sensibilibus animaduerterent. Deinde respõdendo cõcedit illud, quod assumunt, & dicit ¶ locus. n. sensibilium rerũ, qui est circa nos ¶ & est sphæra actiuorũ, & passiuorum ¶ solus corruptionẽ, generationemq; subit ¶ & sic concedit assumptum, deinde subintelligendo negationem consequentiæ dicit ¶ sed iste ¶ scilicet locus ¶ nulla fere pars ipsius uniuersi esse uidetur ¶ non ergo est argumentandum a minima rerum parte ad omnes uniuersi partes. Deinde ostendit quo modo e contrario rectius fecissent, &

dicit { quare iustius hæc } .s. sensibilia, quæ minima mundi pars sunt { tali sententia } ab eis prolata { liberassent } idest a corruptione liberare debuissent { propter illa } idest argumento sumpto a sempiternitate illorum, sic argumentando supercœlestia sunt sempiterna, igitur hæc sensibilia saltem secundum uniuersalem rationem sunt sempiterna { quam ob hæc } .s. sensibilia, quæ pauca sunt { sententiam contemnentem } & improbam { tulissent } idest ferre debuissent { in illa } idest contra sempiternitatem illorum. Quo uero ad uerba attinet, cum asserit locum sensibilium nullam esse fere partem uniuersi uideri, hoc pro tanto ita est, ut Expositor refert, quia tota sphæra actiuorum & passiuorum ratione habita ad totum cœlum est sicuti centrum. Vt declarat æqualitas aspectuum, quibus cernuntur stellæ non errantes oculo posito in quauis eius parte. Insuper cum dicit sensibiles res esse numero pauciores, quæstione dignum uidetur, quoniam sensibilia sunt numero multo plura quã cœlestia. fortasse per pauciora numero intelligit totum nexum, cumulumq; sensibilium esse quantitate minorem toto nexu, cumuloq; partium cœlestium. & sic usus est numero pro quantitate cõtinua. Qui uero dixerunt hęc sensibilia esse numero pauciora illis, enumerando omnia cœlestia, uerum dicunt si enumerentur stellę omnes, & paruæ, & magnæ. nam, ut Trimegistus inquit, nullum est granũ arenarum in mari, quod non habeat proprium signum in cœlo suscitans ad suum ortum, atque incrementum. Prima tamen expositio mihi uidetur tutior, quoniam hæc secunda incerta est.

**Præterea patet & in hos ipsos ea nos dicere posse, quæ olim sunt dicta. ostendendũ est enim ipsis, atque persuadendum naturam quandam immobilem esse.**

Cum interposuisset dilutionem duorum argumentorum, quibus probabant omnia sensibilia esse in cõtinuo fluxu, ac motu, nunc redit ad opponendũ eis, &, ut Alexander inquit, adducit contra hos illud idem, quod adduxit contra illos, qui quod omnia ex omnibus fieri cernerent, in omnibus omnia esse asserebant, & ita contradictionẽ in singulis rebus ueram fieri dicebant uidelicet in rebus esse aliam substantiam ab omni motu, interitu, & genera omne prorsus immunem. hoc igitur idem in hos adducit, & dicit { præterea patet & in hos ipsos ea nos dicere posse, quæ olim sunt dicta } subaudi contra eos, qui contradictionem esse ueram tuebantur ex eo quia omnia ex omnibus fieri cernebat, & in omnibus omnia esse asserebant. deinde explicat illud, & dicit { ostendendum est enim ipsis, atque persuadendum naturam quandam immobilem esse } atque prorsus immutabilem ab omni motu, interitu, & generatione immunem. eorum enim quæ mouendo, mutãdoq; euariant, nullum esset omnino, nisi immota quędam natura, & incorporea motus cęterorum esset causa: & hæc est natura primi Motoris, ut in auscultatorijs libris probatum est. Qua ratione fit, ut non omnia sint semper in motu, neque uerum ut nihil de aliquo possit determinate dici. [Q ue Auer. Comen. 23.] Auerroes uero dicit Aristotelem intelligere per huiusmodi naturam species & genera, quæ sunt Platonis ideæ. & forte intelligit, ut inquit, substantias abstractas, quæ sunt Deus, & intelligentię. Et quouis modo intelligatur, sequitur, ut non omnia sint semper in motu, neque uerum, ut nihil de aliquo possit determinate dici.

**Et etiam his, qui simul esse, atque non esse dicunt, euenire uidetur, ut quiescere magis quam moueri omnia dicant. Non est enim omnino quicquam, in quod quippiam mutaretur, quippe cum uniuersa omnibus insint.**

Demum in præsenti textu reducit eos ad contradictionẽ, nam isti sunt qui dixerunt in singulis rebus contradictionem ueram esse, & ita idem esse simul atq; nõ esse, contra hos igitur obijcit ex eorum dictis potius effici, ut omnia quiescant, q̃ ut omnia mutentur & moueantur. si enim quę mutantur, hæc in ea, quæ ipsa non sunt mutantur, nimirum qui unumquodq; omnia esse aiunt, nec extra id esse quicq̃, his consentaneum est, ut omnia quiescere dicant, cum in nihil cõmutentur, propterea q̃ eadẽ existendi, & nõ existendi ratio manet: & quia omnia, quæ in se unumquodque habent, nihil habẽt amplius in quod mutentur: & dicit { & etiam his, qui simul esse, atque non esse dicunt, euenire uidetur, ut quiescere magis quam moueri omnia dicant } & affert causam, & dicit { non enim est omnino quicquam } .s. extra ipsum mobile { in quod quippiam } id est in quod mobile { mutaretur, quippe cum uniuersa omnibus insint } nihil enim mutatur in illud, quod sibi inest, sicuti quod iam est albũ, nõ mutatur in albedinem. quare cũ oĩa insint cuilibet, quia oĩa sunt unũ, fit, ut nihil sit extra ipsum mobile, in quod possit mutari.

**De ueritate autem quod nõ omne apparens sit uerum, primo quidem ostenditur, quoniam sensus proprij obiecti non est falsus. At imaginatio non est idem, quod sensus.** [TEX. 24.]

Cum in eos effatus esset, qui omnia semper, continenterq; moueri, ac proinde nullius rei certam cognitionem contingere posse arbitrabantur, cum obiter eorum sententiæ, qui contradictionis ueritatem in omni re asserebant, consentaneum esse docuisset, ut omnia quiescere confiterentur protinus in eos disputat, qui omne uisum statuunt esse uerum. Vbi primo annotatione dignũ est, hanc propositionem omne quod apparet, est, posse bifariam intelligi, aut uerbo est intransitiue sumpto, hoc est, ut non transeat in aliquod prædicatum, præter illud, quod correspondet uerbo est, quod est ipsum ens, & sic est uera. nam sensus est, quod apparet est, & nihil est, quod apparet quin illud sit, igitur omne, quod apparet, est. aut uerbo est trãsitiue sumpto, & sic est falsum. quoniam sensus est, quod apparet, est illud, quod apparet, & nihil est, quod apparet, quin sit illud, quod apparet. & hoc pacto illa propositio est falsa, quoniam secunda interpretatiua est falsa. nam aliquid est, quod apparet, quod non est illud, quod apparet. igitur non omne, quod apparet, est uere illud, quod apparet. & ita Aristoteles intendit probare, quod nõ omne, quod apparet, sit illud, quod apparet. ut si Socrates appareat equus, nõ sequitur, ut sit equus, nec sequitur, si aliqua propositio apparet uera, ut illa sit uera, & si aliqua apparet falsa, nõ sequitur, ut sit falsa. & primo proponit intentũ, & dicit { De ueritate autem } subaudi differamus, oportet, ostendendo { quod non omne apparens sit uerum } & non argumentatur, ut puto, sed soluit argumentum superius tactũ uidelicet, sensatio est incerta, & talis, ut semper sit, quod sensatione sentitur, ut sensui apparet, quare omne uisum est uerum, & id, quod apparet, respondet, & dicit { primo quidem ostenditur } quoniam non oportet, ut semper sensus sit falsus { quoniam sensus proprij obiecti non est falsus } sed dices, si sensus circa proprium obiectum non sit falsus, ergo nec imaginatio. respondet, & dicit { At imaginatio non est idem, quod sensus } & ita potest esse falsa de ijs sensibilibus, quorum sensus est uerus. Quod autem imaginatio non sit sensus, patet, quoniam sensus præsentium sensibilium, quæ extra sensoria sunt, aprehensio, seu cognitio est, imaginatio uero motus sensus in actu, qui motus ab imaginibus proficiscitur impressis a sensibilibus, ut in libro de anima demonstratur, & in eo, qui de memoria inscribitur, atque in eo, qui de somnio: quod discrimen uel inde patere potest, quod imaginari in potestate nostra situm sit, sentire non item. & quia tunc etiam, cum non sentimus, ut inter dormiendum, imaginamur. at fieri nõ potest, ut non sentientes sentiamus. item sensus, ut dixi, præsentium est rerum, imaginatio uero etiam absentium. Vult igitur dicere differẽtiam iudiciorum, q̃ datur de sensibilibus, non



non proficisci ex sensu, sed ab imaginatione, ad quam propter aliquod impedimentum naturæ proueniunt deceptiones sensuum. At imaginatio non est idem, quod sensus. Vel fortasse hic non soluit argumentum, sed argumentatur contra eos, qui putant nihil esse uerum, & nihil esse falsum, sed solum uerum, & falsum esse in apparentia. Contra obijcit, quoniam aliquod est determinate uerum, igitur non omne uerum, uel omne falsum est in apparentia. antecedens ostendit, & dicit { primo quidem ostenditur, quoniam sensus proprij obiecti non est falsus } igitur aliquod est determinate uerum. assumptum accepit pro constanti, quoniam uisus non decipitur quoniam coloratum, sed quoniam Sophronisci filius, nec quoniam sonat, sed quoniam campana sonat: & in cæteris id genus similiter. & si obijciatur, q̃ interdum etiam circa sensibilia propria error accidat, per uerba, quæ subdit, innuit solutionem, & dicit { at imaginatio nõ est idem, quod sensus } & per hoc dat intelligere errorem euenire nõ ex sensu, sed ab imaginatione, per cuius affectionem nonnunquã euenit id, quod per sensum accipitur, aliter ad eam peruenire q̃ per sensum acceptum sit, ut in delirijs perspicuum est, in quibus instrumentum imaginarię uirtutis est male affectũ. Iuniores arbitrantur q̃ ad hoc, ut sensus non erret circa proprium obiectum, requiratur primo, ut obiecti ad sensum sit debita proportio, secundo, ut sit idonea distantia, tertio, ut instrumentum sit conuenienter affectum, demum quarto, ut etiam medium sit idoneum: quæ conditiones faciunt etiam, ut circa obiectum cõmune, aut per accidens error non eueniat. quare uidentur superfluæ de obiecto per se, & primo. & ita licet delirans erret circa obiecta per accidens, & circa obiecta per se non prima, nunquã fatebor eum errare circa obiectum per se, & primum: nisi imaginatio sit erroris causa. [Q ue Auer. Comen. 24.] Vnde & Auerroes ait sic, falsitas propria est imaginationi, sed sensui non competit, nisi per accidens. Verum hæc petenda sunt secundo de anima libro.

**Deinde dignum est admiratione, si id dubitauerint, sint ne magnitudines tantæ, talesque colores, quantæ, ac quales ijs, qui sunt remoti, an tantæ, qualesve ijs, qui sunt propinqui uidentur.**

Secundo idem probat hoc pacto, si nihil esset determinate uerũ, & nihil determinate falsum sed omnia essent in apparentia, tunc in apparentibus prope, & procul nulla esset determinata differentia. consequentia est secundum eos, qui negarunt omnem determinatam ueritatem in apparentibus. deinde destruit consequens, & dicit { Deinde dignum est admiratione, si id dubitauerint, sint ne magnitudines tantæ, talesque colores, quantæ, ac quales ijs, qui sunt remoti, an tantæ, qualesve ijs, qui sunt propinqui uidentur } quasi dicat nequaq̃. quoniam magnitudo quę uidetur propinqua, apparet maior, quæ uero remota, minor: ut in perspectiua probatur. similiter color apparens prope uidetur sub una differentia, procul uero sub alia. album enim prope uidetur album, procul autem nigricat. aut aliter potest ratio componi, si omne uisum est uerum, eadem magnitudo esset magna, & parua, idem coloratum esset album, & nigrũ. Probatur, quoniam eadem magnitudo prope apparet maior, procul uero apparet minor, igitur erit maior, & minor. item idem coloratum prope apparet album, & proculo uero nigrum. igitur erit album, & nigrum. Quod autẽ ita sit, probat & dicit { Deinde dignum est admiratione, si id dubitauerint, sint ne magnitudines tantæ, talesq; colores, quantæ, ac quales ijs, qui sunt remoti, an tantæ, qualesve ijs, qui sunt propinqui } & certum est q̃ nõ sunt eodem modo apparentes, nam magnitudines prope uidentur maiores, & ita sunt maiores, procul uidentur minores, & ita sunt minores. quare maiores & minores, simili ratione in coloribus, colores prope apparent albi, procul nigri. igitur sunt albi & nigri. Alexander autem ad hunc modum rationem constituit, si omne, quod apparet, est uerum, sicuti apparet, non uerius apparerent magnitudines prope, atque e uicino, quam e remoto. at nemo dubitare potest, magnitudines quantæ sint, num quantæ procul aspicientibus uidentur, an quantæ intuentibus e propinquo, neq; de coloribus dubium esse potest alicui. Quare apud Alexã. Aristo. destruit consequens, & dicit { Deinde dignum est admiratione, si id dubitauerint, sint ne magnitudines tantæ, talesq; colores, quantæ, ac quales ijs, qui sunt remoti, ac tantæ talesve ijs, qui sunt propinqui, uidentur } nam unusquisq; assereret magnitudines esse tantas, quantæ intuentibus uidenẽ se propinquo, & colores tales similiter quales uidentur e uicino. ergo nõ omne, quod apparet, est uerum, sicuti apparet.

**Et sint ne tales, quales sanis, an tales, quales ægrotantibus ipsis apparent.**

Tertio si omne, quod apparet, est uerum, sicuti apparet, non uerius apparerent sapores sanis, q̃ ægrotis, destruit consequens, & dicit { Et } subaudi dignum est admiratione, si id dubitauerint { sint ne tales } .s. sapores { quales sanis, an tales, quales ægrotantibus ipsis apparent } nam unusquisq; diceret sapores esse tales, quales uidẽtur sanis. ergo nõ omne quod apparet, est uerum, sicuti apparet. Quod autẽ dicerent tales esse sapores, quales apparent sanis, & non quales apparent ægrotantibus, patet, quoniam sani sensoria ipsa bene affecta habẽt & inde est ut iudicium sanorum de sensibilibus sit uerum. sensoria uero ægrotantium sunt male affecta, ut non bene immutentur a sensibilibus: & inde euenit, ut iudicium de illis sit fallax. Instrumentum enim gustus in ægrotantibus, cũ sit affectum humoribus putrescentibus, ea, quæ sunt boni saporis, insipida censet: atq; indicat. Alexãder autem exemplum affert in ictericis, & mente captis. nam ictericis colores uidentur uirides, sanis autem quales sunt. mente captis autem sensibilia fere omnia uidentur aliter quam sunt. quare iudicium accipi debet a sanis, & non ab ægrotantibus, & ita non omne, quod apparet, est uerum, sicuti apparet.

**Et sint ne grauiora ea, quæ imbecillis, an ea, quæ robustis videntur.**

Quarto si omne, quod apparet, est uerum, sicuti apparet, non uerius apparerent grauia robustis, quam imbecillis, immo æque uera apparerent utrisque, destruit consequens, & dicit { & sint ne grauiora ea, quæ imbecillis, an ea, quæ robustis uidentur } omnia enim apparerent æque uera. hoc autem esse falsum, tanquam omnibus perspicuum relinquit. nam robusti de ponderibus iudicant ita, sicuti sunt, non autẽ imbecilli, quibus difficultas ad sustinendum non tantum ex magnitudine ponderis euenit ueluti in robustis, sed etiam ex imbecillitate uirĩũ, unde & parua põdera eis magna uident.

**Et etiam vtrum ea sint vera, quæ dormientibus, an ea, quæ vigilantibus ipsis apparent. nam non ita ipsos putare patet. nemo nanque si sit in Africa, deinde noctu se esse Athenis existimauerit, ad lycium proficiscitur.** [Lycium ᾠδεῖον locus vbi cantatur.]

Quinto, si omne, quod apparet, est uerum, sicuti apparet, non uerius aliquid appareret uigilantibus q̃ dormientibus, uel saltem æque uerum appareret uigilantibus, & dormientibus. destruit consequens, & dicit { Et etiam utrum ea sint uera, quæ dormientibus an ea, quæ uigilantibus ipsis apparent } nam æque uera apparerent uigilantibus, & dormientibus: quod nõ esse ita, ostendit, & dicit { nam non ita ipsos putare patet } ut uidelicet ęque uera appareant: cuius rationẽ affert, & dicit { nemo nanq; si sit in Africa } .i. nemo enim eorum, qui in Africa sunt, dũ est in Africa { deinde noctu } scilicet in somnis { se esse Athenis existimauerit } experge

factus ¶ ad lycium proficiſcitur ¶ & hoc non ob aliud, niſi quia illud, quòd apparuit in ſomno, non putat eſſe uerum, ſed uanum, illud autem quod apparet uigilia, uerum putat. ergo non omne apparens eſt uerum. lycius Græce eſt ὠφέλιος, eſt autem odion pars quædam theatri, quæ nunc thymele, ideſt Scena nuncupatur. Argyropylus uero tranſtulit lyceū, qui locus eſt Athenis, ubi Plato legebat. tu uero conſidera, quoniam ad rem non refert. ſatis enim eſt accipere experrectum non ea agere, quę egiſſet, ſi in uigilia id percepiſſet. uiſſet enim ad odion, ſi in uigilia ſe Athenis eſſe uideret, quod non facit, ſi id ſomniat. qua ratione pater, ut non putet æque uerum eſſe, quod uidetur dormientibus & uigilantibus.

**Præterea medici opinio, ut inquit etiam Plato, atque ignorantis hominis de futuro ſano, aut non futuro, non æque profecto eſt certa.**

Sexto probat ſtultam eſſe opinionem, qua creditur omnes opiniones eſſe eque ueras, exemplo ſumpto a medico, & ab eo, qui medicinam ignorat, & dicit ¶ Præterea medici opinio, ut inquit etiam Plato ¶ ſcilicet in Protagora ¶ atq; ignorantis hominis ¶ qui ſcilicet medicinam ignorat ¶ de futuro ſano, aut non futuro, non æque profecto eſt certa ¶ nam iudicium medici de ægroto qui ſanetur, certius eſt, quam iudicium eius, qui medicinam ignorat. Medicus enim qui cauſas ſanitatis, & ægritudinis ſcit, poteſt ex ſignis cauſarum futuram præſcire ſanitatem: at medendi artis ignarus non poteſt. Vnde argumentum Platonis in Protagora eſt, ſi omnis opinio uera eſſet, nihilo uerior eſſet opinio medici de futura ægrotantis ualetudine, quam eius qui medicinæ nullam habet cognitionem. At nunc medici opinio potior habetur. ſi enim alter ægrotantem morbo explicandum eſſe prædixerit, prædicaueritq;, alter eundem mortem obiturum tempore exitus inſtante: non artis inexperti fides habetur, ſed medico, cuius prædictio re quoque comprobatur. inſuper ſi medicus aliquem ægrotaturum præopinetur, artis uero ignarus non ægrotaturum. aut e contrario, ſcientia medici potior ad ueritatem habetur. quamobrem ipſi quoque indocti ſuas de futuris opiniones non eſſe ueras confitentur. quod ſi
Q uę Auer. Cõmen. 24. ita eſt, non omne uiſum eſt uerum. Vnde & Auerroes colligens omnia hæc exempla in unam rationem dicit, qm̃ qui dubitat diuidere inter ſenſibilia falſa, & ſenſibilia uera, eſt ſicut qui dubitabit, utrum ſimus dormientes, an uigilantes, & utrum ſimus, an non ſimus. Similiter nemo ambigit ueras quantitates, ueroſq; colores eſſe, qui de uicino apparent, non autem qui e remoto: & quod apparet ſanis, non quod apparet ægris. & demum colligens uniuerſam uim dicit, & ſi omne, quod uidetur, eſt uerum, nulla eſſet differentia inter iudicium ſapientis, & iudicium inſipientis, & ita conſilium medici ſapientis, eſſet ſimile conſilio neſcientis ſanare ægrotos.

**Præterea in ſenſibilibus hiſce non æque propria eſt alieni, & proprij, uel propinqui, & ſui. Sed de colore uiſus, non guſtus: de ſapore uero guſtus, non autem uiſus.**

Quod dixerat ſenſum in propriis tantum ſenſibilibus eſſe ueracem, non autem in omnibus, id hoc in loco demonſtrat. ſumpſerat enim prius etiam, ſi ſenſus eſſet uerax, non tamen protinus fore omnino uiſa ueracia, cum ſenſus non ſit idem quod imaginatio. nunc ſenſum non pariter in cunctis, ut dixerat, ueracem eſſe confirmat: & dicit ¶ Præterea in ſenſibilibus hiſce non æque propria ¶ ideſt certa & uerax eſt ſenſualis cognitio hoc ſubaudiendum in dictione, uel ſic ¶ non æque propria ¶ ideſt non æque certus eſt ſenſus, ut interpretatur Argyropylus. Et exponens, quorum non eſt æque certus, dicit ¶ alieni ¶ ſcilicet obiecti ¶ & proprij ¶ & per alienum obiectum intelligit obiectum, quod attinet ad alium ſenſum, uerbi cauſa, ſapor dicitur alienum obiectum reſpectu uiſus, proprium uero guſtus. ergo ſenſus non eſt æque certus circa alienum obiectum, & circa proprium. nõ enim æque certa uiſus iudicat de colore, & de ſapore, qui eſt obiectum guſtus. aut de ſubſtantia, quæ eſt obiectum intellectus ¶ uel ¶ ſenſus non eſt eque certus ¶ propinqui ¶ ſcilicet obiecti ¶ & ſui ¶ & per propinquum intelligit ſenſibile cõmune, ut magnitudinem, & numerum, & cætera talia, & per ſuum intelligit ſenſibile proprium. & cũ dixiſſet ſenſum non eſſe æque certum de proprio obiecto, & de alieno, nunc hoc exponit in exemplo, & dicit ¶ Sed de colore uiſus, non guſtus: de ſapore uero guſtus, non autem uiſus ¶ ſubaudi eſt certus: niſi forte per accidens. Iudicat enim uiſus pomum perſicum eſſe dulce a colore, ſed per accidens. Quo fit, ut ſi qua res pallida intuentibus dulcis eſſe uideatur, huiuſmodi uiſui fidem habendam nõ putemus, nec tale uiſum uera eſſe credamus. Sed hoc iudiciũ dulcis ne, an ſecus ſit, a guſtu petendum eſſe. Dicit tamen Alexander, aliena quodammodo unicuiq; ſenſui uocari poſſe ſenſibilia communia, in quibus plurimum errare ſolent ſenſus ipſi. & non placet, quoniam ſicut propria ſenſibilia ſunt, quæ tantum proprio ſenſui conueniunt, ita aliena erunt, quæ alieno ſenſui competunt. Præterea ſi communia ſenſibilia ſunt, cur aliena dicentur. Inſuper Alexander inquit ſic, ſed neq; ſenſus in propria obiecta perinde ſe habent e propinquo, atque e remoto, ut ſupra cõmemorauit. tunc enim uiſus de colore uera renunciat, cum e mediocri ſpectat interuallo, non cum procul aſpicit. eadem eſt ratio auditus in ſonitum, odoratus in odorem. non enim de ſenſibilibus propriis, utcunque ſe habeant, & ubicunque ſint, ſenſus iudicant: & ideo uerba illa ¶ aut propinqui & ſui ¶ ſic interpretatur ideſt, & ſui cum prope adeſt, & cum longius receſſit. quæ interpretatio non placet, quoniam ſi exponitur, ut diximus, non oportet ſupplere. Præterea de proprio obiecto omnis ſenſus eſt eque uerax, modo ſit primum obiectum, non enim uiſus errat circa colorem, quoniam ſiue prope, ſiue procul ſemper iudicat colorem eſſe colorem. ſed circa eſſe album, uel nigrũ, uel aliter, errare poteſt, quoniam album, nigrum, & talia non ſunt prima obiecta uiſus.

**Quorum unuſquiſque nunc̃ in eodem tempore ſimul idem ſic ſeſe habere, & non ſic ſeſe habere dicit.**

Refert uerbum ¶ Quorum ¶ ad uiſum & guſtum proxime dictos quaſi dicat ¶ quorum ¶ uiſus & guſtus ¶ unuſquiſque nunc̃ ¶ .i. quorum uiſus & guſtus nullus unquam ¶ in eodem tempore ſimul idem ſic ſeſe habere, & non ſic ſe ſe habere dicit ¶ non enim uiſus dicit aliquid idem eſſe albũ, & non album, neque guſtus dicit aliquid idem eſſe dulce & non dulce, & tu intelligas in cæteris ſenſibus ſimiliter. quoniam per illos duos dedit intelligere cæteros omnes. hæc autem, & quæ ſequuntur in Democritum, & Heraclitum, ut Alexãder annotauit, dicere uidetur, qui eadem ſimul & eſſe, & non eſſe dicebant, ac iccirco contradictionis ueritatẽ aſſerebant. vtroſq; igitur per ſenſus, & ſenſibilia reſellit, tũ eos, qui omne uiſum eſſe uerum aiebant, tum etiam eos, qui cunctis in rebus contradictionis ueritatem tuebantur: quos ſuis armis oppugnat, falſitatiſq; conuincit. qui enim omne uiſum iccirco uerum eſſe ſtatuebant, quod omnes ſenſus ueros eſſe aſſeruerint, eos redarguit, demonſtrans non omnem ſenſum eſſe ueracem. neque enim ſolum de alienis ſenſibilibus non omnis ſenſus eſt uerax, ſed ne de cunctis propriis quidem, niſi a mediocri interuallo ſentiantur. nec ægrotantium ſenſus uerax eſt. Quo uero propter cõtinentem fluxum, & quoniam ex eiſdem oppoſita efficiuntur, & quia ſenſus ueraces non ſunt (ut qui ſubinde aliter, atque aliter a ſenſibilibus mutentur, efficianturq;) cognitionem tollunt, & contradictionem ueram eſſe aiunt. horum ſententiam refellit etiam per hæc uerba docens ſenſus in quibuſdã eſſe ueraces, in quibus fieri nõ poſſit, ut cõtradictio ſimul uera eſſe dicat. Propterea ait,



¶ Quorum unuſquiſq; nunc̃ ¶ .i. quorum nullus ſenſus ¶ in eodem tempore ſimul idẽ ſic ſeſe habere, & non ſic ſeſe habere ¶ .i. eandem rem talem eſſe, & non eſſe, renunciat ex empli gratia idem eſſe album, & non album, uel idem eſſe dulce, & non dulce. quare ſi quo ſenſus ducunt, ſequamur, oportet, nunquã ſimul erunt oppoſita, nec contradictio erit ſimul uera. quæ ratio in eos quoq; cõuenire poteſt, qui uiſa iccirco uera eſſe dicunt q̃ ſenſus ueraces ſint. Si enim ſenſibus fidem habere oportet, nullus ſenſus, qui ſentit, ſic ſe habere, & non ſic ſe habere enunciat. quam ob rem ſi ſenſus ad hunc modũ ſeſe habent, ſic quoq; uiſa ſeſe habebunt, ac proinde non erit uerum dictu oppoſita ſimul eſſe uera.

**Quin etiam neque diuerſo in tempore ambigit de affectu, ſed de eo, cui accidit ipſe affectus. dico autem hoc pacto, idem unũ aut ipſum mutatum, aut corpore mutato interdum dulce, interdum non dulce eſſe uidebitur. Sed dulce eſt tale ſemper, cum eſt, & nunquam mutatur, ſed ſemper de eo uerum dicit ipſe guſtus. & affectus, qui a dulci proficiſcitur, eſt neceſſario talis.**

Oſtenderat nullum ſenſum eodem tempore oppoſita in eodem iudicare, ſed poſſet dici de oppoſitis iudicium in eodẽ ſenſibili fieri poſſe in diuerſis temporibus, quare fiet, ut in diuerſis temporibus omne uiſum ſit uerum. quaſi reſpondens docet, quod quanuis in diuerſis temporibus uideatur iudicium ſenſus eſſe de oppoſitis in eodem, nunquam tamen fit, ut iudicum de oppoſitis in eadem affectu fiant, ſed bene circa ſubiectum affectus. docet igitur ne diuerſis quidem temporibus ſenſum in iudicãdo de affectione, quę in aliquo ſubiecto ſit, neq; a ſe, neq; ab alio eiuſdem generis ſenſu diſcrepare, & dicit ¶ Quinetiam neq; diuerſo in tempore ¶ ſubaudi ſenſus aliquis ¶ ambigit de affectu ¶ neq; enim dulcedinẽ ſapere nunc tale, nũc diſſimile a guſtu iudicatur: ſed ſemper, & cunctis guſtatibus ſimile uidetur diſcretiuum uidelicet & lene, non autem iam diſcretiuum, iam concretiuum, ſed cunctis ſimile. eadem eſt ratio cæterarum affectionum, quæ ſenſibus ſiunt comprehendendis ſenſibilibus. Semper enim & cunctis inter ſe congruunt ¶ ſed de eo, cui accidit ipſe affectus ¶ ſubaudi ſenſus ambigit, hoc eſt ſed de ſubiecto ſenſibili ambigunt aliquando ſenſus, a quo ipſis generatur affectio. & affert exemplum, & dicit ¶ dico aũt hoc pacto ¶ .ſin exẽplo ¶ idem uinum aut ipſum mutatum ¶ .i. uel q̃ ipſum mutetur ¶ aut corpore ¶ .i. aut inſtrumento corporeo uidelicet lingua ¶ mutato ¶ hoc eſt uel q̃ guſtans lingua tales quoſdam ſapores adhærentes habeat eidem guſtui ¶ interdum dulce, interdum non dulce eſſe uidebitur ¶ poteſt enim uinum aut ſui mutatione, ut cum ſit acetum, aut mutatione linguæ, quæ amaris ſaporibus affecta eſt, uideri nunc dulce, nunc amarum. Ac perinde uiſui album, & idem non album, item olfactui ſuaue olẽs, & idẽ graue olens, apparere poteſt. ¶ ſed dulce eſt tale ſemper cum ¶ ſcilicet ¶ eſt dulce, & nunquam mutatur, ſed ſemper de eo uerum dicit ipſe guſtus, & affectus, qui a dulci proficiſcitur, eſt neceſſario talis ¶ .i. & iudicium de affectu ipſo, quod iudicium proficiſcitur ab ipſa dulcedine, ſemper eſt tale. omnino enim neceſſe eſt, ut iudicium affectionis, quod ab ipſa dulcedine proficiſcitur, tale ſit, & ut ſenſus unam talem rationem obtineat: quippe cum guſtus nunquam mutet iudicium, quin ipſam dulcedinem tale iudicet eſſe, qualem perpendit in uino, quando iudicauit eam eſſe dulcedinem, ſed de ipſa dulcedine ſemper uerum dicit, & ſemper eodem modo. unde ſi iudicium ſenſus eſt uerum, ut ipſum dicere coguntur, ſequetur, ut natura dulcedinis neceſſario ſit talis, & ita aliquid erit in rebus determinate uerũ, inſuper ſequetur, ut nunquam affirmatio atq; negatio ſint ſimul ueræ de eodem, quoniam nunquam ſenſus ſimul dicit aliquid eſſe dulcedinem, & non dulcedinẽ. quare legi poteſt ¶ & affectus qui a dulci ¶ corpore. ſ. ¶ proficiſcitur ¶ ineſſe, ¶ neceſſario eſt talis ¶ hoc eſt determinatæ naturæ. natura enim dulcedinis neceſſario erit talis, ſi iudicium, quod guſtus obtinet de ipſa, fuerit firmum. quare ſequetur, ut aliquid ſit determinate uerum, & ut contradictio non ſit uera.

**Et tamen hoc ipſum omnes hæ ſententiæ tollunt. quemadmodum enim & ſubſtantiam nullius eſſe, ſic quoq; nihil neceſſario eſſe dicunt. neceſſarium enim ut aliter, atq; aliter ſeſe habeant, fieri minime poteſt. quare ſi quippiam neceſſario ſit, id non ſane ita, & non ita ſe habebit.**

Expoſitor ſecundum ſuum ordinem hic uult Ariſtotelem facere ſextam rationem, quæ talis eſt apud eum, ſi opiniones de ueritate uiſorum, & de ueritate contradictionis ſunt ueræ, ſequitur, ut nullum prædicatum prædicetur in ſubſtãtia, neq; neceſſario, cp non in ſubſtantia, ex iſs quę dicta ſunt, dicit patere. cp uero non neceſſario, oſtendit, quia neceſſariũ eſt, quod non contingit aliter ſeſe habere. At ſi omne, quod eſt, ſic uel & aliter eſt ſecundum eos, qui ueritatem contradictionis tuentur, ergo in rebus nihil eſt neceſſariũ. at ſecundũ Alexandrum Ariſtoteles reducit ſic dicentes ad oppoſitum eius, quod concedunt, & aſſerunt. quoniam poſtquam docuit ſemper, omneſq; ſenſus in affectionum iudicio conſentire, ac neceſſe eſſe, ut unaquęq; affectio, quæ ipſis ingeneratur, ſimilis ſemper, eademq; ſit, hoc tolli, reſelliq; confirmat eorum opinionem, qui omnia eſſe, & non eſſe dicebant: ſic reducit eos in contradictionem: & dicit ¶ & tamen hoc ipſum ¶ .ſ. cp affectus, qui a dulci proficiſcitur, neceſſario ſit talis hoc eſt ſimilis ſemper, eademq; ſemper ¶ omnes hæ ſententiæ ¶ atq; opiniones ¶ tollunt ¶ quoniam cũ omnia eſſe, & non eſſe dicebant, coguntur dicere nullum affectum eſſe ſemper, atq; neceſſario talem: & deducens hoc dicit ¶ quem admodum enim & ſubſtantiam nullius eſſe ¶ ſubaudi dicũt ideſt quemadmodum enim dicunt nihil in ſubſtantia prædicari, ſed omnia prædicata eſſe accidentia, propterea cp non magis ipſum ſit, cp non ſit, ut igitur entium auferunt ſubſtantiam ¶ ſic quoq; nihil neceſſario eſſe dicunt ¶ .i. nullum prædicatum neceſſario. Iccirco enim ſubſtantiam alicuius eſſe, & aliquid prædicari de aliquo in ſubſtantia negant, quia qđ ſic de aliquo prædicatur, hoc neceſſario ei ineſt, de quo prædicatur. propterea afferens cauſam dicit ¶ neceſſarium enim ut aliter, atq; aliter ſeſe habeat, fieri minime põt ¶ tunc quaſi epilogans uim rationis dicit ¶ quare ſi quippiam neceſſario ſit ¶ uerbi gratia dulcedo ſit neceſſario dulcedo ¶ id non ſane ita, & non ita ſe habebit ¶ & ſic patet eos ſibi ipſis eſſe oppoſitos. hæc eſt expoſitio Alexandri, q̃ ſaris dictioni cõuenit.

**Atque omnino ſi ſenſibile ſolum ſit, nihil erit profecto, ſi animantia non ſint, ſenſus enim non erit.**

Expoſitor ſecundum ſuum ordinem hic deſignat ſeptimã rationem, per quam fortaſſe probat nõ eſſe uerum illud, qđ ſupponunt uidelicet cp ſenſibilia ſolum ſint, & argumentatur, uelut ſophiſtæ argumentari ſolent, tantum pater eſt: igit̃ non tantum pater eſt, ſic eodem modo, dicit ¶ atq; omnino ſi ſenſibile ſolum ſit, nihil erit profecto ¶ probatur, ſi ſenſibile ſolum ſit, non erunt animantia. i. animalia, probat, & dicit ¶ ſenſus enim non erit ¶ ut ſit totum argumentum, ſi ſenſibile ſolum ſit, non erit ſenſus, cum ſenſus ſit aliquid præter ſenſibile, ſi nõ erit ſenſus, non erunt animalia ¶ ſi animantia nõ ſint ¶ .i. animalia non ſint, nõ erit ſenſus, ſi ſenſus non ſit, nõ erit ſenſibile. igitur nihil erit. Quare ſi ſenſibile ſolum ſit, nihil erit profecto. Quod autem ſi ſenſus non ſit, non ſit ſenſibile, probat Auerroes, & dicit, ſenſibile enim non eſt relatiuum ad aliud, niſi ad ſenſum, & ita ſi ſenſus non fuerit, non erunt ſenſibilia. Q uę Auer. Cõmen. 25.

Fortasse igitur uerum est neq; sensibilia, neq; sensationes esse, sentientis enim affectus hic est. non autem esse subiecta, quæ faciunt sensum, & & sine sensu est impossibile. nõ enim ipse sensus est sui. Sed est aliquid aliud præter sensum, quod quidem antecedere sensum necesse est. id enim quod mouet prius natura eo est, quod mouetur. neq; id minus est, & si hæc ipsa mutuo referunt.

Obscurissima est hæc dictio, potest tamen exponi, quod Aristoteles afferat responsionem, quoniam licet sensus non sit, non tamẽ sequitur, ut nullo modo sensibile sit, sed q; non sit sensibile actu, neq; sensatio: & dicit ¶ Fortasse igitur ¶ ex hoc argumento nũc facto ¶ uerum est neq; sensibilia ¶ actu scilicet ¶ neq; sensationes esse ¶ subaudi si sensus non sit, nõ tamen sequitur, ut omnino nullum sensibile sit, cuius rationẽ affert, & dicit ¶ sentientis enim affectus hic est ¶ est enim sensatio affectus sensus. ergo non potest esse absq; sensu ¶ non autem ¶ subaudi uerum est sensationes ¶ esse subiecta, quæ faciũt sensum ¶ .i. obiecta apta afficere sensationem in sensu. ¶ & sine sensu est impossibile ¶ .i. & obiecta facere nõ possunt sensationem, nisi præsit potentia sensitiua, & nec potentia sensitiua potest sentire, nisi præsint sensibilia apta mouere sensum, cuius rationem affert, & dicit ¶ non enim ipse sensus est sui ¶ nullus enim sensus sentit se ¶ sed ¶ ante sensationem scilicet ¶ est aliquid aliud præter sensum, quod quidem ante cedere sensum necesse est ¶ cuius rationem affert, & dicit ¶ id enim quod mouet, prius natura est eo, quod mouetur ¶ quare oportet esse sensibile antequam sentiatur. & quia tu posses dicere sensibilia actu dici relatiue ad sensus, & ita nõ possunt esse, nisi sensus sint, respondens dicit ¶ neq; id minus est, & si hæc ipsa mutuo referuntur ¶ ideſt dato quod sensibilia actu referantur ad sensus, nihil minus sensibile potentia prius est ipso sensu, quoniam sensibile potentia nõ dicitur relatiuum. ex ijs ergo Aristoteles uoluit habere quod ratio tacta non sit demonstratiua, sed probabilis, quia ex ea non sequitur, nisi sensibilia actu non esse, si non est sensus. etiam sequitur, si tantum actu sensibilia sint, ut non tantum actu sensibilia sint. quoniam si tantum actu sensibilia sunt, sensibilia actu sunt, ab exclusiua ad suam præiacentem. sensibilia actu sunt. igitur sensus est, ab uno correlatiuo ad alterum. sed sensus est quid aliud a sensibili actu, igitur aliquid aliud a sensibili actu est: aliquid aliud a sensibili actu est, igitur non tantum sensibilia actu sunt. quare si tantum sensibilia actu sunt, non tantum sensibilia actu sunt: quæ deductio de sensibilib⁹ potentia non ualet, quam ut diximus, sensibile potentia non refertur ad sensum, nisi in potentia.

TEX. 26. **Sunt autem quidam, qui dubitant & eorum, qui persuasi sunt, & eorum, qui solum has sententias dicunt. Quæritant enim quis nam sit ille, qui sanum hominem discernit, & eum omnino, qui circa singula recte iudicat, atq; discernit.**

Dixerat assertores eius sententiæ, quæ est de ueritate usus rum, quæ hoc in loco refutatur, partim ambigentes de sensibilibus in eam opinionem uenisse, partim non propter inductam de rebus persuasionem, sed pertinacia quadam hanc opinionem tueri. nunc ab utrisq; ambigi, quæriq; ait, quis nã sit, cuius iudicio de ueritate standũ sit, & quẽ sequi cõueniat, q; nouerit qs sanus, qs non sanus in his rebus persistat, & ad summum cuius nam uisis fidem habere oporteat: deniq; qs prudens sit: qui hæc decernat, unde dicit ¶ sunt autem quidã qui dubitant, & eorum, qui persuasi sunt ¶ .s. ex argumentis, quæ nesciunt dissoluere, quos admonitione probabili facile sanari posse dixit, & in quos hactenus disputauit dubia discutiendo, quibus in hunc errorem inciderant ¶ & eorum, qui solum has sententias dicunt ¶ nõ propter indutam de rebus persuasionem, sed pertinacia quadam, qua hanc opinionem tueri enixi sunt. Deinde explicans eorum dubitationes dicit ¶ quæritant enim quis nam sit ille, qui sanum hominẽ discernit ¶ dicebatur enim inter contrarias opiniones magis sanis q; infirmis esse credendum, & sapientibus q; ignorantibus, & uigilantibus q; dormientibus, ideo rursus. quæritant quis nam sit ille, qui sanum hominem discernit ab infirmo, & sapientem ab ipso stulto, ignorantq;, & uigilantem a dormiẽte ¶ & eum omnino ¶ atque ad summum ¶ qui circa singula ¶ ideſt qui in omnibus opinionum differentijs ¶ recte iudicat atq; discernit ¶ quod iccirco, ut Alexander inquit, dubium est, quia omnes aduersus omnes dicunt, & sibi quisq; sapere uidetur, & recte iudicare nam cum quibusdam uideatur aliquis esse sapiens alijs uidetur stultus nec ipsi, qui hoc dicit, exploratum est, num uisis recte ualentium standum sit neque enim quia ægrotantes pauciores sunt, iccirco eis non est habenda fides. fieri enim potest, ut plures efficiantur. etiã non multitudine & paucitate eorum, quibus uisa uidentur, uerum definire conuenit.

**Tales vero dubitationes similes sunt huic dubitationi, dormimus ne nunc, an uigilamus?**

Refutat nunc tales dubitationes in hunc modum, opiniones, quæ stultis opinionibus similes sunt, non sunt dignæ ut quærantur a philosophis, deinde assignat minorem, & dicit ¶ tales uero dubitationes similes sunt huic dubitationi ¶ stulq; uidelicet ¶ dormimus ne nũc an uigilamus? ¶ nemo enim in re tam manifesta rationem quæreret, quæ iudicium facile præbeat, quo possi iudicari, propterea q; quæcunq; uigilantes efficimus, dormiẽtes quoq; facimus, adeo, ut somnia etiã in somnijs interpretemur. ergo dubitatio hæc stulta est.

**Præterea idem omnes huiusmodi dubitationes valent. omnium enim hi rationem esse censent, etenim principium quærunt, atque hoc per demonstrationem accipere.** Præterea δ' autem.

Nunc ostendit errorem eorum, & causam erroris, & uult oẽs tales dubitationes idẽ ualere, & ex eodem capite proficisci, ex hoc uidelicet q; omnium rerum rationẽ aliquam causam, principiumq; quærunt, & principium indemonstrabile nullum esse putantinec quicquam esse aiunt, quod per se, & ex se fidem faciat, manifestumq; sit. dicit ¶ præterea idem omnes huiusmodi dubitationes ualent ¶ quatenus ex eodem capite omnes proficiscuntur, quod explicans dicit ¶ omniũ enim ¶ rerum uidelicet, quæ intelliguntur ¶ hi rationem esse censent, & enim principium quærunt, atq; hoc per demonstrationem accipere ¶ .s. quærunt. ergo error est, quia uolunt omnium intelligibilium esse quærendam rationem, & causa erroris est, quia uolunt omnium esse demonstrationem. patet igitur eos quæsiuisse aliquod principium pro regula ad discernendum inter infirmum & sanum, inter uigilantem & dormientem. uerum non erant hac regula contenti, quin per demonstrationem uoluerint esse accipiendam. hæc de errore & de causa erroris.

**Sed quod nõ persuasi sint, in ipsis actionibus patet. Verum, vt diximus, hic est eorum error, rationem enim eorum, quæritant, quorum nulla est ratio. principij enim demonstrationis non est demonstratio. facile igitur hi quidem id ita esse persuaderi possunt, non enim difficile est, vt accipiatur.** Sed ἐπὶγε Error πάθος passio affectus infirmitas.

Nunc ostendit aliquos hæc dicere pertinacia, nõ q; ita sentirent, & dicit ¶ sed q; non persuasi sint ¶ aliqui eorum, sed sola pertinacia sic dicant ¶ in ipsis ¶ eorum actionibus ¶ patet ¶ nam in facto nolunt iudicium dormientium esse æquale iudicio uigilantium, immo in facto, cum occurrerit, magis credunt iudicio uigilantium q; dormientium, & ita qui talia dicunt, non ex animi sententia loqui ex ipsorum actionibus intelligi potest. qui medico in rebus ad sanitatem pertinentibus credũt, artifici in arte sua, & singulis in rebus perito magis q; imperito. item in ipsis sensibilibus recte ualentibus sensui, & in suis cuiq; propterea subdit ¶ uerum, ut diximus, hic est eorum error ¶ ac infirmitas, quam subdit ¶ rationẽ enim eorum quæritant, quorum nulla est ratio ¶ & ita quæstio nõ manat ex dispositione aliqua, & opinione, nec aliunde q; quod rationem, demonstrationemq; quærunt eorum, quoꝝ neq; ratio habetur, neq; demõstratio, cuius rationem subdit, & dicit ¶ principij enim demonstrationis non est demonstratio ¶ cum ea significet, quorum cognitio manifestior est nobis a natura tributa, q; ut eorum demonstrationem desidere mus, hæc autem sunt sensus, & sententiæ dictę, ac naturales, & cõmunes opiniones, sed quia superius in eos disputauerat qui non pertinacia talia tradebant, nunc ad eos rediens dicit ¶ facile igitur hi quidem id ita esse persuaderi possunt, nõ. n. difficile est, ut id accipiat ¶ qui enim ob conceptam persuasionem ita dicunt, his non est factu difficile persuadere esse principia quædam indemonstrabilia. Hos enim ab errore huius opinionis eximere non erit magni negotij: ut superius diximus. At qui pertinacia id asserunt, maiore difficultate ab opinione remouentur.

**Qui vero in ratione vim solum quæritant impossibile quærunt. contrarium enim dicere censent, statim contraria dicentes.**

Cum disputasset cõtra eos, qui persuasi cõtradictionem, & apparentium ueritatem tuentur, nunc disputat cõtra eos, qui non persuasi, & ambigentes in hanc positionem uenere, sed disputandi, contraq; dicendi gratia, nec dissuasionem desiderant. omnino enim non talia dicunt ob indutam persuasionem, sed ut conuincantur, & ratione redarguantur, expectãt. Hi enim similes sunt iunioribus huius tpis, qui summos in omni scientia se esse iactant, modo dicant ea, quæ improbari non possunt: & ad quorum contradictionem non ducantur: unde dicit ¶ qui uero in ratione uim solum quæritant ¶ & pertinacia, ac disputandi gratia cõtradictionem, & uisorum ueritatem tuentur ¶ impossibile quærunt ¶ .i. redargutionem. postulant enim ut redarguantur, & ut in contradictionẽ adigantur. Redargutio. n. est contradictionis conclusio. & propterea ne ad contradictionem adigantur, isti hoc ipsum initio statuũt opposita uidelicet simul cõsistere, & cõtradictionẽ simul esse uerã: quo qui redarguitur, ab aduersario addici debet. hoc enim est opposita, & cõtraria dicere. At hoc ipsum isti protinus a principio uerã esse statuunt. quare in quancunq; contradictionem hos cogere uisus fueris, eam positionem suam, ac id sibi placere respondebunt. ergo dictio est manca, & hoc pacto suppleatur ¶ impossibile ¶ .i. contradictionem, inquam adigantur ¶ quærunt ¶ quã subaudi euitant, & affert rationem dicens ¶ statim enim contraria ¶ .i. opposita simul uera esse ¶ dicẽtes, contrariũ dicere ¶ ideſt contradictionem simul ueram esse ¶ censent ¶ & ita in quãcunq; contradictionem fateri cogentur, eam positionem suam esse, ac sibi placere respondebunt. Quo fit, ut contra hos disputare sit difficillimum. Si enim dictio sic suppleatur, plana est. Auerroes autẽ actiue legit dictionem in hũc modum ¶ qui uero in ratione uim solum quæritant, impossibile quærunt ¶ .i. quærunt ducere aduersarios ad impossibile, hoc est, ut concedant impossibile: quæ expositio non conuenit, ut mihi uidetur aliquo modo dictioni, ut Alexander recte consideravit, propter uerba quæ sequuntur. Que Auer. Cõmen. 26.

**At si non sint omnia ad aliquid, sed aliqua etiam per se ipsa sint, non omne sane quod apparet, erit uerum. id enim quod apparet, alicui est apparens.**

Alexander ait q; licet sit difficile contra hos disputare, tamen Aristotelem dicit tentare disputationem cõtra hos. Expositor autem ait Aristotelem primo ostẽdere, quonam modo eis obuiandum sit apparẽter, nam postea suo loco docet, quonam modo uere sit obijciẽdum. obiectio uero apud me hoc pacto conficienda est, si non omnia sint ad aliquid, non omnia quæ apparent, sunt uera. tenet consequẽtia, quoniam aliquid non esse ad aliquid, & apparere uerum alicui, implicat contradictionem, cum semper id, quod apparet, sit alicui apparens, uel ad aliquid apparens: & quod est absolutum, nulli sit apparens. Tunc addo minorem, sed non omnia sunt ad aliqd, alioquin omnia essent ad sensum, & sic sublato sensu, omnia entia e medio tollerentur, ut superius est ostẽsum. Primo ergo accipit hypotheticam, quæ est maior, & dicit ¶ at si non sint omnia ad aliquid, sed aliqua etiam per se ipsa sint ¶ .s. absoluta ¶ nõ omne sane, quod apparet, erit uerũ ¶ tenet consequentia, quia omnia, quæ apparent, esse uera est dicere omnia esse ad aliquid, & non omnia esse ad aliquid est dicere non omnia quæ apparent, esse uera, & ita implicat cõtradictionem aliter opinari. ideo probationem afferens dicit ¶ id. n. quod apparet, alicui est apparẽs ¶ absolutũ uero est, quod nulli apparet, & quod ad nullum est: Alexãder autem obscure admodum rationem conficit: nec potest facile applicari dictioni, quod asserit. Vnde & Auerroes sic dicit, sed manifestum est, si non omnia comprehensibilia per sensus sint relatiua, sed quædam eorum sint per se, non in respectu ad sensum, non omnia apparentia fore uera, sicut isti opinabantur. alioquin, ut dictum est, sublato sensu, nihil esset. Que Auer. Cõmen. 26.

**Quare qui dicit omnia, quæ apparent, vera esse, is omnia entia ad aliquid facit.**

Ex his, quæ dixit, infert unum contra eos, qui omnia apparentia esse uera dicũt, uidelicet q; omnia entia sint ad aliquid. & Expositor consequentiam hanc non probauit, sed solum exposuit uerbum ad aliquid, dicens omnia entia esse ad aliqd ideſt ad sensum, uel opinionem, & falsitatem consequentis Alexander ostendit, nam si omnia sint ad sensum, uel ad opinionem, sublato sensu, uel opinione, nihil esset. sed quonam modo consequentia deducatur, Alexander limitando docet, ut q; uisum tantum esse statuat, & præter uisum nihil aliud esse putet, si igitur omne uisum sit uerum, & præter uisum nihil aliud sit, omnia entia sunt ad aliquid, uidelicet ad sensum, uel ad opinionem, & sic limitando patet consequẽtia.

**Quapropter & cauendum est his, qui vim in ratione quæritant, & ob hoc subeunt disputationem, non eos dicere oportere id, quod videtur, esse verum, sed addant, oportere, cui uidetur, & cũ uidetur, & quo uidetur, & modo, quo uidet.**

Cum dixisset, & per confirmationem sumpsisset eos, qui omne uisum esse uerum dicunt, cogi dicere omnia esse ad aliquid, nunc quæ hos addere oporteat, edocet, ne facile cõuincantur, & ne cogantur concedere contradictoria simul esse uera, & dicit ¶ Quapropter & cauendum est his, qui uim in ratione quæritant, & ob hoc subeunt disputationem, nõ eos dicere oportere id, quod uidetur ¶ absolute. s. ¶ esse uerum, sed addant, oportere ¶ esse uerum. s. ¶ cui uidetur ¶ nam fieri potest, ut idem mihi uideatur uerum, alteri falsum ¶ & cũ uidetur ¶ nam fieri potest, ut aliquid idem alicui uno tempore uideatur uerum, alio tempore falsum ¶ & quo ¶ .i. & quãtum ¶ uidetur ¶ nam fieri potest, ut idem alicui uideatur magnum, alteri paruum ¶ & modo, quo uidetur ¶ nam fieri potest, ut idem secũdũ diuersos modos uideatur alicui uerum, & falsum. quare dicentes omne uisum esse uerum, ne conuincantur, cogũtur per cautela addere huiusmodi limitationes.

Quod si disputauerint quidem, non autem hoc pacto disputationem subierint, eueniet ipsis ut cito contraria dicant. fieri nanq; potest, ut idē uisu quidem mel esse, gustu autem non esse uideatur, & utrisque oculis, si sint dissimiles, non idem appareat.

Exponit nunc conditiones, & primo illā { Cui uidetur } & dicit { Quod si disputauerint quidem non autem hoc pacto disputationem subierint } .i. non autē his limitationibus positionem limitauerint { eueniet ipsis, ut cito contraria dicant } dixit autem { cito, quia isti opinantur contraria esse dicenda, sed non statim, cum suam positionem protulerint. qđ autem sequatur statim, ut dicant opposita, & ostendit, & exponit illā conditionem { cui uidetur } & dicit { fieri nanq; potest, ut idem } .i. ut eadem uilis { uisu quidem mel esse, gustu uero non esse uideatur } quare recte addi debet { cui uidetur } .i. secundum eundem sensum. Deinde exponit aliam limitationem { & modo quo uidetur } & dicit { & utrisq; oculis, si sint dissimiles, nō idem appareat } nam fieri potest ut idem simul secundum diuersos oculos appareat album, & non album, si forte aspiciens oculo altero ægrotet, altero recte ualeat. cæteras autem conditiones non exposuit. Alexāder uult, ut addantur quatuor limitationes, si debent euitare statim contradictionem, uidelicet ei cui uidetur, & quando uidetur, & quatenus, & quomodo. i. secundum eandem partem, dixit { cui uidetur } & nō simpliciter dicendum omne uisum esse uerum. nec hoc sufficit, sed oportet addere quando uidetur, cum eadem res eidem homini nunc talis, alias diuersa esse uideatur. nec hoc satis, sed addendum quatenus uidetur. i. sed secūdum eandem speciem sensus, quoniam fieri potest, ut bilis uisu appareat dulcis, gustu autem amara. itē nec hoc sufficit, sed oportet addere, & quomodo uidetur. i. nō solum secundū eandem speciem sensus, sed secundū eandem partem, quoniam secundum diuersos oculos potest idē album & non album uideri. Ita nisi his adiunctis disputandi negotium isti inceperunt, qui sibi conuinci sermone non pse uidentur, facile redarguentur, & statim pugnantia cogentur dicere. Addit autem Alexander { quo & ut } in eodem sensu accipi posse, ac ut idem significantia.

Nam & ad eos, qui propter causas olim dictas id, quod uidetur, inquiunt esse uerum, atq; ob id ipsum omnia similiter uera, falsaque esse dicunt, facilis est occursus. fieri nanque potest, ut neque omnibus eadem, neque sibi semper eadem, sed sæpe contraria eodem in tempore uideantur. quippe cum idem tactu quidem, cum digitus super digito ponitur, duo, uisu autem unum esse uidetur. At non eodem sensit, neque per idem, & eodem modo, temporeque eodem, quod hoc sit uerum. sed fortasse propter hoc ne cesse est his dicere, qui non ob dubitationem, sed disputationis gratia dicunt non esse hoc uerum, sed huic uerum.

Quod fort. quare.

Nunc ex ijs, quæ dixit, docet occurrere omnibus, & primo eis, qui ambigentes in hunc errorem delapsi sunt, quos modestiores esse, & admonitione tantum, & doctrina, non etiam redargutione indigere dixerat. & dicit { nam ad eos, qui propter causas olim dictas } atq; cōmemoratas { id quod uidetur inquiunt esse uerum, & ob id ipsum, quod dicunt. s. { omnia similiter uera falsaq; esse dicunt } subaudi { facilis est occursus. hoc in dictione subaudi Alexander, nam in græcis codicibus non est, sed desideratur. quod autem omnia pariter uera sint, atq; falsa, probat subiungens causam, ut Alexander exponit, & dicit { fieri nanq; potest, ut neq; omnibus eadem, neq; sibi semper eadem, sed sæpe contraria eodem in tempore uideantur } & ut ostendat quo modo aliqua eodem tempore opposita esse uideantur, adiungit { nam idem tactu quidem cum digitus supra digitum ponitur, duo, uisu autem unum esse uidetur } ut si sint duo lapilli, per diuersos digitos alteri alterum impositos si tangantur, duo uidentur: etiam si sit unus lapis. quotquot enim digiti adhunc modum impositi retigerint, tot lapilli ille esse uidetur, qui attingitur: uisu autem unus. atq; adeo corpus unum continuum particulari digitorum impositione multa esse uideri potest, si corpus partim molle, partim durum, & densum, partim asperū, & partim leue, & ab aliquo non intueri, qui digitos huc, atq; illuc transferat, contingatur. potest etiam intelligi per digitorum impositionem, ipsorum complexum. Digiti enim cohærentes inter se uisui unus esse uidentur. ijdem per mutuum cō tactum plures esse apprehenduntur. Quod ipsum uel apertius gustatus & uisus exemplo confirmare licet, si quod uisui coloris ratione mel esse uidetur, id gustui bilis esse comprobetur: propterea q; talem habeat saporem, ut ipse cōmemorauit. & sic patet quomodo ijs consentaneum est dicere omnia pariter uera falsaq; esse. nam eadem non omnibus uideri tur esse, sed quæ his uera, eadem illis falsa, esse uidentur, neq; eidem semper eadem, sed plerunq; etiam in eodem tempore cōtraria. ex eo itaq; q; non eadem cunctis uideantur, nec eisdem semper eadem, nec eorum, quæ similiter uidentur, hæc magis uera, illa falsa magis esse putentur, sequitur omnia pariter uisa uera esse, atq; falsa, cum eadem talia & non talia uideantur. quibus incommodis explicatis, determinationes adiungit, de quibus paulo ante mentionem fecit, quas apponendas esse ait sententiæ eorum, qui omne uisum uerū esse tradunt, si uelint sermonis redargutionem effugere, quippe quibus adiectis prædicta incōmoda cauentur. Hoc enim innuit, cum ait { At non eodem sensu, atq; per idem, & eodē modo, temporeq; eodem quod hoc sit uerum } pariterq; falsum subaudi uidetur, si enim uisum cum his determinationibus uerum esse dicatur, non amplius consequens erit, omne uisum uerum esse, pariter atq; falsum. nam ijs, quæ diximus, adiunctis, omne uisum uerum esse demonstrari poterit. Deinde docet occurrere eis, qui pertinaciter repugnant. nam ijs quoq;, si uelint redargutionem euadere, est necessarium, ut suis dictis determinationes, quas diximus, adijciant, & dicit { sed fortasse propter hoc } .s. ut euadant contradictionē { necesse est his dicere, qui non ob dubitationem sed } pertinaciter { disputationis gratia dicunt, non esse hoc uerum } scilicet absolute, atq; simpliciter suapte natura { sed huic uerum } .i. cuicunq; suum, & tu subintelligas cæteras conditiones, quas diximus, nam sic redargutionem euadunt.

Atq;, ut antea dictum est, necesse est ad aliquid facere omnia & ad opinionem, & ad sensum. quare neq; fuit quicquam, neq; etiam erit, si nullus antea est opinatus. quod si fuit, aut erit, patet nō omnia ad opinionem esse referenda.

Cum docuisset modum, quo sic dicentes euadere possunt redargutionem, nunc adducit absurdum, quod euitare non possunt: ut Alexander exponit. uel, ut Expositor ait, nunc docet resistere sophistis sic dicentibus secundum ueritatem, & non solum ad hominem, hoc est non concedendo falsam opinionem quam ipsi ponunt. ergo apud Expositorem cum sophistis contradixit apparenter, nunc contradicit secundum ueritatem. Sed secundum Alexandrum adducit absurdum, quod euitare non possunt ad hunc modum, si omne uisum est uerum nō simpliciter, sed huic, i. cuicq; suum, omnia oportet, ut faciant ad aliquid aut ad opinionem, aut ad sensum. hæc consequentia sequitur, ut Alexāder inquit, si quis rerum substantias, atq; naturas ad sententiam opinantis, sentiētisq;



sensum referat, & uisum cuiq; uerum esse dicat, deinde hoc esse absurdum ostendit, quoniam si omnium rerum substantiæ sunt ad aliquid, ipsarumq; existentiæ opinionem, & sensum sectentur, profecto nihil erit alicui, quod esse aliquis non opinatur, nec quicquam erit, de quo prægxistimauerit nemo. nam qui esse in uidendo & opinando ponunt, ñ fieri quoq; statuunt in opinando. At si fieri certe, & factum esse, ita nō opinari effici quicq;, nihil efficitur; & ut breuibus dicam, nihil efficietur, ut non idem existimetur fieri, & hactenus res quæq; erit, quatenus existimabitur. quippe cum opinio, & sensus efficiant ea, quæ uidentur, & existimantur, cum prius nō essent: unde dicit { atq;, ut antea dictum est, necesse est } eos subaudi sic dicentes omne uisum esse uerum non simpliciter, sed cuiq; suum { ad aliquid facere omnia & ad opinionem, & ad sensum } tenet consequentia, quoniam isti rerum substantiam atq; naturam ad sententiam opinantis, sentientisq; referunt, & uisum cuiq; uerum esse dicunt: cum nihil ponant secundum se tale, deinde destruit consequens, & dicit { quare neq; fuit quicquā, si nullus antea est opinatus neq; erit } quicquā, si nullus erit opinatus { quod si fuit uel erit } subaudi dato q; nullus fuerit opinatus { patet non omnia ad opinionem } & ad sensum { referri } quod autem fuerit, uel futurum sit aliquid etiam si nullum opinetur, uel præsentiat, declarat Alexander primo quidem, quoniam cōstat pleraq; inſperato, præterq; opinionem fieri. nā quid dictu absurdius esse potest q̄ neq; bellum, neq; alluuionem, neq; denicq; terræmotum fore, nisi quispiam hæc futura esse prius existimaſſet: alio quin oporteret hæc ijs solis fieri, qui hæc futura præcepissent, eadem non fieri ijs, qui non futura esse putassent. at non ita se res habet, nec bellum ijs tantum fit, qui fore ipsum fuerant opinati: nec refert quis id opinatus fuerit, ipse ne, an alius quispiam. quod si aliqua etiam nemine opinante fiunt, nō igitur entia omnia ad aliquid efficiuntur. quod si nō omnia sint ad aliquid, consequens est, ut ne omne quidem uisum sit uerum. Secundo hoc idem declarat Alexāder ex hoc, quia quæ sunt ad aliquid, simul sunt natura, sed substantia, & existentia rerum existimatarum non simul natura sunt cū existimante, cum non aboleantur simul cum existimante. igitur non sunt ad aliquid.

**Præterea si unum ad unum, aut ad definitum refertur, & si idem est dimidium, & æquale, sed nō æquale ad duplum, neq; dimidium ad æquale refertur. ad opinans itaq;, si idem est homo, & id, de quo habetur opinio, non est homo opinans, sed id de quo habetur opinio. quod si unūquodq; erit ad id, quod opinatur, id, quod opinatur, erit specie infinita.**

Cum probasset rerum substantias, atq; existentias nō esse ad aliquid. i. ad opinionem uel sensum, per unam rationem, nunc addicit ad idem secundam rationem, quæ talis est, si rerum substantia, & existentia est ad opinantem, opinans erit specie infinita. probatur, quoniam tot erūt relationes in ipso opinante, quot in rebus ipsis, de quibus habentur opiniones, sed res, de quibus habetur opinio, sunt infinitæ tam in præterito q̄ in futuro, ergo relationes in opinante erunt infinitæ. quare opinans erit specie infinita. hoc autem Aristoteles destruit, quoniam unum ad unum tantum refertur, & non ad infinita: & iuxta hanc expositionem Aristoteles primo præmittit falsitatem. consequentis uel id, quo declaratur consequens esse absurdum, deinde ibi { Quod si unūquodq; erit ad id } colligit incommodum. Alexāder uero paululum aliter exponens uult q; demonstrato, qui omne uisum uerum esse aiunt, eos sequi, ut omnia faciant ad aliquid, nunc disputans de ijs, quæ ad aliquid dicuntur, incommodum quiddā docet ex opinione sequi, ibi { quod si unumquodq; erit id } sed accipit prius, statuitq; quomodo dicimus, & quomodo sunt, quæ ad aliquid dicuntur, ut in promptu sit demonstrare non omnia esse ad aliquid: & ita habetur per hæc, quę præmittit, illud, ad quod deducit, esse absurdum: & dictio est suspensiua usq; ibi { ad opinans itaq;, & dicit { præterea si } subaudi eorum, quæ ad aliquid dicuntur { unum ad unum, aut } si ad plura dicitur { ad definitū refertur } siquid enim complures habitudines obtineat, & ob id ad plura dicatur, id certe secūdum singulas habitudines ad quiddam uel speˊcie, uel genere determinatum dicitur, hoc probat exemplo, & dicit { & si idem } .s. subiecto { est dimidiū, & æquale } idē subiecto referetur. ad plura { sed nō æquale ad duplū } scilicet referetur, sed ad æquale { neq; dimidium referetur ad æquale } sed ad duplum. ergo unum ad unum tantum refertur. nam æquale ad nihil aliud dicitur, q̄ ad æquale, neq; duplum ad aliud quam ad dimidium, neq; dimidium ad aliud quam ad duplum: & ita licet idem ad plura referatur, per singula tamen semper ad aliquid definitum refertur. illud ergo quod accipit est, q; si ad plura idē referaˊ, certe p̄ singulas habitudines ad aliqd definitum refertur. Deinde terminans suspensionem iterum exponit, q; licet unum ad plura dicatur, tamē nō nisi ad definita referēˊ, & dicit { ad opinans itaq; } subaudi referentur omnia { si idem est homo } .i. si idem homo, sit opinans & homo { & } si { id, de quo habeˊ opinio, nō est homo opinans, sed } est { id, de quo habeˊ opinio } quasi dicat unum ad plura dicetur definita, duobus ſtātibus uidelicet q; opinans sit idem q; homo, & q; id, de quo habeˊ opinio, nō sit opinans, sed id, de quo habetur opinio. dixit autem omnia referri ad opinans, si idem sit opinans & homo, quoniā non ad hominem, sed ad opinans, qua formaliter est opinans, omnia referunˊ. quasi dicat licet homo sit opinans, tamē nō referuntur ad hominem, quo est homo, sed quo est opinans. dixit secundo & id de quo habetur opinio nō sit opinans, sed id de quo habetur opinio, ut notaret hæc esse diuersa formaliter. nā id, de quo habetur opinio, licet sit homo, & subiecto idem, quod opinans, tamen formaliter diuersis relationibus differunt. & ita uult habere per hæc omnia, q; licet id, quod refertur, sit unum subiecto, est tamen plura formalibus relationibus: modo quo existimare, & existimari differunt. quare fieri non potest ut homo existimet, quatenus existimatur, nec, ut existimet, quatenus existimatur. Terminata suspensione, in qua declarauit, quomodo sunt, quæ ad aliqd dicuntur: nunc incōmodū explicat, & dicit, q; si unūquodq; scilicet entium { erit } .s. per relationem { ad id, quod opinatur } .i. formaliter ad ipsum opinātem, quo opinans est, atq; existimat { id, quod opinatur } & existimat { erit specie } .i. specificis, ac formalibus relationibus specie, & forma diuersis { infinita } quoniam habebit relationes quæ specie differunt, infinitas, quia tot, quot ea sunt, ad quæ refertur: quæ cū sint infinita, erit opinās ipse relationibus infinitis infinita. hoc autem falsum esse præmisit, cum dixit eorum quę sunt ad aliquid, unumquodq; referri ad unum, uel si ad plura, non ad infinita, sed finitis relationibus: & ita licet opinans referri possit ad plura, quę opinatur & per plures relationes, nō tamen ad infinita, sed ad finita: & per finitas relationes. supponit autē Aristoteles in toto hoc discursu duo, ut Alexander innuit, primum q; opinabilia sint infinita: quatenus sunt opinabilia. nā res præteritæ, & futuræ, & præsentes sunt infinitæ, quas opinans opinari potest. Secundum q; esse, ac substantia, & quiditas cuiusq; opinabilis in existimari consistat. nam apud eos equi quiditas nihil aliud est, q̄ existimari, quia in hoc positū est ipsius esse. Neq; enim refert canem dicas, an opinabile. ex his sequitur, opinabilia, quo sunt opinabilia, esse specie infinita, ut Alexāder deducit. nam licet res, quæ existimantur, sint finitæ, quo tamen existimantur, sunt infinitæ, cū una res possit fere infinitis opinionibus existimari. Quare sequetur, ut unum existimans sit infinita specie, qa relationes in se habet infinitas, quibus refertur ad opinabilia infinita. Hoc autem esse absurdum ostendit, quoniam dictum est unum non re-

ferri, nisi ad unum, & si ad plura, non nisi ad finita. enumerat Alexander rationes fortissimas enumerat, quæ ualent ad refellendum illud omnia esse ad aliquid. prima est, quæ docet multa fieri, uel esse, uel fore nemine præopinato. & rursus alia est, quoniam multa eorum, quę fiunt, fiunt non cogitata, quæ inopinata dicuntur: ut inuentio thesauri. multa rursus cogitata nō fiunt, ut in bellis, & certaminibus uincere, & uinci, & alia propemodum infinita. Tertia item quæ ait, si cuiusq; rei esse in existimando consistit, sublato existimāte, nihil omnino erit. Quarta si perierit animal, nihil erit aliud. quoniam pereunte eo, qui existimat, simul rerū existimatarum peribit essentia. quin etiam uiuente, sed non existimante, nihil erit reliquum. Sexta etiam sequetur, ut idem ipse, qui existimat, cū existimat, non erit ens, nisi ab alio existimetur, & ita fiat, ut aliquis non sit, & simul existimet. Septima, si opinio mutetur, res quoq;, de quibus habetur, mutabuntur, nisi quis seipsum existimet, ut existimantem. Octaua, si aliquem hic esse opinetur, ille non esse, simul erit, & nō erit, idemq; multa erit, si ab his multa esse fuerit existimatus. Nona si aliqui opinentur idē numero esse in diuersis locis, idem simul erit in diuersis locis. denicq; idem res oppositæ erit, ut si quod quiescere quidam putat, hoc alius moueri opinetur. hæc Alexander.

**Quæ igitur firmissima omnium opinionum sit, cp non simul ueræ sint enunciationes oppositæ, & quod accidat ijs, qui ita dicunt, & cur ita dicant, satis a nobis est dictum.**

Nunc epilogat, & dicit { Quod igitur firmissima omniū opinionum sit, cp non simul ueræ sint enunciationes oppositæ } hoc enim est, quod sibi demonstrandum proposuerat, sententiam illam, contradictiones non esse simul ueras, notissimam, & manifestissimam esse, quod multis rationibus conclusit, & incommoda, quę sequuntur eos, qui eam negarunt, declarauit, & ideo dicit { & quid accidat illis } scilicet qui eam negarunt: & { qui ita dicunt, & cur ita dicant } declarauit enim eos uenisse in hanc sententiam, quoniam ex eodem opposita fieri cernebant, & quoniam quæ eadem esse putantur non omnibus eadem esse uidentur: hæc omnia ita esse exposita { satis a nobis est dictum. }

**Cum autem fieri nequeat, ut contradictoria simul de eodem sint uera, perspicuum est fieri non posse, ut contraria simul eidem insint. Est enim alterum contrariorum nō minus priuatio. substantiæ uero priuatio, priuatio autem est negatio ab aliquo definito genere.**

Postquam sententiam illam non posse contradictionem de eodem simul esse ueram, manifestissimā esse docuit, nunc ex hoc deducit corollarium, ut ne contraria quidem eidem inesse queant, & quomodo sequatur, docet, primo ergo infert corollarium, & dicit { Cum autem fieri nequeat: ut contradictoria simul de eodem sint uera, perspicuum est fieri nō posse, ut contraria simul eidem insint } .i. fieri non potest, ut contraria sint simul uera de eodem. hoc corollarium ex regulæ contradictionis quæ superius est declarata, probari potest prioristice inducendo ad oppositum regulæ. nam si contraria possunt esse simul uera, subcontraria possunt esse etiā simul uera. deducuntur enim mox ex ueris datis contrarijs. Si autem subcontraria sunt simul uera, datis contrarijs ueris ex concesso, tunc contradictoria erunt simul uera, quare si contradictoria non sunt simul uera, nec cōtraria erunt simul uera. & sic prioristice hoc corollarium deduci potest ex sententia prius exposita. Aristoteles autem non contentus hac prioristica deductione, probat corollarium ex ratione naturali: & sic componitur, opposita, quorum alterum est priuatio, non possunt de eodem esse simul uera. contraria, opposita sunt, quorum alterum est priuatio. igitur contraria nō possunt de eodem simul esse uera. de ratione affert minorem, & dicit { est enim contrariorum alterum nō minus priuatio } subaudi cp oppositio: uel per priuationem imperfectum intelligit, in libro enim de generatione dixit, quod in contrariorum ordine deterius est, id esse priuationem, cū præstantius proprie species, seu forma esse intelligatur, ut nigrum priuatio est albi, turpe honesti, amarum dulcis, dixitq; ibidem opposita a priuationibus proprie intellectis differre, cp in his alterum tantū est alterius priuatio: in oppositis autem utrūq; alterius. sed cum accepisset contrariorū alterum alterius esse priuationē, addit differentiam inter priuationē, q̄ est cōtrarij, & priuationē, q̄ est oppositi. in ordine. n. cōtrariorum, ut dixi mus, alterū est priuatio, & in ordine oppositorū similiter alterū est priuatio, sed differentiā addens, subdit { substātię uero priuatio } .i. sed ea priuatio, quæ est cōtrarij, est priuatio alicuius ac determinati subiecti, quod opponens, subiūgit { priuatio autem } quæ .s. contrarij est { negatio est ab aliquo de finito genere } discrimen enim quo negatio priuatiua a simplici negatione discrepat, declarauit addens { ab aliquo determinato genere } quod ipsum significauit dicens substantiæ uero priuatio. & sic per substantiam, & definitum genus idem intelligit non enim omne non uidens dicitur cæcum, sed solum in genere uidentium, & ideo differunt cp priuatiua negatio est negatio in subiecto apto nato, negatio simplex est extra genus. Alexander uero exponit dupliciter hunc locum, uno modo per substantiam intelligens subiectum genus prædicamenti, alio modo subiectum genus, quod subijcitur. unde dicit Aristoteles, alterum contrariorum est priuatio, non simplex, sed { substantiæ priuatio } & exponens qd intelligat per substantiam, subdit { priuatio autem negatio est ab aliquo definito genere } ergo secundum primam expositionem hæc est differentia cp negatio priuatiua sit negatio entis alicuius, ac determinati generis. negatio simplex sit tam de ijs, quæ sunt, cp̄ de ijs, quæ non sunt, & eorum, quæ in nullo genere sunt. uel { priuatio substantiæ } exponitur .i. determinati subiecti, cui inest { priuatio autem est negatio ab aliquo definito genere } .i. in subiecto apto nato. priuatiū enim subiectum quidem est, quod aliquo priuatum est. neq; negationem æmulatur quæ de aptis, decq; ineptis illud recipere uere dicitur. Hæc enim negatio non uidet, nō solum de cæco uere dicitur, sed etiam de pariete, qui minime uisus est capax, quia negatio de incertis dicitur, cæcitas non item, sed de ijs tantum, quę uisu priuata sunt. Similis est ratio cōtrarij, siquidem natura eadem capax est contrariorum. nā hoc priuatio a negatione, cp negatio dicatur de ijs, quæ non sunt, priuatio uero de quadam subiecta natura, quæ etiam habitus est capax. potest ante syllogismus uniuersus apud Alexandrum sic componi, nulla negatio cum affirmatione opposita uera esse reperitur: priuatio negatio quædam est: igitur priuatio non potest uera esse cum sua affirmatione. Tunc subaccipiatur hoc modo, sed alterum contrariorum priuatio, quædā est. igitur alterum contrariorum non potest esse uerum cum sua affirmatione. De hoc syllogismo postea dicemus.

**Si igitur impossibile est uere simul affirmare, atq; negare, fieri quoq; non potest, ut contraria simul insint: nisi aut aliqua ex parte ambo, aut alterum quidem aliqua ex parte, alterum uero simpliciter insint.**

Quia syllogismus uniuersus, ut dictum est, hoc pacto cōponitur, nulla negatio cum affirmatione apposita uera esse reperitur, priuatio negatio quædam est: igitur priuatio non potest uera esse cum sua affirmatione. accepit maiorem pro antecedente, & dixit { Si igitur impossibile est uere simul affirmare atq; negare } .i. si nulla negatio cum affirmatione opposita uera esse potest { fieri quoq; non potest, ut contraria simul insint } deinde exponit quot modis cōtraria simul in eadem



in eodem esse possunt, & uult contraria posse eidem inesse secundum quid dupliciter: aut quoties ambo insunt secundum quid, utputa in eodem subiecto secundum diuersas partes, ut in scuto, cum unum eius dimidium sit album, alterum uero nigrum: aut quoties ambo insint eidem subiecto, sed alterū simpliciter, alterum secundum quid, ut nigrum & album in æthiope. nam in æthiope est nigrum simpliciter, & album secundum dentes. uel ut iactura mercium in mare, de qua est apud Aristo. in Ethicis, quæ simpliciter, & per se considerata est inuoluntaria, tunc autem cum merces iactantur, uoluntaria. & illud ego falsum dico, cū simpliciter falsum sit, ex parte tamē est uerum. quoniam me dicere falsum est uerum: ut in Elenchorum libro secundo. Vnde dicit { nisi aliqua ex parte ambo } contraria .s. { simul insint } eidem subiecto secundum diuersas partes { aut alterum quidem aliqua ex parte. alterum uero simpliciter } eidem subiecto { insint } Attamen eidem subiecto secundum eandem partem simpliciter simul inesse impossibile est. hactenus de corollario.

**At uero neque fit ut inter contradictoria medium cadat aliquod, sed aut affirmetur unum de uno quiduis, aut negetur necesse est.**

Postquam docuit fieri nō posse, ut contraria simul consistant, nunc probare intendit multis rationibus nullū esse medium contradictionis, & hoc facit, ut recte Alexā. inquit, ut ostēdat, neq; contradictionē esse simul falsam. quo etiam fit, ut contradictio in re quaq; uerum a falso discernat. nā si neq; simul esse uera potest, ut demonstratū est, neque simul falsa (hoc enim appellari potest medium contradictionis) reliquū est, ut in omni re altera pars cōtradictionis uera sit, altera falsa. intendit ergo breuiter demonstrare nullū esse medium cō tradictionis, ut habeatur primo contradictionē nō esse simul falsam, & ut habeatur secundo ea contradictionis lex, q̄ est, ut cōtradictoria nec possunt esse simul uera, nec simul falsa. Tertio ut habeatur ea contradictionis sublex, q̄ est, ut si contradictionis sit altera pars uera, altera sit falsa. & e contrario si altera pars sit falsa, altera sit uera. Quod habeatur lex contradictoriorum, patet, nam prius ostendit contradictoria non esse simul uera, nunc uero ostendendo inter contradictoria non esse medium, ostendit contradictoria non esse simul falsa. ergo ex his relinquetur lex contradictoriorum, quę est ut neq; sint simul uera, neq; simul falsa. ex hac uero lege, sublex sequitur, q̄ est, ut duorum contradictoriorum, si altera pars uera sit, altera sit falsa, & e contrario si altera sit falsa, altera uera sit. nam si altera uera fuerit, tunc ambę contradictionis partes uerę erunt. siquidē altera, & altera uera est pars te, & sic habetur cōtra legē, insuper si altera falsa sit, altera uera erit, alioquin ambę simul falsæ erunt, quod est cōtra legē. hæc ergo sub lex dabitur, cōcessa lege. nolo tamē te ignorare captiūculatores dicere tam legem, cp̄ sublegē cōtradictionis esse intelligendā præter materiam insolubilium. nā in materia illa cōtradictio potest esse simul uera, & simul falsa: quod an sit ita, in Iudicris dilucide explicauimus. insuper dicūt sub legē esse intelligendā cū conditione, qa in casu, nō sequitur si cōtradictionis altera pars sit uera, ut sit altera falsa, nisi posita cōstantia illius. nā in casu potest altera esse uera, & altera nō esse in rerū natura, quo posito, nec erit uera, nec falsa, ergo uolunt, ut intelligatur, si una est uera altera sit falsa, illa formata. Sed de his in Iudicris petendum. colligitur ergo intentio, quā probare intendit, ut inter contradictoria nullū sit medium p abnegationē ueri, ac falsi .i. tale, quod nec sit uerum, nec falsum: & hoc proponit, dicens { at uero neq; fit, ut inter cōtradictoria medium cadat aliquod } & tale ut neque uerum sit, neq; falsum { sed necesse est, aut affirmetur quiduis unū de uno, aut negetur } & addit { quiduis unū de uno } ut intelligatur unā esse sumendā cōtradictionē, quod ita demū fiet, si unū de uno affirmabitur, negabiturq;, alioquin non erit eadē cōtradictio, sed cōplures affirmationes, negationesq;, sed de his latius in libro de enunciatione disputatum est.

Patebit autē id ita esse, si primo quid nā sit uerum, quidve falsum definierimus. nā dicere quidē id, quod est, nō esse, aut id, quod non est, esse, est falsum. dicere uero id quod est, esse, & id quod non est, non esse, est uerum. Quare & qui dicit illud medium esse, aut non esse, uerum aut falsum dicet. Sed neque ens dicet esse, aut non esse, neque non ens.

Ad demonstrandū nullū esse medium cōtradictionis, primo premittit quid sit uerū, & quid sit falsum, & dicit { Patebit autē id ita esse, si primo quid nā sit uerū, quidve falsum definierimus } deinde utriusq; definitionē exponens, dicit { nā dicere quidē id, quod est, nō esse, aut id, quod non est, esse, est falsum. dicere uero id, quod est, esse, & id, quod non est, non esse, est uerū } & per dicere intelligit, enunciare, nā enunciatio falsa significat aut esse, quod nō est, ut hęc, æthiops est albus, aut nō esse, quod est, ut illa, æthiops nō est niger. Enunciatio autem uera significat aut esse, quod est, ut cygnus est albus, aut non esse, quod non est, ut cygnus non est niger. Iuniores fecerunt differentiam inter significare uerum, uel significare falsum, & inter significare uere, uel falso. nam terminus incomplexus, ut iste terminus /uerum/ significat uerū, nō tamen uere, & iste terminus /falsum/ significat falsum, nō tamen falso. At enunciatio est, quæ significat uere, uel falso. Aristoteles igitur cum hic definit uerum, intelligit per uerū propositionē ueram, q̄ suum significatū uere significat, & per falsum propositionē falsam, q̄ suū significatū falso significat. ergo per significare uerum intelligit propositionē significare ita sicut est in re, si, propositio esse significat, aut uere significat sicut nō est in re, si significat nō esse. uera enim propositio est, quæ ut res est, uel ut nō est, ita significat. significare autē falso est significare aliter esse quam est, uel aliter non esse quam nō est. propositio enim falsa est, q̄ aliter q̄ est, uel q̄ non est significat, ut clare patet in prædicamentis. Aliter alij dixerunt enim propositionē ueram esse, q̄ (ut utar eorū uerbis) est ea, q̄ qualitercunq; esse significat, taliter est, affirmatiua quidē, q̄ qualitercunq; ipsa affirmat, taliter est. negatiua autem, quę qualitercunq; ipsa negat, taliter non est. falsa uero, q̄ nō qualiter ipsa significat, taliter est, affirmatiua quidē, quę non qualiter ipsa affirmat, taliter est. negatiua uero, quæ non qualiter cunque ipsa negat, taliter non est. sed hæc dilucide petenda a Iudicris sunt. Ex his definitionibus concludit propositum, & dicit { Quare & qui dicit illud medium esse, aut non esse, uerum aut falsum dicet } uerum quidem, si esse dicit, quod est, aut non esse, quod non est. falsum autem si esse, quod nō est, aut non esse, quod est { Sed } dicendo sic { neque ens } .i. tantum { dicet esse, aut non esse, neque non ens } .s. tantum dicet esse aut non esse, sed indifferenter unum quiduis de uno affirmat uel negat tam de ente quam de non ente. Quo uero ad uerba attinet, uerbum { illud medium } in dictione nō habetur: sed Alexander suppleuit, cum ait Aristotelem esse locutum de medio. & ideo aliter intelligens quam diximus, inquit { quare & qui dicit illud medium esse, aut non esse, uerum aut falsum dicet } uerum quidem, si esse dicit, quod est, aut non esse, quod non est. falsum autem si esse, quod nō est, his uerbis inquit, quia definitio uera est, ut sit illud, quod non est falsum, & definitio falsi ut sit illud, quod non est uerum, sit, ut nihil esse possit simul uerum & falsum. & paucis interpositis, exponens quid sit uerum siue affirmatiuū, siue negatiuū, ait uerum esse illud, quod extra animam est, quemadmodū est in anima. falsum autem, si fuerit e conuerso.

Q ue Auer. Cōmen. 27.

Præterea medium contradictionis, aut ut est fuscum inter nigrum, & album erit, aut ut id quod neutrum est, inter hominem atq; equum. Si igitur hoc pacto medium esse dicatur, nõ erit utique in illud mutatio. ex non bono enim in bonum, aut ex hoc in non bonum mutatio fieri solet. nunc autẽ fieri semper uidetur. non.n. est mutatio, nisi in cõtraria & media. sin autẽ sit mediũ & altero modo, erit utiq; aliqua in album nõ ex non albo generatio: nunc uero non cernitur.

Contraria ἀντικείμενα opposita.

Hic affert secundam argumentationẽ, ad cuius declarationem præmittit distinctionem medij, & dicit { Præterea medium contradictionis aut erit, ut est fuscum inter nigrum & album } .i. aut participatione utriusq; extremi, & eiusdem generis cum extremis, ut fuscum inter album, & nigrum. quod participat utroque extremo, & est eiusdem generis cũ extremis: & hoc alio nomine dicitur medium remissione & transitu { aut } dicitur { ut id, quod neutrum est inter hominem, & equum } quale medium est bos, qui nec est homo, nec equus, & hoc medium dicitur per abnegationem extremorum, & alterius generis ab extremis, & tale medium non dicitur remissionis, nec transitus. Hac distinctione præmissa, primo probat quod inter contradictoria non potest esse medium per abnegationem, quod sit alterius generis ab extremis. Quoniam si tale medium daretur, tolleretur mutatio inter contradictoria. Consequens est falsum, ergo & antecedens. & probatur consequentia, per illam dignitatem, quæ est, ut omnis mutatio fiat de extremo ad extremum per medium eiusdem generis. & cum tale medium non sit eiusdem generis, nõ potest per ipsum fieri transitus de extremo ad extremum. Quare inter contradictoria tolleretur ea mutatio, quæ est de extremo ad extremum: dicit { si igitur hoc pacto medium esse dicatur } .s. per abnegationẽ, quod sit alterius generis ab extremis { non erit in illud mutatio } .s. prius deueniens quàm in extremũ, & sic tolleretur mutatio inter contradictoria, quod falsum esse ostendit, & dicit { ex non bono.n. in bonũ, aut ex hoc } .s. bono { in nõ bonum mutatio fieri solet } & sic inter contradictoria solet esse mutatio: quam isti sic dicentes coguntur negare. & quoniã dixit { non erit utiq; in illud mutatio } quasi destruẽs illud, ad quod deduxit, dicit { nũc autem fieri } .s. mutatio in medium { semper uidet } per illam dignitatem, omne quod mutatur, prius mutatur in medium quàm in extremum. & affert causam, & dicit { non.n. est mutatio, nisi in contraria, & media } subaudi prius quàm in extrema. & cũ dixit { ex nõ bono.n. in bonum } & reliqua, uoluit pari ratione in cæteris rebus esse intelligendũ. Deinde probat, quod inter contradictoria nõ possit esse medium participationis, quod sit eiusdẽ generis, & hoc pacto, si mediũ inter cõtradictoria sit participatione, & eiusdẽ generis, tunc mutatio, q̃ est ad album, nõ erit ex nõ albo semper, quod absurdũ esse patet, quia semper mutatio ad album erit ex nõ albo, & cõsequentia probatur, quoniam quandoq; erit ex tali medio eiusdẽ generis, quod tamen nõ est nõ album. cũ sit eiusdẽ generis cum albo, quare erit ad albũ mutatio, quæ nõ est ex nõ albo: sed ex medio, quod est eiusdem generis, cum albo: dicit { sin autem sit medium } .s. inter cõtradictoria, quod sit participatione, & eiusdẽ generis { erit aliqua in album nõ ex nõ albo generatio } sed erit ex medio, quod est eiusdem generis cũ albo. hoc autẽ destruens dicit { nunc autẽ non cernitur } aliqua subaudi generatio ad album, quin sit ex nõ albo. Sed occurres, quoniam si inter contradictoria detur medium eiusdem generis, nõ sequitur aliquam esse albi generationem, q̃ nõ sit ex nõ albo. nam illa generatio, q̃ fieret ex medio eiusdẽ generis, etiam fieret ex nõ albo, quoniam fieret ex illo medio, quo subit rationem non albi. Aristoteles nõ curauit hoc alio modo refellere, cum sit in parte probabili, uel quia perspicuũ est nõ posse esse tale medium inter contradictoria. quoniã nihil esse potest, quod negatione & affirmatione participet.

Præterea omne, quod sub mentem cadit, ac intellectum, mens aut negat, aut affirmat. hoc autem ex definitione patet, quando uerum, uel falsum dicit. cum enim hoc quidem pacto componit negans, aut affirmans, uerum dicit, cum autẽ hoc pacto, falsum.

Hæc est tertia argumentatio, quæ sic componitur, de quo mens statuere, siue enunciare non potest, & affirmando, aut negando uerum dicere, aut falsum, id minime in rebus est. de eo, quod contradictionis medium esse dicitur, mens non potest enunciare, & affirmando, aut negando uerum dicere, aut falsum igitur medium contradictionis minime in rebus est: hoc pacto syllogismum composuit Alexander. &, ut recte inquit, difficile est intelligere hunc ex eius uerbis. Propterea facilius sic conficerem { Omne, quod sub mentem cadit, ac intellectum, mens aut negat, aut affirmat } hæc maior ponitur in dictione. Sed de medio contradictionis mens neq; negat, neq; affirmat, alioquin nõ esset medium. igitur medium contradictionis neque cadit sub mentem, neque sub intellectum: & ita nihil omnino est. Maiorem probat ex definitione ueri, & falsi: & dicit { hoc autẽ ex definitione } si ueri, & falsi { patet, quando } .s. mens, aut intellectus { uerũ, uel falsum dicit } quando.n. mens uel intellectus uerũ dicit, aut falsum, semper illud, quod sub mentẽ cadit, uel sub intellectũ, affirmat, uel negat. & assignat causam, & dicit { cum.n. hoc quidem pacto } subaudi sicuti est, uel non est in re { componit negans } .i. format propositionem negatiuam { aut affirmans } .i. cõponit propositionem affirmatiuam { uerum dicit } quoniam uerum dicere est enunciare sicuti est, uel non est in re, ut dictum est { cũ autem hoc pacto } .i. aliter quàm sit, uel nõ sit in re cõponit negans, aut affirmans { falsum } .s. dicit. ergo patet maior hęc uidelicet, omne, quod cadit sub mẽtem uel intellectum, mens seu intellectus aut negat, aut affirmat. minorem uero, & conclusionem prætermisit. nam, ut Alexander inquit, dictio admodum subcinta, & coacta est, quippe in qua antecedens.i. maior rationis tantũ, ut diximus habetur. Quo uero ad uerba attinet, cum ait { sub mentem, aut intellectum } pro eodem utrunq; dixit. nam mens & intellectus idem est. uel aliter quod sub mentem cadit, pro re agenda dixit, pro eo ve, quod mens ratiocinando, uel per inductionem ex pluribus assumit ac exequitur. quod uero sub intellectum, pro re, quam cõtemplamur, uel simpliciter pro intelligentia. de utrisque enim habetur assensio, & affirmatio, uel negatio.

Præterea uniuersis in contradictionibus illud esse oportet, nisi disputationis gratia dicatur. quare & neq; uerũ, neq; nõ uerum quispiam dicet.

Hæc est quarta argumentatio, q̃ talis est, si cõtradictionis aliquod mediũ habetur, nõ cuiusdã contradictionis de re aliqua medium habebitur, alterius nõ item, sed omnis cõtradictionis mediũ erit, uerũ dicere, & nõ uerũ dicere cõtradictio est. igitur inter uerũ dicere & nõ uerũ dicere mediũ habebitur. hoc autẽ falsum esse ostendit Alexã. quoniam tunc aliqua propositio media erit inter propositionem ueram, quæ ait Dion deambulat, & falsam, q̃ dicit Dion nõ deambulat, q̃ neq; uera sit, neq; nõ uera, quod quidẽ est absurdũ. de ratione itaque affert cõsequens, & dicit { Præterea uniuersis in cõtradictionibus illud esse oportet } uidelicet medium quod falsum est { nisi } ut inquit { disputationis gratia } ab eis hoc { dicatur } .s. pertinacia disputandi. Deinde affert destructionem consequentis, & dicit { quare & neq; uerum, neq; non uerũ, quispiam dicet } quod absurdum esse ostensum est.





Et præter ens, & nõ ens aliquid erit, quare & pręter generationem, & corruptionem transmutatio quædam erit.

Hæc est quinta argumentatio, q̃ talis est, si cõtradictionis aliquod est medium, mediũ aliquod erit inter ens & nõ ens. tenet argumentũ, quoniam ut superius dixit, ens & nõ ens cõtradictoria sunt, & cũ nõ magis unius cõtradictionis quàm omnium medium assignari debeat, relinquetur, ut inter ens, & nõ ens medium sit. tunc destruitur consequens ex eo, quia si inter ens, & non ens sit medium, fiet, ut aliqua mutatio media sit inter generationẽ, & corruptionẽ. Deducitur consequentia. nam si generatio est mutatio de nõ ente in ens, & corruptio de ente in non ens, mutatio in horum medium, neque generatio erit, neque corruptio. Secundum substantiam tamen: si quidem neq; in ens erit, neq; in non ens, neque ex ente, neque ex non ente. At generatio & corruptio ex his, & in hæc efficiuntur. sed dices quod motus loci, & qualitatis, & quantitatis medium sit inter generationẽ, & interitum, & respondetur hoc falsum esse, nam quod aliquorum est medium, id proprie huiusmodi est, ut ex ipso i utrunq; oppositũ mutatio fieri ualeat, quod in nullo horum efficitur: dicit { Et præter ens, & nõ ens aliquid erit, quare & præter generationẽ, & corruptionẽ transmutatio quędam erit } supplendũ est secundũ substantiam, q̃ media sit inter generationẽ, & corruptionẽ. Animaduerte Aristo. fecisse in his dictionibus hanc cõsequentiam, si cõtradictionis aliquod medium habetur, nõ alicuius contradictionis de re aliqua mediũ habebitur, alterius nõ item, sed omnis cõtradictionis mediũ erit, quam cõsequentiam nõ probauit Alexã. sed Auer. ex illa dignitate probauit, quod inuenitur in aliquo naturaliter, non inuenitur in quodã eius, & in quodã non. Quã dignitatẽ explicauit ipse libro de cœlo secũdo sub alijs uerbis, cum inquit, quod essentialiter cõpetit indiuiduo uni, cõpetit eẽntialiter oĩbus indiuiduis eiusdẽ speciei: per q̃ uerba intelligere dedit se per naturaliter essentialiter intellexisse.

Præterea etiã in ijs erit generibus, in quibus negatio contrariũ affert, ut in numeris neq; impar numerus, neq; non impar. At impossibile est esse. ex definitione autem patet.

Affert ἐπιφέρει implet.

Hæc est sexta argumentatio, q̃ talis est, si est aliquod medium contradictionis, in ijs quoq; generibus medium cõtradictionis erit, in quibus negatio nihil aliud quàm positionẽ cõtrarij significat, & ita, ut Alexã. inquit, fiet, ut aliquod aĩal sit, quod neq; recte ualeat, neq; ęgrotet: insuper quod neq; dormiat, neq; uigilet. Aristo. tamẽ in numeris affert exemplum, unde dicit { Præterea etiam in ijs erit generibus, in quibus negatio cõtrarium affert } .i. in quibus negatio nihil aliud quàm positionẽ contrarij significat { ut in numeris } fiet, ut aliquis numerus sit, qui { neq; impar neq; nõ impar } .i. par sit: cũ de medio uera sit extremorũ negatio. destruit consequens, & dicit { at impossibile est esse, ex definitione autẽ patet } imparis, & paris. nã par est numerus diuisibilis ad ęqualia: impar uero numerus diuisibilis ad inæqualia. modo inter æquale & inęquale nullũ mediũ dari potest, ergo nec inter parẽ & imparẽ.

Præterea quoq; nõ solum entia sexquialtera erunt, uerum etiam plura in infinitum. rursus.n. negare illud ad affirmationẽ & negationẽ licebit, atq; illud aliquid erit. substantia enim ipsius alia quædam erit.

Hęc est septima argumẽtatio, q̃ sic intelligitur apud Alex. si recte ea, q̃ dicit, intellexi: si aliquod mediũ contradictionis reperitur, unaquæq; res erit in proportione sexquialtera. i. unaquęq; res erit tria, quoniam apud hos omnis res est sua affirmatio, & sua negatio, & medium, de quo negantur ambę. s. tam affirmatio quàm negatio. cõsequentia patet, nam Socrates est animal, & idẽ Socrates nõ est animal, quia apud hos negatio & affirmatio sunt de eodẽ simul uerę, etiam apud dantes mediũ idẽ Socrates neq; erit animal, neq; nõ erit animal, & sicut de Socrate dico, ita de singulis dicatur. quare unaquæq; res erit tria uidelicet affirmatio & negatio, & medium: q̃ uere de ea dicentur. nec solũ sequitur, ut Alexã. inquit, ut unaquæq; res sit tria, sed ut unaquęq; res proficiscatur in infinitũ: declaratur, quoniam unaquæq; res erit illa media natura, quã licet affirmare & negare, & de qua licet afferre mediũ inter utrãq;: sed de hac media natura licet etiam affirmare, & negare, & adhuc medium afferre: ergo datur secundũ mediũ, pari ratione de hoc secundo medio licet affirmare, & negare, & dari mediũ, quod est tertium. & ita dabitur quartũ, & eadẽ ratione dabitur quintũ, & sic in infinitũ. quoniam semper de medio dato licet affirmare & negare, & dare medium. sic igitur unaquæq; res nõ solum erit tria, sed in affirmationibus & negationibus, & medijs, q̃ afferre licet inter eas, proficiscetur in infinitũ. Expositor autẽ aliter exponit per entia esse sexquialtera, uult enim ut locutio sit cõparatiua, uidelicet ad ea, q̃ alij dixerunt. nam alij dixerunt affirmationẽ & negationem simul ueras esse de unaquaq; re, & nõ posuerunt medium inter affirmationẽ, & negationẽ, & ita priores posuerunt unãquanq; rem esse duo .s. suã affirmationẽ, & eius negationẽ. At isti ponunt rem unãquanq; esse tria uidelicet propriam affirmationẽ, & illius negationẽ, & medium. modo trium ad duo proportio est sexquialtera, cũ tria contineant duo, & alterã duorũ partem, q̃ est unitas. & iuxta hanc expositionẽ dicit { Præterea quoq; nõ solũ entia sexquialtera erunt } .i. nõ solum unaquæq; res erit sexquialtera. s. proportione ad rem, quam priores posuerunt { uerũ etiam } erit { plura } subaudi quàm tria { in infinitũ } & declarat unãquanq; rem proficisci in infinitũ in affirmationibus, & medijs inter eas, & ita declarat cõsequentiam. & dicit { rursus.n. negare illud } .i. dicere illud medium per abnegationem { ad affirmationẽ & negationẽ licebit } nam datũ medium per eos dicere licet nec esse affirmationẽ, neq; negationẽ { atq; istud aliquid erit } .s. diuersum ad affirmatione, & negatione, cuius rationẽ affert, & dicit { substantia enim ipsius } .i. ratio.n. ipsius { alia quędam erit } .s. ab affirmatione, & negatione. ergo medium erit dicere per abnegationem utriusq;. tunc ultra, ut Alexã. suppleuit, mediũ huiusmodi est quędam natura, ergo de eo licebit afferre aliquã affirmationẽ & negationẽ, & mediũ dictũ per abnegationẽ cõtradictionis. & ita dabitur secundũ medium, quod per abnegationẽ dicetur secundæ contradictionis, pari ratione dabitur tertium tertiæ cõtradictionis, & sic in infinitum. ergo nõ solũ unaquęq; res erit sexquialtera, sed proficiscetur in infinitum in cõtradictionibus, & medijs quod pro absurdo reliquit.

Præterea si ad interrogationẽ factã, si album est, dixerit quispiam non, nihil nisi ipsum esse negauit, & non esse negatio est.

Hæc est octaua argumentatio, q̃ sic potest resolui ad artẽ prioristicã: in omnibus respõsionibus, q̃ dãtur ad interrogationes, nõ datur medium: cõtradictio omnis quędam respõsio est, q̃ dat ad interrogationẽ: igitur in cõtradictionibus nõ datur mediũ. Maior declarat in textu, simulq; per ea, q̃ ait innuitur declaratio minoris, & dicit { Præterea si ad interrogationem } .s. quæ de albo fit, uel de Socrate, uel de quouis ente quispiam interrogetur { si albũ est } uel si Socrates est, uel si lapis est, idest si rogatus quispiam de re aliqua, sit ne, an non { dixerit quispiam nõ } sic respõdens { nihil nisi ipsum esse negauit, & nõ esse negatio est } ergo sic respõdens dedit negationẽ pro uera, q̃ est altera pars cõtradictionis, eadẽ ratione, si dixisset ita, nihil nisi ipsum esse affirmasset, & ita sic respõdens dedisset affirmationẽ. quare patent duo, & quod in nulla responsione, q̃ datur ad interrogationẽ, detur mediũ inter sic, & non: & quod sic, & non, sint affirmatio, & negatio. & ita contradictio erit quædam responsio. quare relinquentur &

maior, & minor. Sophiſtę, qui obligationibus incumbũt, tradunt non ad omnem interrogationem eſſe reſpondendum affirmando, uel negando, utputa per concedo, uel nego, ſed interdum dubitando per dubito uidelicet: quoniam cum ad id, quod uocant impertinens, ſit reſpondendum pro ſui qualitate, cum uerum fuerit, eſt concedendum, cum falſum, uel impoſſibile, negandum, cum autem fuerit dubium, dubitandum eſt. ergo non omnis reſponſio erit per affirmationem, uel per negationem, ſed interdum per dubitationem, quę medium uidetur inter affirmationem, & negationem, & propterea cenſent hæc, quę Ariſto. ait, eſſe intelligēda extra materiã obligationũ. uerum ſi recte cõſideraueris, dubitare non affirmare eſt, & ita licet dubitare poſſit eſſe mediũ cõcedendi, uel negandi, nõ tamē inter affirmationē, & negationem, cũ dubitare ſit non affirmare. Hæc tamen petantur a ludicris.

**Orta eſt autem his hæc opinio, perinde atque cæteræ admirabiles. quando enim rationes contentioſas ſoluere nequeunt, rationi aſſentientes aiunt uerum id eſſe, quod eſt per rationem concluſum. Quidam igitur per hanc cauſam ſic dicunt. Quidam propterea quod omnium quæritent rationem.**

Reddit cauſam, qua iſti ducti medium cõtradictionis eſſe tradebant, & dicit { Orta eſt autem his hęc opinio } .ſ. quod inter cõtradictoria detur medium { perinde atq; } alijs ortæ ſunt { cæteræ } opiniones { admirabiles } & abſurdę. Deinde explicat duas cauſas, quas ſuperius etiam narrauit, quarũ primam narrat, & dicit { quando .n. rationes contentioſas } & ſophiſticas { ſoluere nequeunt } .ſ. ob īperitiam artis ſoluendi cauillos { rationi } .ſ. ſophiſticę { aſſentientes aiunt uerum id eſſe, quod eſt per rationem } .ſ. ſophiſticam { concluſum } ex quibus illud ſimul declaratur, quam utilis ſit ad philoſophiam, elenchorum .i. captionũ fallacium cognitio, quippe quarum ignoratio nonnullos ſolet tranſuerſos agere, & in magnos errores inducere. quomodo uero ex rationibus ſophiſticis emerſerint opiniones admirabiles, docet Alexãder. Quoniam Zenonis rationes ſophiſticæ, quas ille ad tollendum motum excogitauit, cõplures, quos deliteſcens in ipſis falſitas tenebras offundens ambigere cogunt, num motus in rebus habeatur res manifeſta, & quæ cunctis in rebus uerſatur. In primo quoq; libro phyſici auditus teſtatus eſt Ariſtoteles, quoſdã rationi, quæ ex bipartita diuiſione docet non eſſe procedendum in infinitum, ſuccũbentes, magnitudines quaſdam indiuiduas eſſe ſtatuiſſe, quorum fuit Democritus, alij rationi, quæ pręter ens nihil eſſe demonſtrat cedentes, nõ ens eſſe tradidiſſe, ut fuit Parmenides. hi ergo ſunt, q neſcientes ſoluere ſophiſticas rationes, uenerunt in abſurdas opiniones de rerum principijs. quomodo autem, & qua ſophiſtica ratione iſti aſſeruerint contradictionis medium, Alexander edocet. nam cum cernerent ex nihilo nihil fieri, & uiderent ex eodem contraria fieri, concludebant cõtraria actu exiſtentia eſſe mixta in illo, ex quo fiunt, quod autem ex aliquibus tēperatum eſt, id nõ eſt ſimpliciter idem alicui eorum, ex quibus temperatur: ſed medium ipſorum, quod uidelicet neque uere aqua eſt, nec uiciſſim nõ aqua. quam rationem Anaxagoras quoq; ſecutus eſt. Quidã igitur hanc rationē ſophiſticam neſcientes ſoluere, cõtradictionis mediũ cõceſſerunt. & propterea quaſi epilogando dicit { quidam igitur per hanc cauſam ſic dicunt } deinde narrat alios, qui per alium modũ illud idē aſſeruerunt, & dicit { quidã } ſubaudi dicunt hoc idē { propterea ꝙ omnium q̃ritent rationē } & ita ꝓpter pertinaciã, ut ſuperius dictũ eſt, nam quũ principium cõtradictionis demõſtrari nequeat, propterea ꝙ principium ſit, & manifeſtũ, ſtatuunt eſſe aliquod mediũ cõtradictionis, quod neq; ſit negatio, neq; affirmatio: cum enim hoc ipſum improbari non poſſit, pro probato acceperunt, quippe cum uerum idem exiſtimabant, quod non improbabile.

**Principium autē ad hos omnes ex definitione ſumendũ eſt. fit autē definitio ex eo, quia aliquid ipſos ſignificare neceſſe eſt. ratio enim cuius nomen eſt ſignum, definitio eſt rei.**

Nunc docet principiũ, ſiue ſuppoſitionē, qua utendum eſt cõtra eos, qui mediũ cõtradictionis tuentur. & uult principiũ demõſtrationis aduerſus eos, q dicunt medium cõtradictionis eſſe petendũ a definitione. & hoc ꝓponit dicens { Principium autē ad hos omnes } .i. tam cõtra eos, qui uicti rationibus cõmentitijs mediũ contradictionis eſſe ſtatuũt, q̃ cõtra eos, qui hoc aſſerunt petentes omnium rerũ demonſtrationē { ex definitione ſumendũ } una expoſitio eſt Alexã. ut intelligatur ex definitione ueri, & falſi. ſi enim nomina quicq; ſignificare dederint (quod ipſos cõcedere neceſſe eſt) ſi modo uti ſermone uoluerint, ſumenda ratio eius eſt, quod ſignificatur ꝑ uerũ, & falſum, q̃bus nominibus ipſi utuntur, ut ſit ueri definitio dicere quod eſt, eſſe, & quod nõ eſt, nõ eſſe. falſum autē dicere nõ eſſe, quod eſt, uel eſſe, quod nõ eſt: & hanc expoſitionē ſequitur Expoſitor. Vel alia expoſitio Alexã. ut intelligatur a definitione ſignificandi. cõcedentes .n. ſe ꝑ nomē aliquid ſignificare, dubio procul rationē propriam aliquã eſſe eorũ concedunt, q̃ nominibus ſignificantur. nõ igitur eodē nomine oppoſitũ quoq; ſignificabitur. Quo fiet, ut contradictionis nullũ ſit mediũ. ideo ſubdit { fit autē definitio ex eo, quia aliquid ipſos } per nomina .ſ. { ſignificare neceſſe eſt } quod uidelicet ſit definitum, & proprium. cuius rationē dicit { ratio .n. cuius nomen eſt ſignum } .i. quã ſignificat nomē { rei definitio eſt } ergo contra hos oportet ſumere nomina habere proprias ſuas ſignificationes, alioquin non differrent a plantis, ut dictum eſt.

**Atq; Heracliti quidē ſententia omnia dicens eſſe, atque nõ eſſe, uniuerſa facere uera uidetur: Anaxagoræ uero, eſſe aliquid in cõtradictione medium, omnia facere falſa. nam cũ miſcentur, nec bonũ, nec nõ bonum eſt mixtum. Quare nõ fit, ut quicq; uere dicatur.**

Poſtq; principiũ diſputandi in hos a definitione fore dixit, protinus cõmemorat quiſ ueterũ contradictionem uerã eſſe tradidit, & quis mediũ cõtradictionis: ſimulq; docet illos uero, ac falſo nominibus eſſe uſos, a quorũ definitionibus hoc in loco initium in iſtos differēdi ſumere cēſuit, & dicit { Atq; Heracliti quidē ſententia omnia dicens eſſe, atq; non eſſe } & oppoſita ſimul cõſiſtere, cõtradictionē uerã ſimul eſſe, & { uniuerſa facere uera uidetur } quo uero modo Heraclitus omnia eſſe atq; nõ eſſe dicebat, exponit Auerroes, ex eo, q̃a poſuit omnia eſſe in motu, atq; tranſmutatione. tranſmutatio enim media eſt inter eſſe, & nõ eſſe, & ideo quod tranſmutatur, poteſt dici ens, & nõ ens, & erit ens, & nõ ens ſimul. motus .n. cõponitur ex eſſe, & nõ eſſe, ut patet ꝑ definitionē motus. Ideo cũ omnia ſint in motu, omnia ſunt, & nõ ſunt, & ita omnia erunt uera: cũ uera ſit affirmatio, & cũ ea negatio. deinde narrat eos, qui medium cõtradictionis tuentur: & dicit { Anaxagoræ uero } .ſ. ſententia dicens { eſſe aliquid in cõtradictione mediũ, omnia facere falſa } ſubaudi uidetur. q̃a ſi neq; affirmatio, neq; negatio ſit uera, ut dicunt, qui cõtradictionis medium tuentur, oĩa erunt falſa. deinde declarat, quo modo Anaxagoras tale mediũ poſuerit, & dicit { nã cum } bonũ & nõ bonũ { miſcētur, mixtũ } quod ex bono, & malo tēperatur { nec bonũ eſt, nec nõ bonũ } item neq; malũ, neq; nõ malũ { nõ fit, ut quicq; uere dicatur } cũ igitur omnia in omnibus mixta eſſe putaret, omnes contradictiones in re quaq; dicebat eſſe falſas. & cũ dixit mixtũ nec eſſe bonũ, nec non bonũ, ſic intelligas in cæteris, ut quod nõ ſit album, nec nõ albũ, nec nigrum, nec non nigrum. & ſic de ſingulis,

Q de Auer. Comen. 18.

cum



cum ſingula mixta ſint in ſingulis. Sequitur autē omnia eſſe falſa, nam cum nihil ſecundum communem opinionem ponimus, niſi affirmationem, & negationē, quæ per eos utraq; falſa eſt, fit, ut omnia falſa ſint.

**Determinatis autem his, patet etiam fieri non poſſe, ut ea, quæ dicuntur de omnibus unico quoq; modo ſeſe habeant, quemadmodum quidam aiunt: quorum alij nihil uerum eſſe dicunt. nihil enim inquiunt, prohibet, ut ita ſint omnia, ut diameter eſt cõmenſurabilis coſtæ. alij autem omnia uera eſſe affirmant. Fere enim ſententiæ ipſorũ idem, quod Heracliti ſententia poſſunt.**

Poſtquam per Heraclitum contradictiones ſimul eſſe ueras docuit, per Anaxagoram uero falſas, nunc quæ patent ex his, adiungit. ubi Expoſitor non imperite ait Ariſtotelem improbatis erroribus circa eſſe, & non eſſe, nunc improbare errores, qui iſtos errores conſequuntur, & primo errores circa uerum & falſum, quæ ſunt de cõſideratione logici, deinde improbare errores circa motum & quietem, qui ſunt de cõſideratiõe naturalis philoſophi: cuius duas cauſas affert, quarum prima eſt, quia philoſophus primus debet diſputare cõtra eos, qui negant principia ſingularum ſcientiarum: ſaltem ex datis ab eis, cum conſideret cõmuniſſima, ſub quibus cõtinentur omnia, quæ conſiderantur in cæteris ſcientijs. Secũda uero ratio eſt, quoniam errores, qui accidũt circa uerum & falſum, emergunt ex errore, qui accidit circa eſſe, & non eſſe. cum uerum & falſum definiantur ex eſſe, & non eſſe. Eſt enim uerum cum dicitur eſſe, quod eſt, uel nõ eſſe, quod non eſt. Falſum autē e conuerſo: ut ſuperius diximus. ſimiliter errores circa motum & quietem, emergunt ex erroribus, qui ſunt circa eſſe, & nõ eſſe. nam quod mouetur, ut ſic, non eſt. quippe cum motus ſit actus entis in potentia. Quod uero quieſcit, ut ſic, quodam modo eſt. ergo ad p̃ſentem doctrinã attinet conſiderare errores, qui contingunt circa uerum, & falſum, quæ ſunt principia logicæ, & circa motum, & quietem, quæ ſunt principia naturalis philoſophiæ. Vnde dicit { Determinatis autē his } uidelicet errore Heracliti, & errore Anaxagoræ { patet etiam fieri non poſſe, ut ea, quæ dicuntur de omnibus, unico quoq; modo ſeſe habeant, quēadmodum quidē aiunt } deinde exponens quid intelligat ꝑ unico modo ſeſe habere, dicit { quorũ alij nihil uerũ eſſe dicunt } ſed omnia falſa. cuius rationē ſubdit { nihil .n. inquiunt, prohibet, ut ita ſint omnia } .ſ. falſa { ut diameter eſt cõmenſurabilis coſtæ } .i. ut falſa eſt illa ꝓpoſitio, diameter eſt cõmenſurabilis coſtę. iſti ergo dicunt omnia ſeſe habere unico modo, quia omnia falſa eſſe dicunt, ut dixit Anaxagoras. dicere nanq; nihil in rebus eſſe uerum, eſt unico modo de omnibus dicere { alij autem uera eſſe omnia affirmant } ut placebat Heraclito, & hoc etiã eſt uno modo de omnibus dicere. ideo inquit { fere enim ſententiæ ipſorũ } .ſ. qui dicunt omnia uera eſſe { idē, quod Heracliti ſententia poſſunt } qui dixit uera eſſe omnia, quod eſt uno modo de omnibus dicere.

**Qui nanq; dicit omnia uera, & omnia falſa eſſe, utranque harum orationum ſeorſum etiam dicit. Quare ſi illa eſſe non poſſunt, hæc etiam eſſe eſt impoſſibile.**

Cum dixiſſet { Fere .n. ſententiæ ipſorũ idē, quod Heracliti ſententia poſſunt } nũc affert cauſam cur addidit { fere } ad cuius euidentiam ſciendũ ſuperius eſſe dictum Heraclitũ uoluiſſe omnia eſſe uera, & omnia falſa. Dixit .n. paulo ante ex ſententia Heracliti omnia eſſe & nõ eſſe. ergo cõſentaneũ eſt, ut dixerit omnia uera ſimul eſſe & falſa. quaſi reſpõdens dicit cauſam, quare dixit { fere } & ait { qui nanq; dicit omnia uera, & omnia falſa eſſe, utranq; harum orationũ } ſubaudi fere { ſeorſum etiam dicit } qui .n. dicit unã copulatiuã, dicit eius partem alterã fere. q̃m licet nõ actu dicat alteram, ſaltē potentia dicit. & ita qui dicit oppoſita ſimul eſſe, & eſt, atque nõ eſt, dicit. Qui uero eſt & nõ eſt dicit, dubio procul ueram eſſe negationē dicit, & affirmationem. Propterea cõcludit { quare ſi illa } utraq; uidelicet eſſe & nõ eſſe { non poſſunt eſſe. hæc etiam } .ſ. uera, & falſa { eſſe impoſſibile eſt } uel ſic { quarē ſi illa } .ſ. negationes { eſſe nõ poſſunt } .ſ. ueræ { hæc etiam } .ſ. affirmationes { eſſe } .ſ. ueras { eſt īpoſſibile } & e cõuerſo. Quatenus .n. eſſe ipſum nõ eſt, affirmatio eſt falſa. rurſus quatenus nõ eſſe nõ eſt, negatio quoq; falſa eſt. quo fit, ut per Heraclitum omnia ſimul uera ſint, & falſa. affirmationes .n. ueræ negationes reddunt falſas, & uiciſſim negationes affirmationes ipſas. Vnde Alexan. inquit, poteſt tamen illud { quare ſi illa eſſe nõ poſſunt } dictũ accipi de eo, q ambo dicit, & omnia uera, & omnia falſa eſſe tradit { hæc etiam } quæ .ſ. unico modo de omnibus rebus dicunt { eſſe eſt impoſſibile } ut ꝙ uera ſint, uel ꝙ falſa. Expoſitor autē uult Ariſto. ſoluere tacitam dubitationē, nã diceret quis poſſet omnia ſimul eſſe uera, & falſa, & ita p̃ter has opiniones eſſe tertiam, quę eſt, ut omnia ſimul ſint uera, & falſa, huic ergo Ariſto. reſpondens dicit { Qui nanq; omnia uera, & omnia falſa eſſe dicit, utrãq; harũ orationũ ſeorſum etiam dicit } & ideo concludit { quare ſi illa } .i. ſi illæ duæ opiniones { eſſe nõ poſſunt } uidelicet ſeorſum ac priuatim ueræ { hæc etiam } .ſ. q̃ conſiſtunt in tertia opinione, uidelicet ꝙ ſint omnia ſimul uera & falſa { eſt īpoſſibile } q̃m ſi utraq; pars copulatiuæ ſit falſa ſeorſum, tota copulatiua ſimul erit falſa: quæ expoſitio non eſt diſſona dictioni.

**Præterea ſunt manifeſte contradictoria, quæ fieri non poteſt, ut ſimul ſint uera, aut ſimul ſint omnia falſa. & tamen ex his, quæ dicta ſunt, potius uidebitur contingere.**

Cõtra obijcit Ariſto. & primo per inſtantiam ꝑ quã probat cõtradictoria nõ poſſe eſſe ſimul uera, aut ſimul falſa: & dicit { Sunt manifeſte cõtradictoria } & in cõfeſſo { q̃ fieri non poteſt, ut ſimul ſint uera, aut ſimul ſint falſa } ſed q̃ ſint hæc, Expoſitor inquit, eſſe uerum & nõ uerũ, ens, & nõ ens. Alexã. uero ait hęc eſſe, diametrũ cõmenſurabilem eſſe, autē nõ cõmenſurabilem, & breuiter hęc eſſe ait, q̃ in ſubſtantia, & in quid p̃dicantur. poſtq; uero dixit in quibuſdã contradictionibus dubiũ eſſe nõ poſſe, quin affirmatio, aut negatio nequeant ſimul eſſe ueræ, aut ſimul falſæ, tamen adiungit { ex his, q̃ dicta ſunt, uidebitē potius cõtingere } .ſ. ut falſa utraq; ſint. hoc .n. deſideratur in dictione: ut Alexã. inquit, & ſuppleuit Argyropylus. de q̃bus rebus ſermonē ꝓducens diſputat cõtra Heraclitũ, & cæteros, qui cũ rerũ continuũ fluxũ aſſeuerant, uerũ eſſe dicebant eſſe, & nõ eſſe. nam iſtorum placitis magis eſſet cõſentaneum oẽs affirmationes, negationeſq; falſas eſſe dicere, ſi .n. fluxus continuus eſt, & nihil cõſiſtit, nihil recte, uereq; de aliquo p̃dicare licebit: ex quo ſequitur omnia eſſe falſa. quicquid .n. de eo cõſtitues, quod continue fluit, & in nihil determinatũ mutatur, mendacē te eſſe neceſſe eſt. Propterea inquit { ex his, q̃ dicta ſunt, uidebitur } Heraclito .ſ. q omnia uera eſſe dicebat { potius contingere } ſi ſibi conſtare debet, ut contra falſa omnia diceret, cũ omnia cõtinue fluere, ac mutari ſumeret, quod idem Anaxagoræ quoq; ſententię cõſentaneum eſſe demõſtrauerat, ꝓpterea ꝙ omnia ꝑ ipſum mixta ſint, quod autē mixtũ eſt, nec ſimpliciter eſt aliquod eorũ, ex quibus miſcetur, neq; ſimpliciter nõ eſt.

**Verum ad uniuerſos tales ſermones poſtulare oportet, ut & ſuperioribus ſermonibus dictũ eſt, non ſi aliquid ſit, aut nõ ſit, ſed ſi aliquid ipſi ſignificent. Quare ex definitione eſt diſputandum ſumendo quid nam falſum, & quid uerum ſignificat.**

Docuit quorum dictis consentaneum est omnẽ contradictionẽ esse ueram, & quorum falsam, nunc sermonẽ repetit. quo facto exorsus. dixerat n. initium disputandi in istos esse a definitione faciendum, & hoc ipsum hoc in loco repetit dicens { Verum ad uniuersos tales sermones postulare oportet, ut & superioribus sermonibus dictũ est } ac percunctari { nõ si aliquid sit, aut non sit } & num fieri possit, ut de quo esse dicitur, de hoc non esse dicatur, ad hunc enim modũ quærentes principium petere uiderentur { sed } quærendum est { si } sermones, quibus dicunt { aliquid ipsi significent } nã si nihil significent, ne disputare quidem poterunt. sin aliter, sumenda est ratio, ac definitio cuiuscp eorum, quę uerbis ipsorũ significantur. & quoniam disputatio est utrum eadem sint si mul uera, & falsa, ideo cõcludit { quare ex definitione est disputandum, sumendo quid nam falsum, & quid nam uerum significat } quid igitur uerum, quid item falsum ipsis, qui eis utuntur, significent, accipiendum est, & rationibus, q̃per nomina in disputatione accepta significãtur, utendum. nam sic non uidebimur petere principium.

**Quod si nihil aliud est uerum, nisi affirmare hoc pacto, aut negare, & similiter falsum, fieri nõ potest, ut sint omnia falsa. necesse est enim contradictionis partem alteram ueram esse.**

Cum docuisset contra hos esse utendum definitione ueri, & falsi, nunc argumentatur sumens pro antecedente definitiones ueri, & falsi, & dicit { Quod si nihil aliud est uerum, nisi affirmare hoc pacto } .i. sic se habere, quod sic se habet, { aut negare } .i. hoc pacto aliquid sic se habere, quod non sic se habet, qui enim affirmat solem lucere, qui lucet, uerum dicit: qui negat terram lucere, quæ non lucet, etiam uerum dicit { & similiter falsum } quoniam qui affirmat terram lucere, quæ non lucet, dicit falsum, & qui negat solem lucere, qui lucet, dicit etiam falsum. has definitiones cum accepisset pro antecedente, affert consequens, & dicit { fieri nõ potest, ut sint omnia falsa } alioquin omnia dicerentur esse, quæ nõ sunt, uel negarentur esse, quæ sunt: & sic nihil diceretur esse, quod est, aut non esse, quod non est: quod absurdum esse intuit, dicit { necesse enim est contradictionis partem alterã ueram esse } subaudi & alteram esse falsam. facilior dictio esset, si loco uerbi enim legeretur igitur, nam Aristo. hoc pro posuit concludere, contradictionis uidelicet alteram partem esse ueram, & alteram falsam, concluso autem nõ recte accipitur pro propositione: uel pro causa eius, quod dictum est. In nostro codice sic dictio legitur { si nihil aliud quã uerum affirmare, aut negare falsum est } & tunc potest esse sensus, { si falsum nihil aliud est, quam uerum affirmare } subaudi id, quod non est uerum { aut negare } id, quod est uerum: & subaudi & uerum est e conuerso affirmare esse, quod est, & negare esse, quod nõ est, & tunc dictio redit ad id, quod diximus. In codice uero Alexã. legitur { Quod si nihil aliud est uerum quã affirmare, uel negare, nec item falsum } & tunc intelligitur { Quod si nihil aliud est uerum quã affirmare } subaudi aliquid ita se habere, quod sic se habet { uel negare } subaudi se habere, quod non sic se habet { nec item falsum } est sic, sed e conuerso. falsum enim est negare ita se habere, quod sic se habet, uel affirmare, sic se habere, quod non sic se habet: & ita redit in illud idem, quod nos exposuimus. Etiam in alio Alexã. codice sic legitur { si nihil aliud uerum est, quam negare falsum, impossibile est omnia falsa esse } & intelligitur uerum non esse aliud quam dicere esse, quod est, aut non esse, quod non est, falsum e conuerso est dicere esse, quod non est, aut non esse, quod est. Ideo uerum erit dicere illud esse, quod falsum est dicere non esse, uel dicere non esse, quod falsum est dicere esse: & falsum e conuerso. Est enim falsum dicere aliquid esse, quod uerum esse dicere non est, aut dicere aliquod non esse, quod uerum est dicere esse, & sic per definitionem uera & falsi, patet nec omnia esse uera, nec omnia esse falsa, & ita dictio redit in idem. Alexander non negauit hanc dictionem esse obscuram, & breuem.

**Præterea si omne aut affirmare, aut negare necesse est, impossibile est falsa utraque esse. altera nancp pars contradictionis falsa est.**

Cum ostendisset ante nullum esse contradictionis medium, sed quod sit de quocunque aut affirmatio uera, aut negatio, nunc hoc accipiens pro antecedenti, iterum infert conclusionem, & dicit { Præterea si omne aut affirmare aut negare necesse est } & præter contradictionem nullum est medium { impossibile est utracp } .s. contradictoria { falsa esse }, cuius rationem repetit, & dicit { altera nancp pars contradictionis falsa est } tunc enim solum utraque falsa esse posset, si aliquod medium haberetur. nunc autem cũ medium nullum sit, necesse est in re quaque, ut altera pars uera sit, altera falsa, & non utracp uera, aut utracp falsa. dixit autem rursus fieri non posse, ut omnia falsa sint, propterea quod dictis magis consentaneum esse prædixerat, ut omnia falsa esse dicerentur tum eorum, qui continuum fluxum arbitrabantur, tum Anaxagorg, cui placebat omnia mixta esse in omnibus, & proinde nil in rebus pure id esse cerneretur. tũ etiam quoniam si sequitur, ut non utraque sint falsa, etiam sequetur, ut nec utraque sint uera.

**Accidit etiam uniuersis his sententijs id, quod uulgo dicitur, ut ipsę se ipsas tollant. nam qui omnia uera esse dicit, sententiam quoque huic contrariam ueram facit. Quare suam non ueram efficit. contraria nancp sententia dicit eam ueram non esse. Qui uero dicit omnia esse falsa, suam etiam ipse dicit.**

Suam etiam ipse dicit, κατ' αὐτὸς ἑαυτὸν τ ipse sibi sum.

Tertio obijcit cõtra hos per argumentum uulgare, quod tale est, si aliquis dicit omnia esse uera, & aliquis omnia esse falsa, sequitur, ut hę sententię interimant se. Vnde dicit { Accidit etiam uniuersis his sententijs } eorum uidelicet qui dicunt omnia esse uera, uel eorum, qui dicunt omnia esse falsa, { id, quod uulgo dicitur } .i. illud uulgare absurdum, quod ideo uulgatum appellat, quoniam alij quoque istis incõmodum hoc, ut manifestum obiecere. Vt Plato manifestissime in Theæteto, & absurdũ explicans dicit { ut ipse se ipsas tollant } atque interimant. Deinde docet quomodo sermones isti seipsos interimant, & dicit { nam qui omnia uera esse dicit, sententiam quoque contrariam huic ueram facit } quoniam facit, ut illa sit uera nihil est uerum, quæ contraria suæ sententiæ est, nec solum facit, ut contraria sententia uera sit, sed ut contradictoria, & subalterna, & omnis sententia muti di { Quare } faciendo cõtrariam sententiam ueram { suam non ueram efficit } cuius rationem affert, & dicit { contraria nancp sententia dicit } idest significat { eam ueram non esse } per legem contrariarum, quæ est si altera contrariarum est uera, altera erit falsa. Quare qui dicit omnia esse uera, facit hoc, quod ipse dicit, non esse uerum. Deinde deducit aliam partem, & dicit { qui uero dicit omnia esse falsa, etiam suam } .s. sententiam { dicit } esse falsam. quoniam si omnia falsa sunt, hoc quocp falsum est, omnia sunt falsa. Quare sermones isti se ipsos interimunt, utrum uero qui dicit omnia esse falsa, dicat hoc, quod ipse dicit, esse falsum, petendum est a ludicris. tamen Aristo. intelligit in sensu metaphysico, qa qui opinatur omnia esse falsa, cogitur dicere, & respondere etiam hoc, quod ipse dicit, esse falsum: cum interrogatur sit ne id, quod dicit falsum, aut non. & sic est intelligendum, cum hac conditione, si interrogatur. quoniam stat me dicere omnia esse falsa, & non dicere hoc quod dico, esse falsum. non tamen stat me dicere omnia esse falsa, & non respondere hoc, quod dico esse falsum, si interrogatus fuero sit ne falsum, an non.

Quod



**Quod si ille quidem contrariam, ut solam nõ ueram, iste autem suam, ut solam non falsam excipiat, accidit ipsos nihilominus orationes ueras infinitas, falsasq; postulare. quæ enim dicit uera oratione esse uera, est uera, & hoc in infinitum proficiscetur.**

Remouet tacitam responsionem, quę est, ut qui omnia uera dicit, intelligat omnia uera esse præter orationem contrariam uel oppositam, quæ dicit nihil est uerum, uel nõ omnia sunt uera. & qui dicit omnia esse falsa, etiam intelligat præter hoc, quod ab ipso dicitur. hoc enim solum uerũ asserens: dicit { Quod si ille quidem contrariam, ut solam non ueram, iste autem suam, ut solam non falsam excipiat } statim his occurrens, dicit { accipit ipsos nihilominus orationes ueras infinitas falsasq; postulare } hoc est repetere: & ita orationes infinitas tales esse concedere continuntur. deducit cõsequentiam solũ de ueris rationibus, & dicit { nã } ea oratio { quæ dicit ueram orationem esse ueram, est uera } & iterum hæc oratio, ueram orationem esse uerã esse uerã, est uera, & sic in infinitum. uerbi causa, si hæc oratio Socrates sedet, est uera, hæc erit uera, Socratem sedere est uerum: & si hæc est uera, erit ulterius hæc uera, Socratem sedere esse uerum est uerum { & hoc in infinitum proficiscetur } simili modo deduci potest de falsis, quoniam si detur una oratio falsa, deducetur in finitas esse falsas. cuius ratio est, quia qui dicit de oratione falsa quod sit uera, falsus est, & sic in infinitum. Vnde & Alexander, neque enim inquit ea oratio solum falsa erit, quæ nõ omnia uera esse dicit, ut dicenti omnia uera esse placet, sed & quæ uerum esse ait. non omnia uera esse, quæ diuersa est ab ea, quæ dicit, non omnia esse uera. nec hæc tantum, sed ea quoque quę diceret uerum esse dictu ueram esse orationem, quæ ait uerum esse nõ omnia esse uera, falsa esset, quę tamen ab illis est diuersa, & sic a dictione ueri demonstrabitur per eum, qui unam tantum orationem falsam esse dicat, infinitas esse falsas. Et si diceres in actibus animæ non esse absurdum procedere in infinitũ, ut Auicẽ. inquit, illud fortasse uerũ est in actibus animę eiusdẽ rationis. At actus diuersarum rationũ, ut est in casu, fortasse proficisci in infinitum absurdũ est.

**Patet autem neque eos, qui omnia quiescere, neq; eos, qui omnia moueri dicunt, dicere uera.**

Disputat nunc contra eos, qui principia naturæ (quæ sunt motus, & quies) destruxerunt. Verum, ut Alexander annotauit, hæc dictio in quibusdam exemplaribus non habetur. Propterea quod ad physicũ pertinere uidetur. sed quoniam hæc attinent ad ea, quæ demonstrata sunt, de ipsis dicere uidetur. non enim prorsus a proposito aliena uideri possunt. Si enim statuatur non omnia esse uera, neque omnia falsa, cõsequens est, ut neq; dicentes omnia quiescere, uera dicant, neq; qui oĩa moueri aiunt. dicentes. n. oĩa quiescere, cõsentaneum est, ut nihil mutari dicant, sed eadẽ semp uera, aut falsa pŗsistere. At nõ semper affirmationẽ de aliquo uerã, & negationem de eodẽ falsam esse notamus. Quare de huiusmodi opinionibus nõ alienũ est hic disputare. Sunt & aliæ rationes, quas superius attulimus, qbus uideri potest, ut de naturæ principijs, quæ sunt motus, & quies, hic differatur. dicit ergo { Patet autem neq; eos, qui omnia quiescere, neq; eos, qui omnia moueri dicunt, dicere uera } hæc duo proponit disputare tanquam consequentia ad ea, quæ prius demonstrata sunt.

**Nam si cuncta quiescunt, semper eadẽ erunt uera, & falsa. At hoc mutari uidetur. Qui nancp dicit, aliquando ipse non erat, & rursus non erit, sin autem omnia mouentur, nihil erit uerum. ergo omnia erunt falsa. at demonstratum est id impossibile esse.**

Cum proposuisset disputare opiniones, quæ sunt de motu, & quiete, nunc prosequitur, & simul ostendit quomodo hæ opiniones consequuntur ad ea, quæ ostensa sunt, & dicit { Nam si cuncta quiescunt } ut Parmenides ait, qui omnia unum ens, & immobile esse affirmat { semper eadem erunt uera, & falsa } patet consequentia, quia si omnia quiescunt, nihil remouebitur a dispositione, in qua aliquando est, & ita quæ semel uera sunt, semper uera erunt, & quæ semel falsa, semper falsa. Destruit consequens, & dicit { at hoc mutari uidetur } nõ enim semper affirmationẽ de aliquo ueram, & negationem de eodẽ falsam esse notamus, uel e diuerso, sed mutari subinde, & de quo prius affirmatio fuit uera, de hoc rursus ueram effici negationem, cum uerum sit, quod est, id esse dicere, & quod non est, non esse. Quod autem ueritas propositionis mutetur, exponit, & dicit { qui nancp dicit, aliquando ipse non erat } & postea fuit, & postquam fuit { rursus non erit } si igitur ipse, qui omnia quiescere affirmat, mutetur. ergo & longe magis ueritas propositionis mutabitur. Deinde declarat falsam esse opinionem, quæ affirmat omnia moueri. & componitur ratio sic, quia uerum iam est, quod mouetur, non est, igitur quod mouetur, non est uerum. Quo fit, ut oporteat omnia dicere esse falsa: quod falsum esse ostensum est, dicit { sin autem omnia mouentur, nihil erit uerum } ut per rationem consequentia patet, quia uerum iam est, & quod mouetur, non est: quare nihil erit uerum { ergo omnia erunt falsa } quoniam quod est non uerum, est falsum. unde Alexander, qui omnia continuo motu agitari tradunt, horum sententiæ consequens est, nihil esse uerum, cum nihil tandiu perfiatur, ut certum aliquid esse, dici possit, sed absq; intermissione mutetur, siquidem est uerum, quod est, id esse dicere. Per hos igitur omnia falsa erunt, hoc enim paulo ante consentaneum esse dixit ijs, qui omnia continuo moueri ac fluere dicebant. Deinde destruit consequens, & dicit { at demonstratum est id impossibile esse } uerba illa { Qui nancp dicit, aliquando ipse non erat } Alexander ex hoc infert non omnia quiescere, nec eadem semper uera permanere, nec eadem esse semper falsa. oratio enim significans ipsum esse, quæ uera est ipso existente, eadem est falsa, si tunc dicatur, cum non existit. Rursus si omnia mouentur, & fluant, fiet, ut nihil definiatur, nihilq; uerum sit, falsum autem nihil esse uerum super demonstratum est.

**Præterea id, quod est, mutetur necesse est. Ex aliquo enim ad aliquid est ipsa mutatio.**

Hæc est secunda ratio ad confirmandum non omnia moueri, quanqp dictio est obscura. & ratio sic componitur, id quod est, mutatur. id, quod est, permanet. igitur quod permanet, mutatur. De ratione tangit maiorem, & dicit { Præterea id, quod est, mutetur, necesse est } Deinde probat hanc maiorem, & dicit { Ex aliquo enim ad aliquid est ipsa mutatio } sed subaudi subiecti permanentis. hæc est probatio. tacuit maiorem, & conclusionem. Vel sub forma syllogismi hypothetici sic, si ens, mutatur moueturqp, necesse, ut quando mouetur, in esse permaneat. sed ens mouetur, igitur necesse est, ut quando mouetur, in esse permaneat. non igitur omnia sunt in motu. Et ad summum, si motus est mutatio ex aliquo in aliquid, necesse est in omni motu, salua substãtia eius, quod mouetur, aliquid fit, quod mutatur, & quidem aliud ab ijs, secundum quæ mutatio efficit, & ea ratione consistat. Quare si mutatio est, aliquid maneat, oportet. nam ne mutatio quidem per ortum, & interitum aliter contingit, quam subiecto quodam saluo, & in hæc transeunte, huiusmodi enim est materia.

**At uero neque omnia quiescunt interdũ, aut mouentur, semper autẽ nihil. Est enim aliquid, quod semper mouet ea, quę mouentur. & primũ ipsum mouens immobile est.**

Sed occurres ijs, cꝫ dicta sunt, quoniam si non omnia semper mouentur, nec omnia semper quiescunt, ergo omnia quandoq; mouentur, & quandoque quiescunt. hoc refellens dicit { At uero neque omnia quiescunt interdum, aut mouentur, semper autem nihil } aut mouentur, aut quiescunt subaudit Alexander: quod uerum esse cõpluribus uerbis in calce operis de Physico auditu demonstrauit. sed hoc quoque in loco illud repetit, esse in rebus quiddã semper cõstans, & immobile, aliud, quod sempiterno motu cietur, dum ait { est enim aliquid, quod semper mouet ea, quæ mouẽtur } & exponens quid illud sit, quod semper mouet, subdit { & primũ ipsum mouens immobile est } subaudi illud, quod semper mouet ea, quæ mouentur. & per hoc, quod ait { semper mouet ea, quæ mouentur } innuit aliquid esse immobile, quod semper quiescit, & aliquod corpus, quod ab illo semper mouetur unũ, uel plura: ut cœlum. cum igitur detur aliquid, quod semper moueat, & nullo modo moueatur, non erit uerũ omnia semper moueri. & cum etiam dentur, quæ semper mouentur, nõ erit uerum omnia semper quiescere. Quare non erit uerum omnia semper moueri, aut omnia semper quiescere. erit ergo diuisio Peripatetica, ut aliqua semper moueant, & nullo modo moueantur, ut intellectæ, aliqua semper moueantur, & nunq̃ quiescant, ut cœli. aliqua moueantur, & quiescant interdum, ut sublunaria. Quæ omnia a libro octauo physicæ auscultationis petenda sunt. hactenus de libro quarto.

A cõ 21. vsq; ad cõm. 17.

Finis quarti Libri.

# ARISTOTELIS

## Metaphysicæ Liber Quintus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.

### Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Don Petrum de Toledo.

TEX. 1.

PRINCIPIVM Dicitur, partim id rei, unde quispiam mouet primo: ut longitudinis atque uiæ. Hic quidem principium ipsum est, e contrario autem alterum.

CONTINVATIO Expositoris est, quod cum Libro quarto determinasset ea, quæ pertinent ad considerationem huius scientiæ, nunc in Libro presenti incipit determinare de rebus, quas scientia ista considerat, sed quia ea, quę in hac scientia considerantur, sunt omnibus cõmunia, quæ nõ uniuoce, sed multipliciter secundum prius, & posterius de diuersis dicuntur, ut Libro quarto dictum est: ideo prius distinguit intentiones nominum, quæ in huius scientiæ consideratione cadunt. deinceps incipit determinare de rebus, quæ sub consideratione emergunt scientiæ huius uidelicet libro sexto. hæc est continuatio Expositoris. Alexander huius libri intentionem explicans, uult in hoc libro Aristotelem partitionem, quorundam prosequi, quæ pluriſariam dicuntur. Secundo uult, ut hoc liber quartus librorum primæ philosophiæ inscribatur, quod ideo dicit, quoniam liber secundus, uel non attinet ad metaphysicã, uel si attinet, dicitur primus minor, ut secũdo huius satis dicitur. Tertio Alexander ostendit hunc librum uniuersum esse opus Aristotelis tum ex dictione ipsa, tum ex charactere scribendi. Restat quartum, quod hic liber sit legitimus Aristotelis, ostendere ex necessitate sufficientię, nam si primi Philosophi munus, ut ostensum est, sit de ente in uniuersum disputare, decꝫ ijs, quæ cõmuniter enti insunt, qualia ea sunt, quibus doctrinæ omnes utuntur, de his enim differre partes sunt primi Philosophi, nec horum consideratio ad cæterarũ disciplinarum aliquam priuatim pertinet, propterea cꝫ nulli cuidam enti, quatenus certum quiddã est, ipsorum aliquod ineſt, sed enti, qua ens: de quo primi Philosophi interest disputare, quorum disputatio quam sit necessaria, docet ipsorum usus. omnes enim discipline his assumptis proposita sua demonstrant, sit propter hæc, ut cõmunis ipsorum usus satis argumenti habeat, ut nullius particularis doctrinę peculiaris sit huiusmodi rerum contemplatio, quod si non debeant in considerata remanere, necesse fuerit, ut in hac scientia considerentur. Præterea positum est de quibus dialecticus probabiliter edisserit, de his primum Philosophum scienter concludere. at dialecticus de ijs edisserit, quę cõmunia omnibus aut certe plurimis sunt: decꝫ ijs, quæ pluriſariam dicuntur, uerba facit. est enim dialectica similis prime philosophiæ propterea quod de eisdem rebus agat, probabiliter tamen, nõ scienter. quo fit, ut partitio omnium nominum, quibus ipsa, & omnes scientiæ utuntur, a primo Philosopho pertractetur. nam quẽ admodum dialecticus pertractat eorum omnium, quæ multiſariam dicuntur, partitionem, quibus utuntur disciplinæ, & quæ ens cõmuniter sectantur, ita primus Philosophus cõmunia, quæ ens cõmuniter assectantur, contemplatur, quæ cum pluriſariam dicantur, per partitionem explicare ad Philosophum pertinere in libro tertio docuerat, qui apud Alexandrum secundus est. Quod autem post quartum, qui tertius est, apud Alexandrum, probat Alexander ex eo, quia ordo postulat, ut demonstrato, quibus in rebus primi Philosophi contemplatio uersetur, quod est, ut dixi proximo Libro explicatum, de ijs protinus disseratur, quorum usus ad eorũ, quæ demonstrari debent, considerationem, ac demonstrationem est necessarius. quamobrem de sententia illa ante omnia diſseruit, quę de omni re affirmationem, aut negationem ueram esse ait, quam quidem ad demonstrationes magno usui esse constat, quare consequens est, ut post hoc partitionẽ in hoc Libro explicet eorum, quæ multiſariam dicuntur. Quinto Alexander reprobat eorum opinionem, qui hunc ipsum librum imperfectum esse putabant, ex eo quia non omnia pertiatur, ac diuidat, quę multipliciter dicuntur: quorum sententia probari nõ debet, quoniam ne propositum quidẽ est simpliciter ipsi hoc in ipso præstare, sed de his tantum agere, quibus doctrinæ omnes, ut cõmunibus utentes, proposita sua demonstrent. non enim primo Philosopho propositum est, ut de æquiuocis disputet, neque de omnibus, quæ uniuoce dicuntur. sed de ijs, quæ pluriſariam dicuntur, ad unum, ut causa, natura, elementum, & cætera, quæ cõmunia sunt, hoc in Libro diuiduntur: utpote quæ propria sunt huius doctrinæ. Cum ergo ea hoc in Libro partiatur, quæ cum enti cõmuniter insint, ipsumq; consequantur, pluriſariam dici uidentur, primum omnium de principio uerba facit. constat autẽ principium non unam entis naturam sectari. omnes enim disciplinæ principijs quibusdam utuntur: hactenus de ordine. Nunc quæ Auerroes narret in huius libri initio, non est inuitę breuibus resumere. Primo enim huius libri intentionem explicans inquit, intendit in hoc libro distinguere significationes nominum, non omnium, sed secundum intentiones, quæ considerantur in hac scientia. Secundo explicat, qualia hæc nomina sint, quę Aristoteles explicat, & ait nomina hęc omnia, quę distinguit, dici multiſariam per relationem ad unum quid, hoc est dici analogice. Tertio refellit errorem Nicolai peripatetici, & dicit, quod expositio horum nominum pars sit istius scientiæ per se seorsum in uno libro complectenda,

Q ue Auer. Cõ. primo.



& non sicuti consuetudo est in scientia naturali, in qua nomina distinguũtur, ubi quæstio differenda exposcit. quoniam distinctio nominum, quæ fit, in naturali scientia, illic solum est ad distinguendum intentionem quæstam ab alia intẽtione. hic autem est ad numerandum ea, de quibus considerat hæc scientia, & quibus cætere particulares doctrinæ utũtur. itaqꝫ consideratio de huiusmodi nominibus est de considerationibus, quæ fiunt de speciebus subiecti huius scientiæ, & hac ratione fit, ut sit per se ponenda. deinde refellit errorẽ, & ait hoc latuisse Nicolaum peripateticum. Aristoteles enim cum consideraſſet meliorem ordinem in hac scietia esse, ut partitiones nominum omnes colligerẽtur in uno libro, sic fecit. Nicolaus putauit meliorem ordinem esse in hac scietia diuidere nomen apud consideriationem de intentione illius nominis, & nõ ut poneretur pars huius scietiæ per se, & sic fecit. nam distinguebat nomẽ, ubi occurrebat dicere de intentione significata per illud nomen. & ita Auerroes ait Nicolaum latuisse hanc dispositionem, & hunc ordinem, modo quo eum latuerunt dispositio, & ordo sermonum logicorum in hac scientia. Sicut dictum est Libro tertio, deinde quarto exponens particularem ordinem ait, & quia hæc scientia primo & principaliter considerat de principijs entis, quo est ens, ideo incipit distinguere quot modis dicitur principium, ut sit declaratum ei primum, a quo deriuatur hoc nomen ad alia, & quia initium est ex principio, ideo diuisit initium loco principij. Expositor autem non imperite ait, quia cuiuslibet scientiæ est considerare subiectum, & subiecti accidentia per se, & causas accidentium. Ideo præsens liber continet tres partes, in quarum prima pertractat distinctiones nominum, quæ significant causas. In secunda pertractat ea nomina, quæ subiectum significant, uel subiecti partes, in tertia exponit nomina, quæ entis, quatenus est ens, accidentia per se significant. de ordine uero inquit, quia hoc nomẽ principium, uniuersalius est quam causa. Si quidem aliquid est principium, quod non est causa, sicuti principium dicitur terminus a quo, qui non est causa. & iterum causa uniuersalior est quam elementum, si quidem sola interna causa est elementum, ideo de principio prius agit. De differẽtia uero, quæ est inter principium, & causam ait, quod licet principium, & causa subiecto idem sint, differant tamen ratione, quippe cum principij nomen ordinem quendam importet, hoc uero nomen causa influxum quẽdam ad esse causati. deinde tertio cur a principio in motu locali inceperit, exponens inquit, ordo autem prioris, & posterioris inuenitur in diuersis, sed ordine ad nos ordo primo est inuentus in motu locali, cum motus ille sit sensui manifestior. ideo a principio incepit, quod est in motu locali, cuius ratio est, quia sunt tres ordines sese consequentes in magnitudine, in motu, & in tpe. nam scꝺm prius & posterius in magnitudine sunt prius, & posterius in motu, & scꝺm prius & posterius in motu sunt prius, & posterius tpe, ut quarto physicæ auscultationis hr. Ad rem igitur dictionis ueniendo dicamus, ideo hoc nomen principium scꝺm sui ꝓpriam significationem significare id, quod est primum in magnitudine, supra quam trãsit motus, quia principium dicitur, quod est in aliquo ordine, & ordo, qui attenditur secundum prius, & posterius in magnitudine, est prius nobis notus, secundum autem quod res sunt nobis, eatenus a nobis pertractãtur, quare Aristoteles inquit { principium dicitur partim } id est uno modo { id rei } id est magnitudinis { unde quispiam mouet primo } uel ut in dictione Alexandri, unde quispiam primo fuerit motus { ut longitudinis, atcꝫ uię }. Unde ingredi sumus exorsi, principiũ est. Hac ratione in auctione principium erit a longitudine. Nam ut Auerroes ait, auctio prius fit secundum lõgitudinem, deinde secundum latitudinem, demum secundum altitudinem. deinde exponit illud, quod e cõtrario se habet, & dicit { e contrario autem alterum } id est finis etiam principium dici potest hinc uel inde incipiẽtibus. quam ob rem huiusmodi principium aliquando efficitur finis.

Q ue Auer. Cõ. primo.

Partim id, unde unumquodq; optime fieri potest, ut & in eruditione non a primo, & ab ipso principio rei, sed unde facillime quispiam discere poterit inchoandum esse uidetur.

Hic assignat secundum modum accipiendi principium, & apud Alexandrũ hæc est generalis acceptio principij in omnibus agendis omnibusq; suscipiẽdis negorijs, & dicit { Partim } .i. scꝺo modo principiũ dicitur { id, unde unumquodque optime fieri potest } id est bene, & facile cedit, & affert exemplum, & dicit { ut et in eruditione } & disciplinis { non a primo, & ab ipso principio rei } id est ab eo, quod est principium simpliciter, atque secundum naturam { sed unde facillime quispiam discere poterit, inchoandum esse uidetur } id est ab illis, quæ sunt magis nota apud nos. quæ interdum posteriora secundum naturam sunt. Vt in prędicamẽtis optime fecit Aristoteles in mentione qualitatis, quo in loco qualitatem esse dixit, per quã quales esse dicimur. de qualitate docens per quale, quod quidem posterius est qualitate, notius tamen. Idem physicum auditum fecit a sensibilibus, quia nobis sunt notiora, non a primis principijs exordiatur, & artifices inde operum suorum initium faciunt, unde cum opus inchoatur, facillime fit. Auerroes autem non generatim hũc secundum modum accipiendi principium intelligit, sed speciatim in transmutatione & motu secũdum modum explicat, ut Expositor etiam autumat. dicens, quia uero motus non semper incipit a principio magnitudinis, sed ab ea parte, unde est unicuique in prõptu ut magis moueatur: ideo ponit secundum modum, quo accipitur principiũ in motu, atque in transmutatione, & dicit { partim } id est alio modo dicitur principium motus { unde unumquodque optime fieri potest } id est unusquisque optime incipit moueri. affert autem Expositor differentiam inter hunc modum, & primum ex eo, quia ille modus ex principio magnitudinis designat principiũ motus. hic autem ex principio motus designat principium in magnitudine. hac ratione fit, ut etiam in illis motibus, qui fiunt supra magnitudines circulares, quæ naturale principiũ non habẽt, accipitur principiũ a quo optime, aut opportune mobile sua natura mouetur: quemadmodum in motu primi mobilis principiũ est ab ortu. In motibus etiam nostris non semper incipit homo moueri ab ipso uiæ principio, sed interdum a medio, aut e quocũqꝫ termino, unde est ei opportunum primo moueri. ecce quo modo hæc expositio differt ab illa Alexandri. nam hæc intelligit de principio in motu locali, illa de principio generatim in omnibus agendis, omnibusque suscipiendis negocijs, atque omnibus motibus, & opationibus, quæ ab aliquo agente proficiscuntur. unde proprie principium secundo modo est principium efficiendi apud Alexandrum facile.

Partim id, ex quo primo quippiam fit eo pacto, ut insit: ut nauigij carina, & ędium fundamentum, & animalium quidam cor, quidam cerebrum, quidam aliquid aliud tale putant.

Hic assignat tertium modum, asserens tertio modo principium appellari id, a quo insito rei efficiẽdæ, aliquid efficitur, et dicit { partim } id est tertio modo dicitur principium { id, ex quo primo quippiam fit eo pacto, ut insit } scilicet in re efficienda, uerba autem illa { hoc pacto ut insit } faciunt, ut principium tertio modo differat ab efficiente principio, de quo iam uerba fecit, & faciet, & hoc modo materia principium dici potest. Expositor autem ait ex ordine, qui considerat in motu locali, fieri nobis etiam motus ordinem in aliis motibus, ideo sequuntur significationes principij, quæ sumuntur secundum principium in generatione, & ipsarum rerum ortu: quod quidem principium inquit, bifariam se habet, aut enim est insitum, aut extrinsecus se habens, dicitur ergo apud expositorẽ primo modo principium illa rei pars,

quæ primo generatur, & ex qua rei generatio in opere dici-tur: quam partem exponens Ariſtoteles per exempla dicit { ut nauigij carina } quæ eſt quaſi nauis fundamentum, ſuper qua omnia ligna nauis compaginantur { & ędium fundamentum, & animalium quidam } tale principium { putant } eſſe { cor, quidam cerebrum, quidam aliquid aliud tale } quoniam ab aliquo horum incipit animalis conſtitutio. Animal enim diſtinguitur a non animali ſenſu, & motu, ideo qui animal conſiderauerunt ex parte motus, cor ipſum principium putauerunt in generatione animalis. Qui uero ex parte ſenſus, cerebrum. Qui uero conſiderauerunt animal, quatenus agit, aut quo ad alias quaſdam operationes, membrum aptum eiuſmodi operationibus animalis principium effecerunt, ut iecur, uel aliud id genus. Verum ſecundum Ariſtotelem prima animalis pars in generatione animalis eſt cor, quippe cum a corde uires omnes animæ in corpus digerantur.

**Partim id, unde fit quippiam primo eo pacto, ut non inſit, & unde primo motus, mutatioq; incipere ſolet: ut ex patre, matreq; fit proles, & ex conuicijs pugna.**

Hic aſſignat quartum modum, & Expoſitor ait Ariſtotelem ponere principium facturæ, quo eſt extrinſecus, cuius duos modos exponit, quorum primus modus eſt principiorum, quæ reperiunt in naturalibus, ſecundus uero eorū principiorum, quæ reperiuntur in uoluntarijs, atq; artificialibus. Alexander uero ait quarto modo dici principium id, a quo primo non inexiſtente rei aliquid efficitur, & hoc dicit Ariſtoteles { Partim } id eſt quarto modo dicitur principium { id, unde fit quippiam primo eo pacto, ut non inſit } id eſt unde principium motus emanat, cuiuſmodi eſt principium efficiens, ut ipſe uerbis illis exponit { & unde primum motus, mutatioque incipere ſolet } nam uerbum { & } expoſitionis nota eſt ſecundum hanc primam expoſitionem. uel forte duo principia non unum his dictionibus ſignificauit. alterum propoſiti cognitionem, nam in rebus agendis propoſiti cognitio primū principium eſt, ut res efficiatur: & principium hoc modo intelligit per prima uerba. alterum principium effectiuum, quod eſt unde motus, mutatioque eſt: & hoc intelligit per poſteriora uerba. & huius principij exempla affert, & dicit { ut ex patre matreque fit proles. & ex conuiciis pugna } ex patre enim & matre fit proles, quoniam mater, & pater principia generationis ſunt, qua proles fit. ex conuicijs uero bellum, qm̄ conuicia concitant animos hominum ad bellum. Auerroes uero ait patrem eſſe cauſam tanquā agentem, matrem tanquam materiam. & hoc uidetur falſum, quoniam ſi mater eſſet tanquam materia, tunc non differret hic modus a proximo noſtro. Ideo cum hoc ſit exemplum in cauſa agente, Ariſtoteles uidetur uelle matrem concurrere actiue ad generationem prolis. fortaſſe mater concurrit actiue non ad formationem prolis, quoniam ſolus pater concurrit actiue ad hoc, mater uero paſſiue. At ad emiſſionem menſtruorum, quæ ſunt materia prolis mater actiue concurrit, ſicut pater ad emiſſionem ſeminis. & ſic intelligit Ariſtoteles in hoc exemplo.

Que Aver. Có. primo.

**Partim id, cuius uoluntate mouentur ea, quæ motu cientur, & mutantur ea, quæ mutantur, quales magiſtratus ſunt, qui in ciuitatibus ſunt, & principatus, & regna, atque tyrannides. Artes etiam, & harum maxime architectiuæ principia dici ſolent.**

Secundum Expoſitorem cum docuiſſet principium dici quarto modo illud, ex quo incipit rei generatio, & hunc modum manifeſtaſſet in rebus naturalibus, uult ut nūc Ariſtoteles idem manifeſtet in rebus agibilibus, ſiue moralibus, ſiue ciuilibus, in quibus uoluntas, uel propoſitum principium eſt. Secundum alios poſtq; quartum modum expoſuit in naturalibus, nunc exponit eundem modum quatenus repitur in artificialibus, atque mobilibus. At Alexander hunc dicit eſſe quintum modū, quo dicitur principium, & uult ut principium id dicatur, ad cuius præſcriptum res mutantur: & efficiuntur quales ſunt principes, quorum conſilio, & imperio ciuitate gubernantur: & ſecundum hanc expoſitionem dicit { Partim } .i. quinto modo principium dicitur { id, cuius uoluntate } .i. præſcripto, atq; conſilio, & imperio { mouentur ea, quæ motu cientur } .i. ea, quæ ſubdunt tali principio { & mutantur ea, quę mutātur } duo ſunt, quæ principes faciunt, altera de nouo, & quantum ad hæc dixit, ea, quæ mutantur. quædam non de nouo, ſed quæ præfuerunt, aliter diſponunt. & quantum ad hæc dicit, mouentur ea, quæ motu cientur. deinde ponit exempla, & dicit { quales magiſtratus ſunt, qui in ciuitatibus ſunt } ut iudices, & prætores, qui particularibus officijs præſunt { & principatus, & regna { quæ generatim ſubditis præſunt { atque Tyrannides } quę per uim, & pręter iuris ordinem ad ſuam utilitatem ciuitates, & regna gubernant. deinde Expoſitor uult, ut tertium exemplum ponat in artificialibus, Alexander autem uult, ut ponat ſextum modum accipiendi principium, ut ſit ſexto modo principium ars potiſſimum architectonica, & quaſi princeps, ad quam ſubiectæ artes, ipſarumq; opera referuntur. uerum ut Alexander inquit, hoc non pinde principium eſt, ut efficiens, de quo quarto loco dixit, nam hoc principium eſt quaſi præſcribens, & formam cognoſcens. unde dicit { artes etiam, & harum maxime } potiſſimumque architectonicæ principia dici ſolent } architectonicæ enim dicuntur potiſſimum principia, quoniam ſunt principia artium ſubditarum, & operum propriorum. quæ ipſę architectonicæ efficiunt. hæc de ſexto modo accipiendi principium. ubi patet artes eſſe principia operum, quoniam ab artibus motus ipſi, & actiones artificiariæ, quibus opera ſtruuntur, incipiunt. & inter artes architectonicæ potiſſimum principia dicuntur, tum quia ſunt principia actionum, & motuum, quibus opera conſtruuntur, ueluti cæteræ, tum etiam quoniam imperitant artibus inferis, quæ ſubduntur: ut primo libro patet. Quo uero ad uerba attinet magiſtratus, qui græcæ ἀρχαὶ dicūtur, ſunt qui particulatim ciuitatibus pręſunt, ut iudices, prætores, & id genus. principatus uero, qui græcæ δυναστεῖαι, latine potētatus. et regna græcæ βασιλεῖαι, & Tyrannides dominationes generales, quæ imperitant ſubditis, ſunt. regna quidem, & principatus pro communi bono, Tyrannides pro bono proprio.

**Pręterea unde res primo cognoſci poteſt. id etiam rei principiū dicitur, ut demonſtrationum ſuppoſitiones. tot autem modis & cauſæ dicūtur. omnes enim cauſæ principia ſunt.**

Hic aſſignat ſeptimū modum, et dicit { Pręterea id etiam rei principiū dicitur, unde res primo cognoſci poteſt } & ut Expoſitor inquit ad ſimilitudinē ordinis, qui in motibus exterioribus conſideratur, attenditur quidam ordo in rerum cognitione, et potiſſimum quatenus intellectus noſter quādam ſimilitudinem motus habet diſcurrendo de principijs in concluſiones, & hac ratione ſeptimo modo principium dicitur, unde res primo cognoſci pōt { ut demonſtrationum ſuppoſitiones } .i. dignitates, & petitiones, & definitiones, quæ qm̄ non per demonſtrationem, ſed ut confeſſa, & cunctis manifeſta ſumuntur, poſitiones appellantur, quæ quidem principia eſſe poſſunt propoſitionū, quæ in ſingulis diſciplinis medio uacant. nam & ſi hæ propoſitiones, bonum prodeſt, malum nocet, bonum eſt petendum, malum fugiēdum, medio careant in doctrina morali, tamen cognitio finis, & felicitatis harum principium exiſtit, & propoſitiones, quæ medio carent, ad hunc modum principia ſunt. unde & Auerroes hic ait duplex eſſe principium aut { in arte, aut in eſſe, in aliqui-

bus tamen



unt quod principi[illegible] cabsa habeant se semper superior[illegible] et quod non conuertuntur [illegible] contrariiz [illegible] in 12. meta. com. 23 ubi ex pro[illegible] dixisti [illegible] principiis [illegible] causa [illegible]

bus tamen artibus ut inquit, accidit, ut idem ſit eſſendi, et doctrinæ principium, ut in mathematicis: poſtquam uero principium quot modis dicatur, expoſuit, toties cauſam dici ait, & rationem apponit dicens { omnes enim cauſæ principia ſunt } & non conuertuntur, nam in plus ſe habet principium, quam cauſa. Si quidem terminus a quo in motu poteſt dici principium unde motus, qui non eſt cauſa. Expoſitor autem uult, ut cauſa dicatur principium octauo modo, nam omnes cauſæ ſunt quædam principia. Ex cauſa enim incipit motus adeſſe rei, licet e cōuerſo non omne principium ſit cauſa.

**Vniuerſis igitur principijs commune eſt, ut ſit primum, unde aut eſt, aut fit, aut cognoſcitur qp piam. Verum horum alia inſunt, alia ſunt externa. Iccirco natura, ac elementum principium eſt, & mens, & electio, & ſubſtantia, & id etiam, quod eſt cuius cauſa. complurium enim & cognitionis & motus principiū eſt ipſum bonum, atque etiam malum.**

Iis modis, quibus accipitur ipſum principium, adiecit hoc eſſe commune, ut priora ſint ijs, quorum principia ſunt: & dicit { uniuerſis igitur principijs } id eſt modis, quibus dicitur principium { cōmune eſt ut ſit primum } id eſt, ut ſit prius ijs, quorum eſt principium, & hoc trifariam exponit, & dicit { unde aut eſt } id eſt aut ſicut id, ex quo eſt aliquid, ut fundamentum prius eſt domo, carina nauigio, materia denique unoquoque corpore { aut fit } id eſt aut ex quo efficitur, ut unde principium motus emanat { aut cognoſcitur quippiam } id eſt aut ex quo cognoſcitur aliquid, ut poſitiones demonſtrationibus. & cum præfatus eſſet, ut omnibus principijs ſit commune, ut antecedant ea, quorum principia ſunt, diuidit ea, quaſi reducens illa omnia ad duo, & dicit { uerum horum } ſcilicet principiorum tot modis dictorum { alia inſunt } id eſt alia intrinſecus inſita ijs ſunt, quorum ſunt principia { alia ſunt externa } hoc eſt extra ea, quorum ſunt principia. & quę ſint iſta, ſubiungit dicens { iccirco natura ac elementum principium eſt { hæc enim principia ſunt, ut inſita, quoniam res ex his in ipſis contentis efficiuntur. quo in loco materiam naturam appellat, elementum autem proximam materiam, quæ iam actu corpus quoddam eſt { & mens, & electio } & ſimilia exempla ſunt eorum, quæ quaſi fines, & efficientes principia ſunt, quæ in rebus efficiendis non continentur: de quorum numero principes, & magiſtratus habentur. addit etiam { & ſubſtantia, & id etiam, quod eſt cuius cauſa } ſubaudi cætera ſunt, & fiunt. appellans ſubſtantiam principium formale. hoc enim eſt cuiuſque ſubſtantia. cuius cauſa uero finem dicit, quæ iccirco coniunxit, quoniam in rebus efficiendis forma, perfectio, & finis eſſe uidetur. atque hæc annumerari his poſſunt, quæ antecedunt quidem, non tamen inſunt. ſed ut exponeret, cui prædictorum hæc ſubijciātur ſubdit { complurium enim & cognitionis & motus principium eſt ipſum bonum, atque etiam malum } cognitionis quidem ipſa forma, id eſt bonum ipſum, uel malum, ut eſt forma. motus autē ipſe finis, id eſt ipſum bonum uel malum, quatenus eſt finis. modo nec finis ineſt rei, cum eſt illius cauſa, ut efficiatur. ſed eidem perfectæ iam contingit. nec forma ineſt rei, cuius eſt antecedens præcognito, & principium. addit autem { atque etiam malum } nam ut in aliquibus bonum eſt actionis principium, ſic plerunque malum. quibuſdam enim muneribus fungimur, ut malum effugiamus. in codice Alexandri loco uerbi malum legitur honeſtum. & dictio clara eſt, quoniam id eſt cuiuſque proprius finis, quod illi bonum eſt, & honeſtum, atque pulchrum: quod tamen non ineſt, cum eſt cauſa rei efficiendæ, ſed ineſt rei, poſtquam eſt perfecta. Auerroes uero ait principium iſtud, ſcilicet quod eſt finis, & bonum, & pulchrum intendi in hac ſcientia, ut ſciatur quo modo eſt in ſe, cuius rationem affert, quoniam cauſæ non ſunt principia, niſi propter iſtud primum, ut ſecundo huius eſt explicatum.

Que Aver. Có. primo.

Cómen. 4. TEX. 2.

**Cauſa autem uno quidem dicitur modo id, ex quo quippiam fit eo pacto, ut inſit. ut æs ſtatuæ, argentumque pateræ, & horum genera.**

Nunc diſtinguit ſignificata huius nominis cauſa, & primo materiam his uerbis deſignat, & dicit { Cauſa autem uno quidem dicitur modo id, ex quo quippiam fit eo pacto ut inſit. adiecit { eo pacto, ut inſit } ut priuationem contrariumque a materia diſcernat. nam res efficienda ex priuatione fit, & contrario, ut primo phyſici auditus docuit, quæ quidem non inſunt rei, quæ efficitur. qua etiam ratione ab efficiente cauſa ſecernitur materia. quoniam inſita rei eſt, quæ fit. dixerat enim pauloante de huiuſmodi principio id, ex quo primo res fit eo pacto, ut non ſit. deinde affert exēplum, & dicit { ut æs ſtatuæ, argentumque pateræ } ſubaudi materiæ ſunt { & horum genera } non enim ſolum proximam cuiuſque materiam cauſam materialem uocat, ſed etiam ipſius ſpecies, & genera, non enim ſolum hoc æs huius ſtatuæ materia eſt, ſed etiam æs ſtatuæ, corpuſque materia ſunt. hæc enim ſunt cauſæ materiales ſtatuæ, ſed remotæ.

**Alio uero modo forma, atque exemplar. hoc autem eſt ratio ipſius quid erat eſſe & horum genera. uelut eius concentus, qui ſonos omnes complectitur, ipſa duorum ad unum ratio, atque omnino numerus, partes item, quæ in ratione ſumuntur.**

His uerbis cauſam deſignat formalem, & dicit { alio uero modo forma, atque exemplar } ſubaudi cauſa dicitur. & exponens quid ipſe uelit in hoc loco per exemplar, dicit { hoc autem } ſcilicet exemplar { eſt ratio ipſius quid erat eſſe } ſubaudi ſignificatiua. ratio enim ſignificans quid erat eſſe forma eſt, atque definitio. unde Alexander, exemplar autem pro ſpecie, ſeu forma dixit, & non ut ſolent idearum aſſertores. neque enim natura aliquid efficiens ad al quod externum exemplar ſpectans munere ſuo fungitur, ut artifices in ſuis operibus efficiendis, niſi aliquis intellectionem exemplar eſſe dicat eorum, quæ ſecundum ipſam efficiuntur. non igitur, ut illi exemplar dicit, ſed formam ipſam exemplar uocat, quæ in materia efficitur. quoniam hæc a natura ipſa in efficiendis expetitur. quicquid enim alicuius gratia facit id, quod facit, illius appetitione facit. quamobrem id ubi contigerit, ab opere deſiſtit, ceu iam id cuius gratia munere fungebatur effecerit, & quæcunque natura fiunt, alicuius determinatæ formæ, ac perfectionis gratia efficiuntur, qua obtenta, ab efficiendo uacatur, hoc igitur eſt ipſis exemplar. Expoſitor autem uult Ariſtotelem hic explicare cauſam formalem, quæ comparatur ad rem ipſam dupliciter, uno modo ſicuti forma inexiſtens, quaſi inſita rei, & hæc dicitur ſpecies, quatenus eſſendi principium eſt, atque reponendi in ſpecie. nam unaquæque res ponitur in ſpecie per ſuam formam, & diſtinguitur ſpecifice a quocunque alio modo ſicut externa a re, ad cuius tamen ſimilitudinem res fieri dicitur: & hac ratione exemplar rei dicitur forma, per quem modum Plato ponebat ideas eſſe formas. non tamen ſic intelilgas exemplar, ut ſit forma ſeparata, ſed quod idem dicatur forma, & exemplar, forma quidem, quatenus eſt principium eſſendi, atque reponendi in ſpecie: exemplar uero quo eſt principium generandi, atque aſſimilandi genitum generanti in generatione uniuoca. hoc pacto ipſa forma generantis, eſt quoddam exemplar, ad cuius ſimilitudinem ipſum genitum uniuoce generatur. eſt etiam externa non quidem ab ipſo generante, cuius eſt forma, ſed ab eo, quod ge-

neratur, respectu cuius dicitur exemplar. & sic Expositor uelle uidetur formam, quatenus est in ipso generante dici exemplar, quatenus uero est in ipso genito dici speciem, ac formam: & ita forma dicitur dupliciter, aut exemplar, aut species. Secundum autem Alexandrū exemplar, & forma idem est, & respectu eiusdem. quoniam tam forma generantis, quam geniti forma, & exemplar dicitur, & species, & forma. quæ in materia efficitur, nam ut dictum est, hæc in efficiendis rebus expetitur. dicitur etiam ratio significatiua eius, quod dicitur quid erat esse: id est quod dicitur quiditas. rectius forma dicenda esset quiditas significata per definitionem, siue per rationem quiditatiuam: quam ꝙ sit ratio significans quid erat esse. cuius ratio est, quoniam unumquodque reponitur in genere per certam differentiam per suam formam, genus autem & differentia definitionem constituunt propriam cuique dicentem quid res est. ideo forma potius est significata per definitionem, siue per rationem quiditatis significatiuam, & licet in definitione ponantur nonnullę partes materiales, quia tamen in definitione id, quod principale est, se tenet ex parte formæ, iccirco forma dicitur significari per definitionem, addit { & horum genera } id est & genera tam formę, quam exemplaris etiam formæ dicuntur. nam sicut id, quod est genus materiæ, est etiam materia, ita ea, quę sunt formarum genera, sunt rerum formæ { uelut eius concentus } consonantiæque { qui } diapason, id est { sonos omnes complectitur, ipsa duorum ad unum ratio } id est ipsa dupla proportio, forma etiam est. ipsius enim concentus, qui uocatur diapason, proxima forma sunt duo ad unum. nam diapason est in proportione dupla { atque omnino numerus } forma enim generica numerus est, quoniam in numero sunt duo, & unum. nam quando duo soni se habent inuicem in dupla proportione, tunc est inter eos concentus, qui dicitur diapason. quo fit, ut dualitas sit eius forma. quippe cum dupla ipsa proportio ex dualitate rationem habet. & quia numerus est genus dualitatis. ideo, ut generatim dixerim, et numerus est forma eius concentus, qui dicitᷣ diapason { partes item quæ in ratione sumuntur } etiam subaudi formæ sunt. totum autem est duo ad unum. uel sensus est partes item rationis significantis quiditatem causæ formales sunt, cum ex his totum conficiatur. & ita non solum tota definitio comparatur ad definitum ipsum, ut forma, sed etiam partes definitionis, & intelligit Expositor per partes, quæ ponuntur in definitione in recto. nam materia etiam aliquando ponitur in definitione, sed quia ponitur in obliquo, uelut cum dicitur anima est actus corporis, fit ut corpus non sit animæ forma.

Præterea id, unde primū principium est mutationis, aut quietis, qualis est causa ille qui consulit, & pater filij, atque omnino quod efficit eius, quod efficitur, & quod mutat eius, quod mutatur.

Nunc de efficiente causa loquens inquit { Præterea id, unde primum principium est mutationis, aut quietis } fiunt enim quædam non mouendo solum, sed uel quiescendo. aliqua enim ab alijs ut mouentur, sic etiam sistuntur, & quia sistens causa est statum ipsorum efficiēs, iccirco adiecit { aut quietis } Expositor uero dicit Aristotelem adiecisse, aut quietis, quia naturalis ipse motus, atque naturalis ipsa quies, in eandem causam recidunt. nec solum motus, & quies naturales, sed etiam motus & quies uiolenti in eandem efficientem causam recidunt. nec ab ratione, quoniam ex eadem causa, ex qua quippiam mouet ad locum, quiescit in loco. dixit etiam { mutationis } & non motus, ut ortum, interitumque complecteretur, dixit autem { primum } quoniam hæc potissimum est efficiens causa. quod enim rei, quæ efficitur, inest, & sic efficit, quæ sequuntur, causam a primo sui effectore mutuatur. sed neque instrumenta, ut moueant, habent a se ipsis. sed primum mouens his causa est. quare dixit { primum } ad differentiam tum causæ secundæ, quæ non efficit, nisi uirtute, quam accepit a primo effectore, tum etiam instrumenti, quod non mouet, nisi motum a primo agente. deinde affert exempla, & dicit { qualis est causa ille, qui consulit: & pater filij } hæ enim causæ effectrices sunt particulares. in quibus duobus, ut Expositor inquit, ea, ex quibus cuncta fiunt propositum, scilicet in consultore, & natura in patre, quippe cum omne, quod fit, aut a natura, aut a proposito proficiscitur. & cum dicit { atque omnino quod efficit eius, quod efficitur, & quod mutat eius, quod mutatur } efficientes causas genericas significat. nam pater & filius, & consultor, & eius effectus ad efficiens, & quod efficitur, referuntur, & hæc rursus ad mutans, & quod mutatur. Quot uero species sint causæ efficientes, ab Auicenna petatur, & ab Expositore.

Insuper, ut finis. hic autem est id, gratia cuius cætera fiunt, ut deambulandi sanitas. Cur enim ambulat interrogati, quo ualeat, respondemus. Atque si hoc pacto dixerimus, reddidisse causam arbitramur. & cuncta omnino, quæ alio mouente inter ipsum, & finem fiunt, gratia ipsius finis fiunt: qualia sunt ratione sanitatis macies, purgatio, uenena, & instrumēta. uniuersa enim hęc finis gratia sunt. differunt tamē inter se. alia nanque sunt opera, alia instrumenta. causæ igitur fere tot modis dicuntur.

Venena φάρμακα pharmaca

Nunc de quarta causa loquens inquit { insuper } quarto modo dicitur causa { ut finis. hic autem est id, gratia cuius cætera fiunt } definitio enim finis est, ut sit causa, gratia cuius cætera fiunt. Cuius exemplum affert, & dicit { ut deambulandi finis est { sanitas } deinde affert signum, quo probatur sanitatem esse finem deambulandi: & quod de sanitate probat, uult probatum esse de quolibet fine. nam ut Expositor inquit, de fine uidetur ambiguum, ut sit causa ex eo, quia finis est ultimum in esse. qd' autem sit ambiguum, quod finis sit causa, patet, quia ab alijs philosophis prioribus hæc causa est prætermissa. & ideo speciatim de fine ipso probat quod sit causa: & signum, quo utitur, est quoniam quare aut propter quid quærit de causa: & dicit { cur enim ambulat } subaudi Socrates { interrogati, quo ualeat } scilicet Socrates { respondemus: atque si hoc pacto dixerimus, reddidisse causam arbitramur } unde patet finem esse causam { cum } detur in responsione ad eam interrogationem, quæ fit de causis. ut sit syllogismus omne quod datur in responsione ad eam interrogationem, quæ fit de causis, est causa: finis datur in responsione ad eam interrogationem, quę fit de causis: igitur finis est causa. postquam pro causæ finalis exemplo ualetudinem posuit, nunc, ut Expositor inquit Aristoteles uelle uidetur non solum ultimum, propter quod efficiens operatur, dici finem respectu præcedentium, sed uel omnia intermedia, quæ sunt inter primum agens, & ultimum finem respectu præcedentium finis dicuntur: & eodem modo dicuntur causa, unde principium motus respectu sequentium, sicut inter medicinam, quæ est primum agens in ordine, & sanitatem, quæ est ultimus finis, sunt ista media, scilicet attenuatio, quæ est propinquissima sanitati in his, quæ superabundant in humoribus: & purgatio, per quam acquiritur attenuatio: & pharmacia, ex qua purgatio fit: & instrumenta, quibus medicina, & pharmacia paratur, atque administratur. hæc enim omnia sunt propter finem, & tamen alterum alterius est finis. nam attenuatio finis est purgationis, & purgatio pharmaciæ: & sic suo ordine. Alexander uero intelligit, ut omnia intermedia

dia



dia inter finem ultimum, & agens, quod finem efficit, sint gratia ultimi. quamobrem horum omnium causa finalis est ipse finis. s. ualetudo. neqꝫ enim deambulatio solum fit gratia ualetudinis, sed etiā macies, si hæc ex deambulatione cōtigerit, & purgatio, quin & medicamenta purgantia, & instrumenta medendi gratia ipsius finis habentur, quippe quę ad finem obtinendum a medicis adhibentur. & hoc ait { & cuncta omnino, quæ alio mouēte, inter ipsum } .s. primum efficiens { & finem fiunt, gratia ipsius finis } .s. valetudinis { fiunt, qualia sunt ratione sanitatis macies, purgatio, uenena } .i. pharmaca { & instrumenta. Vniuersa enim hæc finis gratia sunt } .s. valetudinis, atqꝫ sanitatis. Ecce quomodo omnia intermedia sunt gratia vltimi, & non solum primum agēs. nec per verba hæc accipi potest, ut intermedia sint inter se fines, & efficientia, sed ꝙ omnia sint gratia vltimi, ut gratia valetudinis. Affert tamen inter hæc discrimē, & dicit { differunt tamen inter se, alia nāqꝫ sunt opera } vt macies, deambulatio, purgatio { alia instrumenta } quibus videlicet opera fiunt, ut pharmaca, & omne genus medicamenti, & inter instrumēta Expositor enumerat etiā ea, quibus medicamenta præparantur, atqꝫ administrātur: & non solum ipsa pharmaca, quibus natura utitur, ut instrumentis. Tunc epilogando concludit, & dicit { causæ igitur ferè tot modis dicuntur. Ferè autem dixit, quoniam aliquæ sunt nō proprie, sed ex accidenti causæ, quas hic non commemorauit, sed postea cōmemorabit. vnde Auerroes inquit, & dixit { ferè } quia etiam dicuntur causæ cōsequentia istorum, & accidentia eorum, quæ hic non commemorata sunt.

Q ne Auer. cōme. 2.

Fit aūt cum multipliciter causę dicanᷓ, ut multæ etiā eiusdem sint, nō per accidens causæ, ceu statuę & statuaria ars, & æs, nō per aliud quicꝗ, sed ut statua. At non eodē modo, sed æs quidē, ut materia, ars autē unde motio proficiscitur.

Hæc, quæ hic narrat Aristoteles, sunt attributa, quæ causis assignantur, quorum primū est, ut multæ causę sint eiusdem: & dicit { fit autem, cum multipliciter causæ dicantur, ut multæ etiam eiusdem sint, non per accidens causæ } dixit autem { non per accidens } quoniam quod secundum accidens multæ sint causæ eiusdem rei, hoc non difficile videbitur, quia rei, quæ est causa per se alicuius effectus, multa possunt accidere, quæ omnia illius eiusdem effectus possunt etiam causæ per accidens dici, sed ꝙ causæ per se sint multæ eiusdem effectus, hoc manifestatur ex eo, quia causæ multipliciter dicuntur. Ideo dixit { cum multipliciter causæ dicantur } deinde affert exemplum, & dicit { ceu statuæ, & statuaria ars, & æs non per aliud quicꝗ, sed, ut statua est } subaudi causæ sunt. dixit aūt { non per aliud } pro eo quod est, non ex accidenti. deinde exponit quo modo, & dicit { at non eodem modo, sed æs quidem, ut materia. ars autē ut id vnde motio proficiscitur } .i. ut efficiens. Est. n. impossibile, ut eiusdem ſm idem genus causæ sint multæ causæ per se eodem ordine atqꝫ sufficientes. nam in eodem genere causę plures causæ pñt esse eiusdem rei non eodem ordine. s. vna proxima, alia remota. neqꝫ sufficientes, nam in eodem genere causæ, eodem ordine pñt causæ esse eiusdem, non tamen sufficientes, ueluti multi sunt, qui nauim trahunt.

Et inter se sint mutuo causę, ut exercitiū cā est bonæ habitudinis, & hęc exercitij. At non eodē mō, sed hæc, ut finis: illud, ut principiū motus.

Nunc assignat secundum attributum, & dicit, & inter se sint mutuo causę, ut exercitium causa est bonæ habitudinis, & hæc exercitij } addit { At non eodē modo } .i. in eodem genere causæ { sed hæc } .s. bona habitudo cā exercitij est, ut finis { illud autem } .s. exercitium causa est bonæ habitudinis { ut principium motus } .i. ut efficiens. sequitur autem hoc secundum attributū ex illo eodem, ex quo sequitur primum videlicet quia causæ multipliciter dicuntur.

Idem insuper contrariorū interdum est causa. Quod enim pręsens causa alicuius est, id absens nonnunquam causam esse contrarij dicimus, ut gubernatoris absentiā subuersionis nauis, cuius præsentia cā erat salutis. Vtrunqꝫ tñ & pñtia, & absentia causæ sunt, ut mouentes.

Nunc assignat tertium attributum, quod etiā causæ per se competit, & dicit { Idem insuper contrariorū est causa } non tñ subaudi eodem mō sese habens, cuius rationē affert, & dicit { quod. n. pñs causa alicuius est, id absens nōnunqꝫ cām esse contrarij dicimus { & affert exemplū, & dicit { ut gubernatoris absentiam subuersionis nauis, cuius præsentia causa erat salutis } ubi patet hoc attributum esse causarum per se, & non per accidens. nam gubernator est per se causa utriusqꝫ, licet non eodem mō. Et ne putes præsentiā & absentiam esse referendas ad diuersa genera causarū, ideo subdit { utrūqꝫ tamen & pñtia, & absentia causæ sunt, ut mouētes } .i. ut efficientes: quod est dicere in eodē genere causæ.

TEX. 3.

Vniuersæ autem nunc dictæ causæ quatuor in genera manifestissima cadūt. Elementa nāqꝫ syllabarum, & materiam artificialiū, & ignem, & terram & talia omnia corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, ut id, ex quo res fiunt causas esse constat. Atqꝫ horum quædam sunt, ut subiectum, ueluti partes. quædam, ut quiditates ceu totum, & cōpositio, & species. at semen, & medicus, & cōsultor, & omnino efficiens, omnia sunt causæ. unde est principium mutationis, aut quietis. Quædam autē sunt, ut finis, bonūqꝫ cæterorū. id enim gratia cuius cætera fiunt, optimū esse, finisqꝫ illorū solet. Interest aūt nihil si bonū ipsum, an apparens bonum dicaᷓ. tales igiᷓ atqꝫ tot causæ spē esse uidenᷓ.

Cum dixisset quatuor tm̄ esse causarū genera, nunc hoc ipsum ꝓbat, & supponit primo expōnē huius propositionis, quæ talis est, quatuor sunt genera causarū, & non plura: igiᷓ tantū quatuor sunt genera causarū. Arist. ergo ꝓbat ꝙ non plura, reducēdo oīa ea, quæ causæ dici solent, in quatuor genera: & dicit { vniuersæ aūt nunc dictæ causæ } .i. oīa autē ea, quæ causæ dici solent, & quæ pro causis rerum reddunᷓ { quatuor in genera manifestissima cadūt } & subaudi nō in plura. ergo sunt tantū quatuor. deinde reducit oēs causas, quæ assignanᷓ pro materia, in genus causæ materialis, & dicit { elementa nāqꝫ } .i. literæ { syllabarū & materiā artificialium } subaudi operū, ut æs, uel cuprum { & ignem, & terrā, & talia oīa } de numero { corporū } simplicium vꝫ aquam & aerem ipsorꝫ mixtorū { & partes totius } ut mēbra aīalis { & suppōnes } .i. ꝓpositiones, quæ accipiunᷓ in syllogismo { conclusionis } .s. causæ effectiuę .i. ex ꝓpōnes syllogisticę, quæ sunt conclusionis effectiuæ causæ, sunt materia sylli. Conclusionis. n. non, ut materia, sed ut efficiens cā sunt ꝓpōnes, & ut generatim dicā, in syllogismo ꝓpositiones, ut materia sese hñt: conclusio uero, ut forma. omnia hæc ꝓfecto { ut id, ex quo res fiūt } .i. ut materiā { cās esse constat } nam in oībus his est una rō causæ, qua id cā dicitᷓ, ex quo fit aliqd, quæ causæ materialis rō est. Aliter Alexā. hanc dictionē inducit, & vult, ꝙ cum Arist. primū docuisset nos causarū numerum, nunc cuiqꝫ generi causarū propria exēpla reddat. Auerroes autē sic, ꝙ cum Arist. enarrasset genera causarū magis ꝓbata, esse quatuor & attributa illarum, quæ cōiter concedunᷓ in esse eis, vult in hoc capite dicere duo, quorum primum est, ꝙ omnes causæ reducantur

Q ne Auer. Cōme. 3.

ad hæc genera. Secundum vero est, cognoscere causarum modos. Secundo Auerroes exponit, quonam modo elementa simplicia sit mixtorũ materia, & quo ordine, & vult quatuor simplicia corpora esse naturam partium simílariũ, vt carnis, ossis & cæterorum id genus. Partes vero similares materiam esse partium dissimilarium, dissimilares autẽ corporis totius animalis. Cum vero dixerit { & suppositiones conclusionis } nõ intelligit quatenus suppositiones sub tali forma existunt, quoniam suppositiones sub forma propositionis potius sunt materia syllogismi: & non conclusionis. nec intelligit suppositiones esse materiam conclusionis, quo ad virtutem medij termini. quia, vt sic magis sunt conclusionis effectrices causæ. Sed intelligit quantum ad extremitates quoniam ex eis fit conclusio, vt ex materia { Atque horum quædam sunt, vt subiectum } verbum { horum } videtur referendum esse, ad ea quæ causæ sunt, vt materia, & tunc tangere videtur discrimen eorum, quæ causæ sunt, vt materia. nam, vt Alexander inquit, aliter materia subijcitur ijs, quæ constant ex ipsa, aliter elementa subsunt syllabæ, & propositiones conclusioni. Materia enim per alterationem excipit formam. Artificiale per formæ mutationẽ. elementa per compositionem materia sunt syllabæ: & propositiones etiam per compositionẽ materia sunt syllogismi. corpora simplicia per cõpositionem & alterationem materia sunt mixtorum. Quæ expositio non facile potest dictioni accommodari. Ideo verbum { horum } referendum est ad ipsa genera causarum prius enarrata, quasi dicat atque horum causarum generum { quædam sunt, vt subiectum. veluti partes } & cætera exempla, quæ de materia sunt assignata { quędam vt quiditas } subaudi sunt sub genere formæ { ceu totum, & compositio, & species } ideſt forma. totum autem dicit non cum partibus, sic enim forma totum dicitur, sed quod in partibus efficitur. ergo per totum intelligit vniuersale, & perfectum: compositionẽ uero ait nõ ea, quæ simul ponuntur. nam compositio diuersa est ab his, sed eam, quæ est in ipsis coniunctis. Forma uero quanquã omnibus congruit, ꝓprie in his intelligitur, quibus materia proprie dicta subijcitur. Expositor uero triplicem formam distinguit. nam forma, quæ correspondet materiæ cõpositionis, qualis materia sunt lapides domus, dicitur compositio. Forma uero, quæ corrñdet materiæ, quę dicitur per alterationem, qualis cibus est materia sanguinis, species appellat: quippe, qui per alterationem recipit speciem sanguinis. Forma deniq; quæ correspondet materiæ per alterationem, & compositionẽ dicit totum, veluti ex aqua & melle fit quoddam totũ, quod dicitur hydromeli { At semen, & medicus, & consultor, & omnino efficiẽs } scilicet quouis modo { omnia sunt causæ, vnde est principiũ motus } & sic per ista, exempla dedit causæ efficientis. Qui enim de re aliqua consilium dedit vt fieret, ad effectum illius nonnihil effecit. Posuit autem semen in genere causæ efficientis, quoniam secũdum suam opinionem, semen vim habet agendi, menstrua autem mulieris veniunt in materiam fœturæ. deinde enumerat exempla causæ finalis, & dicit { quædam aũt sunt, ut finis, bonumq; cæterorum } horum uerboꝝ hic debuit esse ordo, quædam aũt, ut finis cęterorum, & bonum. & per cætera intelligit ea, quoꝝ sunt finis. et cum fini adiecisset bonũ, reddit cãm, & dicit { id. n. gratia cuius cætera fiunt, solet esse finis illoꝝ, & optimum } quare recte fini additũ est bonũ, siue optimum. quia uero posset aliquis obijcere non semper finem esse bonum, siue optimũ, cum interdum nonnulli inordinate agentes, finem sibi constituant malũ: quasi respondens inquit { interest autem nihil } finis { dicatur bonũ ipsum, an apparens bonum } .i. aut præterens speciem boni. quoniam omnis finis aut re bonũ est, aut spẽ. qui enim agit, per se loquendo propter bonum agit. quia hoc ipsum intendit, per accidens autem agit aliqũ propter malum: quatenus ei accidit existimare id esse bonum. Nullus enim agit ꝓpter aliquid intendens malum. omnis enim ars omnisq; disciplina, similiter actio, & electio bonum quoddam appetere videntur, ut initio Ethicorum dixit. demũ epilogat { tales igit, atq; tot causæ spẽ esse videntur } speciem dixit pro genere. Vnde Auerroes refert uerbum, tales, ad spẽm, uerbum aũt, tot ad genera. q. d. causas esse tot, genere, quia quatuor, & tales. s. spẽ, quot & quales dictæ sunt. Que Aut. comẽ. 4

Modi uero causarum numero quidem sunt multi, sed si in capita & ipsi rediganť, pauciores euadunt. dicuntur enim causæ multipliciter, & ipsarum, quæ eiusdem speciei sunt, alia prior, alia & posterior, ut sanitatis medicus, atq; artifex: & concentus eius, qui omnes sonos complectitur, duplum, ac numerus, & semper eæ, quæ continent, quãuis singularia.

Cum Arist. causas distinxisset per spẽs, siue genera, nunc per modos eas distinguit: & dicit { Modi uero causarũ numero quidẽ sunt multi } nam unusquisq; modus, cum per numeralem differentiam dissecatur, & ſm indiuidua consideratur, est multiplex, ueluti homo, cum consideratur, quatenus est Socrates, & Plato, & alij tales, est multiplex { sed si & ipsi } .s. modi { in capita rediganť } .i. generatim considerentur { pauciores euadunt } qm̃ generatim considerati sunt tantũ quatuor. & Auerroes dicit, sed si referantur inuicem ſm oppositionẽ, hoc est cum diuiduntˊ ad opposita, tũc determinabunť, quoniam redeũt in quatuor. nam prima diuisio per opposita est per cõe, & proprium. Secũda per ſm se, & ſm accidens. Tertia per actũ, & potentiã. Quarta denicq; per simplex, & complexũ: & non sunt plures modi. & ut Alex. inquit, modos causarũ Arist. appellat discrimina in ipsis reddendis. nam ipsæ causæ per spẽs, & per modos. i. differentias modales distingui pñt. Distinctio. n. per spẽs est penes diuersas rõnes causandi, ideo est quasi diuisio per differentias essentiales, quæ spẽs constituunt. Diuisio aũt per modos est penes diuersas habitudines causę ad causatũ, & ideo modales dr̃iæ dicuntur, qm̃ in ijs sunt, quæ hñt eandem rationem causandi. quo fit, ut modos Arist. hic intelligat differentias accidentarias, quę spẽm non euariant, ueluti sunt masculinum, & fœmininũ, quæ eiusdem spẽi differentię sunt: et hoc subdit { dicuntur. n. causæ multiplr̃ } qm̃ sunt causarũ spẽs quatuor, & ipsarũ, quę eiusdem spẽi sunt } .i. & cuiusq; earum primus modus est, ut { alia prior sit } .i. universalior { alia & posterior } .i. ꝓpria. hac. n. prima diuisione quæliber causarũ species diuiditˊ. vel prima dictionis uerba sic exponi pñt { modi uero causarũ } .i. differentiæ accidẽtales cuiusq; spẽi causæ { numero quidẽ sunt multi } qm̃ quatuor, vȝ prius & posterius. i. cõe & proprium, per se et per accñs, actu & potentia, simplex, & cõplexum { sed si & ipsi } modi quatuor { in capita rediganť } utputa eos distinguẽdo p actum et potentiã { pauciores euadũt } qm̃ ut sic, reducenť in duo. vel, ut Alex. dicere videť, si modi causarum, qui sunt quatuor, referanť ad genera, siue spẽs causarum sunt multi, quoniã uiginti, quippe cũ quatuor ducta in quatuor, sunt uiginti. Sed si reducanť in capita, & fiat diuisio per actũ, & potentiã, pauciores euadunt. Et quia prima dr̃ia est per cõe, & propriũ, qua differentia dissecať unaquęq; spẽs, affert exemplum in spẽ causę efficientis, & dicit { ut sanitatis medicus, atq; artifex { nam medicus est ꝓpria, ac proxima cã, artifex uero uniuersalis, cõis atq; remota cã. deinde affert exemplũ in cã formali, & dicit, & ipsius κατ' ἐξοχήν. i. { & eius concentus, qui oẽs sonos complectiť, duplum ac numerus & semp esse } .s. causę { quę continẽt } subaudi vȝes, cões, ac remotæ causę sunt { quãuis singularia } contineant. s. nã cõtinẽs causa est vniuersalis, cõis, ac remota, contenta vero propria, ac proxima, & particularis. duplum quidem ipsius concentus, qui omnes sonos complectitur, causa formalis proxima est, numerus vero remota. & per duplũ proportionem duplam intelligit, per numerum vero proportionem numeri ad numerum, vel ad vnum. & sicuti dedit exemplum in causis effectrice, & formali, ita in cæteris similis est, ratio. hactenus de primo modo. Quo vero ad verba attinet, addidit quãuis singularia contineant, nam communis causa bifariam dicitur, aut causalitate, aut prædicatione: causalitate quidem, vt Sol, qui cum homine causa particulari hominem efficit: aut prædicatione, vt artifex, qui cum medico particulari causa secundum prædicationem sanitatem producit, & quia locutus est de communitate secundum prædicationem, ideo addidit, quãuis singularia contineant: vt intelligatur se esse locutum de cõmunitate secundum prædicationem. Que Aut. comẽ. 5

Præterea, ut accidens, & genus huius, ut statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius. Accidit enim statuario, ut sit Polycletus, & ea quæ continent accidens, ut homo est causa statuæ, aut omnino animal etiã, quia est Polycletus homo, & homo est animal. Sunt autem & accidentium alia remotiora alijs, atque propinquiora, ceu si albus, ac musicus causa statuæ dicerẽtur, non autem solus Polycletus uel homo.

Hic asignat secundum modum, qui talis est, quòd in vnoquoque genere causæ alia sit ex accidenti, alia sit per se. & Alexander exponens causam ex accidenti, ait causam ex accidenti esse, aut quæ propriæ causæ accidit, vt album & musicum, aut id, cui propria causa accidit, vt Polycletus, cui accidit statuarius, quæ est causa propria statuæ, atque item horum ipsorum genera: vnde dicit { Præterea } alius modus est { vt accidens } & subaudi per se } & genus huius } scilicet quę est causa per accidens, & affert exemplum in genere causæ efficientis, & dicit { vt statuæ } causa est Polycletus, & statuarius, sed { aliter Polycletus, & aliter statuarius } est subaudi causa. & asignans causam, quare Polycletus est causa per accidens, statuarius vero per se, dicit { accidit enim statuario, vt sit Polycletus } Hoc est Polycletus est causa per accidens, quia statuarius, qui est per se causa statuæ, accidit Polycleto. accepit enim conuersam pro conuertente, aut conuertentẽ pro conuersa. aut fortasse Polycletum dicit accidere statuario, secũdum modum loquendi in Sophisticis, ubi accidens appellatur omne extraneum alicui. & amplificans sermonẽ addit { & ea, quæ continent accidens } ideſt causam accidentalem. etiam sunt causæ per accidens { ut homo est causa statuæ } scilicet per accidens, quia continet Polycletũ { & omnino animal etiã } est causa per accidens, quia continet hominem, & Polycletum: qui sunt causæ per accidens. per quæ innuit, ut in causis, ex accidenti aliæ sint particulares, aliæ etiam vniuersales. cuius rationem exponit, & dicit { quia est Polycletus homo, & homo est animal } ergo homo, & animal causæ sunt vniuersales ex accidenti, Polycletus particularis causa est ex accidenti. Accepit enim cõtinentia pro vniuersalibus, contenta vero pro particularibus. Sed quoniam tam ea, quæ accidunt per se causæ, quàm ea, quibus accidit ipsa per se causa, dicuntur causæ per accidens, affert differentiam inter hæc, & dicit { sunt autem & accidentium } ideſt accidentalium causarum { alia remotiora alijs, atque propinquiora } ideſt, & non tantum alia vniuersalia, & alia particularia, sed etiam alia remotiora, alia propinquiora: quam differentiam per exemplum exponens dicit { ceu si albus, & musicus causa statuæ dicerentur non autem solus Polycletus vel homo } per quæ innuit Polycletum & hominem causas esse per accidens propiores. Album autem & musicum remotiores. Causa autem est, quoniam Polycletus & homo ex accidenti causæ sunt, quia eis accidit statuarius. At album & musicum ex accidenti causa sunt, quia accidunt Polycleto, cui accidit statuarius. & ita album & musicum sunt ex accidenti causæ, quia accidunt causæ per accidens igitur sunt ex accidenti remotiores causæ. Auer Que Auer. Comẽ. 3.
roes autem asignat aliam rationem, quia videlicet musicum & album nihil faciunt in dolo, siue statua: Homo autem & Polycletus faciunt statuam, sed ex accidenti, quoniam ea ratione, qua eis accidit statuarius. At musicus & album ea ratione, qua accidunt Polycleto, & homini causæ ex accidenti dicuntur. Aut vt alij asserunt, Polycletus & homo proximiores ex accidenti causæ sunt, quoniã sunt idem, quod statuarius. Album & musicum remotiores, qa non sunt idem, quod statuarius. Expositor distinguit de causa ex accidenti, quòd altera dicatur causa ex accidenti accidente se tenente ex parte causæ vt quæ uel accidunt per se causæ, uel per se causa accidit ipsis album enim & musicum causæ ex accidenti sunt, quia accidũt statuario, Polycletus, homo, & animal, quia eis accidit statuarius, quare hæc dicuntur causæ ex accidenti, accidente se tenente ex parte causæ, & de his tantũ Aristoteles loquitur in præsenti dictione. Causæ vero ex accidenti accidente se tenente ex parte effectus, sunt, vt motus lapidis deorsum per relationem ad remouens impedimentum, vt inuentio thesauri per comparationem ad fodiens, vt terræ motus per rationem ad eum, qui ostium claudit: verum non eodem modo, nam motus lapidis deorsum dicitur per comparationem ad remouens impedimentum habitudine necessaria, quoniam existente remouente impedimentum necessario sequitur motus lapidis deorsum, inuentio autem thesauri dicitur per comparationem ad fodiens, non habitudine necessaria, quoniam posito fodiente, nec necessario, nec in pluribus, nec æqualiter sequitur thesauri inuentio, sed raro, & præter intentionem fodientis. Terræ motus autẽ nec dicit habitudinem necessariam ad eum, qui claudit ostium, nec plerũq;, nec raro, sed fortasse secundum existimationem, ut quia putat se claudente, terra motum fieri: & de causis per accidens hoc pacto non loquitur Aristoteles hic, sed in auscultatorijs libris.

Præter autem omnes, & quæ accommodate dicuntur, & quæ ex accidenti, aliæ, ut potentes, aliæ ut operantes dicuntur, ueluti extruendæ domus causa est ædificator, aut ædificans ædificator.

Nunc adducit tertium modum, & dicit { præter autem omnes } .s. causas, quæ iam dictæ sunt { & quæ accommodate } ideſt proxime { dicuntur, & quæ } dicuntur { ex accidenti, aliæ dicuntur ut potentes } ideſt ut quæ possunt fungi officio { aliæ ut operantes } ideſt vt quæ funguntur officio, & affert exemplum solum in efficientibus causis, dans intelligere esse ita accipiendum in cæteris speciebus, & dicit { ueluti extruendæ domus causa est ędificator } .s. qui potest fungi officio. Aedificator enim est, qui artem habet, qua potest fungi officio { aut ædificãs ædificator } qui actu fungitur officio suæ artis: de quibus in dilucidario abunde.

Similiter & in ijs dicetur, quorum causæ sunt ipsæ causæ: ut huius statuæ, aut statuæ, aut omnino imaginis. Aut æris huius, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus simili modo.

Cum declarasset tres multiplicitates, quæ sunt in causis, ac tres modos, hic declarat totidẽ modos esse in effectibus, & dicit { similiter & in ijs dicetur, quorum causæ sunt ipsæ causæ } ideſt, ut tres modi de causis asignati sunt, sic de effectibus totidem modi sunt asignandi. deinde exponit hos modos in effectibus per exempla, & dicit { vt huius statuæ } nam hæc statua effectus est particularis, &

proximus {aut ſtatuæ} quoniam ſtatua effectus eſt communis, & remotus. Hæc enim ſtatua propior effectus eſt quàm ſimpliciter, & communiter ſtatua {aut omnino imaginis} nã ſtatua adhuc propior cẽ imago effectus eſt. Imago enim latius patet quàm ſtatua. & apud Alexandrũ loquitur de effectu, qui eſt omnium cauſarum. nam huius ſtatuæ aliud cauſa eſt vt materia, aliud vt efficiens, aliud vt finis, aliud etiam, vt forma. Cæteri autem expoſitores exemplum huiuſmodi in effectibus cauſarum efficientium intelligendum eſſe putant. deinde affert exemplum in effectu cauſarum formalium, & dicit {aut} ſubaudi vt hæc forma, quæ eſt {huius æris} nam hoc æs eſt materia propinqua, & particularis, huius ſtatuæ {aut æris} quod eſt materia latior, quàm hoc æs {aut omnino materiæ} quæ ladiſſima, ac communiſſima materia eſt. Similiter exempla afferri poſſunt in effectibus cæterarum cauſarum. per quæ vult habere cauſam & effectum ſimiliter propiquum, & remotum habere. vel aliter apud Alexandrum dici poteſt hoc in loco æs non eſſe acceptum vt cauſam, ſed vt effectum, & ſic ars metallica cauſa efficiens æris erit, quod autem æri ſubiicitur, cauſa materialis eſt. Effectus vero ipſum æs, quod alterius eſt materia, & cauſa, alterius effectus. proxime ergo effectus artis metallicæ eſt hoc æs, remotius autẽ æs. Materia vero in vniuerſum, remotiſſime. deinde oſtendit propinquum & remotũ reperiri in effectibus, quæ ſunt ex accidenti apud Alexandrum, & dicit {& in accidentibus ſimili modo} ſcilicet reperitur remotum & propinquum, accidentia enim effectuum effectus quoque ſunt ex accidenti, & horum alia propinquius, alia remotius. Propinquius, quæ propioribus effectibus accidunt, vt huius ſtatuæ, vel huius æris accidentia, remotius horum ſpecies, & genera. Hoc enim rubrum propior effectus eſt, ſi fuerit ſtatua rubens, ſimpliciter vero rubrum, remotior: & color adhuc remotior: quam expoſitionem Auerroes ſequitur. Expoſitor autem aliter, vult enim Ariſtotelem declarare eſſe in effectibus effectus ex accidenti, ſicuti in cauſis ſunt cauſæ ex accidenti. nam ſtatuarius, qui cauſa ſtatuæ eſt, etiam grauis, albi, vel rubri, quæ accidunt ſtatuæ, cauſa eſt ex accidenti. Quare graue, album, uel rubrum effectus ex accidenti ſunt. propterea inquit {& in accidentibus} ideſt in effectibus {ſimili modo} reperiuntur effectus, qui ſunt ex accidenti, vt dictum eſt de cauſis. Tacuit autem eſſe actu, vel potentia in effectibus, forſan cauſa breuitatis.

Q ue Auer. cõmẽ.3

Præterea & hæ & illę complexæ dicẽtur, ueluti non Polycletus, aut ſtatuarius, ſed Polycletus ſtatuarius.

Hic aſſignat quartum modum cauſarum, quòd ſit cauſa complexa, & ſimplex. & exponens complexionem in cauſis, vule, vt complexa cauſa dicatur, quæ complectitur cauſam ex accidenti cum cauſa per ſe. ideſt Polycletũ cum ſtatuario: & dicit {Præterea & hæ, & illæ} ideſt & cauſæ per ſe, & cauſæ ex accidenti {dicentur cõplexæ, veluti non Polycletus} tantum {aut ſtatuarius} tantum complexa cauſa dicitur {ſed Polycletus ſtatuarius} quod complexum ex cauſa per ſe, & cauſa ex accidenti conſtat. Polycletus enim ſtatuarius ſtatuam efficit. quoniam nec Polycletus abſcẽ arte ſtatuaria, nec ſtatuaria ars ſine Polycleto ſtatuam efficit, ſed Polycletus ſtatuarius: ideſt qui artem habet. nec licet tantum complicare cauſam per ſe cum cauſa ex accidenti, ſed etiam proximas per ſe cauſas cum proximis ex accidenti, & communiores cum communioribus, & ordine mutato remotiores cum propioribus. Prætermiſit autem Ariſtoteles, vt Expoſitor inquit, alium complexionis modum, quo cauſa dicitur complexa, qui eſt quoties plures cauſæ concurrunt ad vnius rei conſtitutionem, veluti plures homines ad trahẽdam nauim, vel plures lapides, ut ſint materia domus: quia alibi eum diffuſe explicauit.

Attamen hæc omnia multitudine quidem ſunt ſex, ſed dupliciter dicuntur. nam aut ut ſingulare, aut ut genus, aut ut accidens, aut ut accidentis genus, aut ut coniuncta hæc, aut ut ſeiuncta dicuntur, & inſuper aut ut potentia, aut ut actu.

Cum enarraſſet cauſarum modos, nũc eos reducit in ſex primo, & deinde multiplicat in duodecim, & dicit {Attamen hæc omnia} ſcilicet non quæ dicta ſunt, ſed quæ mox dicentur {multitudine quidẽ ſunt ſex, ſed dupliciter dicuntur} ideſt ducta in duo omnia ſunt duodecim: ut Auerroes inquit. intelligit autem per hæc omnia, non quæ dicta ſunt, ſed quæ dicentur, quoniam ea omnia, quæ dicta ſunt, octo membra videntur eſſe: ſed quæ enumerabuntur, ſunt ſex. quoniam excipit differentiã eam, quæ eſt inter cãm in actu, & cauſam in potentia, quoniam illa ſex, quæ enumerat, dicit in illa videlicet in actum & potentiam: vt multiplicet in duodecim. Quòd autem ea, quæ enumerat, ſint ſex, oſtendit, & dicit {nam aut vt ſingulare, aut vt genus} hæc fuit prima differentia cauſarum. nam hæc ſuperius dixit prius, & poſterius. vel, vt Auerroes inquit, hæc fuit prima differentia, quoniam ſingulare & genus reducuntur ad propinquum & remotum, quorum fuit primus modus. & ſic habentur duo membra. deinde in accidẽtibus enumerat duo alia, & dicit {aut, vt accidens, aut vt accidentis genus} ideſt aut vt per ſe: & vt per accidens, quæ ſunt duo alia membra. & cum dixit {aut vt accidentis genus} non accepit hoc vt membrum oppoſitum cauſæ ex accidenti. ſed vult eſſe ſubaudiendum membrum oppoſitum, quod eſt ipſum per ſe: & ita erunt membra quatuor. deinde in cauſis complexis enumerat duo alia, & dicit {aut dicunt hęc} ſcilicet cauſarum membra {vt coniuncta, aut vt ſeiũcta} quæ cum ſint duo, omnia membra differentiarum erunt ſex. deinde docet hæc diuidere in duo, vt demonſtret hæc multiplicata per duo, eſſe duodecim, & dicit {& inſuper} ex his ſex vnaquæq; cauſa dupliciter dicitur {aut vt potentia} ſungens ſcilicet munere {aut vt actu} .ſ. fungens munere: ergo reſultant duodecim: vt Auerroes ait. quia ſex ducta per duo, duodecim relinquuntur.

Q ue Auer. cõmẽ.3

Intereſt autem tantum, q̃ cauſæ actu, & ſingulares, & ea quorum ſunt cauſæ, ſimul ſint, & non ſint. ut hic, qui medetur cum hoc, qui ſanator. & hic, qui ædificat, cum hoc, quod ædificatur. Sed quæ ſunt potentia, non ſemper. Non enim domus, & ædificator ſimul corrumpuntur.

Sed dicet quiſpiam, quare potius ſex illa membra multiplicauit per actum, & potentiam, quàm per ſimplex, & complexum, vel quàm per ipſum ex accidenti, & ipſum per ſe, aut quàm per propinquum, & remotum? Reſpondet hoc eſſe, quia potentia & actus euariant habitudinem cauſæ ad effectum, quod nullum aliorum hoc facit, & ideo aſſignat differentiam inter hæc, vt oſtendat per hæc euariari habitudinem cauſæ ad effectum: & dicit {intereſt autem tantum} inter cauſas actu, & cauſas potentia {quòd cauſæ actu, & ſingulares, & ea, quorum ſunt cauſæ, ſimul ſint, & non ſint} ideſt quòd cauſa, quæ in opera eſt, ſimul ſit cum effectu, circa quem operatur, & ſimul eſſe deſiſtit. addidit autem {& ſingulares} vt oſtendat ſola ſingularia efficere, atque effici. vt Alexander inquit. deinde affert exempla, & dicit {vt hic, qui medetur, cum hoc, qui ſanatur: & hic, qui ædificat, cum hoc, quod ædificatur} & quæ dixit in efficiente cauſa, idem intelligas in cæteris generibus cauſarum {Sed quæ ſunt potentia} ſcilicet cauſæ {non ſemper} ſcilicet cauſæ & effectus ſimul ſunt, & non ſunt {Non.n. domus & ædificator ſimul corrumpũtur} Si enim eſt, qui domum poteſt facere, non protinus eſt neceſſe, ut domus ſit aliqua, quæ ædificetur, neq; ſi hmõi ſaber intereat, qui potentia cauſa domus eſt, neceſſe eſt, vt domus ab ipſo confecta deleatur. Sed cum dixit {non ſemper} innuit in quibuſdam remota actione efficientis tolli ſubſtantiam effectus. vel innuit ſimul tolli, & non ſemper in iſs, in quibus cauſa non ſolum faciendi, ſed eſſendi cauſa eſt. veluti cũ Solis illuminatio tollitur, etiam lumen amouetur. quãquam Alexander nõ ſemper legit pro non protinus, & nõ ſtatim. quoniam ſi eſt, qui domum ædificare poteſt, non ſtatim eſt neceſſe, vt domus aliqua ſit, quæ ædificetur: ſic enim Alexander in ſuis græcis codicibus legit. Verum dilucidatio rei huius petenda eſt a dilucidario.

Q ue Auer. cõmẽ.3

TEX. 4.

Elementum dicitur id, ex quo primo quippiam componitur, ita ut inſit, indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem.

Cum de cauſis diſſiſſet, nunc elementũ dici non uno modo exponit, quoniam elementum dicitur tum proprie, tum translatitie, ut poſtea dicetur, & primo aſſignat elementi proprie dicti rationem hanc, q̃ elementum ſit id, ex quo primo inſito, & indiuiduo ſpecie quippiã cõficitur: vnde dicit {elementum} .ſ. proprie dictum, & quod non translatitie vocatur {dicitur id, ex quo primo quippiam componitur, ita vt inſit, indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem} qua in deſcriptione ponũtur quatuor particulæ. prima particula eſt ipm {ex quo} per quam innuit elementum eſſe in genere cauſæ materialis. vnde Auerroes aſſerit Ariſtotelẽ uelle diſtinguere ſecundum quot modos dicitur elementum, quoniam iſta nomina .ſ. quæ hic diſtiguit, ſunt propinqua ſynonymis communibus appropriatis .i. æquiuocis, non enim nomina, quæ in hoc qnto diſtinguit, ſunt æquiuoca omnino, ſed analoga. & ſubſcribens differentiam Auerroes inter elementũ, & principium, & cauſam, vult, vt elementum ſolum dicatur de cauſis inſitis, & ita de forma, & materia, ſed dignius de materiali cauſa, principium uero dignius de cauſis exterioribus, cauſa vero eſt minus vniuerſalis quàm ſit principium, quoniam cauſa ſolũ dicitur de quatuor cauſis, at principium dicitur & de cauſis, & de motus initio. Qua ratione ſit, vt particula illa {ex quo} innuat principium eſſe in genere cauſæ materialis, vt Auerroes expoſuit. ſecunda vero particula eſt {primo quippiam componitur} per quã innuit differentiam elementi ae materias proximas, quæ non ſunt primæ in ipſa compoſitione: & propter hoc vt Expoſitor inquit, cuprum non eſt elementum ſtatuæ, quoniã cuprum habet aliam materiam, ex qua ipſum fit. nec corpus inſtrumentarium eſt elemẽtum animalis: quia eo adhuc eſt alia materia prior. vnde & Auerroes per hoc, quod dixit primo quippiam componitur, excludit illud, ex quo res componitur ſecundo. Compoſitiones enim quæ ſunt in eadem re, quædam ſunt primæ, & quædam non primæ. At elementum proprie eſt illud, quod non componitur ex alio elemento priore omnino. Tertia particula eſt {ita, vt inſit} per quam differt a materia alterationis, qualis eſt alimentũ, ex quo generatur ſanguis. differt etiam ab ipſo contrario, & ab ipſa priuatione, ex unoquoq; enim horum aliquid primo fit, ſed nullum horum ineſt in re ipſa facta. vnde Auerroes, & per hoc quod dicit {ita vt inſit} aſſignauit differentiam inter elemẽtum proprie dictum, & materiã, quæ tranſmutatur, cum aliquid generatur ex ea. Sicut cum caro generatur ex ſanguine, nam ſanguis non dicitur elementũ carnis, quia non remanet in carne. Quarta particula eſt, indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem} in dictione Alexandri legitur {indiuiſibile ſpecie} vbi non habetur verbum illud {in aliam ſpeciem} in alia vero dictione ſic legitur {indiuiſibile ſpecie in aliam ſpeciem, ſed indiuiſibile ſpecie in eandem ſpeciem} Quæ omnia ſunt ſuperflua, quoniã ſatis eſt dicere, vt ſit indiuiduum ſpecie. nam quod eſt ſpecie indiui duum, vt Alexander inquit, id in aliam ſpeciem diuidi non poteſt, quoniam quod eſt ad hunc modum indiuiduum, id ſi diuidatur, dubio procul in partes eiuſdem rationis diuidetur, hoc autem dixit, quoniam nõ quantitate indiuiduum eſt elementum, ſed ſpecie. Circa uero hanc vltimam particulam digladiantur Iuniores contra Expoſitorẽ. nam Expoſitor vult, vt hæc definitio nõ ſit data de prima materia, ſed de omnibus, quibus omnes hæ particulæ competũt, videlicet literis, atomis, ſiue quatuor corporibus, q̃ ſunt ignis, aer, aqua, & terra, atq; primis demonſtrationibus. His enim omnibus, & non primæ materiæ competunt particulæ aſſignatæ, quoniam non competit primæ materiæ, vt ipſa ſit ſpecie indiuiſibilis, quoniam materia prima nec eſt ſpecies, nec eſt in ſpecie, nec ſpeciem habet, quare non poteſt dici ſpecie indiuidua, cum nullam habeat ſpeciem, nec formam in ſui eſſentia: qua dicatur indiuidua. Contra obiiciunt Iuniores, & primo diluunt argumentum Expoſitoris, aſſerentes Ariſtotelem non eſſe locutum hic de ſpecie proprie, quę dicitur generis. Sed eum accepiſſe dicunt ſpeciem pro ratione formali, vt ipſi loquuntur, & hoc pacto materia proprie eſt elemẽtum, quoniam ratione formali eſt indiuidua, cum non ſit reſolubilis in partes alterius rationis. Secundo concludunt rationem elementi, quam hic Ariſtoteles expoſuit, non competere corporibus ſimplicibus, Primo quia diuiſibilia ſunt in materiam, & formam, quæ ſunt partes alterius rationis. deinde quia Ariſtoteles more antiquorũ quatuor illa corpora nominat vocata elementa, & non ſimpliciter elementa, quod pro tanto verũ eſſe videtur, quoniam ſola materia eſt elementum in rei veritate. quatuor autem corpora vocantur. Sed quæ hi dicunt, friuola ſunt, primo quia nec Auerroes, nec Alexander materiam primam elementum proprie dicit, deinde quia per exempla enumerãs omnia elementa, quæ proprie dicuntur, nullam mentionẽ fecit de prima ipſa materia. Inſuper Ariſtotelem eſſe locutum de ratione formali, & non de ſpecie generis, dicunt, & nulla authoritate probare poſſunt. Argumẽta vero eorum diluuntur, primum quidem, quoniam licet vnumquodque corporum ſit diuiſibile in partes alterius rationis uidelicet in materiam, & formam, quæ alterius rationis ſunt, quia tamen non eſt diuiſibile in elemẽta alterius ſpeciei. ideo unũquodq; eſt indiuiduum ſpecie, & ſic vnumquodq; erit elementum, diluitur etiam ſecundum. nam Ariſtoteles compluribus in locis quatuor illa corpora abſolute elementa dicit, vt patet iſs, qui legerunt volumina eius: quod nõ eſſet conueniens, niſi eis apta eſſet ratio elementi hic aſſignata. Quod vero interdum ea dicat vocata elementa, hoc facit vt innuat veteres vocaſſe illa quatuor elementa ſine ratione. nam ſic illa vocarunt, & ignorauerunt rationẽ elementi, qua ſic debebant vocare. quaſi velit q̃ ſint ab eis vocata, non tamen intellecta.

Q ue Auer. cõmẽ.4.

Q ue Auer. cõmẽ.4.

Q ue Auer. cõmẽ.4.

Vt uocis elementa ea ſunt, ex quibus componitur uox, & ultima, in quæ diuiditur. quæ quidem non ulterius in alias uoces diuerſas a ſe ſpecie diuiduntur. Sed ſi diuidantur, partes ſunt eiuſdem rationis, ut aquæ pars aqua eſt, ſed nõ ſyllabæ ſyllaba.

Nunc manifeſtat hanc elementi definitionem in exemplis, in quibus vtimur nomine elementi, & primo in literis, quas vocum, dictionumque elementa vocamus. & dicit {Vt vocis elementa ſunt ea} ſcilicet prima {ex

quibus componitur vox, &} sunt {vltima, in quæ diuiditur}. & exponit Auerroes per vocem syllabam. nam syllaba diuiditur ultimo in consonantem & vocalem, & componitur primo ex eisdem. ergo literæ sunt elementa syllabæ. Alexander autem exponit per vocē orationem, dicit enim syllabā autem iccirco non sunt elementa orationis, quoniam in literas diuiduntur, quæ specie discrepant. & pari ratione nec dictiones sunt elementa orationis, quoniam diuiduntur in syllabas, quæ etiam specie discrepant. ergo literæ tantum sunt orationis elemēta, quoniam oratio ex eis primis componitur, & in ea ultima diuiditur: etiam literæ sunt syllabarum & dictionum elementa propter eandem rationem, & quia aliquis dicere posset literam etiam diuidi, ut patet de uocali longa, quæ diuiditur in duo tēpora, ideo subdit {quæ sidē} .s. literæ {non ulterius in alias uoces} diuersas {à se specie diuiduntur}. .s. ex quibus unaquæq; litera componatur primo {sed} si literæ ipsę {diuidantur, partes sunt eiusdem rationis}. quoniam sunt tempora nam uocalis longa diuidię in duo tēpora, quæ sunt partes accidētales ipsius uocalis, quæ partes accidentales ita sunt eiusdē rationis {vt aquæ pars aqua est} sic tempus breue, tempus est, & longum etiam tempus est {sed non} sic {syllabæ} pars prima est {syllaba}. ex qua primo componitur, & in quā ultimo diuiditur: sed litera est elemētum syllabæ. nam litera discrepat ratione. dicit tamen Alexander & bene hanc additionem esse superuacuam. nam satis intelligitur, cum elementum specie indiuiduum esse diceret, quoniā quod est ad hūc modum indiuiduum, id si diuidatur, dubio procul in partes eiusdem rationis diuidetur. sed Iuniores quorū studium semper fuit in contradicendo, contra hanc Expositoris declarationem obiiciunt, primo quia non litera dicitur longa, aut breuis, sed syllaba. non enim dicitur una litera longa, alia breuis, quo litera est, sed quo litera, constituit syllabam. deinde obiiciūt etiam, quia dato q̄ ita esset, adhuc expositio hæc non videtur ad mentem Arist. quoniam partes temporis non sunt partes essentiales literæ, quæ rationem habeant elementi, sed partes accidentales. Cum tempus accidentaria mensura sit literæ, uel syllabæ. propterea uolūt ut Arist. loquatur ex cōditione, modo in conditionali stat antecedēs & consequens esse impossibile, & conditionalem esse necessariam: & hoc pacto exemplum pōt esse cōueniens. Sed nō est hoc, quod Iuniores dicunt sine admiratione, primo quia vbi inueniri pōt exemplum categoricum, nō debemus assignare exemplum hypotheticū. modo ad ꝓpositū Arist. inuenitur exemplum categoricum. nam postq̄ Arist. negauit literam diuidi in partes discrepantes ratione, quæ essentiales partes dicuntur, & elementa, subdit {sed si diuidantur}. .s. literæ ipsæ {partes}. .s. in quas diuidu ntur {sunt eiusdem rationis}. .i. quanti tatiuæ, & accidētales, vt Auerroes exposuit. dicit enim sic, sed si diuidantur, elementa diuidentur ſm quantitatem, & ita secundum partes temporis, & tunc partes eorum sunt indiuisibiles secundum formam. i. secūdum speciem, sicut aqua, & terra, & ignis, & aer unumquodq; n. horum spē indiuiduum est, omnia enim cōposita ex istis in illa diuiduntur secundum formam, sed hæc non diuiduntur in alia secundum formam, sed secundum quantitatem, & in partes consimiles secundum formam. ecce quomodo Auerroes exemplum accepit in sensu categorico. Rōnes uero cōtra hanc expositionem diluuntur, prima quidem, quia isti patum sunt experti in scansionibus metrorum, nam syllaba dicitur breuis, aut longa propter vocalem, & ita propter literam cum vocalis sit litera: & licet litera non dicatur longa, aut breuis, quo litera est, non sequitur, vt litera sit longa, aut breuis, quo constituit syllabam. quia apud græcos ε, & ο sunt semper longæ, etiam si nullam cōstituerent syllabam. Sed sequitur, vt sit longa, aut breuis, quo uocalis est habens duo tempora, vel vnum. diluitur secunda, quoniam Aristo. non dicit literam diuidi in elemēta, sed dicit {sed si diuidantur, partes sunt eiusdem rationis} per quæ dedit intelligere literam non diuidi in elementa priora, quæ discrepent rōne, sed in partes eiusdem rationis, quæ sunt partes accidentales, & tempora eiusdem rationis. & ubi sic diuideretur litera, nō remoueretur a ratione elementi. quia, ut Auerroes dixit, stat elementum esse spē indiuiduum, & diuidi in partes quantitatiuas. Miror autem Iuniores hosce, qui cum omnia, quæ dicunt, ab Expositore accipiant, velint contra eum in tam minimis calcitrare: potissimum cum perperā intelligant, uel nolint intelligere. Immo si legissent enarrationes Alexandri, & cōmentaria Auerrois, adhæsissent expositioni quam attulit Expositor.

Q ne Auer. cōmē. 4.

Q ne Auer. cōmē. 4.

Similí modo & ea corporum elementa ueteres dicunt, in quæ ultima ipsa corpora diuiduntur, & quæ non in alia corpora differētia specie diuiduntur. & siue unū, siue plura sint talia, hæc elementa appellant.

Affert secundum exemplum de elementis secūdum tres opiniones, quarum prima fuit Democriti, quia atomos ideſt corpuscula indiuidua compositorum corporū elementa faciebat. secunda fuit Empedoclis, qui ex quatuor corporibus simplicibus igne, aere, aqua, & terra cuncta alia generabat: quam opinionem Aristoteles probauit, inquātū ponit quatuor illa esse non omnium, sed mixtorum tantum elemēta, ac principia. tertia autem fuit eorū, quibus corpus aliquod ex quatuor, uel medium elementum esse placebat. nam per hos omnes elementa indiuidua sunt specie, per eos uero, qui atomos asserebant, non specie tantum, sed etiam magnitudine indiuidua essent. Et dicit {simili modo & ea elementa veteres dicunt} esse {corporū}. .s. quæ generantur, & corrumpuntur {in quæ ultima ipsa corpora}. .s. quæ generantur, & corrumpuntur, diuiduntur, & quæ nō in alia corpora differentia specie diuidūtur {vt sunt atomi, & quatuor corpora simplicia, & quæ media sunt} & siue unum, siue plura sint talia hæc elementa appellant} quatenus uidelicet in ea vltima corpora, quæ generantur, resoluunt, & ex eis primis fiunt, & non sunt specie diuisibilia. nam hæc omnia indiuidua sunt specie, & atomi non specie tantum, sed uel magnitudine indiuidua sunt.

Designationum. διαγραμμάτων. Rerum geometricarum designatarū.

Similiter & designationū, & omnino demonstrationum elementa dicuntur. primæ nanq; demonstrationes, quę etiam in pluribus demōstrationibus insunt, hæ elemēta demonstrationum uocantur. sunt autem tales hæ, quæ primæ sunt ex tribus per medium unum.

Hic asignat tertium, & quartum exemplum simul, quāuis Expositor, & fortasse Alexander ꝑ designationes, & demonstrationes idem exemplum, & vnum intelligāt, & dicit {similiter & designationum, & omnino demōstrationum elementa dicuntur, subaudi in quæ vltimo resoluūtur, & ex quibus primis componuntur. vnde legit sic Expositor, simili modo {dicuntur elementa} quæ sunt elementa {designationum}. .i. geometricarum demōstrationum {& omnino} id & generatim {demonstrationum}. .s. quæ sunt cæterarum scientiarum. Et propter hanc causam liber geometriæ Euclidis, dicitur liber elementorum, quia est de primis geometricis demonstrationibus, quæ sunt elementa cæterarum demonstrationum posteriorum. Quam expositionem videtur habere Alexander: cum inquit, quia enim prima, & simplicia sunt, & cōsequētibus insunt, idcirco in geometria uocantur elemēta, quæ neq; ex aliis simul positis cōstant, neq; in demonstrationibus in diuersa specie diuidunt. At Auerroes intelligit duo exempla videlicet tertiū, & quartum, nam per diagrammata, intelligit elementa figurarum designatarū in geometria, verbi gratia triangulum, qui quoniam primus est, & ex nulla alia figura constat, dicitur elementum cæterarum figurarū, quæ in geometria designantur, ut quadranguli, qnquāguli, & cęterarū deinceps. Corpus ēt igneū apud nonnullos naturales est elementū corporū, quę generantur, aut aliter intelligi potest per elementa diagrammatum uidelicet puncta, quæ sunt elementa linearum designatarum, & lineas elementa planorum, & plana elementa corporum: & hoc secundum eorum sententiam, qui asserebant corpora componi ex indiuisibilibus: prope quā opinionem est sententia eorum, qui dicūt corpora componi ex atomis: q̄ corpuscula sunt indiuidua. deinde asignat quartum exemplum, & dicit {& omnino} subaudi primæ demonstrationes {dicuntur elementa demonstrationum}. .s. posteriorum in qualibet scientia. deinde exponens quid ipse intelligat per primas demonstrationes, quę sunt elementa posteriorum demonstrationum dicit {primæ nanq; demonstrationes, quæ etiam in pluribus demōstrationibus insunt, hæ elementa demonstrationum}. .s. in quibus insunt, {uocantur} deinde exponit, quæ sunt, quæ in pluribus insunt, & dicit {sunt autem tales hæ, quę primę sunt ex tribus per medium unum} huius rei una expositio est Alexandri, quā sequitur Expositor, ut Aristoteles intelligat per primas demonstrationes {quæ primæ sunt ex tribus per medium unum} illas, quæ sunt ex tribus terminis, quorum trium terminorum, unus est terminus scilicet carens medio, & ita intelligit demonstrationes, quæ fiunt ex propositionibus primis, & immediatis, quæ ideo primæ dicuntur, quoniam conclusiones harum ad demonstrationem sumūtur eorum quæ posterioribus demonstrant: Quam expositionem sectatur Auerroes, cū ait, primæ enim demōstrationes sunt, quæ componunt ex primis propositionibus, & hę elementa sunt omnium demonstrationum, quæ componuntur ex eis. demonstrationes enim compositæ dissoluuntur in demonstrationes simplices, istæ autem non dissoluuntur in alias, quia sunt ex ꝓpositionibus primis medio vacantibus. Vnde Expositor ait, illæ demōstrationes, quæ sunt in tribus terminis tantum, dicuntur esse aliarum elementa, nam ex his componuntur aliæ demonstrationes, & in eas resoluuntur. nam secunda demonstratio accipit pro principio conclusionē primæ demonstrationis, & quia inter illius conclusionis terminos intelligitur medium, quod fuit primæ demonstrationis, secunda demonstratio erit ex quatuor terminis, videlicet ex duobus extremis, & duplici medio, altero implicito, altero explicito. Prima vero ex tribus tantum. Simili ratione tertia demōstratio erit ex quinq;, quarta ex sex, & quia semper demonstratio sequens vnum terminum addit, fit, ut demōstrationes primæ in postremis includantur. demum Expositor affert exēpla in literis, quæ perspicua sunt. Hæc est una expositio Alexandri, quā & Auerroes & Expositor sequuntur. Aliter etiam exponi potest ſm Alexandrum, ut intelligamus per primas demonstrationes, syllogismos, qui habētur in prima trium figurarum, quales sunt primi primæ. Syllogismi enim aliarum figurarum in hoc esse habent, ꝙ ad syllogismos figuræ huius reducārut. & cum dicit {quæ primæ sunt ex tribus per mediū unum} intelligit syllogismos primæ figuræ, qui ex tribus terminis conficiuntur, quorum vnus est medius terminus. vel intelligit {quæ primæ sunt ex tribus figuris}. .s. figuris {quorum}. .i. quarum triū figurarum vnus est medius terminus. nā omnes tres figuræ habent vnum medium. harum ergo trium figurarum, quarū medium est vnum, syllogismi primæ figuræ sunt elementa cæterornm syllogismorum, qui sunt in cæteris figuris, quoniam in cæteris figuris syllogismi nō sunt, nisi quia reducuntur ad primos primæ figuræ. addidit aūt, quarum medium est vnum, ne putes syllogismorum primæ figuræ medium esse vnum, non autem syllogismorum cæterarum figurarū medium esse vnū. ideo quasi generatim in omnibus tribus figuris, subdit {quorum}. .s. trium figurarum {medium

Q ne Auer. Cōmē. 4.



est vnum.}

Hinc etiam per translationem elementum id omne appellant, quod unum est, & paruum, & ad multa utile. Quamobrem & id, quod est paruum, & simplex, & indiuisibile, elemētū uocaſ.

Cum exposuisset illud, quod dicitur elementum ꝓprie, & asignasset illius definitionem, nunc exponit quid est elementum translatitie dictum. & hoc est secundum significatum elementi. & quoniam descriptio elementi secūdo modo dicti sequitur ex descriptione, quę cōpetit elemento proprie dicto, ideo dicit {Hinc}. i. ex descriptione elementi ꝓprie dicti {etiam per translationē elementum, id omne appellant, quod vnum est, & paruum, & ad multa vtile} tale nanq; non est proprie elementum, sed per translationem. Est enim elementum id, ex quo primo insito res constituitur, qualia, quæ nunc dicuntur, non sunt. Genera enim quæ per translationem elementa dicuntur, nō sunt ex quibus primis insitis res constituuntur. Quòd autem per trāslationem elementum hoc pacto se habens sit elementum, declaratur, nam ex eo, quia elementum proprie dictum est specie indiuiduum, per trāslationem acceperunt elementū esse vnum, & ex eo, quia est primum, acceperunt elementum esse paruum. i. simplex. ex eo denicq; quia elementum est ex quo alia fiunt, dixerunt elementum esse ad multa utile. ergo elementum per translationem omne illud est, quod est unū, & simplex, & utile multis. ex hac declaratione cōcluditur quasi tertium significatum elementi etiam quod translatione dicitur ut sit elemētum id quod est paruum, simplex, & indiuisibile, siue sit utile, multis, siue non & per paruum & simplex intelligit idem, per indiuisibile intelligit vnū, omne enim vnum & simplex est elementū translatiue, siue sit utile multis, siue non: & hoc subdit {quamobrem & id, quod est paruum, et simplex, & indiuisibile, elemētum uocatur} siue subaudi sit vtile multis, siue non.

Vnde emerſit ea, quæ maxime uniuersalia sunt, elementa esse. quia unumquodq; ipsorum unum est, & simplex, & in multis, quoniam aut omnibus, aut quamplurimis inest. Ipsum etiam unum, punctumve principium esse quibusdam uidetur.

Nunc asignat exempla, & primo asignat exemplū elementi, quod dicitur trāslatitiū primo modo: & dicit {vnde emerſit ea, quæ maxime vniuersalia sunt, elementa esse} & per ea, quæ maxime vniuersalia sunt, innuit suprema genera, primo {quia vnumquodq; ipsorum vnum est, & simplex, & in multis}. .s. utile, & ꝙ in multis, probat, & dicit {quoniam} vnumquodq; horum {aut omnibus, aut quā plurimis inest} ergo vnumquodq; horum est vnum, & simplex, cuius rationem affert Alexander ex eo, quoniam primorū generum ne definitio quidē habetur. Ergo vnumquodq; horum est vnum, & simplex. Expositor autem ait, unūquodq; primorum generum esse vnum ratione, atq; conceptu, simplex uero, quoniam definitio cuiusq; eorum non componitur ex diuersis. dixit aūt {in omnibus, aut quāplurimis inest} quoniam fuerunt, qui ens ipsum genus esse putarent, quod si verum sit, in omnibus inesset. q. d. siue vnūquodq; supremum genus sit in omnibus, ut ipsum ens, siue in quāplurimis, sicut alia suprema genera. deinde asignat exemplum elementi. quod dicitur translatitium secūdo modo, & dicit {ipsum etiam unum} siue vnitas {punctumve principium}. .i. elementum {videtur} quoniam tam pūctum q̄ vnitas est simplex, & una. Alexander vero rationem affert ex eo, quoniam hæc minima sunt, & omnino indiuidua, quia uero ex his nihil omnino componitur, non dicunt vu-

lia ad rerum substantias. dicitur tamen punctus magnitudinum elementum. quia in omni magnitudine inest. ex unitatibus uero coniunctis licet numerus constituatur, non tamen ex eis fit una substantia continua. sed dices nonne unū commune cunctis est, ueluti genus: igitur unum est utile, & ita erit elementum primo modo trãslatitium. sed soluitur, quia aliud est vnum, quod est elemẽtum numeri, & aliud vnum quod conuertitur cum ente, unum enim quod est elemẽtum numeri, est vnum prædicamentarium, vnū vero, quod conuertitur cum ente, est vnum transcendens.

**Cum igitur ea, quæ genera uocantur, uniuersalia sint, & indiuisibilia ( una est enim ratio ipsorum ) genera ipsa nonnulli elementa inquiunt esse: & magis q; differentiam. nam genus uniuersale magis est. cui nanq; differentia competit, ei continuo genus etiam inest. At cui competit genus, ei non omni differentia inest.**

*cōmē. 10.* Ex dictis nūc diluit decimam quæstionem, quæ mota est tertio huius, quę erat, vtrum elementa sit genera, & rñdet ꝙ sic, & dicit { cum igitur ea, quæ genera uocãtur, uniuersalia sint, & indiuisibilia }. i. cū igitur ea quæ suprema genera vocantur, sint sic, ut unumquodq; eorum sit unum, et simplex, cuius rationem interponit, & dicit { una est enim ratio ipsorum } cum definitio eorum non componatur ex rebus diuersorum prædicamẽtorum, ergo unumquodq; eorum est unum, & simplex, etiã est in multis { genera ipsa }. s. suprema { nonnulli elementa inquiunt esse } & sic patet solutio quæstionis. deinde soluit vndecimam quæstionem eo libro motam, uidelicet si genera suprema sint elementa, utrū magis q; species, & soluens inquit { & magis q; differentiã }. i. quàm speciem, quæ constituta est per differentiam, & assignat rationem, & dicit { nam genus uniuersale magis est } & ita magis vnum, & simplex, & in pluribus quàm species, cuius rationẽ affert, & dicit { cui nanq; differentia competit } idest species cõstituta per differentiam { ei continuo genus etiam competit. At cui competit genus, ei non omni differentia inest } & sic soluta est quæstio vndecima.

**Omnibus autem est commune elementum esse cuiusq; id, quod cuiq; primum inest.**

Dixit tria significata elementi, quorum primum est, ut sit id, ex quo insito, & primo res componitur, secundum, vt sit vniuersale indiuisibile definitione, ut genera suprema. tertium ut sit indiuiduum quantitate, quorum significatorum primum dicitur elementum proprie, cætera duo elementa translatitie. *Que Auer. cōmē. 4.* hæc Auerroes quæ cum ita sint, assignat unum quod est oĩbus significatis elementi commune, uidelicet ut sit primum. & quia est primum compositione, relinquetur ultimum resolutione, & dicit { Omnibus autẽ }. s. elementis { est cõmune, elementum esse cuiusq; id, quod cuiq; }. s. mixto, cuius est elementum { primū inest } nam sic erit primum, & ultimum non tamen est intelligendum, ut si omnibus elementis competat esse primum, vt solis etiam competat, quoniam esse primum competit causis, quæ non sunt elementa.

*TEX. 5. Natura. φύσις.*

**Natura dicitur uno modo eorum, quæ nascuntur, ac pullulant generatio, ut siquis porrigens dicat y.**

Nunc assignat significata huius nominis natura, quæ græce dicitur φύσις. sed occurres, quoniam uidetur, ut significata naturæ attineant ad naturalem philosophum, & non ad metaphysicum. Respondet Expositor, ideo esse agendum de natura in hac scientia, quia natura secundum sui quãdam acceptionem de omni substantia dicitur: & ita cadit in consideratione primi philosophi, quemadmodum & ipsa uniuersalis substantia. *Que Auer. cōmē. 5.* Auerroes uero assignat multiplicem rationem, cur hic de natura consideretur: primam quidem, quia natura dicitur de causis, & cum hæc scientia consideret de causis, ideo oportet, ut consideret quot modis dicatur natura. nec ab ratione, quoniam hoc nomen natura, quo metaphysicus utitur, est uniuersalius eo, de quo agit naturalis. secundam, quoniam metaphysicus disputat cum eis, qui negant natutam esse, saltem ex concessis ab eis. ergo oportet ut distinguat nomen naturæ. Tertiam uero, quia hic agitur de omnibus causis, modo natura enumeratur inter causas. ergo debet agi de natura saltẽ, quatenus est causa. Quartam deniq; assignat ex opinione Auicennæ licet falsa, uidelicet quia ipse existimauit in hac scientia demonstrari naturã esse, etiam naturalem philosophum acccipere hoc à metaphysico. ergo hic debet distingui nomen naturæ. uerum hæc opinio Auicennæ reprobata est ab eo secundo physicæ auscultatiõis, & lib. primo. ideo satis sint primæ rationes. *Cõ. 1. t. 22. Cõmẽ. vii.* Assignat ergo primum significatū huius nominis natura, & dicit { natura dicitur uno modo eorum, quæ nascuntur, & pullulant, generatio } quæ generatio in stirpibus dicit germinatio proprie, in animalibus uero fœtura. licet fuse utraq; in utrisq; dici possit. huius rationem assignauit Aristoteles secundo de physico auditu ex eo, quia quod fit, id nasci, & quasi germinari, dicimus, & quod in generationem ducitur, etiam in naturam duci dicimus. omnis enim progressio in speciem perfectam est generatio: addit { ut si quis porrigens dicat y } dicit autem y, vt Alexander inquit, quod in uerbo φύσις. i. natura habetur in hoc significato. nam φύσις y correpto, in alio significato intelligitur. sic igitur natura accipitur presse solum in uiuentibus pro generatione, quæ in stirpibus germinatio, in animalibus fœtura appellat. Quare hoc pacto accepta natura, generatio rerum inanimatarum nullo pacto dicetur natura.

**Alio modo id, ex quo primo nascit id, quod nascitur, ita ut insit.**

Nunc assignat secundum significatum nominis natura, uolens ꝙ alio modo natura significet materiã. materia enim ex qua prima insita rei efficiẽdę generatio fit, natura est. neq; enim perinde res fiunt ex materia, ut ex priuatione, ac oppositis fieri dicuntur, cum hæc non insint rei efficiendę. quia uero non solum dixit inexistens, sed addidit primum, non proximam cuiusq; materiam, sed primam significauit, quã materiam Antiphon naturam esse statuebat. unde dicit { alio modo id }. s. { dicitur natura ex quo primo nascitur id, qđ nascitur, ita, ut insit } dixit autẽ nascitur pro efficitur, seu generatur: ut Alexãder inquit. Expositor autem ait ex eo, quia natiuitas natura dicta est, secutum esse modum secundum ut. s. generationis principium, ex quo aliquid generatur primo insito, natura dicatur. sed hoc quod Expositor inquit, in ipsa forma habet locum, quoniam Aristot. 2. physicæ auscultationis per hanc rationem probauit formam dici naturam, & non materiam. tu uero considera: quoniã etiam materiæ hæc ratio applicari potest, licet non ita expresse. Quod autem Iuniores dicunt, nasci hic accipi pro generatione, quę est in uiuentibus, non recte sentiunt. quoniam Alexander nascitur pro efficitur, seu generatur exposuit. nec est uerū hunc modum cõcidere cum quarto, si nasci accipitur pro generatur, seu efficitur, ut eo loco patebit.

**Præterea id, unde primus motus in unoquoque est eorum, quæ natura sunt, quatenus ipsum est.**

Expositor circa hanc dictionem ait per similitudinem natiuitatis ad alios motus, ulterius processisse huius nominis significationem, ut natura tertio modo dicatur id, unde est principium motus in quolibet ente naturali. Alexander aūt dicit tertio modo natura dicitur forma naturalis, hoc enim significat, cū ait { præterea id, vnde primus motus in uno-

quoq;



quoq; est eorum, quæ sunt, quatenus ipsum est } nam principium motus naturalis eorum, quæ natura consistunt, per formam cuiq; suppetit, & hæc est causa naturalis motus singulis corporibus naturalibus. per formã enim terra est terra & ignis ignis, homoq; homo: quæ ratio eadem est in cæterorum animaliū quoq; uerū, ut Alexander subdit, in animalibus forma, quæ est natura, est anima, in rebus uero simplicibus est propensio, quã enim aqua est, qua terra, qua ignis, principium habent in se motus naturalis. ex his colligit de mente Alexãdri tertio modo naturã in aliquibus esse animã, in aliquibus esse formam, quæ potest dici propẽsio, qua ens naturale inclinatur ad motum sibi naturalem. utrū uero hęc propensio substantia sit, aut accidens à libro quinto physicę auscultatiouis petẽdum est. adiecit autem { quatenus ipsum est } quoniam potest quispiam moueri per artem, quæ quidem non est natura, ut qui sibi medetur nõ tamen quatenus ægrotat in se principium motus obtinet, sed per accidẽs, sed neq; qua homo est, recipit sanitatem. nã motus, quibus mouetur homo, qua homo est, per formam, & insitam ei naturam, illi contingunt: quæ quidem in animalibus est anima, & hoc, quod dixit { quatenus ipsum est } ęquiualet ei, quod dictum in physica auscultatione per se, & non per accidens. ubi, cum dixit naturam esse principium motus eius, in quo primum inest, adiecit, per se, & non ex accidẽti, qua adiectione idem significauit ei, quod hoc in loco ait, quatenus ipsum est. & cum dixit { primus motus } uel significat motum localem. latio enim (ut demonstratum est) prima inter motus habetur. & omne corpus naturale latione moueri aptū est, non item accretione, aut alteratione, uel { primus } dicit, q̃a corporibus tanq; naturalibus inest, terræ, ut terra, animali, ut animali. nam & per artem eadẽ moueri possunt, sed eiusmodi motus posterior esset. Quòd si hoc secundo modo intelligatur, uerbum { quatenus ipsum est } exponeret uerbū primus. ex his, quæ hic Alexander inquit, patet error quorundam iuniorum, qui naturam hoc tertio modo sumptam volunt esse accipiendam pro principio passiuo: cum Alexãder plane dicat tertio modo naturam dici formã naturalem, non quo mouet, sed qua agẽs naturale mouet se, ut animal: uel qua inclinatur ad motum sui, ut inanimata: ut declarauit Alexander. sed tribus argumentis occurunt Alexandro. primo quia uiolentum à naturali differt ex parte principij passiui, quo naturaliter aliquod inclinatur. vnde Aristoteles assignans causam, quare elementa naturaliter mouentur ad sua loca, ait causam esse, quia sic apta sunt moueri. modo nunq; passum propter principium actiuum insitum est aptum sic moueri. sed propter prĩcipium passiuum, quo sic inclinatur. dissoluitur autem hæc ratio, quoniam uel per principiū passiuum isti intelligunt materiam in se, uel cum forma aliqua. si isti intelligunt materiam in se, respectu materiæ in se nullus dicitur motus violentus, quoniam qua materia est, potest recepere omnem formam. ergo ĩtelligit materiam cum aliqua forma, & ita ratione formę quæ est anima, in animalibus erit motus, & ratione propensionis in non animatis, & hoc dixit Alexander. quare concedo passum propter principium actiuum insitum esse aptum moueri, ut quo, propter agens uero, ut quod. & ad hunc sensum Aristoteles ait elementa esse apta moueri ad sua loca, per propẽsiones, ut quibus: ab ipso uero generante, ut quod. Secundo obijciunt, q̃a natura, ut est principium motus naturalis, est internum principium, sed natura ratione, qua est principium internum, est passiuum, & non actiuum. & hęc obiectio etiam friuola est, quoniam Alexander concedit naturam, ut est principium motus naturalis, esse internum principium, negaret autẽ naturam ut sic esse principium passiuum, immo diceret esse formam, quæ in animalibus est anima, & in rebus carentibus anima, est propensio, quæ se tenet ex parte actiui principij, saltem, ut quo. Tertio obijciunt, quia mouens, & motum, ut concurrant in eodem, est per accidens. quia possunt separari. iterum hæc friuola est, quoniam licet principiū actiuum, ut quod, non posit simul esse, cum principio passiuo, tamen principium actiuum ut quo est in materia, cum qua efficit compositum naturale aptum moueri. ex ijs, quæ dixit Alexander, clare constat naturam, quæ definitur secundo auscultationis physicæ, esse formam, & non materiam, neq; agentem causam.

**Nasci autem ea dicuntur, quæ per aliud incrementum suscipiunt tactione, atque cognatione, aut copulatione, ut fœtus. interest autem inter copulationem, & tactionem, in quibusdam enim præter tactionem nihil aliud esse necesse est. in ijs autem, quæ copulata sunt, est aliquid unum i utrisq; idem. quod pro tactione facit copulationem, & esse continuatione, quantitateve, & non qualitate unum.**

Redit ad primum naturę significatum et exponit quid sit nasci: & dicit { Nasci autem ea, dicuntur, quæ per aliud }. i. ab alio { incerementum suscipiunt }. i. aluntur. dicunt uidelicet dicuntur nasci. quoniã postq; fuerint nata, non amplius ab alio aluntur sed cibum suscipiunt, & ipsum conuertunt in sanguinem, uel in alimentum proprium. & iuxta hanc expositionem accepit, incrementum suscipere, pro ali, nutririve, & quoniam non potest aliquid ali, nutririve ab alio, nisi sit cum eo simul, ideo addit { tactione, atq; cognatione } qua uidelicet simul sit cum eo, à quo alitur, atq; nutritur { aut copulatione } qua uidelicet copuletur, cum eo, a quo alitur, nutriturq;. illud. n. quod alitur ab aliquo externo, bifariam potest esse cum eo, aut tactione, cognationeve, & huius posuit exemplum, & dixit { ut fœtus } q' nutrit ab utero uel vulua matris per uenas, quæ alligantur umbilico: uel ut pullus, qui in ouo alitur a luteo etiam per uenulas, quibus alligat luteo, à quo alitur. fœtus ergo, & pullus aluntur ab alio externo, cum quo simul sunt tactione, & cognatione. addit autẽ hæc duo, quia illa simultas in fœturis animalium nõ poterat plenius exponi per illud uerbum contactionẽ tantum, nec per illud uerbum cognationẽ. & propterea dixit τῷ ἅπτεσθαι καὶ συμπεφυκέναι. nam per hæc duo uerba exposuit simultatem, qua fœturæ sunt simul cū eo, à quo aluntur. hic ergo est primus modus simultatis, quo id, quod nascitur est simul cum eo à quo alitur. Secundo modo id, quod nascitur, & alitur ab alio, potest esse simul cum eo copulatione, qua tandem stirpes terræ unitæ sunt, à qua aluntur, & nutriūtur. nõ enim venis, aut neruis terræ uniuntur: aut qualitate cõmuni, quæ forma sit cõmunis, ut membrorū una cõmunis forma est, sed quantitate, quæ in contiguitate cõsistit. hæc autem cum dixisset, discrimen explicat inter tactionem cognationemve ex una parte, & copulationem ex alia parte: & dicit { interest aūt inter copulationẽ }. s. ex una parte { & tactionem } cognationem vero ex alia, utitur enim tactione pro tactione & cognatione, loquens sub breuitate. deinde exponens differẽtiam dicit { in quibusdam enim præter tactionem } atq; cognationẽ { nihil aliud esse necesse est } fœturæ enim quæ tactione simul sunt cum eo, à quo aluntur dum nascuntur, nihil habent cõmune cum illo, & ideo cum fuerint perfecta, separãtur ab illo, & accipiunt cibum per se ipsas: ut patet in animalibus { in ijs autẽ, quæ copulata sunt } ut in stirpibus, quæ semper copulatæ sunt terræ { est aliquid unum in vtrisq; idem, quod pro tactione }. i. quod uice tactionis, & cognationis { facit copulationẽ } & exponẽs copulationem subdit { & }. i. dico copulationem. i. { unum esse continuatione, quantitateve non qualitate } ergo illud unum in utrisq; idem est quantitas cõmunis, & propter hanc causam plantæ non possunt aliquãdo separari à terra, nec dum perficiūtur, nec postq; perfectæ sunt. Annotatione dignum fœturas accipere alimentū semper ab alio, uerum dum sunt

in vtero vel in vulua, vel ouo, aut in semine accipiūt alimentum ab alio redactum ad formam alimenti, ut animal in utero, uel vulua, accipit sanguinem per uenas colligatas umbilico: qui sanguis est in forma alimenti. At postq̃ perfectum fuerit, & extra vterum, uel vuluam, uel ouum, aut semen, accipit cibum foris, quem conuertit in sanguinem, qui est proximum alimentū. quæstio uero nō parua est, sit ne illa quantitas communis terræ, & plantæ, una continuatione, uel contiguatione. primo enim aspectu uidetur, vt sit una continuatione, vt uerba dicunt, alia uero ratione, uidetur, ut per continuationem intelligat contiguationem. nam continua sunt, quorum ultima copulantur ad unum communem terminum, sicuti non est in stirpibus cum terra. & ubi sic intelligitur, res plana est, si uero aliter tibi uidebitur, placet, modo declaretur, quonam modo vnus terminus communis sit vltimis plantæ, & terræ.

Præterea natura dicitur id ex quo primo aut est, aut fit aliquid eorum, quæ natura constat, quod quidem est informe, ex suaque potentia immutabile, ut statuæ quidem, æneorumque uasorum æs natura dicitur: ligneorum autem lignum, & in cæteris simili modo. ex his enim unumquodque constat, prima materia permanente salua. hoc enim modo eorum etiam, quæ natura constant, elementa naturam esse dicunt quidam ignem, quidam terram, quidam aerem, quidam aquam, quidā aliud tale, quidam horum aliqua, quidam hæc uniuersa dicentes.

Affert quartum significatum naturæ, & dicit { Præterea natura dicitur id, ex quo primo } .i. proximo { aut est, aut fit aliquid eorū, quæ natura constant } dixit { aut est, aut fit } quia proxima materia est elementum, atq; principium quantum ad esse, & quantum ad fieri. vnde secundum Alexandrum quarto modo natura intelligitur proxima cuiusq; materia, quæ cum sit corpus actu, ac propriam & formam, & naturam retineat, formam tamen recipit eius, cui subijcitur. Qua ratione fit, ut per primum, intelligatur proximū, apud Alexandrum. deinde exponit qualis sit hæc proxima materia, & dicit { quod quidem est informe } quoniā secundum se caret forma, quam apta est suscipere, & ita licet sit corpus actu, tamen dicitur informe nō absolute, sed quatenus caret ea forma, ad quam suscipiendam est apta { ex suaq; potentia immutabile } uno modo intelligit, ut Expositor, qd' materia proxima ex sui potentia sit, immutabilis, quoniam non reducit se ad actum, sed reducitur ab agēte externo. alio modo exponitur, ut Auerroes inquit, absq; eo, quod transmutetur, nam cum ex cupro fit idolum, remanet cuprum, & cum ex ligno re fit arca, remanet lignum, & cum ex elemento fit mixtum, remanet elemētum. Quare ex proxima materia fit, id quod fit absq; eo, & q ipa proxima materia ulterius trāsmutetur. secus de materia, quæ non est proxima. nam ex ea potest nihil fieri, nisi transmutetur in quanto, & quali: quousq; fiat proxima. deinde affert exempla, & dicit { vt statuę quidem, æneorumq; uasorum æs natura dicitur, ligneorum autem lignum, & in cæteris simili modo } sed dices si natura statuæ, atq; æneorum uasorū est æs, & ligneorū lignum, tunc statua, ænea uasa, atq; lignea dicentur entia naturalia, negatur consequētia, quoniam nihil dicitur ens naturale simpliciter, nisi eius materia, & eius forma sit natura. Quare nullum horum dicitur ens naturale, nisi fortasse secūdum quid. Et quia dixit lignea, & ænea fieri proxima materia existente immutabili, quasi assignans cām dicit { ex his enim } ligno videlicet & ære { unumquodq; constat } videlicet lignea ex ligno, & ænea ex ære { prima } .i. pxima { materia permanente salua } nam ex quo est proxima materia, non vlterius transmutatur, ut ex ipsa fiat id, quod fit, non enim lignū transmutatur in aliam speciem, ut fiant lignea, nec æs mutatur in aliam naturam, ut ex eo fiant uasa ænea, sed in illis manet lignum sub specie ligni, & in his æs sub specie æris: vt Auerroes ait. quia vero dixerat { quæ natura constant } exponit cur id adiecerit dicens { hoc enim modo etiam eorum, quæ natura constant } .i. mixtorum, quæ generantur, & corrumpuntur { elementa } veteres subaudi { naturam esse dicunt } quoniam sunt materia proxima mixtorum informis, & impermutabilis. & exponit de hoc uarias opiniones, & dicit { quidam ignem, quidam terram, quidam aerē, quidam aquam, quidam aliud tale } .s. horꝫ medium { quidam horum aliqua, quidam hæc uniuersa dicentes } ut Empedocles, elemēta enim plura uel unum materia est mixtorum informis, cum careat forma mixti, impermutabilis, cū in mixto remaneat actu. huius rei signum affert Auerroes, ex eo, quia q opinabantur terram esse elemētum, naturam rerum omnium terram esse dicebant, qui uero opinabantur ignem esse elementum, asserebant omnium rerum naturā esse ignem. Ex his apparet discrimē inter naturam, quæ dicitur secundo modo, & naturā, quæ dicitur hoc quarto modo. nam natura dicta secundo modo est materia prima, natura uero dicta hoc quarto modo est materia proxima. & sic Aristoteles non videtur superfluus.

Q ue Auer. cōme. 5.

Alio pręterea modo natura dicitur eorū substantia, quæ natura constant, ut ij cessent, qui naturam dicunt esse primam compositionem: ut Empedocles ait, qui quidem naturam nullius eorum esse, quæ sunt, sed mixtionem dūtaxat, mutationemve mixtorum esse, ab omnibus uero naturam uocari dicit.

Q ue Auer. cōme. 5.

Hic affert quintum significatum naturæ, & Auerroes, quem Expositor sequitur putat naturam, quæ dicitur quinto modo, esse formam, quæ est altera pars compositi, Alexander vero, cui credendum est, vult naturam, quæ dicitur quinto modo, esse formam totius: quæ dicitur prima compositio, quoniam cum illa aduenit, quàm primum compositum esse dicitur. signum autem, quoniā Empedocles, qui nihil præter accidentalem vnionem elementorum mixtionem esse ait, naturam hoc quinto modo sumptā negat. vnde dicit { alio præterea modo natura dicitur eorum substantia, quæ natura constant } & per substantiā Alexander formam totius intelligit, quæ apud nonnullos dicitur tertia entitas, apud alios dicitur vnio essentialis, quæ resultat ex materia, & forma substantiali per se { vt ij censent, qui naturā dicunt esse primam compositionem } idest formam totius, quæ dicitur prima compositio, quoniā ita cito sicuti illa est, compositum est. vnde Alexander hanc formam totius, quę est natura quinto modo, uocat perfectionem, quæ quidem efficitur per vnionem materiæ, & formæ, deinde hanc declarans, ostendit Empedoclem naturam nō cognouisse esse quinto modo dictam: quia compositorū nullam fieri vnionem dicit, unde ait { ut Empedocles ait, qui quidē naturam nullius eorum esse, quæ sunt } subaudi ait { sed } ait subaudi { mixtorum esse mixtionem duntaxat, mutationemve } non autem substātiam, quæ sit forma totius { ab omnibus vero } subaudi uulgo Aristoteles { dicit uocari naturam } scilicet formam totius eam mixtionem, quam Empedocles vocauit mutationem mixtionemve. & sic licet Empedocles non appellaret mixtionem naturam, vulgo tamen ab omnibus sic appellabatur. Causa autem, quare Empedocles mixtionem non appellabat naturam, est, quoniam non est forma totius, nec substantia eorum, quæ componuntur, sed vnio accidentalis tantum. Vulgares autem, qui non distinguebant inter vnionem per se, & aggregationem accidentalem, omnem unionem vocabant naturam.

Q uam



Quamobrē & ea, quę natura sunt, & fiūt, & si id iā est, ex quo ipsa sunt apta fieri, aut esse: nōdū tamē naturam hēre dicimus, si speciem non habeant, atq; formā. natura igitur constat id, qd ex his utrisq; cōponit, ut animalia, partesq; ipsorū.

Quòd autem forma totius, & perfectio dicatur natura, probat, argumēto sumpto ab eo, quod secundum naturam est, quoniam nunq; aliquid dicitur esse secundum naturam, nisi forma totius adsit, etiam si materia præfuerit, & dicit { quamobrem, & ea, quæ natura sunt, & fiunt, & si id iam est, ex quo ipsa } .s. entia secundū naturam { sunt apta fieri, aut esse } hoc est & si iam est materia, ex qua sunt apta fieri, aut esse { nondum tamē } ea .s. { naturam habere dicimus, si speciem } hoc est perfectionē, quę est forma totius { atq; formam non habeant } nisi enim entia, quæ natura sunt, habeant formam totius, atq; perfectionem, quam vocat speciem, & formam, etiam si materia affuerit, nunq; dicuntur entia natura. Tunc ex his concludit quid est ens natura siue ens, quod natura constat, & dicit { natura igitur cōstat } & ens secundum naturam, siue ens naturale dicitur { id, quod ex his utrisq; } .s. materia, & forma, q̃ est altera pars cōpositi { cōponit ut aīalia, & partes } nā tā animalia q̃ partes cōstāt ex materia, et forma: & dr̄ entia natura, siue entia nālia.

Natura autem est prima materia, quæ duplex est, aut ea, quæ ad ipsum est prima, aut ea quæ omnino est prima: ueluti æneorum uasorū materia, ad ipsa quidem prima est æs. oino aūt forsitan aqua, si oia ea sint aquæ, q̃ liq̃scere pn̄t.

Alexander sic introducit hunc textum, nam cum totum concretum naturam esse dixisset, quod vocauit substātiam, & formam totius, quoniā hoc concretum potius secundum naturam cōsistere dici potest, adijcit { Narura autem est prima materia } cuius exemplum est aqua, si aqua sit materia æris, atq; materia proxima, cuius exemplum est æs. Expositor autem putat Aristotelem assignare duos modos adiunctos duobus vltimis præcedentibus, & has expositiones uix intelligere possum. puto ergo Aristotelē remouere tacitam dubitationem, nam in secundo modo accipiendi naturā voluit naturam accipi pro prima materia, etiam in quarto modo voluit naturam accipi pro prima materia. Igitur uidetur superfluus, ad tollendam ergo superfluitatē, ostendit esse dupliciter primam materiam, uno modo intelligendo pro prima materia proximam materiam, alio modo pro prima materia cōmunissimam materiam, quæ cōmunis est omnibus compositis, quæ ex materia constant, cum ergo in secundo modo accipiendi naturam dixisset naturam sumi pro prima materia, per primā materiam, vt Alexander exposuit, communissimam materiam itellexit: ante quam nulla est prior, aut communior. cum uero quarto modo etiam dixisset naturam accipi pro prima materia, per primam materiam/proximam intellexit, vt etiā Alexander exposuit. vnde dicit { Natura autem est prima materia, quæ duplex est, aut ea, quę ad ipsum } .s. cuius est materia { est prima } et non simpliciter prima, sed tantum respectu eius, cuius est materia, & hoc pacto est proxima materia, & hoc modo in quarto modo est accepta natura. est enim natura quarto modo materia prima .i. proxima, quæ est prima non simpliciter, sed tantum respectu eius, cuius est materia { aut ea, quæ omnino est prima } idest communissima, antequam nulla est prior, vt in secundo modo accipiendi naturam dictum est. deinde affert exempla, & dicit ueluti { æneorum vasorum materia ad ipsa quidē } .s. vasa { prima } .s. materia est { æs } nam æs est proxima materia, ex qua fiunt vasa ænea: & prima non simpliciter, sed respectu æneorum uasorum { omnino autem } .s. prima & cōmunissima materia { forsitan } est { aqua, si } .p q̃a { oia ea sint aqua, quę liquescere pn̄t } ut in lib. de mixtis, qui quartus meteorōꝝ putatur, est expositum. & per hāc distinctionē tollit in dictione superfluitas.

Et insuper forma, atq; substātia, quæ quidem est generationis ipsius finis. per translationē aūt iam & omnino omnis substātia natura pp hanc dicitur: quia & ipsa natura substātia quædā est.

Similiter tollit per hæc verba aliam superfluitatem, quæ videtur accidere in dictione, nam in tertio modo accipiendi naturam, accipit naturam pro forma. iterū & in quinto modo accepit naturā pro forma, ergo uidetur superfluus. quasi respondens innuit naturam tertio modo esse sumptam pro forma, quæ est generationis finis, quæq; est altera pars compositi. Quinto uero modo naturam esse sumptam pro substantia, q̃ est forma totius: immo pro omni substantia, qua aliquid habet esse. & dicit { Et isuper } natura subaudi, quæ pro forma accipit etiam est duplex, uno modo est { forma et substātia. q̃ quidem est generationis ipsius finis } subaudi & quæ est altera pars cōpositi, & hoc pacto natura pro forma accepta est in tertio modo accipiendi naturā { per translationē aūt iam & oīno omnis substātia } tā quæ est forma totius, q̃ quæ cōstituit aliquid in esse { natura dicit propter hāc } .s. pp formā, q̃ est finis generationis quā ideo finē generationis dicit, qm̄ in ijs, q̃ natura fiunt, forma substantiam finis obtinet. Propter hanc aūt oēm subām per translationē naturā ait appellari, q̃a .n. forma, quæ suba est eorum, q̃ natura cōsistunt, & per quā ipsis esse suppetit, natura est, idcirco in cūctis rebus naturā uocant subām cuiusq;, per quā ei esse suppetit. Quāobrē etiā forma, quæ per artē efficit, quia substātia est operū artificiosoꝝ ad hunc modū appellat. Horum .n. unūquodq; ppriū quandā substantiā, & existētiam habet, quæ cū sit ipsoꝝ forma, natura dicit: ob quā propriā substantiā habere putat. Quare non tm̄ forma totius, sed et quæcūq; suba dicit natura: per hāc igit distinctionē tollitur superfluitas, cū forma non capiat eodem mō in utraq; acceptione. ideo dicit, oēm substantiā dici naturā propter hāc .i. propter formam, quæ finis est gn̄ationis { q̃a & ipsa natura suba, quædā est } cū finiat gn̄ationē, & si altera pars cōpositi. Et cum omnis suba constituat aliqd inesse, ideo oīs suba nomē naturę sibi uēdicat: mō p ipsam ꝯstituat aliqd inesse.

Ex ijs igitur, quæ dictæ sunt. naturis, substantia eorum, quę principium motus in se ipsis hn̄t, ut ipsa sunt, prima est profecto proprieq; natura dicit materia. nanq; ex eo natura uocatur, q̃a huius est susceptrix. gn̄atio etiam, & pullulatio natura ppea dicit, q ab ipsa sit motio. principiū quoq; motus eorū, quæ natura cōstāt, ipsa eadē est, quæ qdē est aliquo mō aut potētia, aut actu.

Cum declarasset naturā plurifariam dici, nunc docet naturam non accipi, ut æquiuocū, sed ut quę ab uno, et ad unū refert. Hoc aūt ostendit, ut Alexan. inquit, ut oñdat singula, quę ut plurifariā dicta partit, non accipi, ut ęquiuoca, sed vt analoga, quæ ab uno, & ad unū referunt. Ostendit ergo singula, quę dicunt natura, dici naturā per attributionē ad formam, quę pprie, ac principaliter natura dicit: non quidem ad ordinē, ut Expositor inquit, qui attendit quantum ad nominis impositionē. nam cum noīa imponant a nobis, quatenus res ipsas intelligimus, cum noīa sint intellectuū signa, nos aūt priora interdū ex posterioribus itelligimus, fit ut aliquid per prius apud nos sortiatur nomen, cui res noīs posterius cōuenit, sicuti est in pposito. nam cum formę, & rerum uirtutes ex actibus innotescant, fit ut prius ipsa gn̄atio, atque pullulatio naturę nomē sortita sit, q̃ forma, quę sm rerū ordinem prior. est oñdit ergo Arist. formā sm rerum ordinem dici primo, ac pprie naturā, cętera uero per attributionē ad

formã, & dicit { ex ijs igit̃ naturis, quæ dictæ sunt, substãtia eorũ, quæ principiũ motus in se ipsis hñt, ut ipsa sunt, prima est profecto } subaudi natura { proprieq; natura dicitur } & hæc, vt uisum est, forma dicebatur. hæc enim ꝙ prima sit natura, proprieq; natura dicatur, ostendit, & dic t { materia nanq; ex eo natura uocatur, quia huius } .s. formæ est susceptrix { generatio ẽt, & pullulatio natura ꝑpterea dicit̃, quia ab ipsa } .s. forma { sit motio } generationes. n. atq; pullulationes nomẽ naturę sibi uendicant, qm̃ motus sunt, qui manant ab ipsa forma, & in ipsam formam finiunt. etenim quæ nascunt̃, ꝑpter formã, & insitã sibi uim nascunt̃. Quòd aũt forma sit natura, ut suppositũ est, ꝓbat, & dicit { pricipium quoq; motus eoꝝ, q̃ natura cõstãt, ipsa eadẽ est } ergo recte suppositũ est formã eẽ naturã { quæ quidẽ forma est aliquo modo } .s. pricipiũ motus { aut } cũ subaudi est { potẽtia } ut animal in semine cõcepto { aut actu } cũ animal iam est. merito igitur forma natura nuncupat̃, siquidẽ principiũ motus est natura, & proprie ac principaliter, qm̃ cætera dicunt̃ naturæ per attributionẽ ad hãc. nõ curauit aũt declarare substantiã omnem dici naturã per attributionẽ ad hanc, qm̃ superius oñdit omnem substantiã dici naturam tam q̃ est ip̃m totũ ex materia & forma constitutũ, siue ipsa forma totius: q̃ quę est substantia q̃cunq;. qm̃ omnis substantia, ut dictũ est natura dr̃ per translationẽ deductã à forma, q̃ est finis gñationis, & altera pars cõpositi. quia sicuti forma est cõstitueñs cõpositum, sic oĩs substãtia cõstituit id, cuius est substantia.

Dubitatiões. Sed q̃res quonã modo apud Arist. essentia diuina dici põt natura. uidet̃. n. ßm nullum modũ eoꝝ, qui hic enumerant̃, esse dicendũ naturã: ergo significata naturæ nõ sunt sufficienter tradita. Secundo q̃res, cũ dicit Themist. 1. physicæ auscult. opus naturæ esse opus intelligentiæ nõ errantis, qd intelligit per naturã. uidet̃. n. accepisse naturam ßm nullũ modũ eoꝝ, qui hic enumerati sunt. Tertio quęres cũ dicit̃ naturã dedisse hoĩbus duos pedes, quatuor uero quadrupedibus, fecisseq; alia talia, qd intelligit̃ ꝑ naturã. non. n. vr̃ esse intelligendũ ꝑ naturã aliquẽ modum eoꝝ, q hic enumerant̃. ergo Arist. insufficieter tradit hic significata naturę. diluũt uero hę q̃ones, prima qdẽ, qa essentia diuina dr̃ natura ꝑ trãslationẽ, qm̃ est sub̃a, q̃ est principiũ motus diurni apud Arist. uel qa est principiũ gñationis omnium eoꝝ, q̃ in mundo fiunt. Secunda ẽt diluitur, qm̃ Themistius per naturã intelligit agens naturale cõpositũ ex natura, q̃ est forma, et ex natura, q̃ est materia. qm̃ natura quinto modo dicit̃ de oĩ substãtia, et de toto composito naturali, & de forma totius. Tertia etiã delet̃, qm̃ per naturã intelligit̃ agens naturale directũ ab intelligẽtia nõ errante, vt dicebat Themistius. agens. n. naturale oĩa præbet suo effectui, q̃ cõueniũt in ordine ad finẽ, non tñ directũ à se, cũ nõ intelligat finẽ, ad quẽ ordinata sunt mẽbra, sed directũ à diuina prouidentia, quæ cuncta dirigit in finem. non ergo Aristoteles insufficienter tradidit significata naturæ.

TEX. 6. **Necessariũ id dicitur, sine quo ut cãm comitante, fieri nõ potest, ut uiuatur. ueluti respirare, & alimẽtum necessarium est animali. esse enim ipsum sine istis non potest.**

Cũ Arist. nomina distinxisset, q̃ pertinẽt ad causam, nunc vt Expositor inquit, distinguit ipsum necessariũ, qd' pertinet ad cõditiones causæ. nã causa est, ad quã necessario aliud sequit̃. partit̃ ergo necessarium in quinq; intellectus, quoꝝ primus est, ut necessariũ dicat̃ cõcausa, sine qua aliquid nec viuere, nec esse potest. & dicit { Necessariũ id dicit̃, sine quo, ut causam comitante fieri non potest, ut uiuat̃ } aut sit. ergo necessariũ primo modo est cõcausa, sine qua aliquid nec viuere, nec esse potest { ueluti respirare, & alimentum necessariũ est animali } non quidẽ ut causa, nã causa uiuendi animalibus anima est, sed ut cõcausa, utpote qd' in causa una cum aĩa sint, ut animal consistat. nam nec cãm uiuendi adiuuant. { Esse. n. ipsum } .s. aĩal { sine istis } .s. cibo & respiratione { non põt } Ipsa. n. respiratio, etsi nõ sit cã uitæ, est tñ concausa, quatenus cooperat̃ ad refrigerãdũ calorem, sine quo nõ est uita. alimentum ẽt etsi non sit cã uitæ, quo tñ facit ad instaurationẽ ipsius humidi, impeditq; omnimodã deperditionẽ natiui humidi, qd' est cã uitæ, cõcausa etiã uiuendi est. igit̃ uiuendi concausę dñr, qm̃ sine his anima uiuendi cã esse non põt. Simili rõne caliditas et siccitas cõcausæ sunt essendi igni. qm̃ forma ignis non põt esse igni cã essendi sine his.

**Et id etiã sine quo fieri nequit, ut bonum aut sit, aut fiat, aut malum quippiam abijciatur, ac extrudat̃: ueluti bibat medicinã necesse ẽ, ut nõ ægrotet, & ad æginã nauiget, ut argẽtũ recipiat.**

Secundus intellectus est, ut necessariũ dicat̃ concausa nõ uiuendi, nõ essendi, sed bñ uiuẽdi, uel bñ essendi: ueluti absq; quo bonũ, et opportunũ effici neqt, vł malũ secludi, abijciq; & dicit { Et id ẽt sine quo fieri neqt, ut bonũ aut sit, aut fiat, aut malũ quippiã abijciat̃, ac extrudat̃ } ergo concausa sine qua non bñ aliqd uiuit, aut est, necessariũ dicit̃ secundo intellectu { ueluti bibat medicinã necesse est } .s. homini { ut nõ ægrotet } non aũt simplr̃, qm̃ causa simplr̃ bene uiuẽdi est uirtus regitiua corporis, & aĩa: concausa uero est medicina. { & ad Aeginã nauiget } ꝯcausa est { ut argẽtũ recipiat } non aũt simplr̃ causa, qm̃ causa nauigãdi est hõ ipse, qui ad Aeginã deliberauit esse nauigãdum. Auerroes aũt ait hunc secundũ modũ differre a primo, qa primus est in rebus naturalibus, secũdus uero in uoluntarijs, & decipit̃, qm̃ uterq; põt esse in naturalibus, & in uolũtarijs. si intelligat̃, ut exposuit Alex. Decepit aũt Auerroem id, qd' Arist. dixit in exemplis, in qbus solum in uoluntarijs exẽpla attulit. Si quis autẽ uult, facile põt ponere exempla in naturalibus in oĩbus his. (Q ue Auer. comẽ. 6.)

**Præterea uiolentum, ac uiolentia. hoc aũt est id, quod præter appetitionem uoluntatemq; impedit, atq; prohibet. uiolentũ. n. necessariũ dicit̃.**

Nunc accipit, & exponit tertiũ intellectũ ipsius necessarij. & uult id, qd' quis ui, atq; inuitus facit esse necessariũ tertio mõ: cuius exemplũ affert Auerroes, ut si Socrates coactus esset a rege ad occidendũ Platonem, occidere Platonẽ esset necessariũ Socrati. & fortasse esset ẽt necessariũ Platoni. nã Socrati, ut ageret: Platoni, ut pateret̃, necessariũ esset. (Q ue Auer. comẽ. 6.) Alex. aũt & Auerroes solũ id, qd' ui aliqs, & inuitus facit, necessarium esse tertio mõ affirmãt. & hoc inqt { præterea uiolentum, ac uiolentia } subaudi necessariũ tertio mõ dicit̃: et per uiolentũ, & uiolentiã Alex. exponit id qd' aliquis ui, atq; inuitus efficit. Deinde dictio, quæ sequit̃ sic habetur in codice Alex. { nam uiolentũ, qd' præter appetitionẽ, & uoluntatẽ impedit atq; ꝓhibet, necessariũ dicit̃ } & intelligit ꝑ { præter appetitionẽ } .i. cõtra naturalẽ inclinationem: ut numeri sursum grauibus est cõtra naturalẽ inclinationem: & sic tetigit uiolentũ in naturalibus. & ꝑ uoluntatẽ Alexan. intelligit consiliũ. nam in agẽtibus uolũtarijs, qd' est contra consiliũ dicit̃ uiolentũ. & fortasse ꝑ uoluntatẽ intelligit appetitũ, quo volumus. Nam in uolũtarijs id, qd' est contra uoluntatẽ dicitur uiolentũ, ac necessariũ. & dixit impedit, & ꝓhibet. nam impedire est respectu motionis, quæ iã cepit. Impedit̃. n. ꝓsecutio rerũ, quæ inceperũt. Prohibere uero est, ut ne motio incipiat. Quare uiolentũ tam qd' impedit, q̃ quod ꝓhibet, necessariũ dicit̃. uel põt legi, ut dictio iacet, ut dicam' Arist. interponere definitionẽ uiolenti, deinde assignare rõnẽ eius, qd' dixit. Ibi { uiolentũ. n. necessariũ dicit̃ } nam cũ dixisset { pręterea uiolentũ, ac uiolẽtia } subaudi necessarium dicit̃ tertio mõ, reddit cãm dicit { uiolentũ. n. necessariũ dicit̃ } qm̃ cogit, ut necessario fiat. definitionẽ uero uiolenti interponens dicit { hoc aũt } .s. uiolentũ { est id, qd' } in naturalibus præter appetitionẽ, uoluntateq; } in agentibus a ꝓposito { ĩpedit, atq; ꝓhibet } bñ ergo dictũ est uiolentũ esse necessariũ. nam qd' ui aliquis & inuitus facit, necessario facit.

Quapropter



**Quapropter & dolore afficit, ut & Euenus Poeta dicit.**
**Omne necessarium res est profecto molesta.**
**Et uis necessitas q̃dã est, ut & Sophocles inqt,**
**Sed uis sæua premit, fieriq; improba cogit.**
**Videtur etiam necessitas ipsa esse aliquid, quod recte dissuaderi non potest. Voluntatis enim ac rationis motui aduersatur.**

Ex ijs, quæ dicta sunt, concludit tria, quorum secundum iam explicatum est: & dicit { Quapropter & } necessarium .s. { dolore afficit } .s. capiendo necessarium pro eo, quod ui, & inuitum aliquid facit. & hoc probat authoritate Eueni Poetæ, & dicit { ut & Euenus Poeta dicit } cuius carmen subdit { Omne necessarium res est profecto molesta } deinde concludit secundum, quod superius iam est explicatum, & dicit { Et uis necessitas quædam est } .i. & sequitur secundo, ut uis sit quædam necessitas: quod & superius est explicatum. & hoc probat authoritate Sophoclis, & dicit { ut & Sophocles inquit, Sed uis sæua premit, fieriq; improba cogit } ergo uis necessitas quædam est. Deinde concludit tertium, & dicit { Videtur etiam necessitas ipsa esse aliquod, quod recte dissuaderi non potest } .i. super quo non cadit dissuasio. Cuius rationem subdit { Voluntatis enim ac rationis motui aduersatur } Qui enim ui aliquid facit, non facit consilio, qui autem non facit, quod facit consilio, non est capax persuaderi ad contrarium. nam qui capax est facere ad contrarium, est in sua potestate, qualis non est coactus, qui cogitur agere contra motum rationis. recte ergo dictum est necessitatem esse aliquid, quod dissuaderi non potest. Vnde Alexander, quod ui allata fit, tunc est necessarium, cum efficiens nequeat impetu & uoluntate sua moueri propter uiolentiam, quæ dissuaderi nequit. persuasio enim dissuaderi potest, cui autem uis affertur, is aliter efficere non potest. dictio illa { Videtur etiam necessitas ipsa esse aliquid, quod recte dissuaderi nõ potest } in Gręcis nostris codicibus sic legitur. καὶ δοκεῖ ἡ ἀνάγκη, ἀμετάπειστόν τι εἶναι vbi uerbum ἀμετάπειστον in translationibus ueteribus transfertur inculpabile. & propterea Expositor uult, ut secundum, quod Aristoteles infert, sit necessitatem nec esse inculpabilẽ, nec reprehensibilem. Vnde in prouerbio necessitas magis meretur ueniam: quæ expositio uerum dicit, sed non est ad uerba dictionis, ut patet consideranti græca uerba. (Q ue Auer. Comen. 6.) Auerroes uero probauit necessariũ, cũ accipitur pro uiolento dolore afficere, argumẽto quia uoluntas est iucunda, igitur id, quod est contra uoluntatem erit triste: tenet argumentum a loco Topico contrariorum contraria sunt prædicata.

**Præterea id, quod aliter sese habere non potest, necessario sic sese habere dicimus.**

Cum accepisset tres intellectus ipsius necessarij, nunc affert quartum, & dicit { Præterea id, quod aliter sese habere non potest } subaudi propter insitas ipsas causas { necessario sic sese habere dicimus } causæ internæ sunt duæ materia uidelicet, & forma, quæ rursus duplex est altera, quæ est altera pars compositi, altera, quæ est essentia, & forma totius. dicimus enim animal necessario corruptibile esse: uidelicet necessitate simpliciter, quoniam corruptibilitas sequitur materiam, quæ est pars animalis: & insita animali causa. etiam dicimus animal esse sensitiuum necessario necessitate simpliciter, quia hoc sequitur animam, quæ est eius causa formalis insita. dicimus insuper animal necessario esse substantiam animatam sensitiuam necessitate simpliciter. quoniam hoc consequitur essentiam animalis, quæ forma est totius. quare simpliciter necessarium est, quod inest alicui propter aliquã causarum insitarũ. Primus uero, & secundus, & tertius modus sunt necessitatis secundũ quid, quoniam primus, & secundus cõsequuntur concausas, primus quidem concausam essendi, atq; uiuendi: Secundus uero concausam bene uiuendi, atque bene essendi. Tertius autem dicitur secundũ quid, quia inest alicui non simpliciter, sed dum uiolentia cogit, atq; cõpellit. qui enim aliquid facit ui, atq; inuitus, non simpliciter facit necessario, sed dum agens ipsum cogit, atq; cõpellit. per quę patet error quorundam Iuniorum, quorum studium est in aduersando, qui uoluerunt tam primum, q̃ secundum modum esse sumptum a causis insitis. Nam, ut Alexãder dixit primus modus accipitur a concausa & non a causa essendi, uel uiuendi, sed a concausa, ut dictum est. Secundus etiam a concausa bene essendi, atque bene uiuendi: & sic nullus eorum attinet ad necessitatem simpliciter.

**Et per hoc necessarium, cætera quoq; omnia necessaria quodammodo dicuntur. nam quod uim patitur, necessario dicitur tunc aut facere, aut pati, cũ non cõtingit pro appetitione propter id, quod uim affert, ut sit ea necessitas, ob quam res aliter sese habere non potest.**

Nunc docet ipsum necessarium, licet plurifariam dicatur, non accipi, ut æquiuocum. Sed, ut quæ ab uno, & ad unum referuntur: hoc est sed, ut analogum, & sic ostendit singula, quæ dicuntur necessaria, dici per attributionem ad necessarium quarto modo: quod uidelicet est id, quod impossibile est aliter se habere. nam necessarium, quod accipitur pro coacto, dum cogitur, nõ potest aliter agere, aut pati. ergo tale necessarium dicitur per attributionem ad necessarium quarto modo, & dicit { Et per hoc necessarium } .i. & per attributionem ad necessarium quarto modo { cætera quoq; omnia necessaria dicuntur quodammodo } deinde quod ita sit, hoc ostendit de eo, quod necessarium dicitur propter uim, ut in tertio modo perspicuũ est { nam quod uim patitur } .i. nam quod cogitur { necessario dicitur tunc aut facere aut pati, cũ non contingit } subaudi aut facere aut pati aliter { pro appetitione } non enim agit pro appetitione, & uoluntate, sed pro ui, quam patitur { propter id, quod uim affert } tamen non potest aliter facere dum durat compulsio { ut sit ea necessitas } qua coactus agit, illa { ob quã } saltem dum durat cõpulsio { res aliter sese habere nõ potest } ergo coactum pro quanto non potest aliter agere, dum durat coactio, dicitur necessarium per attributionem ad quartum modum necessitatis: qui est non posse aliter sese habere.

**Et in concausis uiuendi, beneq; uiuendi similiter. nam cum fieri nõ potest, ut in aliquibus quidem bonum, in aliquibus uero uiuere & esse sine quibusdam insit, tunc illa necessaria, & hæc causa quædam necessitas est.**

Hic ostendit secundum & primũ modum dici per attributionem ad quartum. nã dum aliquis spirat, necessario uiuit, & non potest aliter esse. & dum aliquis utitur diuitijs, etiam necessario bene uiuit, & non potest non bene uiuere, ergo uterq; modus reducitur ad quartum modũ: cum suppositis concausis, nõ potest aliter esse: dicit { Et in concausis uiuendi, beneq; uiuendi similiter } subaudi dicendum ꝙ reducantur ad quartum modũ. Cuius rationem subdit { nam cũ fieri nõ potest, ut in aliquibus quidem bonum, in aliquibus uero uiuere & esse sine quibusdam insit } nam animali uita nõ potest inesse, nisi respiret. bona etiam uita eidẽ minime inesse potest, sine diuitijs { tunc illa } .s. respiratio, & diuitiæ { necessaria } sunt subaudi { & hęc causa } .s. sine qua nõ { quædam necessitas est } quoniam dum adsunt hæ concausæ, impossibile est aliter esse. Quare primus, & secundus modus reducuntur ad quartũ per attributionem. dixit autem { & hæc causa quædam necessitas est } quoniam non simpliciter necessitas est, sed aliquo modo, ut Auerroes inquit. (Q ue Auer. Cõmen. 6.)

Insuper demonſtratio neceſſarium eſt ex eo, quia aliter ſeſe habere nō poteſt, ſi modo ſit ſimpliciter demōſtrata. huius autem cauſæ ſunt ipſa priora, ſi fieri non poteſt, ut aliter ſeſe habeant, ex quibus ratiocinatio conſtat.

Cū expoſuiſſet quatuor modos neceſſarij, nunc, ut Alexā. inquit, quatuor prædictis quintū adiungit: qui pertinet ad demonſtrationes, & primo addit quintū modū, & dicit ¶ Insuper demōſtratio neceſſarium eſt ¶ ſubaudi quinto modo, & per demonſtrationē concluſionem demonſtratam intelligit, additq; ſimul reductionē huius quinti modi ad quartum: & cauſam reductionis, & dicit ¶ ex eo, qa aliter ſeſe habere non poteſt, ſi modo ſimpliciter ſit ¶ ſubaudi concluſio ipſa ¶ demonſtrata ¶ ergo neceſſitas in demōſtrationibus dicitur per attributionem ad quartum modū. Deinde explicat cauſam reductionis, & dicit ¶ huius autem ¶ .ſ. neceſſitatis, quę eſt in ipſa concluſione ¶ cauſæ ſunt ipſa priora ¶ .i. ipſę anteceden tes propoſitiones ¶ ſi fieri nō poteſt, ut aliter ſeſe habeant ¶ ea priora. ſ. ¶ ex quibus ratiocinatio conſtat ¶ .i. demonſtratio procedit. & tu intelligas de demonſtratione ſimpliciter, non de demonſtratione, quæ ſit ex conceſſis ab aduerſario. fieri enim poteſt, ut demonſtratio ex conceſſis, nō ſit ex prioribus ſimpliciter neceſſarijs. & propterea addidit ¶ ſi modo ſit ſimpliciter demonſtrata ¶ hoc eſt non ex conceſſis.

Quorundam igitur alia cauſa eſt, ut neceſſaria ſint: quorundam nulla, ſed ob hæc ipſa alia neceſſario ſunt.

Cum docuiſſet omnia neceſſaria in eum intellectū referri, quo neceſſarium id eſſe intelligitur, quod aliter habere nō poteſt. nunc exequitur eorundem partitionem, & dicit ¶ Quorundam igitur alia cauſa eſt ¶ hoc eſt diuerſa ¶ ut neceſſaria ſint ¶ ut quæ per uim fiunt, & demonſtrationes. hęc enim neceſſaria ſunt, & cauſam habent a ſe diuerſam, cur neceſſaria ſint ¶ quorundam nulla ¶ .ſ. cauſa diuerſa eſt, cur neceſſaria ſint ¶ ſed ¶ potius ¶ ob hæc ipſa alia neceſſario ſunt ¶ ut primæ, ac medio uacantes propoſitiones ad hæc ſempiterna, & quę ad hunc modum ſunt neceſſaria, nec ullam habent externam cauſam, & alijs ipſa ſunt cauſa neceſſitatis. Quæcunq; enim, ut Alexander inquit, natura conſtituit a dijs, qui ſempiterni ſunt, cauſam exiſtendi habent. Præterea neceſſarium primo modo, & ſecundo modo, quod ſine aliquo nequit uel eſſe, uel bene habere, hoc ab illo neceſſario cauſam habet, cur uel ſit, uel recte habeat. ergo eorum neceſſariorum, quæ dicta ſunt, quædā habent cauſam diuerſam ſuæ neceſſitatis. ut neceſſaria primo & ſecundo, & tertio modo, & in quarto ea, quæ ab alijs neceſſitatem habent: ac ſempiterna ſunt. & in demonſtratiuis cōcluſiones. nam eorum, q̄ ſine aliquo eſſe nequeunt, cauſa diuerſa eſt neceſſitatis, ut cibus diuerſus eſt ab eo, quod aliter. & ſic eorum, q̄ ſine aliquo bene uel habere, uel effici nequeunt, cauſa eſt diuerſa. ſimiliter eorum, quæ per uim efficiuntur, item & concluſionis neceſſariæ cauſam diuerſam eſſe cōſtat. ſola ſempiterna, quæ quidē ſunt diuina, & primę propoſitiones, q̄ medio uacant, cauſam cur ſemper ſint, nullam habent externā, immo & propter ipſa concluſiones & ea, q̄ natura cōſtituunt, ex neceſſitate & ſunt, & fiunt.

Quare primū & proprie neceſſarium id eſt, quod eſt ſimplex. hoc enim fieri nō poteſt, ut pluribus ſeſe habeat modis. Quo fit, ut neque aliter, atque aliter unq; ſeſe habere poſſit, alioquin pluribus modis ſeſe haberet.

Quoniam tam in demonſtratiuis, quam in ſempiternis eſt unum primum neceſſarium, quod ſuæ neceſſitatis cauſa diuerſa uacat, ut nunc ſupponit, ideo ſecundo concludit, quale eſt hoc primū neceſſarium in utroq; genere, & dicit ¶ Quare primum & proprie neceſſarium ¶ .ſ. in utroq; genere ¶ id eſt, quod eſt ſimplex ¶ in demonſtratiuis quidem, quia medio uacat, in ſempiternis uero, quia non compoſitum ex materia, & forma. nā ſi primum in demonſtratiuis haberet medium, non daretur primum in demonſtratiuis. & hoc debuit ſuppleri in dictione. ſi etiam in ſempiternis primum eſſet cōpoſitum, eſſet mutabile, & ſic pluribus modis ſe habere poſſet: & hoc deſtruit, & dicit ¶ hoc enim fieri nō poteſt, ut pluribus ſeſe habeat modis ¶ ergo oportet ipſum eſſe ſimplex ¶ Quo fit, ut neq; aliter, atque aliter unq; ſeſe habere poſſit, alioquin pluribus modis ſeſe haberet ¶ Expoſitor, & Auerroes, & Alexander per primum intellexerunt primum nō in utroq; genere, ſed primum in genere ſempiternorum, de hoc enim Ariſtotelem uoluunt dixiſſe primum eſſe ſimplex, quoniam quod ſimplex non eſt, compoſitum ex materia, & forma eſt, ut Auerroes, & Expoſitor ſuppleuerunt, quod compoſitum ex materia & forma eſt, mutabile eſt, ut ſuppleuit Expoſitor, quod mutabile eſt, multifariam ſeſe habere poteſt, quod autē multifariam ſeſe habere poteſt, id aliter, atq; aliter ſeſe habere poteſt. Quare oportet primū neceſſarium, quod in genere ſempiternorum eſt primum, & proprio neceſſarium, eſſe ſimplex. ſed ſi hæc expoſitio teneatur, neceſſarium, quod eſt proprie, & primum in demonſtratiuis, quale ſit, oportet petere a Libris reſolutorijs. Que Auer. Cōmen. 6.

Si igitur ſint aliqua perpetua, ac immobilia nihil illis erit uiolentum, nihil etiam p̄ter naturā.

Tertio infert aliqua eſſe neceſſaria, quibus nihil uiolentū, nihil præter naturam competit, & dicit ¶ Si igitur ſint aliqua perpetua, & immobilia ¶ qualia ſunt ſimplicia, & ſempiterna, quæ primæ cauſæ ſunt, ut Alexander exponit, & alij, qui cum Alexandro conueniunt ¶ nihil illis erit uiolentum, nihil etiam præter naturam ¶ nam ni ita eſſet, poſſent aliter eſſe habere: & ita non eſſent immobilia. Hoc tertium iccirco Ariſtoteles adiecit, ne quis quod ea neceſſaria nuncupemus, ne ſic accipiat quaſi uiolenta, & præter naturam dicamus. Auerroes uero inquit, & dicit hoc, quia in compoſitis eſt natura addita naturæ componentium .ſ. illud, quod ſit ex compoſitione. Et licet hoc, quod dicit, non ſit ad propoſitum, tamen per naturam additam intelligit ordinem eſſentialem, quem non addit aggregatum per accidens: uel id, quod eſt unum aggregatione. & potes amplificare ſermonem etiam ad neceſſaria demonſtratiua, nam nec illis competit uiolentum, nec aliquid præter naturam. quoniam ni ſita eſſet, poſſent aliter ſe habere: & ita non eſſent inuariabilia. Que Auer. Cōmen. 6.

Vnū partim per accidens dicitur, partim per ſe, per accidens quidem, ut Coriſcus, & muſicū, & Coriſcus muſicus. Idem enim eſt dicere, Coriſcus, & muſicū, & muſicū & iuſtum, & muſicus & iuſtus Coriſcus, & muſicus Coriſcus, ac iuſtus Coriſcus. Vniuerſa enim hæc unū dicuntur per accidens. iuſtum quidē & muſicū, quia utrunq; uni ſubſtantiæ accidit, & muſicus Coriſcus, quia alterum alteri accidit. ſimiliter modo quodam & muſicus Coriſcus unum Coriſco ſunt. quoniam altera partium, quæ in oratione ſunt, alteri accidit, ueluti muſicum Coriſco, & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco. quia utriuſq; partis unum eidē accidit uni. Nihil enim differt, niſi hoc Coriſco iuſtum, Coriſco muſicum accidiſſet. TEX. 7.

Nolo te latere in codicibus græcis, & latinis hanc dictionem legi mutilatam, immo Alexander qui in exponendis libris Ariſtotelis principatum obtinet, uidetur hanc dictionē legere



legere mutilate, nos uero ſic legimus, quoniam ſic emendatam reperimus in margine quorundā librorum græcorum. Quod ſi aliter alijs legendam eſſe uiſum fuerit, nos non recuſamus, ſed gratias habebimus. Ariſtoteles ergo de multiplici acceptione unius agens, primo diuiſit in duo, quoniam unū dupliciter dicitur. unde Expoſitor uult quod cum Ariſto. diſſecaſſet ea, quæ pertinent ad cauſas, nunc uelit pertractare multiplicitatem eorum nominum, quæ pertinent ad ſubiectum, ſiue attineant ad ſubiectum, quia ipſa ſunt ſubiectum, uel partes ſubiecti, ſiue attineant ad affectus, q̄ ſubiecto, aut ſpeciebus ſubiecti inſunt. Ideo agit de multiplicitate unius. Sic enim intelligendo ordinem Expoſitoris, fruſtra diſputantur, quæ iuniores differunt: unde dicit ¶ Vnum partim per accidens dicitur, partim per ſe ¶ hęc eſt prima diuiſio. deinde ſubdiuidit unum per accidens in quatuor modos, quorū primus modus eſt, cum aliquod accidens comparatur ad ſubiectum. nam accidens, & id cui accidit, unum dicitur: & dicit ¶ per accidens quidem ut Coriſcus & muſicū, & Coriſcus muſicus ¶ ſubaudi eſt ¶ idem enim eſt dicere ¶ ſubaudi Coriſcus muſicus eſt, & ¶ Coriſcus & muſicus ¶ idem enim, ut Alexander inquit, eſt dicere, Coriſcus, & muſicus eſt unum, atque Coriſco accidit muſicum, & Coriſcus eſt muſicus. hic eſt primus modus unius per accidens. deinde affert ſecundū, & uult ſecundum modum eſſe cum unum accidens comparatur ad aliud: & dicit ¶ & muſicū & iuſtum ¶ ſubaudi unū per accidens ſunt ſecundo modo. Deinde affert tertium modum, & uult, tertium modum eſſe cū accidens comparatur ad ſubiectum compoſitum ex ſubiecto & alio quodam accidente, & dicit ¶ & ¶ .ſ. ut ¶ muſicus & iuſtus Coriſcus ¶ muſicum enim & iuſtus Coriſcus unū per accidens ſunt tertio modo. hunc tertium modum nō habebat Alexā. in ſuo codice, qui tamen reperitur in noſtro. deinde affert quartum modum, & uult quartum modum eſſe, cum complexum cōparatur ad complexum: & hunc Alexā. habebat in ſuo codice. Vnde dicit ¶ & muſicus Coriſcus, & iuſtus Coriſcus ¶ ſubaudi unum per accidens ſunt quarto modo. nam comparatur complexum uidelicet muſicus Coriſcus, ad complexum uidelicet iuſtum Coriſcum. Deinde affert cauſam quare unū quodq; horum dicatur unum per accidens, & breuiter cauſa eſt, quoniam omnia comparantur ad unum ſubiectum particulare, unde dicit ¶ uniuerſa enim hæc unū dicuntur per accidens ¶ .i. quoniam hæc omnia comparantur ad unum ſubiectū. Deinde hoc declarat in ſingulis, & primo in ſecūdo modo, & dicit ¶ iuſtum quidem & muſicum ¶ ſubaudi unum ſunt ſecundo modo ¶ quia utrunq; uni ſubſtantiæ accidit ¶ uidelicet Coriſco. deinde aſſignat rationem in primo modo, & dicit ¶ & muſicus Coriſcus ¶ ſubaudi per accidens unum ſunt primo modo ¶ quia alterum alteri accidit ¶ Deinde aſſignat rationem in tertio modo, & dicit ¶ ſimiliter modo quodam & muſicus Coriſcus unum Coriſco ſunt, quoniam altera partium, quæ in oratione ſunt ¶ ſubaudi in illa muſicus Coriſcus eſt muſicus ¶ alteri accidit. Veluti muſicus Coriſco ¶ igitur muſicus & Coriſcus muſicus unū per accidens ſunt modo tertio, dixit ¶ ſimiliter modo quodam ¶ quia illa muſicus Coriſcus non ſunt eadem tertio, uidelicet Coriſco, ſed quaſi tertio, potius enim alterum alteri per accidens idem eſt: & non q̄ ambo tertio eadem ſint. Vel ut Alexā. inquit, ¶ ſimiliter modo quodam ¶ qm̄ inter hunc tertium & primum nō eſt diſcrimē, niſi in prolatione. In primo enim dixit unum eſſe Coriſcum muſicū, in tertio uero modo dixit unū eſſe Coriſcum, & muſicū Coriſcum: q̄ ſubiecto eadem ſunt prolationē tamē differunt. Deinde aſſignat rationē in quarto modo, & dicit ¶ & muſicus Coriſcus iuſto Coriſco ¶ ſubaudi unū per accidens eſt quarto modo ¶ qa utrius partis ¶ .ſ. tam ſubiecti q̄ prædicati ¶ unū & idem accidit uni ¶ qm̄ muſicus, q̄ eſt altera ſubiecti pars, & iuſtus, q̄ eſt altera p̄dicati pars, accidunt Coriſco. Deinde probat quod dixerat, & dicit ¶ niſi hil. n. differt ¶ ſubaudi muſicū, iuſtum Coriſcus, qui erat tertius modus a quarto ¶ niſi hoc ¶ .ſ. ¶ iuſtū accidiſſet Coriſco, Coriſco muſicū ¶ & ſic nō eſt differentia, niſi quantum ad prolationē, nam illa oratio, Coriſcus iuſtus eſt muſicus, eſt in tribus terminis, illa uero, Coriſcus iuſtus eſt Coriſcus muſicus eſt in quatuor cum Coriſcus bis dicatur. quare patet unumquodq; horum eſſe unum per accidens, qm̄ ſecundum rem comparantur ad unam ſubſtantiam indiuiduam. ſic mihi uiſa eſt expoſitio huius dictionis, licet in codicibus uarie legatur. at ſi tibi aliter uidetur, placebit.

Idē eſt modus & ſi de genere, & ſi de uniuerſalium aliquo nomine accidens ipſum dicatur, ut homo idem eſt atq; muſicus homo. aut. n. quia homini quidem, qui una eſt ſubſtantia, muſicum accidit, aut quia utrunq; cuidā ſingularium accidit, ut Coriſco: & ſi nō eodē modo ineſt utrūq;, ſed unū, ut genus forſitan, & in ſubſtātia, alterū ut habitus ſubſtantiæ, uel affectus. Quæ igitur p accidens unum dicuntur, hoc modo dicuntur.

Nunc docet quot modis unū per accidens dicatur in uniuerſalibus terminus, & hoc proponit, & dicit ¶ Idem eſt modus, & ſi de genere, & ſi de uniuerſalium aliquo nomine accidens dicatur ¶ nā quadrifariam dici poteſt in uniuerſalibus, ſicuti quadrifariam unū per accidens dicitur in ſingularibus. Ipſe tamen pro exēplo enumerat tantum duos modos. cæteros uero dimittit nobis conſiderare breuitatis cauſa: & dicit ¶ ut homo idē eſt ¶ .ſ. ſecundū ſubiectū & ſubſtantiā ¶ atq; muſicus homo ¶ licet differentiā in accidente, nā muſicus hō addit homini accidens. hanc autē unitatē per accidens bifariā exponit, aut cū accidens uniuerſale accidit ſubiecto uniuerſali, & hoc dicit ¶ aut. n. quia homini quidē, q̄ una eſt ſubſtātia, muſicum accidit ¶ & hic modus correſpondet primo modo eorū, qui dicti ſunt in ſingularibus ¶ aut quia utrūq; ¶ .ſ. accidens uniuerſale, & hō uniuerſalis ¶ cuidā ſingulariū accidit, ut Coriſco, & ſi utrunq; nō eodem modo ineſt ¶ .ſ. Coriſco ¶ ſed unū ¶ uidelicet hō ineſt Coriſco ¶ ut genus forſitan & in ſubſtātia. alterū ¶ uidelicet muſicū ¶ ut habitus ſubſtātiæ, uel affectus ¶ .i. alterū ineſt Coriſco, ut accidens. & hic modus poteſt correſpondere ſecundo, & tertio pro uno arbitrio: Alexā. autē putat hunc correſpōdere ſecūdo modo, qui erat muſicū & iuſtū. cæteros uoluit, ut cōſideremus. Et cum dixit ¶ aut quia utrunq; cuidam ſingulariū accidit ¶ potuit dicere aut quia utrunq; cuidā uniuerſaliū accidit, ſed qm̄ parua differentia eſt, accipit alterū pro altero: & ſingulare, p uniuerſali. demū epilogat, & dicit ¶ q̄ igitur p accidens dicunē unū, hoc modo dicūtur ¶ Quo uero ad uerba attinet, cū dicit ¶ aut qa utrūq; cuidā ſingulariū accidit, ut Coriſco ¶ licet hic modus poſſit correſpondere ſecūdo, & tertio, ut dixi, Alexā. tñ dicit ſic, uel qa muſicū, & hō accidit uni cuidā indiuiduę ſubſtātię, exēpli gratia Coriſco, quēadmodū muſicū & iuſtū unū dicebatur, niſi quod nō ſimiliter utrūq; i. hō & muſicū ineſt Coriſco. Sed hō, ut eius ſpecies, & ipſius exiſtens ſubſtātia. Muſicum uero, ut habitus quidā, uel affectio, uel omnino, ut accidens. hæc Alexā. p q̄ patet hunc modū correſpōdere ſecūdo eorū, qui dicti ſunt in particularibus terminis. nos uero diximus hunc poſſe etiam correſpondere tertio modo.

Eorū autem, q̄ unū per ſe dicuntur, alia ex eo dicuntur, quia continua ſunt, ut faſcis uinculo, & ligna glutino. linea quoq; cōtinua, ſi flexa etiam ſit, una dicitur, quemadmodū & partium ſingulæ, ut crus, & brachium. TEX. 8. Faſcis φάκελος unus lignoꝝ congeries.

Cū declaraſſet unū per accidens, & multiplicē eius acceptionē, nunc ea declarat, q̄ ſunt unum per ſe, & hęc continua dicit, quę, ut Alexā. inquit dupliciter dicuntur, aut utrunq; ab aliquo continentur, ut faſcem lignorum q̄ a uinculo cōſtrin-

gatur,pari ratione quę glutino cohærent,ut ligna. Vnde dicit ¶ Eorũ autem,q̃ unũ per se dicuntur, alia ex eo dicunt, quia continua sunt ¶ subaudi ab aliquo,uelut ea,q̃ utcunq; ab aliquo cõtinentur ¶ ut fascis ¶ qui lignoꝝ cõgeries est ¶ uinculo ¶ cõstrictus unũ continuũ dicitur. continua.n.uocat latius sumpto uocabulo ea etiam, q̃ utcunq; ab aliquo cõtinentur, & horũ innuit modos, quoꝝ primus est eoꝝ, q̃ cõtinua sunt aliquo cõstringẽte ¶ ut fascis uinculo, & ligna glutino ¶ hoc est primus modus,alia cõtinua nuncupantur q; terminũ habeant cõmunem,qualia sunt,q̃ proprie continua intelliguntur,quem modũ secundũ per excmplũ innuit,& dicit ¶ linea quoq; continua ¶ .s.cuius partes copulantur ad unũ terminũ cõmunem ¶ si flexa etiam sit, una dicitur ¶ .s. per se ¶ quem admodũ & partium singulę ¶ .i.ueluti unumquodq; animalis membrũ ¶ ut crus ¶ dicitur per se unũ,quia eius partes copulantur ad unũ cõmunem terminũ uidelicet neruũ ¶ & brachium ¶ simili ratione dicitur unũ, sic igitur unũ per se dicitur ipsum continuũ,quod dupliciter dicitur,aut quod aliquo extrinsecus accedẽte unum est, aut quod uno termino cõmuni unũ est.uel sic bifariam continuũ diuidi potest,quod aliud sit continuũ arte,ueluti quod continuum est aliquo extrinsecus accedente,aut natura,ut quod continuũ est uno termino connato inter partes,ut neruo,uel alio tali.

**Horum autem ipsorum ea magis unum sunt, quæ continua sunt natura, quam ea, quæ arte continua sunt.**

Cum distinxisset continua in ea, q̃ arte, & in ea, q̃ natura continua sunt,hæc nunc comparat,& dicit ¶ Horum autem ipsorum ¶ .s.continuorum,quæ dicuntur natura,& arte ¶ ea magis unum sunt, quæ continua sunt natura ¶ .i. aliquo termino cõmuni, qui partibus innatus est ¶ quam ea, quæ arte continua sunt ¶ .i.aliquo extrinsecus accedente partibus.causa huius differentiæ patet, quoniam q̃ natura continua sunt, aliquo continua sunt,quod nõ est extremũ partibus, sed cõnatum, at quæ arte sunt continua, aliquo sunt continua,quæ extrinsecus accedit:atque partibus est extraneum.hoc pacto brachium hominis magis cõtinuum est q̃ brachium statuę.talia etiam quæ natura cõtinua sunt,magis unita,cognataq; sunt,eademq; cõmunem habent sensum.

**Id uero cõtinuũ dicitur, cuius motus est unus per se,& aliter sese habere non potest.unus autẽ is est motus, qui indiuisibilis est, atque indiuisibilis tempore.**

Cum terigisset duos modos ipsius continui, nunc definit continuum,quod proprie dicitur continuũ,ut innuat tertium modum,quo accipitur continuum. Vnde dicit,id uero.s.proprie,& tertio modo ¶ continuum dicitur ¶ cuius ¶ motus est unus per se ¶ dico per se,quia possibile est ut continuum moueatur uno motu per se, & uno alio,uel pluribus alijs per accidens,ueluti si homo moueretur in naui per se contra motũ nauis, moueretur nihilominus motu nauis per accidens. & addit ¶ & aliter sese habere nõ potest ¶ quia non est possibile in continuo, ut diuersæ partes diuersis motibus moueantur. Vnde Alexã. uult ut his uerbis ea proprie, primumq; cõtinua esse dicat, quorum motus, quo per se mouentur, unus est,& necessario unus .i. quo mouentur omnia, nec fieri potest,ut alterum moueatur,altero quiescente,qualia sunt continua, quæ flexura uocat. Deinde exponit quis motus unus sit,& dicit ¶ unus autem is est motus, qui indiuisibilis est ¶ deinde exponit quid per motũ indiuisibilem intelligat, & dicit ¶ atq; indiuisibilis ¶ .s.motus intelligatur, qui ¶ tẽpore ¶ est indiuisibilis. dicitur autem motus tempore indiuisibilis,ut Alexã. exponit, quo mouentur simul omnes partes continuitatis ut fieri non possit,ut alterum moueatur,& alterum quiescat.uel ut unum moueri incipiat,& alterum nõ incipiat,qualia sunt continua, quæ flexura uocat, quorum alterum potest moueri,altero quiescente, uel alterum quiescere, alterõ moro: per quæ datur intelligi,ut indiuisibile hic accipiatur aliter quam in Libro sexto physicæ auscultationis, ut Expositor declarauit.

**Ea uero per se continua sunt, quæ non tactu unum sunt. nam si hoc pacto ligna posueris, ut sese tangant,non unum aut lignum,aut corpus, aut aliud quicq; continuum ea dixeris esse.**

Cum dixisset continua uocari, quorum motus est unus, protinus quæ sint,ut Alexã. inquit,quorum motus est unus, exponit,& in quo huiusmodi continui esse consistat, & primo exponit in quo huiusmodi continui esse consistat,& dicit ¶ Ea uero per se continua sunt,quæ non tactu unum sunt ¶ ut quæ uinculo, aut glutino continentur: sed quæ uno termino copulantur,ut dictum est,connato,probat hoc argumento sumpto a lignis, & dicit ¶ nam si hoc pacto ligna posueris, ut sese tangant ¶ & fuerint contigua ¶ non unum aut lignum,aut corpus,aut aliud quicquam continuum ea dixeris esse ¶ ergo per se continua nõ sunt,quæ tactu continua sunt: sed quæ uno termino copulantur,ut dictum est,connato.

**Omnino igitur & ea,quæ continua sunt, unũ dicuntur, & si flexurã habent, & etiã ea magis, quæ flexuram non habent, ut tibia,aut femur magis unum est quam crus, quando fieri potest, ut non unus sit motus ipsius cruris. & recta linea magis est unum quam flexa. eam uero,quæ flexa est,ac angulum habet, ex eo unam & non unam dicimus esse, quia fieri potest, ut motus ipsius & simul sit, & non simul, at ipsius rectæ motus semper est simul, & non fit, ut pars ipsius magnitudinem habens, alia quiescat, alia moueatur, ut fit in linea reflexa.**

*Iis declaratis, concludit quonam modo continuum ad unitatem se habet,deinde de comparatione continuorum ad unum discurrit, de primo dicit ¶ Omnino igitur & ea, quæ continua sunt ¶ .s. non per contactum ¶ unum dicuntur ¶ utputa aut unum lignum,aut unum corpus,aut unum id genus.dico continua esse unum ¶ & si flexuram habent ¶ modo copulentur ad unum connatum terminum. hoc est primum,deinde agens de comparatione continuorum ad unũ, dicit ¶ & etiam ea magis ¶ subaudi unum sunt ¶ quæ flexuram non habent ¶ deinde affert exemplum,& primo in mẽbris animalis, & dicit ¶ ut tibia ¶ quæ proprie os est, quod opponitur suræ inter pedem, & genu contentum ¶ aut femur ¶ quod continetur inter genu, & ancam: quod etiam coxa dicitur ¶ magis unum est quam crus ¶ quod continet tibiam,& femur. Deinde affert rationem, & dicit ¶ quando fieri potest, ut non unus sit motus ipsius cruris ¶ nam cum crus flexuram habeat,fieri potest,ut tibia mota, femur quiescat. At tibiæ, & femoris fieri non potest, ut una pars quiescat,& altera moueatur. Deinde affert extremum in linea,& dicit ¶ & recta linea magis est unum quam flexa ¶ Deinde affert rationem, & dicit ¶ eam uero, quæ flexa est, ac angulum habet ¶ .s. in A ¶ ex eo unam,& nõ unam dicimus esse, quia fieri potest, ut motus ipsius, & simul sit ¶ .s. omnium partium ¶ & nõ simul ¶ .s.sit omnium partium.potest enim A,B, moueri,quiescente A,C. & potest tota linea B,A,C, simul moueri.Quo enim motus totius lineæ,atque omnium partium est,una est:quo uero motus lineę non est simul omnium partium,est non una ¶ at ipsius ¶ .s.lineæ ¶ rectæ motus semper est simul,& non fit,ut pars ipsius magnitudinem habens alia quiescat,alia moueatur,ut fit in linea flexa ¶ igitur linea recta semper est una. addidit autem ¶ magnitudinẽ habens*

habens ¶ quia terminũ lineæ rectæ posset quispiam fortasse appellare partem, qui terminus in motu lineę totius consistere potest. Auerroes autem per lineam rectam, & per lineam flexam corpus intelligit rectũ,& flexum,quoniam linea non mouetur,ut sexto physicæ auscultationis est perspicuum:sed corpus ipsum duntaxat.

Quę Auer. Comen. 8.

Comen. 31.

TEX. 9.

**Præterea alio modo ex eo aliqua unum dicuntur,quia subiectum est indifferens forma. Indifferens autem ex eis hoc pacto subiectũ est, quorum forma est indiuisibilis sensu. subiectum autem aut primum, aut extremũ ad finem. Etenim uinum unum dicitur, atque aqua, si sit indiuisibilis forma. Et liquores omnes dicuntur unum, ut oleum,uinum, & ea, quæ liquescere possunt, quia omnium ultimum subiectũ est idem. siquidem cuncta hæc aut aqua sunt,aut aer.**

Cum declarasset ea esse unum,quorum quantitas est continua: nunc affert secundum modum principalem, quo aliqua dicuntur unum. Auerroes uult, ut ea dicantur unum secundo modo, quæ non discrepant forma, quomodo uult similarem partem quãliber esse unam,quoniam tota, & quælibet eius particula est eiusdem rationis, atque nominis. sic enim caro est una, quoniam tota caro est caro, & quælibet pars carnis est caro: sic quoque os est unum, & neruus, & unumquodq; id genus. Aliter intelligi potest,cũ dicit ¶ Præterea alio modo ex eo aliqua unũ dicuntur quia subiectũ ¶ scilicet uel cui insunt,uel de quo prędicantur ¶ est indifferens forma ¶ .i.unum est secundũ speciem. sic animal & substantia sunt unum, quia dicuntur de homine, qui est unus specie: sic color,& magnitudo est unum,quia insunt homini, qui est secundum speciem unum. Deinde exponit quid sit intelligendum per subiectum indifferens specie, atque forma, & dicit ¶ subiectum autem indifferens ¶ subaudi forma ¶ hoc pacto ex eis ¶ subiectis, & de numero eorũ subiectorum ¶ est, quorum ¶ .i. de numero quorum cuiusq; ¶ forma est indiuisibilis sensu ¶ ergo subiectum, quod dicitur indifferens forma est,cuius sensibilis forma est indiuisibilis.& per formam sensibilem Alexander intelligit, quæ enumeratur inter sensibilia exempli gratia dulce, & acerbum, & album, atque fuscum. Quæ expositio non mihi placet, quoniam tunc subiectũ diceretur indifferens forma,cuius accidens sensibile esset unum tantum,& non plura.quod non puto esse recte dictũ. per formam ergo,quæ cadit sub sensu,intelligendum esse puto,formam substantialem,cuius operationes possunt percipi sensu, & quæ perficit subiectum unum sensibile, atque corporeum,quod percipi potest sensu uno,quoties ergo substantialis forma subiecti, fuerit specie indiuidua, subiectum dicitur indifferens forma. hinc fit, ut humidum aeris, & humidũ aquæ non sint unum,quoniam aqua, & aer non sunt subiectum indifferens forma substantiali,sed differens. dicit ergo forma sensu indiuisibilis, quæ perficit subiectum indiuisibile sensu: quod uidelicet potest uno sensu percipi.& qm̃ duplex est subiectum proximũ,& remotum,exponit per subiectum se intelligere utrunq;. nam tam ea quorum subiectum proximum est unum,unum dicuntur,quã ea,quorum subiectum remotum est unum, etiam unũ dicuntur: & dicit ¶ subiectũ autem aut primum, aut extremum ad finem ¶ nam tam ea dicuntur unum, quorum subiectum primum est indifferens specie,quã ea,quorum subiectum extremum ad finem est in differens specie ¶ primũ ¶ uno modo appellant id quod continenter,atq; proxime subiectũ est. ut uerbi gratia uinum,nã subiectum appellat substantiam sensibilem ¶ extremũ autẽ ad finem ¶ subiectũ remotũ. adiecit ¶ ad finẽ ¶ quod intelligi potest,uel extremũ a fine.i.ab ipso maxime seiunctum,uel extremum ad finem.i.ultimũ,quod alij nõ subijcitur.& tunc extremũ subiectũ est uinũ,& oleum,primũ uero,subiectum sensibile ex quo ipsa generantur. ad hunc modũ unum sunt, quæ ex eadẽ materia,eodemq; subiecto sensibili fiunt: unde dicit ¶ Etenim uinum unũ ¶ subaudi subiectũ ¶ dicitur,atq; aqua ¶ .s.seorsum etiam unum subiectũ dicitur respectu eorum, quibus subijciuntur ¶ si ¶ uini atq; aquæ seorsum ¶ sit indiuisibilis forma ¶ & una specie ¶ & liquores omnes unũ dicuntur,ut oleum,uinum,& ea quę liquescere possunt,quia omnium ultimũ subiectũ est idem.hęc enim omnia aut aqua sunt,aut aer ¶ quare aer,uel aqua subiectũ remotum dicitur. uel potest intelligi per uinũ ipsum uinũ & partes uini,& per aquã ipsam aquã,& partes aquę.& tunc erit sensus ¶ etenim uinũ ¶ & subaudi omnes partes uini ¶ atq; aqua ¶ & omnes partes aquæ seorsum unũ sunt, qm̃ forma substantialis uini est cõmunis eadẽ in omnibus & subiectũ proximũ unum. liquores uero omnes sunt unũ subiecto remoto,quia aqua uel aer est unũ forma: q̃ sunt subiecta remota aquæ & uini, & omnium liquorũ. ergo una expositio est,ut p uinũ & aquã intelligatur subiectũ propinquũ respectu eorũ,quibus subijciuntur,uel quę de uino,& aqua p̃dicantur. per aerẽ uero uel aquã subiectũ remotũ respectu eorũ, quibus liquores subijciuntur, uel respectu eoꝝ, q̃ prædicantur de liquoribus. alia expositio est,ut p uinũ & aquã intelligatur subiectũ propinquũ respectu partium uini,& aquæ: per aerem & aquã subiectũ remotũ partium liquoꝝ. nã liquores sunt subiecta proxima suarũ partium. Præterea cũ Alexã. expositisset per formã indiuisibilẽ sensu, formã sensibilem unã, q̃ enumeratur inter sensibilia,uerbi gratia dulce,& acerbũ,& albũ,atq; fuscũ,& alia id genus, sustineri potest. nam Aristo. hic p subiectũ in differens,intelligit subiectũ unũ,& per subiectũ unũ,intelligit subiectum,cuius forma sensibilis est indiuisibilis. i.una,ut puta uel dulce,uel acerbũ,albũ uel fuscũ,aut tale quippiam. hoc pacto q̃cunq; insunt subiecto dulci,sunt unũ dulcedine, q̃ uero subiecto acerbo,sunt unũ acerbitate.etiam q̃cunq; in sunt subiecto albo,sunt unũ albedine,q̃ autẽ subiecto fusco, sunt unum fuscedine. simili ratione dici potest de prædicatis, nam quæ prædicantur de subiecto dulci, sunt unum dulcedine, & de cæteris simili ratione. Quare hæc expositio Alexandri potest dictioni conuenire.

**Dicuntur etiam unum & ea,quorũ genus est unũ differens oppositis differentijs. atq; hæc uniuersa unũ propterea dici solent, quia genus est unũ, quod subijcitur differentijs ipsis, ut equus, homo,canis, unũ quippiam sunt ex eo,quia cuncta sunt animalia. & itaq; quodã modo perinde sunt unum,ut ea,quorum est materia una.** TEX. 10.

**Tertium modũ,quo aliqua unũ dicuntur,hic exponit,asseris unũ ea tertio modo dici,quorũ unũ idemq; genus habetur.nã licet sint diuersa,& p̃ generis eiusdẽ diuisionẽ oppositis differentijs accepta,unũ tamẽ sunt secundũ genus. Tertio ergo modo aliqua unũ dicuntur,q̃ unũ genere dicunt. Vnde dicit ¶ Dicuntur etiam unũ & ea,quoꝝ genus est unum ¶ & idem ¶ differens oppositis differentijs ¶ quibus hæc diuersa sunt,acceptaq; per eiusdẽ generis diuisionẽ oppositis differentijs ¶ atq; hæc uniuersa unũ propterea dici solent,quia genus est unũ, quod subijcitur differentijs ipsis ¶ licet sint diuersa, oppositisq; differentijs accepta ¶ ut equus,homo,canis,unũ quippiam sunt ex eo,quia cuncta ¶ .s.ipsa ¶ sunt animalia ¶ Deinde cõparat hunc tertium modũ ad secundum, cõparationem quasi inferendo ex dictis,& dicit ¶ & itaque quodam modo perinde ¶ hæc, quæ tertio modo unum dicuntur ¶ sunt unum ut ea, quorũ est materia una ¶ quoniam sicuti illa,cum sint inter se diuersa,unum tamen sunt, quoniam ad subiectum unum referuntur, ita etiam hæc, licet sint inter se diuersa,unum tamẽ sunt, quoniam ad genus unum referun-**

tur. Ergo ſunt ſimilia. Addit tamen { quodam modo } quia non ſunt ſimpliciter ſimilia, ſed aliquo modo. nam quæ ſunt unum ſecundo modo, referuntur ad unum ſubiectum: quæ uero ſunt unum tertio modo, referuntur ad unum prædicatum. nam genus prędicatum eſt, materia uero ſubiectum, & dixit { quorum eſt materia una } intelligens ſubiectum remotum, quod eſt corpus ſenſibile, ueluti aer, aut aqua reſpectu reliquorũ: ut Alexander ſentire uidetur. nã hoc eſt, quod generi ſimile eſt. Propterea quia ſicut ea, quæ ſunt eadem genere, differunt differentijs, ſic ea, quę ſunt eadem corpore ſenſibili, differunt formis. Vtrũ uero genus ſumatur ab eo, quod eſt materiale in re, an ab eo, quod eſt formale, quęſtio hęc petenda eſt a dilucidario. fortaſſe enim tam genus ꝗ differentia accipitur ab eo, quod eſt formale. licet formale, a quo genus accipitur, ſit uniuerſalius, formale uero, a quo accipitur differentia, ſit minus uniuerſale. ſed hæc poſtulanda ſunt a dilucidario.

Iſta autem interdum hoc pacto unum, interdum ſuperiore genere idem dicuntur: ut ſi non propinquæ, ſed ultimæ ſint generis ſpecies. Veluti triangulus duorum æqualium laterum, & triangulus laterum æqualium omnium, eadem unaq; figura ſunt. quia uterq; triangulus eſt, at non ſunt idem trianguli.

ἰσοσκελὲς Triangulus duorũ æqualium laterũ. ἰσόπλευρον Triangulus laterũ æqualium oĩum.

Iſoſceles duorum laterum æqualium. Iſopleuron omnium laterum æqualium.

Cum dixiſſet tertio modo ea dici unum, quæ genere idẽ unumq; ſunt, nunc ſubdiſtinguit hæc, ut Auerroes plane inquit, & Alexander, ꝙ eorum quę genere unum ſunt, alia proximo, alia remoto genere unum dicuntur. proximo quidem, ut uir & mulier, quæ idem homo, & unum ſunt, quia non diſtant inter ſe hominis differentijs. remoto uero ea unum genere dicuntur, quæ diſtant inter ſe differentijs proximi generis, differentijs uero remoti generis nõ diſcrepant, ueluti aquila, & coruus, nam cum animalis differentijs non differunt. omnes. n. aues ſub uolatile, quod eſt animalis una differẽtia, cadunt, eadem ſunt animalia, non item eędem aues, quia diſcriminibus auis diſſentiunt. Vnde dicit { Iſta autem } quæ tertio modo unum dicuntur { interdum } dicuntur { hoc pacto unum } .ſ. ut dictũ eſt genere proximo, ueluti uir & mulier, quæ idem & unum homo ſunt, quia non diſtant inter ſe hominis differentijs { interdum dicuntur idem } & unum { ſuperiore genere } .i. remotiore, & non proximo genere { ut ſi ſint ſpecies nõ propinquæ } generis remoti { ſed ſint ſpecies ultimæ generis } .ſ. remoti, inter quas, & genus remotum interſint multa ſubalterna genera. Veluti ſunt aquila & coruus, aut aquila & accipiter, quæ non ſunt propinquę ſpecies animalis, ſed auis. hæc enim non ſunt eadem in genere proximo. ſ. idem auis, aut unum auis, nam animalis differentijs non diſtant, ſed auis diſcriminibus, & ſic non poſſunt eſſe unum auis. Ipſe tamen exemplum affert in figuris, & dicit { Veluti triangulus duorum æqualium laterum } qui græce ἰσοσκελὲς dicitur { & triangulus laterum æqualium omnium } qui græce uocatur ἰσόπλευρον { eadem unaq; figura ſunt } quoniam diſcriminibus figurę non differunt { quia uterq; triangulus eſt } quia in recti lineorum differentiam, ꝗ triangulum conſtituit, cadunt { at non ſunt idem trianguli } quia trianguli diſcriminibus diſſentiunt. ergo iſoſceles, & iſopleuron ſunt una eademq; figura, non autem unus idemq; triangulus. & ratio, ut diximus eſt, quoniam cuius generis differentijs aliqua illi ſubdita inter ſe non diſcrepant, ſecundum illud hęc eadem ſunt inter ſe, ut iſoſceles, & iſopleuron, qui in rectilineorum differentia figuræ ſubdita nõ differunt. ſecundum id autem diuerſa, cuius diſtant differentijs, ut quia iſoſceles, & iſopleuron diſcrepant diſcriminibus trianguli, nõ ſunt idem, & unus triangulus. hactenus de tertio modo.

Præterea unum ea dicuntur, quorum ratio quę quiditatẽ explicat, indiuiſibilis eſt ad aliam, quæ quiditatem rei declarat. Ipſa. n. per ſe ipſam omnis ratio diuiſibilis. ſic enim & id quod accreuit, atque decreſcit, eſt unum, quia ratio eſt una, perinde atque in planis quæ longitudinem habent, & latitudinem, ratio formæ eſt una. TEX. 11.

Nunc quartum modum eorum, quæ dicuntur unũ, exponit, & ut Alexander in calce dictionis ait, ea, quæ quarto modo ſunt unum, ſpecie eadem, ac unum eſſe dicuntur. Explicat autem ſpecie ea eſſe unum, quorum ratio atque definitio eſt eadem. nam hæc licet inter ſe diſcrepent, ſeiunctaq; ſint, unum tamen eſſe dicuntur. fieri enim poteſt, ut aliqua quibuſdam accidentibus diſcrepent, quorum ſubſtantiam rationes explicantes eędem ſint, unumq; eſſe dicantur. unde dicit { Præterea unum ea } .ſ. quarto modo { dicuntur, quorum ratio, quæ quiditatem explicat, indiuiſibilis eſt ad aliam } .ſ. rationem { quæ quiditatem rei declarat } .i. quorum rationes coincidunt in unam: ita ut eorum ratio, ac definitio eadẽ ſit, ac indiuidua. & quia dixit { indiuiſibilis eſt ad aliam } ne tu putes definitionem eſſe in ſe indiuiſibilem, ſubdit { ipſa. n. per ſe ipſam omnis ratio diuiſibilis eſt } Propterea quia omnis definitio ex pluribus quibuſdam conſtituitur, uidelicet genere & differentia, in quæ diuiditur. Deinde ſubdit exemplũ, & dicit { ſic. n. & id, quod accreuit, atque decreſcit eſt unũ } .ſ. definitione { quia ratio eſt una } nam licet, quod accreuit, & quod decreſcit, quibuſdam accidentibus diſtent, ad hunc tamen modum ratio una eſt. uterq;. n. motus eſt ad quantitatem. & quia dixit rationem eſſe unam, ſubdit quomodo ſit una, & dicit { perinde atque in planis } .i. in ſuperficiebus { quæ longitudinem habent & latitudinem, ratio formæ } .i. definitio { eſt una } ſuperficies enim licet diſcrepent accidentibus, tamẽ omnium eſt una ratio, ut ſint magnitudines, quæ longitudinem & latitudinem habeant. uel intelligas ſic { perinde atq; in planis, quæ longitudinem habent & latitudinem, ratio formæ eſt una } ſiue maius ſit, ſiue minus. nam ſimilis triangulus, atq; unus ſunt maior & minor, modo ſint eiuſdem ſpeciei. per quæ explicare uidetur, quæ ſpecie eadẽ ac unum eſſe dicantur. Auerroes autem licet hunc locũ perperam expoſuerit, tamen ait Ariſtotelẽ dixiſſe { perinde atq; in planis } ad excludendum concauas, atq; cõuexas ſuperficies. iſtæ enim ſuperficies nõ conueniunt in eadem definitione, quemadmodum nec recta linea, & curua conueniunt in eadem definitione. Et male conſiderauit, quoniam omnem ſuperficiem Ariſtoteles uocat planum, quoniam omnis habet longitudinem, & latitudinem: & ſic omnes ſunt unum definitione.

Q ne Auer. Cõmen. 10.

Q ne Auer. Cõmen. 11.

Omnino



Omnino autem unum ea dicuntur maxime, quorum intellectio indiuiſibilis eſt: quæ quiditatem ipſam intelligit, & neq; tempore, neq; loco ſeparari poſſunt, neq; etiam ratione, & horum ea præſertim, quæ ſubſtantiæ ſunt.

Nũc quintum modum unius addit, & uult, ut unum maxime id dicatur, cuius intellectio eſt una, qua uidelicet eius quiditas intelligitur. & tale ſit, ut neq; tempore, neq; loco, neque ratione ſeparari poſſit. unde dicit { omnino autem unum ea dicũtur maxime, quorum intellectio indiuiſibilis eſt } .i. quorum intellectio eſt una { quę quiditatem ipſam intelligit } .i. per quam intellectionẽ quiditas eorum intelligitur. & tu intelligas ad hunc modum, ut unum proprie id intelligatur, cuius intellectio una eſt, qua eius ꝗditas intelligiẽ. accepit enim ea, in plurali, pro id, in ſingulari. deſcribit enim quid proprie, & omnino unum eſt. & uult, ut primo requiratur unitas intellectionis, ita ut intelligaẽ unica intellectione, qua ratione cœlum & tellus non ſunt potiſſimum unum, quoniam non intelliguntur una intellectione, cum ſeorſum intelligatur cœlum propria intellectione, & ſeorſum terra. nec ſufficit, quod intelligatur una intellectione, cum ea, quæ genere, uel ſpecie unum ſunt, unica intellectione generis intelligantur. ideo addit, ut tale, quod eſt proprie unum, non ſit diuiſibile loco. propterea Socrates, & Plato non ſunt unum, quia licet intelligantur una intellectione, qua homo intelligitur, uel qua animal, tamen diſcrepant loco. nec ſufficit, ut ſit unum intellectione & loco, ſed oportet, ut non ſit diuiſibile tempore, nam Socrates & homo intellectione, & loco unum eſt, quia tamen non eſt tempore unum, ideo Socrates, & hõ, non ſunt unum proprie ac potiſſimum. quia tempore diuidi poſſunt. quippe cum homo ſit perpetuus, Socrates pro tẽpore. nec ſufficit, ut ſit unum potiſſimum, quod intellectione, loco, tempore ſit indiuiduum. nam ſic aſcenſus, & deſcenſus unum proprie eſſet, fieri enim poteſt ut una intellectione ſit indiuiduus, uno loco, uno tempore, quia tamen ratio eſt diuerſa, ideo non eſt proprie, ac potiſſimum unum. addit cuius intellectio indiuidua eſt, qua intelligitur eius quiditas, quia fieri poteſt ut aliquid ſit, cuius intellectio ſit una, & tamen non eſt unum, quoniam intellectio, qua intelligitur, non eſt qua ꝗditas, ſed qua eius accidens intelligitur, dicit { & neq; tempore, neq; loco ſeparari poſſunt } quaſi dicat, & nõ tantum intellectione ſit unum, ſed tempore, & loco, neq; { etiam ratione } ſed etiam ratione ſit unum. deinde quæ ſunt hæc, exponit, & dicit { & horum ea præſertim, quæ ſubſtantiæ ſunt } .ſ. indiuiduæ, unde Alexander, quod uero eſt unum numero, & potiſſimum unum, id prorſus eſt indiuiduum, pręſertim quod eſt in ſubſtantia. cuius rationem affert, quia cætera indiuidua cæterorum prædicamentorum, quæ unitatẽ numeralem habent, beneficio ſubſtantiæ eam obtinent. ergo unumquodq; indiuiduum ſubſtantiæ eſt potiſſime unum, quod hic deſcribitur. nam cæterorum prædicamentorum indiuiduum nullum poteſt eſſe unum per ſe, ſed propter ſubſtantiam indiuiduam. indiuiduum enim ſubſtantiæ unum eſt intellectione, qua uidelicet intelligitur eius quod quid erat eſſe. eſt unum loco, cum pluribus in locis eſſe non poſſit, unum tẽpore, quia non contingit eſſe in diuerſis temporibus unum ratione, quoniam diuerſis rationibus non definitur. Ex quibus patet error Auerrois, qui ait tale unum potiſſimum eſſe in quantitate tãtum, nam ſi ſitum non habet, eſt unitas, quod eſt principium numeri, & ſi ſitum habet, eſt punctus. nam illud, quod eſt tale in unoquoq; genere, non eſt ſimplex. uult igitur Auerroes, ut unum potiſſimum, quod hic deſcribitur, ſit indiuiſibile in prędicamento quãtitatis: quod falſum eſſe patet primo, ꝗa nihil poteſt eſſe ſimpliciter unum, quod non ſit ſubſtantia indiuidua, aut in ipſa indiuidua ſubſtantia, ut Alexander dicebatur: beneficio cuius dicatur unum. deinde punctum non eſt ſitu indiuiduum, cum punctum in cœlo, & punctum in medio terræ ſitu diſſentiant. unitas etiam quæ eſt in numeris lapidum, differt ab unitate, quæ eſt in numero equorum. ergo nec pũctum, nec unitas dicetur proprie, ac potiſſimũ unum. lõge etiam magis perperam dixerunt Iuniores, qui primam materiam & primam formã in genere ſubſtantię dicunt eſſe proprie unum, & conceptum entis, & conceptum differẽtiæ ultimæ. quę omnia ſunt contra Alexandrum, & eius rõnem. ergo unum, quod hic deſcribitur, eſt unum numero in prædicamento ſubſtantiæ. hoc enim proprie ſectionem non admittit, nec diſcrimen ullum habet ad aliquid.

Q ne Auer. Cõmen. 11.

Generatim autem ea, quæ diuiſionem nõ habent ea ratione, qua non habent, unum dicũtur, ueluti ſi qua homo diuiſionem non habent, unus ſunt homo. Si qua animal, unũ eſt animal, ſi qua magnitudo, una ſunt magnitudo.

autem δὲ enim γὰρ

Verbum /autem/ in dictione, quæ eſt { Generatim autẽ } legitur in codice Alexandri, & in trãslatione Argyropyli. in codice noſtro, & in ueteribus translationibus legitur γὰρ, id eſt enim. in correctionibus, δὲ id eſt itaque: quod mihi ualde conſonum eſt. qm̃ Ariſtoteles, quaſi per uiam conſequentię concludens dicit { generatim itaq; ea, quæ diuiſionẽ non habent ea ratione, qua non habent, unum dicuntur } cuius rationem affert Alexander, quoniam qua diuiſionem nõ habent, non differunt inter ſe, quatenus non differunt, eadem ſunt inter ſe, & unum. deinde affert exempla, & dicit { ueluti ſi } ſubaudi Socrates, & Plato { qua homo diuiſionem non habent, unus ſunt homo. homo enim qui quatenus homo eſt indiuiduus, unus eſt, id eſt nõ diuiditur in homines { ſi } aquila, & accipiter { qua animal } diuiſionẽ non habent { unum ſunt animal } quoniam animal quatenus animal non diuiditur in animalia { ſi } ſubaudi partes eiuſdem corpis diuiſionem non habent { qua } ſunt { magnitudo, una ſunt magnitudo } quæ eadem eſt in cæteris ratio. Auerroes autem neſcio qua ratione motus uelle uidetur, ut Ariſtoteles deſcribat quid ſit totũ diſſimilare, aſſerens totum diſſimilare eſſe quod nõ diuiditur in partes, quarum quęlibet ſit eiuſdem rationis, atq; nominis cum ſuo toto. hoc pacto homo eſt totum diſſimilare, quoniam partes integrales, ex quibus componiẽ, non ſunt eiuſdem rationis, atq; nominis cum ſuo toto, ſic animal. At magnitudo tantum excipitur, cuius quęlibet pars eſt magnitudo. Quæ expoſitio nullo pacto uideẽ uerbis conuenire.

Q ne Auer. Cõmen. 11.

Plurima igitur unum ex eo dicuntur, ꝗa aliud quippiam unum aut efficiunt, aut patiuntur, aut aliquid unum ſunt. Sed ea primo dicũtur unum, quorum ſubſtantia eſt una. una autem aut continuatione, aut forma, aut ratione. etenim ea, quæ non continua ſunt, aut ea, quorum forma non una eſt: aut ea, quorum non una ratio eſt, ut plura numerare ſolemus.

Cum concluſiſſet qua ratione aliqua ſint unum, nunc reuertitur ad oſtendendum, quid ſit proprie unum, & primo exponit ea, quæ ſunt unum propter aliquod accidens, & dicit { Plurima igitur unum ex eo dicuntur, quia aliud ꝗppiam unum aut efficiunt } quemadmodum quæ ſimiliter diſpoſita ſunt, unum eſſe dicũtur, quia unum efficiunt, ut mel melli idem, atq; unum eſſe dicitur, quia ambo mouent guſtum ad dulcedinem { aut patiuntur } ut quæ caleſcunt, uel refrigerantur { aut aliquid unum ſunt } ut quæ utraq; alba, uel utraque dulcia, uel utraq; calida. Et ut breuiter dicam, quæ affectione aliqua eadem afficiuntur, hæc unum ſunt ex accidẽti. deinde exponit, atq; repetit ea, quæ proprie unum ſunt, & dicit { ſed primo dicũtur unum, quorũ ſubſtantia eſt una } deinde exponit, quo modo una, & dicit { una autẽ } aliquorum ſubſtantia dicitur { aut continuatione } continuũ enim qua eſt huiuſmodi, unum eſt, ut linea una eſt, unum planum,

unum corpus { aut forma } ſiue ſpecie { ut triangulus unus eſſe dicitur, & unus } homo. nam quorum ſpecies eſt una, ea unũ ſubſtantia ſunt, ut hoĩes. ſunt enim eiuſdem ſpeciei } aut ratione } rõne inquit, ea unũ dici poſſunt, quę multis nominibus nũcupantur. hæc enim ſcdm ſubſtantiam unum ſunt, quippe quorum ratio ſubſtãtiam ſignificans una eſt, uel pro eodem dixit { ſpecie, aut ratione } cuius indicium affert Alexander, ꝙ cum exponeret, quæ plura eſſe intelligantur, tum de ijs, quæ continuis opponuntur, tum de ijs, quæ opponuntur ſimilibus ſpecie meminit, dicens { etenim ea, quæ non continua ſunt, aut ea, quorꝫ forma non una eſt, ut plura numerare ſolemus. Alexander hoc dicit, quia ſic habebat in ſuo codice, nam in noſtro legitur { aut quorꝫ non una ratio eſt } quare prima expoſitio teneat. adduxit aũt Ariſtoteles, quæ ſint plura, ut per locũ ab oppoſito habent ea, quę unum ſunt. unde dicit { etenim ea, quæ non continua ſunt, aut ea, quorꝫ forma non eſt una, aut quorum non una ratio eſt, ut plura numerare ſolemus } per quę ſingula docet eſſe, unum eo argumento, qm̃ quæ non ſunt inter ſe continua, ea ut plura ſolemus enumerare, nam multos homines dicimus, quoniam licet unam habeant ſpeciem, inter ſe tñ diuiſi ſunt. item plura dicuntur, quæ nõ ſunt ſpecie ſimilia, ut equus, canis, & homo. Ad hæc plura dicuntur, quorũ rationes ſunt plures. tu uero aggrega hæc omnia, & habebis id, quod ꝓprie, atq; potiſſimum unum dicitur, uidelicet qđ magnitudine, ſpecie, & ratione unum eſt, magnitudine intellige tam tẽporis, q̃ loci. & hoc, ut diximus, eſt una numero ſubſtantia, atque indiuidua, ut ſuperius patet.

Præterea partim quoduis bonũ dicimus eſſe, ſi quantum, atq; continuum ſit, partim non dicimus, ſi non ſit quid totum, id eſt ſi non aliquam unam habeat formam. non enim ſimiliter unum dixerimus, ſi calcei partes quouis modo compoſitas uiderimus, niſi ob continuationem, ſed ſi hoc pacto, ut ſint calceus, & unam iam aliq̃ habeant formam iam unum.

Quinq; modis iam enumeratis, nunc addit ſextum: aſſerẽs ſexto modo dici unum, quodcunq; totum, totum uero quod eſt quantũ, & perfectum. unde dicit { pręterea partim quoduis unum dicimus eſſe, ſi quantum, atq; continuum ſit } quoniam eſt unum continuatione, ut ſuperius patuit, hoc pacto ſi eſſet aliquis homo, cuius caput eſſet in natibus & nates in capite, hic eſſet unus homo, etiam ſi eſſet alius, cuius dextrum brachium non eſſet, uel ſiniſtrũ, hic eſſet unus homo ſola continuatione partium { partim } .i. alia ratione tale quantum, uel continuum { non dicimus unum, ſi non ſit quid totum } cui nulla pars deeſt. i. ſi nõ aliquam unam habeat formam } quę conſiſtat in ſuis neceſſarijs partibus, & in ordine earum. oportet enim ad hoc, ut aliquid dicatur totum, ut habeat omnes partes, quæ requiruntur ad ſuam totalitatem. qua ratione homo mancus non dicitur totum, cui brachiũ deeſt. & ut omnes partes, quas habet, ſint ordine conſtitutæ, ut conuenit ſuæ totalitati. cuius rationem affert per exemplũ, & dicit { nõ enim ſimiliter unum dixerimus ſubaudi calceum, ſi calcei partes } fuerint omnes, quæ requiruntur { & quouis modo compoſitas uiderimus } non enim talem calceum dicemus unum { niſi ob continuationem, ſi hoc pacto } .ſ. uiderimus oẽs partes ordinatas { ut ſint calceus, & unã iam aliq̃ habeat formã, iam unũ ſubaudi dicemus calceum. reqritur enim matris partium, & ordo cõueniens eis. alioquin nunq̃ dicetur unus calceus ergo hõ mutilatus uno modo eſt unus, alio modo nõ, unus quidem, quia partes quas habet ſunt continuæ. non unus uero, quia deſunt partes, quæ requirũtur ad perfectum hoĩem. Similiter homo habens oẽs ꝑtes, ſed non debite cõſtitutus, dicitur unus, & nõ unus, unus continuatione, non unus, quia nõ debito ordine partes conſtitutas habet in ſua continuatione. Ex his patet quid ſit totum, eſt enim totum q̃dcunq; quantum, modo ſit perfectum. ſ. tam quo ad numerum partium, q̃ quo ad ordinem in eis. Quo uero ad uerba attinet, in noſtro codice, & in codice Alexandri inuenitur unum ἐπεὶ, i. quia uel qm̃, hoc pacto { præterea qa partim quoduis unum dicimus } & reliqua, ubi Alexander uult ut ſit addendum { hic quoq; modus quidam unius erit } ita ut uniuerſa dictio ſit { præterea quia partim quoduis unum dicimus eſſe, ſi quantũ, atq; continuum ſit, partim non dicimus, ſi non ſit, quid totum. i. ſi non aliquam unam habeat formam, hic quoq; modus quidam unius erit } hic eſt unus modus legendi lectionem, alius modus eſt, ut dictio legatur ſine ἐπεὶ, ut legit Argyropylus. & hoc pacto, ut Alexander inquit, dictio illuſtris eſſet, & appoſita.

Quapropter & circuli linea maxime oĩum linearum ex eo eſt una, quia tota eſt, atq; perfecta.

Obiter ex dictis concludit circulũ eſſe omnium linearum maxime unam, & dicit { quapropter & circuli linea maxime oĩum linearum ex eo eſt una, quia eſt tota, & perfecta } pro eodem enim accepit totũ, & perfectum, & ſicuti de linea circulari dixit, ita intelligas, ut Auerroes inquit, in corpore ſphærico, atq; circulari. cauſa illati eſt, qm̃ circulo nulla pars addi poteſt, quæ compleat circulum, & partes ſunt in eo conſtitutæ ut cõuenit partibus. cæteris uero lineis, aut corporibus aliqua pars addi poteſt, ĩmo quauis addita ſemper addi poteſt alia. Sed dices nos uidemus corpus circulare alterum altero eſſe maius. ut eſt orbis ſtellatus maior omni orbe, & uidemus circulos, & corpora ſphęrica creſcere, igitur non omnis circulus eſt linea perfecta. dicendũ circulum omnẽ eſſe perfectum quo ad numerũ partium, & quo ad ordinem earum, cum hoc tñ ſtat unum circulum eſſe altero maiorem, fieriq; maiorem quo ad continentiã. At linea recta, uel corpus rectum nullum eſt perfectũ, quo ad numerum partium, qm̃ ſi conſtat tribus palmis, poteſt augeſcere ad quatuor. ergo quo ad numerum partium erit imperfectum. Auerroes aũt ait fieri non poſſe, ut circulus augeatur uel diminuatur, remanente circulo. quia nõ poteſt augeri, niſi uertatur in rectum, & deinde redeat in circulum. corpus uero cœleſte unum eſſe ait propter tria uidelicet ꝓpter continuitatem partiũ, & propter perfectionem totalis formæ, & propter motum unum. quæ res petenda eſt libro ſcđo de cœlo, & libro. xij. huius, & libro de ſubſtantia orbis, & ab ijs, quæ diximus in iuuenta libro de ſtructio deſtructionũ, his. n. in locis res ꝑtractatur dilucide.

Q ue Auer. Comen. 11.

Cõmen. 4. Cõ. 44. Cap. 2. Diſputatiõe tertia ſolutione. 18. dubij.

Tex. 11.

Eſſe autem unius in hoc conſiſtit, ut numeri ſit principium quoddam. prima enim menſura uniuſcuiq; generis principiũ eſt. Quo enim primo cognoſcimus, id prima menſura cuiuſq; generis eſt. ipſum igitur unum circa unumquodq; genus rei cognoſcibilis principium eſt. nõ eſt autem ipſum unum in uniuerſis generibus idẽ. hic enim eſt primus ſenſibilis ſonus, ibi litera uocalis, uel muta. ponderis autẽ aliud, & motus etiam aliud. ubiq; autem ipſum unum aut quãtitate eſt indiuiſibile, aut forma.

Cum expoſuiſſet quot modis dicitur unum, nunc ut Expoſitor inquit, aſſignat quandam proprietatem, quæ ſeqtur ipſum unum, quod ꝓprie ac principaliter unum dr̃. Alexander aũt uult. quod hic aſſignet in quo poſitum ſit eſſe unius, quæ expoſitio eſt Auerrois, qui ait definitionem unius eſſe, ut ſit principium numerorum, & non numerum: & ſic uult, ut declaret definitionem ipſius unius: aſſignando ergo definitionem unius dicit { eſſe autem unius } id. eſt definitio unius { in hoc conſiſtit, ut numeri ſit principium quoddam } & uidetur hanc definitionem competere cuilibet uni, non quo

unum



unum accipitur pro re, ſed quo unum eſt unum, in quantum unum: deinde ſyllogizat hanc concluſionem ſic, prima menſura uniuſcuiuſq; generis, eſt principium eius. ſed unũ eſt prima menſura numeri. igitur eſt principium numeri. maiorem probat ſic, id quo primo cognoſcimus aliquid, eſt principium eius, prima menſura alicuius, eſt quo primo cognoſcimus illud. igitur prima menſura alicuius eſt principiũ illius. & ſic patet maior ſyllogiſmi de ratione principali affert maiorem, & dicit { prima enim menſura uniuſcuiuſq; generis principium eſt } ſcilicet illius. deinde affert minorem pro ſyllogiſmi, & dicit { quo enim primo cognoſcimus, id prima menſura cuiuſque generis eſt. hæc fuit minor proſyllogiſmi, concludit concluſionem, & dicit { ipſum igitur unum circa unumquodq; genus rei cognoſcibilis principiũ eſt } quam concluſionem Alexander in exemplis demonſtrat, nam per unum hominem, homines primum cognoſcuntur, equi per unum equum, & ſingula genera per quippiam ſibi ꝓprium, cuiuſmodi eſt dieſis in concentu, in concentibus enim omnia interualla hoc minimo ſenſibili interuallo menſurari uidentur. dieſis enim eſt ſemitonum minus, diuiditur enim tonus in duo ſemitona inęqualia, quorum minus dicitur dieſis. in uocibus uero unum primum, & minimum eſt litera uocalis uel muta, aut conſonans, litera enim minima mẽſura eſt, qua uox omnis ſcripta menſuratur. rurſus in ponderibus aliquid eſt primum, & unum, cuius multitudine, aut compoſitione pondus cognoſcitur: tale primum eſt granum tritici. ſimiliter in motu aliquid eſt primum cognitum, & intellectũ, quo motus omnis cognoſcitur. nam licet nullus ſit primus motus, nos tamẽ unius ſtadij motum cognoſcimus. aut aliquem alium, quo totum motum menſuramus. hæc Alexander, & Auerroes, & Expoſitor, ex quibus hoc commune colligitur, ut in cunctis, in quibus eſt aliqua prima menſura, ſit illa indiuiſibile quippiam, aut quantitate, aut ſpecie. unde Ariſtoteles dicit { non eſt autem ipſum unum in omnibus generibus idem } & per genera intelligit ea omnia, in quibus reperitur ipſum indiuiſibile { hic enim } ſcilicet in concentibus { eſt primus ſenſibilis ſonus } ſcilicet dieſis { ibi } ſcilicet in uocibus { litera uocalis, uel muta, ponderis autem aliud } uidelicet granum tritici { & motus etiã aliud } ſcilicet motus ſimpliciſſimus, & celerrimus, ſicuti motus diarius eſt. deinde colligit commune omnibus talibus, & dicit { ubiq; uero ipſum unum, aut quantitate eſt indiuiſibile, aut forma } forma quidem indiuiduum eſt, ut unus homo, unus equus, per ſingulas ſpecies, nec hoc expoſuit, quemadmodum nec unum numero expoſuiſſe uidetur hic, ſed poſtea cum diuiſionẽ reſumet.

Id igitur quod quãtitate quatenus eſt & quantitas eſt indiuiſibile, qđ eſt penitus tale, poſitioneque caret, unitas dicitur. quod uero tale eſt penitus, poſitionemq; habet, punctum appellatur. Quod autem unice diuiſibile eſt, nuncupatur linea. Quod duabus ex partibus, ſuperficies, quod deniq; omni ex parte, trinamque habet dimẽſionem, corpus. Et conuerſione igitur facta, quod duabus ex partibus, eſt diuiſibile, id ſuperficies, quod una ex parte, id linea, quod nulla ex parte, id punctum, aut unitas nuncupatur, unitas ſi poſitione careat, punctum, ſi ipſam habeat.

Cum demonſtraſſet in omni genere eſſe unum indiuiſibile, quod eſt principium cognoſcendi omnia, quæ in eo genere ſunt, & menſura eorum, quod indiuiſibile eſt aut quantitate, aut forma indiuiſibile, nunc in genere quantitatum ipſum ſubdiuidit, & exponit, & dicit { id igitur quod quantitate quatenus eſt & quantitas, eſt indiuiſibile } eſt multiplex, nam { quod eſt penitus tale, poſitioneque caret, unitas dicitur } quę ut diximus, eſt numerorum principium { quod uero tale eſt penitus } ſcilicet indiuiſibile { poſitioneq; habet, punctum appellatur } punctum enim ut Auerroes inquit, habet ſitum, poſitionemq;, quia eſt finis, atque principium lineæ. { quod autem unice } unaque ex parte tantum { eſt diuiſibile } & ſitum obtinet, ut Auerroes ait { nũcupatur linea }, linea enim longitudine tantum diſſecatur { quod duabus ex partibus } ſcilicet diuiſibile eſt longitudine, & latitudine, dicitur { ſuperficies. quod denique omni ex parte } ſcilicet diuiſibile eſt, uidelicet lõgitudine, latitudine, & altitudine, trinamque habet dimenſionem, corpus } uocatur. deinde oſtendit huiuſmodi deſcriptiones conuerti, & dicit { & conuerſione igitur facta, quod duabus ex partibus eſt diuiſibile, id ſuperficies } ſcilicet nuncupatur { quod una ex parte } ſcilicet eſt diuiſibile { id linea } ſcilicet nũcupatur { quod nulla ex parte } ſcilicet diuiſibile eſt { id punctum, aut unitas nuncupatur. unitas, ſi poſitione careat, punctum, ſi ipſam } ſcilicet poſitionem { habeat } quo uero ad rationem unitatis attinet, conſiderandum, unitatem eſſe principium numeri, ſed non eodem modo cuiuslibet numeri, quoniam quemadmodum eſt duplex unum, ita duplex numerus. quo fit, ut unũ ſit principium numeri, qui uni correſpondet. qua ratione euenit, ut unum, quod eſt in genere quãtitatis, eius numeri principium ſit, qui eſt de genere quantitatis, ut puta eius, qui oritur ex diuiſione continui. unum uero, quod cõuertitur cum ente, eius numeri principium eſt, qui trãſcendens dicitur, quiue entium multitudo eſt: atq; ex diuiſione entium proficiſcitur. unũ itaque principium numeri eſt, qui correſpõdet uni. inſuꝑ etiam quo ad rationem menſuræ conſiderandum, nam menſura ex eo aliquorum dicitur menſura, quia aut replicatione reddit ea, aut quia notificat ea. unum igitur menſura eſt numeri: & quia replicatione numerum reddit, & quia numerum notificat. unitas enim aliquoties ſumpta adæquat omnem numerum, & ipſum menſurat. notificat etiam omnem numerum, quoniam unitate numerus definitur: recte ergo decimo huius dicitur, rationem mẽſuræ primo competere uni, quod eſt principium numeri. deinde ex hoc transferri ad alia genera, quatenus ex eis, quæ competunt uni, inuenitur in quolibet genere aliquid, quod ut menſura ſe habet cæterorum, quę in illo genere ſunt, nam in unoquoque genere aliquid reperitur, quod altero duorum modorum menſurat cætera, quæ in ſuo genere ſunt: utputa aut notificando, aut replicatione reddendo ea, quæ ſui generis ſunt. notificando quidem, ut album, quod omnium colorum menſura eſt, non quidem replicatione omnem colorem reddendo, ſed notificando. quoniam cum ad cæteros colores ſe habeat, ut habitus uidetur, apte omnes notificare. cubitus uero menſura eſt replicatione reddendo, quæ ſui generis ſunt. nam replicatione omnes pannos æquat, ac reddit. non oportet ergo id, quod eſt menſura ſui generis, utroque modo, quo numerum menſurat unitas, res ſui generis menſuret, ſed altero duorum modorum. quia licet ratio menſuræ primo uni competat, tamen ratio menſuræ non transfertur ab ipſo uno ad alia genera, niſi altero duorum modorum, ſi quidem ratio menſuræ de uno dicitur duabus de cauſis, de cæteris cæterorum prædicamentorum una duarum cauſarum. id igitur, quod ſe habet ut menſura in rebus ſui generis, ſatis eſt, ut res ſui generis notificet, aut replicatione reddat. hæc ſunt, quæ ex Expoſitore colligi poſſunt.

Q ue Auer. Comen. 12.

Q ue Auer. Comen. 12.

Inſuper alia numero, alia ſpecie, alia genere, alia ſimilitudine rationis ſunt unũ. numero quidem ea, quorum materia eſt una. ſpecie autem ea, quorum eſt ratio una. genere uero ea, quorum eadem eſt prædicamenti figura. Sed ſimilitudine rationis ea, quæ ſic ſe habent, ut aliud ſe ad aliud habeat.

Cum unum diuiſiſſet in ſex modos, hic aliam unius diuiſionem ſubſcribit, quæ uſurpari ſolet a metaphyſico. nam

hæc diuisio magis ad logicam pertinet. quæ licet in ijs diuisionibus, quæ dictæ sunt, contineatur: tamen hic eam repetit, ut morem gerat logicis, qui sub hac forma eam ponere consueuerunt. unde dicit ¶ insuper ¶ subaudi eorum, quæ unum duo ¶ alia numero sunt unum, alia specie ¶ .s. sunt unū ¶ alia genere ¶ scilicet sunt unum ¶ alia similitudine rationis sunt unum ¶ quæ græce τὰ κατ' ἀναλογίαν dicuntur. deinde exponit hæc mẽbra, & dicit ¶ numero qdem ea ¶ subaudi unum sunt ¶ quorum materia est una ¶ nam ut Expositor inquit, materia dimensionibus signata est principium indiuiduationis formæ. appellauit enim subiectum cõmuniore uocabulo materiam, ut Alexander inquit, nam quæ subiecto unū sunt, ea unum numero esse intelliguntur. unitas enim licet materia careat, una tamen est numero, atq; item linea, sed subiectum

Q ue Auer. Comen. 12. in ipsis communius materia potest uocari. Auerroes uero ait, & unum numero dicitur illud, cuius materia est una: & tu intelligas per materiam (ut Alexander inquit) subiectum proximum, quod ita est huius, quod non alterius, quam materiam Expositor uocat materiam dimensionibus signatam. etiam Auerroes subscribens differẽtiam inter unum numero, quod hic describitur, & unum, quod principium est numeri, ait & differentia inter illud, & unum, quod est principium numerorum, est quia hoc unum est in materia, & unū, quod est principium numeri non est in materia: & intelligo non esse in materia, hoc quia commune quoddam est uni, quod est in materia, & uni, quod separatum est a materia. contra hæc obijcit Iunior quidam, cuius studium nõ est nisi in contradicendo, primo quia eadem est materia eius, quod fit, & eius qd' aboletur, & tamen id quod oritur, & id quod aboletur, nõ sunt

Comen. 49. unum & idem numero. deinde materia non est causa distinctionis, sed actus atque forma, ut libro septimo huius dicetur. demum materia est de essentia speciei, ergo non est principium indiuiduationis, sed potius speciei. sed ducitur prima ratio, qm̃ licet materia cõis sit eadem eius qd' oritur, & eius quod interimitur, subiectum tm̃ proximum, ut Alexander inquit, qd' pro materia intelligitur, non est idem. diluitur ẽt secũda ratio, qm̃ non materia cõis est principium indiuiduationis, sed subiectum proximum, quod hic pro materia intelligitur. hoc enim est principiũ indiuiduationis. nã actus est principium distinctionis specifice, subiectũ uero distinctionis numeralis. tertia etiã diluitur, quia si materia est de essentia speciei, non materia, quæ subiectum est, principium indiuiduationis est, sed cõmunis materia, quæ pluribus indiuiduis communis est. sed dilucidatio rei huius a dilucidario est postulanda. deinde exponit ea, quæ specie unum sunt, & dicit ¶ specie autem ea ¶ subaudi unũ sunt ¶ quorum est ratio una ¶ id est definitio una est, est autem una ratio omnium, quę ut Alexander inquit, eidem speciei subijciuntur. nam specierum, quæ sub uno genere continentur, non est eadem ratio. eorũ enim est eadem ratio, quæ sub aliquà indiuidua specie continẽtur. unde, ut recte Expositor inquit, solius speciei definitio est, & generis si definitio est, quatenus genus est species, definitio est. deinde exponit ea, quæ sunt genere unum, & dicit ¶ genere uero ea ¶ scilicet sunt unum ¶ quorum eadem est prædicamenti figura ¶ id est quæ habent unum modum prędicandi: alius enim est modus, quo prædicatur substantia, alius quo prædicatur qualitas, alius quo prædicatur quantitas, & ita cuiusq; alterius alius semper est prædicandi modus. unde substantiæ omnes habent unum modum prædicandi, quo prædicantur, ut non existentes in subiecto: simili ratione & prædicamentum unumquodq; uel ut Alexander inquit, genere eadem ac unum illa sunt, quorum eadem est figura prædicamenti, id est de quibus unum supremum genus unumque prædicamentum prædicatur, nam hæc omnia unum genere sunt. deinde exponit ea, quæ sunt unum proportione, ac analogia, & dicit ¶ sed analogia ¶ id est similitudinis ratione ¶ ea ¶ scilicet unum sunt ¶ quæ sic se habent, ut aliud se ad aliud habeat ¶ & hoc dupliciter esse potest, uel quatenus aliqua plura habent diuersas habitudines ad unum, uelut omnia sana uidelicet in lotio, in uictu, & in medicamento dicuntur sana, per diuersas habitudines ad sanitatem, quæ est in animali. uel quatenus est eadem proportio plurium ad plura, uelut quies dicitur de tranquillitate in mari, & de serenitate in aere. & rector, ut Auerroes inquit, dicitur similitudine rationis de gubernatore ciuitatis, & de gubernatore nauis, qm̃ ita gubernator ciuitatis se habet ad ciuitatẽ, & gubernator nauis ad nauẽ. ergo gubernator dr̃ analogice de utroq;.

Verum semper posteriora anteriora sequuntur, quæ enim numero sunt unum, & ea sunt specie unum. At quæ specie sunt unum, ea non omnia sunt numero unũ. etiam omnia genere sunt unum, quæ sunt specie unum, quæ uero genere sunt unum, ea non omnia sunt specie unum. cuncta tamen sunt unum similitudine rationis. At quæ similitudine rationis sunt unum, ea non omnia sunt genere unum.

Cum assignasset diuisionem logicam, nũc comparat eius membra scdm ordinẽ conuersionis, & primo assignat ordinẽ, & dicit ¶ uerum semp posteriora anteriora sequũtur ¶ .i. uerum semp uniuersaliora prædicantur de minus uniuersalibus, & non e cõuerso. uel quæ scdm posterius unum habẽt, ea secundũ priora quoq; habent, & nõ e diuerso. deinde hoc, qd' accepit, exponit per ordinẽ, & dicit ¶ quę. n. numero sunt unum, ea & specie sunt unum ¶ & subaudi, & genere, & proportione ¶ at quæ specie sunt unum ¶ aut genere subaudi, aut proportione ¶ ea non omnia sunt numero unum. etiam quæ sunt specie unum, omnia genere sunt unum ¶ & scilicet ꝓportione ¶ quæ uero genere ¶ uel ꝓportione ¶ sunt unum ea non omnia sunt specie unũ. cuncta tamen ¶ ut dixit ¶ sunt unum similitudine rationis. at quæ similitudine rationis sunt unum, ea non omnia sunt genere unum ¶ nec specie, nec numero unum. quærit Alexander quomodo quæ sunt unum numero, proportione quoque unum sint, & non e diuerso? respondet Alexander, an sic dicitur, quatenus unum numero idem sibi est specie. nam quoniam genere unum sunt, ꝓportionis quoque unitatem habent, quia in eodem genere contenta proportionem habent inter se, ut homo ad hominem, equus ad equum, ut homo animal, equus animal. item quæ in eadem specie continentur, proportionem habent. At non e conuerso, quæ sunt unum proportione, ea genere unũ sunt. proportione enim unum sunt, ut fons ad amnem, sic cor ad animal: at non sunt eiusdem generis fons & cor, aut amnis et animal. hæc est solutio Alexandri, quam uix intelligere possum. propterea melius dico Aristotelem locutum esse de significatis horum, ut de significato eius, quod dicitur unũ numero, uidelicet de Socrate, aut Platone, & eius, quod dicitur unum specie, uidelicet de homine, uel equo, & eius quod dicitur unum genere, uidelicet de animali, uel tali, & eius quod dicitur proportione unum ut ens, & hoc pacto uerum est quod dicit, natura Socrates est homo, & animal, & ens, & non conuertitur, quia ens omne non est animal, nec animal omne est homo, nec homo omnis est Socrates. sic enim intelligendo cessat quæstio Alexandri.

Patet autem & ipsa multa oppositio modo ipsi uni dici. quædam enim ex eo dicuntur multa, ga non sunt continua. quędam ex eo, quia diuisam materiam habent aut primam, aut ultimã secundum speciem. quædam ex eo, quia plures eas rationes habent, quæ explicant quiditatem.

Cum unius mentionem fecisset, nunc ostendit quot modis dicãtur multa: & dicit ¶ patet aũt & ipsa multa oppositio modo ipsi uni dici ¶ qua ratione fit, ut quot modis unum dicitur,



totidem multa dicantur, per regulam Topicam, uidelicet quot modis dicitur unũ oppositorũ, totidem & reliquum. deinde affert modos, quibus multa dicuntur, & dicit ¶ quædam enim ex eo dicuntur multa, quia nõ sunt continua ¶ qd' est per oppositum ad primum modum unius. deinde affert alium modum, & dicit ¶ quædam ex eo ¶ subaudi dicuntur multa ¶ quia secundum speciem diuisam materiam habent, aut primam materiam, aut ultimam ¶ & per primam materiam Alexander proximam intelligit, ut si subiecto illud uinum sit, hoc oleum, si quidem hæc diuersæ sunt species, & per ultimam intelligit cuiusq; subiectum, ex quo factum est, quod etiam diuersum specie est, ut si hoc ex aqua fiat, ut ex ulmo subiecto, ceu liquabilia, illud ex terra, uel quopiam alio, ut euaporationes. & hic modus uidetur oppositus ei, quo aliqua dicuntur unum numero. deinde affert alium modum, & dicit ¶ quædam ex eo, quia plures eas rationes habẽt, quæ explicant quiditatem ¶ ut quæ discrepant specie, quæ ijs opponuntur quorum una ratio est, ac definitio. pari ratione in ceteris unius expositiõibus licet multa opposita sumere. nam multa genera sunt, quibus non est unum genus commune, multa item sunt intellectione, quorum nõ est indiuiduum intellectione, & quæ inter se diuiduntur, quatenus diuiduntur, multa sunt. Aristoteles autem non enumerauit omnia, quia satis suis oppositis intelligi possunt. dubitaret fortasse q̃spiam quia id, quod opponitur indiuisibili, quod dicitur unum quin to modo non est multa, quoniam diuisibile esse potest aliqd, quod tamen nõ est multa. dicendũ ipsum diuisibile esse multa, saltem potentia, & hoc satis est. Aristoteles autem ipsum subticuit, quia suo opposito satis intelligitur.

TEX. 13. Ens dicitur, aliud per accidens, aliud per se.

Nunc Aristoteles transit ad modos, quot dicitur ens: & dicit ¶ Ens dicitur, aliud per accidens, aliud per se ¶ & Alexander ait, ut unum, sic item ens primum in ens per accidens par-

Q ue Auer. Comen. 13. titur, & ens per se, ac primum, & Auerroes quia ens dicitur de illo, de quo unũ, quod unum de illo dicitur, qd' est unum per se, & unum per accidens, ita etiam fuit dispositio entis. ex quibus recte Expositor, aut diuisionem entis bifariam attendi, aut quatenus aliqd de aliquo prædicatur per se, & per accidens, aut quatenus aliquid in natura sua est, aut substantia, aut accidens. hęc ergo diuisio, quam Aristoteles hic prosequitur, non est eadem illi, qua diuiditur ens in substãtiam & accidens, cuius rationem ex eo affert, quia ipse postmodum ens per se diuidet in decem prædicamenta, quorum nouem sunt de genere accidentis. Quare hæc diuisio attenditur quatenus aliquid prædicatur de aliquo aut per se, aut per accidens, & non quatenus aliquid in natura sua est ens per se, id est substantia, aut ens per accidens id est accidens.

Per accidens quidem, ut iustum musicum esse dicimus, & hominem esse musicum, & musicum hominem esse.

Cum accepisset diuisionẽ, nunc alterum membrum uidelicet ens per accidens subdiuidit, & pariter exemplis exponit. in quibus attende Aristotelẽ pro ente usurpasse uerbum, est, quoniam uerbum, est, ab ente formatur, & per uerbum, est, prædicari uoluit intelligere, quasi dicat eorum uero quæ per accidens prædicantur, quoddam est accidens, qd' prædicatur de accidente, ut iustum de musico, quoddam est subiectum, quod prædicatur de accidẽte, ut hõ de musico, quoddam est accidens, quod prædicatur de subiecto, ut musicum de homine. Ipse tñ loco uerbi prędicari accepit uerbum, est, hoc est, ut Iuniores loquuntur loco actus significãtis, actum significatum, iustum enim prædicari de musico actus significans dicitur, homo autem est iustus, actus significatus est, ergo usus est in exemplis actu significato, pro actu significãte, & esse siue est pro prædicari: & dicit ¶ per accidens quidem, ut iustum musicũ esse dicimus ¶ ergo primus modus entis per accidens est, cũ accidens prædicatur de accidente uelut iustum de musico in illa, musicum est iustũ. ubi attende prædicatum esse, qd' primo loco in dictione accipitur ¶ et hominem esse musicum ¶ .i. scds uero modus, in quo subiectum de accidente prædicatur, ut in illa musicum est hõ ¶ & musicum hominem esse ¶ .i. & tertius modus, in quo accidẽs prędicat de subiecto, ut in illa, homo est musicus. posset etiam addi duo alij modi, unus cum terminus per accidens complexus prædicaretur de termino incõplexo. ut in illa, hõ est homo musicus: alter, cum terminus per accidens cõplexus prædicaretur de termino per accidens cõplexo, ut in illa homo musicus est homo iustus, tacuit autem hos duos modos, quoniam satis per hos, quos expossuit, intelliguntur.

Perinde dicentes, atq; musicum ędificare dicimus, propterea q̃ ędificatori, ut sit musicus, aut musico, ut sit ędificator, accidat. hoc. n. esse hoc, huic hoc accidisse significat, sic & in his, quæ diximus, cum hominem musicum esse dicimus, & musicum esse hominem, & aut album musicum esse, aut hũc album, hoc quidem ex eo dicimus, quia eidem accidunt ambo. Illud autem ex eo, quia enti accidit. musicũ uero ex eo dicimus homini esse, quia huic musicũ accidit. Sic autem & album dicitur esse, quia illud est, cui accidit. ea igitur, quæ per accidens esse dicuntur, hoc pacto dicuntur, aut quia enti eidem ambo insunt, aut quia illud enti ineſt, aut quia ipsum est, cui ineſt id, de quo ipsum prædicatur.

Cum superius iam manifestasset, qũo causa per accidens differt a causa per se, nunc consequenter per causam per accidens manifestat ens per accidens, & dicit ¶ per nde dicentes ¶ ens. s. per accidens ¶ atq; musicũ ędificare dicimus ¶ .i. quo modo dicimus musicum ędificare. cuius rationẽ affert, & dicit ¶ propterea q̃ ędificatori accidat ut sit musicus, aut musico, ut sit ędificator ¶ cuius expositionem subdit ¶ hoc enim esse hoc ¶ .i. ędificatorem musicum ędificare, aut musicum ędificare significat ¶ hoc ¶ .s. ędificare ¶ huic ¶ .s. musico, uel ędificatori musico ¶ accidisse ¶ ergo sicuti de causa per accidens prædicatur ipsum ędificare ¶ sic & in his ¶ .s. prædicatis per accidẽs ¶ quæ diximus ¶ oportet dicere. deinde explicat prædicata per accidens, quæ dixit, & dicit ¶ cum hoiem musicum esse dicimus ¶ homo per accidens prædicatur de musico, ut in scdo dicebatur ¶ & musicum esse hominem ¶ musicũ per accidens prædicatur de homine, ut tertio modo dicebatur ¶ aut albũ musicum esse ¶ album de musico per accidẽs prædicatur ¶ aut hunc album ¶ cũ musicum de albo per accidẽs prædicatur, ut primo modo dictum est, his enim tribus modis dicitur prædicari per accidens aliquid de aliquo. deinde affert causam cuiusq; horum, & primo assignat causam primi, & dicit ¶ hoc quidem ¶ .s. in quo prædicatur accidens de accidente, ut primo modo dicebatur ¶ ex eo dicimus esse per accidẽs, quia ambo ¶ accidentia ¶ accidunt eidem ¶ .s. subiecto, deinde reddit causam, quare subiectum per accidẽs prædicatur de accidente, ut scdo modo dicebatur, & dicit ¶ illud aũt ¶ .s. musicum est homo ex eo, uidelicet per accidẽs prædicatur ¶ quia ¶ musicum ¶ enti ¶ .s. homini ¶ accidit ¶ hæc enim est per accidens musicũ est homo, quia homini musicũ accidit. deinde reddit rationem tertij modi, & dicit ¶ musicum uero ex eo ¶ per accidens ¶ dicimus hominem esse ¶ .i. musicum prædicari de homine per accidens tertio modo ex eo per accidens prædicatur ¶ quia huic ¶ .s. homini ¶ musicum accidit. sic autem & album dicitur ¶ hominem ¶ esse ¶ hoc est sic album prædicari per accidens tertio modo dicitur de homine, quia homo subaudi ¶ illud est, cui accidit ¶ scilicet album. ex his epilogat tres mo-

dos eius, quod prædicatur per accidens, & dicit { ea igitur quæ per accidens esse dicuntur } id est ea igitur, quæ per accidens prædicantur { hoc pacto dicuntur, aut q̃a enti eidem ambo insunt } ut in primo modo dictum est { aut quia illud } scilicet accidens, quod prædicatur { inest enti } id est subiecto, ut homini, ut tertio modo dicebatur { aut quia ipsum } scilicet prædicatum { est, cui inest id } scilicet accidēs { de quo ipsum } scilicet prædicatum { prædicatur } ut secundo modo dicebatur. homo enim prædicatur per accidēs de musico, quia homo est, cui musicum accidit. his autem tribus modis possunt addi alij duo, ut dictum est, quos nō addidit, quia satis per tres hosce intelliguntur.

TEX.14.

**Per se autem ea dicuntur esse, quæ prædicamenti figuræ significant. tot enim ipsum esse significat, quot modis ipsę dicuntur. cum igitur eorum, quæ prædicantur, alia quid est, alia quale, alia quantum, alia ad aliquid, alia agere, alia pati, alia ubi, alia quādo significēt, ipsum esse idem quod unumquodq; istorum significat.**

Cum disseruisset de ente per accidens, nunc agit de ente per se: & dicit { per se autem ea dicūtur esse } id est entia per se dicuntur { quæ significant figuræ } id est modi siue genera { prædicamenti } & prædicationis. & assignans causam dicit { tot enim ipsum esse significat, quot modis ipsæ } scilicet figuræ { dicuntur } prædicationis uero figuras appellat decem prædicamenta. expositio causę est, quoniam esse cum quocunque construitur, idem significat, quod id, cum quo construitur. quia ens æquiuocum propriam cuiusq; existentiam significat. tunc complendo diuisionem inquit { cum igitur eorum, quæ prædicantur } decem sint differentiæ secundum suprema genera, utiq; ens & esse decem quoq; modis dicetur: quæ explicat, & dicit { alia quid est } id est nam esse cum substātia constructum substantiā significat { alia quale } id est constructū cum quali, quale significat { alia quantum } .i. constructum cum quanto, quātum significat { alia ad aliquid } subaudi significant, si ens, & esse construatř cum eo, quod est ad aliquid { alia agere } subaudi significant, si construatur ipsum esse cum agere { alia pati, alia ubi, alia quando significent } subaudi si ipsum esse construatur, aut cum ipso pati, aut cum ipso ubi, aut cum ipso quando { si itaque ita fuerit, ipsum esse idem, quod unūquodq; significat } sed occurres, quia hæc diuersas prædicandi figuras sortiuntur respectu substantiæ, respectu autem substantiæ sunt prędicata per accidens. igitur non debent dici ens per se. dicendum q̃ decem prædicamenta dicuntur prædicata per se, ut Alexander inquit, respectu eorum, de quibus prædicantur, ut genus, uel ut differentia, uel ut definitio. sed respectu substantiæ dicuntur prædicata per accidēs, & ideo respectu substantiæ dicuntur nouem. Aristoteles ergo uult, ut sint prædicata per se, & per accidens, per se quatenus prædicantur aut ut genus, aut ut differentia, aut ut definitio per accidens respectu substantiæ, de qua nouem figuris dicuntur. quare erunt prædicamenta decē, substantia de qua omnia prædicantur, & nouē prædicamenta accidētis pro numero rationum prædicandi. per se aūt entia dicuntur omnia, respectu quorū per se prædicantur, ut Alexander dixit. unde nouem accidētia ut denominatiua, sunt entia per accidens, ut autem sunt principalia sunt entia per se. Tacuit aūt prædicamenta situs, & habitus propter breuitatē, aut quia latent, ut Auerroes inquit. (Q. de Auer. Comen.14.) cum uero Iuniores obijciunt Auerroi, q̃ parua fuisset prolixitas dicere duo uerba, Auerroes per secundam causam soluit hoc argumentum, nā unum uerbum cum latet, prolixum est, quanto magis duo uerba, cum latuerint.

**Nihil enim hæc differunt homo ualens est, et hō ualet, hō ēt ambulās est, aut secans, & hō ambulat, aut secat, similiter & in cęteris dicendū est.**

Expositor uult, ut hic Aristoteles remeat tacitam quæstionem, nam cū non ulla prædicentur, in quibus hoc uerbū est, explicite non ponatur: ut cum dicitur hō ambulat, posset aliquis fortasse credere huiusmodi prædicationes non attinere ad prædicationem per uerbū est: contra qđ obijciendo dicit { nihil enim hæc differunt, hō ualens est, & homo ualet, homo etiam ambulans est, aut secans, & homo ambulat, aut secat similiter & in cæteris } id genus { dicendum est } .s. q̃ non differant. sed in his subaudi, homo ualens est, prædicatur uerbum esse, igitur in illa homo ualet prædicatur ēt esse: sic & in cæteris. quare in omnibus prædicatur uerbum esse: & ita sequitur ut significet illam naturam, cū qua construitur. Alexander aūt uult, ut hic afferatur signum eius, quod dixit, cum. n. dixisset uerbum, est, eam naturā significare, cū qua construitur, indicium esse ait ex eo, quia homo est ualens nihil aliud significat q̃ homo ualet, quare fit, ut uerbū est, qđ cum ualetudine construitur, nihil aliud significet q̃ ualetudinis existentiam. nā ut in libro de Interpretatione dicitur est ipsum nihil est, significat tñ compositionem quandam, quæ sine compositis esse nequit. (Q. de Auer. Comen.14.) Auerroes aūt colligens sententiam uerborum Aristotelis, ait Aristotelē non uoluisse significare, ut nomen denominatiuum in hac ꝑpositione Socrates est albus significet substantiam, & accidens. aut substantā, in qua sit accidens, sicut existimauit Auicenna, qui cum uidisset hāc dictionem albū significare aliquid, in quo est albedo, existimauit denominatiuum omne primo significare subiectum, secundarie uero accidēs. sed ut Auerroes ait, est e conuerso, nam primo significat accidēs, quia album, ut in prædicamentis dicitur, solam qualitatem significat. Secđo significat subiectum quatenus significat albedinē per modum accidētis. accidens enim innatum est esse in subiecto. q̃ ita sit, ꝓbat, qm̃ si album significaret corpus primo, & cōsequenter albedinem, ut Auicēna inquit, tunc dicēdo Socrates est albus, esset sensus Socrates est corpus albū, & pari ratione dicendo corpus album, esset sensus corpus albū, & sic in infinitum. hoc autem qđ dicit hic Auerroes intelligas in denominatiuis naturalibus. nā in denoīatiuis artificiarijs denoīatiuū primo materiam, scđario formam significat. q̃ si inueneris dictum esse ab Auerroe denominatiuum significare utrūq; ut primo physicæ ausculiationis ait, (Cōmen.23.) intelligas albū, & cætera id genus significare utrūq;, sed non æque primo. sed ut dictū est primo formam, consequenter subiectū, cui inest. at Expositor hanc Auerrois opinionē approbans addit nomen abstractū ut est albedo, significare accidens, non tñ per modum accidentis, sed per modū substantiæ, unde nullo modo cōsignificat substantiam siue subiectum. si. n. significaret subiectū, prædicata accidentaria non enumerarenť ab Aristotele sub ente per se, sed sub ente per accidēs. nam hoc totum qđ est homo est albus, est ens per accidens, ut dictum est. quare denoīatiuum primo accidens, deinde subiectum significat. principale uero nullo modo significat subiectum, cū non accipiatur, nisi per modum substantiæ. uerum de his alibi est differendum.

**Præterea ipsum esse, & ipsum est uerū significat, & nō esse non uerū, sed falsum similiter tam in affirmatione, q̃ in negatione. ueluti Socrates musicus est, hoc est propterea q̃a uerum est, aut Socrates albus non est, hoc est ēt propterea quia uerum est. At hoc non est, diameter non est incommensurabilis lateri, propterea quia uerum non est, sed falsum.**

Cum exposuisset significationes entis per se, quæ sunt ex parte rei, nunc addit illis decem significatis nouem, quod est ex parte intellectus, qui componit, aut diuidit significata entis ex parte rei. dixit enim per se esse id dici, quod alicuius

prædicationis



prædicationis figuram significat. nūc ait { Præterea ipsum esse, & ipsum est } & subaudi ipsum ens secūdo modo { verum significat } idest secundo modo accipitur pro eo, quod verum significat, vt sit ens omne, quod verum significat, non ens autem quod falsum. Qua ratione fit. vt ens accipiatur pro significato æquato propositionis verę, quo videlicet ipsa propositio dicitur vera, falsum autem pro significato æquato propositionis falsæ, quo propositio falsa dicitur. Quare ipsum est, & esse, atque ens significat verum, non esse autem, & ipsum non est, atque non ens significat falsum. nam verum dicimus & esse, & ens. Falsum autem non esse, & non ens. propterea subdit { & non esse nō verum, sed falsum } subaudi significat { similiter tam in affirmatione quàm negatione } idest siue affirmando, siue negando de quopiam prædicetur. deinde affert exemplum in affirmando, & dicit { veluti Socrates musicus est, hoc est } idest hæc propositio est, & est ens { propterea quia uerum est } Socratem enim esse musicum ens dicimus, quia Socratem esse musicum verum est. deinde ponit exemplum in negando, & dicit { aut Socrates albus non est, hoc est } & dicitur esse, & ens, propterea quia Socratem albū non esse { verum est } Patet igitur ens, & esse dici de significato propositionis veræ tam in affirmando, quam in negando. deinde ponit exemplum quo modo falsum sit non ens, & dicit { at hoc } videlicet { diameter non est commensurabilis lateri non est } propterea quia verum non est, sed falsum. Falsum enim est diametrum commensurabilem esse lateri: ergo falsum est diametrum non esse incommensurabilem lateri. Alexander legit, diameter non est incommensurabilis lateri. Quod cum falsum sit, dicitur nō esse: & non ens. & propterea puto in græco codice particulam { non } deesse: quoniam & Alexander, & Argyropylus habebant. & ratio etiam hoc confirmat, quoniam illa est uera, diameter est incommensurabilis lateri: ergo hæc erit falsa, diameter non est incommensurabilis lateri. Et fortasse particula non, deesse non videtur cum non sit necessaria, quia dictio legitur, τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν ἡ διάμετρος σύμμετρος, ὅτι ψεῦδος. quibus patet esse, ens, & est, accipi pro significato propositionis ueræ: non esse, non ens, non est, pro significato propositionis falsæ. (Q. de Auer. comē.14.) Auerroes uero ait hoc nomen ens, quod significat essentiam rei, esse aliud ab ente, quod significat uerum. Primo quia ens, quod significat essentiam rei, ponitur in quæstionibus siue propositionibus de secundo adiacēte. ens quod significat uerum, collocatur in propositionibus de tertio adiacente. Secundo differunt, qm̃ ens, quod significat essentiam rei ponitur in quæstionibus quæ sunt de decē generibus. Ens autem, quod significat uerū, poniť in quęstionibus de accidentibus. Sed hoc, quod Auerroes ait, si recte intellexi, falsum est, qm̃ uerum & falsum, esse & non esse in omnibus quæstionibus poni possunt. Cum omnis propositio sit uera, cuius opposita est falsa, & omnis falsa, cuius opposita est uera: tā in quæstionibus de secundo quàm de tertio adiacente: tam in quæstionibus de prędicamentis quàm de accidentibus.

(Significat. ἐντόν. Dictum.)

**Insuper eorum, quæ dicuntur, ipsum esse, & ens partim id qđ potentia, partim id, quod actu, significat. nam & id, quod dictu potentia, & id quod actu uidet, uidens dicimus esse. & scire similiter, & id quod uti scientia pōt, & id qđ utiť, & item quiescere, & id cui iam quies inest, & id quod quiescere potest. Similiter & in substātijs. etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & dimidium lineæ. & frumentum id esse, quod nondum maturum euasit. Quando autem potentia aliqđ est, & qñ non in alijs determinare oportet.**

Cum diuisisset ens per se in decem prædicamenta, nunc subdiuidit unūquodq; prædicamentum in ens in actu, & in ens potentia, & dicit { Insuper eorū, quæ dicuntur } .s. sm̄ figuram prædicationis { ipsum esse, & ens partim id, quod potentia, partim id, qđ actu significat } probat hac diuisionem per exempla, & dicit { nam, & id, qđ dictu potentia } subaudi uidet { & id, qđ actu uidet, uidens. i. ens, qđ uidet { dicimus esse } neq;. n. solum qui uidet, uidens appellatur, sed etiam qui uidere pōt. nam esse de utroq; prædicať. deinde affert secundū exemplum, & dicit { & scire simiľr } .i. & scientem esse ēt dupľr dicitur { & id, quod uti scientia pōt } ut dormiēs philosophus { & id, quod utiť } ut philosophus docens. deinde affert exemplū tertiū, & dicit { & item quiescere } .i. quiescens dupľr dicitur { & id cui iam q̃es inest } ut sedens { & id qđ quiescere pōt } ut deambulans uersus forum. Et quia hæc exēpla fuerunt in accidentibus, amplificat exēpla in substantijs, & dicit { simiľr & in substantijs } subaudi dicitur q̃ potentia, & qđ actu substantia est { etenim Mercuriū in lapide dicimus esse } qui. n. Mercuriū esse dicit ī rudi marmore, is Mercuriū ex marmore exprimi posse ait, & ita Mercuriū ens potētia dicit { & dimidiū lineæ } subaudi potētia est in linea nondū dissecta. lineam aūt commemorauit inter substantias qm̃, ut Alex. inquit, sic quibusdam uisum est, sed q̃a enumerauit Mercurium, & lineam in exemplis substantiarū, quæ re uera accidētia sunt, subdit uerum exemplū in substantia, & dicit { & frumentum id esse, quod nondum maturum euasit } .i. & frumentum similiter potentia est, antequam maturuerit. Vltimo se excusans a diligentiore pertractatione de potentia & actu, dicit { quando autem potentia aliquid est, & quando } aliquid { non est } potentia, sed actu { in alijs determinare oportet } vnde Alexander sed de ente per accidens, & de quasi vero in libro proximo disputabit in sexto & septimo idest in septimo & octauo de ente ꝑ se, in octauo. i. in nono de ente tum potentia, tum actu. Iuniores hic asserunt, quod Aristoteles diuidens ens per actum & potentiam, acceperit potentiam pro potentia obiectiua, & actum pro actu existentiæ, quod tali potentiæ aduersatur, & non potētiam pro potentia subiectiua, & actum pro actu formali, ut longa commentatione exponunt. Et cum obijcitur eis, q̃ tunc ens non prædicaretur de mēbris, quæ ipsum diuidunt, concedunt quando diuisio fuerit distrahens, sicuti est in casu. nam ut dicunt, hæc diuisio entis est distractiua. Sed quàm sit errabūda hæc opinio, in auscultatorijs dilucide nos exposuimus. nam potentia obiectiua apud Peripateticos est commentum, quia uel potētia obiectiua nihil aliud est pręter potentiā agentiū, quæ pñt generare rosam, aut est aliqđ, qđ non est ipsa agentia. Si nihil est præter agentia, quæ pñt rosam generare, tunc est cōtra eos, qui asserunt potentiā esse obiectiuā, quia obijcitur agentibus. etiā sequitur, q̃ abutanť noīe potentiæ obiectiuæ. Nullus. n. unquā potentiam obiectiuā uoluit esse agētia, quæ pñt rem generare: immo nec ipsi. Si est aliquid præter agentia, quæ pñt rem generare, aut est aliquid pręter materiam primā, ex qua res pōt fieri; aut penitus idem, qđ materia ex qua. Si est aliquid præter materiā ipsam ex qua, cū per eos, talis obiectiua potētia supponať necessario in omni generatione, erit quartum principiū rerum naturaliū. nam in generatione talis potentia erit necessaria ita, ut materia ex qua. At si talis potentia est idem omnino cum materia ex qua, tunc frustra laborant, nam omnes volunt eandem potentiam esse obiectiuam, vt respicit agētia: & subiectiuam, vt respicit formas, quæ ab agente inducuntur. deinde derisibile est, quod dicunt ens videlicet & esse non prædicari de ente potentia, & ente in actu, cū Aristoteles dicat in dictione, & id quod potentia, & id quod actu uidet, videns dici, etiam quod potentia potest vti scientia, & id quod vtitur, dici sciens, similiter de quiescente, & alijs quare & quod potentia ens, & quod actu, ens etiam dicetur. Ter-

tio.hæc expositio expresse est contra Alexandrum, qui sic ait, neque enim possibile de re qualibet prædicari debet, sed de ea, quæ iam est, & potest in id proxime mutari, quod esse dicitur. vel accipere ipsum. nam qui iam lapis est, merito hunc mercurium potentia esse dicas. non item terram, vel aquam, ex quibus lapis gignitur, mercuium potentia quisquam appellabit, ut puerum potentia doctum uocamus, non sic infantem menstruum. & catulus recens natus potentia videns est: non is etiam qui in utero gestatur. ergo diuisio Aristotelis, qua diuidit ens & esse, est per ens potentia proxima, & ens actu. quare nec Aristoteles, nec Alexander somniauit unquam tale commentum.

TEX.15. Substantiæ autē dicuntur & simplicia corpora, ut terra, & ignis, & aqua, & cætera id genus: & corpora omnino: & ea, quæ ex his constant et animalia, et dæmonia, partes istorum. atque hæc omnia propterea dicuntur substantiæ, quia non de subiecto dicuntur, sed de his cætera.

Postquam ens diuisit per prædicamenta, nunc, ut Alexander inquit, quot modis unumquodq; prædicamentum dicatur, exponit. Et primo de substantia diuisionem prosequitur: & dicit { Substantiæ autem dicuntur & simplicia corpora } quæ alio verbo elementa dicūtur, videlicet { vt terra, & ignis, & aqua, & cætera id genus } scilicet aer, & horum medium { & corpora omnino } etiam subaudi non sint simplicia, sed mixta, modo sint similaria, vt lapis, metallum, & cætera id genus { & ea } etiam secundo modo dicuntur substantiæ { quæ ex his constant } videlicet aut ex corporibus, vel quæ corpus habent, videlicet { & animalia, & dæmonia, partesq; istorum } & dixit dæmonia, vel dæmones dicens ex eorum sententia, quibus dæmones esse placet, quos ad hunc modum substantias esse ait, si quidem illi ex anima, & corpore constant, vt Apuleius inquit esse animalia corpore aerea, mente rationalia, animo passiua, tempore æterna. vel certe dæmonia vocans corpora diuina, cuiusmodi sunt astra, & astrorum partes. Expositor uero Aristotelem accepisse dicit dæmonia pro idolis, quę in templis posita celebrantur, vt dis. & per partes non animam, & corpus intellexit, sed membra verbi gratia manus, & pedes. deinde causam assignat, cur omnia talia substantiæ sint, & dicit { atque hæc omnia propterea dicuntur substantiæ, quia non de subiecto dicuntur, sed de his cætera } subaudi dici solent. quia vt Alexander inquit, non talia sunt, vt ipsorum esse in aliquo subiecto consistat. sed econuerso ipsa cæteris subijciuntur. In his enim esse habet accidentium natura. per quæ, vt Alexander & Expositor dixerunt, Aristoteles tales substantias voluit esse substantias indiuiduas, in his enim sunt accidentia. itaque ipsæ neque in subiecto sunt, neque de subiecto dicuntur, sed alia in his, atque de his. Quam descriptionem primæ substantiæ Aristoteles in prædicamentis accommodauit Auerroes autem perperam hunc locum exponens, nititur hanc definitionem attribuere & primæ, & secundæ substantiæ: quod remotum est a mentibus expositorum.

Q ue Auer. cōmē.15.

Alio modo id substantia dicitur, quod causa est essendi, inestq; talibus, quæ de subiecto non dicuntur, qualis est anima animalium.

Nunc assignat secundum modum, quo accipi solet substantia, & dicit { Alio modo id substantia dicitur, quod causa est essendi, inestq; talibus, quæ de subiecto non dicuntur } deest inestque primis, atque indiuiduis substātijs: quæ nec sunt in subiecto, nec dicuntur de subiecto. per hoc, quod dixit { causa est essendi } dedit intelligere differētiam inter substantiam, quæ accipitur hoc secundo modo, & accidentia, quæ licet insint indiuiduis substantijs, tamen non sunt illis causæ essendi. Item per illā particulam { inestq; } & reliqua dedit intelligere differentiam inter hanc substantiam, & materiam, quæ non inest, sed ex ea fit compositum, cuius ipsa est materia. Quare recte Alexander, Auerroes & Expositor Aristotelem hic per substantiam, quę dicitur secundo modo, intellexisse formam autumant. Ideo exemplum subdens inquit { qualis est anima animalium } vnde Auerroes ait Aristotelem dedisse exemplum de anima, quæ est forma in substantia actu, nam est forma corporis, quod est actu substantia: econtrario de formis simplicium, quæ sunt formæ substantiæ in potentia. Alexāder vero Aristotelem per hæc innuere ait formas eorum, quæ natura constant: hoc est naturales, materialesq; formas, cuiusmodi est in animantibus anima, quandoquidem ob animam animalia sunt, & in corporibus naturalibus formam cuiusq; causam esse ait existendi idest substantiæ.

Q ue Auer. cōmē.15.

Præterea partes, quæ sunt in talibus, & definientes, & hoc aliquid significantes, quæ si tollantur, tollitur totum. ut si tollatur planum, corpus (ut quidam aiunt) tollitur, & si linea, planum. atq; omnino numerus quibusdā talis esse uideť. nam si tollatur, nihil inquiunt esse, & ipsum insuper definire omnia inducunt.

Tertio modo substantias nunc uocari dicit, partes rōnis, vt Alexander exponit, unde dicit { Præterea partes, quæ sunt in talibus, & definientes, & hoc aliquid significantes } subaudi substantiæ tertio modo dicuntur, non omnes, sed { quę si tollantur, tollitur totum, ut si tollatur planum, corpus, ut quidam aiunt, tollitur } ergo planum est pars rationis corporis { etsi } videlicet tollatur { linea, planum } etiā tollitur. igitur linea est pars rationis plani. Quo uero ad uerba attinet, cum ait { præterea partes } intelligit per partes, quas cōmuniori uocabulo particulas appellat. Neq; enim superficies sic est pars corporis, ut corpus in ipsam diuidat, sed rationis corporis est particula. quia hac corpus definiē, quemadmodum linea quoq; se habet ad superficiem: quæ cum terminus sit superficiei, ipsam definit. nisi enim termino finiretur, indeterminata esset. & sic linea est particula rationis superficiei, quoniam superficies linea definitur. sic punctum se habet ad lineam, est enim particula rationis lineæ, quia puncto linea definitur. ergo per partes, quas substātias esse ait, intelligit particulas, quæ sm Aristotelem, & omnes, rationis sunt. & cum dicit { quæ sunt in talibus } per talia corpora intelligit, quę & per se esse, & terminos habere possunt. linea enim remotius q̄ superficies, sed tamen corporis est terminus. vel intelligit per talia ea, quæ terminos habere apta sunt, & ab ipsis terminari. Sic igitur exponēdo per partes particulas rationis intelligit, nam etiam sm Arist. hoc est uerum. Secūdo modo exponitur per partes, partes, quæ sunt substātiæ. Sunt enim quibus mathematica quoq; substantias esse placet, ut Platonicis, & tunc per talia, substantias intelligendum est. & cum addit { & hoc aliquid significantes } quia sm Platonicos termini sunt formæ corporū, a quibus hæc aliqua esse dicuntur, ut taxilli, aut globi. Lineā enim & superficiem hoc aliquid significare dicit, quia nō solum termini sunt, sed propriam quandam naturam, & substantiam significare uidentur. vel hoc aliquid. i. aliquid determinatum. hoc enim ipsis suppetit a terminis. habes igitur duas expositiones alteram, quæ est ad mentem Aristo. quā intelligitur per partes particulas rationis, alteram, qua per partes intelligit substantias rerum. addidit uero { quæ si tollantur, tollitur totum } ut innuat esse partes, uel particulas essentialis, quoniā sublatis prioribus, posteriora quoq; sublata erūt. Nisi. n. planum sit, corpus esse non pōt, nec planū, nisi linea fuerit. nā corpus omne superficie est definitū, & superficies linea, & hæc ipsorū sunt fines. Semper. n. finis, qui habetur in magnitudinibus, prior est eo, cuius est finis. Cur vero



vero addidit { vt quidam aiunt } hoc dicit, vel quia secundum eos, quibus corpus & superficiem terminata esse placet, sublatis terminis, ipsa quoq; tolluntur, non item secundum eos, qui corpus aliquod infinitum esse statuūt. & quia non omnes illud dicunt, ideo dixit { vt quidam aiunt } & hoc ualet ad primam expositionem. vel certe secundū eos hoc dicit, qui voluerunt hæc esse substantias rerum, vt Plato in Timæo, ubi terminos putauit esse rerum substantias, & partes. idem exponit in numero, & dicit { atq; omnino numerus quibusdā talis esse uideť } .s. ut superficies talis est ad corpus, & linea talis ad superficiē, & punctus talis ad lineam { nam si } tollaē. s. numerus a rebus ipīs { nihil }. s. in rerum natura { inquiunt esse, & ipsum }. s. numerū { insuper definire oīa inducūt } & innuit Pythagoricos, qui numeros elementa rerū esse statuebant: de quoq; substantia in primo maiore differuimus. quāquam sm Platonem ēt numeri omniū entium causę sunt, si non, ut elementa, & rebus insita. quoniam ideæ, quæ numeri sunt, cæteris rebus causæ sunt existendi. Hæc de substantijs.

Præterea quiditas omnino, cuius ratio est definitio, hæc item cuiusq; substantia dicitur.

Nunc assignat quartum modum, quo substantia dicitur, & ait { Præterea quiditas omnino, cuius rō est definitio } idest quam significat definitio { hæc item cuiusq; substātia dicitur } dixit { cuiusq; substantia } quia nec substātiæ tantum, nec qualis, nec quanti, nec alicuius cęterorū tantū substantia est, sed cuiusq;, cuius est quiditas, substātia esse dicit. per quod differt a materiali forma, quæ substantia est secūdo modo. quoniam cum illa in rebus natura cōstantibus habeatur, sitq; forma naturalis, proprie substantia esse intelligitur: hæc aūt, quæ quarto mō substantia dicitur, per quam quiditas cuiq; suppetit, et in nō substantijs uersat. non enim in solis substantijs quiditas locum habet. quo fit ut quiditas non simplr substantia sit, sed eius cuius est quiditas. quo circa cuiusq; rei aliqua substantia esse dicit. Potest ēt sic accipi forma, quasi multipl'r dicatur, sitq; una ut cā existendi ei, cui inest, ut anima, de qua primum dixit, alia sit ipsum esse, prout dicitur viuere uiuentibus est esse, cuius cā est anima, quod quidem non est idem, quod anima, licet anima sit eius causa, & de hac mentionem facere videtur. Expositor autē velle uidetur Aristotelem intellexisse per quiditatem formā totius, quæ differt a forma partis, sicuti differt humanitas ab anima, nam anima est pars quiditatis animalis, ipsa autem quiditas, cū sit forma totius, includit omnia essentialia principia, & sic est substantia eius, cuius est quiditas: & sic patet differentia inter secundum modum, & quartum.

Fit igitur ut substātia modis duobus dicatur, ipsum uidelicet subiectum ultimum, quod non ulterius de alio dicitur, & id, quod hoc aliquid est, & separabile est, tale autem est uniuscuiusq; forma, atque species.

Cum exposuisset plures intellectus substantiæ, nunc eos reducit in duos, sed q̄ sint isti duo, Expositor vult, ut sit substantia prima, & sit forma. & hoc ait Arist. { fit igitur vt substantia modis duobus dicatur, ipsum videlicet subiectū, vltimum, quod nō vlterius de alio dicitur } & hæc est substantia prima. Substantia enim prima non prædicatur de aliquo inferiore, sicuti substantia uniuersalis prædicaē. Substantia etiam prima per se subsistit, at uniuersalis substantia subsistit rōne substantiæ primæ. Insuper substantia prima non est in multis. veluti uniuersalis substātia. Ergo uno mō dicitur substantia subiectum ultimū, quod non vlterius de aliquo dicitur, & sic talis substantia erit prima substātia. deinde affert secundum modum, & dicit { & } subaudi secundo dicitur substantia { id, quod hoc aliquid est, & separabile est } & quæ substantia sit hæc exponens, dicit { tale autē est vniuscuiusq; forma, atq; species } Laborauit autē Expositor, quonam modo cæteri intellectus reducantur ad hoc. quæ exponere non curo. Nam Alexāder aliter ait, vult. n. omnes intellectus, quibus substantia intelligitur, reduci in duos, quorum vno dicitur substantia prima materia, altero dicitur substantia prima forma. vnde dicit { fit igit, ut substantia modis duobus dicatur } quos exponens subdit { ipsum videlicet subiectum ultimū, quod non vlterius de alio dicitur } & hoc est extrema materia. Materia enim ultima de nullo prædicatur. deinde exponit alium intellectum, & dicit { & }. s. secundo modo dicitur substantia { id, qđ hoc aliquid est, & separabile est } Prima enim forma hoc aliqd est, & separabile sub quo intellectu continentur anima, & formæ naturales, & substantia, quæ per insita, & terminantia sumitur: qualis est, quæ per corporum terminos intelligitur, sub hoc etiam intellectu continetur quiditas, & ita sub hoc intellectu continentur secūdus intellectus, & tertius, & quartus modus. Sub primo vero pōt intelligi primus modus, quo intelligitur substantia prima. nam ad subiectum extremum refertur omnis indiuidua substantia, ergo ad hos duos intellectus reducunt omnes. Quo vero ad uerba attinet, dixit { & id, quod hoc aliquid est } nam forma est p̄ se hoc aliquid, compositum vero indiuiduū existit propter formam: & hoc aliquid est propter formam. ergo cum forma seipsa dicatur hoc aliquid, recte ait & id, quod hoc aliqd est, ideſt, & prima forma, qua compositum in specie reponitur. & cum dixit { & separabile est } intelligi debet, cogitatiōe. Forma enim diuersa, & separata est a materia, si nō substātia, tamen ratione, ac cogitatione, uel separabile dixit, qa forma non est sempiterna, nec semper eadem manet in materia, sed secernitur, ac interit. huiusmodi est omnis forma materialis, quam innuit per secundum substantiæ intellectum. vel separabile, qa diuersum est a subiecto, nec ex ipsius substantia. Sic enim forma se habet cum materia, sed Alexander quærit de formis, quæ in corporibus diuinis habentur, vbi tandem resoluit se, q̄ Aristoteles hic non de omni substantiæ notione agat, sed de intellectibus substant æ, pprie intellectæ, quæ est uel ultimum subiectum, qualis est materia, vel forma, quæ habetur in ipsa, cæteros autem modos non curauit reducere, quoniam hi sunt ad propositum. Hactenus de intellectibus substantiæ.

TEX.16. Eadem uero alia per accidens dicuntur, alia per se. per accidens, ut album & musicum idem, propterea quia utrunq; eidem accidit. & homo & musicū ex eo, quia alterum alteri accidit, musicum item homo, quia musicū homini accidit. hoc autem idem, quod utrūq;, & horum utrūq; idem, quod illud dicitur. etenim homini musico, & homo, & musicum idem dicitur, & his illud.

Nunc prosequitur diuisionem, qua eadem dicuntur. Docetq; aliud alij idem per accidēs esse tripliciter, tot. s. modis, quot unum & ens per accidēs partitus est: & dicit { eadem uero alia per accidens dicuntur, alia per se } deinde eadem per accidens subdiuidens inquit { per accidens } eadē subaudi dicunt, quæ cum sint accidentia, eidem subiecto accidunt { vt album & musicum idem } subaudi sunt primo modo { propterea quia vtrūq; eidem accidit } vt Socrati. Socrates enim est albus & est musicus. igitur musicum est album, & econuerso: & quouis modo prædicemus, erit prædicatio naturalis. deinde affert secundum modum, & dicit { & homo & musicum, ex eo quia alterum alteri accidit } scilicet accidens subiecto naturali. nam sic secundo modo dicuntur eadem. quoniam accidens, quod prædicatur, est idem, quod naturale subiectū, quod subijcitur. deinde affert tertium modum, & dicit { Musicū item homo } tertio mō uicissim dīr eadem, qm̄ homo, qui est naturale subiectum,

prædicatur de musico, quod est naturale prædicatum. & hoc subdit { quia musicum homini accidit } vt in præternaturalibus prædicationibus dictum est. Quo vero ad verba attinet, animaduerte, quòd si volueris seruare consuetudinem græcorum, qui vtuntur prædicato in primo loco, & subiecto in secundo, dictio sic legenda est { & homo & musicum } subaudi dicuntur eadem secūdo modo { ex eo, quia alterum } scilicet musicum, quod accipitur pro subiecto { alteri } scilicet homini, qui accipitur pro prædicato { accidit } & hoc est in prædicatione præternaturali. deinde affert quartum modum, & dicit { musicum item homo } tertio modo vicissim dicūtur eadem { quia musicū } quod subaudi est prædicatū { homini } qui scilicet est subiectum naturale { accidit } vt in naturalibus prædicationibus patet. Quanquam Alexander legit primo modo non seruando græcorum consuetudinem: quam ipse seruare cō sueuit. hi sunt tres modi, quibus aliqua dicuntur eadē, sed quoniam hi tres modi sunt in simplicibus terminis, addit duos alios modos in terminis compositis, & dicit { hoc autem idem, quod utrunque } ideſt quarto modo aliqua dicuntur eadem, quia prædicatum simplex dicitur de subiecto complexo: quo in modo musicum prædicatū est idem homini musico: quod est subiectum complexum, vt in illa propositione homo musicus est homo. deinde addit quintum modum, & dicit { & horum vtrunque idem, quod illud dicitur } ideſt & quinto modo aliqua dicuntur eadem, quia prædicatum complexum dicitur de subiecto simplici, vt in illa propositione homo est homo musicus. Homo musicus enim & homo eadem sunt, quia prædicatum compositum dicitur de subiecto simplici. deinde affert rationem, & dicit { Etenim homini musico } scilicet subiecto { et homo } seorsum prædicatum { & musicum } etiam seorsum prædicatum { idem dicitur } In illa enim propositione homo musicus est homo, homo, qui prædicatur, idem est homini musico subiecto. Et in illa similiter homo musicus est musicus, musicum est idem homini musico { & his } scilicet homini seorsum, & musico seorsum { illud } scilicet cōplexum homo musicum est idem. nam in hac propositione homo est homo musicus, homo musicus est idem homini, & in illa propositione musicum est homo musicus similiter homo musicus est idem musico. Sunt igitur quinque modi, quibus aliqua dicuntur eadem tres uidelicet simplicibus in terminis, & duo in compositis, et omnes cōsistunt in hoc, quia subiectum est idem in omnibus talibus.

**Qua propter hæc omnia uniuersaliter nō dicuntur. non enim uerum est dicere omnem hominem & musicum idem esse. uniuersalia nāq; per se rebus insunt, accidentia non per se, sed in singularibus simpliciter dicuntur. Socrates enim ac Socrates musicus idem esse uidetur. Socrates enim non de pluribus dicitur, idcirco nō ut omnis homo dicitur, sic & Socrates dicitur omnis. Et hæc quidem sic dicuntur eadem.**

Ex ijs, quæ exposuit, infert quæ per accidēs eadem esse dicuntur, non omnia vniuersaliter eadem dici, etenim nullum accidens idem est uniuersaliter ei, de quo ipsum prædicatur, vel ei, quod de ipso prædicatur. Neq; enim omne musicum idem est, quod omne album, etiā si musicum sit idē, quod album. cum ambo per accidēs eidem insint, sed cuidam idem esse dicitur. nam quæ eidem insunt, saltem particulariter eadem sunt. item neq; musicum idem est, quod omnis homo, etsi musicus idem sit, quod homo, cum homo musicus sit. vnde dicit { Quapropter hęc omnia } quę subaudi diximus esse eadem quinq; modis { vniuersaliter non dicuntur } subaudi eadem, quod probat exemplo, & dicit { non enim verum est dicere omnē hominem & musicum idem esse } licet musicum idem sit quod homo. deinde rōne hoc probat, cuius maiorē affert, & dicit { vniuersalia nanq; per se rebus insunt } ut in posterioribus dictum est, omne vniuersale est per se. deinde affert minorem, & dicit { accidentia non per se } sunt. igitur accidentia non sunt vniuersalia. Syllogismus enim est in secunda figura. Quòd accidentia non sint per se, exponit, & probat dicens { sed in singularibus simpliciter dicuntur } .s. ipsa eadem. s. accidens, et id, cui accidit { simpliciter } dixit. i. sine determinatione uniuersalitatis, aut particularitatis. Singularia enim nullam omnino determinationē capiunt, nec uniuersalitatis nec particularitatis cuius rationem affert per exemplū, & dicit { Socrates enim ac Socrates musicus idē esse videtur } .s. absq; determinatione cuius etiam rationē subdit { Socrates enim & singulare non de pluribus dicitur } & cum non de pluribus dicatur { idcirco non ut omnis } uel aliquis. quoniam homo est uniuersale, & uniuersalia determinationis hoc est vniuersalitatis, aut particularitatis sunt capacia. Patet igitur ex his accidentia non per se dici, quare vniuersalia esse non possunt, imo nec particularia. Cum sint singularia nec vniuersalitatis nec particularitatis capacia. per quæ voluit habere ea, quæ per accidens eadem dicuntur, non dici vniuersaliter eadem videlicet signo uniuersali determinata. Et uniuersa ratio est, quia ea, quæ per accidens aliquibus sunt eadem, sunt singularia, ut dictum est, quæ non sunt capacia recipere signum uniuersalitatis, **immo** nec particularitatis. propterea epilogando subdit { & hęc quidem sic } .s. absq; determinatione uniuersalitatis { dicuntur eadem }. s. alijs prædicatis.

**Per se autem eadem dicuntur perinde atque ipsum unum. etenim ea, quorum materia una est, aut specie, aut numero, aut genere eadem dicuntur, ea etiam quorum subsistantia est una.**

Cum exposuisset ea, quæ dicuntur eadem per accidens, nunc exponit ea, quæ sunt eadem per se, & dicit { Per se aūt eadem dicuñ, perinde } & tot modis, quot { atq; } dicitur { ipsum unum } & tu intelligas, quot modis dicitur ipsum unum, cum diuiditur diuisione logica. quoniam in uniuersum longe plures unius per se intellectus explicauit. Non enim hoc in loco omnes modos per se vnius explicat vel quia his vnius per se intellectibus, de quibus hic mētionem facit, idem per se similiter dici ait, uel quia cæteræ unius per se notiones in hos modos redigi possint. deinde explicat modos, & dicit { etenim ea, quorum materia una est } ideſt quorum subiectum proximū est unum { aut specie, aut numero, aut genere eadem dicuntur } Quorum materia est una numero. i. ut Alexander inquit, quorum materia proxima, quæ ab eo subiectum dicitur. Sic enim unus aliqs sibi ipse est idem. eorum quoq;, quæ diuersis nominibus appellantur heteronyma græce uocata una esse materia dici pōt. Ascensus enim & descensus subiectum unum est numero, & hac ratione eadem sunt. nam quorum materia una est numero, hæc eadem sibi sunt. Ipsum enim sibi est idem. Specie uero unum subiectum uel materiā eorum dicit, quibus subiectum eiusdem est speciei, & si non numero, ut si æs, & lapis multis statuis subijciantur, statuæ illæ subiectum habent idem specie. item quæcunq; specie discrepantia subiectum extremum unum habent, ut omnia liquabilia eadem sunt inter se & unum, qm̄ corpus ex quo primo subiecto omnia efficiuntur, est unū specie, vt aqua. & cum dicit { ea etiam quorum substantia est una } subaudi eadem dicunt. vel, ut Expositor inquit, rōne continuitatis, qđ pertinet ad primum modū, uel propter unitatem & indiuisibilitatē rōnis, qđ pertinet ad quartū, et quintum modum. Secundum uero Alex. subſtantiā Arist. appellat formam, seu speciem,

in quæ



in quæ referuntur, quæ eiusdem speciei sunt, & quæ eiusdem generis, tum etiam quæ inter se proportionem habēt. Est enim societas quædam formæ, & rationis, quasi dicat { ea etiam quorum substantia } quouis modo { est vna } siue specie, siue genere siue similitudine rationis, eadem dicuntur.

**Quare patet ipsam identitatem unitatem essendi quandam esse aut plurium, aut cum quispiam uno ut pluribus utitur, ueluti cum aliquod idem, quod ipsum esse dicit. nam tunc ut duobus utitur ipso.**

Ex ijs, quæ dixit, infert definitionem identitatis, & dicit { Quare patet ipsam identitatem esse vnitatē essendi quandam aut plurium } quæ specie, aut genere, aut proportione sunt vnum { aut } vnius numero { veluti cum aliquod idem } & vnum numero { idem quod ipsum esse dicit } .i. veluti cum dicimus idē numero esse sibi idem { nam tūc } sic dicens { ipso } eodē numero { vtitur, vt duobus } quoniam re est vnum & idem, sed sic dicens vtitur, vt duobus. Ex his concludit Expositor idētitatem, qua aliquid est idem sibi simpliciter esse relationē rationis. dico simpliciter, quoniam identitas, qua aliqua dicuntur eadem specie, vel genere, vel proportione, fortasse est relatio realis. Probat autem Expositor suam opinionem sic, quia si identitas esset relatio realis, & res aliqua præter id, quod idem simpliciter sibi dicitur, tūc cum talis res etiam simpliciter sibi eadem esset, pari ratione haberet aliam relationem, quæ etiam esset sibi eadem, & sic in infinitum. quod absurdum esse probatum est tertio physicæ auscultationis. Sed contra. nam cum intellectus reflectitur super suum actum, intelligit se intelligere & cum reflectitur etiam super hunc secundum actū, quo intelligit se intelligere, etiam intelligeret se intelligere tali secundo actu, & sic de tertio & quarto, sicq; in infinitū. quare nihil prohiberet procedere in infinitum. respondet Expositor nihil prohibere, vt procedatur in infinitum in actibus animæ. secus in rebus præter intellectum. quæ sunt res naturæ, cuius causa potest esse, quia intellectus est virtus apta se supra se reflectere, at natura nequaquam. Insuper intellectus est virtus illimitata, natura virtus determinata, atq; limitata, & ad vnum contracta.

**Diuersa dicūtur ea, quorum aut species sunt plures, aut materia, aut subſtantiæ ratio, atq; omnino diuersum ipsum opposito modo eidem dicitur.**

Nunc exponit diuersa, & dicit { Diuersa dicuntur ea quorum aut species sunt plures } vt equus, & homo. Sub hoc modo, vt Alexander inquit, contineri possunt, ea, quæ licet sint ex eadem materia, non tamen easdem formas habent, vt si qua lignea sint, quæ non similes habeāt formas. deinde assignat secundum modum, & dicit { aut materia } subaudi est plures, vel diuersa est: quæ materia, si numero est diuersa, ipsa quoque numero diuersa sunt. Si materia sit diuersa specie, ipsa etiam specie sunt diuersa, sub hoc modo contineri possunt ea, quæ cum simili forma sint, ex varia tamen materia constant. Vt poculum aureum, & poculum argenteum. vel statua marmorea, & ænea statua. deinde assignat tertium modum, & dicit { aut subſtantię ratio } ideſt tertio modo diuersa sunt, quorum ratio subſtantiam explicās est diuersa. nam fieri potest, ut aliqua sint eadem numero, quæ ratione sunt diuersa, sicuti Socrates, & hoc album. Sub quo modo etiam heteronyma continētur, vt Alexander inquit. Ascensus enim & descensus idē sunt numero, quoniam subiectum vnum est numero videlicet motus, & tamen dicunt ratione. Sed quia ipsum idem adhuc pluribus alijs modis dicitur, quorum nulla hic fit mentio, ideo reddens sermonem vniuersalem inquit { atq; omnino diuersum ipsum opposito modo eidem dicitur } quæ ratio docet, vt dicatur tot modis, quot dicitur idem. quippe cum cuiusq; identitatis modo suum diuersitatis modum per oppositionem reddi conueniat, vt ipse fecit. Laborauit Alexander hanc dictionem aliter exponere, quod cum sit inutile, bona fronte prætermittimus.

**Differentia uero dicuntur ea, quæ diuersa sunt, etsi aliquo modo eadem sunt, modo non sint eadem numero, sed aut genere, aut specie, aut similitudine rationis.**

Cum dixisset de diuersis, nunc dicit de differentibus. causa ordinis est, quoniam diuersa sunt vniuersaliora, cum omnia differentia sint diuersa, & non econtrario. nam diuersa, quæ in nullo conueniunt, non dicuntur differentia, cum non aliquo alio, sed seipsis discrepent. At differentia proprie sunt, quæ cum in aliquo conueniant, aliquo alio discrepant: vnde dicit { differentia vero dicuntur ea, quæ diuersa sunt, & si aliquo modo eadem sunt, modo non sint eadem numero, sed } sint eadem { aut genere, aut specie, aut similitudine rationis } requiruntur ergo ad hoc, vt aliqua dicantur differentia, primo, vt sint diuersa, quoniam diuersa se habent, vt genus ad differentia. Secundo, vt aliquo modo conueniant. Tertio, vt non conueniant in aliquo vno numero, sed in aliquo vno aut genere, aut specie, aut proportione. Alexander assignat rationem, quare diuersa non possunt in eodem numero conuenire, ex eo, quia quæ numero sunt eadem, differre minime queunt. At quæ genere, aut specie, aut proportione possunt conuenire, possunt etiam differre. Aliter dictionem habebat Aspasius, videlicet hoc pacto { differentia vero dicuntur, quæcunque diuersa sunt idem aliquid entia, & non solum numero, sed specie, aut genere, aut proportione } & tunc exponit oportere differentia non solum esse diuersa numero, sed etiam eadem inter se secundum quippiam, vt sint non solum diuersa, sed etiam differentia. Etenim quæ numero diuersa sunt, non prorsus sunt differentia, nisi eadem secundū præ dictorum aliquid sint.

**Insuper ea, quorum genus diuersum est.**

Assignat secundum modum eorum, quæ dicuntur differentia, vt sint, quæ omnino sunt diuersa, & in nullo conuenientia: & sic diuersa & differentia pro eisdem accipiuntur, vt Alexander & Expositor dixerunt, vnde dicit { Insuper ea } subaudi secundo modo dicuntur differentia { quorum genus diuersum est } Hæc autem sunt, quæ omnino sunt inter se diuersa, vt animal, & color. Non autem esset remotum hæc esse diuersa genere prædicamenti, & conuenire in analogo, vt subſtantia & quantitas. & tunc diuersa non essent differentia. nam diuersa in nullo prorsus conueniunt.

**Et contraria ipsa, atque ea, quæ diuersitatem in subſtantia habent.**

Assignat tertium modum, quo aliqua dicuntur differentia, & dicit { Et contraria ipsa } subaudi sunt, quæ tertio modo dicuntur differentia. Sunt autem contraria, quæ sub eodem genere subiecta inter se plurimum distant. nec hic modus est idem quod primus. Illic enim dicebatur, quæ in eodem genere sunt, non eiusdem speciei sunt: siue maxime distant, siue non maxime. Hic autem vult vt plurimum distent, quæ sub genere differunt. deinde assignat quartum modum, & dicit { atque ea } subaudi quarto modo dicuntur differentia { quæ diuersitatem in subſtantia habent } nam differentia quoque sunt, quæ licet inter se non sint contraria, in sua tamen subſtantia mutuam quandam contrarietatem habēt. ad hunc modū terra differt ab aqua.

In ſubſtantia enim terræ ſiccum eſt, in aquæ humidum. uel poteſt intelligi, ut ea differentia dicantur quarto modo, quæ cum ſubiecto ſint eadem tamen ſm ſubſtantiam. i. definitionem diuerſitatẽ habent, qualia ſunt heteronyma, ut aſcenſus, & deſcenſus, uel poteſt intelligi vt differẽtia quarto modo ſint, quæ in ſubſtantia diuerſitatem. i. oppoſitionẽ habẽt, vt nummus adulterinus, & nummus verus. & viciſſim humanum cadauer & homo, vt docuit in libro de Interpretatione. vel fortaſſe hæc pars eſt expoſitio prioris partis, nam cum dixiſſet differentia tertio modo eſſe ipſa cõtraria, quaſi exponens ipſa contraria ſubdit ideſt ea, quæ diuerſitatem in ſubſtantia habent.

## Similia dicuntur ea, quæ dicuntur eodem affecta.

Nunc tranſit ad modos, quibus aliqua dicuntur ſimilia, & ſignauit primum modum, & dicit { Similia dicunrur ea, quæ dicuntur eodem affecta }. i. quæ omuino inter ſe ſimilia ſunt ſecundum ſpeciem & formam, has enim, ut Alexander inquit, appellat affectiões, ut Dioſcuri appellati Zethus, & Amphion, & maxima ex parte gemini, & hæc potiſſimũ ſimilia ſunt. Expoſitor uero ſimilia primo mõ eſſe ait, quæ idem paſſa ſunt, vt duo ligna, quæ comburuntur, vel duo, qui patiuntur febrem ſimiles dicuntur.

## Et ea, quæ ſunt pluribus eiſdem quam diuerſis affecta.

Hic aſſignat ſecundum modum, quo aliqua dicuntur ſimilia, & dicit { Et ea }. ſ. ſecundo modo dicuntur ſimilia { quæ ſunt pluribus eiſdem q̃ diuerſis affecta } nam licet hæc ſint diſſimilia, cum affecta ſint aliquibus diuerſis, tamẽ ſunt ſimilia, quia pluribus eiſdẽ ſunt affecta quàm diuerſis. nam ob exceſſum ſimilia dicuntur. Talia enim maxima ex parte plures affectiones eaſdem habent, q̃ eæ ſunt, quibus inter ſe differunt: quomodo Germanus Germano ſimilis eſt, & Indus Indo. ad hunc modum etiam ſimiles ſunt, qui genitores ſuos imitantur.

## Et quorum qualitas una eſt.

Hic aſſignat tertium modum, quo aliqua dicuntur ſimilia, & dicit { Et } ea { quorũ qualitas una eſt } ſubaudi ſimilia tertio modo dicunt. & tu intelligas, ut Alexander ſubaudiuit, etiam ſi nõ pariter qualitas ſit una, ſed aliud magis, aliud minus, vt non æque calida. quatenus enim calor eorum eſt unus, ſimilia ſunt. Licet diſſimilia quatenus non pariter calore participent.

## Et inſuper, quod ex his contrarijs habet plura, aut præcipua, quibus alterari poteſt, hoc pacto ſimile dicitur.

Aſſignat quartum modum, & dicit { Et id inſuper, quod ex his contrarijs habet plura, aut præcipua, quibus alterari poteſt } ac mutari. Ergo ſimilia quarto modo dicuntur ea, quæ plurimas eaſdem qualitates habentur ex iſis, quibus alterari, & mutari ſunt apta } Hoc pacto { ut inquit unum ſimile { dicitur } alteri ſimile, ut uinũ coloris, ac ſaporis, odoriſq̃ diſcriminibus alterari aptum eſt, cum igitur aliqua uina maiore ex parte obtinent eaſdem qualitates, quibus mutari, ac alterari poſſunt, vel ipſarum præcipuas, ſimilia uina nuncupantur. Sunt autem qualitates, quibus vinum commendatur, ſapor, & odoris ſuauitas, magis q̃ color. Differt autem hic quartus intellectus a ſecundo, quoniam hic additur { quibus alterari poteſt } qđ non additur ſecundo modo. Nam horum plures non ſunt ſimpliciter plures, ſed his, quibus alterari poteſt: Quod Alexander recte animaduertit. Huius exempla affert Expoſitor. primo de pipere, quod quia eſt calidum & ſiccũ, dicitur magis proprie ſimile igni q̃ mel vel ſaccarum, quod eſt calidum, & humidũ. Secundo de aere, qui magis igni ſimilis eſt, q̃ ſit terra eidem ſimilis. nam aer aſſimilatur igni in caliditate, quæ eſt propria igni, & terra in ſiccitate, quæ nõ eſt ſic propria, ac præcipua igni ſicuti eſt caliditas.

## His oppoſito modo diſſimilia dici ſolent.

Cum expoſuiſſet ſimilia, nunc exponit diſſimilia generatim, & dicit { His oppoſito mõ diſſimilia dici ſolent } nam primo intellectui oppoſito modo diſſimilia ſunt, quę forma differunt, ſecũdo uero intellectui oppoſito modo diſſimilia ſunt, quæ hmõi affectiones minore ex parte habent. Tertio autem intellectui oppoſito modo diſſimilia ſunt, quæ diuerſis qualitatibus affecta ſunt. Quarto deniq̃ intellectui oppoſito modo diſſimilia ſunt, quæ plures, uel principales qualitates differentes habent ex earum numero, per quas alteratio contingit.

## Oppoſita dicuntur contradictoria, & contraria, & relatiua, & priuatio atq̃ habitus.

Nunc oppoſita quot modis opponantur, exponit, & primo, quæ communiter dicuntur oppoſita, enumerat, & dicit { oppoſita dicuntur contradictoria, & cõtraria, & relatiua, & } priuatiua, ut { priuatio atq̃ habitus } Hæc enim cõmuni nomine oppoſita dicuntur: & quaſi ab omnibus pro oppoſitis habentur.

## Et ea, ex quibus, & in quæ ultima generationes, corruptionesq̃ proficiſcuntur.

Expoſitor credidit Ariſtotelẽ hic ponere modos, quibus cognoſci poſſint aliqua, ut ſint oppoſita. quæ expoſitio dictioni conuenire poteſt, quia tamen in dictione legitur { Et ea, ex quibus } & reliqua, melius puto eſſe dicendum cum Alexandro qui vult, vt hic addatur quintus modus, quo aliqua dicuntur oppoſita: & dicit { & ea } ſubaudi dicuntur oppoſita quito modo { ex quibus } tanq̃ ex terminis à quibus { & in quę vltima } tanq̃ in terminos ad quos { generationes corruptionesq̃ proficiſcuntur } quæ quidẽ videntur eſſe ens, & non ens. eſt enim ortus ex non ente in ens mutatio, interitus uero ex ente in non ens. ſed dices, uidetur ens affirmatio, & non ens negatio: igitur hæc ſunt oppoſita contradictorie: & ſic non differunt ab oppoſitis primo modo. reſpondet Alexander aſſerens ens non eſſe affirmationem, nec non ens eſſe negationem: cum nomine alterum definitum ſit, alterum indefinitũ. nec ens, ut inquit, & non ens contraria ſunt, nec relatiua, nec alterum habitus, alterum priuatio. Aliter exponit Alexander, ut potius materiã & formam ac potentiam & actum dicat, ex quibus ortus fiunt, & interitus. eſt enim generatio, cum ex eo, quod eſt potẽtia, & ex materia efficitur, quod actu eſt, & forma. interitus uero cum ex eo, quod actu eſt, ipſaq̃ forma in id, quod eſt potentia, & in materiam tranſitur. neq̃ enim materia priuatio eſt, quãq̃ priuatio materiæ accidat, nec contraria formę. hęcigitur ſecundum Alexandrum opponuntur quinto modo.

## Et quæ ſimul ineſſe non poſſunt ei, quod eſt aptum ſuſcipere utraq̃, ea opponi dicuntur, aut ipſa, aut ea, ex quibus ſunt ipſa. fuſcum enim & album ſimul eidem non inſunt. quapropter & ea, ex quibus ſunt ipſa media, his opponunt.

Affert modum ſextum, quo aliqua dicuntur oppoſita, & vult, ut incompoſsibilia dicantur oppoſita, & dicit { Et quę ſimul ineſſe non poſſunt ei } ſ. ſubiecto { quod eſt aptum ſuſcipere utraq̃, ea opponi dicuntur } & quia contrariorum media non poſſunt eidem ineſſe, nec dicuntur contraria, idcirco dixit { aut ipſa } ſ. media dicuntur oppoſita ſiue contraria { aut ea } ſ. extrema { ex qbus ſunt ipſa } ſ. media. & affert exemplum, & dicit { Fuſcum enim & albũ ſimul eidẽ non inſunt } & tamen ſunt oppoſita, & propterea media quæ fiunt ex his, ſunt incompoſsibilia. recte ergo dictũ eſt { ea opponi aut ipſa } ſ. media { aut ea } extrema ſcilicet { ex quibus ſunt ipſa } media, ex hoc concludit non tantum



tum media opponi inter ſe via incompoſsibilitatis, ſed etiã extrema opponi mediꝭ. & dicit { quapropter & ea } ſ. extrema { ex quibus ſunt ipſa media, his } ſ. mediꝭ { opponuntur } non oppoſitione extremi ad extremum, ſed oppoſitione extremi ad medium: quæ oppoſitio incompoſsibilitas quædam eſt. Quo uero ad uerba attinet, dixit ei, quod eſt aptum ſuſcipere vtraq̃ } quia ſi aliqua eſſent incompoſsibilia, quorum non eſt idem ſuſceptibile, non dicerentur oppoſita, vt albedo, & muſica incõpoſsibiles ſunt, quia tamen eorum ſubiectum idem non eſt aptũ ſuſcipere ea, ideo ſunt incompoſsibiles, & nõ oppoſitæ. Oppoſita enim ſunt, quę circa idem ſubiectũ ſunt apta fieri. quæ vero carentia eiuſdem ſuſceptibilis ſunt incõpoſsibilia, bene dicuntur incompoſsibilia, non autem oppoſita.

## Contraria dicuntur ea, quę cum differant genere, eidem quoq̃ ineſſe non poſſunt.

Nunc diſputat de contrarijs, & aſſignat modos, quibus aliqua dicuntur contraria, & dicit { contraria dicuntur ea } ſcilicet modo primo { quæ cum differant genere, ſimul eidem } ſ. ſubiecto { ineſſe non poſſunt } cuiuſmodi ſunt genera diuerſa, quæ non ſibi inuicem ſunt ſubalterna. vt pedeſtre animal, & animal volatile, vel agere & pati, item uirtus & vitium ad hunc modum opponuntur. nam ipſa genera ſunt, licet communi generi ſubijciantur, & omnino genera contraria, vt bonum & malum. nam bonum & malũ contraria genera ſunt, vt ipſe teſtatur in prædicamẽtis, & in quarto Topicorum, et Theophraſtus in primo Topicorꝭ hic eſt primus modus, quo contraria dici ſolent. quem Expoſitor putat eſſe improprium. ſed de hoc hactenus.

## Et ea, quę inter ſe plurimum eorum omnium differunt, quæ in eodem genere collocantur.

Aſſignat ſecundum modum, quo contraria dicuntur, & dicit { Et ea } ſubaudi ſecundo modo contraria dicuntur { quæ inter ſe plurimum eorum omnium differunt, quæ in eodẽ genere collocantur }. i. quæ plus diſtant quàm cætera eiuſdem generis. quo in modo contraria definiri ſolent: ſic album & nigrum contraria ſunt. dulce item & amarũ, illa quidem in genere coloris, hæc autem in genere ſaporis.

## Et item ea, quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ in eodem ſuſceptiuo apta ſunt fieri.

Aſſignat tertium modum, & dicit { Et item ea } tertio modo contraria dicuntur { quæ inter ſeſe plurimũ eorum omnium differũt, quæ in eodem ſuſceptiuo apta ſunt fieri } ideſt quæ plus differunt quàm cætera eiuſdem ſuſceptiui, & ſic rurſus album & nigrum ſunt contraria. nam eorũ, quæ in corpore fieri apta ſunt, hæc plurimum diſtant. Oſtendit autem Alexander hunc modum tertium differre a ſecũdo, quia non omnia contraria ſecundo modo, quæ ſub eodem genere maxime diſtant, ſunt apta ſuſcipi in eodem cõceptaculo. neq̃ enim rationale & irrationale in eodem ſubiecto verſantur. neq̃ omnia, quę apta ſunt ſuſcipi in eodem ſubiecto, ſub eodem genere habentur, vt quale & quantũ apta ſunt recipi in corpore, quæ non ſunt ſub eodem genere.

## Et ea etiam, quæ inter ſeſe plurimum eorum omnium differunt, quæ ſub eandem potentiam cadunt.

Aſſignat quartum modum, quo aliqua dicuntur contraria, & dicit { Et ea etiam } dicuntur contraria { quæ inter ſe plurimum eorum omnium differunt, quę ſub eandem potentiam cadunt } quo in loco potentiã appellat diſciplinam quæ ſimiliter in oppoſita diſcurrit: qualis eſt oratoria, uel dialectica facultas. Rhetorica enim in oppoſitis uerſat, ut in laude & uituperatione, in accuſatione & defenſione, hortatione & dehortatione. Dialectica autem in falſo atq̃ uero, utrunq̃ enim concludere ſolet. Grãmatica uero uerſatur in cõgruo, & in incongruo. De utroq̃ enim differit. poteſt etiam intelligi per potentiam habitum naturalem, cui contraria ſubijciuntur, ut auditrici facultati facultas & difficultas audiendi. acuta atq̃ obtuſa uiſio potentię videndi. uel tertio per potentiam intelligi poteſt potentia naturalis, quæ motus eſt principium, qua plurimum diſtabũt, quæ natura deſcendunt ab iſis, quę natura efferuntur. vel quarto per potentiam intelligi poteſt omnis ſcientia, & omnis ars, quoniam ſcientiæ & artes potentiæ ſunt, & habitus. contrariorum autem ſcientiæ eædem ſunt, ut bona ualetudo, & morbus contraria ſunt. quoniam cum ſub medicinam cadant, plurimum diſtant inter ſe, ſic bona malaque habitudo, quæ ſub gymnaſticam cadunt.

## Et ea inſuper, quę maxime aut ſimpliciter, aut genere, aut ſpecie differunt.

Aſſignat quintum modum, qui omnes cõtrariorum modos, de quibus mentio facta eſt, complectitur etiam, vt Alexander inquit, complectitur oppoſita per contradictionem, & per habitum & priuationem, hæc enim cũcta maximum inter ſe diſcrimen habent ſecundum hunc contrariorum intellectum ſæpe affirmatio negationi contraria eſſe dicitur, & priuationi habitus. vnde dicit { Et ea inſuper, quæ maxime, aut ſimpliciter, aut genere, aut ſpecie differunt } ſenſus eſt quorum differentia ſimpliciter maxima eſt contraria ſunt, vt ſi ens, & non ens dicas. uel plenum, & inane, uel quorum differentia in genere maxima eſt, etiam cõtraria ſunt, ut quæ plurimum in animalibus diſtant. exempli gratia rationis participes, & rationis expers. pedatum & depes, aut in colorum genere album & nigrum. uel quorũ differẽtia in ſpecie maxima eſt, vt quæ in hominibus maxime diſtãt, exempli cauſa ſcire & neſcire, cognoſcere & ignorare, uel virtute præditum & vitioſum eſſe. In omnibus autem his modis intelligitur ut maxime differant. quoniam media ſub eodem genere ſunt, non tamen ſunt contraria, quia non maxime diſtãt. vnde ſiue ſimpliciter, ſiue in genere, ſiue in ſpecie dicas ipſa contraria, nunquam cõtraria dici poſſunt, niſi aut ſimpliciter maxime diſtent, aut in genere maxime, aut in ſpecie maxime. Sic enim contraria dicenda ſunt, non eſt alienũ a ratione, vt Ariſtoteles hic voluerit reducere omnes modos, quibus dicuntur aliqua contraria, ad præſentes, quoniã omnia contraria ſunt, quæ aut ſimpliciter maxime diſtant, aut quæ in genere maxime diſtant, aut quæ in ſpecie maxime diſtant. vnde non perperam illi dixerunt, qui voluerũt hãc rationem, quam Ariſtoteles hic tradit, eſſe quandam generalem rationem contrariorum. quoniam omnes reducuntur ad hanc rationem, quam hic affert.

Cætera uero dicuntur contraria, tum quia talia habent, tum quia ſunt talium ſuſceptiua. tum quia aut talibus afficere, aut affici pñt, aut afficiunt, aut afficiuntur, aut abiectiones ſunt horum, & talium, aut acceptiones, aut habitus, aut priuationes.

Abiectiões. ἀπο βολαὶ. Depoſitiões Amiſſiones.

Cum explicaſſet contraria, quæ ſint, & quot modis dicantur, nunc exponit cætera omnia, quæ contrarijs participant: quæq̃ videntur quaſi contraria ex accidenti: & ut Expoſitor inquit, tangit tres habitudines circa contraria ipſa, quarum prima eſt ſubiecti, quod accipitur in actu, uel in potentia, & dicit { Cætera uero dicuntur contraria } quo contrarijs participãt, & primo ratione ſubiecti, quod explicet, & dicit { tum quia } ſubaudi ſubiecta ſunt, quę actu. ſ. { talia } contraria { habent } vt ignis & vix contraria eſſe dicuntur quia hæc frigus habet, ille calorem, non q̃ in eodem genere plurimum inter ſe diſtent { tum quia } ſubiecta ſunt, quæ { ſunt talium ſuſceptiua } ſ. quæ in potentia habent. ut ſa-

nabile & ægrotabile.uel,ut Alexander,quia ſunt contrariorum excipiẽtia,ut ſi quis rationis particeps,& rationis expers propterea contraria eſſe dicat,q̃ alterum ſcientiam,alterum huius oppoſitum excipiat, quo modo contraria dici poſſunt potentia,quæ virtutem,& ea,quæ vitium excipit.uel potentia,per quam materia grauitatem capit,& per quam eadem leuitatem admittit, ut ipſe in quarto libro de cœlo meminit. ſecundo ratione actiui, atq; paſſiui, quatenus ſumuntur in actu, & in potentia. dicuntur aliqua participare contrarijs, & hoc explicat,& dicit ⁊ tum quia aut talibus afficere,aut afici poſſunt ⁊ & ſic potentia dicuntur agere uel pati: ut calefactiuum,& refrigeratiuum contraria dicuntur, quia contraria efficere poſſunt.& calefactibile, & refrigerabile,hæc.n. contraria dicuntur, quia contrarijs affici poſſunt. uel contraria poſſunt pati ⁊ aut efficiũtur ⁊ .ſ.actu ⁊ aut afficiũtur ⁊ .ſ. actu.quæ enim afficiunt actu contrarijs,dicuntur contraria, quia actu contraria faciunt.ut calefaciens,& refrigerans quę autem contrarijs afficiuntur contraria ſunt, quia contraria actu patiuntur.ut calefactum,& refrigeratum. tertio ratione generationis, & corruptionis dicuntur contraria aut cum generatio,& corruptio accipiuntur per ſe,aut cum accipiuntur quo ad terminos,qui ſunt habitus & priuatio. vnde dicit ⁊ aut abiectiones ſunt horum talium ⁊ ſubaudi,quę contrarijs participant, ueluti quod calorem abijcit ei, quod frigus ⁊ aut acceptiones ⁊ ueluti quod calorem accepit ei,quod accepit frigus. hęc cum generatio & corruptio per ſe capiũtur. deinde exponit generationes & corruptiones, quæ participant cõtrarijs,quo ad terminos, & dicit ⁊ aut habitus,& priuationes ⁊ nam priuatio albi oppoſita eſt priuationi nigri,ſi cuti habitui. uel qđ calorem habet, oppoſitum eſt ei,quod non habet,ſed habere poteſt.uel ut viſus & cęcitas. hæc ſunt, quæ dicuntur contraria participatione. ex quibus patet ea dici ſecundum genus,& ſecundum ſpeciem.contraria,quoq; differentia maxima eſt uel ſecũdum genus,uel ſm ſpeciem.contraria quoq; dicuntur ſecundum contrariorum abiectiones exempli cauſa,quod ſanitatem expellit ei, quod morbum inducit. quin & ſecundum eiuſdem abiectionem & admiſſionem contraria dicũtur,ut quod ualetudinem recipit, contrarium eſt ei, quod eandem abijcit. Item ſecundum habitus contrariorum nonnulla dicuntur contraria, ut recte ualens morbo laboranti. & ſecundum priuationes pari ratione.nam quod ualetudine priuatum eſt, cõtrarium eſt ei, quod morbo uacat. & uicisſim habens ſanitatem ſanitate carenti.

**Cum autem unum & ens multis modis dicantur, cætera quoq;, quæ per ipſa dicuntur, ſequantur neceſſe eſt. Quare & idem, & diuerſum, atq; contrarium ita ſeſe habent, ut aliud ſit atq; aliud in unoquoq; prædicamento.**

Nunc aſſignat cauſam quare idem,& diuerſum, & contrarium dicantur decem modis pro numero prædicamentorum,& dicit ⁊ Cum autem unum,& ens multis modis dicantur ⁊ decem.ſ.modis ⁊ cætera quoq;,quę per ipſa dicuntur ⁊ .i.quæ dicuntur ſecundum unumquodq; eorum, & in ſingulis ⁊ ſequantur neceſſe eſt ⁊ totidem uidelicet pro numero prædicamentorum dici. deinde concludit per exempla id,quod concluſit,& dicit ⁊ Quare etidem & diuerſum atq; contrarium ita ſeſe habent,ut aliud ſit,atq; aliud in unoquoq; prædicamento ⁊ ergo vnumquodq; horum dicitur decem modis pro pro numero decem prædicamentorum. in prædicamento enim ſubſtantiæ idem habetur & diuerſum,ſimile & contrarium.ſimili modo in qualitate,& quantitate,cæteriſq; ſingulis generibus.itaque decem modis horum vnumquodq; dicetur.quoniam in ſubſtãtia quoq; contrarietas eſt,propterea q̃ quę contraria obtinent,patiuntur, efficiunt,abijciunt, uel expellunt,inter ſe contraria dicuntur. Quo fit, vt per ſingula prædicamenta ſit diuiſio eiuſdem & diuerſi,ſimilis & contrarij.quo rurſus intelligitur,horum diſputationem ad primum philoſophum pertinere.

**Diuerſa uero ſpecie dicuntur,& quæ ſub eodem genere collocata non ita ſe habent, ut alterum ſub altero collocetur.**

Nunc quot modis ſpecie diuerſa dicantur, exponit nam ſupra cum mentionem contrariorum faceret, ex eorum numero eſſe dixit,quæ ſpecie ſunt diuerſa. quot igitur hæc modis dicantur,declarat,& dicit ⁊ Diuerſa uero ſpecie dicũtur, & quæ ſub eodem genere collocata non ita ſe habent,ut alterum ſub altero collocetur ⁊ .i.quæ ex eodem genere in diuerſum diuiſa ſunt, ut ſcientia & albedo ſub qualitate nam cum ſub eodem genere ſint,ſubalternæ non habentur, nec contra ſe diuiduntur oppoſitis differentijs.

**Et quæ ſub eodem genere collocata, differentiam habent.**

Aſſignat ſecundũ intellectum, & dicit ⁊ Et quæ ſub eodem genere collocata differentiam habent ⁊ .ſ.ſubalternationis. quo modo diuerſæ inter ſe dicuntur ſpecies ſubalternæ.nam & hę diſcrimen habent inter ſe,ut aquatile,& piſcis ſub animali,& uolatile & gallina etiã ſub animali.hæc enim ſub animali differunt,cum ſint ſubalterna.

**Et quæ in ſubſtantia contrarietatem habent.**

Aſſignat tertium intellectum, & dicit ⁊ Et ⁊ .ſ.ſpecie tertio modo diuerſa dicuntur ⁊ quæ in ſubſtantia contrarietatem habent ⁊ quomodo aqua ab igne ſpecie diuerſa dici poteſt, vtpote in quorum ſubſtantia, ut in ſubiecto cõtrarietas inſit,cum hic ſubſtantiam habeat calidam & ſiccam. illa frigidam & humidam: quorum genus eſt naturale corpus vel elementum.

**Et ipſa contraria diuerſa inter ſe ſunt ſpecie aut omnia, aut ea,quæ primo dicuntur.**

Aſſignat quartum intellectum, & dicit ⁊ Et ⁊ .ſ.quarto modo ⁊ ipſa contraria diuerſa inter ſe ſunt ſpecie aut omnia, aut ea, quæ primo dicuntur ⁊ ſunt primo contraria,uel quæ in eodem genere plurimum inter ſe diſtant, ut contraria definiri ſolent.aut prima dicit,quæ proprie contraria ſunt, non quæ contrarijs participant,aut contraria excipiunt, aut efficiunt, aut patiuntur, aut quæ alio modo contraria dicuntur ex his,quos pauloante cõmemoramus, nam & hæc contraria nuncupant,licet non proprie,& propterea dixit ⁊ aut omnia ⁊ .ſ.contraria tam proprie dicta, q̃ quæ dicũtur participantia cõtrarietate ⁊ aut ea,quæ primo ⁊ .i.proprie ⁊ dicuntur ⁊ ſaltem.dixit autem ⁊ aut omnia,aut ea,quæ primo dicuntur ⁊ quia non oportet omnia eſſe ſpecie diuerſa,neq; enim oportet, ut ſpecie diuerſa ſint, quæ contraria quædam excipiunt. quoniam ſecundum idem ſunt contrariorum excipientia.

**Diuerſa ſpecie ſunt & ea, quorum in generis ultima ſpecie diuerſæ ſunt rationes. ut homo,& equus, quæ genere quidem ſunt indiuidua, at rationes habent diuerſas.**

Aſſignat quintum modum,& dicit ⁊ Diuerſa ſpecie ſunt & ea,quorũ in generis ultima ſpecie diuerſæ ſunt rationes ⁊ ideſt diuerſa ſpecie ſunt ſpecies indiuiduæ, quæ cum eodem genere contineantur, rationes, definitionesq; diuerſas habẽt ⁊ vt homo,& equus, quæ genere quidem ſunt indiuidua ⁊ ideſt nam ſpecies indiuiduæ ultimæ ſunt ⁊ At rationes habent diuerſas ⁊ quod ideo addidit, quia poſſet alicui uideri vltimas ſpecies non habere rationes diuerſas, cum ſub uno eodemq; genere contineantur.

**Et quæ cum in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habent.**

Aſſignat ſextum modum, & dicit ⁊ .ſ.ſexto modo dicuntur di



uerſa ſpecie ⁊ quæ cum in eadem ſubſtantia ſint, differentiam habent ⁊ & hunc modum Expoſitor refert ad accidentia,ut cum aliqua accidẽtia ſunt in eodem ſubiecto,quæ tamen differunt inter ſe, q̃ impoſſibile ſit plura accidentia vnius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe: & ſic accipit in eadem ſubſtantia.i.in eodem ſubiecto. Alexander uero in eadẽ ſubſtantia,in eadem definitione,atq; ratione exponit, ut indiuidua,quæ in eadem ſpecie continentur,ut Simõ,& Socrates, quoniam cuiq; ſua forma diuerſa eſt.etiam intelligi poteſt, quæ in eadem ſubſtantia differentiam habent, ut dicat corpora,quæ in ſubſtantia non habent mutuam oppoſitionem quema dmodum habent ignis & aqua,quandam tamen differentiam habent, & ad hunc modum terra & aqua diuerſa ſunt.non enim terra perinde ab aqua differt atque ab aere. quoniam ab aere differt per contrarietatem.neq; aqua perinde ab aere atq; ab igne.ac de his ſupra diſputauit.ſex igitur modis dicuntur diuerſa ſpecie.

**Eadem uero ſunt ſpecie, quæ his oppoſito modo dicuntur.**

Cum dixiſſet de iſs, quæ ſpecie diuerſa ſunt, nunc de his, quæ ſpecie ſunt eadem,agit,& dicit ⁊ Eadem uero ſunt ſpecie,quæ his ⁊ .ſ.quæ ſpecie diuerſa ſunt ⁊ oppoſito modo dicuntur ⁊ & tu intelligas, cũ his ſigillatim oppoſito modo dicuntur,utputa ſingula ſingulis reddendo. ad hunc modum aliqua erunt ſecundum aliquid ſpecie diuerſa,ſm aliquid eadem.ut genera,quorum alterũ alteri ſubijcitur,ſunt eadem: & nõ eadem ſpecie.eadem.ſ.qm̃ diuerſa ſpecie ſunt, quæ ex eodem genere nõ ſubijciuntur alterum alteri. itaq; erunt ab hoc eadem,quia ſubijciuntur inter ſe. Rurſus erunt diuerſa, qm̃ etiam ſecundum hunc intellectum quædam erũt ſpecie diuerſa.nam diuerſa eſſe dicebamus,quę cum ſint in eodem genere,diſcrimen quoddam habent,qualia ſunt ſubalterna. quædam igitur erunt eadem ſpecie, qm̃ ſubalterna ſunt alia quia cum ſint in eodem genere,differentiam non habent, vt homo & homo.& quæ in ſubſtantia contrarietatem non habent,ut ignis & aer, ſi quidem horum formæ non ſunt omnino contrarię. ſi enim ab aqua ignis propterea diuerſus eſt, qm̃ oppoſitionem habet, ſequitur, ut idẽ ſit atq; aer; cũ quo non perinde pugnat.aut ſi hoc non placet, ignisq; cum aere oppoſitiõem dicatur habere.at certe ſecundum hunc intellectum ignis idem erit,atq; ignis, ad quem nulla habet oppoſitionem in ſubſtantia, atque non contraria in eadem ſpecie fuerint, ut equus, & canis,nigrum & fuſcum.item quorum rationes in ultima generis ſpecie non ſunt diuerſæ,ut homo, & homo,& equus & equus eadem ſpecie ſunt,& quæ in eadem ſubſtantia nullum diſcrimen obtinẽt, ut idem numero ipſum ſibi eſt idem,& quæ multis nominibus nuncupantur ipſa inter ſe, nec aliud quærere oportet per ſingulas expoſitiones.hæc enim per additiones diuerſas plurifariam eadem ſunt inter ſe. Quare breuiter concludendo eadem ſpecie dicũtur tot modis, quot dicũtur diuerſa ſpecie ſigillatim ſingulis ſingula reddendo.quibus,ut Alexander dixit, ſequitur vt eadem una ratione ſint diuerſa ſpecie,alia autem ratione eadẽ ſpecie qm̃ aliqua poſſunt uno intellectu eſſe diuerſa ſpecie quæ altero intellectu erũt eadẽ ſpecie,ut Alex.demõſtrauit. Et tu potes exempla afferre, quæ ipſa ſubiunxit.

**Priora poſteriorave quædam dicuntur ex eo quia aliquid primum in unoquoq; genere, atq; principium eſt. id enim eſt prius, quod eſt propinquius cuidam primo, aut ſimpliciter naturave, aut ad aliquid, aut loco, aut ab aliquibus iam definito.**

Nunc prioris poſterioreve intellectus exponit,quorũ diuiſionem in prędicamentis quoq; perſecutus eſt.uerum illic accepit prius tempore,natura,ordine,potentia,& eorũ, quæ inter ſe conuertunt,quod alteri eſt exiſtẽdi cauſa.hic autem quædam priora eſſe dicit,quia propiora ſunt alicui determinato principio,determinato dico autem ſimpliciter,atq; natura,aut ad aliquid,aut quod à quibuſdam putatur.vñ dicit ⁊ Priora poſteriorave quędam ex eo dicuntur,quia aliquid primum in unoquoq; genere,atq; principium eſt ⁊ per quæ innuit ſignificationem prioris atq; poſterioris dependere à ſignificatiõe principij, quod principium in unoquoq; genere eſt primum. Quòd autem ſignificatio prioris, poſteriorisve dependeat à ſignificatione principij, probat,et dicit ⁊ id enim eſt prius, quod eſt propinquius cuidã primo ⁊ & cũ dixiſſet ⁊ cuidã primo ⁊ exponit quomodo primum ſm Alex,& dicit dico autẽ cuidam primo ⁊ aut ſimpliciter naturave,aut ad aliquid,aut loco, aut ab aliquibus iam definito ſimpliciter naturave ⁊ ſicuti cauſa ſimpliciter naturave prior eſt ſua effectu ⁊ ad aliquid ⁊ ſicuti effectus prior dicitur ſua cauſa, non.n.dicitur ſimpliciter naturave prior,ſed cognitione: & reſpectu cognitionis noſtrę, ſimiliter perfectũ põt dici prior perfectione ſua cauſa, ut cõpoſitum ſua materia, quæ tamẽ eſt ſimpliciter prior amplius dignius põt dignitate eſſe prius quod ſimpliciter naturave erit poſterius ⁊ loco ⁊ vt ſiquis locus(cum non ſit natura prior q̃ cæteri)tanquam prior tamen illis ſumatur,ut locorum, qui ad Eleuſin pertinent primus eſt vrbi proximus. quoniam ipſe prior eſt cæteris, qui deinde ſequuntur ⁊ ab aliquibus ⁊ vt ſi quiſquam eorum, qui prius accipiunt, locum ſtatuat, ad quem dicatur prius. verba ⁊ aut ſimpliciter,naturave aut ad aliquid, aut loco, aut ab aliquibus iam definito ⁊ Expoſitor refert tam ad primum, q̃ ad id, quod eſt primo propinquius. Alexander uero ſolum retulit ad ipſum primum'. Auerroes autẽ hanc dictionem ſecat quòd prĩcipium accipi poſſit pro primo in vnoquoq; genere,& pro eo, quod eſt propinquius primo: quod non conſonat verbis Ariſtotelis, licet ſit verum. hactenus generatim. Quę Auer. cõmẽ. 16.

Loco quidem,ut quæ propinquiora ſunt, aut alicui loco natura definito, ut medio,uel extremo. aut ut contingit. poſteriora uero, quæ longius diſtant.

Cum ꝓpoſuiſſet diuiſionem prioris & poſterioris dixiſſetq; eſſe aliqđ prius loco,nunc ſubdiuidit ea,quæ ſunt priora loco,& dicit ⁊ loco quidẽ ⁊ ſubaudi priora poſterioraq; dicuntur dupliciter in ordine ad locum,qui natura eſt definitus,& primus ſuapte natura ⁊ vt quæ propinquiora ſunt aut alicui loco natura definito ⁊ cuius exemplũ ſubdit ⁊ vt medio ⁊ quod eſt centrũ terræ, ad quod feruntur grauia, Q ua ordinatione terra erit prior, deinde aqua, & ſic deinceps ⁊ vel extremo ⁊ quod eſt concauum orbis Lunæ,qua ordinatione ignis erit prior, aer deinde, & ſic conſequenter ⁊ aut ⁊ propinquiora alicui loco definito ⁊ vt contingit ⁊ atq; a caſu,priora ſunt,ſicuti in lapidibus ſuperpoſitis inuicem in aceruo,vbi qui propinquior eſt ſupremo,vno ordine erit prior,alio ordine erit prior,qui eſt propĩquior infimo. deinde de poſterioribus ſubdit ⁊ Poſteriora vero,quæ longius diſtant ⁊ .ſ.a primo natura,vel euentu.

Tempore uero, nam partim quidem ex eo priora dicuntur, quia remotiora ſunt a præſente temporis puncto, ut in his, quæ fuerunt exacta. Troiana enim Perſicis priora ex eo eſſe dicuntur, quia a præſentepuncto longius diſtant: partim autem ex eo, quia ſunt inſtanti puncto propinquiora, ut in futuris. priores enim propterea ludi Iouis ludis Apollinis eſſe dicuntur, quia puncto inſtanti propinquiora ſunt: ubi utimur ipſo temporis præſente puncto, perinde, ut principio atq; primo. Ludi Iouis. ἐν μέσῳ. Ludi Apollinis. πύθια.

Nunc ſubdiuidit ea, quæ ſunt priora, poſteriora ve tempore, quæ non perinde omnino dicuntur atq; priora ſecundum locum. illic enim priora ſunt quæ propius ad conſtitutum locum accedunt. At non ſic in tempore, ſed in præteritis, quæ remotiora a præſenti ſunt, in futuris, quæ propiquiora. unde dicit { Tempore uero } priora poſteriora ve dicũtur non eadem ratione { nam partim quidẽ ex eo priora dicũtur, quia remotiora ſunt à preſenti temporis pũcto, ut in his, quæ fuerunt exacta } hoc eſt in præteritis, cuius exemplum affert, & dicit { ut Troiana }. ſ. bella { Perſicis } bellis. ſ. { priora ex eo eſſe dicuntur, quia à præſente puncto longius diſtãt } bella enim Troiana, quibus greci cũ Troianis bellum geſſerunt bellis Medicis. i. Perſicis, quibus Xerſes rex Perſarum & Medorum Græciam expugnauit, priora ſunt. quia remotiora ſunt à preſenti momento. Deinde affert ſecundũ membrum, & dicit { partim autẽ ex eo } priora ſubaudi aliqua ſunt { quia ſunt inſtanti pũcto propinquiora, ut in futuris } cuius exemplum affert, & dicit { priores enim propterea ludi Iouis ludis Appollinis eſſe dicuntur, quia puncto inſtanti propinquiora ſunt } inſtanti. i. puncto præſenti, in quo Ariſtoteles ſcribebat hæc. Ex quibus colligitur quale primum, atq; principium ſit præſens punctum: & dicit { vbi utimur ipſo tẽporis præſente puncto, ut principio, atq; primo } potiſſimum ſuppoſita æternitate tẽporis. ſuppoſita enim temporis æternitate, nullum, vt Expoſitor inquit, principium in tempore accipi poteſt, præter ipſum momentum, quod eſt præſens punctum & medium præteriti atq; futuri. unde & Auerroes qui tenuit temporis æternitatem, inquit, non enim ſcilicet in ipſo æterno tempore eſt prĩcipium naturaliter, ſed poſitione: & ita concordat cum Expoſitore.

Motu autem. quod enim propinquius eſt ei, quod primo mouit, id prius eſt, ut puer uiro. Eſt autem & hoc principium quoddam ſimpliciter.

Nunc de prioribus poſterioribusve agit ſecundum ordinem ad illud, quod eſt principium, & primum in ipſa motione, & dicit { Motu autem } prius poſterioribus ve dicitur ſecundum ordinem ad motorem, cuius rationem ſubdit { qđ enim propinquius eſt ei, quod primo mouit, id prius eſt } cuius exemplum affert, & dicit { ut puer uiro } ꝙ videlicet genitori ſit propinquior. deinde quale ſit hoc principium, quod eſt primum in ipſa motione { eſt autem & hoc principium } quod uidelicet in motione eſt primum { quoddam ſimpliciter }. i. ſecundum naturam: quod addit ad differentiam principij, quod in tempore ſumitur, nam principiũ, quod in tempore ſumitur, non eſt ſimpliciter atq; natura principium, ſed poſitione, ut dictum eſt. At principium, quod eſt primum in ipſa motione, non eſt poſitione, ſed ſimpliciter natura principium.

Potentia. nam quod potentia antecellit, quodq; potentius eſt, id prius dicitur eſſe. tale autem eſt, cuius electioni alterum ipſumq; poſterius obtemperet, ſequaturq; neceſſe eſt, atq; adeo, ut illo mouente, moueatur, & non mouente, non moueatur. eſt aũt electio principiũ.

Nunc de prioribus ſecundũ ordinem ad ipſam potẽtiam, & dicit { Potẽtia } etiam ſubaudi dicitur prius, poſteriusve, cuius expoſitionem ſubdit { nam quod potẽtia antecellit } vt princeps { quodq; potentius eſt } nam princeps antecellit potentia, & ſubditis potentior eſt { id prius dicitur eſſe } deinde exponit quid eſt antecellens potẽtia, & ipſum potentius, & dicit { tale autem }. ſ. potentius, quod & potẽtia antecellit { eſt cuius electioni neceſſe eſt } vt { alterũ, ipſumq; poſterius obtẽperet ſequaturq; } & pareat { atq; adeo }. ſ. ipſum poſterius obtemperet { ut illo }. ſ. principe { mouente mouetur, & non mouente non moueatur } prout illi placitum fuerit { eſt autem electio principium } ergo prius in hoc ordine etiam dicetur propinquitate ad primum. Quare in hoc ordine prius potẽtia eſt id, quod præſcribit, poſterius vero, quod ad illius præſcriptum mouetur. principium aũt mouentis uoluntas, ad quam propius accedit, quod ipſam habet, cui quod ab hoc ipſo dicetur, uel præſcribitur.

παραστάτης. Aduitor in bello.

Ordine. hæc autem ea ſunt, quæ ad unum quippiam definitum ratione aliqua diſtare: ut is, qui in bello adiutor eſt, tertio prior eſt. & infidibus penultima ultimam antecedit. ibi enim iſte, qui caput chori obtinet, hic media principium eſt. hæc igitur hoc modo priora dicuntur.

τρίτος τοῦ. Tertio. κορυφαῖος. Dux.

Nunc de prioribus poſterioribus ve per reſpectum ad aliquod principium definitum à quo ratione aliqua diſtant definitum dico in aliqua multitudine, quæ ordinatur ad unum finem, qualẽ in exercitu, uel harmonia principium definitũ dicit. vnde dicit { Ordine } videlicet priora poſteriora ve dicuntur, quæ in his, quæ ſunt unum ordine principium definitum habent. & exponit quæ, & dicit { hæc autem }. ſ. priora { ea ſunt, quæ } in multitudine, quæ eſt unum ordine { ad unum quippiã definitũ ratione aliqua diſtãt } hoc eſt priora poſteriora ve ſunt. ut paraſtates exponit Argyropylus, ut in ſaltatione ſecũdus tritoſtato. i. tertio prior eſt. Alexander exponit. ut in choro, qui primum ordinẽ tenet, prior eſt eo, qui tertĩ, prout enim a Choriphæo. i. à duce chori abſunt, prior et poſterior dicũtur. ductor nãq; principium eſt. fortaſſe nõ recedendo à re ipſa, παραστάτης is eſt, qui in bello adiutor eſt, hic enim prior eſt τριτοστάτου. i. tertio. vnde Auerroes, dicimus enim in acie hominum ſecũdum eſſe ante tertium in reſpectu primi, qui eſt in capite. deinde affert aliud exemplũ, & dicit { & infidibus } paranete. i. { penultima } prior eſt ꝙ nete. i. { ultimã antecedit } pro interuallo quo diſtant à media deinde affert differẽtiam inter principium in primo exẽplo, & principiũ in ſecũdo exẽplo, & dicit { ibi enim }. ſ. in primo exemplo, principium eſt { iſte, qui caput chori obtinet, hic }. ſ. in ſecundo exemplo { media }. ſ. fidus { principiũ eſt } uel ſic { ibi enim }. ſ. in exercitu { hic }. ſ. in harmonia: in qua eſt media chorda, ꝙ græce dicitur μέση, pro principio, & παρανήτη. i. eſt penultima, & νήτη. i. ultima, in inſtrumẽtis enim muſicis, eſt ὑπάτη, quæ eſt corda inferior tenoris, uel corda grauis. chorda acuta dicitur νήτη, media vero μέση. παρανήτη autem quæ eſt iuxta netẽ, propinquior meſæ, ideo chorda media in tal bus tenet locum principij, cui propinquior prior eſſe cenſetur: ut paranete ipſa nete.

Que Aut. cõmẽ. 16.

Alio uero modo id dicitur prius, quod antecedit cognitione: ut & ſimpliciter prius.

Cum dixiſſet { hæc igitur hoc modo priora dicuntur } voluit dicere, quinque modi, quibus prius quicq; dicitur, ad unum quoddam cõe referuntur, quod. ſ. eſt principium, & primum in unoquoq; genere. nam etſi locus, tẽpus, motus, potentia, ordo, quæ accipiuntur, differant inter ſe, modus tñ acceptionis eſt idẽ. ꝓpea ſubſcribens aliũ modũ dicit { alio uero modo id dicit prius, quod antecedit cognitiõe } ſubaudi id, quo dicitur prius { ut & ſimpliciter prius } ſubaudi eſt unus modus eius, quod dicit cognitione prius. non ꝙ omne prius cognitiõe ſit ſimpliciter prius, ſed ꝙ unus modus eius, quod dicitur prius cognitione, ſit id, quod eſt ſimpliciter, & natura prius.

Priorum autẽ hoc pacto alia ratione quidem uniuerſalia, ſenſu autem ſingularia ſunt priora.

Ne tu putes omne prius cognitione eſſe ſimplr prius, diſtinguit ea, quæ ſunt cognitione priora, & dicit { priorum autem hoc pacto }. ſ. cognitione { alia ratione quidem uniuerſalia } quæ eadem, ut Alexãder inquit, ſimpliciter & natura



tura ſunt priora. per hæc enim cognitio in diſciplinis comparatur { ſenſu autem ſingularia ſunt priora } & hæc non ſimpliciter, ſed quo ad nos priora eſſe uidentur. & ita per hunc intellectum prioris tum uniuerſalia, tũ ſenſibilia priora ſunt.

Ratione etiam accidens prius eſt toto, ut muſicum, homine muſico. non enim erit ratio ſine parte. quanquã non fit, ut muſicum ſit, ſi non quippiam ſit muſicum.

Cum expoſuiſſet uniuerſalia eſſe priora ratione, nunc exponit alia, quæ ſunt ratione priora, & dicit { ratione etiã accidens prius eſt toto } quod. ſ. ex ſubiecto cõſtat & accidente. cuius exemplum affert, et dicit { ut muſicum } prius. ſ. ratione eſt { homine muſico } quod. ſ. conſtat ex ſubiecto & accidente cuius ratio eſt quod poteſt cognoſci ſine alio, & alius non ſine ipſo eſt eo prius ratione. & quaſi aſſignans minorem dicit { non enim erit }. ſ. tota { ratio } ſubaudi apta cognoſci { ſine parte }. i. niſi prius cognoſcatur pars. ergo pars. ſ. accidens eſt prius ratione eo, quod cõſtat ex ſubiecto & accidente. & quia dixit accidẽs prius cognoſci ꝙ compoſitum ex ſubiecto, & accidente. ne tu putes accidens poſſe eſſe ſine cõpoſito, ſicut põt cognoſci ſine eo, ſubdit { quãq; non fit. ut muſicum ſit. ſi non quippiam ſit muſicum } ergo licet accidens ſit prius cognitione eo, quod eſt compoſitum ex ſubiecto, & accidente, tamen non poteſt eſſe, niſi in compoſito, cuius eſt pars. Quo uero ad rem attinet, accidens eſt prius ratione eo, quod componitur ex ſubiecto & accidente ſed nõ omnino, ſed quoniam rationis eſt pars. nam quo ſimplicius vnumquodq; eſt, eo prius eſt. pars autem ſimplicior eſt toto, eſtq; totum muſicus homo, pars uero muſicum. ita licet fieri nequeat, ut muſicum ſit abſq; ſubiecto, tamen qđ ſubſtantia poſterius eſt, id ratione prius eſt, quoniam pars eſt rationis huius homo muſicus.

Præterea priorum affectus priores dicuntur, ut rectitudo lenitate. nam illa lineæ, hæc ſuperficiei per ſe affectus eſt. quædam igitur hoc pacto priora poſteriora ve dicuntur.

Cum dixiſſet priora cognitione, nunc exponit, quæ ſunt priora in affectibus, & dicit { priorũ affectus priores dicuntur, ut rectitudo } prior eſt { lenitate } cuius rationem ſubdit { nam illa } affectio. ſ. quæ eſt rectitudo, eſt affectio { lineæ. hæc }. ſ. lenitas { per ſe ſuperficiei affectus eſt } modo linea prior eſt ſuperficie. deinde epilogat, & dicit { quædam igitur hoc pacto } vt Expoſitor inquit, ſecundum ordinem cognoſcendi { priora poſteriora ve dicuntur } nã linea ſimpliciter atq; natura prior eſt ſuperficie. ſuperficies uero ſenſu prior eſt linea, & affectus compoſitorũ ſimiliter priores ſenſu ſunt affectibus ſimplicium. At Alexander hunc ordinem eſſe in affectibus ait, quo affectus affectu prior eſt quem talem eſſe dicit, qualis eſt in ſubiectis, quorum ſunt affectus. propterea ait Ariſtoteles { quædã igitur hoc pacto }. ſ. quo ordine ſe habẽt ſubiecta { priora poſteriora ve dicuntur. }

Quædam uero natura ſubſtantiave, quæcunq; eſſe ſine aliis poſſunt, & ſine quibus alia nequeunt eſſe: qua diuiſione uſus eſt Plato.

Quoniam, ut Alexãder inquit, intellectum tacuerat, quo linea ſuperficie prior eſſe dicitur, ideo docẽs ea, quæ ſubſtantia & natura ſunt priora, uoluit habere quomodo linea ſit ſuperficie prior, & dicit { Quędã uero natura ſubſtantiave } ſubaudi priora ſunt { quæcũq; eſſe ſine aliis poſſunt, & ſine quibus alia nequeunt eſſe } hoc pacto liuea prior eſt ſuperficie, & ſuperficies prior corpore { qua diuiſione }. i. quo modo prioris { vſus eſt Plato } in uniuerſalibus videlicet, quæ dixit eſſe priora ſingularibus, & in mathematicis, nam dixit lineam priorem eſſe ſuperficie, ſuperficiem autem corpore, & numerum priorem eſſe omnibus aliis.

Cum autem ipſum eſſe pluribus modis dicatur, primo quidem ſubiectum eſt prius, quapropter ſubſtantia antecedit.

Cum accepiſſet priora natura eſſe, à quibus non cõuertitur ſubſiſtendi conſequentia, & poſuiſſet ſub hoc membro vniuerſalia, mathematica, et numeros, nunc ſub hoc eodem membro vult ponere ſubſtantiam antecedere omnia accidentia, & dicit { Cum autem ipſum eſſe pluribus modis dicatur } quia decem. ſ. pro numero prædicamentorũ { primo quidem ſubiectum eſt prius { ſubaudi omnibus, quorũ eſt ſubiectum, tunc ſubaudi ſubſtantia eſt ſubiectũ omniũ accidentium { quapropter } ut inquit { ſubſtantia antecedit }. ſ. omnia accidentia. Syllogiſmus eſt in prima figura. Subſtantia enim quatenus ſimul tollit, non tamen ſimul tollitur, prior cæteris eſt. item qua ſubiicitur, quaq; cætera idcirco ſunt, qa ipſi ſubiectæ ſiunt, maxime, ac primũ ens eſt.

Deinde alio modo ea, quæ ſunt potentia, & quæ ſunt actu. alia nanq; potentia ſunt priora, alia actu. Velut potentia quidem prius eſt dimidia linea, tota, & pars toto, & materia ſubſtantia ipſa. Poſterius autem actu. toto nanq; diſſoluto, erunt actu.

Aſſignat tertium modum, quo aliqua dicũtur priora, poſteriora ve, qui attenditur in potentiam & actum. Sic totũ & prius, & poſterius ſuis partibus eſſe demonſtratur. Pars enim potentia prior eſt ꝙ totum, actu uero totum ꝙ pars, vnde dicit { deinde alio modo ea, quæ ſunt potentia & quæ ſunt actu } cuius rationem ſubdit { alia nanq; potẽtia ſunt priora, alia } contrà actu. Pars enim potentia prior eſt ꝙ totum, actu vero totum ꝙ pars, docet autem exemplis quo potentia & actu quicquã prius eſſe dicatur. & dicit { veluti quidẽ prius eſt dimidia linea tota } ſcilicet ipſa linea { & } generatim { pars toto. & materia ſubſtantia ipſa }. i. toto ipſo compoſito, nam horum unumquodq; in toto exiſtens potentia prius eſt quàm actu ſit, et nulla pars dum pars eſt, actu per ſe eſt. Ideo ſubdit { poſterius autem actu }. ſ. eſt vnumquodq; eorum { toto nanq; diſſoluto, erunt actu } igitur unumquodq; eorum eſt prius potẽtia quàm ſit actu. Contra autem totum eſt prius actu quàm partes, quæ potentia erant in toto, efficiantur actu. vel ſic, in compoſitione potentia quidem prius eſt dimidia linea ꝙ tota, & pars quàm totum, & materia quàm ſubſtantia compoſita, quoniam totum ex harum compoſitione conſtat, & ſic oportet, vt partes præſint. In diſſolutione autem contra totũ actu eſt prius partibus, quoniam pars ex diſſolutione actu efficitur ex ipſo toto, quod prius fuit in actu, et ideo ſubdit { poſterius autem } actu unumquodq; eorum eſt { toto nanq; diſſoluto } quod prius actu erat { erunt actu } quæ præfuerunt potentia.

Modo itaq; quodam omnia, quæ priora, poſterioraq; dicuntur, ut hæc ipſa dicuntur. Quædam enim in generatione ſine aliis eſſe poſſunt, quo pacto totum eſt partibus prius. Quædam in corruptione, ut totum ipſum pars antecedit. Similiter & cætera ſeſe habere uidentur.

Docet omnes modos eſſe reducẽdos ad unum, & Expoſitor putat omnes modos eſſe reducendos ad eum, quo dicimus prius eſſe, à quo non conuertitur ſubſiſtendi cõſequentia. Sed Alexander putat omnes eſſe reducendos ad eũ, qui potẽtię & actus dicitur. unde Ariſtoteles dicit { Modo itaq; quodam omnia, quæ priora, poſterioraque dicuntur ut hæc ipſa } ſcilicet quæ priora poſterioraq; potentia & actu ſunt { dicuntur } nam illud pronomen hęc ad proxime dictum referri ſolet, & cum proxime dixerit eſſe prius atq; poſte-

rius actu & potentia, uidetur ad hunc modum reducere omnia priora posterioraque. quare sensus erit, quæ priora, & posteriora dicuntur, ea omnia quodammodo secundum hunc modum potentiæ & actus dicuntur. nam in generatione substantiarum partes prius potentia quàm totâ generantur. Tota uero actu prius quàm partes, in corruptione autem è contrario. hoc autem declarat, & dicit { Quædam enim in generatione sine alijs esse possunt quo pacto totum est partibus prius } nam cum totum genitum est, partes non sunt genitæ actu, sed potentia. ergo totum in generatione actu prius est quàm partes. sic igitur totum actu prius est partibus, quod probat argumento, quia sine partibus actu esse potest, quia cum totum est actu, partes eius actu esse non possunt. Quare cum totum fuerit in generatione, totum prius est partibus, totum enim est, pars non est. deinde ostendit in corruptione esse è contrario, & dicit { Quædam in corruptione } scilicet priora sunt { vt totum ipsum pars antecedit } nam in corruptione totum non est pars est actu. ergo omnes modi reduci possunt ad eum, qui potentiæ & actus dicitur. quoniam dato priori quouis modo, in eo est posterius potentia. Et dato posteriori quouis modo semper in eo est prius potentia. fortasse expositio Expositoris non est dissona dictioni, quoniam cum ait { Modo itaque quodam omnia, quæ priora posterioraque dicuntur, ut hæc ipsa dicuntur, ut hæc ipsa } intelligit, quæ statim subscribentur, & tunc intelligit priora posterioraque quæ secundum consequentiam subsistendi non conuertuntur. nam de his subdit { quædam enim in generatione sine alijs esse possunt, quo pacto totum est partibus prius. quædam in corruptione { subaudi sine alijs esse possunt { vt totum ipsum pars antecedit } ergo omnia priora sunt priora ex eo, quia non conuertuntur secundum essendi consequentia. nam licet non deduxerit nisi in vno exemplo, voluit, vt eodem modo in omnibus intelligatur: cum ait { similiter & cætera sese habere uidentur } quoniam omne prius quouis modo prius in suo priori, & quo prius est, non dependet à posteriori, sed potius è conuerso. Qua ratione fit, ut omne prius quouis modo prius, quatenus est prius potest esse sine posteriori, posterius autem nequaquam sine priori. igitur omnia priora reducuntur ad ea, quæ possunt esse sine alijs, & non è conuerso. Alexander vero sequendo suam expositionem dicit { similiter & cætera sese habere uidentur } scilicet quorum non est proprie generatio. Non enim cuncta entia per generationem esse fortiuntur. Eadem igitur erit ratio eorum, quæ, licet ipsorum non sit generatio, tamen tota quodammodo sunt, & partes habent. perinde nanque in his parte toto priores sunt potentia, eædem actu posteriores. similiter sese res habet in linea, & superficie, & omnibus substantiæ accidentibus quanto, quali, & cæteris. nam horum accidentium licet generatio proprie non dicatur, est tamen aliqua generatio, quæ non nisi simpliciter, sed per additamentum dicitur. in his igitur singulis prioritate potentiæ ad actum partes sunt priores totis, prioritate uero actus ad potentiam tota priora sunt partibus, sed quæres vtrum in sempiternis corporibus partes sunt priores totis, an è contrario? Respondet Alexander in sempiternis diuinisque corporibus partes non esse potentia in totis. siquidem eæ partes potentia sunt, quæ possunt aliquando actu fieri à toto separatæ. Illorum autem partes nequeunt à toto separari, cum ipsum semper actu sit. quare fit, ut in eis nec partes toto, nec totum partibus sit prius, ex his patet q̃ falso Auerroes per totum intellexerit genus, & per partes species. nam Alexander per totum & partes intellexit totum, quod generatur, & per partes, partes ex quibus totum generatur aut propria generatione, aut generatione, quæ est per additamentum.

Q ne Auer. comẽ. 16.

**Potentia dicitur, alia quidem principium motus mutationisve, quod est in alio, ut aliquid aliud est: qualis est ædificandi facultas, quæ quidem potentia est, atque non est in eo, quod ædificatur atque extruitur. At medendi facultas potentia quidem ipsa est, esse tamen in eo potest, qui medicamina suscipit, atque sanatur, sed non ut medicamina suscipit, atque sanatur. alia igitur (vt diximus) principium omnino mutationis aut motus potentia dicitur, quę est in alio, ut aliud quoddam est.** TEX. 17.

Nunc potentiæ intellectus exponit, vt Expositor primum intellectum potentiæ vult esse intelligendum de materia, & de forma, ad quas sequitur motus, sicut ad formam grauis, & leuis sequitur motus sursum, & deorsum. Quòd autem non possit intelligi de agente probat, quia omne quod mouetur, ab alio mouetur, non enim aliquid mouet seipsum nisi per partes, qua altera alteram mouet, ergo potentia, qua tenus est principium in eo, in quo est, non comprehenditur sub potentia actiua, sed sub passiua. sed cum hic loquatur de potentia quatenus est principium in eo in quo est, fit, vt non possit intelligi de potentia actiua. contra hanc expositionem argumentantur nonnulli, primo quia uidetur contra Aristotelem, nam alioquin hic modus non differet à secundo, qui est de potentia passiua. Deinde hæc expositio supponit falsum videlicet formam grauis uel leuis non esse principium proprij motus effectiuum, sed sequi ad eam, vt ad materiam. insuper tunc in animalibus, quæ mouent se, principium effectiuum motus, non esset: cuius oppositum & Aristoteles dicit, & probat. Rursus indiuisibile potest se ipsum mouere effectiue, & tamen non habet partes, quarum altera mouet alteram. vltimo Expositor sibi ipsi aduersatur. nam cum Aristoteles loquetur de ipso possibili, ipse arbitratur primum intellectum possibilis accipi correspondenter ad primum modum potentiæ, vbi ipse asserit illum primum modum esse de possibili actiuo. sed rationes diluuntur, prima quidem, quia secundus intellectus differt ab hoc primo, quia hic est de principio uniuersaliter sumpto tam ad materiam, quàm ad formam, secundus autem de principio passiuo tantum. & sic secundus est tanquam species primi. secundâ etiam diluitur, quoniam non Expositor, sed ipsi supponunt falsum. quoniam communis opinio est elementa non moueri a suis formis, cum nullum elementum diuidi possit in motorem in actu, & motum in actu: vt plurics differuimus. Tertia diluitur se ipsa, quoniam animal diuidi potest in animam, quæ potest esse motor in actu, & in corpus animatum, quod potest esse mobile in actu: potissimum concurrente appetibili exterius mouente, ut fine. Quarta derisibilis est, cum non sapiat Peripateticam doctrinam. Aristoteles enim vult, vt omne quod mouetur motu continuo, sit corpus. Quo vero modo Angelus moueri possit, in theologicis est differendum: nam Aristoteles non intellexit. diluitur denique ultima, quia Expositor bene dicit primum modum ipsius possibilis respondere modis, qui dicti sunt de potestate. nam primus modus complectitur formam, quæ licet non sit agens in corpus, cuius ipsa est forma, tamen est agens in passum exterius. & ita possibile primo modo respondet primo modo potentiæ secundum hunc sensum, videlicet quatenus est agens in materiam exteriorem. hoc pacto expositio Expositoris potest defendi à calumnijs horum. verum Alexander hunc primum potentiæ intellectiũ vult, ut sit de principio motus, afferês principium hoc in loco causam Aristotelem appellasse, quę est efficiens. per quod enim efficiens munere fungitur, id potentia nuncupatur,



nuncupatur. & propterea dicit { potentia dicitur alia quidem principium motus mutationisve, quod est in alio } id est in causa agente { ut aliquid aliud est } & diuersum ab ipso passo. & cum dixit { quod est in alio, ut aliquid aliud est } intellexit per se, quia per se principium agendi, & mouẽdi non potest esse in eo, quod patitur, & mouetur, sed solum per accidens, ut dicetur. & cum dixit { mutationisve } quietem exponit Alexãder. quia potentia non solum motus, sed quietis etiam est efficiens, de qua quiete mutationis nomen recte prædicatur, non autem motus, ut ipse in processu testabitur. hoc per exempla declarat, & dicit { qualis est ædificandi facultas, quæ quidem potentia est, atque non est in eo, quod ædificatur, atque extruitur } sed est in ædificatore, structoreque. deinde per exemplum declarat, quomodo tale principium mouendi non potest esse in eo, quod mouetur, nisi per accidens, & non quo idem est cum agente, nisi per accidens, & dicit { at medendi facultas potentia quidem ipsa est, esse tamen potest } in ægroto { qui medicamina suscipit, atque sanatur } non quo medicus agens est, sed quo ægrotat, atque per accidens, neque enim quatenus ægrotat, potentia, qua sibi medeatur, præditus est. sed qua medicus, cui accidit ægrotare. unde ut accidit medico ęgrotare, ita accidit sibi seipsum curare. ideo non solum dixit { quod est in alio } sed adiecit { ut aliquid aliud est } quoniam per accidens passum potest concidere cum agente. deinde quasi epilogando dicit { alia igitur, ut diximus, principium omnino mutationis aut motus potentia dicitur, quę est in alio, ut aliud quoddam est } quasi dicat primo modo dicitur potentia pro principio mouendi aliud, quatenus est aliud. sed adiecit { omnino } pro eo, quod est in uniuersum. ut sit sensus, primo igitur modo potentia principiũ uniuersale mutationis est. uel { omnino } id est proprie exponi debet. nam ipsi potentiam efficientem principem potentiam esse placet, ut postea tum in hoc loco, tum in nono huius operis declarabit, in quo præcipue disputat de potentia.

**Alia uero dicitur ea, qua ab alio, ut est aliud pati quippiam dicitur. qua enim potentia patiẽs ipsum quippiam patitur, ea ipsum dicimus pati posse. interdum si quoduis pati possit, interdum non si omni quauis passione, sed si ad melius pati possit.**

Secundum intellectum potentiæ affert, quod possit accipi pro principio passiuo: & dicit { alia uero } subaudi potentia { dicitur ea, qua ab alio, ut est aliud pati quippiam dicitur } per uerbum { ab alio } potentiam passiuam significat { ut est aliud } addidit propter medici se curãtis exemplum, qui & si cum patiendi id est, ut alteretur, cureturque, potentiam quatenus ægrotat, obtineat, uimque habeat huius mutationis efficientem, hæc tamen ei non competit, ut ægrotanti, sed ut quiddam aliud est, qua enim medicus est, diuersus est ab ęgrotante. deinde probat quod dixit, nam eadem potentia actu patiens dicitur, & aptum pati, sed actu patiens dicitur a potentia passiua, ergo aptum pati dicetur a potentia passiua. accepit maiorem, & dicit { qua enim potentia patiens ipsum quippiam patitur } scilicet actu { ea ipsum dicimus pati posse } sed suppleatur, patiens dicitur a potentia passiua, ergo id quod pati potest, dicetur a potentia passiua. addit tamen differentiam inter patiens, & id quod pati potest, quoniam patiens semper dicitur patiens a potentia, quod autem pati potest, non semper a potentia dicitur pati posse: sed quandoque ab impotentia. & dicit { dicimus pati posse, interdum si quoduis pati possit, quoduis } dicit siue bonum siue malum. nam interdum aliquid inuenitur, quod potest pati tam bonum quam malum. ut materia, quæ æqualiter est indifferens ad bonum & ad malum: & tale semper dicitur pati posse a potentia { interdum non si omnis quauis passione, sed si ad melius pati potest } dicitur a potentia posse pati. dicimus enim potentiam exempli gratia ad secundam ualetudinem, non ad morbum, hanc enim impotentiam potius quam potentiam nuncupare consueuimus. tale est mistum cum materia, ut homo, uel animal. nam animal potest ægrotare denominatione sumpta potius ab impotentia. At materia quicquid potest, sua potentia potest. similiter homo non quicquid potest denominatione sumpta a potentia potest, dicitur enim posse uinci propter impotentiam.

**Præterea facultas benefaciendi, aut per uoluntatem potentia dicitur, interdum enim eos, qui ambulauerint, aut dixerint solum sed nõ bene, aut non ut uoluerint, non posse dicere, aut ambulare dicimus. idem euenire usu uidetur, & in ipsa potentia patiendi.**

Dixit quod aliquid dicitur posse pati non semper a potentia, sed quandoq; ab impotentia, dictum est enim posse pati dupliciter accidere, aut ab impotentia, aut a potentia. probat hoc per argumentum, quod accipitur ab eo, quod potest agere. nam quod potest agere, quandoq; dicitur ab impotentia, quandoque a potentia. ergo quod potest pati dicetur quandoque a potentia, quandoque ab impotentia. primo ergo exponit hoc in eo, quod potest agere, & dicit { præterea facultas benefaciendi potentia } dicitur aliquando subaudi & aliquãdo impotentia { aut } subaudi fuerit { per uoluntatem } aut non ut uoluerint, & primo declarat impotentiam, quando agens ex uoluntate agit, uel potest agere. & dicit { interdum enim eos, qui ambulauerint, aut dixerint solum, aut non bene non posse dicere, aut ambulare dicimus } & sic hi dicuntur posse dicere, uel ambulare ab impotentia. quoniam ex uoluntate uolunt bene ambulare, aut dicere: sed nõ possunt. deinde declarat impotentiam in agentibus, quãdo non ut uoluerint agunt, & dicit { aut non posse dicere, aut ambulare dicimus } quia { non ut uoluerint } dicunt aut ambulant. ergo in agentibus cadit potentia & impotentia, potentia quando agens potest agere ex uoluntate & bene agit: impotentia dupliciter, aut eum fuerit uoluntas, sed agens est imperfectum, aut cum agens fuerit perfectum, sed non agit, ut uult. ex hoc transit ad suum propositum de potentia passiua, & dicit { idem euenire usu uidetur in ipsa potentia patiẽdi } quod uidelicet interdum aliquid dicatur posse pati a potentia, interdum ab impotentia. uidere enim potest tũ qui utcunque, tum qui acute cernit, & sentire posse dicitur, qui exquisite sentit, & qui utcunque. quærit Alexander, si potentia efficiendi est principium motus, mutationisve, quod est in alio, quomodo qui per potentiam iam sibi insitam ambulant, aut qui ex uoluntate, quæ in ipsis est, dicunt, ad hanc potentiam scilicet quæ est principium motus, referũtur. hi enim per motus principium, quod in ipsis est, moueri uidentur, cum ars, & uoluntas, quę principia sunt, in ipsis sint, qui per ea moueantur. respondet Alexander hanc potentiam, cuius hic meminit, esse actiuam, sed alterius rationis ab ea potentia actiua: cuius meminit in principio. nam hæc potentia est, per quam opera fiunt, quæ proficiscuntur ab ijs, quæ habitus habent, quibus agant. potentia uero actiua, cuius meminit in primo modo, est principium motus, & quietis. ex quibus non male expositores exposuerunt, cum noluerint Aristotelem hic afferre tertium intellectum, quo intelligitur potentia, nam primo modo potentia intelligitur pro principio actiuo motus & quietis, secundo intellectu pro principio patiendi, tertio intellectu pro facultate qua aguntur opera: ratione cuius aliquid dici potest posse agere a potentia, & ab impotentia. unde dicere possumus Aristotelem in hac dictione tria tetigisse, primum est quod tertio intellectu dicatur potentia pro potentia actiua, quæ est facultas, siue habitus, quo agens agit opera. Secundum quod in hac potentia actiua aliquid

dicitur posse agere aliquando a potentia, aliquando ab impotentia. tertium quod sicut in hac actiua potentia, quæ est habitus, uel facultas, aliquid dicitur interdum posse agere a potentia, aliquando ab impotentia, idem euenire usu uidetur, & in ipsa potentia patiendi, quæ dicebatur secũdo intellectu. quæ expositio multum consona est uerbis.

Insuper omnes habitus, per quos ea, quæ ipsos habent expertia sunt passionis omnino, aut non mutabilia, aut non facile in deterius mutabilia sunt, potentiæ nimirum dicuntur. etenim frangũtur, & conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non ideo, quia possunt, sed quia non possunt. atque in aliquo deficiunt. expertia uero nonnulla talis sunt passionis, quæ uix, aut parum talia patiuntur, ob potẽtiam sane, & quia possunt, modoq; aliquo affectu sunt.

Q ue Auer. Cõmen. 17.

Nunc assignat quartum intellectum, quo potest intelligi potentia, & Auerroes uult potentiam hoc, quarto intellectu esse intelligendam eam potentiam, quæ est qualitatis species, quæ dicitur naturalis potentia, uel impotentia: quod esse non potest, quia Aristoteles ait per hanc potẽtiam, quę quar to modo dicitur, esse aliqua, quæ sunt omnino expertia passionis. ubi Alexander per ea, quæ sunt omnino passionis expertia, intelligit diuinas substantias, quæ sunt simpliciter impassibiles. modo in his non cadit ea qualitas, quæ est naturalis potentia, uel impotentia. propterea non recedendo a uerbis Aristotelis, hæc potentia quarto modo non potest uno nomine appellari, nisi dicamus esse habitum, non quidem de genere qualitatis, sed æquiuoce dictum de pluribus, quod expostit, dicit { insup omnes habitus, siue de prædicamento qualitatis, siue alterius rationis existentes } per quos ea, quæ ipsos habent, expertia sunt passionis omnino aut non mutabilia } ueluti habitus, quo diuinæ substantiæ sunt omnino impassibiles, atq; immutabiles { aut } per quos { non facile in deterius mutabilia sunt, potentię nimirum dicuntur } dein de declarat talem habitum esse potentiam, per eius oppositum, & dicit { etenim } subaudi nonnulla { franguntur } ut uitrea { & } nonnulla subaudi { conteruntur } ut frumentaria, atque frugalia { & flectuntur } ut uirentes arbusculi { & omnino corrumpuntur } ut mista, quæ constant elementis { non ideo quia possunt } scilicet resistere contrarijs, quæ frangunt, aut conterunt, aut flectunt, aut omnino corrumpunt { sed qui non possunt } scilicet resistere his { atque in aliquo deficiunt } quo resistere possent, deest enim aliquod principium, quo resistant, quoniam deest uirtus, & imbecillitas adest. patet ergo facilitatem passionis dici impotentiam. deinde exponit oppositum habitum dici potentiam, & ait { expertia uerò nonnulla talis sunt passionis, quæ uix, aut parum talia patiũtur } qualis ad comburendum Salamandra, ad frangendum Adamas esse uidetur. nec ob aliud, nisi { ob potentiam sane, & quia possunt, modoque aliquo affecta sunt } ad resistendum, scilicet contrarijs, quæ corrumpunt. ergo sicuti habitus, quo aliquid facile patitur, dicitur impotentia, ita habitus, quo aliquid aut omnino non patitur, aut uix, aut parum patitur, dicetur potentia. unde sicuti mollities, & dispositio lapsa a principijs generationis contracta dicitur impotentia, illa qua facile flectitur, hæc qua facile ægrotat corpus, sic durities, & bona habitudo contracta a generatione dicitur potentia, illa ad permanendum sanum, hæc ad non flectendum. habitus igitur, quo aliquid dicitur potens, non est unius rationis in omnibus. nam in diuinis substantijs habitus, quo sunt ex partes passionis omnino, est carentia materiæ, & contrarij, habitus, quo Adamas uix potest frangi, est durities, habitus, quo Salamandra non comburitur, est compacta frigiditas, & ita nõ est eiusdem rationis in omnibus talibus, quæ aut non patiũtur, aut uix patiuntur. quæ rit Alexander, cum natura potentia, quædam sit, ad quem expositorum modorum naturam referri contenit. dicendum si natura principium est motus eius, in quo habetur, ad potentiam patiendi esse referendam, ut enim docuit in literis de physico auditu, quæ naturam obtinent ea, ut ab alio mo ueantur, potentiam habent. Anima uero ad potentiam efficiendi referri potest. est enim in alio, uel certe id, in quo est, ut aliud est. nam quod per animam mouetur, simile me dico est, qui sibi ipse medetur, si quidem anima, per quam mouetur deambulans, diuersa est a corpore, quod mouetur, aut certe anima, quæ motus est principium, proportionem habet cum natura. quare uno modo natura refertur ad secundum intellectum potentiæ, alio modo ad primum in simplicibus enim corporibus, natura refertur ad potentiam secundo modo. in animalibus uero refertur ad potentiam primo modo.

Cum autem potentia tot modis dicatur, possibile quoque, ac potens uno quidem modo dicetur id, quod motus, aut mutatiõis principium habet. etenim id, a quo status, quieſve proficisci potest, possibile quippiam est in alio, ut aliud quippiam est.

Quoniam possibile, siue potens a potentia, quam habet, nomen mutuatum est, iccirco cum de potentiarum intellectibus egisset, protinus de possibili aggreditur disputare, quatuor autem modis dici potentiam patuit, est enim efficiendi, patiendique potestas, item recte, & qua ualet non passiua: ergo totidem possibile, ac potens dicetur. & assignans continuationem, & primum modum, dicit { cum autem potentia tot modis dicatur } quatuor scilicet { possibile quoque, ac potens } etiam totidem dicetur { uno quidem modo dicetur id, qđ motus mutationisve } id est quietis { principium habet } mutationem enim pro quiete dixit, deinde statim cur { uel mutationis } id est uel quietis addiderit, exponit, & dicit { etenim id, a quo status, quieſve proficisci potest, possibile quippiam est in alio, ut aliud quippiam est } id est quia non solum, quod mouendi, sed etiam quod sistendi quippiam uim habet, possibile esse intelligitur, appellauit autem mutationem pro quiete, quoniam quies est mutatio motus in statum. adiecit { in alio } ad complendam huiusmodi possibilis rationem. quod enim motus, uel mutationis, quæ in alio fit, id possibile esse intelligitur. proijciens enim uel id, quod proijcere potest grae, quod aliud est a proijciente, potens uel possibile dicitur. addidit etiam { ut aliud quippiam est } propter eos, qui sibi ipsis nonnunquam medentur. ergo possibile hac prima intellectione id dicitur, cui inest efficiendi prima potentia.

## Alio uero modo, si quippiam aliud talem ipsius potentiam habeat.

Assignat secundum intellectum asserens secundo modo possibile id intelligi, quod ab alio perpeti potest. est enim potentia quædam patiendi, quam, quod habet, merito id possibile nuncupatur, unde dicit { alio uero modo } dicitur subaudi possibile { si quippiam aliud habeat ipsius } scilicet motus & mutationis { talem potentiam } hoc est patiendi motum ab alio. unde Auerroes, & dicitur potens alio modo illud, quod habet potentiam, qua patiatur ab alio. Alexander etiam inquit, est enim potentia quædam patiendi, quam quod habet, merito id possibile nuncupatur, quanquam per paucis uerbis hunc possibilis modum explicauit dicens { si quippiam aliud ipsius talem potentiam habeat } Expositor uero sic intellexit, alio modo, quia agit mediante altero, cui potentiam suam cõmunicat, sicuti rex agit per capitaneum; quæ expositio si esset, hic secundus modus possibilis non responderet

Q ue Auer. Cõmen. 17.



sponderet secundo modo accipiendi potentiam. quare exponatur primo modo.

## Alio rursus modo si potentiã habeat ad quod uis, siue ad deterius, siue ad melius moueatur, atque mutetur. & enim corruptibile esse uidetur possibile corrumpi, aut non corrumpi, si erat impossibile corrumpi.

Assignat tertium modum ipsius possibilis, asserens quod per sibi insitam potentiam in peius aut in melius transire ualet, id possibile dici, quod possibile ab ea potentia deriuatur, per quam, ut dicebat, recte aliquid perficitur, quam esse dicebamus, quæ in habitibus, & doctrinis intelligitur, a quibus opera emanant: unde dicit { alio rursus modo } & tertio possibile dicitur { si potentiam habeat } quæ in habitibus, & doctrinis intelligitur { ad quoduis siue ad deterius } respectu cuius potius impotentia dicitur { siue ad melius } respectu cuius dicitur potentia { moueatur, atque mutetur } deinde affert exemplum, non in effectibus, qui ab habitibus fiũt, sed ijs, qui a potentijs patiendi procedunt: & dicit { etenim corruptibile uidetur possibile corrumpi. aut nõ } possibile { corrumpi, si erat impossibile corrumpi } nam non possibile esse æquipollet impossibili esse, quod exemplum in ijs est, quæ a potentia patiendi procedunt. hoc autem fecit, quia hoc exemplum uidetur quasi commune omnibus.

## Nunc uero dispositionem aliquam talis passionis, & causam, atq; principiũ habet. tale enim interdum esse uidetur ex eo, qa habet, interdum ex eo, quia aliquo caret.

Cum dixisset in uniuersum, quod aliquid pati potest, siue in peius, siue in melius id possibile, siue potens nuncupari, discrimen nunc subscribit inter id, quod in melius, & id, quod in peius potest, asserens id, quod in melius potens dicitur, iccirco in melius potens est mutari, quoniam in se quẽdam habitum obtinet, quo potest in melius mutari, quod uero in peius, iccirco in peius potest mutari, quia tali habitu priuatum est: & dicit { nunc uero } id subaudi, quod in melius potest mutari { dispositionem aliquam } siue habitum { talis passionis, & causam, atque principium habet }. q. quo mutari potest in talem meliorẽ passionem. deinde assignãs aliud membrum differentiæ per modum ratiocinij discurrens inqt { tale enim }. q. potens, siue possibile { interdum esse uidetur } scilicet potẽs siue possibile { ex eo, quia habet }. q. habitum, quo potest mutari in melius { interdum } uidetur esse potẽs uel possibile { ex eo, quia aliquo caret } quo. q. possit mutari in melius, & propter hanc priuationem dicitur potens mutari in peius. hæc de differentia.

## Quod si priuatio aliquo modo sit habitus, uniuersa possibilia erunt ex eo, quia habent aliquid. sin uero non sit, æquiuoce possibilia dicent esse. Quare possibile quippiã est, partim ex eo, quia habitum aliquem, atque principium habet, partim ex eo, quia priuationem habet huiusce, si fit, ut priuatio habeatur.

Sed quæret aliquis, quo nam modo possibilia, & facultate prædita dicantur hæc, quæ per priuationem dicuntur possibilia. respondet sub disiunctione, & dicit { q; si priuatio aliquo modo sit habitus, uniuersa possibilia erunt } dicẽda possibilia { ex eo, quia habẽt aliquid } id est habitũ, quę est priuatio. q; autem priuatio sit aliquo modo habitus, Alexander exponit, ex eo, quia priuatio ipsa dispositio quædam esse uidetur, non enim priuatio nudam, meramque absentiam significat, alioquin idem polleret, atq; negatio, sed absentiam cum dispositione quadam. quo fit, ut non uidere non hoc sit, quod cæcum esse: licet enim priuatio sit absentia eius, quod aptum est, & cum est aptum, efficitur tamen dispositio quædam. est autem talis dispositio cuiusdam, quæ sit in aliquo subiecto, quod idoneum est habere habitum: itaque priuatio habitus quodammodo est, non simpliciter habitus, cum sit ipsius habitus priuatio, sed ut dixi, quia dispositio talis est subiecti. oportet enim ut affectio quædam sit in subiecto, quæ habitus esse uideri possit, quam ob rem in opere auscultario priuationem formam quodammodo esse dixit. si ergo priuatio habitus quidam est, profecto quæ in peius mutantur, eo qui habitum quendam, & potentiam habeant, mutari uideri possunt: cum sit priuatio potentia quædam, si quidem est habitus. itaque hoc possibile dicetur, quoniam principium, & potentiam obtinet, ne quid peius patiatur, illud autem, quoniam huiusmodi potentię priuationem habet. deinde disputat aliud membrum, & dicit { sin uero } subaudi priuatio { non sit } scilicet habitus { æquiuoce possibilia dicentur esse } subaudi quæ in melius, & quæ in peius mutantur, altera scilicet q habitum habeãt, altera quod eo habitu sint priuata. demum concludit dupliciter esse possibile, & dicit { quare possibile quippiam est } dupliciter scilicet { partim ex eo, quia habitum aliquem, atque principium } quo scilicet in melius potest mutari { partim ex eo, quia priuationẽ habet huiusce } scilicet habitus, qua scilicet priuatione poterit mutari in peius. addit { si fit, ut priuatio habeatur } quoniam si priuatio habitus quidam sit, quod priuatum est, priuationem habere dici potest. sin autem absentia tantum, non proprie haberi priuatio dicetur. per quæ patet quo nam modo dicantur aliqua possibilia.

## Alio modo præterea dicitur ex eo, quia non habet potentiam, uel principium in alio, ut est aliud, quo corrumpi potest.

Alexander hunc quartum modum sic intelligit, ut quarto modo possibile dicatur, quod non est passiuum, & cuius interimendi principium neque externũ habet, neque intimum, hoc enim significare dicit, quod ait { ut est aliud } nam & si fieri potest, ut quippiam in se aliquid habeat, quod sibi interitum inferat, tamen id habebit, quasi aliud quoddam in se habeat, nihil enim sui ipsius per se interimẽdi uim habet. quæ expositio non uidetur dictioni consona, quoniam hic quartus modus, quo possibile dicitur, debet respondere potentiæ, quæ dicebatur qnarto modo. modo potentia quarto modo sumebatur pro habitu, quo id, quod ipsum habet, est impassibile, aut non facile in deterius mutabile, quare possibile hoc quarto modo erit, id, qnod habet habitum, quo non est mutabile, uel non facile. unde dicit { alio modo præterea dicitur ex eo } aliquod potens, uel possibile { quia non habet potentiam } id est habitum { uel principium in alio, ut est aliud, quo corrumpi potest } id est quo non facile mutari potest, sed talem habitũ habet in se, ut Adamas duritiem, Salamandra compactam frigiditatem, qua moueri possit. ergo quarto modo potens dicitur, quod habet habitum in se, quo potest resistere causis, quę possunt ipsum mutare. & hoc pacto intelligendo possibile hoc quarto modo respondet potentiæ, quæ dicebatur quarto modo.

Insuper hæc omnia possibilia dicuntur, aut ex eo, quia solum fieri, aut non fieri possunt, aut ex eo quia bene. nam & in ijs, quæ carent anima, potentia talis inest, uelut in instrumentis. lyram enim aliam inquiũt sonum emittere posse, aliam non posse, si non sit sonora.

In hac dictione pars illa { aut non fieri possunt { nec Argyropylus habebat in sua græca dictione, nec Alex. in nostro tamen codice legitur. & q; non debeat legi exemplum lyrę

declarat, ubi docuit duplex hoc in rebus inaiatis esse. secundum ergo Alexandrum reducit omnia possibilia ad duo, aut quia simpliciter fieri possunt, aut quia recte fieri possunt. secundum nostrā dictionem reducūtur ad tria, unde dicit { insuper hæc omnia possibilia }. i. quæ possibilia dicuntur ab efficiendo, & quæ a patiendo, & quæ per instam potentiam in peius, aut in melius transire ualent, & quæ per habitum, uel non sunt passibilia, uel non facile in deterius mutabilia, hæc igitur possibilia omnia dicuntur { aut ex eo, quia solum fieri possunt } indifferenter. s. bene uel male { aut non fieri possunt } quia non bene { aut ex eo, quia bene } fieri possunt, sic ergo in nostra dictione omnia possibilia reducuntur ad tria. at scđm Alexandrum, ad duo, ut in rebus inanimatis docet, & dicit { nam & in ijs, quæ carent anima, potētia talis } .s. ad duplex esse { ineſt, uelut in instrumētis, lyram. n. aliam dicunt sonum emittere posse } quæ uidelicet bene emittere potest { aliam non posse, si non sit sonora } beneq; nō emittere possit. igitur omnia possibilia reducuntur ad duo, aut ad simpliciter posse siue bene siue male, aut ad posse bene. Expositor autem putauit Aristo. posuisse hic quartum modum, quem respondere putat tertio modo potentiæ. qđ' dissonum est, cum tertium modum ipsius possibilis posuerit, qui corresponder tertio modo potentiæ, ut uisum est. unde & Auerroes uocat hoc, quod Aristoteles hic ait, commune istis omnibus possibilibus, quæ dicta sunt, quare melius dicendum est omnia possibilia, quæ dicta sunt, Aristotelem reducere hic ad duo, ut Alexander inquit, aut quia simpliciter possunt, aut quia recte, beneque possunt. nam sic potentiæ omnes reduci possunt.

Que Auer. Cōmen. 17.

**Impotentia autem est potentiæ priuatio, sublatiove quædam principij talis, quale iam diximus, aut omnino, aut ab eo, quod aptitudinē habet, ut habeat, aut & quando iam est aptum habere. non enim similiter impossibile dixerint esse puerum generare, & uirum, & eunuchum.**

Cum differuisset de potētia, docuisseteq; possibile hoc esse, cui ineſt huiusmodi potentia, nunc agit de impotētia, quę potentiæ uidelicet opponitur. nam potētiæ in singulis modis impotentia opponitur. & loquitur primo generatim de ipsa impotentia, & de triplici impotentia generatim, ut innuat cuilibet modo potentiæ aduersari impotentiam tribus modis dictam, & dicit { impotentia autem est potentiæ priuatio, ablatiove quædam principij talis, quale iam diximus } per quæ innuit esse impotentiam quatuor modis, quarum prima est, quæ opponitur potentiæ efficiendi. secunda quæ opponitur potentiæ patiendi. tertia quæ opponitur potentiæ, qua aliquid potest transire indifferenter in melius, uel in peius quarta impotentia est, quæ opponitur potentiæ, quæ est habitus, qua aliquid potest bene, uel male transire in opera. hoc autem deducitur. nam si impotentia est priuatio potētię, quot modis erit potentia tot modis ipsam contingit priuari. quare quatuor impotentiæ erunt pro numero priuationum, quibus potentiæ priuari possunt. deinde generatim ostendit quot modis dicatur priuatio, asserens priuationem trifariā dici, uno modo, ut priuatio sit simpliciter ablatio habitus, ut si quis lapidem non posse edificare dicat, aut nō posse generare. secundo modo, ut sit ablatio habitus pro certo tempore in subiecto apto habere, ut priuatio generandi in puero. hæc. n. ineſt non simpliciter, sed toto tempore pueritiæ. tertio modo, ut sit ablatio habitus in subiecto apto, etiā tempore, quo est aptum habere, ut uir eunuchus, priuatur potentia generandi, etiam tempore, quo est aptus habere. unde inquit { aut omnino } subaudi priuatio est ablatio potētiæ, quæ est habitus. ut si quis lapidem non posse generare dicat { aut } subaudi priuatio est ablatio { ab eo }. s. subiecto { quod aptitudinem habet, ut habeat } uidelicet pro certo tempore, ut priuatio potentiæ generandi in puero. hæc enim ineſt, non simpliciter, sed toto tempore pueritiæ { aut } subaudi priuatio est ablatio potentiæ { & quando iam } subiectum { est } peruentum ad tempus, in quo { est aptum habere } ut uir eunuchus priuatur potentia generandi ēt tempore, quo est aptus habere. probat autem Aristoteles secundum & tertium modum argumento sumpto ab impossibili. & dicit { non enim similiter impossibile dixerint } scilicet authores priuationum { esse puerum generare, et uirum eunuchum } nam puer est impotens solum durante tempore pueritiæ, uir autem eunuchus impotens est generare transacta pueritia, & tempore uirilitatis. igitur hi duo modi discrepant. per hanc igitur priuationis trimembrem diuisionem, innuit impotentiam, quæ opponitur potentiæ cuiuis aduersari trifariam. nam si impotentia opponitur potentiæ efficiendi, opponetur trifariā, aut quia est illius priuatio omnino, aut quia est illius priuatio pro certo tempore, aut quia est illius priuatio etiam pro tempore ideneo. insuper impotentia, quæ opponitur potentiæ patiendi, etiam trifariam opponitur, aut quia est illius priuatio penitus, aut quia pro tempore, aut quia tunc, cum fuerit tempus, similiter si impotentia opponetur potentiæ insitæ, trifariam ei opponetur pro numero modorum, quibus impotentia est priuatio, etiam si impotentia aduersabitur habitum, trifariam opponetur pro numero priuationum. quippe cum omnis potentia possit priuari aliquo trium modorum. ergo impotētia suæ potentiæ aduersabitur semper trifariam. quo uero ad uerba attinet Alexander habebat dictionem sic { similiter impossibile dixerint esse, puerū generare, & uirum, & eunuchum } ubi uult eunuchum accipi pro eo, quod omnino priuatū est generare, cum quo conuenire ait lapidis exemplum. puerum autem accipi pro eo, quod habet quidem potentiam, sed non dum per ætatem maturuit: uirum autem accipi pro eo, quod peruenit ad tempus aptitudinis, sed cum sit aptus potentia caret: quæ dictio uera est, & conuenire potest. uerum in nostro codice reperitur, ut dictum est.

**Præterea in utraq; potentia est impotentia nimirum opposita, tam ei potentiæ, quæ motiua duntaxat est, quam ei, quæ bene est motiua.**

Quia reduxit omnes potentias ad duas, & omnia possibilia ad duo, ideo solum contentus est exponere tam potentiæ, quæ motiua est, quam potentiæ, quæ bene motiua est, aduersari impotentiam cuique suam trifariam dictam pro numero priuationum, quibus dicitur. & dicit { præterea in utraque potentia est impotentia nimirum opposita } cuique uidelicet sua { tam ei potentiæ, quæ motiua duntaxat est, quam ei, quæ bene est motiua } & cuique earum impotentia opponitur, prout est trifariam priuatio. sed non descendit specialiter ad alias potentias, quoniam omnes reducuntur ad has duas, ut diximus de possibilibus. potentiæ quidem, quæ motiua duntaxat est, opponitur impotentia pro numero priuationum dicta, quia ei opponitur impotentia, ut est ablatio potentiæ omnino, atque penitus, quo in modo lapis est impotēs generare, quoniam omnino, & penitus priuatur potentia generandi. etiam ei opponitur impotentia, ut ablatio est potentiæ pro quodam determinato tempore, quo in modo puero ineſt impotentia generandi, saltem durante tempore pueritiæ. ei etiam aduersatur impotentia, prout est ablatio potentiæ pro eo tempore, quo est peruentum ad tempus generandi. quo in modo uir eunuchus est impotens generare, quoniam peruenit ad tempus aptitudinis, sed caret potentia generandi. potentiæ uero, quæ bene est motiua, impotentia aduersatur pro, ut trifariam priuatio dicitur potentiæ, quæ bene est motiua. nam aliquis dici potest impotens recte agere, quia priuatur omnino potentia, id est uirtute, qua recte agat, & hoc pacto lapis est impotens recte agere, quia omnino uirtute priuatur, qua possit bene agere, aut quia priuatur uirtute, qua recte agat certo tempore, quo modo puer impotens



impotens est agere fortia, quia pro tempore pueritiæ priuatur uirtute fortitudinis, aut quia priuatur uirtute etiam in tempore, quo est aptus, ut uir timidus dr impotens fortia agere, quia licet peruenerit ad tēpus, quo uti posset actibus fortitudinis, tñ caret habitu fortitudinis. hactenus de impotentijs.

**Impossibilia ēt partim hac impotentia, partim alio modo dīr. ueluti possibile quoq; atq; impossibile. Impossibile qdem, cuius contrarium necesse uerum est. uelut impossibile est diametrum**



**cōmensurabilem esse ex eo, qa falsum est istius modi, ut cōtrarium eius non solū sit uerum, sed etiam necessario uerū, diametrum scilicet non commensurabilem esse. Cōmensurabile ergo non solum est falsum, sed etiam necessario falsum.**

Cum disseruisset de impotentia, nunc agit de impossibilibus, quibus ab impotentia nomen inditum esse uidetur, & dicit { impossibilia ēt partim hac impotentia dicuntur } quę metaphysica impossibilia dici pñt, & hæc sunt quatuor, sicuti quatuor sunt impotentię { partim alio modo dīr } non de nominatione accepta ab impotentia: sed adæquato significato ,ppositionis. ut sit impossibile idem, qđ' propositio impossibilis, quæ ideo impossibilis est, qm̄ eius propriū, atq; equatum significatum est impossibile, essecq; repugnans { ueluti possibile quoq; } dr dupliciter, atq; impossibile ēt dicetur dupliciter. est enim possibile, aut qa denominatur a potētia, aut quia est ,ppositio, cum propriū significatum est possibile, atque non repugnās esse: differunt aūt quia impossibile primo modo refertur ad operationem, impossibile aūt modo scđo refertur ad significatum ,ppositionis. deinde definit impossibile prout accipitur pro ,ppositione impossibili, & uult ut impossibile sit, dicto cuius oppositū est uerum, atq; necessario uerum, ut deum nō esse est impossibile, qm̄ deum esse, quod est oppositum dicto illius, est uerum & necessario uerū, simili modo nullum hoīem esse animal est impossibile, qm̄ oppositum, qđ' aduersatur dicto eius, uidelicet aliquem hoīem esse animal, est uerū, & necessario uerum. unde inquit { impossibile quidem cuius contrariū }. i. cuius dicto oppositum, accepit enim contrarium pro opposito, ut Alexander inqt, & per contrarium intellexit oppositum dicto propositionis impossibilis, ergo dicit cuius dicto oppositū { necessario uerū est } sed dices, oīs propositio probatur per suum oppositum, ut si fuerit affirmatiua præponēdo negationē, si uero negatiua, remouendo negationem dicendū cp oppositum dicto propositionis impossibilis, cū fuerit uerum & necessario uerū equialet ,ppositioni impossibili, uel eam infert, & hoc sufficit. ut necesse est aliquem hoīem esse animal infert illā impossibile est nullum hoīem esse animal. quare recte probari potest per oppositum dicti, qm̄ tantum ualet, atq; si ,pbaretur per eius oppositum. Aristoteles aūt affert exemplū in mathematicis, & dicit { uelut impossibile est diametrum cōmensurabilem esse }. s. lateri { ex eo, quia falsum est istiusmodi }. i. dictū tale, & impossibile, adeo { ut contrariū }. i. oppositū { eius }. s. dicti { non solū sit uerum, sed ēt necessario uerum } & exponens oppositū subdit { diametrū. s. non cōmensurabilem esse }, ,pterea concludit { cōmēsurabile ergo } diametrum coste { non solū est falsum, sed ēt necessario falsum } & qm̄ diametrum non cōmensurabile esse est necessario uerū. igitur diametrum esse cōmensurabilē est impossibile. quo uero ad uerba attinet, aduerbium necessario, ut Alexander inquit semper significat. quod autem semper est falsum, cognoscitur, quia eius oppositum semper est uerum, id aūt, cuius oppositum semper est uerū, impossibile nuncupatur. ergo si semper uerum est diametrum non esse cōmensurabilem, impossibile erit diametrum esse commensurabilem.

**Possibile autem est, quod est contrariū huic, cum nō necessarium est contrarium falsum esse, ueluti possibile est hominē sedere. qm̄ hominem non sedere non necessario falsum est.**

Cū exposuisset impossibile, qđ' accipitur pro propositione impossibili, nunc exponit possibile contrariū tali impossibili, & dicit { possibile aūt est, qđ' est contrarium huic } .s. impossibili { cū } uidelicet non necessarium est contrarium falsum esse } quo in loco contrariū pro opposito dicit, & hoc exponit exēplo, & dicit { ueluti possibile est hoīem sedere, qm̄ hominem nō sedere non necessario falsum est } nam qđ' nec ipsum ex necessitate uerū, uel falsum est, neq; eius oppositū id, ad hunc modum possibile esse intelligitur. si quidē possibile medium est inter necessariū, et impossibile, quorum alterum semp est uerum, alterum semp falsum. ergo possibile hoc pacto est, cuius dictū neq; est semper uerū, aut falsum, neq; oppositum semp uerum aut falsum. se hoīem enim sedere nec ipsum ex necessitate uerum est, uel falsum, neq; eius oppositum. ideo dr possibile. qua ratione fit, ut ipsum de ineſſe, uel non ineſſe dicatur possibile esse uel non esse hac ratione.

**Possibile igitur uno quidem modo, sicuti dixi mus, id significat, quod nō est necessario falsum, alio uero modo, quod uerum est dicere esse. alio rursus modo, quod uerum iam esse potest.**

Ex ijs, quæ dixit infert possibile ipsum trifariam dici, & dicit { possibile igit uno quidem modo (sicuti diximus) id significat, qđ' non est necessario falsum } ut hoīem sedere, si non sedeat, falsum est, sed qa non necessario falsum, ideo dr possibile. nam cuius oppositū non est necessarium falsum, id non pōt necessario uerū, aut falsum esse. dicitur aūt a philosophis possibile hoc mō falsum possibile. deinde dat scđm modum & dicit { alio uero modo, qđ' uerū est dicere esse } { sed non necessario, & hoc modo possibile sequtur ad esse, ut qm̄ Socrates mouet, igitur Socrates pōt moueri. unde & Alexāder ait, hoc præcipue ac ,pprie existens dici. deinde affert tertiū modum, & dicit { alio rursus modo, qđ' uerum iam esse pōt } qđ' quidem proprie contingens nuncupaī. ut Alexander inquit, ego uero puto possibile hoc tertio modo esse possibile, qđ' sequitur ad ineſſe, & ad necessario ineſſe, cuius oppositum est impossibile: siue nō possibile, ut deū esse est possibile, quia si nō, tunc erit non possibile, ergo erit impossibile.

**Potentia autem ea, quæ in geometria dicitur, per translationem potētia dicitur. hæc igitur possibilia non per potentiam dicuntur.**

Qm̄ de geometria differentes potentia quadam uti solent. qnadrata. n. potentiæ a geometris nuncupantur. qa quod latus pōt, id potentia dicitur. latus aūt unumqđq; quadratum, qđ' ex ipso efficitur, pōt, iccirco potentiam in geometria per translationē non ,pprie nuncupari solet. unde sicuti in arithmetica ternarius pōt in suum quadratū, uidelicet in nouenarium: cū nouenarius consurgat ex ductu ternarij in seipsum. quippe cū ter tria sint nouem, sic in geometria potentia lineæ dr quadratum lineæ, & translatio est, qa sicut ex eo, qđ' est in potentia, fit illud, qđ' est in actu, ita ex ductu lineæ in seipsa, resultat eius quadratum. propterea dicit { potentia aūt ea, quæ in geometria dr, per translationem potentia dicitur } ut expositū est. Tunc epilogat, & dicit { hæc igit possibilia non per potentiam dicuntur } & sunt tria, quoꝝ primum est, ut primo possibile dicaī, cuius contrarium nō est necessario falsum. Scđo quod uerum esse dicatur, qa est tertio, qđ' uerum esse possit, quia non est impossibile. quæ quidem non iccirco possibilia dici ait, quod potentiam alicuius obtineant, sed propter causas assignatas.

**Ea uero, quæ per potentiā dici solent, omnia**

ad potentiam unam primam dicuntur. hæc autem est mutationis principium in aliud, ut aliud quippiam est. Cætera enim possibilia dicuntur, partim quia aliquid aliud talem ipsorum potentiam habet, partim quia potentiam nō habet, partim quia sic habet. similiter & impossibilia ipsa. Quare propria definitio potētiæ primę hæc erit. ut sit principiū mutādi in alio, ut aliud qpiam est.

Cum potentias & possibilia explicasset, nūc docet ea, quę ita nuncupantur, ut potentiam habeant, uel efficiendi, uel patiendi, siue non patiendi, aut recte siue efficiendi siue patiendi, uel quod habitum habeant operandi, uel non bene operandi: hæc cuncta ad primam potentiam, de qua primo loco meminit, referri: quæ quidem, ut proprijssime dicta ante omnes est explicata, de qua inquit { ea uero } scilicet possibilia, { quæ per potētiam dici solent } quæ uidelicet quatuor modis dicuntur pro numero potentiarum, e quibus denominantur { omnia ad potētiam unam primam dicuntur } id est referuntur: cuius statim definitionem repetit, & dicit { hæc autem est principium mutationis in aliud } scilicet in passum, { ut aliud quippiam est } quod addit propter medicum, ut dictum est. quod autem possibilia tribus alijs modis referantur ad possibile, hoc primo modo exponit, & dicit { partim quia aliquid aliud } scilicet passum { talem ipsorum potentiam habet } quale est, quod potentiam passiuam habet, scilicet quia potentia quædam est eius effectrix. ergo possibile dictum a potentia passiua refertur ad possibile, quod dicitur a potentia actiua, inquantum est potens pati ab illo { partim quia potentiam non habet } qua uidelicet patiatur a possibili denominato ab actiua potentia: propterea quia non facile, uel non bene patitur { partim quia sic habet } id est quia potentiam habet recte, & in melius mutandi, aut uicissim recte patiendi. sed dices Aristotelem hoc in loco præterisse potentiam, quæ in habitibus intelligitur. respondet Alexander talem potētiam, intellexisse per uerba illa { partim quia sic habet } non aliam quam huiusmodi potentiam innuens. Quare omnia possibilia reducuntur ad possibile primo modo.

TEX. 18. Quantum id dicitur, quod diuisibile est in ea, quæ insunt, quorum utrunq; uel unumquodque unum quid, & hoc aliquid aptum est esse.

Cum superius differuisset de substantia, hoc in loco quāti multiplicem intellectum exponit, & primo quid quātum sit, exponit, utrum uero exponat quantum continuū, an quantum discretum, Auerroes ambigit. ego uero puto Aristotelem describere quantum cōmuniter dictum ad numerum, & ad continuum, quod permanet. unde dicit { quantum id dicitur, quod diuisibile est in ea, quæ insunt } id est in partes, quæ insunt ei { quorum utrunque uel unumquodque unum quid, & hoc aliquid aptum est esse } id est quarum partium unaquęq; apte diuisionem est apta esse hoc aliquid, & permanens. dixit autem { in ea, quæ insunt } ad differentiam subiecti, quod plura accidentia habet, in quæ tamē diuisibile non est, dixit quorum unumquodque aptum est hoc aliquid esse, ad differentiam quanti continui, quod constituitur ex partibus situ carentibus, cuiusmodi est tempus, & oratio, & motus. talia enim non proprie dicuntur quanta. et ad differentiam generis, quod nō sic in species diuiditur, ut in ea, quę insunt, nō enim specierum rationes, in quas genus diuiditur, in ipso genere insunt. genus enim nihilominus persistit, licet ab eo aliqua species auferatur. quantum uero si qua ei pars abscissa fuerit, non iam idem permanebit. etiam ad differētiam compositi ex partibus essentialibus, nā nec materia, nec forma apta est per se hoc aliquid esse, & tamen compositum in ea diuisibile est.

Q ue Auer. Cōmen. 19.

Multitudo igitur quātum est quoddam, si numerabilis sit. magnitudo etiam quantū est quoddam, si mensurabilis sit.

Cum descripsisset ipsum quātum, inuit illius diuisionem, q̄ sit aliud discretum, aliud continuū, & assignans differentiam inquit { multitudo igitur } .i. quantum discretū { quantum est quoddam } .s. discretū { si } multitudo ipsa { numerabilis sit. magnitudo etiam quantū est quoddam } .s. continuum { si } magnitudo { mensurabilis sit } hęc igitur est differentia, quod quantum discretum sit numerabile, cōtinuum uero mensurabile. sed ex hac differentia sequitur, q̄ infinitum non sit quantum. quippe cum nec mensurari, nec numerari possit. ideo Alexander uult, ut differentiæ supplеatur, q̄ sit quantum numerabile, uel mensurabile, aut secūdum totum, aut secundum eius partes.

Dicitur autem multitudo quidem id, quod in non continua. magnitudo uero id, quod in continua diuidi potest.

Cum assignasset differentiā inter multitudinem, & magnitudinem, nunc describit utrunq;, & primo multitudinem, & & dicit { dicitur aūt multitudo quidem id, qd' in continua } scilicet diuidi pōt { magnitudo uero id, qd' in continua diuidi potest } quas definitiones sic exponit Auerroes, ut sit multitudo id, qd' diuisibile est ad indiuisibilia, uidelicet unitates, magnitudo uero id, qd' diuidi potest in ea, quæ sunt semper diuisibilia. unde & Alexander multitudinē dicit esse id, quod diuidi potest in unitates, qūi unitates multitudinis ptes sunt. magnitudinem uero, quod potest ad continua diuidi. magnitudinis enim pars unaquęq; continua est.

Q ue Auer. Cōmen. 18.

Atqui magnitudinis ea quidem, quæ una ex parte cōtinua est, longitudo est. ea uero, quę duabus ex partibus, latitudo: ad ea, quę tribus ex partibus continua est, altitudo nimirum est. horum autem multitudo quidem finita, numerus est: longitudo uero, linea: latitudo autem superficies: altitudo denique corpus.

Cum descripsisset multitudinem, & magnitudinem, nunc exponit magnitudinis discrimina, & dicit { atqui magnitudinis ea quidem, quæ una ex parte continua est, lōgitudo est } nam linea in longum solum continua est { ea uero, quæ duabus ex partibus, latitudo } q̄m latitudo in longum, & latus continua est { at ea, quæ tribus ex partibus continua est, altitudo nimirum est } altitudo enim in longū, & latum, & profundum continua est. deinde quo nomine unaquęq; harum nuncupetur, exponit, & dicit { horum aūt } .s. quæ diximus de magnitudine, & multitudine { multitudo quidē finita numerus est } numerus enim numerabilis est. numerabile autem finitum esse constat, ut intelligatur numerū id non esse, si qua multitudo infinita esse dicatur { longitudo uero linea: latitudo autem superficies: altitudo denique corpus }

Præterea quædam per se, quædā per accidēs quanta dicuntur. linea nanq; quātum est quoddam per se. musicum uero per accidens.

Cū assignasset diuisiones, & subdiuisiones quanti, pprias, assignat diuisionē per modos, & dicit { præterea quædā per se, quædam per accidens quantam dicuntur } quos exempla subscribens inquit { linea nanq; quantum est quoddam per se } simili modo superficies, & corpus, atq; item numerus per se, ac proprie quanta sunt. nam suapte natura quāta sunt { musicum uero per accidens } q̄m iccirco quātum uocatur, quia alicui quanto accidit, cum suapte natura tale non sit. ut si quis album tribus ulnis patere dicat. propterea sic dicet, quia superficies in qua est, tanta est.

Eorum insuper, quæ per se quanta sunt, alia per



per substantiam sunt, quo pacto linea quantum quid est. in ratione enim quę dicit quid est, quantum quid inest. alia affectus, atque habitus talis substantiæ sunt, ut multum, ac paucum. & productum ac breue. & latum atque angustum. & altum ac humile. & graue ac leue, & cętera id genus. sunt autem & magnum & paruum, & maius & minus, etiam si per se, & inter sese dicātur, ipsius quanti per se affectus. hæc tamen nomina & ad alia transferuntur.

Consequenter horum utrunq; diuidit, & quod per se quātum dicitur, & qđ per accidens, sed prius quod per se, & dicit { Eorū insuper, q̄ p se quāta sunt, alia p substātiam quanta sunt } .i. sunt p se quāta p ppriā substantiā, & hæc sunt, quorū in definitione quantum inest, ergo ea, q̄ per se quāta sunt, ea esse patet, in quorum definitione quantum inest, cuius exē plum affert, & dicit { quo pacto linea quantum quid est } est enim linea per propriam substantiam quātum, quoniam in eius definitione quantum inest { in ratione enim lineę, quę dicit quid est, quantū quid inest } definitur enim linea, quod sit magnitudo in unum diuidua. item superficies, & corpus, quorum altera est quantum ex duabus partibus patens. altera ex tribus. numerum quoq; quantum discretum esse definimus, igitur est quantum per propriam substātiam. hæc autem quæ quanta sunt per propriam substantiam, ut subiecta quædam substantiæ sunt, in quæ cætera referuntur, quæ uocantur quantum. Primum ergo membrum est, quod sint nonnulla quanta pro propriam substantiam, & ut subiecta cæterorum. ut linea, & id genus. hęc enim per propriam substantiam quanta dicuntur, quia in eorum definitione quantū inest. ut subiecta uero, quia per modum substantiæ cæteris subijciuntur. deinde affert aliud membrum, & dicit { alia affectus atq; habitus talis substantiæ sunt } .i. alia per se quāta sunt, quæ se habent per modum affectus, atque habitus talis substantiæ } .i. talis quanti, quod se habet ut substātia. i. quia sunt affectiones quanti in eo, quod quantum: quę quidem ea sunt, quæ per se de quanto prædicantur. deinde affert exempla, & dicit { ut multum & paucum } quæ numeri sunt affectiones { & productum } .i. procerum { & breue } quę longitudinis lineæq; affectiones sunt { & latum atq; angustū } quæ superficiei { & altum ac humile } quæ uicissim corporis affectiones sunt. sed dices, hæc per propriam substantiam uidentur quanta, quoniam in cuiusq; horum ratione quantū contineri uidetur. dicas in ratione cuiusq; talium quantū haberi, sed non primum, neque per se, sed quia illis inest, quibus hæc insunt. multum enim quantum dicitur, quod numero excedit, quasi omnino quātum sit propter numerum. similiter paucum quantum dicitur esse, quod numero excedītur. ficq; in singulis magnitudinibus quātum significatur, qa subiecta ipsa quanta dicuntur. breue nanq; quantū esse dicitur, quod longitudine superatur, addit { & graue ac leue } quæ corporis uidentur affectus. uel, ut Expositor inquit, secundum opinionem eorum, qui dicebant multitudinem superficierū, uel atomorum causam esse grauitatis in corporibus, paucitatem uero eorundem causam esse leuitatis. nam secundum ueritatem graue & leue non ad quantitatem, sed ad qualitatē attinent, ut postea erit in aperto. Vel ut Auerroes, leue & graue, numerari inquit inter accidentia quantitatis secunda intentione. cuius rationem subdit. sunt enim quantitates naturales, sed collocantur sub accidentibus quantitatis. quia grauitas & leuitas diuiduntur eadem diuisione, qua magnitudo diuiditur. est igitur de quantitatibus secunda intentione. quæ expositio est obscura. si enim intelligit per uerbum de secunda intentione, graue & leue esse quanta per accidens sicut albū & nigrum, expositio est contra uerba Aristotelis, qui graue & leue enumerat inter quanta per se, sed per modū affectus. si autem intelligat per uerbum de secunda intentione quod sint quanta per se, sed non primo per modum substantię, sed per modum accidentium, hoc est quod dubitatur, queniam non uidentur quanta per se per modum substantiæ, nec per modum affectus cū sint de prædicamento qualitatis. Auerroes etiam non uidetur sibi constans, cum libro secundo de anima graue atq; leue collocet in prædicamento substantiæ, quod idem dicere uidetur Libro quarto de cœlo. Alexander ergo Aristotelem graue & leue per se quanta per modū affectus asserere ait, in eo quod excessum aut defectum inclinationis significant. qualia uero quatenus causæ sunt, ut deorsum, sursum ve ferantur ea, in quibus habentur. Cū uero Aristoteles dixisset affectus hæc esse substantiæ, substantiæ nomine usus est paulo cōmunius. hęc enim substantia quodam modo nuncupari dixit in substantiæ diuisione. quanq; affectus, & habitus in eundem intellectum dixit, habitus quidē quoniam habentur. affectus quia accidunt, & insunt. & cum addidisset { & cætera id genus } quęnam sint, adiecit dicens { sunt autem & magnum & paruum, & maius & minus, etiam si per se, & inter se dicantur, ipsius quanti per se affectus } addit quod licet sint affectus quanti { hæc tamen nomina & ad alia transferuntur } sunt igitur cætera id genus, magnum & paruum, maius & minus per se affectus quanti, etiam si dicātur ad inuicem relatiua. illa uerba { etiam si per se & inter se dicantur } .i. ad aliquid, Alexander refert ad maius & minus, & magnum & ad paruum, nam maius & minus ex ijs esse, quę ad aliquid dicuntur, manifestum esse dicit, magnum autem & paruum hoc in loco ipsa per se dici ait. & sic uerbum { per se } refert Alexander ad magnum, atque paruum, quoniam simpliciter etiam nonnulla magna dicuntur. Verbum { inter se } .i. ad aliquid refert ad maius & ad minus. In prędicamentis uero hæc omnia ad aliquid esse edocuit. Vnde Auerroes ait magnum & paruum esse passiones, & accidentia quantitatis, cum accipiuntur quatenus sunt dispositiones essentiales magnitudinis. cum uero accipiuntur, ut alterū alterū respicit, uidentur collocari in p̄dicamento relationis. quoniam relatio accidit quantitati, & cæteris p̄dicamentis. addit etiam, quod licet magnum & paruū, & maius & minus sint affectus quantitatis { tamen hæc nomina ad alia transferuntur } .i. æquantis ad alia, quæ quanta nō sunt. affectus enim magnus esse dicitur, uerbi gratia mœstitia item & maior, ægrotatio etiam magna, magnus oculorum morbus, album quoq; paruum, quarum rerum nulla quanta est. Expositor autem nititur assignare causam quare in solo quātitatis genere aliqua significātur per modum subiecti, aliqua per modum passionū, & accidentium ex eo, quia inter nouē prædicamenta quantitas propinquior uidetur substātiæ. quo argumento nonnulli putauerunt lineam, superficiem, corpus atq; numerum esse substantias. nec ab ratione, quoniam sola quantitas habet diuisionem in partes proprias post substantiam. albedo enim nō potest intelligi diuidi, nisi quatenus est in superficie. hinc fit, ut in solo prædicamento quantitatis nō nulla significentur per modum subiecti, nonnulla per modū affectionis. Sed hęc ratio Expositoris bene colorata est, tamē petere uidetur quantitatem esse substantiæ plusquam cætera propinquam: quod accipitur, non autem est probatū. Immo uidetur mihi hoc, quod Aristoteles dixit, esse uniuersale in omni prædicamento, quoniam in omni prædicamento species accipitur, ut substantia, ueluti cum albedo, aut color accipitur, ut principale, nam cum accipitur, ut denominatiuum, non subit substantiæ rationem. & sic cum in omni prædicamento species accipi possint, ut substantiæ, fit, ut in omni p̄di camēto aliqua sumantur per modum subiecti, aliqua per modum affectionis, quod superius dixit. hoc igitur non accepit de quantitatibus, ut solis attributum, sed ut commune eis, & cæteris.

Cōmen. 10s. Cōmen. 20. Q ue Auer. Cōmen. 18. Q ue Auer. Cōmen. 18.

Eorum autem, quæ per accidens quanta di-

cuntur, alia ſic dicuntur, ut diximus. nam quia quantum eſt quiddam id, cui muſicum ineſt ac album, ideo ipſa quanta dicuntur.

Cum diciſſet de quantis per ſe, nunc diuiſionem eorum aggreditur, quæ per accidens quanta dicuntur, eorumq; diſcrimen oſtendit, & dicit { Eorum autem, quæ per accidens quanta dicuntur, alia ſic dicuntur, ut diximus } .ſ. ratione ſubiecti, cui inſunt { nam quia quantū eſt quiddam id, cui muſicum ineſt } ut ſubiecto { ac } cui { albū } ineſt { ideo ipſa quanta dicuntur } ſic igitur muſicum, album, & cætera accidentia. ſ. propterea quanta ſolum dicuntur, quoniam ipſorū ſubiectum quantum eſt. & hic eſt unus modus, quo per accidens aliquid quantum dicitur.

Alia, ut motus & tempus. etenim hæc quanta quædam, & continua dicuntur, quoniam illa diuiſibilia ſunt, quorum ſunt iſta affectus, atq; non dico id, quod mouetur, ſed id, ſuper quod efficitur motus. quia enim quantum eſt illud, ideo motus etiam quantus eſt. tempus etiam ideo quantū eſt, quia motus eſt quantus.

Cum expoſuiſſet unum modum, quo aliqua per accidens dicuntur quanta, uidelicet quia ſubiectum in quo ſunt, eſt per ſe quantum, nunc exponit alium modū aſſerens, quædā etiam dici quanta, quoniam ſubiecta, ſuper quibus efficiuntur, ſunt per ſe quanta, & dicit { Alia } ſubaudi dicuntur per accidens quanta uidelicet continua, & diuiſibilia { ut motus & tempus } .i. eo modo, quo motus, & tempus ſunt quanta per accidens, continua, atque diuiſibilia. Deinde exponit quo modo motus & tempus ſunt per accidens quanta, continua, atq; diuiſibilia: & dicit { etenim hæc quanta quędam dicuntur } atque diuiſibilia { quoniam illa diuiſibilia } quanta, & continua { ſunt quorum ſunt iſta affectus } & ne tu putes p ea, quorum hæc ſunt affectus, eſſe intelligenda ſubiecta, quibus inſunt, ut doceret quorum ſunt affectus, adiecit { atque non dico id quod mouetur } uidelicet corpus ſubaudi eſſe intelligendum per id, cuius eſt affectus, nō enim intelligitur ſubiectum cui ineſt uidelicet corpus, cui motus ineſt, ſic enim perfecte quantus ex accidenti motus diceretur, perinde atq; album & muſicum { ſed id, ſuper quod efficitur motus } .i. ſed quia id, quod mouendo pertranſit, quantū eſt, uerbi cauſa ſpacium, inter capedoq;, quam mobile pertranſit, quanta eſt, continua, atq; diuidua. & aſſignans rationē ſubdit { quia enim quantum eſt illud } .ſ. ſpacium, quod motu pertranſitur { ideo motus etiam quātus eſt } cōtinuus, atq; diuiduus. cum fieri nequeat, ut motus in nō continuo fiat. motus igitur iccirco quantus eſt, quoniam id, in quo fit, diuiduum eſt, & quantum, cui motus coextenditur, quaſi quantum illud ipſo mēſureur, & cum ipſo diuidatur, & propter hanc rationem motus proprie quantū eſſe uidetur, ſed quoniam intellectus a ſubiecta magnitudine pendēt, iccirco per accidens quātus eſſe dicitur. neq; motus magnitudo eſt, ſed in magnitudine, licet non ſimiliter, ut cętera accidentia. De tempore idē oſtendens inquit { tempus etiam ideo quātum eſt, quia motus eſt quantus } .i. diuiduus, cuius motus numerus tempus eſt, patet ergo motum & tempus eſſe per accidens quanta alia ratione ab ea, qua album & muſicū ſunt per accidens quanta. nam album & muſicū ſunt per accidens quanta propter ſubiectum, ſuper quo fiunt. Alexander mouet quæſtionem de tempore, quoniam Libro prædicamentorū enumerauit tempus inter quantitates per ſe, hic inter quāta per accidens. quo fit, ut Ariſtoteles non uideatur ſibi conſtans. Expoſitor, qui hic clarius cę Alexander loquitur, reddit cauſam, quoniam in prædicamentis Ariſtoteles cōſiderauit quantitatis ſpecies pro ratione menſuræ. & quia tempus habet aliam rationem menſuræ a magnitudine, cum tempus ſit menſura externa, magnitudo autem interna, ideo ſit, ut tempus per ſe ſpecies quantitatis ſit, ſed alia ratione. hic autem ſpecies quantitatis conſideratur more metaphyſico quo ad eſſe quantitatis. Qua ratione fit, ut ea, quæ habent eſſe quantitatis effectiue ab alia quantitate, non dicuntur per ſe quantitates, ſed per accidens, & quia motus, & tempus ſunt quanta propter magnitudinē, ſuper qua fiunt, ideo dicuntur quanta per accidens. Inſuper dubitari poteſt, quia in prædicamentis locum inter quantitatis ſpecies repoſuit, hic prætermiſit. Huius cauſa eſt etiam, qa locus habet diſtinctam rationem menſuræ, ideo in prædicamentis enumeratur, quia uero non habet eſſe diuerſum eſſe a ſuperficie. eſt enim locus ſuperficies: ſit, ut hic non enumeretur. etiam in prædicamentis prætermiſit motum, quoniam in ratione menſuræ non diſcrepat a tempore.

Quale dicitur uno modo ipſa ſubſtantiæ differentia, ut quale quid animal eſt homo, quia bipes, equus quadrupes. & circulus qualis quędam figura, quia carens angulis. quo patet ſubſtantiæ differentiam qualitatem eſſe quandam. TEX.19.

Nunc tranſit ad qualis diuiſionem, & oſtendit quod multipliciter dicatur, & dicit { Quale dicitur uno modo ipſa ſubſtantiæ differentia } ut per exēpla oſtendit, & dicit { ut quale quid animal eſt homo } aliquod diſcrimen ex iſs, quę ipſi homini inſunt reſpōdebimus, dicentes { quia } .ſ. homo eſt animal { bipes } ſimiliter rogati quale animal ſit equus, reſpondebimus quoniam { equus } eſt animal { quadrupes } rogati etiam { & circulus qualis quædam figura } eſt, reſpondebimus { quia } eſt figura { carens angulis } p quæ patet differentiam non in quid, ſed in quale prædicari, licet non eodem modo, quo prædicatur qualitas. nam cum differentia ſubſtantiæ qualitas ſubſtantialis eſſe uideatur, non in quale accidentaliter, ſed in quale quid eſſentialiter prędicatur. quęres quid intelligit Ariſtoteles per ſubſtantiam, cum inquit { quale dicitur uno modo ipſa ſubſtantiæ differentia } Alexander defendit Ariſtotelem intelligere per ſubſtātiam, pro ut eſt decimū prædicamentū, quod ſubiicitur omnibus accidentibus: Sed contra quoniam in exemplis meminit circuli, qui non eſt ſubſtantia prædicamentaria, & tamen eius differentiam eſſe ait carere angulis: reſpondet Alexander Ariſtotelem circuli meminiſſe, ut ſubſtantiæ. quoniam pro circulo globum intellexit, uel quia figurę quoq; ſubſtantię quibuſdā eſſe uidebantur. aliter etiam per ſubſtantiam exponit uolens ſubſtantiam non proprie acceptam hic dixiſſe, ſed cuiuſcq; rei exiſtentiam, nam cuiuſcq; rei propria exiſtentia eiuſdem ſubſtantia eſſe dicitur: ut docuit in partitione ſubſtantiæ, ubi dixit uno modo ſubſtantiam dici naturam cuiuſcq; rei. Ideo Expoſitor uerbum { differentia ſubſtantiæ } .i. expoſuit, differentia, per quam aliquid ab alio ſubſaliter differt, quæ intrat definitionē eſſentialem. quæres fortaſſe quare ſubſtantialem differentiam, ſi eſt qualitas, prætermiſit in prædicamentis capite de qualitate, hic autem meminit. Reſpondet Auerroes, quia hic non intendit de ſpeciebus qualitatis, quatenus ſunt in prædicamentis loqui, ſed ſolum modo intendit numerare intentiones, quas ſignificat hoc nomen qualitas. & propterea hic enumerat differentiam ſubſtantialē inter qualitates, quoniam eſt unum eorum, quæ ſignificat qualitas, non autē eius meminit in prædicamentis, quoniam non eſt una de ſpeciebus qualitatis, quam reſponſionem Expoſitor probauit. per hæc, quæ Auerroes dixit, quæſtiones Alexandri diluuntur. quærit enim qualitas ut differentia quo diſcrepat a qualitate, ut genus uel ſpecies. etſi hęc qualitates ſunt perinde ut differentiæ, cur ipſorum hoc in loco non meminit? diluitur totū hoc, nam qualitas, ut differentia enumeratur inter ſignificationes qualitatis, & non ut genus, uel ſpecies in prædicamento, & ideo ibi differentiæ non meminit, quia ibi ſolum de qualitatibus, quæ ſunt ſpecies ſub generibus, loquitur, hic autem

Que Auer. Comen. 19.

non



non loquitur de illis, quia non enumerantur inter ſignificationes. Quærit tertio num differentia nō in quid, ſed in quale prę dicatur, iam patet ſolutio cp differentia prædicetur in quale quid. quia ſignificat ſubſtantiam per modum qualitatis. demum epilogat, & dicit { quo patet ſubſtantiæ differentiam qualitatem eſſe quandam } ac primo modo.

Alio modo, ut immobilia ipſa, & mathematica, quo pacto numeri quidam quales eſſe uidētur: ueluti ipſi compoſiti, & nō ſi, qui ſunt ſolum ad unum, ſed ſi, quorum planum ipſum ac ſolidum imitatio eſt. atque hi ſunt, qui toties quanti, aut toties quanti toties ſunt. & omnino id quod præter quantum ineſt ſubſtantiæ numeri. ſubſtantia nanq; cuiuſcq; eſt ipſum ſemel. uel ut ſubſtantia ipſorum ſex eſt, non ſi bis tria, aut ter duo. ſed ſi ſemel dicantur. ſex enim ſemel ſex ſunt.

Aſſignat ſecundū intellectum qualitatis, & aſſerit ſecundo modo qualitatem dici affectionem, ſecundum quam mathematica dicuntur qualia, & dicit { Alio modo } ſubaudi qualitas dicitur { ut immobilia ipſa, & mathematica } ſubaudi dicuntur qualia. nam, ut albedo eſt qualitas, quia ſecundum eam corpus dicitur quale, ſic ea affectio dicitur qualitas, ſecundum quā immobilia & mathematica dicuntur qualia. & cū dixerat { immobilia } ea exponens ſubdit { & mathematica } quaſi dicat ſe per immobilia intelligere mathematica, quoniam mathematica ideo immobilia dicuntur, quia abſtrahunt a motu. ſunt autem hæc numeri, & magnitudines, quæ utraq; qualia dicunt mathematici. dicuntur enim ſuperficies quales, inquantum ſunt quadratæ uel triangulares, lineæ etiam quales, inquantum ſunt circulares, uel rectæ, aut curuæ. corpora etiam qualia, quo ſphærica dicuntur, aut cuba, aut alia affectione affecta. & ponens exemplum in numeris, qui dicuntur quales, dicit { quo pacto numeri quidā qualeſ eſſe uidentur } & quia dixit { quidam } & non omnes, ideo numeros exponens eos, qui dicuntur quales, inquit { ueluti ipſi } numeri qui dicuntur { cōpoſiti: & non ſi, qui ſunt ſolum ad unum, ſed ſi, quorum planum ipſum, ac ſolidū imitatio eſt } .i. ſed ſi, qui ſimilitudinem habent cū plano & corpore. Ob quam ſimilitudinem Arithmetica dicere ſolent, ut Auerroes inquit, aliquos numeros eſſe ſuperficiales, aliquos eſſe ſolidos, qua ratione fit, ut qualitas in talibus ſit, ſecundū quam numerus dicitur compoſitus, ſuperficialis, uel ſolidus, uel talis id genus. per quæ demonſtrauit aliquem numerum eſſe ſimplicem, & hic non dicitur qualis, ſed nomine ſubſtantiæ appellatus. & hic numerus proprie eſt, qui non menſuratur aliquo alio numero, ſed ſola unitate, ut binarius, uel ternarius, qui & ob id incompoſitus dicitur, & qui eſt ſolum ad unum. aliquem uero eſſe compoſitum, qui non tantum unitate mēſurari poteſt, ſed aliquo alio numero, ueluti ſenarius, & octonarius, qui & unitate menſurari poteſt, & binario, uel ternario, uel quaternario, cuius alius eſt quadratus, alius altera parte longus, alius cubus. i. quadrantalis. Qua ratione etiā fit, ut qualitas in talibus ſit, ſecundum quam numerus dicitur quadratus, uel altera parte longus, uel cubus, aut talis id genus. Cum uero dixit { quorum planum ipſum, ac ſolidū imitatio eſt } dedit intelligere quis numerus non ſit ad unū. nam ut planum non eſt ad unum, ſiue ex una parte ſolum continuum, ſed in duorum continuorum cōpoſitione conſiſtens, ſolidum autem in trium, ſic numeri quidam non ſimplices ſunt, ſed compoſiti ad ſimilitudinem compoſitionis, qua dicitur planum compoſitum ex duobus continuis, uel qua dicitur ſolidum cōpoſitum ex tribus. deinde exponit qui ſint hi, & dicit { atq; hi ſunt, qui toties quanti } ſunt, cuiuſmodi ſunt plani, & altera parte longi, uel qui quadrati nuncupantur, ut bis duo, quatuor enim dicuntur bis duo, uel bis tria, ſex enim dicuntur bis tria. uel ter tria, nouem enim dicuntur ter tria. atque huiuſmodi quidem ſunt quoties quanti: & ſuperficiales, ſiue plani. nam per hoc quod dicitur tria, deſignatur prima dimenſio, quæ eſt longitudo, per hoc uero quod dicitur bis, uel ter deſignatur ſecūda dimenſio, quę eſt latitudo. ergo planus numerus dicitur quoties numerus ducitur in ſe, uel alium numerum uno tantum ductu. & quia ducitur in ſe uel alium uno ductu, ideo dicitur aliquoties quantus. deinde exponit, qui numeri dicantur ſolidi, atque corporei, & dicit { aut toties quanti toties ſunt } qui etiam quoties quanti quoties dicuntur, utpura cū fuerit duplex ductus, uel eiuſdem numeri in ſeipſum, uel diuerſorum in unum. eiuſdē numeri in ſeipſum gemino ductu, ut ter tria ter, qua ſunt. xxvij. & bis duo bis, quæ ſunt octo. diuerſorum autem numerorū in unum, ut bis duo quater, quæ ſunt. xvi. Qua ratione fit, ut xxvij. & octo, & xvi. ſolidi numeri & cubi dicuntur. nam tales numeri conſiderantur quaſi ad tres dimenſiones corporis, nam per hoc quod dicitur tria, conſideratur uelut longitudo, cum autem dicitur ter, conſideratur uelut latitudo, ſed cū dicitur ter etiam, conſideratur uelut altitudo. & reſumens generatim quid qualitas ſit in talibus inquit { & omnino id, quod præter quantum } .i. præter quantitatem numeri, ut præter trinitatem, uel qua trinitatem { ineſt ſubſtantię numeri } ut cubitas, uel planities, uel tale id genus, ſubaudi qualitas eſt, quoniam ſecūdum eam numerus dicitur qualis. ſ. cubus, uel planus uel talis id genus. Quicquid enim in numero eſt præter quantum, & ſubſtantiam, atq; naturam numeri qua litas eſt. deinde exponens quid per ſubſtantiam numeri intelligendum ſit, dicit, ſubſtantia { nanq; } .ſ. numeri { cuiuſcp eſt ipſum ſemel } .i. in eo conſiſtit, quod ſemel, ſimpliciterq; ſumatur { ueluti ſubſtantia ipſorum ſex eſt, nō ſi bis tria, aut ter duo } dicantur { ſed ſi dicantur ſemel, ſex enim ſemel ſex ſunt } .ſ. in ſubſtantia numeri. nam licet ſex, & bis tria, & ter duo eadem ſint, tamen ſex ſemel dicta, & in eo, cp ſemel accipitur, ſubſtantia numeri, uel quantum numeri dicitur. In eo uero cp ſex dicuntur ter duo, uel bis tria, accipiuntur, ut qualia. ergo ſex ſunt ſubſtantia numeri, bis tria, uel ter duo ſunt qualitates, quibus ſex dicuntur qualia. per quæ patet differentias in numero Ariſtotelem intellexiſſe qualitates in ſubſtantia numeri, quoniam ſi ſex ſimpliciter acceperimus, hoc numerus eſt, ſubſtantiaq; numeri, ſin autem ſex accipias, ut bis tria, tunc cum qualitate dicetur: ſic enim expoſuit Alexāder. Sed quærit Alexander, ſi differentiæ immobilium ſint qualitates ſecundo intellectu dictæ, ut patet hic. quo nam modo in primo intellectu qualitatis, ubi qualitatē primo modo uoluit eſſe differentiam ſubſtantię, mentionem de circulo fecit, ſiquidē circulus in immobilibus, & mathematicis habetur. uel quæſtio eſt poteſt, ſi differentiæ mathematicorum acciantur pro qualitatibus ſecundo intellectu, quomodo hic ſecundus intellectus differt a primo. hic enim qualitates dicuntur differentiæ mathematicorum, & ibi etiam differentiæ in ſubſtantia rerum. Reſpondet Alexāder Ariſtotelem hic per immobilia intelligere numeros, & ſic per immobilia, & mathematica numeros tantum intellexiſſe putat Alexander. prę terea ſi hic intelligit generatim per immobilia & mathemati ca tam numeros, quam magnitudines, ibi intellexit ſubſtantias, tam quę genera & ſpecies ſubſtantiæ ſunt, quam omnia alia accidentia, cum accipiuntur in abſtracto per modū ſubſtantiæ, & ſic illa intellectus eſt uniuerſalis, hic particularis ſolum mathematicis attributus. ibi etiam per circulum corpus ſphæricum intellexit. Vnde patet differentia inter hunc intellectum, & primum, licet in utroq; pro qualitatibus differentias intelligat.

Præterea omnes ſubſtantiarum earum, quæ mouentur, affectus, ut caliditas, & frigiditas, & albedo, & nigredo, & grauitas, & leuitas, & cæ-

tera id genus, quibus alterari dicuntur corpora, quæ mutantur.

Hic assignat tertium intellectum qualitatis, asserens qualitates dici affectus substantiarum transmutabilium, secundū quas corpora transmutabilia mutantur. quomodo qualitas de tertia specie dicitur qualitas hoc tertio intellectu, & dicit ¶ Præterea ¶ qualitates tertio intellectu dicuntur ¶ omnes affectus earum substantiarum, quæ mouentur ¶ & Alexander per substantias, quæ mouentur, intelligit substantias naturales, atq; materiales, quæ in motu uersantur, atq; agitantur: quas a mathematicis distinxit, q; mathematicæ immobiles sint. Expositor autem intelligit, per substantias, quę mouentur, corpora quæ per alterationē mutantur. tamen siquis uult, poterit intelligere per substantias, quæ mouentur, corpora, quæ mouentur quatuis specie motus, ut etiam corpora cœlestia comprehendantur. nam affectiones horum etiam qualitates sunt, ut lux, & figura, raritudo, & densitudo, & id genus. Deinde Aristoteles per exempla exponit quid intelligat per affectiones substantiarum mobilium, quas qualitates esse dicit tertio intellectu, & dicit ¶ ut caliditas, & frigiditas ¶ & cæterg elementariæ qualitates ¶ & albedo, & nigredo, & grauitas, & leuitas, & cætera id genus, quibus alterari dicuntur corpora, quæ mutantur ¶ .i. quorum esse consistit in mutatione. addit autem hanc expositionem, ut Auerroes inquit, quia qualitates per quas differunt immobilia, & mathematica, non pertinent ad motum, nec per illas mouentur mathematica, & numeri, ut patet septimo physicorum. Illud autē aduertendum, ut Alexāder inquit, grauitatem, & leuitatem, quæ inter qualia enumerat Aristoteles, paulo ante inter ea quanta esse computatas, quæ quia quanti in eo q; quantum affectiones sunt, quantas esse intelligimus, quod qua ratione factum sit, eo loco exposuimus.

Cōmēn. 19.

Cōmen. 19. 19. & 20.

Insuper uirtus, & uitium, & omnino malum & bonum.

Hic assignat quartū intellectum, asserens qualitates quarto modo dici, quibus homines dicūtur aut uitiosi, aut officiosi, & generatim boni, uel mali. & innuit omnes affectiōes animæ; quibus afficimur. hoc pacto Auerroes, & Expositor interpretantur. Alexander uero hoc, quod hic dicit, uult ut sit pars eius, quod dixit in tertio intellectu, nam cū dixisset substantiarum mobilium affectiones qualitates esse, his uirtutes adiunxit, uitiaq; & omnino bonum & malum, quæ neq; corporum affectiones, neq; huiusmodi qualitates sunt, ut per eas fiat alteratio.

Q ue Auer. Cōmen. 19.

Quale igitur modis fere duobus dici potest. & horum uno maxime præcipuo, nā prima quidem qualitas substantiæ est differentia. huius autem pars quædam est & ea, quæ est in numeris qualitas. est enim substantiarum differentia quædam. uerum eorum est, quæ aut non mouentur, aut non, ut mouentur.

Ex iis, quę dixit, cōcludit omnes intellectus, quibus dicuntur qualitates, esse principaliter duos, quia omnis qualitas est de illis, quæ pertinent ad motum, aut de illis, quæ non pertinent ad motum, ut Auerroes recolligit hic, & tunc hos duos qualitatis intellectus exponens inquit ¶ Quale igitur modis fere duobus dici potest, & horum ¶ .s. duorum modorū, quibus dicitur qualitas ¶ uno maxime præcipuo ¶ dicitur quem modū exponens subdit ¶ nam prima quidē qualitas substantiæ est differentia ¶ hanc enim primā qualitatē esse ait ex eo, ut Alexander inquit, quia cum cæteris generibus substantia prior sit, efficitur, ut differentiæ, quę substantijs per se insunt, priores reliquis habeantur. dixit autē ¶ modis fere duobus ¶ quia per species quatuor sunt, generatim duo. Quod autem sint generatim duo, demonstrat ex eo, quia qualitas qua numeri quales dicuntur, cōtinetur, ut species atq; pars in primo intellectu, & dicit ¶ huius autem pars quædam ¶ & species ¶ est & ea, quæ est in numeris qualitas ¶ cuius ratione assignat, & dicit ¶ est enim substantiarū differentia quædam ¶ qualitas enim qua numeri quales dicuntur, differentia quędā substantialis numerorum est. cum numeri ipsi significentur per modum substantiæ potius q̄ cætera accidentia. & cum dixisset differentiam mathematicorū cōtineri sub intellectu, quo primo qualitas dicitur, addit ¶ uerum ¶ talis differentia mathematicorū ¶ eorum est, q̄ aut non mouentur ¶ secundū eorum sententiam, qui dixerunt mathematica esse substātias abstractas, & immobiles ¶ aut ¶ si mathematica secundum rem eadem sunt cū rebus mobilibus, ut putat Aristoteles, talis differentia mathematicorum erit ¶ nō, ut mouentur ¶ sed sub ratione, qua considerantur, ut abstracta, & immobilia. itaq; unus qualitatis modus esse potest, quo differentiæ substantiarum tum mobilium, tum immobilium qualitates esse intelliguntur. Mathematica enim substantias more Platonico substantias nūcupare cōsueuit, qua ratione sit, ut secūdus modus cōtineatur sub primo: & sic uidenē subesse uni rōni.

Cōmen. 19.

Aliæ uero affectiones sunt eorum, q̄ mouentur ea ratione, qua mouentur. & ipsorū motuum differentiæ. uirtus autē & uitium, q̄dam est affectuū pars. differentias. n. motus operationisue significant, quibus operentur aut patiantur bene, uel praue ea, q̄ sunt in motu. id. n. quod hoc pacto moueri, uel operari potest, est bonū. id autē, quod hoc pacto, atq; cōtrario modo, prauū. maxime uero bonū, ac malū qualitatem in animalibus ipsis significant. & horū potissimum in his, quæ electionem habent.

Nunc exponit secundū modum, & dicit ¶ Aliæ uero ¶ .s. qualitates ¶ affectiones sunt eorum, q̄ mouentur ea ratione, qua mouentur ¶ .i. in secundo modo qualitatis sunt affectiones substantiarū mobilium, quibus affectionibus ipse substātiæ moueri, ac naturales esse dicuntur. adiungit autē huic modo alium, quē superius nō explicauit, & dicit ¶ & ¶ sunt etiā qualitates in hoc secūdo modo ¶ ipsorū motuū differentię ¶ & Alexander per differentias motuū uno modo exponit, species motus, uidelicet alterationem, accretionē, imminutionē, atq; lationē. alio modo per differentias motuū exponit potentias, per quas discrimina motus localis corporibus naturalibus contingunt, quæ quidē sunt grauitas, & leuitas. uel tertio per motus differētias intelligit discrimina omnis motus, quo in modo habitus appellaret qualitates. quoniam ab habituū differentijs motuum discrimina manant. Quod autē in hunc sensum dixerit, docet in hunc modū reducendo uirtutem & uitium, q̄ posuit quarto loco qualitates, cum ait ¶ uirtus autē & uitium, quędam est affectuum pars. differentias enim motus operationisve significant ¶ q̄bus uerbis docet primo habitus subesse qualitatibus, quia sub sunt affectibus. sed dices habitus acquiruntur ex actibus, affectus autem sunt naturales. ideo per affectus, non intelligas animi perturbationes, nā perturbationes animi naturales sunt, sed intelligas dispositiones, quibus denominamur quales, siue naturales, siue acquisitę sint. deinde demonstrat uirtutem, ac uitium motuum, ac actionum discrimina significare ex eo quia quæ in motibus operationibusq; sunt, p̄ suis uirtutibus, & uitijs agunt, & patiuntur, & dicit ¶ quibus operentur ¶ siue agant ¶ aut patiantur bene uel praue ea, quæ sunt in motu ¶ .s. agendo uel patiendo. uirtus enim est, per quam aliquis bene se habet in agendo uel patiendo. uitium autem per quod se habet perperam. Quod in alijs habitibus facile cernitur, intellectualibus quidem, qualis est scientia. corporalibus uero, ut sanitas. deinde hoc probat per sua denominatiua, ut est locus Topicus,



cus, & dicit ¶ id. n. quod hoc pacto ¶ .s. recte ¶ moueri ¶ .i. pati ¶ uel operari ¶ .i. agere ¶ potest, est bonū, id autē quod hoc pacto, atque contrario modo ¶ .s. pati aut agere potest ¶ prauum ¶ ergo differentiæ actionis, atq; passionis qualitates sunt. motus. n. secundū recte, & perperam his insunt, qui huiusmodi habitus habent. habitus autem horum cause sunt, & licet bonum & malum omnibus agētibus, ac patientibus inesse intelligantur, tam naturalibus, q̄ animatis, exponit tamen quibus proprie, & dicit ¶ maxime uero bonum, ac malum qualitatē in animalibus ipsis significant ¶ neq;. n. omne bonū qualitas est, cū ipsum in decē generibus habeatur ¶ & horum ¶ .i. animatorū maxime ¶ potissimumq; in his, q̄ electionē habent ¶ .i. in hominibus, est. n. bonū & malū animatorū, & electionē habentium uirtus & uitium, q̄ bonorū maxime in qualitate sunt electionē habentiū tantū. non. n. uirtus & uitium, nisi metaphorice in omnibus agentibus patientibusve, reperiuntur. & ita bonū & malū potissimū in animalibus reperiuntur, uirtus & uitium in hominibus proprie. quæ res sub quo intellectu horum qualitatis species omnes, quas posuit in prædicamentis, continentur. Alexāder omnes qualitatis species, quas posuit in p̄dicamentis, affectionibus, seu passionibus secundū hunc qualitatis intellectū subijcere uidetur, excepta specie, q̄ secundū aptitudinem, ac potentiam dicitur. de hac. n. mentionē nullam fecit, nisi hanc motuū differētijs annumerare uelis, hoc est ijs, a quibus motuū differentiæ proficiscuntur. nā quemadmodū pro habitibus diuersi motus eduntur, sic pro potētijs, & aptitudinibus ipsarumq; differentijs, prorsus ut habitus, & potentiæ. Præterea qualitates passiuæ, figuræq; qualitati subijciantur, quę in affectionibus mobilium substantiarū intelligitur. aut certe figuræ ad superiorē qualitatis intellectū referuntur. neq;. n. triangulus æqui laterus motū quasi actionē quandā, aut opus huiusmodi trianguli significat, sed discrimen inter se, & scalenum atq; isoscelem, ut ipse hominis exemplo docuit, rogati. n. quale animal homo sit, respondere possumus pedestre. sic de æquilatero qualis triangulus sit interrogati, æquilaterus respondebimus. Auerroes autem dicit, Aristoteles etiam non uidetur hic numerare inter significationes qualitatis genus, quod dicitur secundum potentiam, & impotentiam naturalem primo quia naturalis potentia & impotentia sunt qualitates propter præparationes, hic autem enumerauit qualitates, q̄ sunt simpliciter, & absolutæ, deinde quia potentiæ non sunt qualitates in actu. At Aristoteles enumerat solum qualitates in actu. Tertio quia naturalis potentia, & impotentia cōsequuntur substantiales formas, quę sunt qualitates substantiales de prima significatione. Quarto quia quo sunt potentiæ enumerauit eas inter habitus. Vltimo quia quo præparationes sunt, non qualitates, sed priuationes sunt qualitatum. Nec Libro septimo Physicorum differuit si ad eas sit motus uel ne. Sed uidetur in uerbis Aristotelis nō sibi cōstare, ait enim hic, maxime uero bonum, ac malum qualitatem in animalibus ipsis significant, & horū. s. animantium potissimū in his, q̄ habent electionē: & Auerroes, bonum & malum nō dicuntur simpliciter, & in maiori parte, nisi de accidentibus prouenientibus a formis, q̄ sunt inanimatis. Octauo uero, huius inquit, uerum & falsum sunt in cognitione, bonū & malum sunt in materia. Tertio uero de anima, ait bonū & malū & uerū & falsum sunt in eodem genere. Expositor recte exponit, bonū & malum .i. bene rectęq; agere, & male perperamq; agere esse in animalibus, & proprie in hominibus, ut agentibus proprium, qa animalia, & inter animalia soli homines agunt propter finē cognitum, & sic his solis est proprium bene agere, si agant propter finē, uel male si agant prꝑter finē. Qua ratione fit, ut bonū & malum sint in animalibus, tanq; proprium in agentibus, bonū & malū, ut fines, propter quos agunt, sunt in rebus materiaq; ipsa. Verū autem & falsum sunt in rebus, ut in causis, in anima uero, ut in subiecto. ex quibus potest cō cordare, quæ aduersari uidentur.

Q ue Auer. Cōmen. 19.

Cōmen. 20.

Cōmen. 8.

Cōmen. 34.

Ad aliquid alia dicuntur, ut duplum ad dimidium, & triplum ad tertiam partem, & omnino multiplex ad submultiplex, & excedens ad id, quod exceditur.

Nunc prosequitur diuisionē eorum, q̄ ad aliquid dicūtur, & uult, ut hic primus intellectus sit eorum, q̄ sunt ad aliquid per excessum & defectū, quē intellectū secundū numerū appellat, & dicit ¶ Ad aliquid alia dicunt, ut duplū ad dimidiū & triplū ad tertiam partē ¶ quod est sub triplū ¶ & omnino multiplex ad submultiplex, & excedēs ad id, qđ exceditur ¶ ergo primus intellectus est eorū, q̄ ad aliquid dicuntur prout excedens dicitur ad excessum, uel e cōuerso. Vnde Auerroes ait, una species rum relatiuorū est, sicuti referuntur inter se duplum & dimidium siue subduplum & duplū. sub quo uult, ut contineantur omnes numeri, qui multiplicātur p̄ numerū ad numerū productū, cū numerus productus sit multiplex ad eos numeros, quorū alter in alterū ducitur secundū unitates amborū. Qua ratione fit, ut hæc relatiua inuicem referantur per excessum & defectum in numeris.

Q ue Auer. Cōmen. 20.

Alia ut cōbustiuū ad cōbustibile, & diuisiuū ad diuisibile, atq; oīno actiuū ad ipsum passiuū.

Assignat secundū intellectum relatiuorū, qui intellectus actiuū & passiuū spectat: & dicit ¶ Alia ut cōbustiuū ad cōbustibile ¶ quæ pertinet ad dictiones naturales ¶ & diuisiuū ad diuisibile ¶ q̄ pertinent ad actiones artificiales, & colligēs generatim id, quod spectat hic relatiuorū intellectus, inquit ¶ atque omnino actiuum ad ipsum passiuum ¶ hæc notio, ut Alexander inquit actiuum, & passiuum spectat: ergo primus relatiuorum intellectus est eorum, quę referuntur, ut excedens, & excessum, secundus uero est eorum, quæ referuntur, ut actiuum & passiuum.

Alia ut mensurabile ad mensuram, & scibile ad scientiam, & sensibile ad sensum.

Assignat tertium intellectū relatiuorū, & dicit ¶ Alia ¶ .s. relatiua tertio modo dicuntur ¶ ut mēsurabile ¶ dicitur ¶ ad mensurā, & ut scibile ¶ dicitur ¶ ad scientiam, & ¶ ut ¶ sensibile ¶ dicitur ¶ ad sensum ¶ qui modus, ut Alexā. inquit, est secundū quem iudicat & iudicans referuntur. mensura enim mensuratū iudicat, sensus sensibilia, & scientia scibilia. quare hic relatiuorū intellectus est eorum, q̄ referuntur ut iudicans, & iudicatum. Expositor autem ait mēsuram & mensurabile accipi non secundū quantitatem p̄dicamentariam, hoc enim ad primū modū pertinet. sed secundū mensurā esse, & ueritatis, hoc est sed secundū mensurā entitatiuā. Veritas. n. scientię mensuratur a scibili. nā ex eo, qa res est, uel nō est, oratio quę scitur, dicitur uera, uel falsa, similiter est de sensibili & sensu. De fundamentis relationum perendum est a dilucidario, nā ibi exposui genera relatiuorū, & fundamenta, quibus referuntur. & multa alia, q̄ sunt considerationē digna.

Disputa. 12. capite. 2.

Atque prima quidem per numerum, aut simpliciter, aut definite ad ipsos, aut ad unum, ueluti duplum quidē ad unum numerus est definitus.

Cum assignasset tres relatiuorum intellectus, nunc unum quenq; intellectum retractat, & quomodo dicatur, ostendit, & ipsorum mutua discrimina declarat, & incipit a primo relatiuorum intellectu, & dicit ¶ Atque prima quidem ¶ .s. relatiua, quæ primo intellectu dicuntur, omnia subaudi dicuntur per numerum, sed dupliciter ¶ aut per numerum simpliciter ¶ .i. nō certa specie definitū, hoc est, qa nec p̄ binarium, nec per ternarium, nec per talem aliquem ¶ aut definite ¶ .i. certa specie determinatum, & addit ¶ ad ipsos ¶ numeros. s. definitos uel simpliciter ¶ aut ad unum ¶ in relatione enim primi intellectus sunt duo extrema, q̄ necesse est, ut sint ambo numeri, uel alterum numerus, alterum unitas, etsi ambo numeri possunt trifariam esse, aut ambo numeri certa specie

definiti, ut tria & duo, uel indefiniti ambo, ut multiplex & submultiplex, uel alter definitus, alter indefinitus, ut multiplex & binarius. Aristoteles non omnia hæc prosequitur, sed affert exemplum primo, quando ambo extrema sunt definita, & dicit ⁊ ueluti duplum quidē ad unum numerus est definitus ⁊ relatio. n. est per numerū, in qua duplum est numerus definitus, & unum etiam quid definitum. etsi e contrario dicatur, etiam erit relatio p numerum definitum. Alexā. exponit aliter & dicit ⁊ aut simpliciter ⁊ .i. ut neq; excedens determinatū excessum significet, neq; quod exceditur, determinatū defectū ⁊ aut definite ⁊ ita ut ambo inter ipsa determinata sint, uel determinata inter se per unū aliquē numerū excedentia, & deficientia dicātur. duplum igitur quod dicitur ad unū, oppositionē relatiuā habet p numerū, diciturq; duplum ad unū, qm̄ omne duplū dicitur ad dimidiū, & ita ad unū quidā denicp determinarū dicitur duplū, eiusq; est determinatus excessus, cū dimidium semper dicatur. Quare dicitur hæc relatio p numerū determinatū, ga excessus, quo duplū excedit dimidium, est certo numero definitus. est. n. duplus, qui semper dualitate definitur, dimidium unitate, quare excessus unitate describitur. diciturq; duplus, eadē quoq; est ratio dimidij ad duplū, nam numerus, quo exceditur dimidium ab ipso duplo, est definitus. cū dicatur subduplus, quare defectus unitate designatur. Quecunq; igitur referuntur, ut excedens, & excessum, & excessus uel defectus numero definitus est, hæc dicunt relatiua p numerū definitū. hęc Alex. de primo exēplo.

**Multiplex autem p numerū quidē ad unum est, non definitum tamen, ut hunc, aut hunc.**

Nunc assignat secundū exemplū, quādo relatiua primo intellectu referuntur, ut excedens, & excessum, & excessus nō est numero certo definitus, & dicit ⁊ Multiplex autē p numerum quidē ⁊ excessus ⁊ ad unū est ⁊ & nō tantū ad unū, sed ad submultiplex, ga tamen nec excessus, quo multiplex excedit unū, uel ipsum submultiplex, nec defectus, quo exceditur unū, uel sub multiplex a multiplici, nō est certo numero definitus, hæc relatiua dicuntur per numerum simpliciter, siue in definitum. nam licet alterum extremū uidelicet unū sit definitum, tamen excessus quo exceditur, uel defectus, quo deficit a multiplici, nec dicitur duplus, siue subduplus, nec triplus, si ue subtriplus, nec alio definito numero descriptus. ergo hæc dicuntur relatiua p numerū simpliciter indefinitumq;. & propterea subdit ⁊ nō definitū tamen ut hunc, aut hunc ⁊ ut. s. excessus sit duplus, uel defectus subduplus, aut triplus, uel defectus subtriplus. & alio numero definitus quouis.

**Sesquialterum autem ad subsesquialterum per numerum est ad numerum definitum.**

Pro intellectu exempli huius aduerte numerum qui excedit, aliquādo continere numerū minorē, qui exceditur semel & cū hoc aliquā eius partē, & tunc hæc proportio ab Euclide libro elementorū quinto dicitur proportio superparticularis. qui numerus maior, si cōtinet totū minorē, & cū hoc eius dimidium, dicitur numerus sesquialterus, sicuti tria cōtinent semel duo, & cū hoc dimidium eorū, si autē continet semel, & partē tertiam minoris, dicitur sesquitertius, ut quatuor ad tria, sic si quartam, sesquiquartus, ut quinq; ad quatuor, & sic in infinitum. dicit ergo ⁊ Sesquialterum autem ad subsesquialterum per numerū est ad numerū definitum ⁊ quia excessus, quo sesquialterum excedit subsesquialterū est certo numero definitus, & defectus, quo subsesquialterum deficit a sesquialtero, etiam numero certo determinatus est. Quare & hæc relatiua referuntur, ut excedens, & excessum propter numerum. Vnde Alexā. sesquialterum ad subsesquialterum perinde atq; duplū ad dimidium utrunq; numerū determinatum habet secundū excessum, & defectum numerorum. nā sesquialter numerus determinatus est. qm̄ qui numerus alterum in se, eiusq; dimidium continet, is sesquialter dicitur, pari ratione subsesquialter. hic enim est, qui totus cū dimidio in alio cōtinetur, & sic tam excessus, q̄ defectus utriusq; numeri determinatus est. Qua ratione fit, ut hoc exemplū simile sit exemplo dupli & unius. nam excessus, & defectus in utroq; definito numero habetur.

**Et superparticulare ad subparticulare pinde finitum perinde atq; multiplex ad unū ipsum.**

Tertio assignat exemplū, quando in relatiuis excedentis & excessi, q̄ fiunt per numerū, excessus & defectus nō definitur certo numero, & dicit ⁊ Et superparticulare ad subparticulare per numerum indefinitum ⁊ refertur ⁊ perinde, atque multiplex ad unum ipsum ⁊ nam ut excessus, quo multiplex excedit unum, non definitur certo numero, ita excessus, quo superparticulare excedit subparticulare, nō definitur numero, simili ratione & de defectu dicas. Addit autem Auerroes, hoc esse ita, nisi numerentur p species numerus multiplicis, & numerus superparticularis. nā sesquialterum excedit subsesquialterum excessu determinato per numerum, similiter sesquitertium excedit sesquitertium eodē modo. qm̄ superparticulare, licet excedat subparticulare, nō tamen rationem explicat, ut sesquitertium ad subsesquitertium. est autem numerus superparticularis, qui continet numerū minorem semel, & aliquam eius partem, non tamen explicat rationē excessus, ut diximus. Vnde Alexander, cum dixisset ⁊ superparticulare autem ad subparticulare per numerū indefinitum ⁊ appositione multiplicis declarat superparticulare ad unū dici, sed nō ad unum determinatum. multiplex enim cuiusdam atq; unius multiplex est, sed hoc unum quota pars multiplicis sit, non definitur. itaq; multiplex æque, ac superparticularis ad unum dicitur. sed per numerum indefinitum.

Quę Auer. Cōmen. 10.

**Excedens autem ad id, quod exceditur, indefinitum omnino est numero. numerus enim cōmensurabilis est. hæc autē per nō cōmensurabilem numerum dicuntur. excedens. n. ad id, quod exceditur, tantum quidem est, & ultra. hoc autē indefinitum est. est enim utrunuis uel æquale, uel non æquale. hæc igitur omnia ad aliquid dicuntur per numerum, atq; per numeri affectus.**

Expositor refert hoc ad quantitates continuas, in quibus est relatio excedentis, & excessi, sed nullo modo per numerum, nec definitum, nec indefinitum. hęc enim est differentia inter quantitates continuas, & discretas, q̄ licet inter utraq; possit esse ꝓportio excedētis ad excessum, tamen in cōtinuis proportio nec per numerū finitum, nec per numerum indefinitum habetur, ut proportio diametri ad latus. hæc enim excedentis est ad excessum, & tamen nec per numerum finitū, nec per numerum indefinitum. at in discretis relatio excedentis ad excessum est per numerum aliquādo definitū, aliquando indefinitum, qui numerus utercp unitate mensurabilis est, nō tamen definite semper. numerus enim indefinitus quo numerus est, unitate mensurabilis est, sed nō definite. at numerus definitus mensurabilis est unitate, sed definite. Vnde dicit ⁊ Excedens autem ad id, quod exceditur ⁊ .s. in magnitudinibus ⁊ indefinitum omnino est numero ⁊ omnino dixit, ga tam numero finito, q̄ numero indefinito est numero indefinitum. Probat autē hoc, quod accepit, & dicit ⁊ numerus. n. ⁊ .s. tam finitus q̄ indefinitus ⁊ cōmensurabilis est ⁊ .s. unitate. nō tamen definite, ga numerus indefinitus quo numerus est, unitate mensurabilis est, sed nō definite, at numerus definitus mēsurabilis est unitate, sed definite ⁊ hęc autē ⁊ .s. excedens, & excessum ⁊ per nō cōmensurabilem numerū ⁊ .s. omnino ⁊ dicuntur ⁊ quod ostendit, & dicit ⁊ excedens enim ad id, quod exceditur, tantum quidem est ⁊ .s. magnitudine quā tum est excessum ⁊ & ultra sed hoc ⁊ quo ultra est, omnino ⁊ indefinitum est ⁊ cuius rationē affert, & dicit ⁊ est enim ⁊ illud, quo est ultra ⁊ utrūuis uel æquale ⁊ .s. ei qđ exceditur, qua



qua ratione ipsum excedens dicetur duplū, & excessum subduplum. qm̄ excedens cōtinet excessum bis ⁊ uel nō æquale ⁊ & incertū, ut illud ultra, quo diameter excedit latius, dr̄ non æquale, & incertū. hæc est una expō, Alexā. aūt magis ad mentē Arist. vī exponere, nam cū relatiua primi intellectus dicanē per numerū, non vīr inueniri in quātitatibus cōtinuis, et in magnitudinibus: et ita p excedēs, & excessum intelligēda sunt relatiua, q̄ sunt per numeros, sed per numerum oīno indefinitū. Pro quo aduertendū aliqđ excedens excedere aliqđ excessum trifariā per numeros, aut p numeros definitū, quo in mō duplū excedit dimidiū, & triplum subtriplū, & sesquitertiū subsesqtertiū. Duplum. n. excedit dimidiū per unū hoc est tantūdē. Triplum uero unū p duo. Tria. n. excedūt unum p duo, & sic in alijs. aut p numerū indefinitū inde finite, et hoc pacto multiplex excedit unū vl aliquē numeros. Habet. n. multiplex hoc determinatū, qđ sæpe contineat numerū illum. vel unū, ad quem referē. Simīr supparticulare, cp illū continuat, & partē præterea eius. ergo alterū horū excedit alterū per numerū definitū indefinite, aut p numerum indefinitū indefinite, & hoc pacto simplr excedens excedit simplr excessum, qm̄ p numeros indefinitū indefinite. Solū. n. habeē q̄ excedat numero. Hoc. n. certū est, sed quo numero, oīno incertū est, qm̄ nec p numerum definitū, nec p numeros indefinitū definite, sed oīno per indefinitum. vñ dicit ⁊ excedens aūt ad id, qđ excedit, indefinitū oīno esse numero ⁊ ga nec p numerū definitū, nec per numerū definite indefinitū. Quōd aūt non per numerū definitum, demōstrat, & dicit ⁊ numerus. n. ⁊ .s. definitus ⁊ cōmensurabilis est ⁊ Cōmensurabiles. n. numeri sunt, ga eadē mensura mensurant, utputa p unitatē, q̄ oīum numeros cōis mēsura est ⁊ Hæc aūt ⁊ .s. simplr excedens, & simplr excessum ⁊ p non cōmensurabilē numerum dr̄ ⁊ Quod ondit, & dicit ⁊ excedēs. n. ad id qđ excedit, tm̄ quidē est ⁊ .s. quātū est excessum ⁊ & ultra, hoc aūt ⁊ .i. sed illud ultra, quo excedit ⁊ indefinitū est, quod iterum ostendit et dicit ⁊ est enim ⁊ .s. illud ultra ⁊ vtrūuis uel æquale ut si excedens fuerit duplum ⁊ uel nō æquale, si excedens fuerit simplr excedēs. vnde dictio in syllīm sic resolui pōt, Quę excedunt atcp excedunt per definitū numerum, cōmensurabilia sunt numero: excellētia atcp excessa nō sunt cōmensurabilia numero: ergo nō excedunt numero finito, nec excedunt. Tacuit aūt Arist. oñdere excedens & excessum referri nec definito numero indefinite. ga hoc patet ex rōne terminorum, nam excedēs, solum certū habet, quia numero excedit, sed dicit numerus indefinitus indefinite, quia nec excedens simplr dicitur excedere in duplo, nec in triplo, nec in aliquo tali, insup non dicit continere excessum numero, cp sæpe contineat illud, quo mō ipsum multiplex cōtinet unum, insuper nec cōtinet ita ut certe illud contineat, & aliquā eius partem, ut supparticulare continet subparticulare. Hoc ergo non oñdit, ga ex rōnibus terminorū patet. multa alia complectit Alex. quæ cum sint inutilia, p̄termittimus, et solū hæc, quæ faciunt ad ꝓpositū, accepimus. Quo uero ad uerba attinet, cum Arist. dixisset ⁊ est. n. utrūuis, uel æquale, uel non æquale ⁊ innuit in excedēte non esse determinatum excessum. excedens. n. tantū est, quantū id quod exceditur, & amplius. Ipsum aūt amplius indefinitū est. nam excessus ille, quo excedens excedit, par esse pōt ei, qđ exceditur, ut excessus dupli. Siquidē duplum tantū est, quantum dimidiū, et amplius, qđ amplius par est ei, qđ exceditur. Potest ēt esse minor, sed prorsus, ut quo excessu superet, definire non licet utrū pari, an minore, ut in supparticulari, qui minore hoc est parte excedit. demū epilogat & dicit ⁊ hæc igit oīa ad aliqd dr̄ per numerū, atcp per numeri affectus ⁊ nam duplū, & dimidiū, multiplex & submultiplex, & cætera id genus numeri affectiones sunt, & hac rōne quanta, ut paulo aī dixit in diuisione quāti. Intellectu eos, quæ dicta sunt, attendendum, cp cum relatio sit accīs sua natura imperfectū, & quidem adeo imperfectū, ut putet de secundis intellectis, ut. 12. huius Auerroes ingt, ideo substantiæ sine suo subiecto non pōt inesse, nisi per aliqđ medium accīs rōne perfectius: & ita illud accīs, quo inest suo subiecto, Iuniores fundamentū appellant. nam eo intercedente suo subiecto inest. Qua rōne fit, ut relatio subiecto indigeat per rōnē generis, ga uideli cet est accīs, cui omni cōpetit inesse alicui subiecto, fundamento aūt per rōnem spēi, utputa ga est accīs imperfectū, & tale, qđ pro sui esse idiget pluribus. Ex his patet q̄ sint relatiua primi gñis, siue primi intellectus. Sunt. n. accīia īperfecta, q̄ substātijs subiectis insunt intercedēte numero quasi fundamēto, nūero dico, aut finito finite, aut finito indefinite, aut numero nec finito, nec indefinito. duplū et dimidiū, sup sesquialteru, et subsesqualterū relatiua sunt, q̄ sīunt ītercedēte nūero definito. Multiplex & submultiplex, supparticulare, & subparticulare relatiua sunt, q̄ sīunt subiectis intercedēte numero definito īdefinite. excedēs, et excessus relatiuā sunt, q̄ subiectis insunt accedēte numero, sed nulla rōe definito. Qua rōne fit, ut relatiua primi gñis multiplicent i tres spēs.

Cōmē. 19.

**Et insup æquale, & simile, & idē alio mō. rōne. n. ipsius unius uniuersa dicunt. Eadē. n. sunt ea, quoru substantia est una. Similia vero quorū qualitas est una. æqualia denicp ea, quorū quantitas est una. At ipm unum principiū esse numeri, mensurācp constat. Quare hæc uniuersa ad aliquid per numerū quidem dr̄, non tm̄ mō eodē.**

Cum exposuisset ea relatiua primi intellectus, quę dr̄ p excessum, & defectū numeri, nunc ingt ⁊ Et insup æquale, & simile, & idē ⁊ dr̄ relatiua p numerū, sed ⁊ alio mō ⁊ q̄ per excessum & defectū. nam dr̄ per similitudinē, & æqualitatē, & identitatē. Quōd aūt quæ sic inter se dr̄, per numerum dicant, rōnē affert, & dicit ⁊ rōne. n. ipsius unius uniuersa ⁊ hæc dr̄ relatiua: ut sit syll's hic, quæ dr̄ per unum, dr̄ per numerū. hæc dr̄ per unū; igit hæc dr̄ per numerū. de syll'o accipit minorē, & dicit ⁊ rōne. n. uni' uniuersa ⁊ hęc. s. ⁊ dr̄ ⁊ hæc est minor. deinde inductione oñdit minorem, & dicit ⁊ eadē. n. sunt, quoru substātia est una ⁊ Hæc. n. sunt similia sm̄ substantiā, nam cum ipm sibi idē esse dicit, unū quasi duo sumit. itaq; idēritas unitas quædā est sm̄ substantiam ⁊ Similia uero quoru qualitas est una ⁊ Similia. n. in sola qualitate dr̄, quemadmodū docuit in p̄dicamentis, vt similitudo unitas esse intelligat in qualitate ⁊ æqualia denicp ea, quoru quātitas est una ⁊ ita ut æqualitas unitas esse intelligat in quantitate p hanc inductionē perspicua est minor. Maiorem syllī non exp̄sit, sed eius demōstrationē, & dicit ⁊ at ipm unum principiū esse numeri, mensurācp constat ⁊ At principiū numeri vī quasi uirtute numerus ipse. Tūc affert conclusionē, & dicit ⁊ quare hæc uniuersa ad aliqd per numerū quidem dr̄, non tm̄ eodem mō ⁊ qm̄ ea, quę dicta sunt, dr̄ per numerū formaliter, hęc per unitatē, quæ est numerus p̄āte, ea uirtute. Insup illa per excessum in numero dr̄. hæc autē per æqualitatē, & unitatē. Qua rōne fieri pōt, ut eoru relationes, quoru fundamentum est quātitas, quædā fundent in ipsa quātitate, quædā in ipsius quantitatis principio. de ijs, quæ fundant in quātitate dictum est & esse, quæ accipiunt per excessum numeri. Ea uero, quæ fundantur in principio quātitatis, in p̄ti dictione expositi: dixitcp ea esse, quæ per æqualitatem, & unitatem accipiuntur.

**Actiua uero atcp passiua per potentiā actiuā, atcp passiuā, operationescp potentiarū dicunt. ut combustiuū ad combustibile, quia pñt. & rursus comburens ad id quod comburitur, & diuidens ad id quod diuiditur, ut operantur.**

Postquam de ijs disseruit, quæ per numerū ad aliqd dr̄ nunc sermonem ad ea transfert, q̄ ut effectiua sunt, & passiua, ac ut efficiūt, patiūturcp iter sese referunt, et dicit ⁊ Acti-

ua uero } siue effectiua { atq; passiua p potentiam actiuã, atq; passiuã operationesq; potentiarũ dr̃ } non tñ eadem actiua, eademq; passiua p potentias, atq; potentiarũ operationes dr̃, quorũ differentiã subdit { ut combustiuũ ad cõ bustibile, quia pñt } .s.p potentias, combustiuũ quidẽ quia põt per potentiã effectiuã, combustibile, quia põt per potẽ tiam passiuã { & rursus cõburens ad id, qđ comburitur, & diuidẽs ad id, qđ diuidit, ut operant } .i. per actionẽ, & pas sionem, nam cõburens per actionẽ, id qđ comburit per pas sionem. Ex ijs patet hoꝝ relatiuorum fundamentũ esse qua litatẽ, quæ duplicia esse oñdit Arist. aut ea quorũ fundamẽ tum est potẽtia actiua, uel passiua, ut calefactiuũ & calefa ctibile, aut ea quoꝝ fundamentũ est qualitas, quę est agere, & pati, siue alterationes ut calefacies, & calefactũ. Sed huic occurrunt Iuniores, qm̃ quod nõ est, nullius fundamentum esse põt, sed transeũte actione & passione manet relatio, nã transeunte gñatione manet relatio patris ad filiũ. Sed hęc rõ friuola est, qm̃ generatio, qua pr̃ generat filiũ, non est funda mentũ paternitatis atq; filiationis, ut recte dicũt, sed illius præuiæ dispõnes. At gñatio fundamentũ est, quo generans refertur ad id, qđ actu generat. nam ea cessante hæc relatio mox aboletur, & ea posita, mox hæc relatio ponitur.

**Eorũ aũt quę per numerum dr̃, operationes nõ sunt, nisi eo mõ, qui in alijs dictus est: sed ope rationes per motum illis non competunt.**

Expositor putat Arist. ponere differẽtiã inter relatiua se cundi modi, & relatiua primi modi, quoꝝ fundamentum, ut diximus, est numerus ex eo, quia relatiuoꝝ, quoꝝ fundamẽ tum est numerus, nõ sunt aliq; opiniones, hoc est neq; actio nes neq; passiones, nisi eo mõ, qui in .2. auscult. physicæ di ctus est, vbi dictũ est eoꝝ posse esse actiones, & passiones per similitudinem, ut multiplicare, & diuidere, numerare, & colligere, siue in summã reddere. Sed actiones, et passiones, quæ per motũ sunt, illis relatiuis, quæ per numerũ sunt, non cõpetunt, hæc est dria. Alexander fortasse magis ad sensum uerboꝝ, uult q; cum Arist. demõstrasset per exempla relati uorum, quæ per potentiã ad aliquid dr̃, aliqua eoꝝ per po tentiã, aliqua eoꝝ per actum dici, nũc uelit oñdere relatiua, quæ per numerũ dr̃, non habere partitionem talem, ut alia per potentiã, alia per actũ dicantur, qm̃ ne sunt quidẽ nume rorum actiones vllæ, cũ sint immobilia mathematica cuncta. vñ dicit { eorum aũt, quæ per numerũ dicunt, operatio nes non sunt } .i. nec actiones, nec passiones ullæ, & sic fieri non põt illa diuisio, quæ in relatiuis, quæ sunt per potentiã, facta est. ut vꝫ alia sint per potentiã, alia per actũ. Non. n. nu meroꝝ sunt actiones ullæ, cũ mathematica cuncta sint imo bilia { nisi eo mõ qui in alijs dictus est. In alijs } .s. quæ in telliguntẽ. nam in intellectu, & intelligibilibus sunt actiones & passiones. Intellectus. n. patit̃ ab intelligibilibus, & intel ligibile agit in intellectũ, hoc pacto in relatiuis, quę sunt per numerũ, põt esse actio, & passio, & potentia, & actus { sed operationes quæ sunt { per motũ illis } .s. relatiuis, quę sunt per numerũ { non cõpetunt } neq; n. intelligẽs, qua intelli git, mouet. neq; quod intelligit, mouet. estq; actio quædam eius, qđ intelligitur, non tñ per motũ. Vel aliter ẽt, ut Alexã der inquit, licet ipsoꝝ numerorũ nullæ sint actiones. nume rus. n. qua est numerus, nec efficit, nec patit, ut Pythagorici putant, tñ ratione reꝝ, quæ numeris subijciunt, numerus & efficit, & pat̃t. vnde efficientia & patientia aut p excessum, quem hñt inter se ſm numerũ, aut per æqualitatẽ proportio ne quadã efficiunt, ac patiunt. neq; n. effectiuũ utrunq; ha beat, uel quantũcũq; sit, munere suo fungit, sed conuenientia ac ꝓportionẽ quandã cum patiente habeat oportet, quæ p numerũ quendam efficit. nam medicamenta talẽ tantumq; excessum requirunt, ut efficiãt, morbisq; opportune medeã tur. neq; n. quantacũq; sint, ẽt si qualitate sint prædita, pro derunt efficientq;, sed quantitatẽ certam desiderant: quæ rõ eadẽ est in ceteris efficiẽtibus corporibus. Quare licet nume ri quo numeri nec agãt, nec patiant, rõne reꝝ & agũt, & pa tiunt. Sed hæc petẽda sunt a dilucidario disputatiõe vltima.

Cõmẽ. 18.

Ea præterea, quæ dicuntur ad aliquid per po tentiam, tempore etiam iam dicũtur. ut id, quod fecit ad id, quod factum est. & id, quod est factu rũ ad id, quod ẽ faciẽdũ, sic. n. pater & filiꝫ dr̃ pa ter. illud enim fecit, hoc aũt aliquid passum est.

Nunc subdiuidit ea relatiua, q̃ per potentiã dr̃ pro differentia temporũ, & dicit { Ea præterea q̃ dr̃ ad aliquid per potentiã, tempore ẽt iam dr̃ } .i. pro differentijs tẽporoꝝ dr̃ { ut id, quod fecit ad id, qđ factũ est } .p. dr̃ia tẽporis ꝓsen tis dr̃ ad aliquid, ut calefactũ ad id, qđ calefecit. ædificatiõq; pari ratione { & id, qđ est facturũ ad id, qđ est faciẽdũ } .p. dr̃ia vꝫ tẽporis futuri { sit. n. } .s. ſm tempus, & .p. dr̃ia tem poris ꝓteriti { pater & filiꝫ dicitur pater. illud. n. fecit } ac ge nuit. s. pater { hoc ãt } .s. filius { aliq̃d } .s. generationẽ { pas sum est } genuisse. n. est effecisse: genitũ fuisse passum eẽ. sed relatiua, q̃ dr̃ per potentiã, hæc non amplius sumunt̃ quasi sint in opera, immo accipiunt̃, ut abstrahunt à tpe, uel aliter vt Alex. inquit, relatiua, q̃ per potentiã cõiter referunt, in eo q; efficiunt, & patiunt̃ referunt̃ per quodcũq; tempus refer ri sumant̃. Quæ uero referunt̃ per tempus referunt̃ pro differentia tẽporis, aut ſm præsens, aut ſm præteritum, aut ſm futurum. Auerroes aũt putat relatiua, quæ dicunt̃ ſm potẽ tiam, oĩa dici ſm tempora definita. nam res actiuæ & passi uæ appropriant̃ temporibus definitis, sicut qđ agit in aliquo tempore, & non agit in alio, & sicut agit, qđ est in præterito & agit, qđ est in ꝓsenti. vnde pater & filius sunt de genere agentis, & patientis, in qbus nõ inuenitur actio, & passio, ni si in tẽpore determinato. uir. n. & mulier nõ generãt in quali bet grate, sed in tẽporibus uitæ determinatis. ergo relatiua, q̃ dr̃ ſm potentiã, oĩa dr̃ ſm tempus determinatũ. sed cõtra qm̃ tunc tẽpus esset fundamentũ taliũ relatiuorum. nã acci dens, quo intercedente relatio inest suo subiecto, fundamen tum dicit̃. cum igit̃ tales relationes nõ possint̃ suis subiectis inesse, nisi intercedente tpe determinato, ut Auerroes ingit, igitur tẽpus determinatũ erit fundamentũ, & non potentia. dicendũ ſm Auerroem relationes tales non posse inesse suis subiectis sine potentia, nec potentiã sine tempore, nec tẽpus sine potentia. Erit igitur tempus aut conſundamentum, aut præuia quædam dispositio sine qua nec potentia nec relatio inesse potest suo subiecto.

Q ue Auer. cõmẽ. 20.

**Præterea sunt, quæ per potẽtiæ priuationem dicuntur, ut impossibile & quæ simili modo di cuntur, ut inuisibile.**

Cum declarasset ea relatiua, quæ dr̃ per potentiã, nunc declarat ea relatiua quæ dr̃ per priuationẽ potentię, nec ab rõne, qm̃ ut quædã per potentiã, sic alia per potentiæ priua tionẽ dicunt̃, & dicit { Præterea sunt } .s. nonnulla relatiua { quæ dicunt̃ } .s. ad aliquid { per potẽtię priuationẽ. ut im possibile qñquidem impossibile ipotentia est impossibile, & de impotentia iposſibilis est impotentia. vñ impossibile referẽ ad id, qđ agere non põt. Dicitur. n. aliqđ impossibile huic, uel illi, qm̃ nec hoc, nec illud potest. & amplificans ser monem subdit { & quæ simili mõ } .s.p potentiæ priuatio nem { dr̃, ut inuisibile } Calefactũ. n. ad calefactibile per potentiã dicit̃. Inuisibile aũt, & indiuiduum p potentiæ pri uationẽ. nam qđ uideri non põt ad id, qđ uidere nequit, re fertur, & qđ diuidi non põt ad id qđ diuidere non ualet. est enim inuisibile, cuius nulla est uisio, & indiuisibile, cuius nul la est diuisio. quamobrem omnia huiusmodi relatiua per po tentiæ priuationem dicuntur.

**Ea igitur, quæ ad aliquid per numerũ dicun tur, atq; potentiam, oĩa hoc ipso sunt ad aliquid**

quo





**quo unumquodq; ipsum, quod est, cuiusdam di citur esse, sed non hoc ipso, quo ad illud, aliud di citur. At mensurabile, & scibile, & intelligibile ad aliquid ex eo dicũtur, quia ad unumquodq; ipsorum aliud dicitur. intelligibile nanq; signifi cat, q; ipsius sit intellectus.**

Q ue Auer. cõmẽ. 21.

Nunc agit de relatiuis tertij generis, uerum differentiã as signat iter relatiua tertij generis, & relatiua aliorũ generum, fundamentũ tamen non exposuit. Auerroes aũt colligens ait relationẽ esse duobus modis. s. aut relationẽ in substantia utriusq; relatiui, hoc est hincinde mutuã, aut relationẽ in sub stantia alterius tm̃, & in altero ꝓpter ipsum, hoc est non mu tuam. Ex his colligitur differentia q; relatiua primi & secũdi generis sint mutua, relatiua ỹo tertij generis nõ sint mutua. vñ dicit { Ea igitur, quæ ad aliquid per numerũ dicuntur } ut relatiua primi generis { atq; potentiã } ut relatiua secũdi generis { omnia hoc ipso sunt ad aliqđ, quo unũquodq; ipm quod est, cuiusdã dicit eẽ, sed nõ hoc ipso, quo ad illud aliud dicitur } .i. oĩa dr̃ ad aliquid ꝓ mutuã relationẽ, ga alterum ad alterum, & è conuerso refertur. & non per non mutuam relationẽ, ut puta quia alterũ refertur ad ipm, et nõ è cõuerso & descendẽs ad exẽpla dicit { at mẽsurabile, & scibile, & in telligibile ad aliqđ ex eo dr̃ } nõ quia vnũquodq; ipsorum hoc ipso, quo ẽ, referẽ ad aliud, sed { ga ad vnũquodq; ipsoꝝ aliud dr̃. intelligibile nãq; } nõ significat se eẽ ad itellectum, uel intellectionẽ. lapis. n. qui intelligibilis est. nõ significat se eẽ ad itellectũ hoc ipso, quo lapis est, sed { significat q; ipius sit itellectus } siue intellectio. itellectus. n. vł intellectio quo itellectus, vel itellectio est ad intelligibile est, & intelligibile ꝓ tãto refert̃ ad itellectũ ꝓ quãto itellectus refert̃ ad ipsum itelligibile. & ut Expositor ingt, simile est ĩ oibus alijs, q̃ nõ hoc ipso, quo sunt, mutuo referunt̃, uelúti dextrũ & sinistrũ in colũna. cũ. n. dextrũ et sinistrũ designẽt pricipia motuũ in aialibus, nec colũnæ, nec alicui inaiato attribui pñt, nisi quo aialia aliquo mõ se hñt ad ipas, sic. n. colũna dicit̃ dextra, qa hõ est ei sinister. sic̃ quoq; est de imagine respectu exẽplaris & de nũmo, quo sit emptionis præciũ. in oibus. n. his uniuer sa referẽdi rõ, q̃ in utroq; extremo est, pẽdet ex altero tm̃. hęc de differẽtia huius generis ad cætera. sed de fundamento nec Arist. aliquid exposuit, nec Alexander Expositor aũt fundamentũ huius generis mensurã putat esse, non quidẽ eam, q̃ pertinet ad genus quãtitatis, sed eam, q̃ ptinet ad depẽdẽtiã. nam ab eo q̃libet res mẽsurat̃, à quo ipsa depẽdet. qua rõne fit, ut mẽsura, q̃ est fundamẽtũ generis hui⁹, sit entitatiua, aut perfectiõalis qppe cũ omnis effectus mẽsurẽt entitate, atq; perfectione suæ causæ. unde & scia mensurat̃ entitate, atq; perfectiõe sui scibilis, et itellectus siue itellectio entitate atq; perfectione sui intelligibilis, et mẽsura perfectiõe, atq; entitate sui mensurabilis obiectiones, quæ sunt contra hæc, pe tendæ sunt à dilucidario.

**At intellectus non est ad id, cuius est intellectus. id enim bis dictum erit. similiter & uisus cu iusdã est uisus, non cuius est uisus, q̃q̃ uere hoc dici potest, sed ad colorẽ, aut ad aliud quippiam tale. sed illo pacto bis diceretur, quoniam esset uisus eius, cuius est uisus. ea igit̃, quæ per se ad aliquid dicuntur, partim hoc modo dicuntur.**

Remouet hic tacitam dubitationẽ, nam scia dicitur sciẽtis ut Platonis uel Arist. & dicit̃ ipsius scibilis, quia naturæ, vel rerũ naturaliũ, quęrit̃ utrũ scia dicat̃ scientis ut correlatiui, ue luti dicit̃ eius, qđ scitur, ut correllatiui: utriusq;. n. dicit̃, ideo q̃rit̃ utrũ utriusq; dicat̃, ut correlatiui. respõdet Arist. sciam esse sciẽtis, ut subiecti, nõ aũt ut correlatiui, ipsius uero scibi lis, ut correlatiui. unde dicit { At intellectus } hoc est intelle

ctio { non est ad id } .i. ad subiectũ { cuius est intellectus } tanq; ad correlatiũ, quod oñdit, & per impoſe, & dicit { id enim } .s. intellectio { erit } relatiũ { bis dictũ } .s. ad intel ligibile, & ad intelligẽte, ad itelligibile quidẽ ut supponit, ad intelligentẽ uero, ut ex cõcessis sequit̃. hoc aũt eẽ absurdum Expositor demõstrat ex eo, qa esse relatiui est ad aliud quo dãmodo se habere, qua rõne fieret ut unum, idemq; duplex esse haberet. Idem de uisu demõstrat, & dicit { Similiter & visus } hoc est uisio ipsa { cuiusdam est } .s. eius, quod vi detur, tanquã correlatiui { non cuius est visus } .s. videntis tanquã correlatiui { Q uãquam hoc uere dici potest } .s. q; uisio sit uidentis, non tñ ut correlatiui { sed } subaudi uisio est ad uisibile hoc est { ad colorem, aut ad aliud quippiam tale } .i. ad lucem, ut ad correlatiuum { sed illo pacto } uisio { bis diceretur, qm̃ esset uisus eius } .i. uidẽtis { cuius est uisus } ut correlatiui, ut sequit̃ ex concessis, & esset eius, qđ uidet, ut correlatiui, ut supponit. Ergo uisio bis diceret̃. Mo uit aũt Alex. hic qõnem difficillimã. nam Arist., ꝓbauit ni hil referri ad id in quo est, qm̃ fieret, ut idem bis diceret, con tra, qm̃ par utiq; erit, ut eoꝝ, quæ hñr in aliquo, nullum ad illud dicerẽt, in quo est. At multa relatiua ad ea dici vñr, in quibus sunt. Harmonia. n. consonantiũ esse dicit̃, quæ tamẽ in nullis alijs est, q̃ in consonantibus ipsis, & ad illa dicitur. secundo habitus eius esse dicit̃, quod ipsum habet, & in quo ipse est, in qbus si quis recte ꝓcunctari uelit idem dicet̃ bis. Roganti. n. quid est id, cuius est harmonia, appositę rñdebit̃ id, cuius est ipsa, siquidẽ harmonia ad illud dicitur, cuius est harmonia, hoc est ad cõsonantia, quoꝝ harmonia est. ad ea uero dici, in qbus hñr, declarant Theophrasti uerba, qui sic in .2. Topic. ait, quoꝝ esse quæq; dr̃, in his insunt ut mode ratio, siue cõmensuratio, habitus, & cõpositio. Memoria ue ro, & somnus, atq; opinio in nullo habẽt inanimatoꝝ. nec al terius motus in alio, quãobrem sigillatim est definiendum. Ipse quoq; Arist. de his ipsis in hunc modũ in .4. lib. Topic. ait, qm̃ eorum, quæ ad aliquid dr̃, quædã in ijs, & circa ea necessario sunt, ad quæ dr̃, ut dispõ, habitus, & moderatio, in nihilo. n. alio q̃ in ijs, ad quæ dr̃, hæc inesse pñt. alia uero non necessario, inesse tñ pñt in ijs, ad quæ dr̃. Vt si aĩa scibi le sit, cum nihil impediat, quo minus aĩa sui ipsius scientiam habeat, non tñ id necessarium est. Fieri. n. põt, ut hæc sciẽtia habeat̃ in alio. quædam aũt simp̃r illis inesse nequeunt, ad quæ dr̃, ut contrarium in cõtrario haberi neqt, neq; in sci bili scia, nisi anima uel hõ scibile sit. his nanq; necessariũ esse ait, ut nõnulla relatiua ad ea dicant̃, in quibus hñr. de quorũ numero dispõnem esse dixit. Dispõ. n. dispositi est, atq; eius, in quo habeẽ. item habitũ, nam hñis habitus, quę rõ eadem in mediocritate reperiẽ. Sequetur ergo, ut idem bis diceretur quia habitus diceret̃ habentis, ut subiecti, & hñtis, ut correlatiui. Sic aũt nullum sequiẽ incommodũ. Id aũt absurdum esse puto, si aliqđ relatiuum diceẽ hoc ipso, quo est ad subie ctum, & ad aliud oĩno diuersum a subiecto. Erit ergo huius qõnis solutio ſm me, ut si aliquid referẽ ad unum correlati uum diuersum a subiecto in quo est, nõ possit referri ad sub iectum. non tñ ea dixisse uideẽ & quicquã. ad id, in quo est, dici negaret. Illud uero ꝓtermitto si relatiũ possit ad plura referri, nã in disputationibus dilucidarij est dilucidatum. de mum epilogat, & dicit { ea igit̃, quę per se ad aliquid dicunt̃ partim hoc modo dicuntur } ut sint ipsa, quæ referunt̃, vel partim hoc modo dicũtur } quia ipsa mutuo dicũtur correlatiua, uel ga ipsoꝝ alia sunt, & nõ mutuo sunt correlatiua.

**Partim si genera ipsorum talia sint, ut medi cina est ad aliquid ex eo, quia genus eius scien tia ad aliquid esse uidetur.**

Nunc assignat tres intellectus eoꝝ relatiuorum quæ di cuntur ad aliquid, non per se, sed ꝓpter aliud, & dicit { Par tim } subaudi relatiua dr̃ ad aliquid { si genera ipsorum talia sint } & affert exemplum & dicit { ut medicina est ad

aliquid } quia de sanis & ægris { ex eo, qa genus eius } qđ' est { scientia ad aliqđ esse uidet } sed hoc in prædicamentis quoq; ab ipso dictū est, tu uero nō intelligas, qđ' dicit ad aliquid, quia eius genus dicit ad aliquid, ipm dici per accidens. Cum.n.genus in spē sit, sit ut spēs habeat aliquid in substantia, quo ad aliquid dicat. Genus.n.substantiæ spēi pars est. Q ue Auer. cōmē.20. vnde Auerroes, & intēdebat p hæc declarare cām propter quam accidit, ut aliqd genus sit relatiuum, & eius spēs non. & cā huius, ut ait est, qa non est genus in rei ueritate. Scientia enim non est genus medicinæ in rei ueritate, nisi scia diceret ſm relationem ad scientē, & medicina ad medicum. tunc.n. scientia esset genus medicinæ, & scīes genus medici, quæ dicta plurimam habent dubitationem, de qua alias.

Insuper & ea, ad aliquid dicuntur, quorū ea quæ ipsa habent, dicuntur ad aliquid. Vt æqualitas ad aliquid est, quia æquale ad aliquid est. & similitudo etiam, quia simile ad aliquid.

Asignat secundū modum, & dicit { Insuper & ea } secundo intellectu { dicunt ad aliqd } propter aliud { quorū ea quæ ipsa hūt, dicunt ad aliquid } ea quæ hīr, sunt principalia, quæ abstracta Iuniores uocant, ea, quæ hūt, dicuntur denominatiua, quæ dicunt concreta. & affert exēpla, & dicit { vt æqualitas ad aliqd est, quia æquale } qđ æqualitatē habet { ad aliqd est. & similitudo ēt }. i. est ad aliquid { qa simile ad aliquid } quod similitudinem habet.

Sed sunt, quæ per accidēs dicuntur ad aliqd, ut homo ad aliquid dicit ex eo, quia accidit ipsi ut sit duplum, hoc autē est ad aliquid, & album simili modo, si eidē accidat, ut sit albū & duplū.

Asignat tertium modum eorū, quæ dicuntur ad aliquid propter aliud, et dicit { Sed sunt } tertio mō. s. { quę dicunt per accidens ad aliqd }. s. nec proper genus, nec ꝓpter denominatiuum, qđ' habet, sed propter accīs, cuius exempla affert, & dicit { ut hō ad aliquid dicit ex eo, quia accidit ipsi, ut sit duplū, hoc autē } s. duplum { est ad aliquid }. s. per se. igitur homo, cui accidit esse duplū, erit per accīs duplum. et hoc mō per accidens ſubiectū dicitur ad aliquid ꝓpter eius accidens { & albū simili mō } dicet per accidēs ad aliquid { si eidem accidat, ut sit albū, & duplum }. i. si unū, & idē erit album, & duplū. nam album rōne dupli dicet ad aliqd. & in hoc mō accidens ob alterum accidens dicet ad aliqd. per quæ innuit duos modos accidentis, alterū quo ſubiectū dicitur ad aliquid ꝓpter accidēs, alterum, quo accīs dicitur ad aliquid ob alterum accidens, ut Alexander colligit.

TEX. 21. Perfectum dicitur id cuius nulla pars extra accipi potest, ut tempus id cuiuscūq; perfectum dicitur esse, extra quod nullum accipi tēpus potest, quod sit huius temporis pars.

Nunc de multiplici significato eius, quod perfectū dicit, & diuisionē eius prosequēs dicit { Perfectum dicit id, cuius nulla pars extra accipi pōt } & per partē aliquam extra accipi, intelligit partē aliquam deesse. Cum.n. ab aliquo toto accipitur aliqua pars extra, tunc ei aliqua pars intelligit deesse, ut cum a manu extra accipit digitus, tunc intelligit manui deesse digitus. qm digitus ponitur, & non in manu ipsa. deinde affert exemplū, & dicit { ut tempus } uerbi gra annus { id cuiuscq; perfectum esse dicit, extra qđ' nullum accipi tēpus pōt }. i. cui nulla pars temporis deesse pōt { quod sit huius tēporis pars } uerbi gratia annus ꝓfectus est duodecim mensibus perfectus, cum ei nullus mensis deerit, qui sit eius pars, dubio procul dicet annus perfectus. Mensis ēt dicitur perfectus, qui habet triginta dies. cū itaq; nullus dies ex triginta defuerit, dicetur mensis perfectus. Simili mō dies perfectus erit, quoties ex uiginti quatuor horis nulla deerit. Hora ēt perfecta, cui nullū minutū ex sexaginta deerit. quoties ergo nulla pars ab aliquo abfuerit ex ſis, quæ faciunt ad perfectionē, dicetur perfectum. & ita licet extra omne tēpus sit aliquod tempus, tñ si certum alicuius rei tēpus definitum sumatur, tunc demū huius tempus erit perfectum, cum eius temporis pars nulla defuerit, ut uerbi gratia si alicuius hoīs tempus sint centū anni, qđ' sit totus eius uitæ terminus, tempus hominis perfectum erit, si ex annis centū nihil afluerit, hoc mō etiam perfectus est hō, perfectus est equus, cui nulla pars abest, sic perfecta statua, & cætera singula, qbus nulla pars abest. vnde & Auerroes perfectū uult idem esse, qđ' Q ue Auer. cōmē.21. totum. nam totum est illud, cuius nulla pars inuenit extra, & quod non est, totum, est illud cuius aliqua pars est extra. Exposuit etiam Auerroes per tempus, mensurā uitæ rerum naturalium. Tempus enim uitæ perfectū in unoquoq; ente est illud, extra quod non inuenitur tempus, quod sit pars illius temporis. Quare perfectum hoc pacto dicetur secundum totalitatem apud Auerroem.

Et id quod uirtute affectum est, atq; bene se habet, non habens ad genus exuperationem: ut medicus perfectus quispiā dicitur, modulatorq; perfectus, cū nihil ipsis in spē suæ uirtutis deest.

Nunc asignat secundum modū, quo perfectum quippiā dicitur, & ſm Expositorē sensus est, ut perfectum ſm uirtutem sit in aliquo genere, cui nec deest aliquid ſm illam uirtutem, nec habet excessum ut quicquā bene fiat. nam ut dicitur. 2. Ethicorū illud dicit bene se hēre ſm uirtutem, quod nec plus, nec minus habet, q̄ debet se habere. Virtus.n.est, quæ habentē perficit, & eius opus bonū reddit. Quæ expō pro tanto vī consona, qa dictio Arist. exponit per ipm met Arist. Alex. autē, ut mihi vī, decentius exponit, ut secūdo mō perfectum dicat id supra quo nihil est ſm propriam uirtutem superius. Res.n. unaquæq; tunc ꝓfecta dicit, cum propriam uirtutē obtinet, ut hō perfectus, cui nihil ad uirtutes humanas desiderat, & supra quē nullum superius est, quod sit humanis bonis prædituū, sic perfectum medicū appellamus, qui medendi cognitione a nullo superat, huic autē consonat dictio, vñ inquit { & id, quod uirtute affectū est, atq; bene se habet, non hīs ad genus }. s. suæ uirtutis { exuperationem } quo in loco paulo cōius uirtutis nomen usurpat. nam uirtutē accipit pro quauis perfectione operandi aut in moribus, aut in qbusuis generibus actionū { ut medicus ꝓfectus quispiā dicitur } qui in medēdi arte a nullo exuperat: modulatorq; perfectus } & exponens uerbū ad genus subdit { cum nihil ipsis }. s. medico & modulatori { in spē suæ uirtutis deest } quo ab aliquo eiusdē generis exuperet. nam cum uirtutes cōplures, ac diuersę sint, is ꝓfectus esse dicitur per uirtutē, quam habet, qui nihil in ea deficit, quo superari possit. nā genus pro spē dixit, & ut in uniuersum dixerim, quicūq; in aliqua arte, scīa, aut uirtute nō deficit, quo exuperetur, perfectus in ea est. vñ Auerroes uocans hūc modum perfecti ſm qualitatē inquit, dicit etiam perfectū ſm qualitatem, qñ nihil inuenit dignus eo in suo genere. Medicus.n. perfectus est ille, a quo nihil diminuit ex eis, quę ꝓtinent ad actionem medicinæ, & quo nullus medicus est perfectior. Qua ratione fit, ut Auerroes cum Alexandro sentiat.

Hoc pacto etiam per translationē & in malis ipsos dicere consueuimus, calūniatorem perfectum, & furem perfectum. quādoquidem & bonos etiam ipsos dicimus, ut furem bonum, calūniatoremq; bonum. Calumniatorem. συκοφάντην. Sycophantam.

A quo perfectorū modo, quo ea perfecta dīr, quæ in sua bonitate non excellunt, docet ad malos ēt transferri, & dicit { hoc pacto ēt per translationē & in malis ipsos }. s. ꝓfectos { dicere cōsueuimus } & afferens exēpla inquit { calūniatorē ꝓfectū, & furem perfectū } dicere consueuimus, qa a nemine his in rebus superat. asignans rōnem ait { qñquidem



dem & bonos etiam ipsos dicimus, ut furem bonum, calūniatoremq; bonum } quasi uirtutem, ac perfectionem in his habeāt. Sic enim sese habent in suis operationibus, licet malis, sicuti boni in bonis. & cum bonū & perfectum sit idem, fit, ut in malis esse dicantur bona, & perfecta.

Et ipsa uirtus perfectio quædam est. unumquodq; enim tunc est perfectum, substantiaq; omnis tunc est perfecta, cum in specie propriæ uirtutis nulla pars eius magnitudinis (quę secundum naturam competit) deest.

Hoc potest accommodari ad id, quod proxime dictū est, est enim dictum per translationem etiam in malis dici perfectum, quasi asignans rōnem inquit { & ipsa uirtus } siue in bonis, siue in malis { perfectio quædam est } quasi uelit q̄ fur & calūniator uirtutem ac perfectionem in his hēant. Hoc aūt probat a pari, quoniam sicut perfectum ſm quantum dicitur, cui nulla pars suæ magnitudinis deest, sic perfectum dicetur ſm uirtutem, cui nihil deest, qđ' ad uirtutem attinet propriam. uel fortasse hoc referendū est ad id, quod dixit a principio, dixit enim perfectū uirtute esse, quod in sua uirtute nihil deficit, quo exuperet ab aliquo sui generis, unde dicit { & ipsa uirtus perfectio quædam est } cuius rōnē exponit a simili, ut dixi & inquit { vnumquodq;. n. tunc est ꝓfectum, substantiaq; omnis tunc est perfecta }. s. ſm quantum { cum in spē proprie uirtutis }. i. proprie magnitudinis in qua uirtus, & perfectio est ſm speciem { nulla pars eius magnitudinis deest, quæ ſm naturam cōpetit } Homo.n. ſm quantū perfectus est, non cuius partes apte congruunt. sed in quo eius naturalis magnitudinis nulla pars desideratur. pari rōne equus, canis, & alia quæq; res, ut perfectum ſm quantū sic definiat, cuius in suo genere nulla magnitudinis pars desideret. Quare sicut perfectū ſm quantum dicitur, cui nulla pars deest quantitatis dimensiuæ, sic perfectū ſm uirtutem erit, cui nihil deest de quantitate uirtutis ei conuenientis ſm naturā. & ita ut homo ſm quantū perfectus est, in quo nulla pars naturalis magnitudinis desideratur, sic hō perfectus est ſm uirtutē, cui nulla pars humanæ uirtutis abest. Qua rōne fit, ut perfectū sit duplex, ut Alexā. annotauit, ſm quantum, & ſm bonum & quale, ut prior modus sit perfectum ſm quantum, Secundus uero ſm bonum & quale.

Præterea in quibus ineſt studioſus finis, ea perfecta dicuntur. ex eo enim quia finem obtinent, perfecta sunt.

Asignat tertium modū, quo aliquid dicitur perfectū asserens perfectū tertio mō dici, quod iam in fine studioso, & dicit { Præterea in qbus ineſt studioſus finis }. i. quæ iā sunt in studioso fine { ea ꝓfecta dicunt } Cum.n. finis ꝓprie dictus, bonū quoddam sit, sit unūquodq;, quod iam est in fine proprie dicto, erit bonū & perfectum. Differentia uero, vt Alexander inquit, inter ꝓfecta tertio mō, & perfecta secundo mō, est, qm perfecta secundo mō sunt, quæ sunt in perfectione, quæ est uirtus. Perfecta uero tertio mō, quæ sunt iā in fine, qui uirtute acquirit. Aliter ēt exponit, ut hæc adiiciat, non quasi significans perfectorē aliam spēm, sed reperēs ea, quæ de his sunt dicta, hoc retulit. nō quasi a superiore diuersum. Sed prima expō placet magis propter uerba, quæ subdit { ex eo. n. quia finē obtinent, ꝓfecta sunt } ergo perfecta tertio mō dicuntur, quæ iam in studioso fine sunt. Perfecta uero secundo mō, quæ sunt in uirtute, qua acquiritur finis.

Quare, cum finis extremum sit quiddam, & ad praua etiam transferentes, perfecte peſisse quippiam dicimus, perfecteq; corruptum, esse cum nihil prorsus corruptionis deficit, nihilque mali. Sed in ipso extremo fuerit constitutum. Quapropter & obitus finis dicitur per translationem. quia utraq; sunt extrema. At finis, et id gratia cuius cætera fiunt extremum est.

Nunc quæ translatiue dicuntur ſm hunc tertium modū, exponit. nam cū declarasset, quæ translatiue dicunt ſm secundum modum, consonum est, ut translatitia declaret ſm tertium modū, & dicit { Quare, cum finis extremū sit quiddam } per ſyll'm in secunda figura ex duabus affirmatiuis { dicimus & ad praua ēt transferentes quippiā perfecte peſisse, perfecteq; corruptū esse } & asignans rōnem subdit cum nihil prorsus corruptiōis deficit, nihilq; mali, sed in ipso extremo fuerit constitutū } unde ſyll's est, finis est in extremo: ꝓfecte periſse, perfecteq; corruptū esse est in extremo. ergo in secunda figura ex duabus affirmatiuis, perfecte periſse, perfecteq; corruptū esse erit in fine { quapropter } ob eandem rationem { & obitus finis dicitur per trāslationē } nam finis est extremum. obitus est extremum: igitur obitus est finis, ideo tangens uim syllogiſmi ingt { quia utraq; }. s. finis, & obitus sunt extrema. ergo in secunda figura obitus est finis. Quam rationem diluens inquit { at finis et id cuius gratia cætera fiunt, extremū est } & sic est differentia, quoniam finis est extremum gratia cuius cætera fiunt. at obitus non est extremū gra cuius cętera fiūt, & ꝓpea non sequit ut mors sit finis, nisi translatitie, ut dictū est, quo extremū est.

Ea igitur, quæ per se perfecta dicuntur, tot modis dicunt. alia ex eo, quia in bene se habendo nihil ipsis deficit, neq; exuperationē habent, neq; quicq; est extra.

In præsenti dictione primo epilogat, & dicit { Ea igitur, quę per se perfecta dicuntur, tot modis dicuntur } ut omnia redigāt ad duo, ut sint { alia } perfecta { ex eo, quia in bene se habēdo, nihil ipsis deficit } subaudi omnino, atq; absolute { neq; exuperationē habēt, neq; quicq; est extra } sed dices si eis nihil omnino, atq; simpr deficit, sequit, ut non habeāt perfectius, à quo superentur. etiam sequitur, ut nihil sit extra, quo exuperent. quare satis erat dicere, qua { nihil ipsis deficit } subaudi simpr in bonitate. uidetur igit, ut uerbum istud sufficiat, tamē addidit, ut nec exuperationem habeant, nec quicq; sic extra, ad expositionē illius uerbi. nam alicui nihil deficere, nihil aliud est, q̄ non habere aliud, à quo exuperetur, nec quicq; esse extra ipsum. quod sit in alio, à quo superet. per quæ uoluit habere in, qđ' est simpr perfectū, quale, Q ue Auer. cōmē.21. vt inquit Auerroes, est primū principium. s. Deus, cui nō solum nihil deest earū perfectionū, quæ in alijs generibus inueniunt, sed nec excogitari pōt aliq; ꝓfectio in aliquo, qđ' intelligat ꝓfectius Deo. nam & Deus est id, quo melius nihil excogitari potest. ad hūc modū, vt Alex. inquit, ea reducuntur in quibus studiosus finis habetur, quo perfectum aliquid ꝓpter uirtutem, & plenam boni præsentiam uocatur.

Alia omnino ex eo, quia in unoquoque genere exuperationem non habent, neque quicquam est extra.

Asignat secundum modum, quo perfecta esse dixit ſm primū modū, utputa, quæ in proprio genere a nullo eius generis excelluntur, & quibus nihil abest, & dicit { Alia omnino } dīr perfecta { ex eo, qa in unoquoq; genere exuperationē non hūt }. i. a nullo eiusdē generis excelluntur { neq; quicq; est extra } quo exuperari possint ab aliquo sui generis, hic intellectus primo loco est explicatus, ad cuius expositionē exemplū perfecti tēporis apposuit, quomodo ꝓfectus hō est, cui nulla pars abest, & pari rōne equus, domus, fundamentum, sedes, ut supra dixit. hac rōne, ut Expositor inquit, quodlibet corpus particulare est perfectum in suo genere, quoniam habet tres dimensiones, quibus plures in corpore esse non possunt. Mundus uero est simpliciter perfectus, quia nihil extra ipsum est. Ex his patet duplex esse perfectū, aut simpliciter, aut in genere.

Cætera uero iam per hæc ipſa perfecta dicuntur, quia aut tale quid efficiunt, aut habent, aut talibus accommodantur, aut aliquo alio modo dicuntur ad ea, quæ perfecta primo mō dicunt.

Cum explicaſſet ea, quæ per ſe perfecta dicuntur, nunc explicat ea, quæ perfecta dicuntur propter hæc, quæque ab his tale nomen mutuati ait, & dicit { Cætera vero iam per hæc ipſa perfecta dicuntur } quanquam dictio in græco legitur cum particula negatiua, ſic τὰ δὲ ἄλλα, ᾗ ἄλλα οὐ καθ' αὑτά. deinde reddit cauſam quare hæc dicantur perfecta, propter ea, quæ ſunt per ſe perfecta, & dicit { quia aut tale quid efficiunt } .ſ. perfectum ſecundum aliquem dictorum modorum, ut doctrina, quæ perfecta dicitur quoniam effectrix eſt perfecti cuiuſdam. Facit enim ut quiſpiam uirtutē habeat, item ars gymnaſtica, quoniam habitudinem bonā quæ perfectio quædam eſt. deinde affert alia, & dicit { aut habent } vt librum perfectum nuncupamus, cui nihil ſcribendum abeſt: & actionem perfectam, in qua nihil deſideratur, deinde affert alia, & dicit { aut talibus accommodantur } ſic veſtis perfecta dicitur, ſic calciamentum, ſic armatura, vt Achillis haſta perfecta, quia ipſe ſolus, qui perfectus erat, vti ea poterat. deide affert alia, & dicit { aut aliquo alio modo dicuntur ad ea, quæ perfecta primo modo dicunt } ſicut ludicrum certamen perfectum appellatur, quo certat perfectus athleta.

TEX. 22. Terminus, πέρας. Extremum. Q ue Auer, cōmē. zz.

Terminus id dicitur, quod eſt uniuſcuiusque ultimum. & ultra quod primi nihil accipi poteſt. & citra quod primi omnia collocantur.

Auerroes primam partem dictionis refert ad vnum modum accipiendi terminum, & videtur ſic exponere { terminus id dicitur, quod eſt vniuſcuiuſq; } .ſ. magnitudinis { vltimum } verbi gratia ſuperficies terminus corporis, quia eſt vltimum corporis, linea terminus ſuperficiei, quia eſt vltimum ſuperficiei. Punctum vero terminus lineæ, quia eſt vltimum lineæ. Secūdam vero dictionis partem refert ad ſecundum modum accipiendi terminum, & dicit { & } terminus eſt id { vltra quod primi nihil accipi poteſt } & id, quod eſt primi, intelligit id omne, quod eſt ante, quaſi dicat ultra quod eius, quod eſt ante { nihil accipi poteſt, & citra quod primi omnia collocātur } .i. & citra quod omnia, quæ ſunt ante collocantur. Sicut dicimus orbem, & omnes partes eius eſſe intra ipſum, orbemq; ſtellatum finem eſſe corporum, quæ ſunt intra. quoniam extra ipſum nihil eſt, ſimiliter cutis animalis terminus eſt partium animalis, quia ea continet: ergo ſecundum Auerroem dictio reſoluitur in duas acceptiones termini, vt ſit terminus primo modo vltimum magnitudinis, ſecundo uero modo vltimū continens. Expoſitor vero refert vniuerſam dictionem ad vnum modum accipiendi terminum, & dicit { terminus id dicitur, q; eſt vniuſcuiuſq; } .ſ. rei { vltimum } & exponens vltimū, ſubdit { & } .i. dico vltimum per negationem vlterioris, & affirmationem contentorum, ſic { vltra quod } .ſ. ultimum { nihil primi } .i. nihil eorum, quę ſunt ante { accipi poteſt. & citra quod } vltimum. ſ. { omnia primi } .i. omnia, quæ ſunt ante { collocantur } Cum enim dicimus vltimum, dicimus plura, nihil enim eſt vltimum ſui: ergo vltimum dicit negationem quatenus eorum plurium, quę ſunt ante, nihil ultra accipi poteſt, dicit etiam affirmationem, quatenus ea plura omnia, quæ ſunt ante, citra ipſum collocant. Quare una termini acceptio hæc, Ego vero quicquid Alexāder velit, nam obſcure loquit in ſua lingua, dico in hac dictione tres acceptiones termini ſignificari, prima acceptio eſt, qua terminus dicitur vltimum ſimpliciter, quod vltimū non eſt pars eius, quod terminatur, & tale vltimum eſt indiuiſibile reſpectu eius, cuius eſt vltimū. Hoc modo ſuperficies corporis, & linea ſuperficiei, & lineæ punctum terminus eſt.

Secundo modo dicitur vltimum pro ultima parte rei terminatæ, ultra quam nihil accipi poteſt. Tertio modo pro primo non eſſe rei terminatæ, citra quod omnia collocantur. Vnde tangens primam acceptionem termini inquit { terminus id dicitur } rei terminatæ { vltimum } .ſ. indiuiſibile in actu terminans rem terminatam, vt punctū lineæ, & linea ſuperficiei, & ſuperficies corporis. deinde tangit ſecundum modum acceptionis, & dicit { & } dicitur terminus { ultra quod primi } .i. rei terminatę { nihil accipi poteſt } quo mō vltima pars rei terminatæ dicitur ultimum. nam ultra hāc nihil accipi poteſt rei terminatæ. Poteſt enim pars aliqua ſumi extra quā nihil ſit, non tamen ita, vt ante eam nihil ſit, quoniam ante hanc partem eſt pars in infinitum. deinde tangit tertium modum acceptionis, & dicit { & } terminus tertio modo eſt illud { citra quod } primi. i. rei terminatæ { omnia collocantur } hoc pacto primum non eſſe, & fortaſſe obitus dicitur terminus. quoniam citra hæc, omnia rei terminata collocantur. Quare in dictione poteſt colligi triplex terminus pro ultimo rei terminatæ, quod eſt indiuiſibile in actu, pro ultima parte rei terminatæ. vltra quam nihil rei terminatæ eſt, & pro primo non eſſe cuiuſq; rei terminatæ. ex quibus patet Ariſtotelem per primum rem terminatam adæquatam intelligere quicquid Alexander & Expoſitor ſenſerint. Quo vero ad verba attinet, uerbum terminus græce eſt πέρας quod extremum tranſtulit Argyropylus, tamen alij terminum dicunt, quod mihi magis placet.

Et id, quod eſt magnitudinis, uel magnitudinem habentis ſpecies.

Aſſignat quartum modum accipiendi terminum, & dicit { Et id } ſubaudi dicitur terminus { quod eſt magnitudinis ſpecies } quo in loco ſpeciem vocat figuram, atque formam. Ab his enim corpora ſpeciem mutuantur. nam magnitudinem pro corpore dixit. quia figura omnis in corpore eſt, & adiecit { vel magnitudinē habentis } propter animalia, quæ corpus & magnitudinem habent. itaq; animaliū ſpecies eſt ſua cuiuſq; forma. Corporis vero figura. vnde primo modo ſuperficiem vocauit terminum, hoc autē modo figuram. Auerroes autem per magnitudinem & habens magnitudinem compoſitum intelligit ex materia, & forma, ita vt alterum ſit alterius expoſitio. nam, ut inquit, forma hominis eſt finis ſuæ materiæ, uel hominis, qui componitur ex materia, & forma, ſed expoſitio Alexandri longe conuenientior eſt dictioni, Quæ vero Expoſitor inquit, pace tanti uiri, aliena ſunt a mentibus Græcorum expoſitorū. non tamen ſunt inconcinne dicta.

Q ue Auer, cōmē. zz.

Et uniuſcuiuſque finis. tale autem eſt id, ad quod per motum itur, atq; actionem, & non id ex quo fit profectio.

Aſſignat quintum modū, & dicit { Et } .ſ. terminus eſt { vniuſcuiuſq; finis } qui. ſ. finis eſt cuius gratia, exponit autem qualis finis, & dicit { tale autem eſt id, ad quod per motum itur, atq; } per { actionem } Cuius enim gratia motus cietur, actioq; obitur, & quo contingente ceſſatur, terminus appellatur. quo in modo mors non debet terminus appellari. nam licet extrema ſit, tamen quæ fiunt, non eius gratia fiunt. Et cum dixiſſet { id, ad quod per motum itur } adiecit { ſed non id, ex quo fit profectio } id enim ex quo reperiē motus, principium nuncupatur.

Interdum autem ambo, & id ex quo, & id ad quod profectio fieri ſolet, & id gratia cuius cætera fiunt.

Aſſignat ſextum modū, uidelicet q; terminus accipi poſſit pro eo, ex quo motus incipit, & dicit { Interdum autem ambo } .i. non ſolum id, ad quod, ſed { & id, ex quo, & id, ad quod profectio fieri ſolet } ſubaudi terminus dicitur, & exponēs quid uelit per id, ad quod, ſubdit { & id } ad quod ſubaudi



ſubaudi eſt { gratia cuius cætera fiunt } ut ſuperius diximus quare terminus poteſt accipi pro eo, ex quo incipit motus, et hic eſt modus accipiendi quintus.

Et cuiuſq; ſubſtantia, et quiditas item cuiuſq; cognitionis. n. hæc eſt terminus. Quod ſi eſt cognitionis, etiam rei ipſius terminus erit.

Aſſignat ſeptimum modum, & dicit { Et } etiam terminus eſt. ſ. { cuiuſq; ſubſtantia, & quiditas item cuiuſq; } & alterum pro expoſitione alterius accepit. pro eodem enim accepit ſubſtantiam, & quiditatem. cuius rationem ſubdit, { cognitionis enim hæc eſt terminus } nam cum nouimus hoc, tūc res quid ſit, inquirere deſiſtimus. deinde ſubdit { q; ſi eſt cognitionis } ſcilicet terminus { etiam rei ipſius terminus erit } nam quemadmodum res ſeſe habet, ſic ipſius efficitur cognitio.

Quare patet tot modis ipſum terminum dici, quot modis principium dicitur. & inſuper pluries. principium enim terminus eſt quidam. At non omnis terminus principium eſt.

Demum quonam modo ſe habeat terminus ad principium deducit, & inquit { Quare patet tot modis ipſum terminum dici, quot modis principium dicitur } dicitur autem principium, de cauſa finali, de ſpecie, & de efficiente cauſa, unde motus principium, de materia, quare & terminus dicetur de fine, de ſpecie, de efficiente cauſa, ut docuit. De materia uero iccirco dicitur terminus, quoniam ſubiectum ultimum eſt, vltimum autem terminus appellatur. quare terminus dicitur de quatuor, de quibus principium dici docuit, & addit { & inſuper pluries } cuius rationem aſſignauit, & dixit { Principium enim } .ſ. omne { terminus eſt quidam. at non omnis terminus principium eſt } Terminus enim non ſolum quatuor modis intelligitur, quot modis dicitur principium, ſed alios etiam intellectus habet, qui principio cōgrue nequeunt, ut eſſe cuiuſq; rei ultimum, & ultra quod nihil accipi poteſt, & citra quod cætera collocantur, ut merito dixerit { principium enim terminus eſt quiddam. At nō omnis terminus principiū eſt } etſi arguatur Ariſtoteles de inſufficientia, quoniam in libro Priorum dixit terminum eſſe in quem propoſitio reſoluitur, ubi conſtat terminum accipi & pro nullo horum intellectuum. propter hanc fortaſſe obiectionem Argyropylus uerbum πέρας tranſtulit extremum, & non terminum. At dici poteſt terminum propoſitionis eſſe terminum logicum, qui dicitur per ſimilitudinem ad terminum metaphyſicum, de quo hic loquitur.

TEX. 23. Ipſum autē quo pluribus dicitur modis, uno quidem modo ſpecies, & ſubſtantia cuiuſq; rei, ueluti quo bonus eſt bonus, idipſum eſt bonū.

Nunc intellectus explicat huius dictionis quo, & dicit { Ipſum autem quo pluribus dicitur modis } & explicans primum modum dicit { vno quidem modo ſpecies } .i. forma { & ſubſtantia cuiuſq; rei } nā res quæq; ſpecie ſiue forma dicitur id, quod eſt, quam formam ſubſtantiam quoq; nuncupauit. nam ſtatua per formam ſtatua eſſe dicitur, & homo pari ratione homo, & equus per formam eſſe intelliguntur, et cuius in ſubſtantia bonum eſt, eius forma proprie bonum eſt, ideo aſſignās exemplum inquit { veluti quo } quis { bonus eſt bonus, idipſum eſt bonum } dixit autem { ipſum bonum } pro eo, quod eſt per quod bonus eſt bonus, ipſum eſt bonum. Bonus enim per nihil aliud eſt bonus q; per bonum, boniq; ſubſtantiam. Expoſitor autē ſic { veluti quo bonus eſt bonus, idipſum eſt bonū } .i. ſecundum Platonem eſt idea boni. nam apud Platonem idea boni eſt illud, ſecundum quod aliquid bonum dicitur. Auerroes autē breuiter ipſum quo primo intellectu exponit formam, quæ eſt ſubſtantia. nam unumquodq; eſt ſua forma, quæ eſt ſubſtantia.

Q ue Auer. cōmē. 23.

Alio modo id, in quo primo aptum eſt quippiam fieri, ut color in ſuperficie, id igitur, quod primo dicitur quo, ſpecies eſt ipſa. Secundo uero id, quod eſt ut materia cuiuſq;, ſubiectumq; cuiuſq; primum.

Aſſignat ſecundum intellectum, & dicit { Alio modo } ſcilicet dicitur ipſum quo { id, in quo primo aptum eſt quippiam fieri } .i. ſecundo modo dicitur quo, pro ſubiecto proximo, cui primo, & ſine medio ineſt forma. nā per tale ſubiectum aliquid eſſe dicitur { ut color in ſuperficie } corpus. n. dicitur colorari colore & ſuperficie, colore quidē, ut forma, ſuperficie, ut proximo ſubiecto, quoniam ſuperficies prima colorem excipit. & rerum tum naturalium, tum etiam artificioſarum quæq; non modo per formam, ut eſt, ſic eſſe dicitur, ſed etiam per materiam, primumq; ſubiectum. ut homo non per formam ſolum, ſed etiam per ſubiectam formę materiam homo eſſe dicitur. item ſtatua per æs etiā ſtatua eſſe dicitur, non per formam tantum, cui ſimilis ratio eſt in omni compoſita ſubſtātia, ſed cum dixiſſet ipſum quo uno modo dici formam, alio modo materiam, oſtēdit ipſum quo de forma dici principalius q; de materia, & dicit { id igitur quod primo dicitur quo } & principaliter { ſpecies eſt ipſa } & forma ſubſtantialis { Secundo uero } atq; minus principaliter dicitur { id, quod eſt ut materia cuiuſq;, ſubiectūq; cuiuſq; } vt ſit uerbum ſubiectum expoſitio uerbi materia. nam materia hic uritur pro ſubiecto proximo, & primo, cui primo, atq; ſine medio forma ineſt, ita cum in ſuperficie primum color excipiatur, ſuperficies æmula erit materiæ, color vero formæ. vnde & Auerroes exponens ſubiectum expoſuit eſſe id, cui forma ineſt ſine medio, uerbi gratia cum diximus colorem exiſtere in ſuperficie per ſe, & in corpore non per ſe. In ſuperficie enim exiſtit primo, & per ſe, ſecundo uero in corpore.

Q ue Auer. cōmē. zz.

Omnino autem ipſum quo, atq; cauſa eſt. id enim quo quiſpiam acceſſit, id eſſe dicitur gratia cuius uenit. & itē id, quo uitioſam quiſpiam rationem, aut ratiocinationem extruxerit, id eſt, quod ratiocinationis, aut uitioſæ rationis cauſa eſt.

Quia dixerat ipſum quo uno modo intelligi pro forma, alio modo pro materia, nunc, vt ad ſummum dicat, inquit { omnino aūt ipſum quo, atq; cauſa eſt } .i. paribus modis dicit, quibus ipſa cā dicitur. In ſingulis enim rebus cā eſt id, quo, ſeu, ꝓpter qđ aliquid ineſt, & primo docet ꝓinde dici, atq; finalem cām, & dicit { id enim quo quiſpiā acceſſit, id eſſe dicitur } finalem cauſam, gratia cuius uenit } uerbi cauſa propter pecunias exigendas apte reſpondebit. deinde docet perinde dici, atq; efficientē cauſam, & a it { & item id, quo uitioſam quiſpiam rationem, aut ratiocinationem extruxerit, ideſt, qđ ratiocinationis, aut uitioſę rationis cauſa eſt } ſcilicet ut efficiens: hoc eſt ſcire vult quid paralogiſmū, aut quid ſyllogiſmum effecerit. vel quę cauſa effectrix fuerit fallaciæ, aut rectę concluſionis, item qui bellum Troianum propter quid conſtiterit, percunctatur, is Troiani belli principium, vnde manauerit, inquirit, quę rurſus cauſa eſt, unde principium motus proficiſcitur, ad quod ſi propter Helenę raptum reſponderis, ipſum quo explicaueris.

Præterea ipſum quo, poſitionem ſignificat, ueluti quo ſtetit, aut quo pergit. hæc enim omnia poſitionem, locumve ſignificant.

At nunc præter commemoratos intellectus ipſum quo poſitionem quandam, & locum. i. vbi ſignificare aſſerit, & dicit { Præterea ipſum quo poſitionem ſignificat, veluti }

καθ' ὅτ κεν, i. quo stetit, i. ubi stetit, καθ' enim & quo, & ubi significat apud græcos. propterea qui transtulit, dixit quo, sed rectius ubi dixisset { aut quo pergit. hæc enim omnia positionem, locum ve { i. ubi { significãt } sectis apud latinos, q̃ vtuntur quo, cum quis pergit in locum, ubi autem, cum quis stat in loco.

Quare necesse est & ipsum per se multipliciter dici, nam unum quidem per se est quiditas uniuscuiusq; ut Callias, & quiditas ipsius Callię.

Posteq̃ ipsum quo multifariam dici docuit, infert ipsum per se multipliciter dici, & inquit { Quare necesse est & ipsum per se multipliciter dici } consequentiam deducit Alexander ex eo, quia ipsum quo prædicatur secundum aliquid eorum, quæ per se insunt. ergo si multipliciter dicitur ipsum quo necesse est, ut ipsum per se multipliciter dicatur. & exponit modos, & dicit { nam unum quidem per se est quiditas uniuscuiusq; } ab quiditate enim cuiusq; accipitur prædicatum, quod dicitur de eo, cuius est quiditas per se secũdum primum intellectum. nam propria forma, & ratio, quæ substantiam explicat, per se cuiq; ineſt, & de eo, cui per se ineſt, per se prædicatur secundum hunc primum intellectum: & affert exemplũ, & dicit { ut Callias } subaudi est per se quiditas Calliæ { & quiditas ipsius Calliæ } est etiã per se quiditas Calliæ. & ita Callias prædicabitur per se de Callia, & quiditas Calliæ etiam per se prædicabitur de Callia.

Aliud id omne, quod ineſt in ratione. ueluti Callias per se animal est. in ratione enim ipsius animal ineſt. Callias enim animal quoddam est.

Asſignare uidetur secundũ modum, & dicit { Aliud }. s. & secundo modo per se est { id omne, quod ineſt in ratione } subaudi explicante essentiam rei, ut genus videlicet & differentiæ. nam cum partes formæ sint, vnumquodq; per se ineſt Calliæ. Ideo subdit { ueluti Callias per se animal est, in ratione enim ipsius }. s. Calliæ { animal ineſt. Callias enim animal quoddam est } & ita non solum vniuersa quiditas per se dicitur de eo, cuius est quiditas, sed etiam quælibet pars quiditatis. Expositor autem vult, vt hi duo modi sub vno comprehendantur. nam eadem ratione definitio & pars definitionis per se de unoquoq; prædicantur. Est. n. hic primus modus per se eorum, qui asſignantur primo posteriorum, qui modus, vt ait respõdet primo modo eorum, quibus dicitur ipsum quo.

Præterea si in se ipso primo, aut in aliqua sui parte susceperit, quo pacto superficies est per se alba, & homo uiuens per se. anima enim pars quędã est hominis, in qua est ipm uiuere prima.

Asſignat secundum uel tertium modum eorum, quę per se alicui insunt, vel quæ per se de aliquo prædicant, asserens aliquod per se ineſse alicui, vel per se prędicari de aliquo, qđ ineſt ei primo, vel alicui parti eius, & dicit { Præterea si } aliquod subiectum { in se ipso primo } aliquid { susceperit, aut } primo susceperit { in aliqua sui parte } illud susceptũ ineſt ei per se, vel prædicatur de eo per se. & asſignat exempla, & dicit { quo pacto superficies est per se alba } quoniã ipsa prima colorem excipit, ut dixit, cum de ipso quo disputaret, & hmõi quo per materiam esse videtur. Corpus autẽ licet ipsum per superficiem coloratum sit, quæ per se colorata est, tamen quia superficies, quæ prima, & per se colorẽ excipit, aliquid ipsius est, idcirco corpus coloratum esse dicitur. Neq; enim id solum, quod in se primo aliquid excipit, per se tale esse dicebamus, sed etiam id, cuius aliquid est primum excipiens. At superficies corporis terminus est. deinde asſignat aliud exemplum, & dicit { & homo viuens per se, anima enim pars quædam est. hominis, in qua prima est ipsum uiuere } addit autem Alexander, qui quidem intellectus materiæ quoq; cõuenire posse uidetur. Pars enim quę in aliquo est, rationem habet materiæ, & in materia vnitate habet. nolo tamen te lateat alio in loco Aristotelem asseruisse, quod primum aliquid excipit id esse per se tale: quod autem per partem, ex accidenti. Sed vtcunq; sit, modus secundus est, eius prædicati, quod alicui subiecto ineſt primo sine medio, aut primo alicui parti illius subiecti. Vtrum vero hic modus correspondeat alicui modorum eorum, qui dicti sunt de ipso quo, vel alicui eorũ modorum per se, qui dicti sunt in analyticis, relinquo considerantibus. Auerroes enim inquit, & dicitur per se etiam de prædicabilibus de subiecto propter naturam subiecti sine aliquo medio, sicut dicimus superficiem esse albam per se. i. primo sine medio. Corpus autem non est album nisi per superficiem: & paucis interpositis ait, similiter omne, quod exiſtit in aliquo per se, aut exiſtit in eo tanquam accidens, aut tanquam substantia. & utrũq; istorum aut per medium, aut sine medio, substantia cum medio est ut homo uiuus, & accidens cum medio, est ut corpus coloratum. Substantia uero sine medio est, ut homo rationalis, & accidens sine medio, ut superficies colorata. Q̃ue Auer. cõmẽ. 23.

Præterea id cuius non est alia causa ulla. hominis enim sunt causæ multæ, ipsum animal, ipsum bipes. attamen ipse homo per se homo est.

Asſignat tertium uel quartum modum, & dicit { Præterea id } subaudi per se dicitur tertio, uel quarto modo { cuius non est alia causa ulla } Quod quale sit, hominis exemplo declarat, & dicit { hominis enim sunt causæ multæ } est. n. forma, & materia, & efficiens, & finis, & quæcũq; in definitione continentur videlicet { ipsum animal } pro genere, { ipsum bipes } pro differentia { Attamen ipse homo per se homo est } quoniam homo, ut homo sit, nulla causa exterior habetur. Si quis enim te cur homo sit homo percũctetur, nihil aliud respõdere queas quàm quia est homo. Vtrũ uero hic modus correspondeat alicui eorum modorum, qui dicti sunt de ipso, uel alicui eorum, qui dicti sunt de per se in analyticis relinquatur expositoribus. Auerroes autẽ ait, & dicitur aliquid exiſtere per se illud, quod non habet cãm, propter quam exiſtat, nisi per se, si aliquid est tale. Homo. n. & similia non exiſtunt nisi per suas causas, quia habent multas causas. In quibus uerbis, Auerroes, ꝓpter malas translationes uenit ad dicendum si aliquid est tale, alludẽs ad ipsum Deum, qui solus per se est, nullã aliam causam habẽs, qua exiſtat. Quæ sententia uera est, non tamen consonat præsenti dictioni. Q̃ue Auer. Cõmẽ. 24.

Insuper ea, quæ soli insunt, & ut est solũ. quo circa per se est id, quod est separatum.

Asſignat ultimum modum eorum, qui dicuntur per se, & dicit { Insuper ea } dicuntur per se { quæ soli insunt, vt est solum } quibus uerbis propria quorũdã significat, quæ illis per se, siue solum insunt, & exponens propriorum rationem ait { quæ soli insunt, & ut est solum } dans intelligere, ut insint omni, per uerbum autem insunt excluſit definitionem, quæ non ineſt, sed prædicaẽ de aliquo solo, & omni. uel fortaſſe cũ dixit { ut est solũ } uoluit significare ut insint soli, & cõuersim, ut in Topicis dictũ est. Ideo subdit { quo circa per se est id quod est separatũ } .i. quoniam determinate illis solis insunt. dicitur enim aliquid alicui soli ineſſe, quia ei, & non alteri ineſt. in quibusdam exẽplaribus, vt Alexander aduertit, legitur { quamobrem coloratũ per se } & subaudiendum est superficiei, qm̃ coloratum per se superficiei ineſt. sed cui mõ eorum, p se eoꝝ, qui in posterioribus dicũtur, hic modus correspondeat, curã habeat Expositor, etiam cui modo eorum, quibus dicitur ipsum quo, curam habeat qui vult. ego enim puto non omnem modũ eorum, qui per se dicuntur, correspondere alicui eorum, quibus dicitur ipm quo: ut patet considerantibus.

Dispositio



TEX. 24. Dispositio ordo dicitur eius esse, quod partes habet, aut loco, aut potentia, aut forma. positionem enim quandam esse oportet, ut & nomen etiam ipsum dispositio declarat.

Nunc de dispositione agens primo præmittit rationem cõmunem eius nominis, quo dicitur dispositio, & dicit { Dispositio ordo dicitur eius esse, quod partes habet } qua ratione fit, ut indiuisibilis rei non sit dispositio, quoniam cum careat partibus, etiam careat ordine, qui in partibus itelligitur, necesse est, & quia oratio, qua orator dicit, partes habet, ideo dispositione, qua partes ordinentur, non caret. deinde specia tim indicat tres itellectus, quibus in partibus intelligi potest dispositio, & ait { aut loco } .i. situ, qui ordo in ĩs considerari potest, quæ coacta in loco sita sunt, ut cum exercitum dispositum esse dicimus, propterea ꝙ equitatus hunc locũ teneat, illum peditatus, & dispositionẽ domus uocamus situm partium eius per locum ordinatum. hunc in modum Auerroes, & Expositor dispositionem uolunt esse idem, quod predicamentum situs { aut potẽtia } ex eo, vt Expositor inquit quia partes alicuius habẽt ordinem in uirtute actiua, uel passiua. quo in modo dispositionem esse ait primam qualitatis speciem. quæ expositio non uidetur cõsona dictioni, tũ quia ordo esse nõ potest, nisi ubi est pluralitas, modo nec i actiua potentia seorsum, nec in passiua potentia seorsum est pluralitas, ideo non sic intelligi potest: tum etiam quia dispositio, ut est species prima qualitatis, nõ differt ab habitu, nisi quia facile mobilis est, modo, ut sic non potest esse dispositio ad illum intellectum. rectius ergo cum Alexandro intelligas talem ordinem esse in partibus animæ, quarum alia est prima vt uegetalis, alia secunda, ut sensitalis, alia tertia, ut intellectu alis. ordo, enim in huiusmodi potentijs dicit dispositio secundo modo { aut forma } siue specie ut cum statuæ, aut imaginis dispositionẽ dicimus, dispositio enim tertio modo est pro ut ordo partium attenditur secundum figuram totius. unde partes in statua ordinem habent per rationem relatam ad figuram totius, sic & in animali partes habẽt ordinem per respectum ad figuram totius, qno in modo dispositio ponitur differentia generis quantitatis, prout quantitas alia sit, quæ positionem habet, ut linea, superficies, corpus, & locus. alia non habens, vt numerus, & tẽpus. unde fit, ut ordo in huiusmodi partibus, et membris, secundum ordinem ad figuram totius, dispositio dicatur. Quòd autẽ dispositio eius sit, quod partes habet, syllogizat, positio eius est, quod partes habet: dispositio est positio: igitur dispositio eius est, quod partes habet. de syllogismo tangit minorem, & dicit { positionẽ enim quandam oportet esse } ipsam dispositionem { ut et nomen etiam ipsum } διάθεσις. ideſt { dispositio declarat } nam sonat diuersorum positionem. Alexander autem ait hoc esse dictum proprie de partium ordine secundum locum, & secundum formam, non de ordine secundũ potentias. sed quoniam hæc expositio est cõtra primam partem dictionis, ideo Alexander se corrigens subdit, cẽcẽ positio in potẽtijs quoq; communiter intelligi potest saltem ex accidenti. s. quoniam ea, quorum potentiæ sunt, positionem habent.

TEX. 25. Habitus autem dicitur uno quidem modo quasi operatio quædam habentis, & eius quod habetur, perinde atque actio quædam uel motus. nam cum alterum efficit, alterum efficitur, tunc est effectio media. sic & eius qui tunicam habet, & tunicæ quæ habetur, habitus medius est.

Nunc trãsit ad intellectus, quibus dicitur habitus, & vult vt uno modo intelligatur habitus pro habitione: quæ habitio est quid cõmune ad habere, & ad haberi, & dicit { Habitus autem dicitur uno quidem modo, quasi operatio quædam habentis, & eius, quod habetur } quę ex parte eius, qui habet, dicitur habere, ex parte autem eius, quod habetur, dicitur haberi, cõmuni autem nomine dici potest habitio { perinde atq; actio quædam vel motus } ideſt vel passio. non enim habere proprie dicitur actio, nec haberi dicit proprie passio, sed per similitudinem, communi tamen nomine dicitur habitio. deinde affert rationem in simili, & dicit { nam cum alterum efficit, alterum efficitur tunc est } actio { media } effectio { sic & eius, q tunicã habet, & tunicæ. quæ habetur, habitus medius est } qui dicitur habitio. habitus ergo primo intellectu intelligitur pro ipsa habitione, qua habens tunicã dicit habere. Tunica aũt habita dicitur haberi.

Itaque patet fieri non posse, ut hic habitus habeatur, erit enim in infinitum profectio, si fiet, ut eius habitus, quo habetur, habitus habeatur.

Soluit tacitam quæstionem, nam dici posset, si uestis quę habetur, & eius qui uestem habet, medium est habitio, quę est habitus primo intellectu, a pari, cum habitio habeatur, erit adhuc habitionis alia habitio. breuibus negat fieri posse vt quemadmodum indumenti habitus est, quæ dicitur habitio, sic ipsius habitus ideſt sic ipsius habitionis habitus alter exiſtat, & dicit { Itaq; patet fieri non posse, ut hic habitus } quæ dicitur habitio { habeatur. erit enim in infinitum profectio, si fiet, ut eius habitus, quo habetur }. i. si habitionis, qua tunica habetur { habitus { i. alia habitio { habeatur }. vnde Alexãder dictionem sic habebat { si fiet, ut eius quod habetur, habitus habeatur } quod exponens inquit, pro eo dixit, quod est, si habitus eius qui rei habitæ nuncupatur, rursus sit habitus, ut liceat rursus illum habitum habere, nam vt primi habitus, sic etiam secundi, & tertij habitus erit, & ita in infinitum procedetur. per quæ colligitur regula, quod cum aliquid est tale denominatiue per aliquid, illud per qđ est tale denominatiue, est ſeipso atq; per essentiam tale vel quod idem est, standum est ad illud, quod est tale per essentiam. Quare cum homo habet tunicam habitione, habitio se ipsa habebitur, & non alia habitione, quam regulam explicauit Auicenna. Regula.

Alio modo habitus dicitur dispositio, qua id quod efficitur, bene uel male disponitur, & aut ad se, aut ad aliud, qualis sanitas habitus quidam est. est enim dispositio talis.

Asſignat secundum intellectum, quo aliquid dicitur habitus, & dicit { Alio mõ habitus dicitur dispõ, qua id quod afficitur }. i. disponitur habitu { bene uel male disponitur } ut sit huiusmodi habitus ratio, qualitas quædam permanens per quam actiones particulares recte, aut perperam habeantur. & addit bene uel male disponitur { & aut ad se } ut firmum, & ualetudinarium. nam secundum hæc quod afficitur, bene, aut perperam afficitur ad se, quoniã habitus tum firmus, tum etiam ualetudinarius ad ipsum referũtur, à quo habentur { aut ad aliud } nam qui uirtutibus afficitur actijs, ad alios disponitur. At iuſtitia habitus est, quo qui affectus est, is recte & ad se, & ad alios est affectus. sic artes tum honeſtæ, tum etiam prauæ habitus appellari possunt, quoniam qui his affectus est bene uel male se habet, aut ad se, aut ad alios. Aristoteles tamen affert exemplum, & dicit { qualis sanitas habitus quidam est. est enim dispositio talis } qua quis bene disponitur ad se. hoc pacto scientiæ contemplatrices habitus sunt, quibus sciens bene se habet ad se. Artes uero habitus, quibus artifex bene se habet ad alios.

Insuper habitus dicitur, si dispositionis talis si pars, quapropter & uirtus partium habitus quidam est.

Asſignat tertium itellectum, quo aliquid dicitur habitus,

& dicit { Insuper habitus dicitur } aliquid { si sit pars talis dispōnis } subaudi, quæ dicitur habitus. uerbi cā, si quis corpore recte ualeat, aut uicissim male, pars huius totalis sanitatis, uel huius uniuersalis ægritudinis, quæ est particularis sanitas alicuius membri, habitus dicitur illius membri. tunc concludit { quapropter & uirtus partium. habitus quidam est } .s. eius partis, cuius est uirtus ut temperantia habitus est partis concupiscibilis, fortitudo partis irascibilis, Prudentia uero partis rationalis. Vniuersa autem uirtus habitus est totius animæ. unde Alex. quędam ēt uirtutes rerū naturalium separatim, particulatimq; fiūt, quę habitus nuncupanť. quin & partem ipsam artis habitus nomen vēdicare certum est.

TEX.26. **Passio dicitur uno modo qualitas, qua fit, ut quippiā altereť, ut albū & nigrū, & dulce, & amarum, & grauitas & leuitas, & cætera id genus.**

Nunc distinguit intellectus, quibus intelligitur passio, & dicit { Passio dicitur uno modo qualitatis, qua fit, ut quippiam alteretur } .i. qua corpora alterantur, hæc autem est, quæ in prædicamētis qualitas passiua, uel passio nuncupať. & assignat exemplum, & dicit { vt album, & nigrū, & dulce, & amarum, & grauitas & leuitas, & cætera id genus. }

Q ue Auer. comē.26. Auerroes aūt primum passionis modum potentiam esse ait, qua aliquid transmutatur de contrario in contrarium, vt de albedine in nigredinem, & de amaritudine in dulcedinē. Potentia enim qua aliqua transmutantur ad inuicem, dicitur potentia passiua, ut recte inquit.

**Alio mō opationes harū, atq; alterationes iā.**

Assignat secundum modum, & dicit { Alio modo } passiones dicuntur { operationes harum } .s. qualitatum, quæ enumeratæ sunt { atq; alterationes iam } vt albescere, nigrescere, calefieri, atq; refrigerari. & sic accipiendo passionem, erit ipsa prædicamentum per se.

**Preterea harū magis alterationes, motionesve quæ detrimentum afferunt.**

Assignat tertium modum, & dicit { Præterea harum } scilicet alterationum passiones { magis } dicuntur { alterationes, motionesve, quæ detrimentū afferunt } detrimentum, pro nocumēto corporis dicit: ergo tertio modo passiones dicuntur alterationes, quæ afferunt detrimentū. nam alterationes hmōi sunt temporanei quidam motus corporis, quarum alterationū passiones magis dicuntur alterationes noxuæ corporis quæ detrimentum afferunt, ut morbum.

**Et maxime q̄ mœrorē afferūt, & detrimētū.**

Assignat quartum modum, & dicit, & maxime dicuntur passiones { Q uæ } cum sint alterationes { mœrorem, & detrimentū afferunt } Detrimentū quidē corporis, mœrorē uero animi. Hæ.n. per excellētiam dicunť passiones. & per mœrorem orbitatem intelligit, ut mortem filioꝝ, & talium.

**Insuper magnitudines calamitatum rerumq; afferentium dolorem, passiones dicuntur.**

Assignat vltimum modum, & dicit { Insuper magnitudines calamitatum, rerumq; afferētium dolorē passiones } dicuntur. quasi passio sit in magnitudine affligentis mali, in qua filijs orbatus, patria pulsus, esse diciť, aut si quis insigni calamitate fuerit affectus. Sunt igitur passionis quinq; intellectus, quorū primus est, quo qualitas, per quam fit alteratio, passio dicitur. Secūdus quo intelligitur alteratio, quæ fit per talem qualitatem. Tertius quo intelligitur alteratio, quę detrimentum affert, ut morbum. Quartus quo intelligiť alteratio, per quam afferť detrimentum, & mœror. Quintus, quo magnitudo calamitatum, atq; detrimentorū passio appellari solet. Hi enim sunt intellectus, quibus intelligiť passiō. Quorum intellectuum secundus solus est prædicamentum. Primus uero de speciebus qualitatis.

TEX.27. **Priuatio dicitur uno modo, si quippiam non habeat aliquid eorum, quæ apta sunt, ut habeatur, & si ipsum non est aptum ad illud habēdum: quo pacto planta dicitur oculis esse priuata.**

Nunc de multiplici acceptione priuationis, loquens inqt { Priuatio dicitur uno modo, si quippiā } uidelicet paries, vel planta { non habeat aliquid eorum } quæ ex parte sui { ut habeantur sunt apta, & si ipsum } .s. paries, uel planta { non est aptum ad illud habendū, quo pacto plāta dicitur oculis esse priuata } nam ex parte plantæ ineptitudo est, vt habeat: ex parte uero oculorum aptitudo est, ut habeātur. Oculi enim apti sunt haberi, sed non a planta, quæ diciť oculis priuari, qua ratione fit, ut hic modus sumatur quo aptitudo consideratur non ex parte subiecti videlicet plantæ, vel parietis, sed ex parte rei, qua paries, uel planta dicitur priuari. vnde Auerroes priuatio dicitur multis modis. Dicitur.n. quando aliquid caruerit aliquo, in cuius natura est, ut sit in aliquo, non tamen in illo, neq; in suo genere. Q ue Auer. comē.27.

**Alio modo si aptum sit ad habendum aut ipsum, aut genus, & non habeat. nam alio modo cęcus homo priuatus est uisu, ac talpa, hęc enim genere, ille per se uisu caret.**

Assignat secundum modum, quem accipit, considerata aptitudine ex parte subiecti, & dicit { Alio modo } subaudi dicitur priuatio { si } subiectū { sit aptum ad habendū, aut ipsum, aut genus } eius { & nō habeat } Cuius exemplum affert, & dicit { nam alio modo cæcus hō priuatus est uisu, ac talpa. Hęc.n. } .s. talpa { genere } .s. uisum hēre est apta, non q̄ ipsa uisum habere sit apta, sed quia genus, in quo habetur animal videlicet pedestre quadrupes { ille } .s. { hō per se uisu caret } cum ipse sit idoneus habere.

**Præterea si aptum sit ad habendum, atq; non habeat, quando est aptum, ut habeat. cæcitas enim priuatio quædam est, at cæcus non est omni ætate, sed ea, in qua est aptus ad uisum habendum, atq; non habet. similiter & si in eo in quo, & quo, et ad quod, & quemadmodum aptum sit ad habendum, & non habeat.**

Assignat tertium modū, qui accipitur non ex parte subiecti tantum, sed ex parte cæterarum circūstantiarum, & dicit { Præterea si aptum sit ad hn̄dum, atq; non habeat, qn̄ est aptum, ut habeat } dicitur priuatio tertio mō. & assignat rationem, & dicit { Cæcitas.n. priuatio quædam est, at cæcus non diciť omni ætate, sed ea, in qua est aptus ad uisum habēdum, atq; nō habet } verbi gratia, ut Auerroes inquit, catulus non dicitur cæcus, qn̄ nascitur, licet non uideat tunc, sed cum catulus caret uisu post hoc tempus, dicetur cæcus, qm̄ per id tp̄s est aptus uidere. Q ue Auer. comē.27. assignat quartū modum ex parte loci, & dicit { similiter } diciť aliquid priuatū { & si in eo } scz loco { in quo } est. s. aptū habere, & non habeat. Nō.n. nox diciť priuatio luminis respectu cuiuscunq; loci, qm̄ non respectu centri, sed respectu eius loci, in quo lumē est aptū fieri. Non.n. centrū dicitur priuatū lumine, qm̄ locus est, in quo non est aptū fieri lumen. deinde assignat quintū modū ex parte mēbri, & dicit { & quo } .i. et ea parte, qua est aptū haberi. Quo.n. partē significat. nā si qua parte aliquis aptus est hēre, hac non habeat, priuatus esse diciť. Neq;.n. uisu priuatus is est, si qs auribus non uideat, sed oculis. deinde assignat sextū modum ex parte obiecti, & dicit { & ad qd' } .i. si qd' uisus uidere aptus est, id nō uideat. non.n. cæcus est, q uocem non uidet, sed qui non uidet colorē. deinde assignat septimū modum ex parte modi, & dicit { & quēadmodum aptum sit ad hn̄dum, & non hēat } significat cæcū, & priuatum esse, qui ut uidere est aptus, nō uidet. Nemo.n. cæcū appellabit hominē, qui illa, quæ sunt ei a tergo non cernat, aut

quæ



quæ longissimo interuallo absunt. ait etiam Alexander q̄ si { in quo } adiectum fuerit, significabit per quod. neq; enim cæcus is diciť, qui noctu non cernit, sed qui in luce, siquis aut vult, poterit ex omnibus his circunstantijs cōficere tertium modum, quo dicitur priuatio proprijssime, vt Expositor facere videtur.

**Præterea ui cuiusq; ablatio priuatio dicitur.**

Assignat ultimum modum, & dicit { Preterea ablatio cuiusq; ui } facta { priuatio dicitur } exēpli causa, Plato quis priuatus diciť, quo est ab aliquo per vim expoliatus. & bonis suis priuatus, qui vi allata ei à tyrāno est deiectus. vnde Q ue Auer. comē.17. Auerroes, & etiam dicitur priuatū omne, quod caret aliquo, non tm̄ naturaliter, sed uiolenter, uerbi gratia, quando lapis uiolenter non mouetur ad inferius. carentia igitur huius motus, quæ fit per uim, priuatio dicitur.

**Atq; quot modis eæ negationes dicūtur, quæ ab hac particula A emergunt, tot modis & priuationes ipsæ dicuntur.** A. In.

Nunc assignat modos priuationis ex parte negationis, quæ designatur per A/ in dictionibus græcis, per In uero in dictionibus latinis, & dicit { Atq; quot modis eæ negatiōes dn̄r, q̄ } .s. in græcis dictionibus { ab hac particula A /emergunt } in latinis vero ab hac particula, in { tot modis & priuationes ipsæ dn̄r } negationes ab A, aut ab, In, emergētes uocat destructiōes priuatiuas. Negatio.n. ꝓprie p particulā non/uel huic æquiualentē enunciať. quot igiť modis destructiōes, ac negatiōes p A, uel In, de aliq̄bus dn̄r, totidē priuationes dici ait. negatio.n. per A, uel In, priuatonē significat.

**Inæquale enim quippiam ideo dicitur, quia ad habendum æqualitatem est aptum, atq; non habet. Et inuisibile, quia omnino colorem non habet, & quia praue. & impeditum & quia non habet omnino pedes, & quia praue. præterea ēt quia parum habet, ut in nucleosum quod quidam modo habere. præterea quia non facile, aut quia non bene: ut insectile, non solum, quia non secatur, sed etiam quia non facile, aut quia non bene.**

Nunc affert exempla, per quæ differentiā taliū daclarat, & vult q̄ hæc particula In, uel A, uno modo dicitur de aliquo, quod nō habet, sed est aptū habere, ut ἄνισον. i. inæquale. inæquale.n. dicitur, quod æqualitatē non habet, sed est aptum hr̄e, & dicit ἄνισον { enim } .i. { Inæquale quippiam ideo dicitur, quia ad habendū ęqualitatē est aptum, atq; non habet } deīde assignat aliū modū, afferens A, uel In, dici ex eo quia omnino subiectū nō habet, sed etiam, quia praue habet. & dicit { & } ἀόρατον. i. { inuisibile, quia omnino colorē nō habet } & ita quia est omnino inuisibile { & quia praue uisibile } particula.n. illa A, in dictione ἀόρατον & In, in illa dictiōe inuisibile, dicit & quia nullo mō uideri potest, & quia praue uidetur, ut cum uocem inuisibilem esse dicimus, quo in loco A, uel In, priuationem uidetur significare, quæ impossibile esse indicat { & } ἄπουν. i. impeditū, uel depes aut expes priuationē significat eodem modo & { quia nō habet omnino pedes } ut serpēs { & quia praue } ineptéq; pedes, habet. ut uitulus marinus, deinde affert tertiū modum afferens A, uel In, uel particulas id genus, significare priuationem, qua subiectū dicitur parum habere, & dicit { præterea etiā } particula A, uel In, uel aliqua id genus priuationē significat ex eo { quia parū habet } vt ἀπύρηνον. idest in nucleosum, quia nucleum exiguum habet, ideo subdit { quod quidem est praue quodāmodo habere } nā quod inepte habet, praue habet, & quia praue habet, parum habet. deinde affert quartum modū, afferens A, uel In, uel tale id genus quarto modo significare priuationē, quia dicimus nō facile & non bene, & dicit { præterea } A, uel In, uel id genus priuationem, quarto modo significat { quia nō facile, aut quia non bene, ut } ἄτμητον. i. { insectile non solum } significat { quia non secať, sed etiam quia non facile, aut quia non bene } ut adamas. priuationes igitur per In, uel A, uel per aliquid id genus, aut de ijs dicunť, q̄ aliquid habere sunt apta & non hn̄t, aut de ijs, quæ aut habere nequeunt, aut praue, aut de ijs, quæ parum quid hn̄t, aut de ijs, quæ non facile, uel non recte pn̄t. Aduerte Argyropylum hæc exempla, quæ ipse posuit, non esse ea, quæ Arist. in græca dictione scripsit, sed ipse ex ꝓprio īgenio exempla finxit. insuper particulam A, in græco aduerte, quia priuationem significat, sicut apud nos/In/siue/Im/ex/extra/de nam dicimus impeditū, ēpes, & expes, hoc est non habens pedes, uel habens sed inepte. etiam depes legitur.

**Præterea priuatum aliquo quippiam ideo dicitur, quia penitus illo caret. cæcus enim dicitur, non qui est luscus, sed qui neutro in oculo uisum habet. iccirco non omnis homo bonus est, aut malus, iustus, aut iniustus, sed & id quod inter hæc medium collocatur.**

Ijs priuationibus, quas explicauit, adiungit ultimum intellectum priuationis, cum. s. aliquid non partim habet, partim secus, sed prorsus non habet, ut cæcus dicitur, qui utroq; orbatus est oculo, non qui altero, & surdus, qui utraq; aure surdus est, non qui altera, & dicit { Præterea priuatum aliquo quippiā ideo diciť } ultimo intellectu { quia penitus illo caret } & affert exemplum, & dicit { cæcus.n. dicitur, non qui est luscus, sed qui neutro in oculo visum habet } qua ratione fit, ut qui prius aliqd non hn̄t, hos illud non habere dicamus, & qui penitus hn̄t, habere. Tūc ex ijs infert corollariū contra stoicos, & dicit { iccirco nō omnis hō bonus est, aut malus, iustus, aut iniustus } malus.n. is esse uidetur, qui prorsus uirtute priuatus est, iniustus, qui oīno iustitia. bonus aūt & iustus, qui hæc ex omni parte habet. ut igiť inter eum, qui simpliciter uidet, et cęcum simpliciter, medius est luscus, sic inter bonum, & malum iustum & iniustum ij medium tenebunt, qui nondum omnino probis moribus præditi, nec optimos omnes uirtutum habitus nacti sunt. habent tamen simulachra uirtutis, & rectas mētes præ se ferunt, quibusdāq; officijs, quasi boni uiri funguntur, & plerunq; uiros probos consilijs ineundis imitantur. Auerroes autē inquit, & ideo Q ue Auer. comē.27. priuatio & habitus non diuidunt uerum, & falsum in omnibus rebus, nō enim de qualibet re uera est priuatio, aut eius oppositus habitus, ut decimo huius dilucidabitur, Cōmē.16. falsa enim sunt insimul in medijs. uerbi gratia, quoniam non omnis homo est aut malus aut bonus. homo enim inciuilis, qui in solitudine uiuit, neq; bonus neq; malus, neq; iustus neque iniustus, & tu intellige de bonitate, & malitia morali & subdit, & quasi intendebat declarare causam in hoc, quod priuatio & habitus diuidūt uerum & falsum in subiecto proprio. uerbi gratia q̄ iustitia, & iniustitia diuidant verum, & falsum in homine ciuili. ut tertio Physicę auscultationis, Cōmē.24. & quarto eiusdem, Cōmē.106. & primo de cœlo, Cōmē.129. & decimo huius aperte tradit. Cōmē.16. verum de re hac suo loco.

TEX.28. **Habere multipliciter dicitur, uno modo dicitur ducere suapte natura, aut suapte motu, ac appetitu. iccirco febris hominem, tyrannum ciuitates, induti uestimentum habere dicuntur.**

Nunc distingnit ipm̄ hr̄e, ut primo mō habere sit ducere aut ꝑ sua natura, aut ꝑ suo arbitrio, & dicit { hr̄e multipl'r dr̄, uno mō dr̄ ducere suapte natura } .i. ꝑ sua natura { aut suapte motu, aut appetitu } .i. aut ꝑ arbitrio, & affert exemplū & primo de eo, qd' ducit ꝑ sua natura, & dicit { iccirco febris } hoīem hēre dr̄, qm̄ sua natura febris, quos habet, ducit, qppe quos sic afficit, ut naturā suā recipiāt, ac febricitent

{ Tyranni ciuitates habere dicuntur } quoniam suo appetitu quos habent subiectos, & ciuitates tractant, ipsos enim quocunq; libuerint, ducunt trahuntve, & pro sua libidine sibi seruire cogunt { induti vestimentum habere dicitur } quia cum volumus, utimur. vnde Auerroes inquit, & hoc habere significat possessionem. nam qui possidet, habet aut pro sua natura, aut pro suo arbitrio id omne, quod possidet.

Q ue Auer. cõmẽ. 28

Alio mõ id, in quo qppiã est, tanq; in suscepti uo, ut æs statuę formã, corpus ægritudinẽ habet.

Assignat secundum intellectum quo intelligimus vnam rem habere aliam, asserens secundo, modo dici pro suscipere & dicit { Alio modo } dicitur { id } habere { in quo quippiam est tanq; in suscepti uo } & sic habere idem est, quod suscipere. & subdit exempla, & dicit { ut æs statuæ formam habet, corpus ægritudinem } quoniam æs suscipit formam statuæ, & corpus suscipit morbum. & ad summam materia

Q ue Auer. cõmẽ. 29.

ad hunc modum formam habere dicitur. unde & Auerroes id quod hoc pacto habet, recipiens appellat.

Alio modo ut id, quod continet ea, quæ continentur. id enim quod in quopiam continetur, haberi ab illo dicitur, hoc pacto uas aquam, urbem homines, nauem nautas habere dicere consueumus. totũ etiã habere partes hoc mõ dicit.

Assignat tertium modum asserens tertio intellectu habere accipi pro continere, & dicit { Alio modo } dicitur & tertio habere { ut id qd' continet ea, quæ continentur } deinde hoc probat per conuersionem passiui ad actiuum, ut est locus topicus, & dicit { id enim quod in quopiam continetur haberi ab illo dicitur } igitur continere est habere. locus ut diximus, est topicus à passiuo ad actiuum, deide assignat exempla, & dicit { hoc pacto uas aquam } & uasa humores inclusos in ipsis habere dicuntur { vrbem homines } ideſt ciues { nauem nautas } ideſt vectores { habere dicere consueuimus. totum etiam habere partes hoc modo dicitur } Auerroes corrigendo ductionem, quam corruptam habebat, addit ad hunc modum locus habet locatum, & sic est in ꝑdicamento ubi, & uniuersaliter respectus in hoc prędicamento est conuersus illi, qui est in ꝑdicamento habitus.

Q ue Auer. cõmẽ. 29.

Id præterea quod prohibet quippiam suopte nutu moueri, ac agere, habere hoc ipsum dicit. Sic & colũnæ dicuntur ea habere pondera, quę super ipsa sunt posita. sic & a poetis Atlas cœlum habere dicitur, quod ni esset, rueret, ut inquiunt, atq; in terram cœlũ caderet: ut & quidã asserunt naturales, hoc quidã modo & cõtinens habere dicitur ea, quæ continet. quia ui esset id, suopte nutu quæq; separata, dislipataq; essent.

Assignat quartum modum, asserens quartum modum, quo intelligitur aliquid habere aliud, esse, quo illud prohibere dicitur a suopte motu, atq; à suopte agere, & sic habere idem est quod prohibere à naturali motu. vnde dicit { Id præterea, quod prohibet quippiam suopte nutu } ideſt suapte natura { moueri, ac agere, habere hoc ipsum dicitur } & affert exemplum, & dicit { sic & colũnæ dicuntur ea habere pondera, quæ super ipsa sunt posita } quia sustinent ipsa, & ipsorum descensui naturali obstant. deinde assignat aliud exemplum, & dicit { sic & à poetis Atlas cœlum habere dicitur, quod ni esset, rueret, ut inquiunt, atq; in terram cœlum caderet } ne ruat ingentem Atlas sustentat olympum. quasi cœlum nisi ab Atlante teneatur, sulciaturq;, in terram sit suapte natura ruiturum { ut & quidam asserunt naturales } qui mundum per uertiginem consistere, & ne cadat prohiberi tradunt. hi enim sunt qui mundum haberi à vertigine dixerunt, inquantum uertigo prohibet cœlum cadere. differt autem hic modus à primo, vt Alexander innuit quoniam secũdum primam acceptionem habens causa erat violenti motus, quatenus cogebat id, quod habetur, moueri pro suo arbitrio, uel pro sua natura. Tyrannus enim ciuitatem habere intelligit, quia suo motui parere cogit. secundũ uero hanc, causa est uiolentæ quietis. quatenus prohibet ea, quæ habet moueri pro suo nutu. reducit tamen ad præsentem modum, tertiam acceptionem, & dicit { hoc quidem modo & continens habere dicitur ea, quæ continet, quia ni esset id } scilicet continens { suopte nutu quæq; separata, dissipataq; essent } lagæna enim quæ continet aquam, prohibet partes separari, dissipariq;. De Atlantis fabula, deq; eius interpretatione non est ꝓsentis loci differere, potissimũ cum hoc induxerit pro exemplo, cuius non quæritur ueritas.

Q ue Aue. cõmẽ. 30.

In aliquo etiam esse similibus dicitur modis, ipsumq; comitatur habere.

Nunc assignat notiones, quibus aliquid intelligitur esse in alio, asserens in aliquo esse similiter dici, atq; habere, & dicit { In aliquo etiam esse similibus dicitur modis, ipsumq; habere comitatur } nam dicitur tot modis, quot habere. qd' exponens Alexander, ait, quia in singulis rationibus habendi semp; habitum erit in ipso habente. Quod enim ad alterius naturam, nutumq; dicitur, ut primo modo diximus, id ab illo haberi dicitur, ut ciuitas habetur à Tyranno, ac proinde in ipso est. Et quod est in aliquo, ut in sui receptaculo, ut secũdo modo habere dicitur, id ab illo habetur, & in illo est. forma enim habetur ä materia, aut materia formam habet, & forma est in materia. contenta etiam à continentibus habentur, nam ut tertio modo diximus, quæ habentur à uase, hæc in uase sunt, & quod sua natura suoq; nutu moueri prohibeat (vt quarto mõ dictum est) hoc habeat à prohibẽte, & in ipso ꝓhibẽte est, nõ tñ sic intelligas q; eẽ in aliq; tot modis dicat, quot dicitur ipsum hẽre, & nõ pluribus q̃ ipsum habere. qm̃ ut. 4. physicæ auscultationis est expositũ, octo modis intelligi potest aliquid esse in aliquo licet Expositor enitat eos oẽs reducere ad hos, qd' utrum effecerit, quærendum est ab eo.

Cõmẽ. 31.

TEX. 32

Ex aliquo esse, uno quidem modo dicitur ex eo, ex quo est, ut ex materia, idq; dupliciter, aut ipso primo genere, aut ultima spẽ, ut sunt quidẽ quasi cuncta liq̃bilia ex aqua. statua uero ex ære.

Nunc partitur intellectus eius, quod dicitur ex aliquo esse & dicit { Ex aliquo esse, uno quidem modo dicitur ex eo, ex quo } aliquid { est, ut ex materia } hoc est, ut ipsum ex dicit habitudinem causę materialis, quod subdiuidẽs inquit { idq; dupl'r, aut ipso primo genere } .i. aut ex materia, q̃ est ꝓm ipsum primũ genus, utputa ex materia cõmuni ad oĩa subiecta { aut ultima specie } .i. aut ex materia, q̃ est ꝓm ultimã speciẽ, q̃lis est subiectũ ꝓximũ. Auerroes aũt uidẽs q; primũ genus põt intelligi tã cõis mã ad oẽs materias, q̃ ꝓxima, q̃ nõ est nisi unius tm̃ formæ nõ curat exponere quouis dicat mõ Alex. aũt ꝓ primũ genus vł intelligere ꝓximã materiam, & quouis mõ intelligat, asignat exẽpla & dicit { ut sunt qdem quasi cuncta liquabilia ex aqua } tanq; ex ultima materia, quæ communis est omnibus talibus { statua uero ex ære } tanq; ex prima materia proximaq;.

Alio modo, ut ex principio, quod primum mouit ueluti ex quo orta est pugna, ex cõtumelia ex eo, quia hæc principium fuit pugnæ.

Nũc asignat scdm̃ intell'm, & dicit { Alio mõ } subaudi ex aliquo dr̃ fieri aliqd { ut ex pricipio, qd' primũ mouit } .i. ut ex primo motore. & affert exẽplũ, & dicit { ueluti } si q̃rat { ex quo orta est pugna } bene rñdet, si dicat { ex cõtumelia ex eo, ga hęc principiũ fuit pugnę } bñ. n. dr̃ ex raptu Helenæ ortũ est bellum Troianũ, qm̃ raptus primũ mouit ad ultionem. quærit Alexander num omni efficienti causæ conueniat hoc qd' dicit fieri ex aliquo: an ei solum, quæ sic est



est causa, ut cõtumelia certaminis. i. soli ei, qd' primũ mouit. neq;. n. statua ex statuario dici vr̃. est igit' prima solutio, q; ex aliquo fieri nõ utimur nisi in efficiente, qd' primũ mouit. vel aliter soluit in his omnibus rationẽ eandẽ esse. nam ex hoc est statua, ex quo principiũ habet existendi. quamobrẽ principiũ effectiuum ex aliquo nuncupari potest.

Carmẽ ênos

Alio modo ex cõposito ex materia & forma, sicut ex toto sunt partes, & ex Iliade carmẽ, atq; ex domo lateres, atq; saxa. nam forma quidẽ est finis. perfectum autem, quod finem habet.

Hic assignat tertiũ modũ, & dicit { Alio modo } subaudi ex aliquo intelligitur ut pars { ex cõposito ex materia, & forma, sicut ex toto sunt partes } manus. n. ex composito est, ex corpore. s. qm̃ ipsius est pars. ad hunc quoq; modum { & ex Iliade } ê nos, ideſt { carmen } epicum. qm̃ Ilias Homeri ex carminibus cõstat, quorũ quodq; est ex Iliade, ut pars ex toto. Ilias. n. q̃ est Homeri poema totũ quoddã est. & cũ dixisset { sicut ex toto sunt partes } subdit exẽplum { atq; ex domo lateres, atq; saxa } & assignans rationẽ dicit { nã forma quidẽ est finis, perfectũ autẽ, quod finem habet } igitur perfectum est, quod habet formã. Syllogismus est in tertia figura. ex hoc syllogismo ulterius. omne habens formã est totũ, perfectũ habet formã. igitur ꝓfectũ est totũ. ulterius, oẽ totũ est cõsistens ex materia & forma. ꝓfectũ est totũ. igitur perfectũ est cõsistens ex materia, & forma. sed domus quid perfectũ, igitur cõsistit ex materia, & forma. ultra ex omni cõstituto ex materia, & forma partes fiunt. domus constat ex materia & forma. igitur ex domo fiunt partes. recte ergo dictũ est ex domo lateres, atque saxa fieri. nã lateres, & saxa sunt partes domus. sic enim Alexã. resoluit dictionem ad artẽ prioristicam. cum Aristo. non posuerit nisi primũ syllogismum.

Alio modo, ut ex parte est ipsa species. uelut homo ex bipede, & syllaba ex elemento. Alio. n. modo hæc sunt ex illis, & alio modo statua ex ære. cõposita. n. subst'tia ex sensibili materia est: sed ipsa etiam species ex materia speciei constat.

Quædam igitur hoc modo dicuntur.

Quartũ modũ assignat asserens aliquid fieri ex aliquo, ut ex parte formã, & dicit { Alio modo } dicitur aliquid fieri ex aliquo { ut ex parte est ipsa species } quo in loco ꝓ speciem appellat totũ, & ꝓfectũ, speciẽ dicens definitionẽ ac totũ qditatem, nõ totũ cõpositũ, quod ex materia est: ut testatur, uide licet ipsum cõpositum indiuiduũ. Et hoc ꝓ exẽpla exponens inquit { uelut homo } .i. uelut definitio hominis, q̃ speciẽ, ac formã significat { ex bipede } .s. esse dicitur, qm̃ bipes in ea, quasi pars cõtinetur, cũ sit differentia { & syllaba ex elemento } quia cõstat ex elemẽtis, cũ syllabæ ratio cõpositionẽ elementoꝝ cõplectatur. & ga hic intellectus oppositus est alio quo modo intellectui proxime superiori. Illis. n. pars ex toto dicebat, ut lapides ex domo, hic autẽ totũ ex parte, ideo inqt { alio enim modo } .i. sed alio modo, dixit enim { alio enim modo } pro sed alio modo, ut Alexander exposuit, & recte { hæc } .s. partes { sunt ex illis } .s. totis { & alio modo statua ex ære } accepit. n. cõpositum artificiarium pro cõposito naturali, & ideo subdit differentiam inter cõpositum indiuiduũ, & definitionẽ & dicit { cõposita. n. subst'tia } ut indiuiduũ cõpositum subst'tiale { ex sensibili materia est } q̃ pars est eius. uocat autẽ sensibilem materiam indiuiduã materiam { sed ipsa etiã species } .i. sed ipsa definitio { ex materia speciei constat } .i. ex genere, q̃ materia speciei est, & ex dr̃a. genus. n. dicitur materia speciei. i. definitionis, dr̃a forma est definitionis, uel sal't ẽ loco formæ. Tunc epilogat, & dicit, quædã igitur hoc modo dicuntur. s. fieri ex aliquo, & quidẽ proprie.

Quædam autem, si horum modorum aliquis sit per partem, ut est ex patre, ac matre proles, & ex terra plantę qm̃ sunt ex aliqua parte ipsorũ.

Addit quintum modũ, quo aliquid fit ex aliquo asserens aliquid fieri ex aliquo, cum non fit ex uniuersa materia, sed ex parte materiæ eius, ex qua fit, uel non ex tota forma. i. ex uniuersa definitione, sed ex parte formæ, ex qua fit, & dicit { Quædam autem } subaudi fiunt ex aliquo { si horum modorum } qui dicti sunt { aliquis sit per partem } modi, qui dicti sunt, esse ex aliquo sunt ut ex materia, & esse ex aliquo, ut ex forma. i. toto. cum igitur aliquid fit ex materia, & nõ tota, uel ex forma, & non tota, sed ex parte materiæ, uel ex parte formæ, dicitur fieri ex aliquo quinto modo. assignat exemplum, & dicit { ut est ex patre, ac matre proles, & ex terra plantę, quoniam sunt ex aliqua parte ipsorum } stirpes enim ex terra quasi ex materia iccirco esse dicuntur, quoniam alun tur, nascunturq; ex terra, non sic tamen ut ex omni terra, sed ut ex parte ipsius. statuam uero ex ære esse dicebamus, quoniam æs omne, quod sumitur, quasi materia statuæ subiicitur ei. neq; æs iccirco dicitur statuæ materia, quoniam æris pars statuę subiicitur, sed quia ipsum totum æs, quod est qua si materia statuæ, subiicitur ei. Rursus filius ex patre & matre, ex illo, ut ex efficiente, ex hac, ut ex materia, sed utriusque ex aliqua parte. nam semen pars est patris, & ipsum, & id unde segregatur, matris uero pars est, tum seminis receptaculum, tum menses, qui materia sunt frctui: igitur filius fit non ex uniuersa materia, sed ex parte materiæ, sicut planta non ex uniuersa terra (non enim ex omni terra fit planta) sed ex parte terræ.

Alio modo id, post quod tempore fit, ut ex die nox est, & ex trãquillitate tẽpestas. quoniam hoc fit post illud. uerum horum alia ideo sic dicuntur, quia mutationem inter sese mutuam habent, ut ea quoq; quæ modo sunt dicta. alia quod tẽpore sint solũ deinceps, ut ex æquinoctio nauigatio, & ex saturnalibus baccanalia. propterea qd' post æquinoctium illa, hęc post Saturnalia fiunt.

Assignat ultimum modum, & dicit { Alio modo id } subaudi ex aliquo dicitur { post quod tempore fit } .i. ut ipsum ex dicit ordinem temporis. quod enim post aliquid fit secundum tempus, id ex illo fieri dicitur, & affert exempla, & dicit { ut ex die nox est } quoniam post diem { & ex tranquillitate tẽpestas } quia post trãquillitatem. deinde subdiuidit hæc, & dicit { uerum horum } .s. quæ dicuntur fieri ex alio aliud { alia ideo sic dicuntur, quia mutationem inter sese mutuam habent, ut ea quoq; quæ modo sunt dicta } nox. n. in diem, dies uicissim in noctẽ mutatur. tranquillitas in tempestatem & e conuerso, nam mutationes ex contrariis fiunt. hęc autem cõtraria sunt { alia quod tempore sint solum deinceps, ut ex æquinoctio nauigatio, & ex saturnalibus baccanalia. propterea quod post æquinoctium illa } .s. nauigatio fit { hæc } .s. baccanalia { post saturnalia fiunt } nec; n. æquinoctium in nauigationẽ transit. nec Saturnalia in Bachanalia, nec; Apollinaria transeunt in Olympia.

TEX. 32

Pars uno modo dicitur id, in quod ipsum quãtum diuiditur quocunq; modo. id. n. quod a quãto, ut quantũ est, aufertur, semper illius pars dicitur. ueluti duo pars quodã modo trium dicunt'.

Nunc distinguit intellectus partis, & dicit { Pars uno modo dicitur id, in quod ipsum quantũ diuiditur quocunq; modo } .i. siue illud metiatur, siue nõ. deinde assignat rationem, & dicit { id enim quod a quanto, ut quantum est, aufertur, semper illius pars dicitur, ueluti duo pars quodã modo trium dicuntur } & ita uno modo accipitur pars pro quanto minore: siue illud minus metiatur maius, siue nõ. & dixit { ut quãtum est } qm̃ qualitas aliqua potest a quanto seiungi, exẽpli gratia color, albedo, uel dulcedo. At hæ nõ sunt illius partes.

**Alio modo quanti pars id solum dicitur, quod ipsum solũ mensurat. quapropter duo tum pars, tum non pars trium dici possunt.**

Assignat secundum modum, & dicit ⁊ Alio modo quanti pars id solum dicitur ⁊ subaudi quod est minus, & ⁊ quod ipsum ⁊ quantum maius ⁊ solum mensurat ⁊ Vnde & pars hoc pacto a mathematicis dicitur aliquota, quia aliquoties sumpta reddit suum totum. ut duo partem esse dicimus ipsorum quatuor, & ipsorum sex, & omnino parium numerorũ, quia duo numeros ipsos metiuntur ⁊ quapropter duo tum pars, tum non pars trium dici possunt ⁊ pars quidẽ inaliquota, non pars autem aliquota.

**Præterea in quæ species animalis diuiditur siue quantitate. hæ quoq; partes huius dicuntur. iccirco species partes generis inquiunt esse.**

Assignat tertium modũ, & dicit ⁊ Præterea in q̃ species ⁊ .i. definitio ⁊ animalis diuiditur sine quantitate, hæ quoq; partes huius dicuntur ⁊ in dictione Alexã. nõ legitur uerbũ animalis, & ideo Alexã. ait speciem appellasse definitionem, partes uero, quæ ab ipsa specie, & ratione cõtinentur, paulo ante partes, & materiam speciei uocabat. dixit autem ⁊ sine quantitate ⁊ quoniam diuisio speciei secundũ rationẽ absq; quantitate fit. partitio uero in specierum indiuidua cum quantitate est. Contra hanc expositionem obijcit Alexã. qm̃ si ad hunc modum intelligatur, tunc nõ species generis pars erit, ut subdit, Sed contra genus speciei, quippe qui definitionis sit pars, ut ipse paulo post declarabit. Propterea melius exponens ait speciem animalis accepram esse pro genere animalis, & tunc dicit ⁊ Præterea in quæ species animalis ⁊ .i. genus animalis ⁊ diuiditur sine quantitate, hæ partes quoq; huius ⁊ .s. generis dicuntur, iccirco species partes generis inquiunt esse ⁊ & cum dixit ⁊ sine quantitate ⁊ dedit intelligere partitionem, ut generis fieri. animal enim potest diuidi, ut quantum, ut cũ in partes secatur caput, pectus, & cætera id genus, potest etiam non, ut corpus & quantum, sed ut genus diuidi, quæ partitio per differentias facta in species secat.

**Insup ea, in q̃ diuiditur quippiã, aut ex q̃bus cõponitur totũ, aut species, aut id quod speciem habet, ut sphęræ æneæ, aut tessęrę æneæ æs quoque ipsum pars est, hoc autẽ est materia, in qua species suscipitur: & angulus etiam pars est.**

Assignat quartũ modũ, & dicit ⁊ Insuper ⁊ partes ⁊ ea ⁊ dicuntur ⁊ in q̃ diuiditur quippiam ⁊ .i. aliquod totũ, utputa ⁊ aut ⁊ ea dicuntur partes ⁊ ex quibus cõponitur totũ ⁊ quale est corpus totũ, quod in partes diuiditur, q̃ totũ corpus cõstituunt ⁊ aut species ⁊ .i. aut ea dicuntur partes, ex q̃bus cõponitur ⁊ species ⁊ .i. forma, qualis uerbi gratia est aĩa ipsa, cuius partes sunt potentiæ, in quas ipsa diuiditur ⁊ aut id, qđ speciẽ habet ⁊ .i. aut ea partes dicuntur, ex q̃bus cõponitur speciem habens, i. totũ cõpositũ, deinde affert exẽpla partiũ, q̃ sunt eius, quod formã habet, & dicit ⁊ ut sphęræ æneæ, aut tessęrę æneæ æs quoq; ipsum pars est, hoc autẽ est materia, in qua species ⁊ .i. forma ⁊ suscipitur, & angulus etiã pars est ⁊ .s. illius cõpositi, quod est triangulus. uel sic, ut Alexã. æs materia est sphæræ æneæ, & tessęræ æneæ, in qua species suscipitur ⁊ & angulus etiam pars est ⁊ .s. ut forma tessęræ æneæ. æs enim quadratum, si in æs, & angulum secetur, in materiã, & formam diuiditur. angulus enim formam significat.

**Præterea q̃ in ratione declarante unũquodq; sumuntur, ea quoq; totius sunt partes. iccirco genus pars etiam dicitur speciei. Sed alio modo q̃ species pars generis est.**

Vltimo assignat ultimũ modũ, & dicit ⁊ Præterea q̃ in rõne declarãte unũquodq; ⁊ .i. qditatẽ explicãte ⁊ ea quoq; totius sunt partes. ideo quasi cõcludens inquit ⁊ iccirco genus pars etiam dicit speciei ⁊ nã partes definitionis partes uident definiti ⁊ sed alio modo q̃ spẽs pars generis est ⁊ spẽs. n. generis pars est subiectiua. genus aũt speciei pars est q̃ditatiua. Auerroes aũt inquit, formæ, ut sunt genera & dręæ, differunt a seipsis, ut sunt formę tm̃, illas. n. esse genus, aut dręam accidit eis, sicuti respectus rõnis accidit rebus, q̃ intelliguntẽ. & sicuti secundo intellecta accidunt eis, q̃ primo intelliguntur. Q. ue Auer. Comẽ. 30.

Totum dicitur, id a quo nulla prorsus pars abest earum, ex quibus natura dicitur totum. TEX. 31.

Nunc adiũgit intellectus, q̃bus intelligit aliqd esse totũ, & affert primũ intellectũ, & dicit ⁊ Totũ dicitur id, a quo nulla pars prorsus abest earũ, ex q̃bus totũ natura ⁊ cõstare ⁊ dr̃ ⁊ nec er dr̃ superfluer, dicit ⁊ ex q̃bus natura dr̃ totũ ⁊ qm̃ partes p̃ter naturã sunt infinitę, & ita infinitę possunt deesse: q̃ cũ nõ sint partes naturales, nõ destruũt rõnẽ totius, si defuerint. hoc pacto totũ, & oẽ, & pfectũ idẽ est, ut ĩ lib. đ cœ. exposuit.

**Et id unũ, qđ cõtinet ea ẽt, q̃ continent, ut illa sin tunũ quippiã. atque id dupliciter, aut. n. ita ut unumquodq; sit unũ: aut ita, ut ex his ipsum unũ emergat. nã ipsum uniuersale, atq; id quod oino dr̃ esse, ut quippiã totũ, hoc pacto est uniuersale, quia plura cõtinet hoc ipso, quia p̃dicat ea de uno quoq;, & illa omnia unũ sunt, ut unũquodq; ueluti hõ, equus, deus, qm̃ animalia sunt uniuersa.**

Assignat scđm intellectũ, & dicit ⁊ Et ⁊ dr̃ totũ scđo intellectu ⁊ id unũ, qđ cõtinet ea ẽt, q̃ cõtinent, ut illa ⁊ .s. contenta ⁊ sint unũ quippiã ⁊ ergo scđo intellectu totũ est id oẽ qđ cõtinet aliqua tali cõtinentia, ut cõtenta sint unũ quippiã. deinde subdistinguit, & dicit ⁊ atq; id dupl̃r ⁊ .i. ea, q̃ cõtinẽtur, dupl̃r unũ fiunt, aut unũ cõtinentia uniuersali, aut unũ cõtinentia integrali, & hoc subscribit ⁊ aut. n. ita, ut unũquodq; sit unũ ⁊ .i. ita ut unũquodq; ptinenẽ sub uno uniuersali ⁊ aut ita, ut ex his ipsum unũ ⁊ .s. integrale ⁊ emergat ⁊ & cõtinea tur unũquodq; in uno cõtinẽtia integrali. deinde explicat quo nã modo fieri possit, ut eoꝝ q̃ ab ipso continenẽ, unũquodq; unũ sit atq; idẽ. explicat igitur primũ modũ, & dicit ⁊ nã id ipsum uniuersale, atq; id quod omnino dr̃ esse, ut quippiam totũ ⁊ Est. n, scđm expõ primi ⁊ hoc pacto est uniuersale ⁊ primo ⁊ qa plura cõtinet hoc ipso, qa p̃dicat de unoquoq; ⁊ .s. contentoꝝ. scđo qa ⁊ & illa oĩa unũ sunt, ut unũquodq; ⁊ .i. nõ continuitate, sed qa eoꝝ unũquodq; eandẽ rõnẽ amittit ⁊ ueluti hõ, equus, deus ⁊ oẽs unũ sunt ⁊ qm̃ aĩalia sunt uniuersa ⁊ .i. qm̃ eoꝝ quisq; aĩal est. aĩal igitur iccirco totum est. qm̃ q̃ ab eo cõtinent, cũ inter se disiuncta sint, ac separata, secundũ tamẽ ipsum unũ sunt. cũ uero dr̃ ⁊ deus ⁊ deum accepit pro corpore cœlesti, alij pro dæmone, ut opinio Platonis est, alij per deum intelligunt hominem deificatum: ut uanitas ueterum usq; ad tempora nostra dicere præsumpsit. Ex his igitur uoluit habere, quid sit totum uniuersalitate.

**Continuum autẽ, atq; finitum, cũ unum quid ex pluribus cõstat, quæ maxime quidẽ potentia insunt, si non autem actu.**

Nunc exponit aliud totũ, quod continere dr̃ integritate, & dicit ⁊ Continuũ aũt, atq; finitũ ⁊ subaudi totũ est ⁊ cũ unũ quid ⁊ .s. est numero, & cõtinuũ, esse ⁊ ex pluribus cõstat ⁊ quod. n. unũ qddã cõtinuũ est, & finitũ ex partibus cõstans, id totũ est, nõ quod partes rõnẽ totius recipiant, sed cõtinuitate. & declarans qđ, pprie cõtinuũ sit, subdit ⁊ q̃ maxime qdẽ potẽtia insunt, si nõ aũt actu ⁊ ea nãq; pprie cõtinua sunt, in quibus partes potentia insunt. interdum etiam si partes actu in ipso sint, ita tamen ut unũ aliquid fiat secundũ formam, ex quadã ipsarum cõpositione, etiam totum est, ut artificiosa, q̃ cõpositione fiunt, quomodo domus, & nauis unum quiddã dicitur. Dixit autem ⁊ atque finitum ⁊ nam infinitum, ut recte



Cõmẽ. 66. recte Exposi. ingt, nõ habet rõnẽ totius, sed partis, ut. iij. phy. auscul. dr̃. Ex his, q̃ dixit, demõstrauit duplex eẽ totũ integra le, alterũ qđ est unũ cõtinuitate, & in tali toto partes insunt potentia, alterũ qđ est unũ cõtiguitate, & in tali toto partes in sunt actu, ueluti in oĩ artificioso toto ĩsunt, ut ĩ domo, & nauí.

Horum autem ipsorum ea, quæ natura constant, magis talia sunt, quam ea, quæ cõficiuntur ab arte, quemadmodum & in ipso uno dicimus. nam totalitas est unitas quædam.

Secundum Expositorem Aristoteles hic subdiuidit secundum membrum postquam ipsum exposuit. Mirũ tamen est cum dictio sit comparatiua, ut Aristoteles uelit hic subdiuidere secundum membrũ. propterea Alexander legit dictionem cõparatiue ostendens ex his, quæ unitatem ad hunc modum habent propter cõtinuitatem, & quia partes in ipsis potentia sunt, ea magis tota esse, q̃ natura constant, q̃s quæ arte conficiuntur, & dicit ⁊ Horum autem ipsorum ⁊ .s. totorum ⁊ ea ⁊ .s. tota ⁊ q̃ natura cõstant, magis talia ⁊ .s. tota ⁊ sunt, quam ea ⁊ .s. tota ⁊ quæ conficiuntur ab arte ⁊ homo enim est magis totus quam statua, & huius rationem affert, & dicit ⁊ quemadmodum & in ipso uno dicimus ⁊ quasi dicat, nam quod natura constat, quam quod arte magis unum est, cuius rationem affert, & dicit ⁊ nam totalitas est unitas quædam ⁊ quare, ut unum, sic item totum est. Si quis autem uult, potest sic dictionem resoluere, unum natura est magis totũ quam unum ab arte: totum naturale est unum natura: igitur totum naturale est magis totum quam totum artificiale. cũ dixit ⁊ quemadmodum in ipso uno dicimus ⁊ tetigit maiorẽ. cum uero dixit ⁊ nam totalitas est unitas q̃dam ⁊ tetigit minorem, sed accepit abstractum pro concreto, ut patet.

Vniuersum πᾶν. **Præterea cum quantum principium, & medium, atq; finẽ habeat, quorum quidem positio differentiam nõ facit, in his uniuersum dicitur.**

Assignat quartum intellectũ, quo aliquod totum dicitur uniuersum, & sic exponit Alexander cum air, deinde alium totius intellectum apponit, & ita uult Alexander, ut hic afferat quartum intellectum, quo aliquid dicitur totum. ego autẽ puto Ar. stotelem uelle assignare differentiam quandam nominum, quæ significant quantũ finitum, siue quæ significant corpus finitum. & dicit ⁊ Præterea cum quantum ⁊ aliquod ⁊ habeat principium, & medium, atq; finem ⁊ .i. finitum sit. finitum enim omne principium habet medium & finem, cũ itaque quantum fuerit finitum ⁊ quorum quidem ⁊ .i. cuius quidem partium ⁊ positio differentiam non facit ⁊ uel ⁊ quorum ⁊ .s. medij principij, & finis ⁊ positio differentiam nõ facit, in his ⁊ πᾶν. i. ⁊ uniuersum ⁊ aut omne ⁊ dicitur ⁊ Alexã der autem, ut diximus, uult q cum Aristoteles dixerit intellectus, quibus dicitur totum, nunc ostendat quot modis totum dicatur, & uult ut primo dicatur totum πᾶν, cũ uidelicet eius partes per situm nullam efficiant differentiam, huius generis sunt tota, quę partibus constant similibus, nec proprio termino ac forma figurantur, ut aqua, & aer, & id genus. verba tamẽ dictionis sunt de quanto, quod principium habet, mediũ & finẽ. i. de quãto finito, ut diximus. De hoc. n. dici ait πᾶν, cũ positio in partibus nullã differentiã fecerit, qđ uerũ esse putat Expositor apud græcam linguã, non autem apud nostram.

Totum ὅλον **Quorum autem facit, in his dicitur totum.**

Deinde exponit, quod quantũ finitum dicitur totum, asserens illud quantũ finitum dici totum, cuius partes per situm differentiam efficiunt, & dicit ⁊ Quorum autem ⁊ .s. medij, principij, atq; finis positio discrimen ⁊ facit, in his dicitur ⁊ ὅλον. i. ⁊ totũ ⁊ huiusmodi sunt, quæ partibus dissimilaribus cõsistunt, ut homo & animal quodcunq;. nam situs partium in his discrimen efficit, quales item sunt domus, & nauis. non enim est domus quouis modo partes ordinentur, sed secundum determinatũ ordinem partium: similiter nec homo, nec animal. In his enim ὅλον dici putat, & non πᾶν, cum de uno solo loquimur, dicimus enim totũ animal, nõ omne animal.

**In quibus autem utrunq; fieri potest, in ijs dicitur & totum, & omne. hæc autem ea sunt, quorum natura quidem eadem manet in transpositione. forma autem non manet, ut cera, ac uestimentum. nam & totum dicitur, ac etiam uniuersum. habet enim utrunque. At aqua, & humida quæq;, & numerus, uniuersum quidẽ dicuntur. totus autem numerus, & tota aqua non dicitur, nisi translatione. de quibus autem uniuersum uti de uno dicitur, de his dicuntur uniuersa, ut de diuisis. uniuersus hic numerus, uniuersę unitates.**

Nunc tertio, ostendit, quod quantũ finitum dicitur utroq; nomine uidelicet totum, & omne, siue uniuersum. asserens de ijs totum & uniuersum prædicari: quæ cum partibus similaribus constẽt, formam quandam & figuram recipiunt. de his enim dicitur omne, siue uniuersum propter subiectum. totum uero propter formam, q̃ uariantibus partibus ipsi persistere contingit, cuiusmodi est statua ex materia una cõstans, cera figurata, uestimentũ. nã & hoc aliqua forma figuratur, & unumquodq; horum omne siue uniuersum dicitur, atq; totum, unde dicit ⁊ in quibus autem utrunq; fieri potest ⁊ .s. & uariatio partium secundũ situm, & carentia uariationis partium in situ ⁊ in his dicitur & totũ, & oẽ ⁊ siue uniuersum. & exponens ea, quæ sint, inquit ⁊ hæc autẽ ea sunt, quorum natura ⁊ .i. subiectũ, & materia ⁊ quidẽ eadẽ manet in transpositione ⁊ .s. partium ⁊ forma autẽ ⁊ in trãspositione partium ⁊ non manet ⁊ eadẽ. & ita ratione subiecti, quod in transpositione partium nõ uariatur, de his dicitur omne, siue uniuersum. ratione autẽ formæ, q̃ in transpositione partium uariat, dicitur de his totum. deinde affert exẽpla, & dicit ⁊ ut cera ⁊ .s. figurata ⁊ & uestimentum ⁊ .i. & pannus figuratus ⁊ nam & totũ dicitur ⁊ ratione formæ ⁊ ac etiam uniuersum ⁊ ratione materiæ ⁊ habet enim utrunq; ⁊ .s. in partibus uariationẽ secundũ situm, utputa ratione formæ, & invariationem partium secundũ situm, utputa ratione materiæ, ex qua uestimẽtum, & cera figurata est. sed occurres, quia a pari de humidis diceretur totum, & uniuersum, totũ ratione figuræ, omne. n. humidum figurã habet, uniuersum ratione materiæ, q̃ est similaris naturæ: cuius oppositum dixit. simili ratione quæstio esse potest de numero, qui ratione materiæ dici potest uniuersus, ratione formę autem dici potest totus. hanc tacitam obiectionẽ diluit, & dicit ⁊ at aqua, & humida quęq;, & numerus uniuersum quidẽ dicuntur, totus autẽ numerus, & tota aqua nõ dicitur, nisi translatione ⁊ .i. nisi similitudinarie. huius rationẽ Aristo. secũdo de generatione libro assignauit, ex eo qa humida, etsi dissimilaria ex parte materiæ, nõ tamẽ sunt dissimilaria ex parte figuræ, formæve. qm̃ figuram propriam nõ obtinẽt. nõ. n. terminanẽ terminis proprijs, sed alienis. & ideo trãspositio partium in eis, nihil uariat, quod sit ex parte eorũ. dicitur autẽ tota aqua, & totus numerus metaphorice, inquãtum saltẽ ratione continentis obtinent figurã quandam: q̃ uariatur in positione nõ ratione sui, sed ratione continentis. Sed occurres etiam, utrũ de quo dicitur uniuersum in numero singulari, de eodẽ dicanẽ uniuersa in numero plurali. & diluens tacitũ quæsitũ inquit ⁊ de quibus autẽ uniuersum dicitur, uti de uno ⁊ hoc est in numero singulari: de quo unũquodq; dicitur, ut de uno ⁊ de his ⁊ .i. de partibus in numero plurali ⁊ dicuntur uniuersa, ut de diuisis ⁊ hoc est tanq̃ de pluribus ⁊ dicitur. n. uniuersus hic numerus, uniuersæ unitates ⁊ ac uniuersi numeri. igitur de quibus uniuersum, quasi unum quiddam sit, prædicatur, de ijs quoque uniuersa dicuntur scilicet ex partibus, quæ uniuersum constituunt, si sumantur ut diuisæ. Vniuersus quidem numerus dicitur, quando unitatum uni-

uersitas quasi unum sumitur, uniuersę autem unitates (ex quibus uniuersus numerus constat) si rursus, ut diuisæ accipiantur. sic tamen ut uniuersum constituant, prorsus, ut uniuersa de partibus dicatur quasi seiunctis, uniuersum uero quasi unitis, sicut uniuersos homines dicimus, uel uniuersus homo si quasi ut unum consideretur. Hæc autem, q̄ Aristo. dixit, pro maiore parte locum habent in sua lingua, nam in nostra non omnia sic, ut dixit, seruantur.

TEX. 32. Diminutum κολοβὸν mutilum mancum.

Diminutum itaque dicitur nō quoduis quantum, sed oportet ipsum esse & partibile, & totum. & enim duo diminuta non sunt, si alterum unum auferatur. & enim nunquā id, cuius ablatione diminutum quippiam fit, & id quod restat, æqualia sunt. nec omnino numerus aliquis diminutus est. quippe cū & substantiam permanere oporteat. Si enim cantharus est diminutus, oportet ipsum adhuc cantharum esse. At numerus non est ulterius idem parte sublata.

Cantherus κώλιξ calix.

Q ue Auer. Cōmen. 31.

Apud Expositores intentio Aristotelis est exponere, quid sit diminutum, quod Græce dicitur κολοβὸν, quanq̄ colobon nonnulli interpretati sunt membro diminutum, ut Auerroes exposuit, Boethius uero mancum. Sed colobon si sit oppositum toti, totum autem est, ut diximus, id a quo nulla prorsus pars abest earum, ex quibus natura dicitur totum, fiet, ut colobon sit id, quod aliqua parte est diminutum, quod & mutilum dici potest. Hoc igitur describens inquit { Diminutum itaq; } quod .s. opponitur toti { dicitur non quoduis quantū, sed oportet ipsum esse, & partibile, & totum } ubi primo colligitur diminutum esse quantum, colligitur apud me hic diminutum, quod dicitur colobon, accipi pro toto integrali, quod constat dissimilaribus partibus, uel pro toto continuo, quòd cōstat similaribus, quatenus est aptum diminui in aliqua sui parte, & diminutum accipitur, ut dicit aptitudinem. aut colobon .i. diminutum accepit pro manco, siue mutilato, a quo aliqua pars est ablata. Hoc enim est quantum non quoduis, sed oportet, ut post diminutionem sit adhuc partibile in partes, non quæ sunt species, sed quę sunt partes quantitatiuę, & etiam oportet, ut post ablationem remaneat totum, uel continuitate, uel integralitate. igitur colobon .i. diminutū est quātum, a quo post ablationē alicuius partis est partibile in partes similares, uel dissimilares adhuc respectu earū remanens totum: hoc pacto, ut mihi uidetur, exposuit Alexander. deinde probat hoc, quod dixit per quoddam simile in numero. & dedit intelligere quartam conditionem, & dicit { etenim duo diminuta non sunt, si alterum unum auferatur } .i. si altera unitas tollatur ab ipso duali numero. cuius rationem ulterius adiungit, & dicit { etenim nūquam id, cuius ablatione diminutum quippiam fit } .i. nūquam id, quod aufertur { & id, quod restat } .s. post ablationem { æqualia sunt } esset enim potius dissipatio quam diminutio. qui enim ab aliquo toto aufert plus uel æquale ei, quod restat, potius destruit, quam diminuit. ex quibus uult colligere quartam conditionem, uidelicet ut id dicatur diminutum, a quo minus quam ipsum est, ablatum fuerit. deinde addens quintam conditionem, amplificat sermonem, & probat, non solum nō esse mutilum eum numerum, cui dimidium fuerit ablatum, sed ne eum quidē, cui pars alia fuerit adempta, & dicit { nec omnino numerus aliquis diminutus est } uel diminutus esse potest { quippe cum & substantiam permanere oporteat } .s. eius, a quo fit diminutio, a quo adhuc dicatur totū. & per substantiam Alexander formam intelligit. nam quod parte dempta, formam aliam recipit, ut in numeris fit, id non dicitur mutilum, sed deletum. hoc autem probat exemplo, & dicit { si enim cantharus } siue calix { est diminutus, oportet ipsum adhuc cantharum esse } tunc quasi addens minorē dicit { at numerus non

Q uod totū.

Q uod partibile.

Q uod diminutū fit manco eo, quod auferatur.

est ulterius idē parte sublata } quælibet enim unitas addita, uel dempta uariat speciem numeri: non potest igitur numerus fieri mancus. Per quæ colligitur quinta conditio, ut id dicatur diminutum, cuius parte sublata manet eadē forma.

Q uinta cō ditio.

Nec insuper ea omnia diminuta dici possunt, quæ partes dissimilares habent. numerus enim aliquo modo etiam dissimilares partes habet, ut dualitatem, trinitatem.

Quasi sextam affert conditionem, ut non omne totum, cuius partes sunt dissimilares, euadat diminutū, & dicit { Nec insuper ea omnia diminuta dici possunt } nec fieri mutila { q̄ partes dissimilares habent } probat argumēto sumpto a numero, & dicit { numerus enim aliquo modo etiam } .i. aliqs numerus { dissimilares partes habet } uerbi gratia { ut } quinarius { dualitatem } & { trinitatem } qui tamen diminutus esse non potest. igitur non omne totū, cuius partes dissimilares sunt diminutum esse potest. hoc autē ideo demonstrauit, quia præfatus est oportere, ut dissimilarium partium essent, quæ futura essent mutila, ut dixit { & totum } quare non in omnibus rebus dissimilarium partium mutilum usurpatur, ut de quinario perspectum est.

Sed nihil prorsus eorum est diminutum, quorum differentiam positio nullam facit, ut aqua, aut ignis. sed sint talia oportet, ut positionem per substantiam habeant.

Affert quasi septimam conditionem, & uult ut nullū eorum diminutum fieri possit, in quibus positio non facit differentiam: & dicit { Sed nihil prorsus eorum est diminutum, quorum positio differentiam nullam facit, ut aqua & ignis } in quibus positio differentiam nullam efficit { sed oportet } ut { sint talia, ut positionem per substantiam habeant } .i. ut in ratione partium eorum sit determinata positio, ut homo, aut domus. Similaria igitur non possunt fieri mutila, qm̄ in ipsis partium transpositio non efficit discrimen. dissimilaria uero possunt, quia partium transpositio differentiam efficit.

Præterea continua sint, oportet. concentus. n. ex dissimilaribus constat, & positionem habet. diminutus uero non fit.

Affert octauam conditionem, & dicit { Præterea } quæ ablatione partis mutila sunt futura { continua sint oportet } & non discreta ex discretis, ac seiunctis partibus. hoc autem ostendit argumento sumpto ab harmonia, & dicit { concentus enim ex dissimilaribus constat } ex media. s. & paranete, & parypate, atq; hypate { & positionem habet } .i. & ordinem quendam cum situ habet eorum unumquodq;. concentus enim in certo quodā horum inter se situ consistit, quibus cōmutandis concentus uariat { diminutus uero non fit } si aliqua pars auferatur. qm̄ neq; continuus est, neq; totus. sed ex discretis, ac seiunctis partibus constat.

Insuper neque quæuis tota, neque priuatione cuiusuis partis, hæc diminuta sunt. nō enim oportet aut si præcipue substantiæ partes, aut quæuis sint, auferantur, diminutum esse id quod restat: ceu si perforatus sit cantharus, non dicitur diminutus. sed si auris, aut aliqua pars extrema fuerit, & homo similiter non diminutus dicitur, non si caro, aut splen, sed si extrema pars & nō quęuis, sublata fuerit, sed quæ tota sublata rursus oriri, generariq; non potest. iccirco calui diminuti non dicuntur.

Auris οὖς ansa.

Postq̄ determinationibus ab ipso memoratis docuit mutilum in totis quātis usurpari .s. cōditionibus sumptis ab ipso toto



toto, nunc ostendit qualis, aut cuius rei ablatio, & in quibus, totum reddit mutilum. s. cōditionibus sumptis ab ipsa parte, quæ aufertur, & dicit { Neq; quæuis tota } .s. ablationem sunt apta reddi murila, ut ostensum est in priori dictione, ita subaudi a pari { neq; priuatione cuiusuis partis, hæc } .s. quę restant { diminuta sunt } aut diminuta esse dicuntur. deinde exponit primā conditionem ex qualitate partis, & dicit { nō enim oportet, aut si precipue substantię partes } q̄ est prima conditio { aut quæuis sint } q̄ est secunda cōditio { auferantur, diminutum esse id, quod restat } Primā conditionem exponit Alexander, ut animal inquit non dicitur mutilum, si ea pars ipsi fuerit ablatum, erit enim potius destructio, cū ne animal quidem perstitat. ergo prima conditio est, ut pars, quæ aufertur, non sit de principalibus substantiæ, ac formæ partibus. Secundam conditionem exponit Aristoteles ipse declarans nō ex diminutione cuiusuis partis dici mutilum id, quod restat, & dicit { ceu si fortunatus sit cantharus } & de medio eius subaudi pars aliqua auferatur { nō dicitur diminutus } .s. cantharus per ablationem internæ partis { sed si auris, aut aliqua pars extrema fuerit } subaudi quæ aufertur, erit tunc, quod restat cantharus diminutus. Per quæ dat intelligere, ut pars quę aufertur, nō debeat esse de internis, sed de externis. fortasse quia ablatione partis internæ, ut plurimū totum quātum continuum dissoluitur potius, & nō restat. Quo uero ad uerba attinet, auris græce οὖς, quæ & ansa dicitur, nam cantharus est uas utrinq; prominens, quod aures habet, quibus manibus teneri solet. hoc idem exponit per aliud exemplum, & dicit { & homo similiter diminutus dicitur, nō si caro } .s. quæ intra uiscera est { aut splen } .i. qualis est ipse splen, uel iecur, uel cor, aut pulmo, aut id genus auferatur, quia corrumpetur homo { sed si extrema pars } subaudi fuerit, dicitur id, quod restat, diminutum. erit enim homo tunc mutilus, & nō aboletus. hactenus de secunda conditione. Deinde subscribit tertiam conditionem, & dicit { & non quæuis sublata fuerit, sed quæ tota sublata, rursus oriri, generariq; nō potest } ut { si nasum, auriculam, uel digitum abscideris, nam nulla harum regenerari potest. ergo tertia conditio est, ut extrema pars, q̄ diuellitur, renasci nequeat: cuius probationem subdit, & dicit { iccirco calui diminuti non dicuntur } & per caluos Alexander intelligit eos, qui propter morbum capillos amiserunt, nam capilli, qui ex morbo perduntur, ea sunt natura, ut si fuerint a toto ablati, tamen regenerari ac rursus coalescere ualeant. Calui uero, qui senio calueścunt, nunquā capillos resumunt, licet, ut Alexander inquit, in capillorum natura sit, ut ablati renascantur. recte etiam aduertit Alexā. Aristo. non fecisse mutili partitionem ceu mutilum pluriśariam dicatur, sed tantum per hæc, quæ dixit, eius intellectum explicasse. etiam nos aduertimus, hæc quę de murili dixit, nō omnia esse dicta ad modum loquendi nostrum, sed potius græcorum: ut cōsideranti perspicuum esse poterit.

TEX. 33. Genus dicitur partim, si generatio continua sit eorum, quæ speciem habent eandem, quo pacto dicitur quouscq; genus hominū sit, id est, quousq; sit ipsorum continua generatio.

Nunc persequitur generis partitionē, & affert primum intellectū, & dicit { Genus dicitur partim, si generatio cōtinua sit eorum, quæ speciem habent eandem } & potest intelligi uno modo, ut genus primo intellectu accipiatur pro ipsa generatione aliquorum continua, quæ sunt eiusdem speciei. & ad hunc intellectum subdit rationem ex uno carmine Hesiodi, cum subdit { quo pacto dicitur, quousq; genus hominum sit } quod exponens ipse, subdit { id est quousq; sit ipsorum continua generatio } ubi patet genus primo intellectu accipi pro continua generatione aliquorum, quæ sunt eiusdē speciei. dixit autem { quæ speciem habent eandem } quoniam, ut Alexā. inquit, nō dicitur genus hominū, si generatio equorum continua fuerit. Sed si homines ex hominibus continuo procreari persistant. Alio modo intelligitur, ut genus primo intellectu accipiatur pro multitudine aliquorum eiusdē speciei; quæ perpetuam generationē habent inuicem. quo in modo Alexā. & Porphyrius intellexerunt, Porphyrius enim dixit genus primo modo accipi pro multitudine aliquorū, quæ & ad inuicem, & ad unum principium continuam generationem habent. Auerroes autem genus primo intellectu pro ge nerationē cōtinua eorum, q̄ sub eadē specie sunt, interpretat.

Q ue Auer. Comen. 33.

Partim si utiq; ab aliquo quod primo ad esse mouit, fluxerint. sic enim alij quidē Hellenes genere, alij autem Iones ex eo, quia illi quidem ab Hellene, hi uero ab Ione primo generāte fluxerunt, atq; potius ab eo, qui genuit q̄; a materia dici solent. dicuntur enim & a fœmina genere, ut ij, qui a Pyrrha sunt orti.

Q ue Auer. Comen. 33.

Assignat secundū intellectū, qui potest exponi dupliciter, uno modo pro eo, a quo cepit progenies, ut sit genus principium, unde defluxit genealogia, ut sit Sforziarū genus Sforzia. Alio modo, ut genus secundo modo intelligatur multitudo hominum, quæ cepit ab uno primo, qui primus mouit ad generationem talium: & hoc pacto intellexerunt quidam, Alexander tamen genus secundo modo illud esse interpretatur, a quo primo motore aliqui deducuntur, & a quo suæ generationis principium reputant. Quod Auerroes probauit, cum dixit, & dicitur genus de primo patre, cui attribuitur tota generatio, & hoc ait { Partim } subaudi genus dicitur { si utiq; ab aliquo, quod primo ad esse mouit, fluxerint } ut sit genus ipsum id, quod primo ad esse mouit: & subdit exēpla, & dicit { sic enim alij quidē Hellenes genere } hoc est Græci dicuntur { alij autē Iones, quia illi quidē } .s. Hellenes { ab Hellene, hi uero } .s. Iones { a Ione primo generante fluxerunt } ergo genus Hellenū est Hellen, genus autē Ionium est Ion. Hellenus enim primus genus Hellenum condidit, Ion autem Ionum. Item Heraclidæ dicuntur, quorum Hercules primus fuit author genealogiæ, Pelopidum uero Pelops. Deinde supponens generationem trahere genus magis a mare q̄ a matre assignat rationem, & dicit { atq; potius ab eo, qui genuit } .i. a patre { q̄; a materia } .i. matre { dici solent } quoniam pater formam præbet, mater uero suggerit materiam, & esse cuiq; a forma potius suppeditetur. & ne tu putes nō posse hoc aliter fieri, subdit { dicuntur enim & a fœmina genere, ut ij qui a Pyrrha sunt orti } quasi ab hac, ut est in fabulis, procreati. cæterum eorum generum, quę a loco cognominantur, quomodo Asianus quispiam, aut Aegyptius, aut Africanus genere dicitur, hic mentionem nō fecit, qm̄ sic appellati nō sortiuntur nomen a primo authore.

Præterea, ut planum figurarum planarum, & solidum solidarum genus dicitur. figurarū enim unaquæq; alia est plana talis, alia solida talis. hoc autem est id quod differentijs ipsis subijcitur.

Quoniam genus tertio modo dicitur, quod de pluribus specie differētibus dicitur, hoc distinguit in duos intellectus, ut sit genus prędicabile secundum primum intellectum quasi subiectum differentiarum, quomodo plana figura ad hunc modum genus esse uidetur, & dicit { Præterea ut planum } .i. ut figura plana. cum enim dicit { planum } figuram planā exponit Alexander. cum plana figura genus sit planarum figurarum, quam genus esse ait { planarum } .s. figurarum, hoc enim totum figura plana, ut Alexander inquit, accipitur pro genere trianguli, & quadrati, & omnium planarum figurarum { & solidum } idest & figura solida figurarum { solidarum genus dicitur } cuius rationem subdit { figurarum enim unaquæq; alia est plana talis } idest alia est figura plana triquetra, uel quadrata { alia solida } idest figura solida { talis } ut globus est figura solida talis. ceteris

talis,pyramis talis. & exponens tale genus inquit { hoc autẽ eſt id quod differentijs ipſis ſubijcitur } quaſi genus a differentijs in ſpeciem redigatur, & hac ratione ſubijciatur ipſis. hæc eſt expoſitio Alexandri,ubi patet Alexandrum per planum non ſuperficiem, quæ eſt ſubiectum planarum figurarum intellexiſſe,ſed planam figuram. hoc enim totum uoluit eſſe genus planarum figurarum. Similiter per ſolidum non corpus intellexit, quod eſt ſubiectum ſolidarum figurarum, ſed corpus ſolidum.hoc enim totum putauit eſſe genus figurarum ſolidarum. Quod mihi difficile uidetur,nam tunc genus nõ eſſet per ſe unum, ſed quoddam unum per accidens. Quare rectius cum Expoſitore dicerem Ariſtotelem accepiſſe hic genus pro ſubiecto propriorum quorundam accidentium, quæ differunt ſpecie. ut planum pro ſuperficie, quæ eſt ſubiectum proprium omnium planarum figurarũ, ut ſolidum, quod eſt ſubiectum proprium omnium figurarum ſolidarum. ſubiectũ enim huiuſmodi dicitur genus,tum quia prædicatur de ſuis proprijs accidentibus, tum quia ſubijcitur differentijs,quibus dicuntur propria accidentia. Vnde dicit { Præterea ut planum } .i.ſuperficies ipſa { figurarum planarũ, & ſolidum } .i. & corpus ipſum { ſolidarũ } figurarum { dicitur genus } hoc eſt ſubiectum cõmune ſecundum genus. Probat hæc,& dicit { figurarum enim unaquæq;,alia eſt plana talis } .i.alia eſt de qua prædicatur planum cum certa differentia uidelicet triquetra, uel quadrata { alia ſolida talis } .i.alia eſt de qua prædicatur corpus cum certa differentia, & exponens illud, quod prædicatur, inquit { hoc autem } .ſ.ſubiectum,quod prædicatur { eſt id,quod differentijs ipſis ſubijcitur } quibus differunt propria accidentia. ergo genus ſecundum hunc intellectum eſt cõmune ſubiectum, quod recipit quædam accidentia, quæ nullum aliud recipere poteſt.

**Præterea, ut id quod cum in rationibus inſit primum, hoc genus dicitur in eo, quod eſt quid eſt,cuius qualitates differentiæ nuncupantur.genus igitur dicitur tot modis. aliud enim per continuam eiuſdem ſpeciei generationem.aliud per id quod primum mouit ſpeciei eiuſdem.aliud ſubiectum,quod materiam dicimus.**

Vltimum aſſignat intellectum,quod uidelicet genus intelligatur pro prædicato in quid de pluribus differentibus ſpecie,& dicit { Præterea } ultimo intellectu dicitur { ut id qđ cum in rationibus inſit primum } .ſ.quiditatiuis & eſſentialibus { hoc genus } .ſ. quarto modo { dicitur } prædicatum de ſuis ſubiectis { in eo quod eſt quid eſt,cuius qualitates differentię nuncupantur } ut dictum eſt ſupra. genus enim hoc modo id eſſe intelligitur,quod de pluribus ſpecie diſcrepantibus in quid eſt prædicatur.nam eius,quod primum in definitione redditur,differentiæ qualitates eſſe dicuntur,q̃bus inter ſe diſcrepant ea,quorum in definitione genus eſt idem. differentias autem qualitates nuncupauit,quoniam paulo ante in qualitatis partitionibus eas primo loco numerauerat. Tunc quaſi epilogãdo intellectus generis ſummatim repetit,& dicit { genus igitur tot modis } ut diximus { dicitur. aliud.n.p̃ cõtinuam eiuſdem ſpeciei generationem } ut hominum, uel equorum genus { aliud per id, quod primum mouit ſpeciei eiuſdem } .i.aliud propter primum motorem,qui poſteriorũ ſpecie ſimilium eſt author { aliud ſubiectũ, quod materiam dicimus } nec plus legimus in codice Gręco. Tamẽ in tranſlatione Argyropyli,habetur cauſa huius cum inquit { cuius enim differentia qualitas eſt,ideſt ſubiectũ,quod materiam appellamus } quoniam enim differentię huius uelut ſubiecti ſunt,& per ipſas in ſpecie cõſtituitur, ut materia p̃ formam, genus materia poteſt nominari.i.quia differentiæ ſunt qualitates,& genus ſubijcitur ipſis. & hoc modo etiam legit Alexander,ſed genus quarto modo non epilogauit apud me: licet Expoſitor uelit in tertio modo intelligi quartum modũ. quam ſententiam Alexander habet,uolens materiam appellaſſe genus cõmune, quod de pluribus ſpecie differentibus prædicatur, etiam per materiam intellexit ſubiectum, & ſic utrunq; genus. Ego uero puto Ariſto. nõ epilogaſſe,niſi tres intellectus,ut patet per uerba dictionis. nã licet materia poſſit eſſe cõmune uerbum tam generi prædicato q̃ generi ſubiecto,tamen,cũ ipſe dicat { aliud ſubiectũ } ſubiectum nõ eſt cõmune uerbum,ſed proprium ſoli ſubiecto.

**Diuerſa uero genere ea dicuntur,quorum ſubiectum primũ diuerſum eſt, & neq; alterum in alterum,neq; in idem utrunq; reſoluitur, ut forma & materia diuerſa genere ſunt.** Forma εἶδος ſpecies.

Nunc poſt generis partitionem, quæ nam genere diuerſa nuncupẽtur,exponit,& dicit { Diuerſa uero genere ea dicuntur,quorum ſubiectum primũ materiam,nam quibus nõ eſt eadem materia ſubiecta,neq; materia unius in alterius materiam reſoluitur,neq; amborum materia eſt eadẽ ſpecie,ea genere diuerſa ſunt. materiam autẽ eam dicere uidetur, q̃ actu ſubiecta eſt,quã & primã nuncupauit,primã uocans,q̃ proxima eſt,q̃ quoq; proprie prima eſt in diſcrimẽ ultimæ ſecundum reſolutionẽ. ergo dicit { Diuerſa uero genere ea dicuntur } q̃ ſubaudi in ratione materiæ tribus modis diſcrepant, primo { quorũ ſubiectũ primũ } .i.ſubiectũ actu,& proximũ { diuerſum eſt } ſicut primũ ſubiectũ colorũ eſt ſuperficies,ſubiectũ uero primũ ſaporũ eſt humor. Iccirco quantũ ad genus ſubiectũ ſapor & color genere ſunt diuerſi. deinde addit ſecundũ modũ,& dicit { & neq; alterũ in alterũ } .i.& proxima ſubiecta ſint ſic diuerſa,ut alterũ in alterũ nõ reſoluatur.hac ratione ſtatua,& poculũ cryſtallinum non ſunt diuerſa genere. q̃m ſubiectum ſtatuæ eſt æs, poculi cryſtallini aqua.q̃ materiæ licet diuerſę ſint,materia tamẽ ſtatuæ in materiam cryſtallini poculi reſoluitur,q̃m æs liqueſcere poteſt, & quæcunq; liqueſcere poſſunt, ex aqua conſtant,quo fit,ut ea,q̃ modo in exemplũ aſſumpſi,nõ dicantur ad hunc intellectum genere diuerſa.deinde addit tertium modum { neq; in idẽ utrunq; reſoluitur } .i.& proxima ſubiecta ſint ita diuerſa, ut nõ reſoluantur in unũ & idem cõmune ſubiectũ: atq; materiam,ut ſi huic aurum,illi argentũ ſubijciatur,hæ quoq; materiæ diuerſę erunt,nec altera reſoluitur in alterã. ſed quia ambo in unam, eandemq; materiæ ſpeciem reſoluuntur.i.in aquã,iccirco illa nõ ſunt genere diuerſa,quorũ ergo ſubiectis nihil tale accidit, ea diuerſa genere dicuntur, ut lapis, & æs. quippe quorũ alteri terra, alteri aqua ſubijcitur, quarũ neq; altera in alterã,neq; utraq; in quippiam aliud ſenſibile ſubiectum idẽ reſoluitur.deinde exponit quænam huiuſmodi ſint, & dicit { ut forma,& materia diuerſa genere ſunt } ſi,ut Expoſitor inquit, ſecundũ ſuam eſſentiam conſiderentur, ſic.n. nihil cõmune eſt eis. Vel,ut Alexã.inquit, corpus materiam appellans,& partes definientis rationis ſubijci quaſi materiã formæ dicere uidetur.ergo per materiam intelligit corpus,cuius materia eſt proximum eius ſubiectũ,& per formam,ſpeciem intelligit,cuius materia ſunt partes definitionis. hæc iccirco diuerſa genere ſunt, q̃m corporis ſubiectũ, & ſubiectũ formæ neq; alterũ in alterũ, neq; utraq; in aliquod cõmune reſolui dicuntur.cũ igitur corporis & formæ ſubiecta nõ ſint eadẽ,neq; alterũ in alterũ reſoluitur,neq; utrunq; in idẽ ſit,ut hæc genere diuerſa eſſe ad hunc modũ intelligantur.

**Et ea,q̃ per diuerſam p̃dicationis entis figurã dicuntur. nã entium alia quid eſt ſignificant, alia quale q̃d,alia aliud,ut antea eſt diuiſum. neq;.n. hęc aut in ſeſe uiciſſim,aut in unũ q̃d reſoluunt.**

Aſſignat ſecundum intellectum, quo aliqua dicuntur diuerſa, & dicit { Et } dicuntur genere diuerſa { ea, quæ per diuerſam prædicationis entis figuram dicuntur } ut ſunt decem prima rerum genera, ut Auerroes expoſuit, cuius rationem affert, & dicit { nam entium alia quid eſt ſignificant } ut ſubſtantia, & quæ in prædicamento ſubſtantiæ collocantur { alia quale quid } ut qualitas, & quæ in prædicamento qualitatis habentur { alia aliud } ut quantum, & quæ in eius prædicamento ponũtur { ut antea eſt diuiſum } ſcilicet ens ipſum.tunc reddit cauſam,quare decem prima genera dicuntur diuerſa genere,& dicit { neq; enim hæc aut in ſeſe uiciſſim, aut in unum quid commune uidelicet { reſoluuntur } quo quidem modo animal,& auis non erunt diuerſa genere, ſed neq; materia & forma ad hunc intellectum genere diuerſa eſſe uidentur, cum hæc omnia ſub ſubſtantiam cadant.ſed non modo prima genera,ſed etiam, quæ ponuntur in diuerſis primis generibus, dicuntur genere diuerſa, ut color,& linea,& homo & ſapor. Q de Auer. Cõmen.33

TEX. 34. **Falſum dicitur alio quidem modo, ut res falſa.& huius aliud ex eo,quia nõ componitur, aut fieri nõ poteſt, ut componatur, quemadmodum dicitur diametrum eſſe commẽſurabilem coſtę, aut te ſedere. horum n.alterum ſemper,alterum interdum eſt falſum. ſic enim hæc nõ entia ſunt.**

Nunc aggreditur falſi partitionem, aſſerens falſum quoddam eſſe in rebus,aliud in ſermone uerſari, & dicit { falſum dicitur alio quidem modo,ut res falſa, alio quidem modo } dixit,uel quia inuſitatum eſt in rebus,falſum uſurpare, quippe q; in ſermone,atq; ſentẽtijs uerſari uideatur. uel { alio modo dixit } pro uno modo.deinde falſum in rebus bipartito diuidit,& dicit { & huius aliud ex eo, quia nõ componitur } .i. quia non exiſtit { aut } .i.aliud,quia { fieri nõ poteſt,ut componatur } .i.quia non poteſt exiſtere. compoſitionem enim uocat rerum identitatem,uerumq; conuentum.harum enim huiuſmodi exiſtentia compoſitio eſt.Deinde affert exempla,

& dicit { quẽadmodũ dicitur diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ } hoc enim neque eſt,neque eſſe poteſt { aut te ſedere } quorum differentiam ſubſcribens ſubdit { horum.n. alterũ ſemper,alterum interdum eſt falſum } diametrũ eſſe commenſurabilem coſtæ ſemper eſt falſum ,quoniam neq; eſt, neq; eſſe poteſt. te uero ſedere.ſ.cum ſtas,falſum quidem eſt,quia nõ ſic exiſtit, non tamen quod fieri nequeat.& aſſignãs cauſam,quare hęc falſa ſunt,inq̃t { ſic enim hæc } ſubaudi falſa ſunt, q̃a { non ſunt entia } quoniam uel quia omnino exiſtere nequeũt, uel quia non ſunt, ſed eſſe poſſunt. quare ſunt non entia: quæ ſi eſſe dicantur falſa erunt. Auerroes autem deſcribens falſum inquit,& eſt opinari aliquid e conuerſo eſſe ei,quod eſt in re, quod duobus modis ſubdiſtinguit,aut q; ſit poſſibile, ut reuertatur uerum,uerbi gratia,cũ dicimus Socrates ſtat,quando Socrates ſedet. hoc enim falſum poteſt redire in uerum, aut impoſſibile,ſicut dicimus diameter eſt ſymmeter coſtæ. Q de Auer. Cõmen.34.

**Aliud ex eo,quia eſt quidem,eſt tamẽ aptum apparere, aut non tale eſſe, quale eſt, aut id eſſe quod non eſt,ut pictura,& ſomnia.hæc enim aliquid quidem ſunt, at non ea, quorum imaginationem efficiunt.res igitur hoc pacto falſæ dicuntur,aut quia non ſunt ipſæ,aut quia imaginatio, quæ ab ipſis emergit,entis non eſt.**

Aſſignat ſecundum intellectum, quo aliquid dicitur falſum,& dicit { aliud } .ſ.falſum dicitur { quia eſt quidem } in ſe quicquam { eſt tamen aptum apparere,aut non tale eſſe,quale eſt } pictura enim lineatum atramentum eſt,tamen apparet animal.ergo eſt aptum apparere,non tale,quale eſt, cum ſit aliud,& aliud appareat { aut } aptum apparere { id eſſe,quod non eſt } nam pictura eſt apta apparere animal, quæ non eſt animal { ut pictura,& ſomnia } uiſa enim quæ in ſomnijs apparent,aliquæ res ſunt,nam quidam motus efficiuntur ijs,qui uident in ſomnia,non tamen ea talia ſunt,qualia uidentur. aliquid enim ambulare uidetur, aut diſputare, quod tamen non eſt ita.ſimilia his ſunt,& perinde falſa, quæ uidẽtur in ſpeculis. nam & hæc aliquid ſunt, ſed non id quod eſſe uidetur. ideo ſubdit { hæc enim aliquid quidem ſunt, at non ea,quorum imaginationem efficiunt } & dixit huiuſmodi falſitatem in rebus eſſe, quoniam ipſa eorum natura falſa eſt,noſtraq; deceptio in rebus eſt,non in compoſitione orationis,quæ de rebus habetur.tunc epilogat,& dicit { res igitur hoc pacto falſæ dicuntur, aut quia non ſunt ipſę } .i. aut quia nõ ſunt entia,iuxta primum intellectum { aut quia imaginatio } .i.uiſum { quæ ab ipſis emergit } atq; proficiſcitur { non entis eſt } licet id a quo proficiſcit,ſit ens.motus enim qui proficiſcitur ab actu ſenſibilibus in ipſa ſenſoria, aliquid eſt,non tamen eſt id,quod eſſe uidetur.& cum dixit { nõ tale eſſe,quale eſt } retulit ad picturam,cum uero dixit { id eſſe,quod non eſt } retulit ad inſomnia.

**Oratio uero falſa ea eſt, quæ eſt eorum, quæ non ſunt qua falſa eſt, quapropter omnis oratio falſa alterius eſt,q̃ eius cuius eſt uera.ut quę circuli,de triangulo falſa eſt.**

Alexander diuiſit falſum, quod ſit aliud in rebus, aliud in ſermone, quare uult nunc Ariſtotelem agere de falſo in ſermone,& iuxta hanc expoſitionem uerbum λόγος,pro oratione eſt legendum. quæ expoſitio poteſt uerbis conſonare: tamen puto rectius uerbum illud pro ratione, quæ eſt rei definitio,eſſe intelligendum. nam huic interpretationi conſona ſunt ea omnia,quæ in dictione dicuntur.præterea hanc expoſitionem a pueritia ſemper audiui, & pro mẽte Ariſtotelis excepi.quare nunc recedere ab hac.mihi uidetur durum.ſi quis tamen uult ſequi Alexãdri expoſitionem,cuius authoritas eſt cæteris præferẽda,legatur ſic dictio { oratio uero falſa } quæ alio nomine dicitur propoſitio,uel enunciatio { ea eſt, quæ eſt eorum,quæ nõ ſunt } at non ſimpliciter,quæ nõ entium, ſed non entiũ { qua ipſa falſa eſt } falſa enim oratio eſt, quæ res,ut non habent,ſic ſe habere dicit, ut ſi Socrates non habet albedinem, quatenus non habet, eum eſſe album dicat. q̃q̃ non entium aliqua oratio eſt uera.ſ.quæ illa non eſſe dicit,quæ uero non exiſtentia,ut exiſtentia dicit, uel exiſtentia, ut non exiſtentia,ea demum oratio falſa eſt.uerba autẽ { qua ipſa falſa eſt } aliter legit Alexander ad hunc modum { oratio falſa eſt,quæ de non entibus habetur,aut non entia eſſe dicens } ut quæ hippocentaurum eſſe dicit,aut quę omnino falſa eſt.deinde oſtendit omnem orationem de ijs,quæ ſunt,falſam eſſe poſſe.ut eam,quę circulum figuram eſſe diceret,planam tribus lineis rectis contentam,& dicit { quapropter omnis oratio } quæ non ſolum non entia eſſe dicit { falſa eſt } ſed quæ { alterius eſt,quam eius,cuius eſt uera.ut quæ circuli } oratio { uera eſt,de triangulo falſa eſt } dicitur enim de alio q̃ de eo,de quo uera eſt. ſed ſi legitur { qua falſa eſt } ſenſus erit,oratio falſa eſt,quæ de ijs habetur, quæ non ſunt, illud uero { qua falſa eſt } ſignificat quatenus mẽtitur ea eſſe,cum non ſint.ſed ſi uerbum λόγος pro ratione definitiua exponatur,ut expoſitores omnes ſentiunt,dicit { ratio uero } quæ rei definitio eſt { qua falſa eſt,ea eſt,quę eſt eorum,quę non ſunt } dicit autem { qua falſa eſt } quia definitio dicitur falſa dupliciter,aut in ſe,& ſic eſt non entis ſimpliciter.aut eſt uera in ſe, ſed falſa,ut attribuitur alteri quam p̃prio definito,

Propterea concludit ſ quapropter omnis ratio ſ .ſ. definitiua eſt ſ alterius falſa cꝝ eius, cuius eſt uera ſ non enim quo falſa eſt, alteri attribuitur, nam in ſe uera eſt, ſed eſt falſa, quo alteri definitio attribuitur, nec diſſonū eſt, ut uerbum ſ qua falſa eſt ſ legatur ſ quæ in ſe falſa eſt ſ nam ratio, qnæ in ſe falſa eſt, nullorum eſt, cum nulli competat. ratio autem, quæ eſt in ſe uera, poteſt eſſe alicuius, cui non competit, falſa.

Cuiuslibet autē ratio tum una eſt ea, qua quiditas explicatur, tum plures. quoniam idē eſt aliqua ex parte ipſum, & ipſum atcꝫ affectum, uelut Socrates, & Socrates muſicus. falſa autem ratio nullius eſt ratio abſolute.

Quoniam alia eſt definitio Socratis, & alia Socratis muſici, ideo quæri poteſt, utrum definitio Socratis ſeorſum, & definitio Socratis muſici ſit una, an plures? Ariſtoteles ergo obiter ſoluit hanc tacitam dubitationem, & dicit ſ cuiuslibet autem ratio tum una eſt ea, qua quiditas explicatur ſ ſi uidelicet referatur ad .pprium, & per ſe definitum ſeorſum ſ tum plures ſ ſi referatur ad proprium definitum acceptum cum aliquo accidente, & exponens utrunꝫ ſubdit ſ quoniā idem eſt aliqua ex parte ipſum ſ .ſ. definitum ſ & ipſum atcꝫ affectum ſ .i. & ipſum definitum cū aliquo accidente acceptum ſ uelut Socrates, & Socrates muſicus ſ igitur definitio, qua quiditas explicatur, ſi referatur ad ea ſeorſum, uidelicet ad Socratem ſeorſum, & muſicum ſeorſum, non erit una, ſed plures, alia. ſ. Socratis, alia autem muſici, at ſi referatur ad Socratem muſicum, cum hoc ſit aliquo modo unum, atcꝫ idē, erit definitio una. ſunt enim illa unū ſubiecto. ſed ne tu putes definitionem falſam, quæ omnino falſa eſt, poſſe eſſe ſubiecti, & accidentis ſeorſum, & amborum ſimul, ſubdit ſ falſa autem ratio ſ quæ. ſ. eſt in ſe falſa ſ nullius eſt rō abſolute ſ .ſ. nec ſubiecti, nec accidentis ſeorſum, nec eorum ſimul. dicitur enim ratio in ſe falſa; quæ repugnantiam concludit in partibus, ut ſi dicatur animal inſenſitiuum, incorporeum, & hæc nullius eſſe pōt. unde Auerroes qui intelligit falſum, eſt duobus modis, uno modo, quod omnino in ſe falſum eſt per ſe, ac eſſentialiter, alio modo, quod non eſt in ſe falſum, ſed per accidens inquantum attribuitur alteri. ergo ratio in ſe falſa nullius eſſe poteſt. unde non eſt diſſonum, ut uerba illa ſ qua falſa eſt ſ legatur quæ in ſe falſa eſt, quoniam ratio quæ in ſe falſa eſt, nullius rei eſt, ut diximus, quæ uero in ſe eſt uera, poteſt eſſe falſa, ut attribuitur alicui, qđ non eſt eius definitum.

Q ue Auer. Cōmen. 34.

Quapropter Antiſthenes ſtulte putabat nihil dici cenſens, niſi propria ratione unum de uno. ex quibus efficiebatur neminē contradicere poſſe. fere etiam neque dicere falſum.

Dictum eſt definitionem, quę quiditatem explicat, dici de ſubiecto, & accidente ſimul, cum definitio ſit aliquo modo una, aliquo modo plures, Antiſthenes uero aſſeruit definitionem non dici, niſi de proprio ſubiecto, & nullo modo de ſubiecto cum accidente, cū definitio non ſit niſi una unius, & de uno tantum prædicans: primo ergo narrat opinionem, & dicit ſ quapropter Antiſthenes ſtulte putabat nihil dici cēſens, niſi propria ratione unum de uno ſ .ſ. proprio ſubiecto, non autem de ſubiecto ſimul cum accidente, cuius oppoſitum dictum eſt. nam ratio non ſolum dicitur de proprio ſubiecto, ſed etiam de ſubiecto cum accidente. definitio enim hominis non ſolum de homine, ſed de homine muſico dicitur. cum de ſinitio ſit aliquo modo una, & aliquo modo plures, & non una tantum de uno, ut Antiſthenes putabat, motus argumento eſſentiæ rei. putabat enim quia uox eſt rei ſignum, & res non habet niſi unam propriam eſſentiam, nihil poſſe prædicari de re, niſi fuerit propria eius definitio, ita ut de uno ſubiecto non dicatur, niſi unum prædicatum, & unum prædicatum non niſi de uno ſubiecto. quare nō poterit definitio prędicari niſi de proprio definito, & non de definito cum eius accidente. cōtra obiicit Ariſtoteles utens enthymemate ducente ad duo abſurda, cꝫ ſi ita eſſet, non contingeret contradicere, etiam nec mentiri, & dicit ſ ex quibus ſ .ſ. cōceſſis ab Antiſthene ſ efficiebatur neminē contradicere poſſe, fere etiam necꝫ dicere falſum ſ cōſequentia deducitur, quoniā ſi unum prædicatum, non dicitur, niſi de uno, oppoſitum illius prædicati non poterit prædicari de illo eodem, & ſic tolleretur contradictio, ut ſi animal de homine, non animal de eodem non prædicabitur, necꝫ accidet mentiri, quoniam prædicatū erit uerum de proprio ſubiecto, & oppoſitum eius, cum nō prædicetur de illo ſubiecto, necꝫ erit uerum neque falſum: & ſic non continget mētiri. Auerroes uero narrat aliter opinionem Antiſthenis, uoluit enim Antiſthenem puraſſe nihil debere definiri, nihilꝫ ſignificari, niſi per unicam dictionem, quæ ſignificet unicam intentionem, non enim apud eum definitio erat ſermo compoſitus ex genere, & differentia, ſed erat una ſimplex dictio ſignificans ſimplicem rei eſſentiam, unde dicit ſ quapropter Antiſthenes ſtulte putabat, nihil dici ſ .i. ſignificari ſ cenſens, niſi propria ratione unum ſ .i. unam dictionem ſ de uno ſ .ſ. de una definiti eſſentia, uoluit enim ſicut una eſt eſſentia rei, ſic unam eſſe dictionem, quæ illam ſignificet. cōtra obiicit Ariſtoteles, quoniam ſi definitio eſt una ſola dictio, tunc nō erit nec uera, nec falſa. quia ſermo, ut Auerroes inquit, qui eſt genus ueri, & falſi, eſt ex compoſitione, & ita cum compoſitio nō fuerit, nec erit uerum, nec falſum. propterea ſubdit ſ ex quibus ſ .ſ. Antiſthenis conceſſis efficiebatur ſ neminem contradicere poſſe ſ cum oppoſitum ſimplici dictioni nec ſit uerum, nec falſum ſ fere etiam nec dicere falſum ſ cum falſum nō ſit, niſi in compoſitione. prima tamen expoſitio eſt Alexandri, quam Expoſitor olfecit.

Fit autem, ut unumquodꝫ dicatur, nō ſolum propria, ſed alterius etiam ratione, & quidem penitus falſo. fit autem ut etiam uere, quemadmodum octo dupla dualitatis ratione dicuntur. quædam igitur hoc modo falſa dicuntur.

Replicat quod dixerat de definitione ſubiecti ſeorſum, & ſubiecti cum accidente, & dicit ſ fit autem, ut unumquodꝫ dicatur nō ſolum propria ratione, ſed etiam alterius ſ ut muſicum nō ſolum propria ratione dicitur, ſed etiam ratione hominis ſ & quidem penitus falſo ſ .ſ. cū dicitur ſeorſum ſ fit autem etiam ſ ut dicatur ſ uere ſ ut cum accipitur accidens cum ſuo ſubiecto. tunc enim accidens uere dicitur definitione hominis, & affert exemplum, & dicit ſ quemadmodum octo dupla dualitatis ratione dicuntur ſ & non dicūtur ſubaudi. dicuntur quidem reſpectu quatuor. ſunt enim dupla ad quatuor. non dicuntur uero, quia reſpectu duorum nō dicuntur dupla, ſed quadrupla: ſic accidens dicitur ratione ſubiecti, & non dicitur, ut accipitur cū ſubiecto dicitur ratione ſubiecti, ut accipitur ſeorſum, nō dicitur definitione ſubiecti, ſed propria ratione. tunc epilogat, & dicit ſ quædam igitur hoc modo falſa dicuntur.

Homo autem falſus dicitur, qui facilis, atcꝫ talium rationum electiuus eſt. non ob aliud quicquam, ſed propter ipſum.

Poſtquam res quomodo falſæ ſint, oſtendit, & quo item modo orationes, nunc alium falſi intellectum adiungit exemplo hominis, & dicit ſ homo autem falſus dicitur ſ .ſ. nullo prædictorum modorum, ſed ſ qui facilis ſ .ſ. eſt, ac procliuis ad mentiendum ſ atcꝫ talium rationum ſ .ſ. falſarū ſ electiuus eſt ſ .i. ac mentiendo delectatur ſ non ob aliud quicquam ſ hoc eſt lucrum, aut mercedem ſ ſed ꝓpter ipſum ſ, id eſt ſed tantum mendacij gratia. qui enim lucrum per mendacia quærit, is non mentiendi, ſed lucrandi cupidus hoc eſt auarus, aut ſimili uocabulo debet nuncupari.

Et qui taliū rationum alijs eſt effector, quemadmodum



admodum & res falſas eſſe dicere conſueuimus, quæ falſam imaginationem efficiunt.

Iterum alium falſi intellectum exponens, exemplo hominis etiam utens, inquit ſ & ſ homo ſ qui talium rationum ſ ſcilicet falſarum ſ alijs eſt effector ſ etiam dicitur falſus. non ꝙ efficiat, ut alij mendacijs delectentur. ſed quoniam eos adducit, ut ſuis mendacijs tanquam ueris fidem habeant, deinde hoc declarat per ſimile, & inquit ſ quemadmodum et res falſas eſſe dicere conſueuimus, quæ falſam imaginationem efficiunt ſ qui enim falſorum perſuaſores ſunt, perinde falſi homines nuncupantur, ut res, quæ falſæ eſſe dicuntur, quæ falſam ſui præbent ſpeciem: ut quæ ſellis colore infecta ſunt, falſa nuncupantur, ꝙ auri ſpeciem repreſentent, & qui inſigniter (cum inflati ſint) ſpeciem præbent recte ualentium, & cætere res falſæ, de quibus ſupra dixit, quæ propterea falſę ſunt, quod aliarum rerum quam ſunt, ſpeciem præferunt, ut pictura, & inſomnia.

Quapropter in Hippia oratio, quæ fit, refutatur, quaſi eadem falſa, & uera. eum enim accipit falſum, qui mentiri pōt, hic aūt ſciens, & prudēs.

Cum expoſuiſſet falſum hominem eſſe, qui mētiendo delectatur, ex hoc ſoluit captioſam rationem, quæ ſit apud Platonem in Hippia, qua ſyllogizauit eūdem hominem falſum eſſe, atcꝫ uerum, in hunc modum, falſus eſt, qui mētiri poteſt, ſciens & prudens mentiri poteſt: igitur ſciens, & prudens eſt falſus, tunc ultra ſciēs, & prudens eſt falſus, ſciens, & prudēs eſt uerus. igit uerus eſt falſus. quare idē hō eſt uerus, et falſus, ergo a pari eadē oratio erit uera, & falſa. unde inqt ſ quapp in Hippia ſ Plato. lib. ſ oratio ſ .i. ſyllogiſmus ſ quæ ſit, refutatur ſ & diluit per ea, quæ dicta ſunt. deinde exponit primum ſyllogiſmum, quia in eo ſtat tota uis, & dicit ſ eū enim accipit falſum, qui mentiri poteſt, hic autem eſt ſciens & prudens ſ .i. ſed ſciens, & prudens mentiri poteſt, igitur ſubaudi ſciens, & prudens eſt falſus. in hoc ſyllogiſmo ſtat tota uis, ideo hoc diluto, ceſſat captio. diluitur autē ex dictis, quoniam falſus, ut diximus, non eſt qui mentiri poteſt, ſed qui mendacijs gaudet, & pronus eſt ad mentiendum. talis non eſt ſciēs, necꝫ prudens. ſciens enim & prudens abhorret mēdacia, nec citra fidem loquitur, nec ea uanitate delectatur. & tunc cæteri ſubſyllogiſmi non ualēt. quare non ſequitur, ut eadem oratio ſit uera, & falſa, ſicuti non ſequitur, ut idem homo ſit uerus, & falſus.

Præterea meliorem eū eſſe dicit, qui ſua ſponte res prauas facit, hoc autem per inductionē accipit falſo. qui nancꝫ ſua ſponte claudicat, is ſtabilior eſt eo, qui id facit inuitus, claudicare dicens imitari claudicantem. nam ſi quiſpiam eſt claudus ſua ſpōte, deterior eſt eo fortaſſe, qui nō ſua ſpōte claudus eſt, quemadmodū id ipſum etiam ad ipſos accommodatur.

Ex iſs etiam, quæ dicta ſunt, ſoluit alium cauillum Platonis in Hippia, quo probauit eum, qui praua ſponte facit, meliorem eſſe quam qui inuitus, & dicit ſ preterea meliorē enim eſſe dicit ſ .ſ. Plato in Hippia ſ qui ſua ſponte res prauas facit ſ deinde tangit eius rationem, & dicit ſ hoc autem per inductionem ſ accepta a multis ſimilibus ſ accipit falſo ſ quoniam deceptoria eſt inductio. deinde explicat illud ſimile, & dicit ſ qui nancꝫ ſua ſponte claudicat, is ſtabilior ſ hoc eſt ualentior, & melior ſ eſt eo, qui id facit inuitus ſ & exponēs quid Plato per claudicare intelligat, ſubdit ſ claudicare ſ .ſ. Plato ſ dicens imitari claudentem ſ .i. fingere claudum. hic enim ſic fingens ualentior, ſtabilior, ac melior eſt eo, qui uere claudus eſt, quiue inuitus claudicat. ergo a pari qui ſpōte praua facit, melior erit eo, qui inuitus. reſpondet Ariſtoteles ſoluendo cauillum, aſſerens eum qui ſponte claudicat, eſſe deteriorem, quo ad mores, non autem quo ad naturā. quo enim ad naturam melior eſt, quia ualentior, & ſtabilior eſt, uelut qui ſponte moribus flagitioſus eſt, deterior eſt quam qui inuitus, & dicit ſ nam ſi quiſpiam eſt claudus ſua ſponte ſ quo ad malitiam morum ſ deterior eſt eo fortaſſe, qui non ſua ſponte claudus eſt ſ & dico hoc eſſe in his ſ quēadmodum id ipſum etiam ſ .ſ. ſponte, & inuitum ſ ad ipſos mores accōmodatur ſ accommodando enim ea ad mores, qui ſpōte praua agit, deterior eſt, quā qui inuitus. ergo a pari qui ſponte claudicat, malitia morali deterior eſt eo, qui inuitus.

TEX. 35

Accidēs dicitur id, quod ineſt quidem alicui, atque uere dici de illo poteſt, non tamen aut neceſſario, aut plerunꝫ. uelut ſi quiſpiam ſcrobem ob plantam effodiens theſaurum inuenerit. necꝫ enim hoc ex hoc, aut poſt hoc neceſſario inueniri ſolet, neque plerunque fit, ut ſi quiſpiam plantet, theſaurum offendat, atque inueniat.

Nunc poſtremo aggreditur partitionem accidentis, & uidetur Alexādro, & Expoſitori Ariſtotelem duos intellectus accidentis retigiſſe, quoniam primus eſt, quo intelligitur aliquid accidere alicui per accidens, ſecundus uero, quo intelligitur aliquid alicui accidere per ſe. Auerroes autem colligit in dictione tres intellectus. ſed Expoſitor ait accidens per accidens poſſe conſiderari quantum ad fieri, & quantū ad eſſe, & loquens quantum ad fieri uult accidens primo intellectu accipi pro caſu, uel fortuna. i. pro eo, quod euenit caſu, uel fortuna. & dicit ſ accidens dicitur id, quod ineſt quidem alicui, atcꝫ uere dici de illo poteſt, non tamen aut neceſſario, aut plerunꝫ ſ & aſſignat exemplum, & dicit ſ ueluti ſi quiſpiam ſcobrem ſ foſſionemcꝫ ſ ob plantam ſ .i. plantandi gratia ſ effodiens theſaurum inuenerit ſ hæc ſubaudi theſauri inuentio effodienti accidens eſt. cuius rationem explicat, & dicit ſ neque enim hoc ex hoc ſ .i. necꝫ enim theſauri inuentio ex fodiente ſ aut poſt hoc ſ .i. poſt fodientem ſ neceſſario in ueniri ſoleт, necꝫ plerunꝫ fit, ut ſi quiſpiam plāret, theſaurum offendat atcꝫ inueniat ſ quinīmo raro quiſpiā inter plantandum aut fodiendum theſaurum reperit. per quæ dedit intelligere theſauri inuentionem non fieri ex effoſſione. nam neque foſſio cauſa neceſſaria fuit ad inueniendum theſaurum, necꝫ omnino fit, ut qui effoderit ſcobrem theſaurum inueniat. itaque theſaurum licet hoc pacto inuenire, ſed fortuito. quo ſit, ut fodere ex accidenti ſit efficiens cauſa theſauri reperiendi, atque fortuita, & theſauri inuentio. ad hunc modum accidēs nuncupetur. ſed dices inuentio theſauri non ineſt effodienti, igitur non eſt ei accidens. ſed terræ foſſæ. ideo Ariſtoteles ſupleuit ſ atque uere dici de illo poteſt ſ ubi uerbum ſ atcꝫ ſ pro uel accepit, ut ſit ſenſus ſ accidens dicitur id, quod ineſt quidem alicui, uel uere dici de illo poteſt ſ & ita licet theſauri inuentio nō inſit fodienti, tamen uere de fodiente dici poteſt, uere enim dicitur fodiens eſt inueniens theſaurum. hic eſt primus intellectus ſecundum Auerroem, ſecundum autem Expoſitorem hic eſt primus intellectus, & primum exemplum de accidente quantum ad fieri, nam ſubſequens exemplum erit quantum ad eſſe. ſecus Auerroes, qui ait in ſecūdo exemplo colligi ſecundum intellectum.

Q ue Auer. Cō. ultim.

Etiam ſi aliquis muſicus fuerit albus, ſed cum non neceſſario id fiat, neque plerunque, accidēs ipſum dicimus eſſe.

Cum aſſignaſſet primum intellectum, exemplumque attuliſſet accidētis primi intellectus quantum ad fieri, uīc Expoſitor uult, ut eiuſdem intellectus exemplum ſecundum af-

ferat quantum ad esse, & primo quantum ad eam conditionem, quæ est esse in subiecto, deinde quantum ad alias conditiones, quantum quidem ad esse in subiecto dicit { etiã si aliquis musicus fuerit albus } dicetur album accidens musico, non quidem simpliciter { sed cum non necessario id fiat, neque plerunque } sed raro, album { accidens ipsum dicimus esse } uerum album inest musico, & dicitur uere de musico, at inuentio thesauri non inest fodienti, sed fit a fodiente, & dicitur de fodiente. tamen utrunque nec semper, nec plerunque fit, uel inest. Auerroes autem putans per hoc exemplum esse significatum secundum intellectum, quo aliquid dicitur accidens dicit, & prope hanc intentionem, id est prope primum intellectum, quo accidens intelligitur, est quod musicus non est albus, sed niger (si enim habebat in sua dictione) assignãs differentias inter has intentiones, subdit, differunt tamen hæ duæ intentiones, prima enim est de casu, qui scilicet non inest ei, de quo dicitur, sed potius est eius effectus, hæc autem est de prædicabilibus per accidens, quæ insunt, & prædicantur de eis, quorum dicuntur accidentia. propterea subdit differentiam, quo ad ea, quorum sunt accidentia, dicens, & differũt in hoc, quoniam primum scilicet subiectum primi accidẽtis est causa illius, fodiens enim causa est inuentionis thesauri. hoc autem scilicet subiectum secundi accidentis nõ est causa, sed coniunctum causæ. uerbi gratia fodiens, cuius est accidens in uentio thesauri est causa inuentionis thesauri, sed per accidẽs, sed non album, quod est subiectum musici secundum suam dictionem, non est causa musici, neque per se, neque per accidens, sed est coniunctum homini, qui est subiectum, & causa musici. hæc Auerroes. per quæ patet eũ uelle in secũdo exemplo esse intelligendum secundum intellectum accidentis: qui differt a primo per differentias, quas exposuit.

Que Auer. Cõ. ultimo.

atiqua in parte. ποῦ alicubi.

Quare cum aliquid ineſt & alicui, atque horum nonnulla & aliqua in parte, atque quandoque quicquid ineſt quidem, ſed non quia hoc erat, aut nunc, aut hoc in loco, id accidens erit.

Cum exposuisset accidens, quantum ad eã conditionem, quæ est esse in subiecto, nunc exponit idem accidens quantum ad alias conditiones, & loquitur suspensiue usq; ibi { id accidens erit, & dicit { quare cum aliquid inest, etiã alicui } subiecto, scilicet & non tantum prædicatur, quasi dicat, quare cum fuerit aliquod accidens, quod subiecto inest, ut secundo exemplo patet, & quod de subiecto prædicatur, ut album musicus inest, & de musico dicitur { atque horum } scilicet accidentium, quæ insunt subiecto, & quę de subiecto prædicantur { nonnulla } subaudi insunt ποῦ, id est alicubi habentur, id est { in parte eius } cui insunt { atque quandoque } id est ut Alexander { uel quandoque } legit enim Alexander, atq; pro uel, fieri enim potest, ut quæ aliis insunt, in parte insint, uel in aliquo tempore, quanquam, ut Alexander inquit, & alicubi, & aliquando ad necessaria etiam accõmodari possint, ut ad ortus, occasusq; astrorum. alicubi. quoniam in una mundi parte oriuntur, in alia occidunt, aliquando, quoniam non semper eadem oriuntur, & occidunt, sed aliquo tempore, tamen ut inquit { quicquid ineſt quidem, sed nõ quia hoc erat } scilicet causa determinata { aut nunc } id est aut causa determinata hoc tempore { aut } causa determinata { hoc in loco, id accidens est } per quæ docuit, non semper horum causas adesse, nec simpliciter accidentem esse, quæ in parte insunt, sed ita demum hæc esse accidentia, si non præcedat determinata causa, aut in determinato loco, aut in determinato tempore.

Neque igitur ulla determinata, ſed quęuis causa eſt accidentis, hæc autem indefinita eſt. accidit enim alicui in Aeginam uenisse, si non est obstans profectus, ut illuc ueniret, ſed a tempeſtate expulſus, aut a prædonibus captus, ortum eſt igitur ipſum accidens, & eſt, ſed non, ut ipſum, ſed, ut aliud ortum eſt, tempeſtas enim causa fuit, ut eum ad locum ueniret, ad quem non nauigabat, hic autẽ erat Aegina.

Exijs, quæ dixit, concludit causam eius accidentis, quod primo exemplo est explicatum, ut ex ea intelligatur, quare ta le accidens sit casus uel fortuna: & dicit { neque igitur ulla determinata causa est accidentis } quod primo exemplo est explicatum { sed quæuis causa, hæc autem indefinita est } & quouis modo contingens. deinde exponit hanc exemplo, & dicit { accidit enim alicui in Aeginam uenisse, si nõ est ob id ipsum profectus, ut illuc ueniret } si enim intendebat uenire, uenisse non fuit accidens { sed a tempestate expulsus, aut a prædonibus captus } si subaudi uenerat, tunc uenisse est accidens. neq; enim fortuitu digitus combustus esse dici debet, si causa præcesserit eius combustionis, neq; in æstate fortuitus est calor, cum stipsius causa solis accessus. accidentis enim causa, ut dixit, non est determinata, sed fortuita, ac proinde indeterminata. tunc concludit, unde accidens dicatur casus, uel fortuna, & dicit { ortum igitur ipsum accidens } scilicet secundum primum intellectum { & est scilicet accidens { sed non, ut ipsum } id est non quatenus per se est factum, uidelicet ex sententia, ac propria intentione { sed ut aliud ortum est } id est sed cum aliud ageretur. quod exponens subdit { tẽpestas enim causa fuit, ut eum ad locũ ueniret, ad quem non nauigabat, hic autẽ erat Aegina } nam cum ex proposito alio nauigaretur, factũ est, ut in Aeginam is appelleret, q̃ non huius causa nauigabat. tempestas enim causa fuit appellendi in Aeginã, quæ cursum, quo petebatur, tenere uetuit. non igitur per se factum est, nec id erat, quod agebatur, sed dum aliud ageretur, accidit. ex his patet, unde accidẽs primo intellectu, dicat casus, uel fortuna. qua ratione euenit, ut accidens primo intellectu sit effectus fortuitus, uel casualis.

Dicitur etiam accidens alio modo, ut quicq̃d per se cuiq; competit, non tamen est in eius substantia, quo pacto triangulo competit angulos æquales duobus rectis habere. atque hæc quidem perpetua esse possunt, illorum autem nullum perpetuum esse potest. huius autem ratio in alijs locis est explicata.

Assignat hic secundum intellectum secundum Alexandrum, & Expositorem, apud autem Auerroem tertium intellectum, & dicit { dicitur etiam accidens alio modo, ut quicquid per se cuique competit, non tamen in eius substantia } id est in eius definitione competit, & affert exemplum, & dicit { quo pacto triangulo competit angulos æquales duobus rectis habere } quod licet ei per se accidat, non tamen in eius ratione habetur, quæ substantiam exponit. ratio enim trianguli hæc est, figura tribus rectis lineis contenta: ubi patet non in ea reperiri id, quod est angulos æquales duobus rectis habere. deinde subdit differentiam inter accidentia, quæ sunt hoc intellectu, & accidentia, quæ sunt secundum priorem intellectum, & dicit { atque hæc } scilicet accidentia secundo intellectu { perpetua esse possunt } dixit autem { perpetua esse possunt } uel quia hoc in loco nõ ex proposito de hoc disputans dixit, quæ sic insunt, sempiterna esse uideri, uel hoc dixit, quia fieri potest, ut tota aliqua species animalis, exempli gratia cicadæ sempiterna non sit, & ita nec ea, quæ his insunt ad hunc modum, fuerint sempiterna { illorum autem } scilicet quæ priore modo dicuntur accidentia { nullum perpetuum esse potest } ergo differentia est, quod accidentiũ, quæ dicuntur secundo intellectu, aliqua possunt esse ꝑpetua, eorum uero, quæ dicuntur primo intellectu, nulla possunt esse perpetua. nam quæ nec necessario, nec magna ex parte, uel





siunt, uel sunt, ea sempiterna esse non possunt. in quibusdam exemplaribus, ut Alexander annotauit, ita legitur { & hę causæ propriæ sunt } quæ lectio significare uideretur huiusmodi accidentia ad demonstrationem accommodari, per hæc enim fiunt demonstrationes, cui lectioni consentiunt uerba hæc, quæ sequuntur { huius autem ratio alijs in locis est explicata } quoniam in posterioribus resolutorijs disputauit, quo in loco causæ demonstrationum explicantur, quæ nam sint. Auerroes autem inquit: & istud accidens differt ab accidente prædicto in hoc, quoniam ex isto inuenitur aliquod necessarium, in prædicto autem nullum est necessarium, & addit, & dixit hoc, quia accidentia quæ dicũtur competere subsistentiæ, quædam sunt necessaria, quædam non necessaria, scilicet separabilia. & sic est finis libri quinti.

Que Auer. Cõ. ultimo.

Finis quinti Libri.

# ARISTOTELIS

## Metaphysicæ Liber Sextus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.

### Ad Illustrißimum ac Excellentißimum Don Petrum de Toledo.

TEX. 1.

Ntium principia causæue quæruntur, atq; patet, quoniam quatenus entia sunt. Est enim quippiam sanitatis, bonæq; ualitudinis causa. & mathematicorum sunt itidem principia, & elementa, & causæ, atque omnino scientia omnis intellectiua, aut aliquo modo etiam particeps intellectus circa principia causasue, aut exactiores, aut simpliciores uersatur.

N huius libri sexti principio talem syllogismum intendit, subiecti in metaphysica principia, causæ, & elementa quæruntur a metaphysica: ens quo est ens, est subiectum in metaphysica: igitur entis quo est ens, quæruntur principia, causæ, & elementa a metaphysica. de syllogismo affert conclusionem, & dicit { entium, atq; patet, quoniam quatenus entia sunt, principia, causæue } & subaudi elementa { quæruntur }. s. ab ipsa metaphysica. hæc est conclusio. deinde ostendit maiorem, quam non explicauit, inducendo in cæteris scientijs, & primo in medicina, cuius subiectum est sanitas, atq; bona ualetudo, quarum causas quærere certum est, & dicit { est enim quippiam sanitatis, bonæq; ualitudinis causa, sanitatis exempli gratia purgatio, ac uenæ sectio: bonæ uero ualitudinis exercitatio, quas medicus in sua facultate contemplatur. deinde inducit in mathematicis, & dicit { & mathematicorum { ut magnitudinum, & numerorum, & cæterorum subiectorum, quæ in mathematicis considerantur { sunt itidem principia, & elementa, & causæ } quæ. s. considerantur a mathematica: & reddẽs inductionem uniuersalem subdit { atq; omnino scientia omnis intellectiua, atq; aliquo modo etiam particeps intellectus } .i. atq; omnis practica { circa principia, causasue uersatur } causas subaudi dico { aut exactiores, aut simpliciores } igitur recte maior hæc erit constans, uidelicet q̃ subiecti in metaphysica principia, & causæ, & elementa quærantur ab ipsa metaphysica, nam per inductionem ea uniuersalis demonstrata est, uidelicet omnis scientia cõsiderat sui subiecti causas, principia, & elementa. dixit { aut exactiores } .i. certiores propter scientias, quæ subalternant, in quibus principia exquisitiora considerantur q̃s in subalternatis, in quibus principia simpliciora quæruntur, quoniam solum quantum ad quia est, cum propter quid a subalternantibus petant. uel dixit { aut exactiores } propter naturales scientias, quæ uersantur circa principia, & causas per sensus exqsitas { aut simpliciores } dixit propter mathematicas, quæ causas considerant, quæ sunt notæ simpliciter. aut tertio { exactiores } dicit, propter scientias contemplatrices, quæ exquisitius causas contemplantur { simpliciores } uero, ꝓp morales, quæ causas cõsiderant superficietenus, & exijs, q̃ sunt, ut in pluribus. Alexander in principio primæ suæ enarrationis unum declarauit, quod Aristoteles supposuit uidelicet primam philosophiam ens in eo quod est ens tanquam proprium subiectum considerare: quod in multis locis Aristotelem ostendisse asserit, ipse tamen ex eo ostendit, quia cæterę disciplinæ ens inter se partitæ sunt, & unaquæq; in sua entis parte uersatur; non eius naturam inquirens, nec ipsam tanq̃ ens contemplans, sed eius accidentia rimando. Astronomia enim nõ differit de stellarum natura, sed ipsarum motus, progressusq;, ac regressus contemplatur. hæc igitur sæpe testatus subosc̃uræ hoc in libro, apertius in consequente, illustrius etiam in libris posterioribus ipsam in entis, qua est ens cognitione uersari docet, ac de cuiusq; definitione differere, & quomodo unumquodque definiẽdum sit, aperire, siue intelligibile sit, si q̃ue aliud, eandemq; quorum habeantur definitiones, & quorum secus explicare. quæ si huiusmodi est, nimirum recte in entis, qua est ens contemplatione eam uersari, supposuit. Auerroes uero assignauit causam, quare Aristoteles resumpsit in conclusione ad hanc scientiam spectare de omnibus speciebus entis, quo sunt entia, & asserit, quia in hoc sexto perscrutaturus est inter species entis de ea specie, quæ est ens per accidens, cum ens primo in hæc duo diuidatur. s. in ens, q̃d est per se, & in ens, quod est per accidens. sed huic occurres, quia nõ uidetur uerum ens primo diuidi in ens per se, & in ens per accidens. quoniam ipsemet primo libro physicæ auscultationis inquit, oportet necessario secundum naturam diuisionis, ut principium existens in re sit, unum aut plura uno. ubi patet eum uelle ens primo diuidi per unum & multa, alioquin hoc non assumeretur ab Aristotele pro principio. tertio etiã physicæ auscultationis uidetur uelle ens primo diuidi per actũ, & potentiam, quoniam sunt duo genera præter quę non potest motus esse, aut nõ esse medium inter illa. aduerte Auerroem uarie loqui de prima diuisione entis, quatenus primũ aliquando dicitur idem quod æquatum alicui, & sic multæ sunt primæ entis diuisionis, quoniam quæcunq; æquatur enti, quod diuiditur, dicitur prima entis diuisio, utputa, cum nihil sub ente continetur, quin sub aliquo diuidentium colloc̃etur, & e conuerso nihil sub aliquo diuidentium quin sub ente, quo in modo unum, & multa, ens per se, & per accidens, substantia & accidens, & id genus sunt primæ diuisiones entis, alio modo dicitur prima diuisio entis primitate principalitatis, & sic diuisio entis per deũ, & creaturam est prima primitate principalitatis, saltem ratione alterius membri. tertio dicitur aliqua diuisio prima primitate immediationis, qua ratione ea diuisio dicitur prima, quæ fit per diuidentia ipsi diuiso immediatiora. cum igitur Auerroes pluribus in locis plures diuisiones fecit primas, primas pro adæquatis accepit. nam eiusdem diuisi possunt esse plures adæquatæ diuisiones. sed quæ sit prima primitate immediationis, nõ exposuit. quare nec sibi contradicit, nec est uarius. cum semper sit locutus de primis pro æquatis. etiam secundo Auerroes exponit Aristotelem repetere id quod dixit quarto huius, qui scientia ista considereret de

Que Auer. Cõmen. 1.

Cõmen. 6.

Cõmen. 3.

Cõmen. 1.

Cõmen.11. omnibus entis ſpeciebus, non in particulari, ſed ſecundum quod ſunt entia, ut etiam primo phyſicæ auſcultationis accepit. nec ab ratione, quoniam manifeſtum eſt cõſiderationem de entibus eſſe duobus modis, aut in particulari ſecundum propriam particularem rationem, aut ſecundum eam rationem, in qua conueniunt, hoc eſt inquãtum entia. & quia conſideratio de entibus ſecundum particularem rationem ſpectat ad particulares ipſas ſcientias, recte igitur accepit ad hãc ſcientiam attinere conſiderare de omnibus entibus quatenus ſunt entia, & de cauſis entium quatenus ſunt cauſæ entis. tertio Auerroes uult Ariſtotelem probaſſe ſuam concluſionem uidelicet entis, quo eſt ens, quæruntur principia, & cauſæ, & elementa per inductionem in omnibus ſcientijs, quoniam in omnibus ſcientijs ſcire aliquid conſtat ex ſcientia cauſarum. quare & in metaphyſica ſcire entia, quo ſunt entia, conſtabit ex ſcientia cauſarum entis, quo ſunt entia. uerba autem illa { atq; omnis ſcientia intellectiua, aut aliquo modo etiã particeps intellectus circa principia, cauſaſue, aut exactiores, aut ſimpliciores uerſatur } exponit, primo intelligendo per ſcientiam intellectiuam, ſcientiam contemplatricem, & per ſcientiam, quæ aliquo modo participat intellectu, ſcientiam mathematicam, deinde dilucidius, & melius per ſcientiam intellectiuam omnes contemplatrices exponit, & per ſcientiam, quæ participat intellectu ſciẽtias morales, nam contemplatrices uerſantur circa cauſas exactiores, & exquiſitores. morales autem circa cauſas ſimpliciores, quæ nõ ſunt ualde certæ, nam ſcientiæ diuerſantur ſecundum diuerſitatem naturæ ſubiectæ. tandem tertio uidetur exponere adhuc certius intelligens per ſcientiam intellectiuam eam ſcientiam, quæ eſt entis, quo eſt ens, & per ſcientiã, quæ participat intellectu, ſcientias particulares, quæ particularia entia conſiderant, nã ſcientia ſimpliciter intellectiua cauſas ſimpliciter conſiderat, quæ ſunt entis, quo eſt ens, ſcientia uero, quæ participat intellectu uerſatur circa cauſas exactiores, id eſt particulariores, quæ magis ſenſibus conſtant.

Verum hæ omnes unum quid, genuſq; quoddam exceptum ſumentes de hoc, ſed non de ente ſimpliciter, neq; ut eſt ens, pertractant.

Cum expoſuiſſet, explicaſſetq; omnes ſcientias in principijs, cauſiſq; uerſari, nunc differentiam adiungit inter particulares ſciẽtias, & metaphyſicam, & dicit { uerum hæ } .ſ. particulares ſcientiæ { omnes unum quid, genuſq; quoddam exceptum } .ſ. certum ac ſtabilitum { ſumentes de hoc } .ſ. certo ente, certoq; entis genere { ſed non de ente ſimpliciter } id eſt ſed non de ente in communi { neq; } de aliquo particulari ente ſubaudi { ut eſt ens pertractant } nulla enim particularis ſcientia pertractat de ente in communi, nec de aliquo particulari ente, quatenus eſt ens. ſicut arithmetica non determinat de numero, quatenus eſt ens, ſed quo numerus eſt. de quolibet enim ente inquãtum eſt ens, proprium metaphyſicæ eſt conſiderare. particulares enim ſcientiæ quandam entis partem, & genus quoddam ſubiectum circũſcribentes, ac uelut decidentes in cauſis illius inueſtigandis ſunt occupatæ, nec entis ſimpliciter cauſas, aut ens in eo quod eſt ens conſiderant. hæc eſt prima differentia.

Neque ullam de ipſo quid eſt rationem omnino faciunt.

Aſſignat ſecundam differentiam, quæ eſt quod metaphyſica cõſiderat quod quid eſt cuiuslibet entis conſiderati a particularibus ſcientijs, & nulla ſcientia conſiderat illud, & dicit { neque } particula } res ſciẽtiæ { de ipſo quid eſt rationem omnino faciunt } quod ſit ſui proprij ſubiecti. At metaphyſica conſiderat quod quid eſt cuiuslibet generi ſubiecti particularis ſcientiæ { rationem } Expoſitor determinationem expoſuit. Alexander uero ait, neq; de quid eſt, & ſubſtãtia quicquam ediſſerunt. & ita per rationem ratiocinationem uidetur exponere. quod uerum eſſe puto, quia nulla ſcientia probat quod quid eſt de ſuo ſubiecto, metaphyſicus autem taltem neganti ex conceſſis ab ipſo reſpondente oſtendit omne quod quid eſt de eo, cuius eſt, tam ſui ſubiecti, quam ſubiecti particularis cuiuſque ſcientię.

Sed ex hoc ipſo quod qd eſt partim facto per ſenſum dilucido, ptim uti ſuppoſitione ſumpto, ea deinceps hoc pacto, quæ per ſe competunt ei generi circa quod ipſæ uerſantur, aut exactius, aut mollius demonſtrant.

Cum oſtendiſſet nullam particularem ſcientiam demonſtrare ipſum quod quid eſt de ſuo ſubiecto, & poſſet dici, ꝙ propter id, nec utantur ipſo quod quid eſt, ideo ſimul duo declarat, & quod particulares ſcientiæ ipſo quid eſt, utantur, & quo modo ipſum accipiant, ſi non per demonſtrationem accipiant, & dicit { ſed ex hoc ipſo quod quid eſt, partim facto per ſenſum dilucido } ut medicina cauſas, elementaque compoſitorum per ſenſum inueſtigat, horum enim diſſolutionem in quatuor ſimplicia corpora conſpicata, ex ipſis ea conſiſtere apprehendit, eadem ignem calentem, & ſiccũ eſſe, aquam frigentem & humidam ſenſu explorat, planumq; facit, nõ ratione, quoniã phyſici eſt, aut phyſico ſupioris munus, ignem calidum & ſiccum eſſe, terram ſiccam & frigidam, aerem calentem & humidum ratione, ac demonſtratione planum facere. medicina igitur, cum ſenſuum, ut diximus, teſtimonio hæc habeat explorata, de ijs, quæ ſibi ſubiecta ſunt, conficit demonſtrationes { partim uti ſuppoſitione ſumpto } ueluti arithmetica, quæ neq; ſenſus argumento, neq; ratione qd unitas ſit, oſtendit, ſed unitatem ſubſtantiam eſſe ſitu uacantem ponit, geometria pũctum eſſe ſubſtãtiam poſitionem habentem, uel cuius nulla pars eſt, & illud, quæ ſunt eidem paria, ea inter ſe quoq; paria ſunt { ea } .ſ. accidentia { deinceps hoc pacto, quæ per ſe competunt ei generi, circa quod ipſæ uerſantur, aut exactius, aut mollius demonſtrant } ut arithmetica numerorum, in quibus uerſatur affectiones per ſe, geometria magnitudinum demõſtrant, ac eodem modo medicina, quæ ad ipſam priuatim pertinent, rimatur. per hæc igitur ſua quæq; demonſtrat, aut exactius, aut mollius. nam cuius principia exactiora ſunt, eius demonſtrationes maiore neceſſitate concludunt ut geometriæ, cuius uero minus exacte, ut aſtronomiæ, ac medicinæ, eius demonſtrationes magis ſunt remiſſæ, mollioreſque.

Iccirco patet tali ex inductione ſubſtantiæ, atque ipſius quid eſt demonſtrationẽ non eſſe, ſed quendam declarationis alium eſſe modum.

Ex ijs, quæ declarauit, infert duas concluſiones, quarum prima eſt, ꝙ ipſius quid eſt non eſt demõſtratio, ſiue per ſenſum, ſiue ſuppoſitione accipiatur, & dicit, quia definitio non oſtenditur de ſuo definito, niſi aut per ſenſum, aut per ſuppoſitionem, cum fides facta per inductionẽ a ſenſu, aut per ſuppoſitionem, non ſit demonſtratio { iccirco patet tali ex inductione } .ſ. quæ fit per ſenſum, aut per ſuppoſitionem { ſubſtantiæ, atq; ipſius quid eſt demonſtrationem nõ eſſe } nam ut ex libro poſteriorum conſtat, inductioni cuiq; licet occurrere, nec eam permittere uniuerſale concludere, ut intelligatur ex inductione huiuſmodi minime ſubſtantiæ, & quid eſt, ac definitionis demonſtrationem conſtare. propterea ſubdit Q ne Auer. Cõ. primo.
{ ſed quendam declarationis alium eſſe modum. Auerroes autem circa hæc dicit primo quod demonſtratio, qua artifices utũtur in ſingulis artibus, eſt rerũ eſſentialium. i. accidentiũ per ſe in illo genere, ſub quo continenť: quæ demõſtratio conſtat aut ex neceſſarijs propoſitionibus, aut ex ijs, quę ſunt plerunque. ſecundo dicit, ꝙ licet demonſtratio ſit ad ea, quæ per ſe inſunt ſubiecto, tamen demonſtratio non eſt ad genus ipſius artis, neq; ad ſpeciem eius. unde libro ſecundo de anima inquit, artifex non poteſt demonſtrare ſubiectum ſuæ ar- Cõmen.17.

tis, neq;



tis, neque ſpeciem illius ſubiecti. & primo phyſicæ auſcultationis ait, ſcientia concedit ſuum ſubiectum eſſe, aut quia eſt manifeſtum per ſe, aut quia demonſtratum eſt in alia ſcientia. hoc idem inuenies ab Auerroe aduerſus Auicennam pluribus in locis, quæ repetere unum eſſe puto. inſtantia autem, quæ fieri ſolet contra hoc, eſt de ſubiecto libri Elenchorum, nam eo libro Ariſtoteles probat ſyllogiſmum ſophiſticum eſſe. etiam fieri ſolet inſtãtia, quoniam Auerroes libro de cœlo quarto concedit aliquam partem ſubiecti in ſcientia probari poſſe demonſtratione quia, ut de igne exponit, licet hoc raro contingat. ſed dubio procul deceptio eſt, ut in dilucidario conſtat. nam Ariſtoteles non probat ſyllogiſmum ſophiſticum eſſe per habitum, qui ſit elenchicus, ſed per habitum ſuperioris artificis. nec ſcientia de cœlo probat ignem eſſe, quoniam ignem eſſe ſenſu patet, ſed probat ſpeciem ignis congregari ſub concauo lunæ demonſtratione quia. hoc autem non eſt probare ignem eſſe. tertio Auerroes dicit, eſſe quendam declarationis alium modum, quo declaratur quid eſt de eo cuius eſt, quoniam plures definitiones ſubſtantiarum ſciuntur his tribus uijs, uidelicet diuiſione, cõpoſitione, & demonſtratione ſigni. quare cum Ariſtoteles inquit { ſed quendam declarationis alium eſſe modum } modum illum Auerroes in tribus uijs conſiſtere expoſuit, uidelicet diuiſione, compoſitione, & demonſtratione quia.

Simili modo neque ſi ſit, an non ſit genus id, circa quod uerſantur, dicere quicquam uidentur ex eo, quia eiuſdem eſt mentis quid eſt, & ſi eſt aliquid declarare.

Secunda concluſio, quam infert, eſt, quod nulla ſcientia demonſtrat genus ſui ſubiecti eſſe, uel non eſſe. quoniam ſicuti nulla particularis ſcientia demonſtrat quid eſt de eo, cuius eſt, ita nulla demonſtrat ſuum ſubiectum eſſe, & dicit { ſimili modo neque ſi ſit, an non ſit genus id, circa quod uerſantur } ſcientiæ particulares { dicere quicquam } ſcilicet demonſtrando { uidentur ex eo, quia eiuſdem eſt mentis quid eſt, & ſi eſt aliquid declarare } cum enim de ſubiecto ipſum quia eſt ſit præcognitum, non poteſt eſſe quæſitum. Alexander autem in exemplo hominis, qui eſt ſubiectum medicinæ probat quod eiuſdem ſit mentis quid eſt demonſtrare de aliquo, & demonſtrare illud eſſe. nam ſi demonſtretur eſſe animal pedeſtre bipes, ſtatim ſequitur hominem eſſe. igitur non poteſt demonſtrari quid eſt, quin demonſtretur eſſe id, cuius eſt. Expoſitor autem aliter deducit, nam ut ſecundo poſteriorum habetur quæſtio quid eſt, ſupponit quæſtionem ſi eſt, quo fit, ut ſi ſcientiæ particulares ſupponant quid eſt ſui ſubiecti, multo magis ſubiectum ſupponere eſſe. qui enim poſterius ſupponit, longe magis cogitur ſupponere prius. unde primo poſteriorum dicitur de ſubiecto eſſe ſupponendum quia
Q ne Auer. Cõmen 1. eſt, & quid eſt. Auerroes autem eiuſdem ſcientiæ eſt ſcire aliquid eſſe, & quid eſt, quare ſi quid eſt fuerit præcognitum, etiam ſi eſt erit præcognitum. ſed Auerroes non uidetur ſibi conſtans, quoniam in ſciẽtia naturali conſideratur ſi ſunt ſub-
Cõmen.16. ſtantiæ ſeparatæ, at in metaphyſica quid ſunt, ut ſecũdo phyſicæ auſcultationis ſcribit, & alibi pluries. diluitur, quoniam Auerroes intelligit eiuſdem ſcientiæ eſſe ſupponere quid eſt, & ſi eſt, quoniam omnis ſcientia, quæ ſupponit quid res eſt, ſupponit quia res eſt. cum quæſtio ſi res eſt, ſit prima omnium quæſtionum.

Cum autem & naturalis ſcientia circa quoddam entis genus uerſetur (circa nanque ſubſtantiam uerſari talem uidetur, in qua principium ipſum motionis eſt, atque quietis) patet neque actiuam, neque effectricem ipſam ſcientiã eſſe. nam efficiẽdarum quidem rerum principium ſiue ſit mens, ſiue ars, ſiue potentia quædam, in ipſo efficiente eſt, agendarum autem rerum electio in ipſo agente eſt. res enim eſt eadem, quæ ſub actionem, atque electionem cadit.

Propoſitum eſt Ariſtoteli, ut Alexander inquit, oſtendere naturalem doctrinam contemplatricem eſſe, & nõ actiuam, nec effectricem, ſed cur Ariſtoteles hoc declaret, Alexander cauſam affert, quoniam ex hoc oſtendet tum materiam ab ipſa, tum uel magis formam conſiderari. eſt autem cuiuſque rei forma, quiditas rei, quod ſi magis quiditatem cuiuſque conſiderat quam materiã, danda opera eſt, ne qditas quid ſit, ignoretur. ſi igiť ipſa quiditatis inqſitio neceſſaria eſt, reliqueretur eſſe ſcientiam, quæ in eo, qd' eſt ens, conſideret, nam eius eſt proprium quiditatem inquirere. quare neceſſarium eſt oſtendere naturalem doctrinam contemplatricem eſſe, ut oſtendatur eſſe ſcientiam, quæ contemplatur ens quo eſt ens, cuius proprium ſit quiditates omnium ſubiectorum particularium ſcientiarũ inquirere. hæc neceſſitas quam Alexander aſſignauit, mihi uidetur admodum obſcura. cum non facile ex huiuſmodi propoſito ueniatur ad illud. præterea idem poſſet oſtendere, ſi Ariſtoteles oſtendiſſet mathematicam eſſe contemplatricem. quare nõ erat neceſſariũ hoc de naturali ſcientia oſtendere ad oſtendendum metaphyſicam eſſe contẽplatricem entis quo eſt ens, cuius propriam conſiderare quiditates, ſit. Auerroes uero uult Ariſtotelem prius oſtendiſſe eſſe Q ne Auer.
aliquam ſcientiam, quæ perſcrutetur de ente ſimpliciter, nũc Cõme
uero oſtendere hanc non eſſe naturalem, ſed ꝙ prius oſtendat naturalem ſcientiam non eſſe operatiuam. ergo cauſa cur Ariſtoteles prius oſtendat naturalem non eſſe operatiuam, eſt ut oſtendat metaphyſicã non eſſe ſcientiam naturalẽ: cuius oppoſitum putabant antiqui. ſed hæc cauſa eſt obſcurior illa Alexandri, qm̃ Ariſtoteles potuiſſet oſtendere metaphyſicam non eſſe naturalem ſcientiam, et ſi non oſtendiſſet naturalem eſſe contemplatricẽ. Expoſitor uero uult, ut oſtẽdat differentiam inter naturalem ſcientiam, & operatiuas facultates, deinde inter naturalem, & alias contemplatrices doctrinas, tertio ut ex ijs ueniat ad oſtendendum differentiam inter metaphyſicam & cæteras facultates omnes quantũ ad conſiderandi modum. ergo neceſſitas propoſiti eſt, ut ex eo per manus ueniamus ad differentiam, qua in modo cõſiderandi differt metaphyſica a cæteris diſciplinis, quæ cauſa conſona uidetur ꝓceſſui, quo utitur in dictione. tunc intendit quẽdam ſyllogiſmum, qui uno modo ſic cõponitur, Sciẽtia operatiua uerſatur circa ſubiectum, in quo non eſt principium motus, & quietis: naturalis ſcientia uerſatur circa ſubiectum, in quo eſt principium motus & quietis: igitur (in ſcđa figura) ſciẽtia naturalis non eſt operatiua. aut ſcđm Alexandrum ſic, omnis doctrina uel contemplatrix eſt, uel actiua, uel effectiua. phyſica eſt doctrina. igitur phyſica eſt uel contemplatrix, uel actiua, uel effectiua, phyſica eſt aut contemplatrix, aut actiua, aut effectiua. phyſica nõ eſt actiua, nec effectiua igitur eſt contẽplatrix. maior, et minor principalis ſyllogiſmi ſunt adeo in confeſſo, ut ne ꝓbationem quidem eius adhibendam curauerit. nam ꝙ phyſica ſit doctrina, & ꝙ omnis doctrina ſit aut contemplatrix, aut actiua, aut effectiua, nemo eſt qui dubitet. quod autem phyſica neq; ſit actiua, neq; effectiua, quæ fuit aſſumptio, ꝓbat ſic, Actiua & effectiua doctrina uerſatur circa ſubiectũ, in quo nec motus nec qetis principiũ eſt: phyſica uerſatur circa ſubiectũ, in quo principium motus, ac quietis eſt: igiť phyſica nec actiua, nec effectiua eſt. de hac ratione tãgit minorẽ, & dicit { cum aũt & naturalis ſcientia circa quodã entis genus uerſeť } et exponens quale, ſubdit { circa nanq; ſubſtantiã uerſari talem uidetur, in qua principium ipſum motionis eſt, atq; quietis } uerſatur. n. circa corpus naturale, in quo natura eſt, q̃ principium motus, atq; qetis eſt. hec eſt minor. prætermiſſa maiore, dat concluſionem, & dicit { patet neque actiuam, neque effectricem ipſam } .ſ. naturalem { ſcientiam eſſe } maiorẽ prætermiſit, ſed affert eius

probationem, agendarum efficiendarumque rerum principia, & causæ motionis, & quietis nō sunt in ipsis. naturalium autem principia causæque motionis, atque quietis in ipsis habentur. naturalia igitur nec agenda sunt, nec efficiēda. de hac probatione tangit maiorem, & dicit { nam efficiendarū quidem rerum principium siue sit mens, siue ars, siue potentia quædam } scilicet ex generatione contracta { in ipso efficiente est, agendarum autem rerum } scilicet principium cum sit { electio, in ipso agente est } & assignat rationem, & dicit { res enim eadem est, quæ sub actionem } id est quæ agenda est { atque electionem cadit } id est & quæ eligenda est, cum idem sit agendum & eligendum, & principium rei eligendæ est in agente, etiam principium rei agēdæ erit in agente. Ex his uult habere hanc cōclusionem, quod naturalia nec agenda sint, nec efficienda. ex qua ulterius uult habere, quod scientia, quæ in naturalibus uersatur, neque sit actiua, neque effectiua, & sic habetur cōclusio principalis. adiecit siue mēs, siue ars, siue potentia, quoniam quæ uel mente, uel arte, uel potentia efficiunt, hæc facultate, quæ a mente, & arte, proficiscatur, officio suo sunguntur. sed quia in dictione Alexandri legebatur { efficientium } corrigit, ut melius dicatur efficiendorum, ut in codice nostro habemus. effectiua scientia ut in ethicis dictum est, ea est, cuius opus post actionem manet, ut ars ædificandi. nam post ædificationem opus eius hoc est domus persistit. actiua uero, ut ars saltandi. siquidem post saltationem nihil supereſt. cum uero dicit { principium siue sit mens, siue ars, siue potentia } hoc dicit, quia hoc principium in ipso efficiente primo est intellectus, qui primo artem adinuenit, deinde est ars, quæ est habitus intellectus, tertio est aliqua potentia exequens, sicut potentia motiua, per quam arti fex exequitur conceptionem artis.

**Quare si mens omnis aut actiua, aut effectiua est, aut contemplatiua, naturalis profecto facultas contemplatiua quædam scientia est, sed circa tale ens contemplatiua, quod moueri potest, & circa eam substantiam plerunque, quæ solum ad rationem inseparabilem accommodatur.**

Cum physicam contemplatricem esse docuisset, concludens nunc adiecit { quare si mens omnis, aut actiua, aut effectiua est, aut contemplatiua physica subaudi si neque actiua est, neque effectiua naturalis profecto facultas contemplatiua quædam scientia est } deinde subdit subiectum genus entis, circa quod est contemplatrix, & dicit { sed circa tale ens contemplatiua, quod moueri potest } hoc est, sed circa corpus naturale. & quoniam etiam uersatur circa materiam, & formam, & non solum circa corpus naturale, ideo subdit { et circa eam substantiam plerunque, quæ solum ad rationem inseparabilem accommodatur } quasi dicat, naturalis disciplina uersatur in substātiæ materialis cognitione, sed magna ex parte in considerationē substantiæ { quæ solum ad rationem inseparabilem accōmodatur } id est, sed magna ex parte, circa substantiam, quæ solum est forma, quæ secundum rationem non est separabilis, hoc est sed magna ex parte circa formam materialem: quæ ratione non est separabilis. in codice Alexandri habetur { & circa substātiam eam plerunque, quæ ad rationem accommodatur, & non separabilem tantum } per quæ significare uidetur naturalem doctrinam formam considerare plerunque, quam uocat ad rationem accommodatam { non tantum separabilem } sed etiam inseparabilem, sed ut Alexander inquit, non est hoc, quod ait, differre, uidelicet & de separabili, & de inseparabili { sed non separabile solum } intelligit id est inseparabilem solum, hoc est substantiam solum inseparabilem, quæ non potest a materia seiungi. & sic redit ad dictionē nostram. nam in summa uult dicere naturalem scientiam uersari circa corpus naturale, & circa substantiam plerunque, quæ est forma solum ratione inseparabilis a materia. & dixit, circa substantiam plerunque, quæ est forma, quoniam uersatur etiam circa materiam, sed plerunque circa formam, & quia forma est duplex separabilis ratione, ut substantiæ separatæ, & non separabilis ratione, ut omnis forma, quæ necessario regrit materiam, ideo addit & plerunque circa eam formam, quæ solum est in separabilis ratione, excludendo uidelicet omnes substantias separatas, quas non considerat naturalis philosophia, nisi demonstrando illas esse. & excludēdo animam intellectualem, cuius partem sensualem, & uegetalem considerat naturalis philosophia, intellectualē uero metaphysica, ut libro de partibus edocuit. unde & Auerroes, & dixit in maiore parte propter intellectum, qui considerat a naturali philosophia, & tamen ratione est separatus ratione a materia, quod etiam Expositor probauit, cum inquit, & dicit { plerunque } propter intellectum, qui aliquo modo cadit sub consideratione naturalis philosophiæ, & in eius subſtantia separabilis est. Que Auer. Comen.

TEX.1.

**Nō lateat autem oportet, quo nam modo quiditas, atque ratio sese habeat, nam sine hoc quærere, nihil est efficere.**

Cum separasset physicam ab operatiūs facultatibus, nunc uult eandem separare a cæteris contemplatricibus scientijs, & quoniam hoc discrimen fit per differētiam definitionum, ideo proponit se uelle differere de modo, quo definitio assignetur in naturalibus, ut hinc procedant ad discrimen naturalis philosophiæ, & cæterarum contemplatricium, & dicit { non lateat autem oportet } id est intelligere oportet { quo nam modo quiditas, atque ratio } id est quo nam modo definitio, quæ dicitur quiditas, & ratio subaudi in naturalibus { sese habeat } id est inquirenda sit, utrum in re quapiam naturali definienda materiam quoque definito subiectam in definitione complecti oporteat, nec ne, cuius rationem subdit { nam sine hoc quærere } id est nam sine ea quæstione, utrum in re naturali definienda num cum materia, an absque ipsa definiendum sit, ignoremus { nihil est efficere } id est frustra operam susceperimus, quasi uelit ostendere necessarium esse rem quippiam naturalem definiēti, materiam quoque in definitione comprehendere, si erique non posse, ut absque ipsa rei naturalis definitio constet. quæ omnia eo pertinent, ut ex his appareat nō posse formam naturalem ipsam per se absque materia consistere, ut idearum authoribus placebat. Expositor autem sic ait { non lateat autem oportet, quonam modo quiditas, atque ratio sese habeat } id est quonam modo sit assignanda in qualibet scientia ad uidendum differentiam scientiarum { nam sine hoc quærere } id est sine cognitione modi definiendi { quærere, nihil est efficere } id est non erit inuenire differentiam scientiarum. cum enim definitio sit medium demonstrationis, & proinde principium sciendi, fiet, ut ad diuersum modum definiendi, discrimē contemplatricium sequatur. quare oportet non latere, quo nam modo sit definiendum in unaquaque scientiarum.

**Itaque definiendarum rerum, & quarum ipsum quid assignamus, aliq; uti simū, aliæ uti concauum esse uidentur. hæc autem ex eo differūt, quia simum quidem cum materia est cōprehensum. est enim simum concauus nasus, at concauitas sine sensibili materia est.**

Cum conclusisset physicam uersari circa corpus mobile, & circa substātiam id est formam inseparabilem a materia, nunc infert partitionem earum rerum, quæ definiūtur, ut habeat modū definiendi accōmodatum naturali philosophiæ, & dicit { itaq; definiendarū rerum, & quarū ipsum quid assignamus } .i. rerum, quæ definiuntur, & quarū quid est inquirītur { aliæ uti simū } nam ut simum definiri non pōt, quin nasus uelut ei subiecta materia sumat, sic naturales formę absq; materia



materia definiri nequeunt. & per materiam exponit Alexander genus, & discrimina, quæ ultimam differentiam antecedunt, quod an uerum sit, & quale sit, promittit explicare suo loco. nos autem quid per materiam sensibilem sit intelligendum, explicauimus libro secundo physicę auscultationis. tamen statim Aristoteles exponet in exemplo { aliæ uti concauum } & exponens differentiam inter hæc, dicit { hęc autem ex eo differunt, quia simum cum materia est comprehēsum. est enim simum concauus nasus. at concauitas sine sensibili materia est } nam inter simum, & concauum hoc interest, quod simi determinatum, certumque subiectum sit nasus, quoniam sine naso non constat simum. siquidem quod simum dicit, is nasum cauum dicit, cauitas uero subiectum certum nullū habet. quippe quæ in materia sensibili, quod enim in materia sensibili habeatur, certum est. nam & terra caua est, & ferrum cauum, & lignū, & pleraque alia caua esse constat. cæterum in non sensibili quoque ineſt, possumus enim cauum quicquam, siue cauitatem intelligere, quæ neque in ferro sit, nec in ligno, nec in aliquo alio ente sensibili. dicitur enim concauum, cuius medium exit ab extremis. at simitas, ut modo dixi, absque subiecto intelligi nequit. per quæ patet Aristotelem intelligere per materiam sensibilem subiectum naturale, ut est nasus respectu simi, & terra, ferrum, lignum, & id genus respectu concaui, quod subiectum naturale cum forma definitur in concreto ponitur in recto, ut cum definitur animal, dicitur, quod sit corpus sensitiuum, cum uero definitur in abstracto, dicitur quod sit actus corporis sensitiui.

**Quod si naturales res omnes perinde, atque simum dicuntur, ut nasus, oculus, facies, caro, os, omnino animal, folium, radix, cortex, omnino planta. nullius enim ipsorū ratio mtionis est expers, sed materiam semper habet, patet quo nam pacto naturalibus in rebus ipsum quid est quærere, definireque oportet, & quamobrem etiam ad naturalem philosophum pertinet de aliqua anima contemplari, quæ nō sine materia est.**

Cum proposuisset partitionem rerum definiendarum, & accepisset res naturales dici, ut simum, quoniam sine materia intelligi nequeunt, nunc concludit quale quid est sit quærendum in naturalibus, & lege suspensiue usque ibi { patet quo nā pacto } & dicit { quod si naturales res omnes perinde, atque simum dicuntur } quoniam ad rationem a materia inseparabilem accōmodātur, ut dixit, deinde per exemplum explicat res naturales, quæ ut simum dicuntur, & dicit { ut } id est quales res naturales, quæ dicuntur ut simum, sunt { nasus, oculus, facies, caro, os, omnino animal, folium, radix, cortex, omnino planta } & cæteræ id genus, quod autē hæ sint, ut simum, ostendit, & dicit { nullius enim ipsorum } quæ scilicet nunc per exemplum explicauimus { ratio motionis est expers } motionem appellans materiam sensibilem mobilemque { sed materiam semper habet } tūc terminat suspensionem, & dicit { patet quo nam pacto naturalibus in rebus ipsum quid est, quærere, definireq; } id est determinareque { oportet } quoniam in rebus naturalibus quid est, atq; definitio cum materia est inuestiganda, ut dictum est de simo, & addit secundo { & } patet { etiam, quamobrem ad naturalem philosophum pertinet de aliqua anima contemplari } non de omni { sed de ea, quæ non sine materia est } ut de sensuali, & uegetali. nam de intellectu, ut Aristoteles inquit in libro de partibus, agere debet metaphysicus. unde Alexander materia usque adeo physico ad definiendum accommodatur, ut is animas etiam rationis expertes sensualē uidelicet & uegetalem consideret, definiatque, propterea quod hæ absq; materia non constent, neque a suo subiecto seiungi ualeant, qui si rationis quoque compotes animas considerat, in libro de anima causa est a nobis explicata. Auerroes uero inquit { de aliqua anima } id est de illa, quæ non potest esse absque materia. & intendebat quod naturalis debeat considerare in utroq; id est de forma, quæ est in materia, & de materia propter considerationem de composito, sed consideratio eius de formis naturalibus est prima intentione, & de materia, ppter formam. Expositor autem per materiam intelligit materiam sensibilem, id est affectam primis qualitatibus, quæ sensibilis est sensu tactus, nam in definitione carnis, & ossis, & cæterorum id genus, oportet ponere calidum & frigidum aliquo modo contemperatum, & similiter in alijs. Que Auer. Comen.11.

**Naturalem igitur facultatem contemplatricem esse, ex his perspicuum. At ipsam mathematicam contemplatiuam scientiam esse cōstat. sed si est immobilium, separabiliumue, nunc obscurum esse uidetur. sed quod sint aliqua mathematica, quæ quidem, ut immobilia, atque ut separabilia mathematica scientia contemplatur, patet.**

Postquam physicam ab actiua, & ab effectiua scientia seiunxit, cum ipsam contemplatricem esse doceret, nunc eandem a doctrina mathematica discernit, hoc pacto argumentando, Mathematica quæ intellectualis est de immobilibus ac separabilibus differit: physica quæ & ipsa est intellectualis, neque de immobilibus differit neque separabilibus: igitur physica non est mathematica. talis est syllogismus. propositionum uero, quæ ait, physica non differit de immobilibus neque separabilibus, sed de mobilibus, & ijs quæ secerni nequeunt, multis in locis est ab ipso probata: sed loco minoris dicit { naturalem igitur facultatem contemplatricem esse } subaudi rerum naturalium cum materia sensibili conceptarum { ex his } quæ diximus { perspicuum est } quæ fuit minor. deinde affert maiorē, & dicit { at ipsam mathematicam contemplatricem scientiam esse constat, sed si est immobilium, separabiliumue, nunc obscurum esse uidetur } quasi dicat, nos quidem mathematicam disciplinam in rebus immobilibus separabilibusue uersari, hoc in loco sumimus pro constanti. sed utrum uere in his uersetur, non satis liquet. sed quid in aperto sit, subdit { sed quod sint aliqua mathematica, quæ quidem, ut immobilia, atq; ut separabilia mathematica scientia contemplatur, patet } dixit autem quædam, ne dicamus omnia mathemata, nam de quibusdam patet, de omnibus quæstio nōdum liquet. non enim de uisilibus, de quibus prospectiua agit, nec de numeris sonoris, de quibus agit musica, iam liquet sint ne separabilia an secus. ex quibus patet maior, quod mathematica, quæ intellectualis est, de immobilibus contemplatur, atq; separabilibus contempletur. ad hunc igitur modum physicam a cæteris doctrinis diſiunxit.

**Quod si quippiam sit in ratione rerum immobile, & sempiternum, & separabile, patet eius cognitionem ad contemplatricem scientiam spectare. non tamen ad naturalem. quippe cum naturalis facultas circa mobilia quædā uersetur. non ad mathematicam, sed ad eam, quæ his utrisque est prior. naturalis enim circa inseparabilia quidem, sed non immobilia uersatur. mathematicæ uero nonnullæ circa immobilia quidem, non autem separabilia fortasse, sed ut in materia sunt, uersantur. At prima & circa separabilia, & immobilia contemplatur.**

Nunc uero primam philosophiam a physica, & mathematica distinguit, & dicit { q; si quippiam sit in ratione rerum } siue in rerum natura { immobile, & sempiternum, & sepa-

rabile } quale est genus substantiarum separatarum { Patet eius cognitionem ad contemplatricem scientiam spectare } quo in loco, ut Alexander aduertit, aliquid sempiternum esse, atq; immobile significauit, sed dixit, si est, quoniam hoc nondum est demonstratum, deinde ad quam contemplatricem spectet, exponit, & dicit { non tamen ad naturalem, quippe cum naturalis facultas, circa mobilia quedam uersetur } non enim conuenit eã facultatẽ, quæ mobilia & insæparabilia considerat, separabilia, & immobilia contemplari { non ad mathematicam } quoniã, ut Alexander suppler. licet hæc de immobilibus differat, non tamen de separabilibus, ut ipse docebit, sed quæ in subiecto sunt, atq; materia { sed ad eam, quæ his utrisq; est prior } hoc est sed ad primam philosophiam. & tu intelligas hæc immobilia, & separabilia pertinere ad primam philosophiã, sed non tantũ hæc, sed omnia entia quo entia sunt, & replicat rationes, & dicit { naturalis enim circa inseparabilia quidem, sed non immobilia uersatur } ergo nõ potest de immobilibus, & separabilibus agere naturalis { mathematicæ uero nonnullæ circa immobilia quidem, non autem separabilia fortasse, sed, ut in materia sunt uersantur } dixit autem, ex mathematicis { nonnullæ } propter prospectiuam, musicam, & astronomiã. prospectiuus enim non disputat de lineis separabilibus, sed quæ in materia sunt. quæ ratio eadem est in musico, & similibus. uerbum autẽ { fortasse } adiectum iccirco est, quia demonstrandũ est nullum mathematicum esse separatum. Plato enim tenet oppositum.

**omnes πάντα uniuersales.**

## Omnes autem causas sempiternas esse, necesse est. maxime autem istas, sunt enim hæ causæ diuinorum his, quæ sunt manifesta.

Cum dixisset, si quid sempiternum sit, ac immobile, & separatum, huius cognitionem ad cõtemplatricem doctrinam pertinere, quod qualecunque sit, causa erit cæterorum omnium, nunc qualis sit omnis causa, qualeq; omne principium suggerit, & quale sit illud sempiternum, & dicit { omnes autem causas sempiternas esse necesse est } sensus est, esse necesse, ut omnis causa, & omne principium sit sempiternum, cuius rationem explicat Alexander ex eo, quia si causa omnis generetur, profecto ex alio generabitur, idque in infinitum progredietur. Argyropylus uerbum πάντα transtulit { uniuersales causas sempiternas esse, necesse est } cui non consonat uerbum, quod subdit { maxime autem istas } propterea Alexander omnes legit, quoniam omnem causam esse sempiternam ostendit, propterea subdit { maxime autem istas } id est maxime autem has separatas, & immotas, causas sempiternas esse necesse est, cuius rationem affert, & dicit { sunt enim hæ causæ diuinorum his, quæ sunt manifesta } quod Alexander ipse suboscure ob sermonis breuitatem esse traditum asserit, sensum autem, nisi decipiatur, esse huiusmodi ait, ut hæc immota, atque separata causæ sint diuinorum id est sphærarum, diuinorumque corporum, quæ quidem sphæræ { his, quæ sunt manifesta } id est mortalibus rebus causæ sunt, ut oriantur, & occidant. si quidem horum ortus & interitus opera sunt cœlestium motuum. quod si circumlatũ corpus sempiternum est, nimirum causa corporis circũlati multo etiam magis erit sempiterna, & hanc expositionem Auerroes olfecit. aliter legit { sunt enim hæ causæ } pro hæc causa, quasi dicat cum sint in sensibilibus diuina omne, scilicet corpus circũlatum causa prima causa fuerit horum sensibilium, atq; diuinorum, ut sit sensus, quanquam prima, & immota causa utrum quorundam intelligibilium, diuinorumq; causa sit, non satis exploratum habemus, sensibilium tamen, ac diuinorum, circũlatorumq; corporum causam esse cõstat. cæterum in quibusdam exemplaribus, ut ipse Alexander inquit, ita scriptum est { & hæc sunt causæ sensibilium manifestis } quæ scriptura, si recte se habeat, ut inquit, sensus erit, hæc immota & separata causæ sunt manifestis. si causis sensibilium, id est hæc immota, & separata causæ sunt corporibus cœlestibus, quæ sunt manifestæ causæ sensibilium. & dixit ita, quia corpora cœlestia causæ sunt, quę sensu percipiuntur. secus materia & forma, quæ causæ sunt, non tamẽ sensu manifestæ. corpora uero cœlestia ortus & interitus esse causas argumento sensuum patet, sol enim dum ad aquilonem accedit, generationis est causa. cum ad austrum sese refert, interitus. miror Alexandrum uirum alioqui doctissimum tantum laborasse circa hæc uerba, cum greca sint hęc, ταῦτα γὰρ αἴτια τοῖς φανεροῖς τῶν θείων. quæ si interpretentur sic, hæc enim immota & separata de numero diuinorũ causæ sunt his, quæ sunt manifesta, id est causæ sunt mortalibus, quæ sensu constant, nullam uideo obscuritatem. nam ea immota de numero diuinorum sunt, & sunt causæ rebus sensibilibus, ut generentur, & corrumpantur.

## Quare contẽplatrices philosophiæ tres erunt mathematica, naturalis, theologia.

Nunc concludit ex dictis numerum scientiarum contemplatricium, hoc pacto { quare } subaudi si entia, ut dictum est, trifariam diuiduntur, & partim inseparabilia sunt, & mouentur, quædam inseparabilia, & immota, alia separata, & prorsus immota { contemplatrices philosophiæ tres erunt, mathematica } quæ ea tractet, quæ inseparabilia sunt, & immota, naturalis, quæ in ijs uersetur, quæ inseparabilia sunt, & mouentur, theologia, quæ separata, & omnino immobilia consideret. & tu intelligas, ut dictum est, theologiam considerare separata, & omnino immota, non tamen hęc tantum, sed etiam sensibilia, & mathematica, quo entia sunt, primi enim philosophi est considerare omnia entia, sub rõne entis. Auerroes uero inquit, manifestũ est igitur ex hoc sermone, quod modi id est species philosophiæ speculatiuæ sunt tres, uidelicet scientia rerum mathematicarum, & scientia rerum naturalium, & scientia substantiarum diuinarum, in quarum definitione accipitur deus, cuius rationem Auerroes subdit, & intendebat quod quemadmodum naturalia sunt ista, in quorum definitione accipitur natura, ita diuina sunt illa, in quorum definitione accipitur deus, & uoluntaria illa, in quorum definitione accipitur uoluntas. & tu intelligas per diuina, in quorum definitione accipitur deus, omnes substantias separatas deo ipso excepto, hęc enim Aristoteles describit accepto deo. sicut per naturalia intelliguntur omnia mobilia præter ipsam naturam. non enim natura definitur per naturam, sic nec deus definitur per deum. sed quemadmodum naturalia definiuntur per naturam, sic intelligentiæ secundę definiuntur per deum duodecimo huius. sunt enim intelligentię secundæ substantiæ separatę, quæ mouent orbes motu perpetuo gratia dei. hoc est ut compleaceant deo, & ut ei assimilentur. de quo suo loco.

**Que Auer. Comen.**

## Non enim obscurum est, si uspiam ipsum diuinum est in tali natura esse.

Assignat rationes, quod de ipso diuino sit theologia, & primam cum dicit { non enim obscurum est, si uspiam } id est si in aliqua natura rerum, ex ijs, quæ assignatæ sunt { ipsum diuinum est, in tali natura esse } quæ uidelicet est separata, & omnino immota, ut Alexander exposuit, tunc suppleas rationem, sed cum de ente separato & omnino immoto sit theologia. igitur de diuino ente agit theologia: ut sit omnis syllogismus, De natura separata & omnino imota est theologia, ut uisum est: ipsum diuinum est natura separata, & immota: igitur de ipso diuino est theologia.

## Insuper præstabilissimam facultatem, maximeque honorabilem circa id, quod est præstabilissimum, maximeque honorabile genus uersari oportet. contemplatrices igitur scientiæ cæteris facultatibus sunt expetibiliores. hæc autem expetibilior contemplatricibus est.

Secundo



Secundo idem demonstrat, & dictio ad syllogismos sic resoluitur, ut sit primus, circa genus præstabilissimum, maximeque honorabile uersatur præstabilissima scientia, maximeque honorabilis. ipsum diuinum est genus præstabilissimum, maximeque honorabile. igitur circa ipsum diuinũ uersatur scientia præstabilissima, maximeque honorabilis. de ratione affert maiorem, & dicit { insuper præstabilissimam facultatem maximeque honorabilem circa id, quod est præstabilissimum maximeque honorabile genus uersari oportet } hæc est maior. minorem uero, & conclusionem tacuit ut nos eas suppleamus. secundus uero syllogismus circa ipsum diuinum uersatur scientia præstabilissima, maximeque honorabilis. theologia est scientia præstabilissima, maximeque honorabilis. igitur in secunda figura, sed maiore conuersa in terminis, theologia uersatur circa ipsum diuinum. huius secundi syllogismi cum supposuisset maiorẽ, nihil ponit, sed demonstrat minorem, hoc pacto, facultas expetibilior omnibus contemplatricibus, quæ sunt cæteris expetibiliores, est præstabilissima, maximeq; honorabilis. theologia est expetibilior omnibus contemplatricibus, quæ sunt cæteris expetibiliores, ut nunc supponit pro explorato. igitur theologia est præstabilissima maximeque honorabilis. de hac ratione tangit uim minoris, & dicit { contemplatrices igitur scientiæ cæteris facultatibus sunt expetibiliores, hęc autem } scilicet theologia { ex petibilior contemplatricibus est } hæc pro minore. unde ijs, qui non possunt plura conspicere, ratio breuis est, ipsum ens diuinum est honorabilissimum, igitur theologia, quæ est omnium scientiarum honorabilissima, est de ipso ente diuino.

**TEX. 3.**

## Dubitauerit autem quispiam sit ne prima philosophia uniuersalis, an circa genus, & naturam unam. neque enim in ipsis mathematicis scientijs idem modus est, sed geometria quidem, atq; astrologia circa propriam quandam naturã uersantur. illa uero uniuersalis omnium communis.

Cum docuisset hanc scientiam, quam theologiam appellauit, esse nobilissimam, nunc adiungit dubitationem, utrum hæc scientia sit uniuersalis, an certi generis, & dicit { dubitauerit autem quispiam sit ne prima philosophia uniuersalis } prorsus, ut omnes complectatur, eique cæteræ, ut particulares uniuersalibus subijciantur { an circa genus, & naturam unam } sed quemadmodum medicina, uel astronomia, & doctrinæ cæteræ in una entis parte uersantur, & unam quandam uelut ex uniuersitate ascisam, sic item theologia partem quampiam entis considerat. deinde probat hoc per similę in mathematicis, quod metaphysica sit communis, omnesque cõplectens, & dicit { neque enim in ipsis mathematicis scientijs est idem modus } quod scilicet sit particularium scientiarum, & uniuersalis mathematicæ { sed geometria quidem, atque astrologia circa propriam quandam naturam uersantur, illa uero } scilicet communis mathematica, quæ has continet, est { omnium communis } sic quid obstat, ut physica aliquam entis partem consideret, aliam mathematica, theologia uero omnium communis habeatur? uerbum { illa } Expositor ad ipsam theologiam refert, Alexander autem ad ipsam communem mathematicam, nam sic argumentum poterit accipi per similę in mathematicis.

## Si igitur nulla sit alia substantia præter eas, quæ natura constant, naturalis sane facultas prima scientiarum erit. Sin uero substantia quædam immobilis sit in ratione rerum, hæc erit profecto prior, philosophiaque prima, & uniuersalis hoc pacto.

Nunc soluit dubitationem, & dicit { si igitur nulla sit alia substantia præter eas, quæ natura constant } id est si ergo non est aliqua substantia præter naturales, & sensibiles { naturalis sane facultas prima scientiarum erit } & uniuersalis { sin uero substantia quædam immobilis sit in ratione rerũ } quæ sit immobilis, & separata, ut nunc supponẽdum est pro uero { hæc } scilicet talis substantia prior erit quam substantia naturalis { philosophiaque } quæ de illa contemplatur, erit { prima & uniuersalis hoc pacto, hoc pacto } dixit, non quia illas complectatur, sed quia aliis omnibus prior habetur. ex quo patet metaphysicã esse uniuersalem, & primam, & certi generis. quod prior cæteris, est quia est de ente priore, quod autem certi generis, est quia est de ente immoto omnino, & separato: quod est determinatum, & stabilitum ens.

**TEX. 4.**

## Et quia est prima, ad hanc profecto pertinebit cõtemplari de ente quatenus est ens, & quid est, & ea q̃ uniuersaliter insunt ipsi, quo est ens.

Ex solutione assignata exponit quo usque se extendat consideratio unius facultatis, & dicit { & quia } metaphysica { est prima, ad hanc profecto pertinebit contemplari de ente, quatenus est ens, & quid est } id est & qd sit entis natura { & ea } propria. s. { quæ uniuersaliter insunt ipsi } scilicet enti { quo est ens } hæc etiam omnia ea ratione qua est prima, considerare conuenit primæ philosophiæ, & usque ad hæc se extendit. ex his apparet recte Alexandrum exposuisse primam philosophiam esse uniuersalem, non quidem ex eo, quia cæteras scientias complectitur, sed uniuersalem dixit pro priore & nobiliore, & pro ea, quæ se extendit ad omnia, modo quo dictum est.

## Verum cum ens, quod simpliciter dicitur, multifariam dicatur, quorum aliud quidem erat per accidẽs, & aliud quasi uerũ, & non ens quasi falsum. præter hæc etiam sunt prædicamenti figuræ, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, & si quid aliud significat hoc pacto. insuper præter hæc omnia id, quod potentia est, & actu, cum itaque ens multifariam dicatur, primo de ente per accidens id dicamus, oportet nullam contemplationem circa ipsum uersari.

Cum exposuisset theologiam cæteris doctrinis esse priorem, & huius peculiare munus esse de ente in eo qđ est ens, deque eius accidentibus considerare, nunc intendit excludere ens per accidens a doctrinali consideratione, & primo repetit partitionem entis, quam præmisit quinto huius, & dictio est suspensiua usque ibi { cum itaque ens } & dicit { uerum cum ens quod simpliciter dicitur } id est, quod dicitur in sua maxima communitate, multifariam dicatur } quæ exponens subdit { quorum aliud quidem erat per accidens } ut Polycletus statuæ causa est, nam per se causa statuæ est statuarius. ex accidenti uero Polycletus. accidit enim statuario, ut sit Polycletus { & aliud } scilicet secundo modo dicitur ens { quasi uerum, & } e diuerso { nõ ens quasi falsum } nam sedente Socrate dicere Socrates, sedet, cum uerum sit, ens appellatur. ens enim hoc est ipsum sedere esse dicimus { præter hæc autem } tertio modo entia etiam sunt prædicamenti figuræ, ut quid } id est substantia { quale, quantum, ubi, quando, & si quid aliud significat hoc pacto } scilicet in figura alicuius prædicamenti { insuper præter hæc omnia } quarto modo dicitur ens { id, quod potentia est, & } id, quod est { actu } ut aquã dicimus actu esse aquam, aerem uero, & ignem aquam esse aimus, propterea quod aqua fieri possint. tunc siniens suspensionem proponit intentum, & dicit { cum itaque ens, multifariam dicatur primo de ente per accidens id dicamus, oportet nullam contemplationem circa ipsum uersari, nullamque scientiam, atque doctrinam. Addit autem Auerroes, & incipiemus de hoc

**Que Auer. Comen. 4.**

ente ad demonſtrandum hanc ſcientiam non conſiderare de illo niſi ne noceat in cognitione entis, quod eſt eſſentialiter, & tale debet præponi, ut præmuniatur homo ab illo. ergo hæc ſcientia loquitur de ente per accidens, ut medicina de uenenis. nam, ut medicina de uenenis loquitur, ne noceant, ita hæc ſcientia loquitur de ente per accidens ne noceat in cognitione entis per ſe. & ex hoc aſſignauit rationem, quare propoſuit de illo, nam propoſuit de illo, ut præmuniatur homo ab illo, antequam hanc ſcientiam ingrediatur.

**Cuius indicium ex eo nobis eſſe uidetur, quia nulli ſcientiæ prorſus curæ eſt, neq; actiuæ, neq; effectrici, neq; contemplatrici de ipſo quicquam conſiderare. neque enim is, qui domum extruit, ea, quæ ſimul accidunt extruendæ domui, conficit. quippe cum infinita ſint. quibuſdam enim gratam, quibuſdam moleſtam, quibuſdam utilem eam nihil prohibet eſſe. atque omnino a rebus omnibus eſſe diuerſam, quorum nullius eſt effectrix ædium extruendarum facultas.**

extruendæ ποιηθεῖσαι extructæ.

Eius, quod dixit, affert ſignum, & dicit { cuius } ſcilicet quod entis per accidens nulla ſit conſideratio { indicium ex eo nobis eſſe uidetur, quia nulli ſcientiæ } id eſt diſciplinæ { prorſus curæ eſt } id eſt, quia nulla diſciplina accurate de ipſo ente per accidens uerba facit { neque actiuæ } ſcilicet curæ eſt { neque effectrici } ſcilicet curæ eſt { neque contemplatrici } ſcilicet curæ eſt { de ipſo } ſcilicet ente per accidens { quicquam conſiderare } deinde manifeſtat hoc in effectrice, & dicit { neq; enim is, qui domum extruit, ea conficit } atque omnino conſiderat { quæ ſimul accidūt extruendæ domui, cuius rationem affert, & dicit { quippe cum infinita ſint } de quibus infinitis nemo ſolicitus eſt. deinde exponit ea infinita, quæ accidunt ædificandæ domui, & dicit { quibuſdam enim gratam nihil prohibet eſſe } ſcilicet ædificandam domum, ut Platoni, cui ſalubris futura eſt { quibuſdam moleſtam } ut Socrati, cui peſtilens futura eſt { quibuſdam utilem } ut Theophraſto, quibuſdam damnoſam ut Calliæ { nihil prohibet eſſe } & ſic de infinitis { atque omnino } domum ædificandam nihil prohibet { diuerſam eſſe a rebus omnibus } ut ab homine, ab equo, & a cunctis entibus ſenſibilibus, & intelligibilibus quæ cum ſint infinita, domum ædificans non conſiderat. nullus enim qui ædificat, conſiderat diuerſa ne domus ſit ab homine, an idem quod homo. & ſimpliciter num diuerſa ſit a cunctis entibus: an eadem quod omnia entia { quorum nullius eſt effectrix ædium extruendarum facultas } cum hæc non cadant in eius conſiderationem. ex quo intelligitur, ſi nihil prędictorum pertinet ad ædificatoris conſiderationem, artem ædificandi non eſſe efficientē, ut domus peſtilens ſit, aut e diuerſo ſalubris, nec aliud quicquam ex ijs, quæ domui ædificandæ accidunt. & ſicut ens per accidens non cadit in conſiderationem effectricis facultatis, pari ratione nec in conſiderationem actiuæ doctrinæ. unde Auerroes, ædificator enim cum facit domum, non conſiderat facere in ea accidentia infinita, quæ ipſi accidere poſſunt. uerbi gratia, ut ſit domus fortunata habitatori, & utilis, hæc enim accidunt ſecundo caſu, nec etiam, ut ſit infortunata, & nocens. hæc enim accidunt aduerſo caſu, & alia ſimilia infinita. quod enim eſt infinitum, non eſt determinatum.

Q uæ Auer. Cómen.4.

**Pari ratione, neque geometriæ profeſſor ea, quæ hoc pacto figuris accidunt. neque ſi alter eſt triangulus, & triangulus duos rectos habens contemplatur.**

Idem inducit in contemplatricibus, argumento ſumpto ab ipſo geometra, & dicit { pari ratione neque geometriæ profeſſor, quæ hoc pacto } ſcilicet per accidens { figuris accidunt, contemplatur } neque ligneæ ſint, an marmoreæ figuræ conſiderat { neque ſi alter eſt triangulus & triangulus duos rectos habens } contemplatur, ſed ut Alexāder inquit, hæc dictio manca eſt, & ſupplenda additione uerbi ligneus, aut alterius ſimilis, quemadmodum ſuppleuit Argyropylus. ut expleta, perfectaque ad hunc modum ſe habeat. neque conſiderat triangulus ligneus alter ſit quam ipſe triangulus, eiuſque natura, quod ſcilicet habet tres angulos duobus rectis æquales. ſed illud tantum inquirit an cuiuſque trianguli tres anguli ſint duobus rectis æquales. & alia cuncta, quæ per ſe figuris accidunt, utrum uero trianguli lignei, an lapidei, geometriæ nihil intereſt.

**Atque id ipſum recte fieri, & cum ratione uidetur accidens enim ipſum quaſi nomine tantum eſt.**

Cum oſtendiſſet non eſſe de ente per accidens doctrinam per inductionem, nunc idem oſtendit ſyllogiſmo, qui componitur ſic, De eo, quod eſt ens quaſi nomine tantum, nulla eſt doctrina: ens per accidens eſt ens quaſi nomine tantum: igitur de ente per accidens nulla eſt doctrina. huius ſyllogiſmi primo repetit concluſionem, & dicit { atque id ipſum } ſcilicet de ente per accidens nullam eſſe doctrinam { recte fieri, & cum ratione uidetur } hæc pro conclnſione, deinde aſſignat minorem, & dicit { accidens enim ipſum quaſi nomine tantum eſt } id eſt quaſi nomine tantum prædicatur de eo, cuius eſt per accidens. & licet in dictione ſequente oſtendetur minor, tamen Alexander hic exponit minorem ex eo, quia ut hircoceruus nomen ſolum eſt, & non res, neque natura aliqua, neque omnino ens, ſic ens per accidens nomē tantum eſt. quoniam domum peſtilentem, aut ſalubrem dicere nomen modo eſt, res autem nequaquam. ſi enim eſſet aliquid ſubſiſtens, nimirum quemadmodum ignis obuia cuncta comburit, ſic domus omnibus in ipſam ingredientibus morbifica eſſet, aut uiciſſim ſalubris, quod nunc aliter uſu uenit. nam quæ his peſtilens, eadem illis eſt ſalubris, quo planum ſit nomen id eſſe, non rem, quæ declaratio non eſt certa, nec in aperto. melius igitur intelligatur accidens ipſum quaſi nomine tantum eſſe. i. id quod prædicatur per accidēs, de eo de quo prædicatur per accidens, noīe tantum prædicari. ſtudioſum enim prædicatur de philoſopho non tm̄ nomine, ſed re. nā philoſophus re eſt ſtudioſus, ſtudioſum uero de muſico, quod philoſopho accidit, prædicatur nomine tantum. quoniam muſicum non eſt re ſtudioſum, ſed nomine, quatenus accidit philoſopho, cui re ipſa competit eſſe ſtudioſum. erit igitur ſyllogiſmus: De eo quod prædicatur de ente quaſi nomine tantum, nulla eſt ſcientia: ens per accidens prædicatur de ente quaſi nomine tantum: igitur de ente per accidens nulla eſt ſcientia prorſus. maiorem pro explorata ſumpſit, minorem, licet ſit nunc expoſita, tamen in dictione ſequente oſtendet dilucidius.

**Iccirco Plato aliqua ex parte non male ipſum non ens ſophiſticæ facultati tribuit, quippe cum rationes ſophiſtarum circa ipſum accidens, ut ita dixerim, maxime omnium uerſari uidentur. interrogant enim eſt ne idem, an non eſt idem muſicum, atque grammaticum.**

Nunc oſtendit minorem, uidelicet quod accidens ſit ens quaſi nomine tantum, re autem non ens, & primo authoritate Platonis, & dicit { iccirco Plato aliqua ex parte non male ipſum non ens ſophiſticæ facultati tribuit } cum enim accidens nomen tantum ſit, non autem ens aliquod, ſophiſtica uero in accidente uerſatur { iccirco Plato aliqua ex parte ipſum non ens ſophiſticæ facultati tribuit } id eſt iccirco Plato in non ente ipſam uerſari ſtatuit, cuius rationem ſubdit { quippe cum rationes ſophiſtarum circa ipſum accidens, ut

ita dixerim,



Ita dixerim, maxime omnium } .ſ. rationum ſophiſticarum { uerſari uidentur } quod autem ſophiſticæ rationes omnes in accidenti uerſentur, exemplis oſtendit, & dicit { interrogant enim } .ſ. ſophiſtę, cum uoluerint paralogizare { eſt ne idem, an non idem eſt, muſicum atque grammaticum } hoc enim eſt ſophiſma. i. interrogatio ſophiſtica, quæ ideo ſophiſma dicitur, quia pro utraq; parte habet ſyllogiſmos ſophiſticos. ſicut enim problema eſt interrogatio dialectica, quę pro utraque ſui parte habet ſyllogiſmos dialecticos, ſic ſophiſma eſt interrogatio ſophiſtica, quæ pro utraque ſui parte habet paralogiſmos. i. ſophiſticos ſyllogiſmos. ſyllogiſmos autem ſophiſticos tacuit, quoniam ꝓ exploratis ſupponit ex primo, & ſecundo libro Elenchorum. Sed quod muſicum ſit idem, quod grammaticum, ſic paralogizamus, Socrates eſt idem, quod muſicum. igitur muſicum eſt idem, quod grammaticum. Quod autem muſicum non ſit idem, quod grammaticum, paralogizamus ſic, Socrates non eſt idem, quod grammaticum. quoniam nulla ſubſtātia eſt idem, quod accidens, Socrates eſt idem, quod muſicum. igitur muſicum non eſt idem, quod grammaticum. & ſic muſicum erit idem, & non idem, quod grammaticum his captionibus pro utraq; parte compoſitis. diluitur autem ſophiſma, quoniam pro utraque parte aliquo pacto concedi poteſt. muſicum enim ſubiecto atq; per accidens eſt idem, quod grammaticum. per ſe autē, ac ratione diuerſum, atque non idem eſt. Quare hoc primo exemplo patet per locum ab accidente eſſe pro utraque parte paralogizatum.

**Et item muſicus Coriſcus, atq; Coriſcus.**

Secundo interrogant { Et item muſicus Coriſcus, atque Coriſcus } hoc eſt ſecundum ſophiſma, utrum idem ſit muſicus Coriſcus, quod Coriſcus, quod ſic paralogizamus, Coriſcus eſt Coriſcus, Coriſcus eſt muſicus Coriſcus. igitur muſicus Coriſcus eſt Coriſcus. ad oppoſitum uero ſic, ſemper Coriſcus eſt Coriſcus. nō ſemper Coriſcus eſt muſicus Coriſcus. igitur muſicus Coriſcus non eſt Coriſcus, & ſic his captionibus muſicus Coriſcus erit idem, quod Coriſcus, & non idem. diluitur etiam, ut prius, nam muſicus Coriſcus & Coriſcus ſubiecto ſunt idem, ratione autē, & ſubſtantia non idem. quare etiam hoc ſecundo exemplo per locum ab accidente patet eſſe paralogizatum.

**Percunctantur præterea, ſi id omne factū eſt, quod eſt quidem, ſed non perpetuo eſt. quare ſi muſicus grammaticus factus eſt, grammaticus muſicus factus eſt. & cæteræ rationes omnes tales ſunt. accidens. n. non enti propinquum quippiam eſſe uidetur.**

Tertium ſophiſma, utrum id omne ſit factum, quod quidem eſt, ſed non perpetuum. & hoc dicit { Percunctantur præterea, ſi id omne factum eſt, quod eſt quidem, ſed nō perpetuo eſt } & argumentamur, hoc totum muſicum grāmaticum eſt, & non perpetuo. igitur hoc totum uidelicet muſicum grammaticum eſt factum. ad oppoſitum, ſi hoc totum muſicum grammaticum eſt factum, e conuerſo totum hoc uidelicet grammaticum muſicum eſt factum: ſi totum hoc ſic, & illo modo eſt factum, una generatione totum hoc erit factum, hoc autem eſt abſurdū. nam alia generatione ſit muſicum, & alia grammaticum. de ſophiſmate ſolum improbat partem ad oppoſitum, & dicit { quare ſi muſicus grammaticus factus eſt } . i. quare ſi hoc totum muſicum grāmaticum factum eſt, e diuerſo { grammaticus muſicus factus eſt } . i. e diuerſo totum hoc grammaticum muſicum factum eſt, & ſubaudias ſi totum hoc ſic, & illo modo factum eſt, una generatione totum hoc erit factum: quod abſurdum eſſe ſupponit, nam alia generatione ſit muſicum: utputa ſi hodie fieret, & alia grāmaticum, ſi hinc ad annum fieret, & amplificans ſermonē ſubdit { & cæteræ rationes omnes } quibus utuntur ſophiſtæ { tales ſunt } . ſ. per locum ab accidente: & per locum a non ente, cuius rationem ſubdit { accidens enim nō enti propinquum quippiam eſſe uidetur.

**Patet inſuper id ipſum, & per tales rationes. nam alio modo entium generatio eſt, atque corruptio. entium uero, quæ ſunt ſecundum accidens, non eſt.**

Cum accepiſſet ens per accidens eſſe propinquū non enti, hoc ſyllogizat ſic, entis, quod eſt alio modo, quam ens per accidens. i. entis, quod eſt in rerū natura, eſt generatio & corruptio, entium per accidens neque eſt generatio, neque corruptio. igitur entia per accidens non ſunt in rerum natura, dicit { Patet inſuper id ipſum } . ſ. quod ens per accidens non ſit ens in rerum natura, & per tales rationes, deinde aſſignat maiorem, & dicit { nam alio modo entium } . ſ. quam ſint entia per accidens. i. nā entium, quæ ſunt in rerum natura { generatio eſt, atque corruptio } hæc eſt maior, deinde affert minorem, & dicit { entium uero, quæ ſunt ſecundum accidens, non eſt } . ſ. generatio neque corruptio. igitur entia per accidens non ſunt in rerum natura: & ita entia per accidens ſunt propinqua non enti. & per alio modo entia intelligit entia in rerum natura, quæ ſunt aliter quam entia per accidens. uel intelligit entia, quæ ꝓprie entia ſunt, hęc enim alio modo ſunt, quam entia per accidens. quomodo autem entium per accidens non ſit ortus, neque interitus, ipſe paulo poſt teſtabitur. Auerroes autem, per entia alio modo, intelligit res, q̄ habent aliquam ſpeciem, cuius indiuidua ſunt generabilia & corruptibilia, modo ea, quæ per accidens ſunt, nullam talem habent ſpeciem, cuius indiuidua ſint generabilia, & corruptibilia, & addit intendebat quod nulla ſpecies inuenitur per accidens, quod licet uerū ſit, ut ipſe inquit ſeptimo huius, & octauo auſcultationis phyſicæ, tamen hic Auerroes uult dicere nullam ſpeciem inueniri inter entia per accidens, cuius indiuidua ſint generabilia, atque corruptibilia: quoniam ſic intelligendo ſunt ad propoſitum.

Q uæ Auer. Cómen.4.

Cómen.22.
Cómen.46.

TEX. 5.

**Attamen ulterius de accidente dicendum eſt, quo ad dici poteſt, quæ nam ſit ipſius natura, & quam ob cauſam eſt, ſimul & cur nulla eſt ipſius ſcientia fortaſſe patebit.**

Cum dixiſſet de accidente quod ſic prope non ens, nunc uolens aſſignare cauſam, cur idem cum ex numero non entium ſit, entibus annumeretur, tria pręponit de eo dicere, & ait { Attamen ulterius de accidente dicendum eſt quo ad dici poteſt } . i. quo uſque licet { quæ nam ſit ipſius natura, & quam ob cauſam eſt, ſimul & } tertio { patebit fortaſſe, cur nulla eſt ipſius ſcientia } licet igitur accidens ex numero ſit quodam modo non entium: quatenus enim cum generatur, eſt, hactenus nuncupatur ens, quia uero ex ijs eſt, ut docebit, quæ minore ex parte, raroq; ſiunt, eſt nō ens, & ob hanc cauſam ſcientia de ipſo non habetur. quoniam doctrinas eſſe cōſtat eorum, quæ ſemper ſunt, aut certe magna ex parte. Animaduerte quod utrum de ente per accidens ſic ſcientia, de ente per accidens, ut hic loquitur Ariſtoteles, multa prædicata ſcientifice demonſtrantur, ut quod non ſit ſcibile, quod ſit accidens raro nec ſemper, nec plerunque, etiam quod caſus & fortuna ſint cauſæ per accidens, quæ præter intentionem effectus cauſales efficiunt, & alia plurima prędicata, quę in hoc ſexto de eo determinantur, potiſſimū definitionem, per quā differt ab ente per ſe. inſuper de numero ſonoro eſt ſcientia muſica, de linea uero uiſili eſt ſcientia perſpectiua, & tamen numerus ſonorus, & linea uiſilis uidentur entia per accidens. Propterea illud conſiderandum ſcientiam, quæ de aliquo habetur, eſſe de eo aut tanquam de concluſione demonſtrationis, aut tanquam de re, quę ſignificatur per aliquem terminum concluſionis demonſtratæ, aut demonſtrabilis. Prima ratione nec de terminis incomplexis, nec de rebus, quę ſigni-

ficantur per terminos incōplexos scientia haberi potest, quæ sit ex conclusione demonstrationis. Immo hac prima ratione scientia non est, nisi de propositionibus, & non de omnibus, sed de ueris, & necessarijs, & per se, uel saltem de propositionibus, quæ sunt ueræ plerunq;, ut in analyticis est exploratum. Secunda uero ratione scientia est de omnibus rebus mundi, quoniam omnes res mundi possunt significari p terminos incomplexos. immo & de preteritis, & de futuris, quę non sunt, scientia haberi potest, ut per terminos incomplexos significantur. nam, ut sic possunt prædicata scibilia de illis uere affirmari, aut negari, & non solum uere, sed necessario, & per se. ut enim significantur per istos terminos ens, unū, multa, idem, diuersum, per se, per accidens, necessarium contingens, causam, causatum, & per alios multos huiusmodi, scientia haberi potest. quoniam de terminis, qui res huiusmodi significant, multę cōclusiones struuntur, quæ sunt per propria media demonstrabiles. quare concludamus hac secunda ratione de entibus per accidens scientiam esse, nec ab ratione, quia entia per accidens uniuersa significantur per istum terminum ens per accidens, de quo in hoc libro sexto conficiuntur conclusiones demonstrabiles per propria media, qua ratione de omnibus entibus per accidens quouis modo intellectis est scientia, ut etiam de casu, atque fortuna, & de casualibus, atq; fortuitis, de contingentibus & raro, & plerunq;, & æqualibus, nam hæc omnia significantur per proprios terminos, de quibus prædicata scibilia plurima per demonstrationem sciri possunt, ut demonstrauimus. Cum uero de linea uisili, numeroq; sonoro obijceretur, diluitur obiectio, quoniam uisile ratio quædam est contrahens lineam, ut euadat perspectiuæ subiectum: & sic licet linea uisilis absolute sit ens per accidens, tamē linea ut contrahitur ad rationem sub qua perspectiuus eam considerat, non est ens per accidens, cum ratio considerandi sit uisilitas, quæ non est ens per accidens. simili modo de numero sonoro dicendum est. quoniam licet numerus sonorus sit ens per accidens, tamē numerus sub ratione sonori non est ens per accidens, sed contrahitur ad considerationem musicę.

De hac re plura 2 c 5 principio

**Cum igitur in entibus, alia semper eodem modo sese habeant, necessariove, non quidem ea necessitate, quæ per uiolentiam dicitur, sed ea, qua rem aliter sese habere non posse dicimus, alia necessario quidem non sint, neque semper, sed sint plerunque, hoc est principium sane, & hæc est causa, ut sit accidens ipsum.**

Nunc determinat ea tria, quæ proposuit, & primo assignat causam entis per accidens, & asserit contingens, ut in pluribus causam esse entis per accidens, sumendo, ut dixit, ens per accidens pro contingenti raro, & dicit { Cum igitur in entibus, alia semper eodem modo sese habeant, necessariove } ut homo semper, ac ex necessitate est animal, sed quoniam necessarium, ut in superiore libro explicatum est, id etiam dicitur, quod ui allata sit, iccirco adiecit { non quidem ea necessitate, quæ per uiolentiam dicitur, sed ea, qua rem aliter sese habere non posse dicimus } siquidem homo semper, & necessario est animal, nō quod animal esse per uim cogatur, sed quia nō potest non esse animal. deinde assignat aliud mēbrum, & dicit { alia necessario quidem non sint, neque semper, sed sint plerunq; } neq; enim necessario, neq; semper homo quinos habet digitos, sed magna ex parte. tunc terminando suspensionem assignat causam entis per accidens, & dicit { hoc } .s. contingens, quod est plerunq; { est principium sane, & hæc est causa, ut sit accidens ipsum } ergo contingens plerunq; est causa, ut sit ipsum accidens. quod Alexander ex eo declarat, quia interiectio, qua id, quod magna ex parte fit, interpollatur, accidens dicitur. nam cum ęstus semper sub cane infestare soleant, si quando id temporis hyemauerit, ea cōtinui æstus interruptio accidens appellatur, & frigus sub cane, ut fieret, accidisse dicemus, nō item si tepor, & æstus. semper enim aut magna ex parte sub cane fit æstus. per quæ habemus primo tantū in contingentibus esse ens per accidens, & non in omnibus. non enim potest esse contingentibus ad utrunlibet, primo quia contingens ad utrunlibet habet dispositionē materiæ, quæ est in potentia ad duo opposita. modo cum nihil agat, quatenus est in potentia ad opposita, fit, ut in contingentibus ad utrunlibet, quę sunt ad utrunlibet propter materiam, non sit ens per accidens. minime in contingētibus, quæ sunt ad utrunlibet, propter uoluntatem, quoniam uoluntas, ut agat, inclinatur magis ad unam partem ab ipso appetibili, qua ratione redditur causa ut in pluribus. Quare fit, ut in contingenti plerunq; sit ens per accidens, quoniam defectus contingentis ut in pluribus est contingens in paucioribus, & hoc est per accidens. sed cum Aristoteles dixit contingens, ut in pluribus esse principium, & causam entis p accidens, potest dupliciter intelligi, uno modo ut quod est causa contingentis plerunque illud idem causa sit entis per accidens. Verbi causa, natura, quæ causa est, ut in pluribus, ut homo generetur cū quinq; digitis, hæc autem raro sit causa, ut generetur cum quatuor, quod ens per accidens, & casuale, raroq; eueniens dicitur. & hoc pacto Expositor uidetur intelligere, quo in modo etiam est dicendū omne ens per accidens habere causam determinatam, quoniam una met causa, quæ est principium effectus contingentis, ut in pluribus, illamet ut Expositor inquit, est causa effectus, qui raro, atque in paucioribus contingit. cum enim effectus, qui raro, atque in paucioribus contingit, per defectum, qui raro interpollatur, emergat, fit, ut ea causa, quę est effectus, ut in pluribus, eadem per defectum, qui interponitur raro, causa sic entis per accidens. Alio modo intelligi potest contingens plerunq; esse causam entis per accidens, qui est effectus, ut in paucioribus, argumētatiue, quoniam sequitur argumentatiue, si est contingens, ut in pluribus, ut aliquando deficiat. non enim contingens plerunq; est necessarium. si autem deficit aliquando, sequitur, ut deficiat in paucioribus, & sic per eius defectum prouenit eius oppositum, quod est contingens in paucioribus. quare contingens plerunq; uidetur principium & causa entis per accidens, quod est contingens in paucioribus, non proprie, cum nullum oppositum sit proprie causa sui oppositi, sed argumētatiue, atq; per uiam consequentiæ: quam expositionem uisus est Alexāder sentire. Vnde Auerroes, cum rerum quędā sint necessarię inesse, quędam in maiore parte temporis, tunc istud genus. s. contingentis in maiore parte, est causa eius, qd' est per accidens, & exponens quod sit causa argumentatiue, subdit, quando enim in eis, quæ sunt in maiore parte, non id fit, quod aptum est fieri maiore ex parte, fiet id, quod est per accidens, cuius signum affert ex eo, quia si omnia essent necessaria, nihil esset per accidens. Sed huius disputationis dilucidario petenda est a Cōmentarijs nostris libri Secundi auscultationis physicæ.

Q ue Auer. Comen. 5.

**Quod enim neq; semper est, neq; plerunq;, id accidens dicimus esse, ueluti si cum sol est in cane, hyems fuerit, atque frigus, id dicimus accidisse, sed non si calor fuerit, atq; æstus: quoniam hoc semper, aut plerūq;, illud uero neq; semper, neque plerunque fieri solet.**

Nunc exponit, quæ nam sit eius, quod per accidēs dicitur, natura: & simul assignat causam, quare cōtingens plerunq; est causa entis per accidens argumentatiua, & dicit { Quod enim neq; semper est, neq; plerunq;, id accidens dicimus esse } tacuit addere neq; æqualiter contingens, quoniam cum æqualiter contingens sit ratione materiæ, uel ratione uoluntatis, illud non reducitur ad actū, nisi ab agente, quod ipsum efficit cōtingens, ut in pluribus, uel ab appetibili, quod etiam

uertis



uertit cōtingens æquale ad contingens plerunq;. uel lege supplendo ad hunc modum { quod enim neq; semper est, neq; plerunq; } nec subaudi æqualiter { id accidēs dicimus esse } per quæ patet, quæ nam sit natura accidentis, & cum hoc patet contingens plerunq; esse principium argumentatiuū eius, quod est contingens in paucioribus, quod est accidens. quoniam quod nec semper est, nec plerunque defectus est eius, quod est plerūq;. & sic per hoc, quod est contingens plerūq;, argumentamur esse contingens raro, cum sit defectus cōtingentis plerunq; eueniens in paucioribus, & hoc accidens dicimus. deinde declarat talem esse naturam accidentis per plura exempla, quorum primū est quatenus plura per accidens cōcurrunt ratione habita ad tempus, ut Expositor inquit, unde Aristoteles dicit { ueluti si cum sol est in cane, hyems } .i. pluuia { fuerit, atque frigus, id dicimus accidisse } quoniam neq; semper, neq; plerunq; est { sed non } dicimus accidisse { si calor fuerit, atq; æstus } & assignat rationem utriusq;, & dicit { quoniam hoc semper, aut plerunq; } .s. calor, & æstus { illud uero } .s. hyems, & frigus { neq; semper, neque plerunque fieri solet. }

**Hominem etiam accidit esse album. neq;.n. semper, neq; plerunq; homo est albus, at nō per accidens homo animal est.**

Nunc assignat secundū exemplum eius accidentis, in quo concurrunt plura ratione habita ad subiectum accidentis, & dicit { Hominem etiam accidit esse album, neque enim semper, neque plerunque homo est albus. at non per accidens homo animal est } siquidem semper, & necessario homo est animal.

**Aedificatorem quoque facere sanitatem per accidens est, quoniam non est aptus ædificator id ipsum efficere, sed medicus. uerū accidit ædificatorem medicum esse.**

Nunc assignat tertium exemplum eius accidentis, in quo concurrunt plura ratione habita ad causam effectricē, ut ædificator & medicus, & dicit { Aedificatorem quoq; facere sanitatem per accidens est } primo quoniam ædificator neq; semper, neq; magna ex parte ualetudinem affert, secundo, ut Aristoteles inquit { quoniam non est aptus ædificator id ipsum efficere } .i. ualetudinem afferre { sed medicus, uerum accidit ædificatorem medicum esse } ergo istud exemplum est eius accidentis, in quo plura concurrunt per comparationem ad unum genus causę efficientis.

ὀψοποιὸς coquus.

**Epularum etiam effector uoluptatem coniectans salubre quippiam faciet, sed nō epularum conficiendarum facultatis officio, rationeve, ob id dicimus accidisse.**

Nunc assignat quartum exemplum eius accidentis, in quo concurrunt plura ratione habita ad eundem effectum, sicut in pulmento salubre, & delectabile, & dicit { Epularū etiam effector } .s. coquus { uoluptatem coniectans } .s. facere in pulmentis, edulijsq; { salubre quippiam faciet, sed non officio, rationeve facultatis cōficiendarum epularum } & { ob id dicimus accidisse } .i. tum quia non ratione artis coquinariæ id facit, & inquantum coquus, sed ex accidenti, ut si forte cibum eiusmodi condiuerit, qui possit ualetudinem restituere. tum etiam quia nec semper, nec plerunque coquus id ipsum efficit.

**Atque aliqua quidem ex parte facit, absolute uero non facit, nam cæterorum quidem aliæ potentiæ interdum sunt effectrices. at horum nulla prorsus est ars, nulla potentia definita. eorum enim quæ per accidens fiunt, causa quoque per accidens est.**

Sed quoniam in exemplo dixit coquum facere sanitatem, & non facere sanitatem, ideo nunc hæc duo declarat, & dicit { Atque aliqua quidem ex parte } coquus { facit } ualetudinem. nam in eo, quod a coquo cibus talis conditus est, quo ægrotans ualetudinem recipit, coquus efficit ualetudinem. In eo uero quod ille non hoc agebat, ut salubrem, sed ut iucundum cibum efficeret, salubrem non effecit. & propterea subdit { absolute uero non facit } & assignat rationem, & dicit { nam cæterorum quidem } .i. eorum, quę magna ex parte, ac necessario sunt { aliæ potentiæ } .i. causæ, ac efficientes potestates { interdum sunt effectrices } & determinatę. tam enim effectus necessarius, quā effectus plerunq; causam effectricem habet determinatam { at horum } .s. quæ fiunt ex accidenti { nulla prorsus est ars, nulla potentia definita } .i. determinata { est } cuius rationē subdit { eorum enim quæ per accidens fiunt, causa quoq; per accidens est } quoniam, ut in librum incidas, quem optabas, & pridem iam quærebas, nulla neque ars est determinata, neque facultas, quippe cuius possint esse causæ sexcentæ, ut prodire in forum, insectari insectareve, & pleraq; alia. unde Auerroes, causę enim eorum, quę fiunt per accidens, sunt etiam per accidens. s. quęcunq; causæ sint, immo causæ infinitæ. Ex quibus sequi uidetur quæcunque per accidens fiunt, penitus a causa per accidens proficisci, nec reduci posse, nisi in causam per se alium finem intendentem. Quam opinionem Epicurus, Auerroes, & Alexander asserere uidentur, & eam confirmauit Themistius, qui asseruit unam eandemq; causam esse per se, & fortunam uel casum. nam, ut ordinata in finem, quem intendit, causa per se dicitur, ut uero cum illo fine coniungitur aliquis alius, non propositus, fortuna uel casus appellatur. quæ ratio docet hos effectus esse omnino a causa per accidens, nec esse reducendos in aliam causam, quam in agentem particularem, quę per se intendens aliquem finem per accidens alium ei coniunctum efficit. Sed hæc positio reprobata est secundo physicæ auscultationis, & in theologicis nostris, & de ea postea differendum.

Q ue Auer. Comen. 5.

**Quare cum non omnia necessario, semperq; aut sint, aut fiant, sed plurima plerunq; aut sint, aut fiant, id, quod est per accidens, tale esse necesse est, qualis ipse albus musicus est, qui quidem neque semper est, neque plerunq;. cum autem aliquando fiat, per accidens erit. alioquin omnia necessario erunt.**

Cum superius assignasset causam eius, quod est per accidens, dixissetq; eius causam esse contingens ipsum plerunq;, nunc declarat ipsum contingens plerunque non esse proprie causam, sed causam argumentatiuam eius, quod est per accidens, & dicit { Quare cum non omnia necessario, semperq; aut sint, aut fiant, sed plurima plerunque aut sint, aut fiant } ideo subaudi { id, quod est per accidens, tale esse necesse est, qualis ipse albus musicus est, qui quidem neque semper est, neque plerunque } deinde declarans quod magis contingens plerunque sit causa argumentatiua quam ipsum necessarium eius, quod est per accidens, & dicit { cum autem aliquando fiat, per accidens erit } .i. cum autem album aliquando fiat musicum, & non semper neque plerunque, ideo album est musicum per accidens est, uel potius quoniam thesauri inuentio neque semper fit, neque magna ex parte, ideo inuentio thesauri per accidens est. { alio-

quin omnia necessario erunt } si enim non fieret aliquando id, quod est in paucioribus, tunc id, quod est in pluribus, nunquam deficeret, sed esset semper, & ex necessitate, & sic omnia necessario erunt. ergo quia contingens plerunque est, fit, ut deficiat raro, & si deficit raro, fit, ut sit aliquid propter eius defectum raro, hoc autem quod est raro, est per accidens, quare quia contingens plerunque est, aliquod per accidens est. ipsum ergo contingens plerunque causa argumentatiua potius est entis per accidens, quam ipsum necessarium. recte igitur dictum est superius ipsum contingens plerunque esse causam entis per accidens argumentatiuam.

**Quare materia ipsa erit causa, quæ cõtingens causa est eius accidentis, quod aliter euenit præter id, quod plerunq; fieri solet.**

Cum assignasset causam accidentis argumentatiuã, nunc assignat causam illius argumentatiuæ causæ hoc est propter quid contingens plerunq; deficiat raro. querit enim quę nam causa est, cur accidens esse dicatur, & asserit causam esse materiam, quæ aliter sese habere potest, quam ut plerunq; fiat, & dicit { Quare materia ipsa erit causa } & exponit, quo nã modo, & dicit { quę } .s. materia { contingens causa eius accidentis est, quod aliter euenit præter id, quod plerunq; fieri solet } nam cum materia hæc apta sit admittere, ut hic quinis digitis generetur, illa non item talem naturam habeat, ut id iam fieri possit, ut quidam .s. quinis digitis oriatur, iam secus .i. ut quaternis, aut senis, aut aliquo alio numero generetur, hæc causa est, quod accidens est. itaque defectus eius, quod est plerunque, ideo propter materiam est, quia non perfecte obnoxia est uirtuti agentis, quod plerunque efficit. quare materia causa accidentis est, quod est aliter quam sit plerunq; : quoniam causa est accidentis raro, causam dico non necessariam, sed contingentem propter defectum, qui occurrit. Vnde Auerroes & dixit hoc, i. causam contingentem, quia eius causa, quæ est per accidens, est causa entis contingentis, quod est in maiore parte, quando ex ea non prouenit actio habenda naturaliter, sed alia actio. Q de Auer. Cōmen.5.

**Principium autem hoc est sumendum, sit ne quicquam præter semper, & plerunq; ? An id ipsum fieri nequit, est ergo quippiam præter hæc, quod æque atque per accidens, & esse, & non esse potest.**

Cum exposuisset causam accidentis, & quid sit accidens, nunc uiam nobis, & quasi normam tradit, qua quidem accidens esse, demonstrare ualeamus, & dicit { Principium autem hoc est sumendum } uidelicet ei, cui accidens esse demonstrare libeat, esse uidelicet quicquam præter semper, & frequenter: quod ita demum accipiet, si aduersarium percontabitur { sit ne quicquam præter semper, & plerunq; } an omne, quod est aut semper, aut plerunque est. Soluit breuibus { an id ipsum fieri nequit } declaratum est enim aliquod esse præter semper, & frequenter, quod quidem fortuitum est, siue accidens. Propterea concludit { est ergo quippiam præter hæc, quod esse, & non esse potest æque atque per accidens } .i. eodem modo, sicut accidens esse, & non esse potest. quare nõ omnia sunt semper, nec omnia sunt frequenter, sed aliqua accidentia prę̨ter semper, & frequenter.

**At est ne id, quod plerunque fieri solet, quod autem semper est, nulli insit ? an sunt aliqua, quæ perpetuo sunt? uerum de his differendum posterius.**

Secundo nunc quærit, num id, quod plerunque fit, in rebus habeatur, non item quod semper, & necessario, & dicit { at est ne id } .s. in rerum natura { quod plerunque fieri solet, quod autem semper est, nulli insit } idest, ita sit id, quod plerunque fieri solet in rerum natura, ut nihil sit in rerum natura necessarium soluit, & dicit { an sunt aliqua, quæ perpetuo sunt } & non omnia plerunque. sed quia rem hanc raptim tetigit, quasi se excusans inquit { uerum de his differendum posterius } ut libro undecimo huius operis, plenius autem & accuratius in duodecimo.

**Scientiam autem accidentis non esse patet. omnis enim scientia, aut eius quod est semper, aut eius quod est plerunque est. quo enim pacto quispiam aut discet, aut alium docebit? Definitum enim id esse oportet, de quo scientia est, aut hoc ipso, quod est semper, aut hoc ipso, quod est plerunque. ueluti conducentem esse febricitanti plerunq; aquam mulsam. id autem, quod præter hoc est, non poterit aliquando dicere, ueluti Calendis. aut enim semper, aut plerunque, Calendis etiam dicat prodesse illud oportet. at accidens est præter hæc ipsa. Quid igitur est ipsum accidens, & quam ob causam est, ac scientiam ipsius non esse, dictum est.** TEX.6. Aqua mulsa μελίκρατον Calendis νουμηνία νεομηνία prima die lune. TEX.7.

His expositis, concludit tertium, uidelicet perspicuum esse accidentis non esse doctrinam, & primo ex dictis conclusionem affert, & dicit { Scientiam autem accidentis, non esse patet } hæc est conclusio. Deinde syllogizar hanc conclusionem sic, id de quo est scientia, est aut semper, aut plerunque. accidens neque est semper, neque plerunque, ut iam ostensum est, & statim declarabit, igitur accidentis non est scientia. De syllogismo tangit maiorem, & dicit { omnis enim scientia, aut eius, quod est semper, aut eius, quod est plerunque est } hæc est maior, minorem affert ibi { at accidens est præter } antequam affert maioris declarationem, & dicit { quo enim pacto quispiam aut discet } scilicet ab alio { aut alium docebit } id, scilicet quod nec est semper, nec est plerunque, cuius rationem subdit { definitum enim id esse oportet, de quo scientia est } definitum dico { aut hoc ipso, quod est semper, aut hoc ipso, quod est plerunque } Deinde per exemplum hoc exponit, & dicit { ueluti conducentem } atque utilem { esse febricitanti plerunque aquam mulsam } quæ Græce dicitur Melicratum, quispiam subaudi alterum docere potest, quoniam febre laborantibus magna ex parte subuenit { id autem, quod præter hoc est } idest extra frequenter accidit { non poterit aliquando dicere } scilicet docendo. hoc est docere nemo ualet { ueluti Calendis } subaudi subuenire, cum hoc raro contingat. nemo enim docebit Melicratum Calendis subuenire febricitantibus. cum hoc raro contingat. neque enim magna ex parte, qui Calendis mulsam biberit, a febre subleuatur. sed potius quoniam magna ex parte, qui mulsam bibit, iuuatur, iccirco accidit, ut id Calendis conducat. Propterea subdit { aut enim semper aut plerunque } subaudi oportet dicere Melicratum prodesse, si { oportet dicat prodesse illud Calendis } si enim semper, aut plerunque febricitantibus Melicratum utile est, docere poterit etiam Calendis illud utile esse. ex his perspicua est maior, deinde addit minorem, & dicit { at accidens est præter hæc ipsa } igitur de accidente non est scientia. Demum epilogat, & dicit { quid igitur est ipsum accidens, & quam ob causam est, & scientiam ipsius non esse, dictum est } docuit enim accidentis naturam, quæ sit quod scilicet ex æquo, raroq; contingit



tingit, & quam ob causam sit, nimirum propter materiam, quæ aliter sese habere potest quam frequenter. ad hæc accidentis nullam esse doctrinam, quoniam disciplinæ eorum sunt, quæ semper sunt, aut certe, quæ magna ex parte: quod utrunq; ab accidente alienum est.

**Esse uero principia causasve generabiles, ac corruptibiles sine generatione corruptione ue patet.**

Quid uelit hic facere Aristoteles, non est clarum. Alexander ait propositum esse ei demonstrare, ut quæ per accidens sunt, horum quoque causas ex accidenti esse. Expositor uero non ualde distans ab hoc, quod Alexander ait, uult ut Aristoteles. excludat quandam opinionem, quæ sustulit e medio ens per accidens: argumento quod genita causa uel corrupta, necessario generet, uel corrumpat effectus, & cum causæ entium per accidens generentur, atque corrumpantur, fit, ut entia per accidens necessario eueniant, uel corrumpantur. & tunc pro solutione Aristoteles, ut Expositor ait, sumit causas entium per accidens generabiles esse, atque corruptibiles, sed non quia genitæ sunt, generent necessario, nec quia corrumpuntur, necessario corrumpant. & propterea entia per accidens esse possunt. Vnde Auerroes in hoc idem concidens inquit, quoniam autem oportet ex hoc hic in entibus esse causas, quæ generantur, deinde corrumpuntur, absque eo quod generent alia, aut alia corrumpant, manifestum est. ergo non sequitur, causæ entium generantur. igitur necessario entia, quæ ex eis fiunt, eueniunt. nam licet generentur causæ. tamen non sequitur, ut mox generent, quia possunt causæ esse genitæ, & nihil prorsus generare: quare fit, ut contingenter causæ postquam genitæ sunt, generent, uel corrumpant, & ita euenire possunt entia per accidens, & huic expositioni uidentur uerba dictioni consona, cum ait { Esse uero principia causasve } aliquas scilicet existentes in rerum natura { sine generatione } idest absq; eo quod generent { corruptioneve } idest & absq; eo, quod corrumpant { patet } quod si causæ genitæ fuerint, & in rerum natura existentes, quæ non generent, & generare possunt, effectus aliqui contingenter euenient, uel euenire poterunt. Alexander autem, ut dixi, uult propositum Aristoteli esse, quæ per accidens sunt, horum causas quoque ex accidenti esse. & quod causæ horum ex accidenti sint, ex hoc, quod Aristoteles accepit, patere potest, quia eiusmodi causæ generantur, & corrumpuntur, & non per generationem incipiunt esse, nec per corruptionem desinunt esse, more contactuum, & temporis momentorum. Vt enim contactus, & momenta, quæ temporum termini sunt, sunt & non per generationem, non sunt etiam, & non per corruptionem, sic causæ eorum, quæ sunt ex accidenti, sunt, & non per generationem, non sunt, & non per corruptionem. & hoc est pro tanto, quia sunt per accidens, & non sunt etiam per accidens. Vnde apud Alexandrum hæc consequentia ualet, hæc causa est genita absque generatione. igitur est causa eius, cuius est causa, non per se, sed per accidens. Cuius exemplum affert in ædificatore, qui quatenus causa domus est, per generationem, seu per disciplinam in ipso genitam, eo deductus est, ut esset ædificator. quia uero accidit ædificatori, qui per se causa domus est, ut fieret etiam domus alicui molesta, ideo ædificator causa molestiæ est, sed non huc per generationem, & doctrinam deductus est, unde quemadmodum ex non homine per generationem eo deductus est, ut esset homo, sic ex non ædificatore per generationem quandam, & disciplinationem, & omnino temporis moram eo peruenit, ut esset ædificator, ac domum ualeret construere. eo uero, ut domus illi esset grata, huic molesta, nequaquam per huiusmodi quicquam processit. quippe quod nec curauit unquam, nec eius quicquam interfuit, ut domum ædificaret talem, sed absque tempore accidit ei, ut causa esset cur domus ingrata esset. quia enim is, cui est molesta, sic est affectus, ut facile a quibusuis offendatur, iccirco ædificator, qui hanc construxit, causa factus est, ut ipsa esset ingrata: ad quam si quis alter recte affectus uenisset, non fuisset ei molesta. ergo, ut ædificator, qui per se causa domus est, id per generationem est affectus, sic uicissim, ut causa domus per interitum abolebitur: & quemadmodum absque tempore factus est causa, ut ipsa esset molesta, sic uicissim sine tempore desinit esse. ueteres igitur asserebant omnia necessario euenire hoc argumento, quorum causę per generationem fiunt, ea necessario sunt, nullus est effectus, quin eius causa per generationem fiat, igitur nullus est effectus, quin necessario fiat. Maiorem exposuit Alexander, restat igitur discussio in minore, propterea affert hanc propositionem, quod sint nonnullę causæ, quæ de nouo sunt, de nouoq; non sunt, quæ nec generantur nec corrumpuntur, & dicit { Esse uero principia } scilicet nonnulla aliquorum { causasve } nonnullas { generabiles } idest quæ de nouo sunt, & prius non erant { & corruptibiles } scilicet quæ de nouo non sunt, quæ prius erant { sine generatione corruptioneve } idest absque eo quod generentur, & corrumpantur { patet } nam ædificator factus est causa, ut domus sit molesta absque tempore, & sine eo, quod genitus fuerit, quare sequetur, ut molestia domus sic effectus per accidens. unde syllogismus potest esse hypotheticus ad hunc modum. si causæ aliquorum effectuum sunt de nouo, quæ sine generatione sunt de nouo, effectus aliquis est per accidens. ponit antecedens pro minore, & dicit { Esse uero principia causasve } subaudi aliquorum effectuum { generabiles } idest quæ de nouo sunt { & corruptibiles } quæ de nouo non sunt { sine generatione corruptioneve } id est absque eo, quod talia principia, talesque causæ generentur, corrumpanturve { patet } per ea, subaudi, quæ sequentur. igitur effectus aliqui per accidens sunt. hic est syllogismus, ut Alexander sentit. Syllogismus uero, ut Auerroes, & Expositor intellexerunt sic, si causę & principia iam genita sunt, quæ non ulterius generant, sed generare possunt, aliqui effectus per accidens sunt. Aristoteles affert minorem, quæ est positio antecedentis, & dicit { Esse uero principia, causasve generabiles, & corruptibiles sine generatione, corruptioneve } idest absque eo quod generent & corrumpant quicquam { patet } scilicet per ea, quæ sequentur. ergo subaudi aliqui effectus erunt per accidens. hic est syllogismus secundum intententionem Auerrois, & Expositoris. Vnde Expositor ad hunc sensum loquens dicit, palam esse ex sequentibus esse principia & causas generationis, atque corruptionis aliquorum, quæ sunt generabilia, & corruptibilia, absque generatione & corruptione eorum, idest absque eo quod sequatur generatio & corruptio eorum. non enim oportet, si generatio alicuius rei, uel corruptio sit causa generationis, aut corruptionis alterius, ut posita generatione uel corruptione rei illius, necessario sequatur generatio, uel corruptio alterius effectus. quia quædam causæ sunt agentes plerunque, quibus positis, adhuc per accidens potest effectus impediri, utputa propter materiæ indispositionem, aut propter occursum contrarij agentis, aut propter aliquod tale. Q de Auer. Cōmen.7.

**Si enim res non ita sese habeat, omnia ne-**

ceſſario erunt, ſi eius, quod fit, atque corrumpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt.

Cum Ariſtoteles, ut uiſum eſt, poſuiſſet antecedens pro minore, hoc eſt dixiſſet aliquas cauſas eſſe genitas, ad quarum generationem non neceſſario ſequitur effectus, ſed quod ſequi, & non ſequi poteſt, nunc hoc demonſtrat, ducendo ad abſurdum, quod tunc omnia neceſſario euenirent ſi illud negabitur, probatur, quia ex oppoſito conſequentis ſequitur oppoſitum antecedentis. ſi enim nõ omnia neceſſario euenirent, oportet dicere quod ſit genita cauſa, ad cuius generationem non ſequetur effectus. hoc autem eſt oppoſitum antecedentis. igitur conſequentia fuit neceſſaria, unde dicit ⁊ Si enim res non ita ſeſe habeat ⁊ ut dictum eſt, quod cauſæ poſſunt eſſe genitæ, ad quarum generationem non neceſſario ſequatur effectus. oppoſitum erit uerum, quod uidelicet quauis cauſa genita, oporteat ad eius generationem generari effectum, quod ſi oporteat ad quauis cauſam genitam, generari effectum ⁊ omnia neceſſario erunt ⁊ ſequitur enim hæc conſequentia ⁊ ſi eius, quod ſit, atque corrumpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt ⁊ ideſt ſequitur hæc conſequentia, ſi non poteſt generari cauſa aliqua, quin ſemper ſequatur effectus neceſſario. quare recte acceptum eſt poſſe generatam eſſe cauſam, quæ non neceſſario quicquam generet. Alexander autem non recedendo a ſua interpretatione, ſic exponit ⁊ Si enim res non ita ſeſe habeat ⁊ ideſt niſi enim per accidens cauſæ per accidens ſunt, natiuæ, atque mortales ſine ortu, & interitu, ſed neceſſariæ & per ſe ſunt ipſorum cauſæ, & per generationem ac interitum naſcuntur & occidunt, niſi ergo entium per accidens cauſæ ſint ex accidenti, ipſa quoque neceſſario erunt. Quod ſi ſic eſt ⁊ omnia neceſſario erunt ⁊ hoc ſequitur dico ⁊ ſi ⁊ parte ⁊ eius, quod ſit, atque corrumpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt ⁊ ergo ſecundum Alexandrum, ſic intelligitur ⁊ Si enim res non ita ſeſe habeat ⁊ hoc eſt ⁊ ſi eius, quod ſit, atque corrumpitur, non per accidens cauſam aliquam eſſe neceſſe eſt, omnia neceſſario erunt ⁊ illa enim particula ⁊ ſi eius quod ſit ⁊ & reliqua expoſitio eſt eius, quod accepit ⁊ Si enim res non ita ſeſe habeat ⁊ ut ſit ſermo totus ſic legendus ſecundum Alexandrum ⁊ Si enim res non ita ſeſe habeat ⁊ ideſt ⁊ ſi eius, quod ſit ⁊ ideſt ſi omnis eius, quod ſit ⁊ atque corrumpitur, non per accidens aliquam cauſam eſſe neceſſe eſt ⁊ ſed oportet ſubaudi cuiuslibet, quod ſit, eſſe cauſam per ſe ⁊ omnia neceſſario erunt ⁊

Q. de Auer. Comen. 7. Auerroes autem cuius expoſitionem Expoſitor ſentit, ſic exponit. Si enim res non ita ſeſe habeat ideſt ſi fuerit neceſſarium, ut omnis cauſa generabilis ſit generans, & omnis cauſa corruptibilis ſit corrumpens, continget, ut omnia ſint neceſſaria. ſequitur enim hoc, quoniam ſi illud, quod eſt generandum, non habuit cauſam accidentalem, ſed omnem cauſam ſequitur cauſatum neceſſario, tunc omnia, quæ fiunt, fiunt neceſſario, & ſic auferetur natura poſſibilitatis.

Nam erit ne hoc, an non erit? ſi hoc fiet, erit. ſi non fiet, non erit. id autem erit, ſi aliud fiet, atque hoc pacto patet, ſi tempus ſemper auferatur, ad id demum peruenientum eſſe, in quo nunc eſt.

Iis explicatis, nunc oſtendit cauſas haberi per accidens, & procedit interrogando, ut lectio ſit captu facilior. tamen poſſumus ſic argumentari, ſi nulla detur cauſa per accidens, omniaque uſque ad primam cauſam euenientia neceſſario ſint, & ſignetur effectus A, qui proficiſcatur, ab ipſa B cauſa, & quæratur, utrum effectus A procedat a cauſa B neceſſario, aut per accidens. ſi neceſſario, igitur A neceſſario euenier. ſimili ratione de B, cum ſit genita cauſa, uel neceſſario procedit a ſua cauſa uidelicet C, uel contingenter, ſi contingenter, ergo dabitur aliqua cauſa per accidens. ſi neceſſario, igitur B neceſſario euenit. ſimili modo quæratur de C, qui effectus eſt, qui euenit ab ipſo D, & ſic uſque ad primam cauſam, & ita a prima cauſa uſque ad ultimum effectum omnia neceſſario euenient. quoniam A neceſſario euenit ab ipſo B, & B neceſſario ab ipſo C, & C neceſſario ab ipſo D. Quare omnia neceſſario eueniunt. Ariſtoteles tamen procedit interrogando ad hunc modum ⁊ Nam erit ne hoc, an non erit ⁊ ut ſi obſidentes hoſtium urbis dicamus per caſum ⁊ erit ne hoc, an non erit ⁊ ideſt interficietur Nicoſtratus nec ne, reſponderi ſolet ⁊ ſi hoc fiet ⁊ ideſt ſi egreſſus fuerit urbem, & ſuperatus ab hoſtibus, interficietur. necis ergo cauſa eſt exire, exeundi rurſus, ut aquam biberet, huius quod ſitiret, ſitiendi, quod ſalſa comederit. Quod ſi hæc cauſa per ſe eſt ſitis, ſitis uero, aquæ bibendæ, aqua bibenda exeundi, exire autem necis, omnia hæc neceſſario eueniunt. ſed quoniam ſalſa comedere cauſa eſt per accidens ſitis, fieri enim poteſt, ut qui ſalſa non comederit, ſitiat, ſi multo motu fuerit uſus, ſi plurimum uini biberit, & pleriſque aliis de cauſis, at ſi ſalſa comediſſe cauſa per ſe foret ſitiendi, cibis falſis non aſſumptis, non ſitiret, quemadmodum niſi ædificator ſit, domus non conſtrueretur. nunc autem citra cibi falſi comeſtionem ſitit. non igitur eſt ſitiendi cauſa per ſe talia deuoraſſe. Quare aſſignando cauſam eius, quod dixit, & procedendo per interrogationem, dicit ⁊ Nam erit ne hoc ⁊ ſcilicet Nicoſtrati interitus ⁊ an non erit ⁊ & reſpondens dicit ⁊ ſi hoc fiet ⁊ ſcilicet exire hoſtium urbis ⁊ erit ⁊ ſcilicet interitus ⁊ ſi non fiet ⁊ ſcilicet exire urbem ⁊ non erit ⁊ ſcilicet interitus Nicoſtrati ⁊ id autem ⁊ ſcilicet exire urbem ⁊ erit, ſi aliud fiet ⁊ ſcilicet bibere aquam ⁊ atque hoc pacto, ſi tempus ſemper auferatur ⁊ ueniendo ſcilicet ad cauſam potus aquæ ⁊ ad id demum peruenientum eſſe ⁊ ideſt ad illud tempus ⁊ in quo nunc eſt ⁊ ideſt præſens tempus, in quo eſt ſitiens, uel comeſtio ſalſorum. quare ſi mors neceſſario proficiſcitur ab ipſo exire, exire a potanda aqua, potus aquæ a ſiti, ſitis a comeſtione ſalſorum, ſit, ut hæc neceſſario eueniant incipiendo a cauſa, quæ nunc eſt, uſque ad effectum, qui ultimo fiet. quod ſi dixeris non eſſe peruenientum ad præſentem cauſam, quin hæc ab alia, & illa ab alia, & ſic in infinitum, abſurdum facilius eueniet, nam ſi nulla dabilis ſit cauſa per accidens, ſed ſemper ſit in infinitum omnis cauſa per ſe, dubio procul hoc A neceſſario ueniet ab ipſo B, & B neceſſario ab ipſo C, & ſic in infinitum, tunc non ſolum finita neceſſario euenient, ſed finita in infinitum.

Quare hic homo morietur aut morbo, aut ui, ſi egreſſus fuerit. hoc autem erit, ſi ſitierit. hoc autem erit, ſi aliud fiat. atque hoc pacto ad id demum perueniet, in quo nunc eſt, aut ad aliquid eorum, quæ facta ſunt, ueluti ſi ſitierit, hoc autem erit, ſi comedit ſalſa, at hoc, aut eſt, aut non. quare neceſſario, aut



aut decedet, aut non decedet.

Cum dixiſſet ⁊ atque hoc pacto patet, ſi tempus ſemper auferatur, ad id demum peruenientum eſſe, in quo nunc eſt ⁊ ſubdit exemplum illius ⁊ ad id, in quo nunc eſt ⁊ & dicit ⁊ quare hic homo morietur aut morbo, aut ui, ſi egreſſus fuerit ⁊ ſcilicet urbem, ui quidem, ſi inuaſus fuerit ab hoſtibus, morbo autem, ſi æſtu nimio inuaſus fuerit a febre ⁊ hoc autem ⁊ ſcilicet exire urbem ⁊ erit, ſi ſitierit ⁊ nam ſitis cauſa eſt ut exeat ab urbe ad bibendum ⁊ hoc autem ⁊ ſcilicet ſitire erit, ſi aliud fiet ⁊ ut ſi comederit ſalſa ⁊ atque hoc pacto ad id demum peruenient ⁊ ſcilicet tempus ⁊ in quo nunc eſt ⁊ ſcilicet ipſum comedere ſalſa ⁊ aut ⁊ ſcilicet demum peruenient ⁊ ad aliquod eorum, quæ facta ſunt ⁊ ſcilicet in præterito, quod cauſa fuit, ut comederet ſalſa, & ideo hoc exponens ſubdit ⁊ ueluti ſi ſitierit, hoc autem erit, ſi comederit ſalſa, at hoc ⁊ comedere ſalſa ⁊ aut eſt ⁊ ſcilicet nunc, & ſic per tale exemplum peruentum erit ad id, quod eſt nunc ⁊ aut non eſt ⁊ nunc ſcilicet, ſed fuit iam in præterito, & ſic peruentum ad id quod fuit in præterito. Sed quouis modo peruentum fuerit, omnia neceſſario euenient, quoniam cauſæ inuicem generantur non per accidens, ſed per ſe altera ex altera donec peruentum fuerit ad primam, quæ eſt nunc, aut quæ fuit in præterito. Propterea concludit ⁊ quare neceſſario aut decedet ⁊ ſubaudi, ſi cauſæ fuerint ſic inuicem cauſæ per ſe uſque ad primam ⁊ aut non decedet ⁊ ſi cauſæ parte inuicem non præceſſerunt. Quare omnia, quæ eueniunt a prima cauſa uſque ad ultimum effectum, neceſſario eueniunt. Hæc enim eſt concluſio dictorum, quaſi dicat quamobrem ſic ſeſe rebus his habentibus, ſi bibitum egreſſus fuerit, neceſſario morietur, ſin minus egredietur, non iteribit.

Eadem etiam erit ratio, etſi quiſpiam ad ea, quæ ſunt facta, ſaltauerit. Eſt enim iam idipſum in aliquo, atque dico id quod factum eſt. Neceſſario ergo uniuerſa erunt quæ ſunt futura, ueluti moriturum eſſe uiuentem: quoniam iam quippiam factum eſt, ceu contraria in eodem corpore. Sed morbo ne, an ui moriturus ſit, nondum emergit, ſed ſi hoc fuerit factum.

His explicatis, orationem reſumit, & exempla affert factorum, & dicit ⁊ Eadem etiam erit ratio, etſi quiſpiam ad ea, quæ facta ſunt ⁊ ſcilicet in præterito ⁊ ſaltauerit ⁊ ideſt exemplum vertet. nam hic effectum præſentem reducet ad cauſam præteritam, ſicut in priore eſſemplo effectum futurum in cauſam præſentem. Quare dixit ⁊ eadem etiam ratio non quo ad omnia, ſed quo ſemper cauſa reſoluitur in cauſam, donec venerimus ad primam cauſam. & aſſignat cauſam quare eſt eadem ratio, & dicit ⁊ eſt enim iam idipſum ⁊ præteritum ſcilicet ⁊ in aliquo ⁊ ideſt aliqua ratione in præſenti, pro quanto omne præteritum, quod fuit, eſt verum nunc ipſum fuiſſe. nam nunc verum eſt Cæſarem vixiſſe ⁊ atque dico id quod factum eſt ⁊ nam id quod eſt factum in præterito, eſt nunc verum eſſe factum. ergo recte dictum eſt eſſe eandem rationem, ſi aliquis ad ea, quæ facta ſunt, ſaltauerit. nam illa inquantum nunc vera ſunt fuiſſe, ſunt in aliquo nunc præſenti. Ex his redit ad exemplum, quod ualet in futuris, & dicit ⁊ ergo vniuerſa, quæ futura ſunt, neceſſario erunt ⁊ quoniam cauſa, quæ nunc eſt, eſt cauſa per ſe alterius, & illa adhuc alterius, donec veneri-mus ad vltimum effectum. Quare omnia futura neceſſario erunt, cum nullum ſit futurum, niſi a cauſa per ſe. deinde ponit exemplum, & dicit ⁊ veluti viuentem ⁊ qui nunc eſt ⁊ eſſe moriturũ ⁊ hoc enim neceſſario erit ⁊ quoniam iam quippiam factũ eſt ⁊ ſcilicet in præterito ⁊ ceu ⁊ factum eſt ⁊ contraria eſſe in eodem ⁊ Omne enim factum ex contrarijs, neceſſario decedet. & licet neceſſario morietur, incerta eſt ſpecies mortis, & non poteſt ſciri, niſi conditionaliter, & hoc exponit, & dicit ⁊ ſed morbo ne, an vi moriturus ſit, nondum emergit ⁊ & ſic incerta eſt ſpecies mortis ⁊ Sed ⁊ ſubaudi poteſt ſciri ex conditione ⁊ ſi hoc fuerit factum ⁊ vt ſi exierit vrbem & incidet in hoſtes, vi morietur, ſi non incidet in hoſtes, ſed nimio æſtu alteretur, morietur morbo. & ſic mortis ſpecies ſciri non poteſt, niſi ex conditione. per quæ patet præterita aliquando in præterito neceſſario fuiſſe futura. Vt interfectio Cæſaris, quæ iam præterita eſt, in præterito neceſſario fuit futura. Interfectus enim fuit Cæſar, quia præceſſit futura occupatio reipubl. præceſſit futura occupatio reipubl. quia præceſſit futura poſtulatio triumphi, quia enim poſtulauit triumphum, emerſit ciuile bellum. Præceſſit futura poſtulatio triumphi, quia Gallos vicit. vel quia præceſſit futura victoria Gallorum: ergo præterea aliquando in præterito neceſſario fuerunt futuru, quoniam nullus effectus eorum fuit. Futurus a cauſa per accidens. patet etiam futura neceſſario fore, quoniam alia cauſa erit neceſſario cauſa alterius, & illa adhuc alterius, donec peruentum fuerit ad cauſam, quæ eſt nunc effectus præſentis. Alexander vero ſic exempla mortis per ægrotationem aſſignat, morietur, quoniam contraria in eodem coiere. Diſcurſus vero iſte, morietur, ſi ægrotabit, accidit enim iſis, quæ contrarijs conſtant, vt ob ipſorum pugnam ægrotent. Aegrotabit autẽ hydrope exempli gratia, quod fiet ſi aquam biberit. Itaq; ſi aquam potauerit, in hydropem incidet, quo morbo ſi conflictabitur, mortem obibit. Eſtque potio aquæ hydropis cauſa, vt morbus ipſe moriendi, Quòd ſi per ſe, omnia neceſſario euenient, quia vero non per ſe, propterea non omnia neceſſario euenient. Quòd vero non per ſe, patet, fieri enim poteſt, vt qui aquam non biberit, ægrotet hydrope. atque quidem ſunt exempla, quæ ſunt mortis per ægrotationem. mortis nanque violentæ, de qua ſupra mentionem fecit, exemplum, ſi ab hoſtibus ſuperaretur.

Patet igitur uſque ad aliquod principium reductionem hanc proficiſci, quod quidem non ulterius in aliud proficiſcitur. Erit igitur principium illud eius, quod fit per accidens, & eſſe, & non eſſe poteſt, cauſaq; generationis illius non erit ulla. Igitur. Et.

Ex his, quæ dixit, concludit veritatem, & dicit ⁊ Patet igitur vſque ad aliquod principium hanc reductionem ⁊ quæ fit aliquando de cauſa per ſe in cauſam per ſe ⁊ proficiſci, quod quidem non in aliud proficiſcitur ⁊ ſcilicet principium per ſe. quaſi dicat ex dictis eſſe planum non eſſe progreſſum infinitum aliam alij cauſam tribuendo, ſed cauſæ cuidam, principioque occurri, cuius non ſit alia cauſa, exempli gratia ſalſa comediſſe. & exponens quale principium, dicit ⁊ erit igitur ⁊ ideſt erit q; ⁊ principium illud eius, quod fit per accidens & ⁊ ſubaudi tale, quod ⁊ eſſe, & non eſſe poteſt, cauſaq; ⁊ ideſt & tale q; cauſa ⁊ generationis illius ⁊ principijs ⁊ non erit vlla ⁊ Salſa enim comediſſe fortuitę rei moriendi principium eſt, ſi

enim egressus fuerit, occubet, sin minus, non morietur. rei ergo fortuitæ siue accidentis causa per accidens est. Accidit enim vt qui salsa comedisset, sitiret. vnde Auerroes, declaratum est igitur ex hoc, ꝙ omne quod generatur, & corrumpitur, habet causas, & ꝙ illæ causæ ꝑueniunt ad primam causam. Sed tñ, vt inquit, differunt, quia corruptio fit de necessitate, cum omne corruptibile necessario, corrumpetur: generatio autem non, & si hoc esset scilicet generatio omnis esset de necessitate, omnia euenirent necessario, vt deductum est: & si omnia euenirent necessario, tunc generatio esset in substantia rerum earum, in quibus est generatio, tunc generatio fieret necessario, sicuti fit corruptio. quare cum non quodlibet, quod generatur, habeat causam per se. perspicuum est in futuris cõtingentibus reductionem futuri affectus de causa per se in causam per se procedere vsq; ad pricipium aliquod, quod ulterius non reducetur adhuc in aliquod principium per se. Sed ad principium per accidens, cuius non erit ulterius aliqua alia causa. quoniam vt dictum est, ens per accidens neque causam habet, neq; generationem: verbi gratia, qui interficitur ab hostibus, habet causam per se videlicet vulnerationes, & hæ etiam causam per se, ut quia inuenitur ab hostibus, sed hoc non habet causam, nisi per accidens, quæ est exire ab vrbe. vt aquã bibat, quæ per accidens est causa inuentionis hostium & si exire habet adhuc causam videlicet sitim, & sitis causam videlicet comedisse salsa, tandem veniemus ad causam per accidens, quæ nec habet causam, nec generationem. ergo oportet inueniri aliquod, cuius non est aliqua causa, nisi per accidens.

TEX. 8. At considerandum est ad quod principium, atq; causam talis reductio proficiscitur, ut ad materiam ne, an ut ad id, gratia cuius cætera fiunt, an ut ad id potius, a quo motio profluit. Sed considerationem eius quidem, quod est per accidens, omittamus. de ipso nanq; iam satis est definitum.

Cum dixisset causas entium reduci in aliquod pricipium tandem, cuius non est vlterius aliud principium, ideo quærendo dicit { At considerandum est ad quod principium, atque causam talis reductio proficiscitur } idest vtrum huiusmodi causa per accidens { ad materiam ne } scilicet proficiscatur { an vt ad id, gratia cuius cætera fiunt } idest an in causam finalem { an vt ad id potius, ã quo motio profluit } idest an in causam effectricem. Tacuit formalẽ causam, quoniam forma coincidit in generatione cum fine. & quia quæstionem soluit secundo physicorum, dicit { sed considerationem eius quidem, quod est per accidens } scilicet in quod genus causæ reducendum sit { omittamus. de ipso nanque iam satis est definitum } scilicet secundo physicorum. Ibi enim ostensum est casum atque fortunam, & omnem causam per accidens reduci ad genus causæ efficiẽtis. Disputat autem Expositor sit ne aliqua causa per accidens, quæ ita sit per accidens, quòd eius effectus a nulla sit causa per se. an omnis effectus etiam per accidens reducatur in causam per se. Etiam disputat tollat ne fatum, & prouidentia a rebus ipsis contingentiam, an cum fato, & prouidentia stet rerum contingentia. Quæ cum in theologicis sint disputata, ab eis horum dilucidatio est petenda.

Quoniam autem id, quod ut uerum, est ens, id autem, quod ut falsum, est non ens, in compositione diuisioneve, atq; in contradictionis omnino partitione consistit. nam uero quidem affirmatio ob id quod adiungitur, negatio ob id quod seiungitur. Falso autem huius partitionis contradictio accommodatur.

Cum egisset de ente per accidens, nunc agit de uero et falso, & uno antecedente assumpto, infert duo, quorũ unum est quòd ens, quod est uerum, & ens, quod est falsum, circa diuisionem, compositionemve consistunt, siue quidem cõpositio & diuisio sit vocum, siue conceptuum, secundũ quòd verum & falsum diuidunt contradictionem, quatenus semper contradictionis altera pars uera, altera falsa est. assumit autem antecedens sic { quoniam id quod ut uerum est ens, id autem quod ut falsum, est non ens } idest quoniam ens, ut superius diximus, est ut uerum, & non ens, ut falsum. hoc est dicere, quoniam ens uno modo accipitur pro uero, & non ens pro falso, ut in partitione entis dictum est. hoc est antecedens, dat tunc duo consequentia, & primo primum dicẽs, ens hoc pacto acceptum { in compositione, diuisioneve } scilicet { cõsistit } deinde ꝓm dicẽs { atq; omnino in partitione cõtradictionis } sic quòd semper altera pars uera, altera falsa sit. Deinde exponit quo modo ens pro uero consistat tum in compositione, tum in diuisione, & dicit { nam uero quidem affirmatio } & negatio accommodantur, cum aliqua affirmatio sit uera, aliqua etiam negatio. ergo uero utraque accomodatur { affirmatio quidem ob id, quod adiungitur } scilicet aliquod alicui, ut sedere Socrati. hoc enim Socrates sedet, est ens, & uerum, quoniam quod inest, componitur cum subiecto, seu prædicatur de ipso { negatio ob id, quod seiungitur } hoc enim Socrates non est equus est ens, & uerum, quoniam quod non inest Socrati, ab eo disiungitur. Deinde declarat secundum, & dicit { falso autem accommodatur contradictio huius partitionis } verbi gratia ei, quod inest, accommodatur hoc falsum quod non inest, ei autem, quod non inest hoc falsum quod inest. & sic oportet, ut semper contradictionis altera pars sit vera altera falsa. Cum enim contradictio ex affirmatione, & negatione constituatur, vtraque autem harum ex prædicato sit, & subiecto, prædicatum & subiectum dupliciter possunt se habere, aut coniuncta, ex parte rei, vt homo & animal, aut disiuncta, vt homo, & equus: ideo contradictionis, cuius subiectum & prædicatum sunt coniuncta ex parte rei affirmatio est vera videlicet homo est animal, negatio falsa. Contradictionis vero cuius subiectũ, & prædicatum sunt abiuncta, negatio est vera homo non est equus, affirmatio falsa, homo est equus. quare hæc duo perspicua.

Sed quonam pacto fit, ut simul quædam, ac seorsum intelligantur, alia ratio est, dico autem simul, seorsumq; non, ut sint, aut non sint deinceps, sed ut unum quid fiant, aut non fiant.

Alexander videtur velle quæstionem hanc esse obiter inductam: nam cum quædam sint, quæ tum separatim, tum simul dicta intelligi possint, vt animal, & pedestre, & bipes, separatim si animal primo seorsum, deinde seorsum pedestre, & demum seorsum bipes intelligatur. Simul vero si intellexero animal esse pedestre bipes, ideo quærendo Aristoteles dicit { Sed quonam pacto fit, vt simul quædam } videlicet animal, & pedestre, & bipes { & seorsum } diuersisq; intellectionibus { intelligantur } quasi se excusans subdit { alia ratio est } idest alia quęstio est, quam in proximo libro disputaturus merito hoc in loco prætermittit. vel { alia ratio } idest alius sermo { est } quia tertio libro de anima disquirenda est. Expositor autem hanc dubitationem adaptat ei, quod dixit, dixit enim verum & falsum esse in compositione & diuisione. sed cum omnis compositio uel diuisio sit plurium, emergit dubitatio, quonã mõ intellectus intelligit hæc plura, quæ cõponunt, & diuidunt, vtrum simul, aut seorsum. deinde exponit dubitationem, & innuit solutionem dubitationis, & dicit { dico autem simul seorsumq;, non vt sint, aut non sint deinceps } idest non simul dico, quæ ordine quodam se consequuntur, vt illas cuius post primum librum, sequitur secundus, & pari ratione cæteri, non simul autem, quę huiusmodi ordinem non seruant { sed ut unum quid fiant, aut non fiant } .i. sed dico simul ꝓm unitatem. nam quæ vnum effici possunt, ea, simul dico, quæ minus, ea non simul. per quæ innuit simul nonnunquam significare vnitatem, vt cum dicimus aliqua esse simul secundum tempus, quæ simul sunt in eodem momento temporis, aliquando significare esse deinceps, veluti cum dicimus duos homines esse simul, quia locus unius statim sequitur locum alterius, vel quia tempus vnius est propinquum tempori alterius. Vult igitur eum qui componit, vel diuidit, plura intelligere prima ratione, non autem secunda ratione. nam si homo intelligit animal & pedestre, & bipes seorsum, ea pluribus conceptionibus intelligit, non tamen componendo, nec diuidendo. At si ea componit, aut diuidit, ea, vt vnum intelligit, utputa, ut unum affirmatione, aut negatione. Auerroes autem, & intendebat inquit, per hunc sermonem declarare diuersitatem duorum entium scilicet entis, quod est in intellectu, & entis, quod est extra intellectum. Quod enim est in anima, contingit, ut recipiat duo opposita insimul, quod autem est extra animam, non. quasi dicat, & quouis modo sit, siue accidat, vt anima intelligat duo opposita insimul, quod non potest esse extra animam, quia materia recipit contraria successiue, siue non accidat, loquendum est de eo in alio loco, & innuit librum tertium de anima. & cum ait Auerroes id qđ est in anima, recipere duo opposita, intelligendum est esse quoddam complexum ex diuersis videlicet ex subiecto, & prædicato, quæ sunt diuersa. Alioquin aduersaretur Auerroes ei, quod dictum quarto huius, vbi declarauit opposita non posse esse in anima. Ex his patet solutio, nam si aliquis intellectus intelligat animal & pedestre vnumquodq; seorsum, & per se videlicet quo sunt duo quædam, intelligit ea consequenter duabus intellectionibus simplicibus, in complexisq;, non formando ex eis affirmationem, aut negationem. Cum vero idem intellectus cõpositionem, aut diuisionem confecerit, ea ambo, vt vnum intelliget, quo videlicet ex eis aliquod vnum fit & intellectione vna complexione concipiet simile accidit in intellectionibus totorũ. nam cum intellectus intelliget seorsum fundamentum, parietem & tectum, hæc diuersis conceptionibus ordine quodam intelliget, vtputa prius fundamentum, deinceps parietem, postea tectũ. Cum vero partes intellexerit, vt unum, totum vna intellectione intelliget, eaq; omnia simul intelliget, quo ex eis vnum factum fuerit. Similiter cum intellexerit subiectum & prædicatum, quo ex eis facta fuerit vna vel affirmatio, vel negatio, simul ea intelliget. quo vero illa intelligit seorsum, vt plura, pluribus intellectionibus intelligit. Sed hæc est differentia inter intellectionẽ per quam intelligimus vnum simplex, & intellectionem, per quam intelligimus vnum complexum. quòd illa sit vna simplicitate, hæc sit vna complexione. Simili modo intellectio, qua intelligitur vnus syllogismus, vel vnũ exemplum, uel omne id genus. Semper enim vna est complexione, non autem vna unitate simplicitatis. Sed vtrum intellectio, qua intelligitur propositio, sit æque simplex, atque intellectio, qua intelligitur subiectum vel prædicatũ eiusdem seorsum, petendum est a ludicris. Insuper correspondeat ne propositioni veræ aliud significatum quám significatum subiecti, an idem: in ludicris dilucidatum est, & in prioribus, & non nihil diximus, in hoc libro. Quare de his hactenus.

*Que Auer. comẽ. 9.* [margin]

*Comẽ. 4.* [margin]

*In fine tertii omnes lectione Enunciatio 14.* [margin]



Falsum enim uerumq; non sunt in rebus, ut bonum quidem sit uerum, malum autem falsum, sed sunt in mente. Circa autem ea, quæ sunt simplicia, ipsumque quid est, neq; in ipsa sunt mente. Quæ igitur circa sic ens, atque non ens contẽplari oportet, posterius differendũ est.

Quoniam supra dixerat ens, qđ accipiẽ pro uero, & non ens, quod accipitur pro falso, in compositione diuisioneq; versari, quæ mentis operationes sunt, quibusdam interiectis, causam suggerit, & dicit { Falsum enim verumq; nõ sunt in rebus } ad hunc subaudi modum { vt bonum quidem sit verum, malum autem falsum, sed sunt in mente } In quibus verbis Alexander colligit talem rationem, aut verum & falsum sunt in mente, vt dictum est, aut in rebus. non in rebus, quoniam tunc dicendo bonum statim verum dicere oporteret, e contrario dicendo verum oporteret dicere bonum. Similiter oporteret dicendo malum dicere falsum, & e contrario dicendo falsum dicere malum. At neq; bonum dicentes verum dicimus, aut falsum, neque si malum dixerimus dicemus falsum, aut verum. non igitur in rebus verum & falsum inest, in mente igitur sunt verum atque falsum. Sed dices, vtrum solum in rebus nõ sint uerum, & falsum. Respondet & dicit { circa autem ea, quæ sunt simplicia, & circa ipsum quid est, neque in ipsa sunt mente } quo in loco simplicia res vocat, quæ ipsæ per se circa compositionem diuisionemve intelliguntur. per quæ dedit intelligere verum & falsum non esse in rebus, sed in mente, & non in mente secundum eius omnem operationem, sed in mente secundum eam operationem, quæ est compositio atque diuisio. Auerroes vero dicit, verum & falsum sunt in cognitione, bonum autem & malum in materia, & nullum entium, quæ sunt in cognitione, dicitur esse simpliciter secundum quod est extra animam. Sed tertio de anima sic dicit, bonum & malum, & verum & falsum sunt in eodem genere. Sed Auerroes ibi seipsum exponens subdit, quia vtrunq; est cognitio, & accepit cognitionem pro fine, quasi dicat, quia vtrũq; est finis. Sed non eiusdem potentiæ. nam verum & falsum sunt finis intellectus, bonum & malum finis voluntatis. Vltimo Aristoteles affert id quod adhuc est considerandum, & dicit { quæ igitur circa sic ens, atque non ens contemplari oportet, posterius differendum est } quasi dicat, cum ens verum, & non ens falsum in compositione, & diuisione versari dictũ sit, quæ ad huiusmodi entis, & non entis, considerationem pertinent, posterius differendũ est, vtputa libro huius operis nono. Circa finem huius dictionis Expositor digrediendo primo declarat quid requiritur ad hoc, vt aliqua cognitio dicatur vera: & aliqua falsa, & breuiter putat ad hoc vt aliqua cognitio sit vera, requiri, vt cognoscens similitudinem rei, quam cognoscit, habeat. Falsa autem, vt deficiat a tali similitudine: eamq; non habeat. Hoc probat ex eo, quia sicuti aliquid dicitur bonum, quia habet formam, quæ sibi conuenit, malum vero ex eo, quia deficit a tali forma: ita cognitio dicetur vera ex eo, quia cognoscens habet similitudinem rei cognitæ, falsa autem ex eo, quia deficit a tali similitudine. Sed obijcies, quia tunc sensatio posset dici vera, falsave, quoniam sentiens potest habere similitudinem rei sensatæ, & deficere ab illa. Concedit Expositor sensationum aliquam esse veram, & aliquam falsam. ad sensum tamen talem cognitionem cognoscere, vel talem similitudinem cognoscere non pertinere, sed ad intellectũ. Iterum obijcies, quoniam intellectus per receptionem similitudinis rei intellectæ non concipit, nisi simplicia, nec componit, neque diuidit igitur non sufficit habere similitudinem rei intellectæ ad hoc, vt intellectio vera sit, aut falsa. Innuit expositor solutionem, & ait ꝙ licet intellectus receperit rei cognitæ similitudinem, non tamen similitudinem diiudicat, sed solum cum componit, atque diuidit. nam vt inquit, cum intellectus concipit hoc, quod est animal

*Que Auer. comẽ. 8.* [margin]

*Comẽ. 34.* [margin]

*Que Expositor.* [margin]

rationale mortale, apud se similitudinem hominis habet, sed cum cognoscit se hanc similitudinem habere, iudicat homine esse animal rationale mortale. & ideo in hac sola secunda operatione intellectus, est veritas & falsitas, secundum quam non solum intellectus rei intellectæ similitudinem habet, sed etiam super ipsam similitudinem reflectitur, cognoscendo & iudicando ipsam. Ex his patere dicit veritatem, atque falsitatem non esse in rebus, sed in intellectu, & non in eius quælibet operatione, sed in ea, quæ est compositio, & diuisio. Bonum vero & malum propter duo in rebus esse asserit, tum quia sunt obiecta appetitus, quæ aut res sunt præter animam, aut in rebus ipsis, quæ sunt præter animam, aut in rebus ipsis, quæ sunt præter animam, tum uel maxime, quia bonum & perfectum idem, malum vero, & imperfectum esset idem. Perfectum autem est res præter animam, vel in rebus præter animam. siquidem perfectio rei in eo consistere videtur, quod formam res ipsa habet, per quam est in actu. Recte igitur dictum est bonum, & malum esse in rebus, verum autem & falsum in mente. Ego uero ambigo circa hæc, & primo contra primum, nam intellectus componit, & diuidit multa, quorum non recipit similitudines. Componit enim substantiam cum substantia in ea propositione homo est animal, quorum species non recipit, cum substantia nec in sensu, nec in intellectu speciem efficiat propriam. Quare compositio & diuisio esse poterunt in intellectu eorum, quorum nullam intellectus recipit similitudinem. deinde dubito circa id, quod de sensu concedit, asserit enim sensationem esse veram, & falsam, non tamen ad sensum pertinere cognoscere sensationem esse veram vel falsam, hoc mihi videtur impossibile, quoniam si sensatio esset vera, vel falsa, sensus posset componere & diuidere. Dictum est enim verum in compositione vel diuisione consistere. & falsum simili ratione. At dicere sensum componere vel diuidere non est auditum in libris Aristotelis, quicquid sit de cogitaria virtute. Tertio dubito circa tertium, dicit enim tertio vltra similitudinem receptam in intellectu, requiri cognitionem reflexam illius similitudinis. Non solum enim ait requiri similitudinem, sed esse necessarium, ut intellectus reflectatur ad illam similitudinem: modo hoc dubito, quoniam per talem reflexionem non habetur cognitio, nisi similitudinis, nam primo erat ratio cognoscendi, in reflexione autem similitudo redditur obiectum cognitum: vbi nihil aliud cognoscit mens, nisi se per talem similitudinem cognoscere hominem, vel id quod per eam cognoscebat. non ergo per talem reflexionem potest componere animal cum hoīe, vel diuidere hominem ab equo.

Diluciditio. Quare pro dilucidatione illud primo accipiendum Aristotelem esse locutum de vero & falso, quibus oratio dicitur vera, aut falsa. Multis enim modis dicitur verum. hic tamen Aristoteles loquitur de vero & falso, quibus orationes vere dicuntur atque falsæ. deinde accipiendum Aristotelem intellexisse per verum & falsum esse in intellectu, nihil verum aut falsum dici posse, nisi per comparationem ad intellectum. nam bonum & malum esse possunt in rebus, & non per comparationem ad intellectum. nam bonum idem est, quod perfectum, malum vero idem, quod imperfectum. At perfectum atque imperfectum ens esse potest, etiam si non compararetur ad intellectum. cum, vt dicitur libro quarto meteororum, perfectum dicitur in quantum potest exire in suam propriam operationem. modo ens potest exire in propriam operationem etiam, si non compararetur ad intellectum. Ex ijs patet dilucidatio, quoniā cum Aristoteles ait verum & falsum esse in intellectu, intelligit nihil verum, aut falsum esse posse, nisi per attributionem ad intellectum, qui per compositionem vel diuisionē quædam intelligit. Bonum autem & malum esse in rebus, quoniam aliquid dici potest bonum, vel malum, & non per comparationem ad intellectum, vtrum vero aliquid dici possit bonum, aut malum absolute, hoc est non per comparationem ad aliquam potentiam, dignum foret dissertione. nam quidam uolunt non esse dicendum quicquam bonum, vel apparens bonum, quin sit appetibile, nec quicquam malum, aut apparens malum, quod non sit refutabile ab appetitu. Sed hæc disputatio in aliud tempus differatur. Satis autem nobis sit nihil esse, aut verum aut falsum, nisi per comparationem ad intellectum, at bonum esse posse & malum etiam si ad intellectum non comparentur. hæc satis pro dilucidatione. Sed circa hæc, quæ dicta sunt, quæritur vtrum ad veritatem propositionis affirmatiuæ requiratur compositio in rebus significatis, ad veritatem vero negatiuæ requiratur diuisio. Pro solutione dico primo ad veritatem affirmatiuæ non requiri compositionem in rebus significatis. Quod probo primo, quia hæc est vera Deus est Deus, & tamen in rebus significatis non est compositio, si quidem in rebus significatis non est, nisi Deus, qui est simplicissimus. deinde hæc est vera, nauale bellum erit magnum, vel nauale bellum potest esse magnum, & tamen in rebus significatis nulla est compositio, cum res significata non sit. Quod autem non est, nec compositum, nec simplex est. Secundo dico ad veritatem negatiuæ nullam requiri diuisionem, nec distinctionem in rebus significatis. Ostenditur, quoniam hæc est vera, chimera non est homo, quoniam etiam si nunquam fuisset, aut esset, aut foret chimera, vel homo. tamen illa esset vera chimera non est homo. vbi autem nec chimera esset, nec homo, in eis nulla compositio, aut diuisio esse potest. Ex his primo colligitur Aristotelem per compositionē non intelligere vnam esse cum alio, nec per diuisionem esse aliquid distinctum ab alio. Secundo colligitur Aristotelem per compositionem intelligere esse idem illud, pro quo termini accipiuntur, vel pro quo termini supponuntur in propositione, vel non accipi pro diuersis rebus. & per diuisionem non esse idem illud, pro quo termini supponuntur in propositione. Ex his patet dilucidatio, Aristoteles enim cum ait veritatem affirmatiuæ esse circa compositionem vel diuisionem, intelligit per compositionem id, pro quo termini accipiuntur, esse idem. vel intelligit quod requiratur quòd termini supponantur pro eadem re, nam nauale bellum erit magnum, vel Socrates generandus erit homo, est vera, quoniam termini supponuntur pro eodem, uel saltem requiritur quòd termini non supponant pro diuersis, sicuti in illa, generandum erit homo. Generandum enim & homo termini pro non pro diuersis rebus supponunt. Secundo addas quòd termini non supponant pro diuersis rebus vel in propositione, quæ ex illis fit, vel in propositione, ad quam resoluitur, vt in hac, Socratis est equus. nam hęc resoluitur in illam Socrates est aliquid, cuius est equus. vbi termini scilicet prædicatum & subiectum non supponūtur pro diuersis rebus. Secundo colligitur ad veritatem negatiuæ sufficere quòd termini non accipiantur pro eodē. hinc fit, vt negatiua sit vera, cuius aliquis terminus pro nullo accipitur, quoniam si aliquis terminus pro nullo supponit, termini non possunt accipi pro eodem. Ergo pro intentione Aristotelis, cum dicit veritatem esse in compositione, vult dicere prædicatum & subiectum propositionis affirmatiuæ pro eodem accipi, vel non pro diuersis, propositionis vero negatiuæ, non pro eodem. vt sit compositio, acceptio terminorum pro eodem, vel non pro diuersis. diuisio autem, non pro eodem. Iterum quæritur vtrum propositio vera sit ex eo, quia quælibet significat ita esse in rebus significatis sicuti est, obijci solet primo de Antichristo, nam hæc est vera, Antichristus erit, & tamen non est ita in re significata, sicut ipsa significat, quoniam res significata nihil est scilicet Antichristus, & si Antichristus nihil est, tunc in eo non est ita, neque aliter. Secundo obijci

Dubitatio de causa veritatis.

De veritate propositionis.



obijci solet de negatiua, nam hæc est vera Chimera non Hippocentaurus, & tamen non est ita in re significata, sicut propositio significat, quoniam Chimera nihil est. Insuper posito etiam quod nūquam fuisset equus, uel bos, nec etiam de cætero esset, tunc hæc est vera equus non est bos, & tamen non esset ita in re significata sicuti propositio significat, immo nec aliter, cum nihil sint. Q uinimmo si ita esset in rebus significatis, sicuti per dictas propositiones significatur, quæro vbi hæc essent, verbi gratia vbi esset Antichristum fore. Insuper ubi etiam esset equum non esse bouem, si uidelicet vnquam fuisset equus, nec bos. Non enim posset assignari ita esse in aliqua parte mūdi, nec ita esse extra mundum. Amplius si ita essent significatæ res ut propositiones significant, vel ab æterno, vel de nouo. nō potest dici nouo, quia ab æterno, propositiones illæ fuissent veræ, si fuissent propositæ, si autem ab æterno, tunc aliquid erit cœternū Deo, quod non est Deus. Quare oporter dicere illud nō plus esse q̄m Chimeram. Sed Arist. oppositum tradit in prædicamentis, cum ait ab eo, quod res est. i. ab eo quod ita est in re significata, sicut propositio significat; dicitur vera. & ab eo quod res non est. i. nō est, ita in re significata, sed propositio significata, sicut propositio significat, dicitur falsa. Insuper cōmuniter ab omnibus dicitur veritatem esse adæquationem, uel conformitatem intellectus. i. propositionis, quam ītellectus conficit, & in uoce, uel scripto explicatur, ad rem intellectā. Modo hæc adæquatio, uel conformitas non potest esse, nisi ex eo, quia ita est in re significata, sicut propositio significat. vnde Arist. in hoc sexto uelle videtur, ueritatem affirmatiuę uel negatiuæ ex eo esse, quia ita est in re significata, sicut propositio significat. & ita videtur hæc vera Antichristus erit, quia ita est, quoniam Antichristus erit. & illa uera Chimera non est Chimera, quia ita est, q̄ chimera non sit chimera. Verum hæc cōiter conceduntur, primum q̄ non omnis propositio uera ex eo est vera, quia ita significat sicut est in re significata, ut per rationes ad oppositum sufficienter demonstratum est. Deinde, ut in iudicris diximus, 5m est, q̄ omnis propositio uera de ineſſe, quæ est de præsenti, ex eo est uera, quia quælibet significat ita esse in re significata, sicut ipsa significat. ueluti si hęc est uera homo est animal, ideo est uera, quia eadem res, quæ est homo est animal. Propositio uera de præterito ex eo est uera, quia qualitercūq; significat fuisse, ita fuit, propositio de futuro uera, ex eo, quia qualitercūq; significat fore, ita erit. Propositio de possibili uera, quia qualitercūq; significat posse esse, ita potest esse. q̄bus patet, q̄ quæcūq; sunt causæ ueritatis, eædem sunt causæ falsitatis, siue contradictoriæ. hinc fit, ut cuiusq; propositionis uerę sua contradictoria sit falsa. Fit etiam, ut omnis negatiua falsa de ineſſe, quæ est de præsenti, sit falsa ex eo, quia qualitercūq; significat affirmatiua sua contradictoria, ita est in re significata. Patet quia eædem sunt causæ veritatis affirmatiuæ, & falsitatis negatiuæ suæ contradictoriæ. Simili ratiōe dicatur de illis de præterito, & de futuro, quæ sunt de ineſſe, & de ea, quæ est de possibili. Hæc enim est falsa Antichristus nō erit, quia qualitercūq; sua affirmatiua, Antichristus erit, significat fore, ita erit. Tertio conceditur ad falsitatē negatiuæ nullam causam requiri in re significata, sed sufficere, vt sit formata, & non uera. nam si sit formata, & non vera, statim sequitur ut sit falsa. Non enim oportet aliquid esse ex parte rei significatæ, sed sufficit non esse cām, propter quam esset uera. hoc per argumentum probatum est. quia si vnq̄ fuisset, uel foret equus, uel bos, adhuc esset hæc falsa, equus est bos, & tamen causa eius falsitatis non est in rebus significatis: nihil enim in eis est: tum nihil sint. ex his statim sequitur ad ueritatem negatiuę nullam cām requiri ex parte rerū significatarum. Dictum. n. est q̄ quæcūq; causæ requiruntur id ueritatem alicuius propositionis, illæ eædem requirantur ad falsitatem suæ contradictoriæ, & econuerso, sed dictum est nihil requiri ad falsitatē affirmatiuæ ex parte rei significatarum: igitur nihil requiritur ad veritatem negatiuæ. sed occurres, nō ne affirmatiua falsa de ineſſe, quæ est de præsenti, ex eo est falsa, quia non quælibet significat ita esse in re concedendum est, sed non ut illa dictio ex eo quia, designet causalitatem aliquā esse extra, sed, ut designet causalitatem consequētiæ unius propositionis ad alteram, quia bona consequentia est, non quælibet significat ita esse, igitur propositio est falsa, ex his possunt rationes pro utraq; parte reconciliari. multæ aliæ dubitationes fieri possent, quæ cum attineant ad logicam, omittantur.

Cum autem complexio, diuisioq; non in rebus sit, sed in mente, id autem, quod hoc pacto est ens, diuersum sit ab ijs, q̄ proprie entia sunt. Mens enim aut quid est, aut qualitatē, aut quantitatem, aut si quid aliud coniungit, aut abiungit, id quidem ens, quod est, ut accidens, & ens, quod est, ut uerum, omittendum est.

Vltimo nunc Aristoteles excipit à metaphysica consideratione tam ens per accidens, q̄ ens verum accipiendo ens uerū id, quo oratio dicitur vera, & dictio est suspensiua usq; ibi { Id quidem ens, quod est, accidens } nam in suspensione affert causam, quare ens uerum debet abijci à metaphysica cōsideratione, & dicit { Cum autem complexio } idest uerum { diuisioq; } .i. falsum { non in rebus sit, sed in mente } .i. non sit nisi per comparationem ad ipsam mentem, { id autem, quod hoc pacto est ens } .s. quasi uerū in compositione, diuisioneq; consistens { diuersum sit ab ijs, quæ proprie entia sunt } .i. ab indiuiduis substantiæ. hæc enim appellat propriæ entia. sic enim exponit Alexander. melius autem puto Aristotelem intelligere per ea, que sunt proprie entia, decem prædicamenta, quę entia sunt absoluta, & non per comparationem ad ipsam mentem, & q̄ hæc expositio sit consona, per hæc quæ subdit, dat intelligere, & dicit { Mens enim aut quid est } .i. substantiam { aut qualitatem, aut si quid aliud } subaudi est de numero entium prædicamentalium, quæ proprie entia dicuntur { coniungit } scilicet affirmationes formando { aut abiungit } negationes conficiendo, deinde terminando suspensionem affert cōclusionem, & dicit { id quidem ens, quod est, ut accidēs, & ens, quod est, ut uerum, omittendū est } & excludendum à præsenti consideratione. Quòd ens, quod est quasi uerum, sit omittendum, in suspensione posita assignauit duplicem causam, tum quia dicitur, per comparationē ad ipsam mentem, & sic de eo attinet ad librū de anima, tum uel maxime, quia est diuersum ab ente. quod proprie est ens attinens ad præsentem considerationem, quæ resumet deinceps.

Nam causa illius quidem indefinita est, huius autem affectus est quidam mentis.

Nunc resumit causas, quare illa sunt omittenda, & dicit { Nam causa illius quidem } .s. entis per accidens indefinita, indeterminataq; est, de indeterminatis autem non debemus esse solliciti { huius autem } .s. entis quasi ueri causa est { quidam mentis affectus } quæ dicitur compositio uel diuisio, & sic attinet ad librū de anima, hæ rationes tactæ sunt iam superiore dictione.

Etiam utraq; circa reliquum genus ipsius entis, & nihil præter naturam aliquam, quæ est ipsius entis, significāt quapropter hęc omittamus: sed entis ipsius, quatenus est ens, causas, principiaq;, consideremus oportet. patet autem per ea, quæ dicta sunt eo in loco, quo quot modis dicitur unumquodque, declarabamus, ens dici pluribus modis.

Nunc assignat rationem cõmunem, quare tam ens quasi verum, q̃ ens per accidens est omittendũ, & dicit { etiam utraq; } .s. tam ens quasi uerum, q̃ ens per accidens uersant subaudi { circa reliquum genus ipsius entis, & nihil significant præter naturam aliquam, quæ est ipsius entis } & intelligit per reliquum genus entis, & per ipsum ens, quod continetur in decem prædicamẽtis, quod dicitur proprie ens. nec enim ens, quod accipitur pro uero, est præter ens prædicamentarium, nec ens per accidẽs est præter ens prædicamentarium. Quod ens, quod accipitur pro vero, nihil significat aliud, q̃ ens prædicamentarium, patet, quoniam nihil componit, aut diuidit mens, nisi ens prædicamentariũ cum ente prædicamentario: & sic ens verum nihil est præter ens prædicamentarium. Quòd uero ens per accidens nihil significat præter ens prædicamentarium, patet etiam, quoniam ex entibus diuersorum prædicamentorum fit ens per accidens. Quare non oportet seorsum agere de his, quoniam qui agit de decem prædicamentis, etiam agit de his, cum hæc nihil significent præter decem prædicamenta. Propterea subdit { quapropter hæc omittamus } scilicet seorsum contẽplari { sed entis ipsius, quatenus est ens, causas, principiaq; consideremus, oportet } nam sic considerabimus de principijs, & causis entis per accidens, & entis quasi veri. Hoc probat ex quinto huius, & dicit { patet autẽ, per ea, quæ dicta sunt eo in loco, quo quot modis dicitur unumquodq;, declarabamus } .i. Quòd qui tractat de ente quo est ens, etiã tractet de ente quasi uero, & de ente per accidens, patet ex quinto huius, ubi in partitione entis pertractauit de ente quasi uero, & ente per accidens. ergo non oportet facere capitula seorsum de his, cum pertractent simul, ubi pertractatur de ente. Hæc, quæ Arist. ait hic, disputata sunt superius, ubi diximus de ente per accidens nec metaphysicam, nec aliquam scientiam pertractare per se, accipiendo ens p accidens pro propositione contingenti vt in paucioribus. Sed accipiendo ens per accidens pro re, quæ significatur per terminum, sic consideratur & a metaphysico, & a particularibus sciẽtijs. Eodem modo de ipso uero pro conclusione demonstrata considerat omnis scientia, cuius est conclusio demonstrata. De vero autem pro termino considerat logicus & metaphysicus. Hactenus de sexto Libro.

Finis Libri Sexti.

# ARISTOTELIS

## *Metaphysicæ Liber Septimus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.*

### *Ad Illustrißimum ac Excellentißimum Don Petrum de Toledo.*

TEX. 1. ENs ipsum multipliciter dicitur, quemadmodum distinximus in ijs, q̃ dicta sunt de unoquoq; quot modis dicatur. Partim enim quod est & hoc aliquid, partim quale, aut quantum, aut cęterorum unumquodq;, quæ hoc modo prædicantur, significat.

ALexander enititur assignare causam, cur Aristoteles in principio huius Libri cõmemorat de ente, ipsumq; multipl'r dici tradit, ut Libro quinto per partitionẽ docuit, cum ens quot modis dicatur, cõstitueret. & causam esse ait, quia disserturus est de definitionibus in hoc libro, & eo, qui hunc proxime consequitur. Definitiones autem, vt in progressu testabitur, accidentium proprie non habentur, sed de eis ex accidenti habẽtur, quemadmodum & ipsa per accidens sunt quoniam, ut res sunt, sic etiã definiuntur. vnde quid est in substantijs proprie, ac simpliciter dicitur, non item in accidentibus, sed cum aliquo additamento, ut suo loco declarabit, ut enim non esse dicimus non ipsum esse dicentes, sed esse quidem, esse tamẽ non ens, sic quale gratia exempli esse dicimus, non tamen simpliciter sed esse quale, sic ipsorum definitiones esse ai̅mus, at nõ simpliciter, sed quodam alio modo. Quia igitur ostensurus est cuius entis est definitio propria, & cuius non, ideo cõmemorat quot modis dicitur ens, ut illud ens eligat, quod principale & proprie ens dicitur, quoniam illius proprie, & principaliter est definitio. Sed anteq̃ ad uerba dictionis ueniamus, q̃ Auerroes inquit in procemio huius libri referamus, in calce itaq; procemij hanc partitionem innuit, ꝙ quædam in hoc metaphysicæ uolumine tractentur per se, ac principaliter, quędam per accidens, quatenus sunt dispositiones, ac præparationes ad ea, quæ hic per se ac principaliter considerantur. Q ue Auer. in poemio. Quæ per se ac principaliter in hoc uolumine considerantur, sunt quinq;. Primum est de substãtia, & accidente, nam prima entis diuisio est in substantiam, & accidens. Secundum uero de actu, & potentia, si quidem secũda entis partitio est in ens actu, & ens potẽtia. Tertiũ est de uno & multis, quippe cum tertia entis diuisio sit in vnũ & multa. Quartum est de substantia materiali, & immateriali, potissimum de Deo, quoniam quarta partitio entis, quod est substantia, est per materialem, & immaterialem. & quoniam quinta entis partitio est substantiarum immaterialium secundum ueritatem & secundum opiniones, ideo quintum est de his. De substantia quidem & accidente consideratio est in hoc libro, & eo qui hunc sequitur. De actu uero, & potentia libro nono. De vno uero & multis lib. 10. de substãtijs materialibus agitur lib. 11. de substantijs immaterialibus s̃m veritatem lib. 12. de substantijs immaterialibus s̃m opiniones agitur. 13. & 14. libris, si libri illi sunt legitimi. Aristotelis, quod ideo dico, quoniam non est mihi exploratũ. nam de substantijs immaterialibus s̃m opiniones pertractauit libro. 1. et pertractabit in hoc libro. De libris. 13. 14. Quare non fuit necessarium de illis agere in libris separatis, cum nihil de opinionibus dicat illis in libris, quod non sit in his dictum. Omisit autem Auerroes intentionem libri vndecimi, qui habetur apud nos, aut quia ipse eum non vidit, aut quia eum non putauit esse legitimũ Aristotelis, vt nonnulli existimauerunt etiam. aut quoniam eo libro recolligit tam ea, quæ hoc in volumine dicũtur, quàm quæ in libris naturalibus. Omnia dico recolligit, vt Expositor ibi inquit, quæ disponunt in cognitionem substantiarũ immaterialium, de quibus aget libro. 12. ideo illum prætermisit. quia nihil agit in eo, quod nõ fuerit pertractatum. hæc igitur quinq; in hoc volumine pertractantur, potissimũ a præsenti libro inde. Quæ uero vt dispositiones considerantur, in sex prioribus libris aguntur. nam libro primo, ut visum est, ostendit quid prisci de rerum principijs tradiderũt. Libro uero secundo pertractat ea, quæ pertinent ad vniuersalem modum considerandi ueritatem. Libro tertio mouet omnes quæstiones, quæ de veritate ipsa, & de causis illius, quæri possunt. Libro quarto procedit ad solutionẽ pro magna parte earum quæstionũ, cepitq; ostendere ea, quę pertinent ad contemplationem huius scientiæ. Libro quinto fecit partitiones eorum nominum, quæ in huius scientiæ consideratione cadunt. Libro uero sexto abijcit ea, quæ nõ sunt de



de consideratione huius scientiæ, ut ens per accidens, & ens quasi uerum. In hoc igitur libro septimo incipit pertractare ea, quæ per se spectant ad considerationem huius sciẽtiæ, ut de substantia, & accidente, quæ est prima entis diuisio, ut Auerroes inquit, ex qbus patet recte Auerroẽ dixisse ea, quę dicunt̃ in cęteris prioribus libris, nõ esse per se, ac principal'r intenta, sed esse præparationes, ac dispositiones ad ea, quę ultimis libris pertractãtur sunt enim ueluti pręludia quædam ut ita dixerim, ad hæc, quę à libro septimo usq; in finem considerantur. Tunc redeo ad dictionem, ubi sciendum est, Aristotelem hanc conclusionem intendere, ente multipliciter dicto, & in decem prædicamenta diuiso, substantia est primum ens, circa quam conclusionem primo resumit partitionem entis, quam diffuse libro quinto exposuit, & dicit { ens multipliciter dicitur, quemadmodum distinximus in ijs, quę dicta sunt de unoquoq;, quot modis dicatur } .i. queãdmodum dictum est libro quinto { multipliciter } dicit, non quidem æquiuocatione, ut quinto huius dictum est, sed proportione, quæ est secundum prius, & posterius. Deinde exponit id, quod quinto huius dictum est de partitione entis, & dicit { partim enim } .i. uno modo enim ens { significat qd' est & hoc aliquid } .i. substantiam. consueuit enim Aristoteles pro substãtia hoc aliqd, & qd est accipere { partim quale } idest alio modo ens significat quale { aut quantum, aut cæterorum unumquodq;, quæ hoc modo prædicantur } intelligit, ut Alexander innuit, & cæterorum prædicamentorum unũquodq;, quæ prædicantur hoc modo de eis, quæ sub ipsis ponuntur, ut substantia prædicatur de ijs, quæ ponuntur in suo p̃dicamento. & cum dixit { quid est, & hoc aliquid } Auerroes per quid est intelligit quiditatem substantiæ indiuiduæ, & per quiditatem Auerroes non sermonem definitiuum intelligit, qa de illo dialectica agit, sed omnem substantiam, quæ de indiuiduis substantiæ prædicatur in quid. ergo per quid est intelligit substantias secũdas, & per hoc aliquid intelligit substantias indiuiduas, de quibus secundæ substantiæ prædicantur in quid, igitur ens significat primo substantiam. s. primam & secundam. Alexãder autem per quod est & hoc aliquid substantiam intelligit, quoniam, ut inquit, Aristoteles consueuit pro substantia hoc aliquid, & quid est accipere. hæc de primo significato. De secundo uero significato Auerroes subintelligit accidens, quasi dicat quòd secundo ens significat accedens in istis substantijs, quorum aliud est quantum, aliud quale, & id genus. Sed contra Auerroem dices, Cõmẽ. 8. quoniam decimo huius asserit ens, & unum significare decem prædicamenta sine medio, hic autem dicit, ꝙ ens significat primo substantiam. deinde accidens, & per medium accidens significat alia nouem prædicamenta. Tollitur autem contradictio per ea, quæ dicũtur duodecimo huius, Cõ. 19. t. 20 ubi asserit ens nõ significare elementum commune nouem prædicamentis, & sic significat immediate illa per carentiam communis naturæ significatæ. Accidens enim non est elementum cõmune, aut communis natura, per quam ens descendat in nouem prædicamenta. Hic vero vult, ut significet primo accidens, non ꝙ sit elementũ, uel natura communis, sed s̃m quendam modum prædicandi, quatenus omnia nouem prædicamenta prædicantur extra essentiam substantiæ. Sed siue sic, siue aliter, Aristoteles assignat secundum significatum nominis ens, & dicit { Partim quale, aut quãtum } demum per abbreuiationem dicit { aut cæterorum unumquodq; subaudi prædicamẽtorum, quæ hoc modo prædicantur } subaudi de substantia, ut prædicantur quale, aut quantũ. s. quæ prædicantur præter essentiam, & per accidens. hoc enim pacto cætera prædicamenta videlicet relatio, ubi, situs, actio, passio, & quando prædicantur, nullum prædicatur in quid, ueluti prædicatur substantia de suis subiectis, sed dices, non ne cætera prædicamenta prædicantur de pprijs indiuiduis in quid. si enim quęratur quid album sit, recte respondetur, ꝙ sit color, uel qualitas. & si quæratur quid corpus sit, dicitur recte, ꝙ sit quantum. igitur cætera prædicamenta prædicãtur in quid de proprijs indiuiduis. innuit Auerroes solutionem quia Aristoteles intelligit { sic prædicantium } subaudi de indiuiduis substantiæ. quoniam de proprijs indiuiduis prędicantur per modũ substãtiæ. Dubitatiões Sed circa dictionẽ dubitatur, quare Arist. non exposuit continuationem huius libri septimi ad proximum uidelicet sextum. iam patet solutio, quoniam in sexto exclusit à consideratione metaphysica ens uerum, & ens per accidẽs & uoluit esse considerandum ens per se, de quo nunc exequitur, igitur continuatio fuit intellecta ex proximo libro. Posset etiam dici Aristotelem sic sine cõtinuatione incepisse ex industria, vt innueret hunc librum esse primum, in quo incipit de rebus metaphysicis agere, nam cæteri præparatorij sunt. Secundo dubitatur cur Aristoteles enumerando prædicamenta accidentium primi ponit quale, ut albus esse pluries fecit, Cum in prædicamentis primo ponat quantum. hoc fortasse fecit, quia hic fuit ordo enumerationis, & nõ doctrinæ. aut fortasse quia quale inest substantiæ ratione formæ, quantum ratione materiæ, & quia forma uno modo est prior materia, ideo nunc proposuit quale, & quia materia alia ratione est prior forma, ideo in prædicamentis proposuit quantum. Tertio quæres cur Aristoteles enumerando. prædicamenta, illa enumerat per terminos concretos, videlicet per quale, & quantum, & nõ per terminos abstractos. dilutio est, quoniam per terminos abstractos non sunt accidentia, quæ possint de substantia prædicari, sed se habẽt vt substantiæ. etiam per terminos abstractos non sunt prędicamenta, ut postea dicemus.

TEX. 2. **Cum autem ens tot modis dicatur, patet ens primum horum esse ipsum quid est, quod quidem ipsam substantiam significat.**

Resumpta entis partitione, quæ libro quĩto assignata est, nunc affert conclusionem, quæ talis est, cum ens diuidat̃ in decem prædicamenta, substantia est primum, & principale ens, & dicit { Cum autem ens tot modis dicatur } .i. decem modis { patet ens primum horum esse ipsum quid est, quod quidem substantiam significat } .i. patet substantiã esse primum ens, & per quid est, quod substantiam significat, voluit intelligere substantiam, ut Alexãder exponit. Auerroes autem sic continuando dicit, ꝙ cum declarasset hoc nomen ens significare substantiam, & accidentia substantiæ, quæ sunt nouem prædicamenta, intendit declarare ꝙ hoc nomẽ ens significet principaliter, & simpliciter prædicamentum substantiæ, secundario, & determinate. s. relatiue ad substãtiam alia prædicamenta accidentium, quæ non dicunt̃ esse, nisi quia accidunt substantiæ. quod est ens per se: igitur s̃m Auerroem conclusio est, ꝙ dicto ente decẽ modis, substantia sit primum ens, & principale. & per relatiue ad substantiam, non intelligit Auerroes alia accidẽtia referri ad substãtiam relatione prædicamentali. quæ est ad terminum, sed relatione, quæ est ad causam. Q ue Auer. cõmẽ. 1. Quo uero ad uerba attinet, Auerroes { per quid est, quod quidem substãtiã significat } intelligit substantiam secundam, quæ dicitur in responsione ad quid est hoc indiuiduum demonstratum per se existens. Quare erit conclusio, cum ens dicatur decem modis, substantia secunda est primum ens. & iuxta hãc expositionem tacuit substantias primas, aut quia, ut Auerroes inquit, indiuiduum substantiæ ꝙ sit prius alijs indiuiduis accidentium, est manifestum per se cum destructis primis substantijs, nihil aliorum remaneat. aut quia posterius parte illa { quapropter non iniuria } idem de primis substantijs ostendet. ergo cum ait { patet ens primum horum esse ipsum quid est, quod quidem ipsam substãtiam } .s. secundã { significat } cum ipsum quid est, prædicatum sit, & non subiectum.

**Nam cum dicimus quale quid est hoc, aut bonum dicimus, aut malum, sed non tricubitũ, aut**

hominem. At cum quid nam est dicimus, nõ album, aut calidum, aut tricubitum, tum dicimus, sed hominem, aut Deum.

Cum Aristoteles accepisset ipsum quid est, subſtantiam ſignificare, nunc, vt Alexander exponit, oſtendit, ipſum qd eſt ſubſtantiam ſignificare. & ſic quod accepit, demõſtrat per locum ab oppoſitis, ſiue per exemplum ſumptũ ab oppoſitis, & dicit { nam cum dicimus quale quid hoc } .i. qualis eſt Socrates, uel Plato, aut alius talis { aut bonum } ſubaudi eſſe { dicimus, aut malum } aut album, aut nigrũ: aut aliud tale { ſed non tricubitum } .i. ſed non omnino quantum { aut hominem } .i. aut omnino ſubſtantiam, ſed quale dicimus { At cum quidnam eſt } Socrates vel Plato, uel alius id genus { dicimus, non album, aut calidum } .i. non omnino quale { aut tricubitum } .i. omnino quantũ { tum dicimus, ſed hominem, aut Deum } .i. ſed omnino ſubſtantiam reſpondemus. per quæ dedit intelligere quid eſt in ſubſtantia ſolum vſurpari. ergo his exemplis patet ipſum quid eſt ſubſtantiam ſignificare, vt acceperat, & per abbreuiationem non adduxit exempla in alijs prædicamentis. Auerroes autem vult Ariſtotelem probare eam concluſionem, quam propoſuit videlicet qꝺ ſubſtantia ſit primum, & principale ens per ſignum ex modo interrogandi, & reſponden di acceptum, verum nonnulli aſſignant primam rationem hic. Secundo vero ibi { cætera autẽ ex eo, & deinceps alias. & iuxta hos hæc prima ratio ad hunc modum conficitur,

Quod prædicatur in quid de primis ſubſtãtijs, eſt prius ens eo, quod prædicatur in quale, aut in quanto, aut ſm aliũ modum prædicandi: Secunda ſubſtantia prædicatur in quid de primis ſubſtantijs, accidens vero in quale, aut quantum aut ſm aliquem alium prædicandi modum: igitur ſecunda ſubſtantia eſt ens prius cæteris entibus. De ſyllogiſmo præſenti aſſignauit minorem, & dixit { nam cum dicimus quale quid eſt hoc } .ſ. Socrates, & omnino prima ſubſtantia aut bonum dicimus, aut malum } aut tale quicqꝺ prædicamenti qualitatis { ſed non tricubitum } aut tale quicqꝺ prædicamenti quantitatis { aut hominem } aut tale quicqꝺ prædicamenti ſubſtantiæ { at cum quidnam eſt } .ſ. Socrates aut prima ſubſtãtia { dicimus, non album, aut calidũ } ideſt non aliquod prædicamenti qualitatis { aut tricubitũ } ideſt aut aliquid prædicamenti quantitatis { tum dicimus, ſed hominem, aut Deum } .i. ſed ſecundam ſubſtantiam, & ſic patet minor. Quod autem id quod prædicatur in quid, ſit prius eis, quæ prædicantur ſm alium prædicamenti modum, ex dialectica ſupponit eſſe exploratum. & cum dixerit { aut Deum } per Deum cœlum intelligit more Empedoclis, qui cœlum Deũ eſſe dixit, Sic enim Auerroes expoſuit.

Cætera autẽ ex eo dicuntur entia, quia eius, quod hoc pacto eſt ens, quædam quantitates, quędam qualitates, quędam paſſiones ſunt, quędam autem id genus.

Alexander vult qꝺ Ariſtoteles compleat concluſionem ad hunc modum, ente decem modis dicto { Patet horũ primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat. Cætera autem ex eo dicũtur entia, quia eius, quod hoc pacto eſt ens } .i. eius, quod eſt ens ſimpliciter, & proprie, hoc eſt quia ſubſtantiæ { quædam quãtitatis, quædam qualitates, quædam paſſiones ſunt, quædam autem id genus } nam tricubitum idcirco ens appellatur, qm̃ proprie entis quantitas quædam eſt. Album vero, & calidum, & omnino affectiones, quoniam eiuſdem qualitates ſunt. Similiter alia dicuntur entia, quoniam proprie entis aliquid ſunt. Eſt igitur apud Alexandrum vniuerſa cõcluſio ente decem modis dicto, ſubſtantia eſt primum, & proprie ens. Cætera uero entia, quia aliquid ſubſtantiæ. Alij hic aſſignant ſecundam rationem. quoniam legunt { autem } pro er, ut in Arabicis translationibus inuenitur: quæ ad hunc modũ habetur, Ens cuius comparatione cętera dicũtur ens, eſt proprie, & principale ens: Subſtãtia eſt ens, cuius comparatione cætera dicuntur entia: igitur ſubſtãtia eſt proprie, & primum ens. De ratione aſſignat minorem & dicit { & cætera ex eo dicuntur entia, quia eius, quod hoc pacto eſt } ſcilicet proprie videlicet ſubſtantiæ { quædã quantitates, quædam qualitates, quædam paſſiones ſunt, quædam autem id genus } ut quãdo, vbi, ſitus, & poſitio. Hęc enim entia ſunt, quia quicquam ſunt ſic entis. i. talis entis, quod dicitur ſubſtantia, & ens proprie. Vel fortaſſe per ſic ens intelligit ſubſtantiam primam, quæ eſt ſubſtantia demõſtrata, vt Auerroes dixit. per quæ patet minor. Sed huic occurres, quoniam tunc ſecunda ſubſtantia nõ eſſet ens ſimpliciter. nam etiam ſecunda ſubſtantia eſt ens, quia primæ ſubſtantiæ quicquã eſt, ſi quidem deſtructis primis ſubſtantijs impoſsibile eſt aliquid aliorum remanere, & ſic etiam interimitur ſecunda ſubſtantia. quo fit, ut ſecunda ſubſtãtia eo ſit, quia eſt quicqꝺ primæ ſubſtantiæ. Sed diluitur hæc ambiguitas, qm̃ licet ſecũda ſubſtantia eſſe nõ poſsit, primis ſubſtãtijs abolitis, non tamen ſequitur, ut ſic quicquam primarum ſubſtantiarum, im mo eſt vniuerſa eſſentia earum, vt poſtea declarabitur. Auerroes vero ex his vtriqꝺ teſtibus, unam concluſionem accipit videlicet qꝺ ente multipliciter dicto, ſubſtantia ſecunda eſt proprie ens. & unam rationẽ aſſignat talem, Id quod reſpondetur ad interrogationem, quæ fit per quid de prima ſubſtantia, & non per quale, aut quãtum, aut per aliud id genus, eſt primum, & principale ens: Secũda ſubſtantia reſpondetur ad interrogationem, quę fit per quid de prima ſubſtantia, & cætera reſpondentur ad interrogationem, quæ fit per alios modos: igitur ſecunda ſubſtantia eſt primum, & principale ens. De ratione tangit primam partem minoris in priore textu. Secundam vero in præſenti textu. Quare Auerroes ex vtroqꝺ textu vnam rationem conficit, alij duas. nos autem cum Alexandro dicimus Ariſt. in præſenti textu accepiſſe ſecundam partẽ concluſionis, quoniam tota concluſio eſt, cum ipſum ens tot modis dicatur, patet horum primum ens eſſe ipſum quid eſt, quod quidem ſubſtantiam ipſam ſignificat. Cætera autem eſſe entia, quia ſunt quicquam ſubſtãtiæ. Interpoſuit autem probationem, qua oſtendit ipſum quid eſt ſubſtantiam ſignificare: quod accepit ex modo interrogandi, & ſic apud Alexandrũ nullam rationem aſſignauit ad cõcluſionem. Solum enim poſuit concluſionem, & vnum, quod ſuppoſuit in concluſione expoſuit videlicet ſubſtantiam hoc aliquid ſignificare. Quę expoſitio dubio procul, eſt Ariſtotelis vt proxima dictione patebit. Quia vero hæc ratio, qua vſus eſt Ariſt. eſt logica, ideo quæritur primo quonam modo hęc ratio ſit logica. Secundo quæritur, quare Ariſtoteles in hac ſcientia utitur rationibus logicis ſæpeſæpius. Innuit Auerroes ſolutionẽ, qꝺ logica vti conſueuerint authores ſcientiarum, aut, vt inſtrumento, ac regula, qua ratione vtimur multis regulis logicæ in hac ſciẽtia, atqꝺ in cæteris. veluti illa ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis in prima figura concluſio eſt vniuerſalis affirmatiua. Vtimur enim hac regula, cum ipſam applicauerimus materiæ naturali ad hunc modum, Omne animal eſt ſenſitiuum, omnis teſtudo eſt animal: igitur omnis teſtudo eſt ſenſitiua. Alio modo per ſubalternationem, veluti cum acceperimus ꝓpoſitiones declaratas in logica tanquam principia, & per eas argumentemur in alijs ſcientijs. verbi cauſa in logica hæc propoſitio eſt perſpicua, omne quod prædicatur de primis ſubſtantijs in quid, eſt prius ens alijs, quæ prædicantur in quale, vel alio modo. Iterum hęc eſt alia perſpicua omne, quod reſpondetur ad interrogationem, quæ de primis ſubſtantijs fit per quod, eſt prius cæteris, per quæ non ſic reſpondemus. Hæ igitur rationes ſunt logicæ, quatenus vim habent per eas ꝓpoſitiones, quæ perſpicuæ ſunt in logica. Diluit etiã Auerroes aliam quæſtionem,

Q. vę Auer. cõmẽ. 2.

Q. vę Auer. cõmẽ. 2.



nem, aſſerens rationes metaphyſicas ex eo eſſe logicas, quoniam metaphyſica conſiderat de ente ſimpliciter, & propoſitiones logicæ ſunt entis ſimpliciter, ſicut definitiones, & deſcriptiones, & id genus. Sic igitur metaphyſicæ ſunt hoc pacto logicæ propter affinitatem harũ ſcientiarum, cum utrqꝫ ſint communiter de ente. licet logica de ente rationis. metaphyſica de ente reali.

TEX. 3. Quapropter non iniuria quiſpiam dubitauerit, ſit ne ambulare, & ualere, atque ſedere, cæterorumqꝫ ſimilium unumquodqꝫ, ens, an nõ ens. nihil enim ipſorum aut aptum eſt per ſe eſſe, aut ſeparari ſubſtantia poteſt, ſed ſi ſint entia, magis ambulãs, & ſedens, & ualens ſunt entia. hæc autem magis entia eſſe uidẽtur, propterea quia quoddam ſubiectũ eſt eis definitum. definitum atqꝫ hoc eſt ſubſtantia, ſingulareqꝫ ipſum, quod quidem in tali prædicatione nimirum apparet. bonum enim & ſedens, cęteraqꝫ iſtiuſmodi non ſine hoc ſubiecto dicuntur. patet igitur ob hanc

TEX. 4. ipſam & unumquodqꝫ illorum eſſe. Quibus efficitur, ut ſubſtantia ſit id, quod primo eſt ens, & non ens quoddam, ſed ens ſimpliciter.

Cum accepiſſet ſubſtantiam eſſe proprie ens, cætera uero dici entia, quia ſeſe quodammodo habent ad ipſam. ideo mouet quæſtionem, et dicit { Quapropter non iniuria quiſpiam dubitauerit, ſit ne ambulare, & ualere, atqꝫ ſedere cæterorumqꝫ ſimilium unumquodqꝫ, ens, an non ens } cuius quæſtionis cauſam ſubijcit, & dicit, & uidetur qꝺ nullum eorum ſit ens { nihil enim ipſorum } .i. quoniam nullum accidentium eorum { aut aptum eſt per ſe eſſe } .i. ideo nullum eorum videtur eſſe ens, quia nullum aut aptum eſt ſubſtantia, hoc enim intelligit per ſe eſſe { aut ſeparari à ſubſtantia poteſt } At cum nullum eorum ſit ſubſtantia, nec ſeparari à ſubſtantia poſsit, cur debent de numero entium haberi, nulla videtur ratio. Deinde ſoluit, & dicit { hæc autem } .ſ. accidentia prædicta non ſunt entia, quia ſint ſubſtantiæ, aut quia ſine ſubſtãtia eſſe poſsint, ſed potius, quia eis eſt aliqꝺ ſubiectum, cuius ſunt affectiones, & dicit { hæc autẽ } accidentia prędicta { entia eſſe uidentur magis } .i. potius { propterea quia quoddam ſubiectum eſt eis definitum } magis enim non comparationem dicit, ſed pro potius accepit. & ex ponens quid ſit, dicit { atqꝫ hoc } .ſ. ſubiectum { eſt ſubſtantia, ſingulareqꝫ ipſum, quod quidem in tali prædicatione nimirum apparet } quaſi dicat in tali prędicamẽto, quod proprie eſt ens, ac in ſubſtantia apparet. ſubſtantia enim ſingularis, quæ eſt ſubiectum in prędicamento ſubſtantiæ, magis apparet, & magis eſt, apparet enim pro eſt, accepit. & aſſignãs cãm eius, qꝺ dixit, ait { bonũ enim & ſedens, cæteraqꝫ iſtiuſmodi } .ſ. accidentia { non ſine hoc ſubiecto dicũtur } ſcilicet quod ſubiectum eſt ſubſtantia ſingularis. vnde concludens inquit { patet igitur ob hãc ipſam } .ſ. ſubſtantiam ſingularem { et unũquodqꝫ illorum } .ſ. accidentiũ { eſſe } eſt igitur ſoluũo, cætera nouem prædicamenta non eſſe ſimpliciter entia, ſed entia quædam, quatenus ſunt affectiones ſubiecti, quod eſt ſubſtãtia ſingularis. ſoluta dubitatione, redit ad propoſitum, & concludit ſubſtantiam eſſe primum, & principale ens, & dicit { quibus efficitur } quaſi dicens qꝺ ſi horum eſſe in hanc ineſt, aliorum unumquodqꝫ ob ipſa eſt, nec illorum quicquam abſque hac cõſiſtere ualet, ſed abſqꝫ illis hæc, ſatis intelligitur { ut ſubſtãtia ſit id, quod primo eſt ens, & non } etiam inrelligitur, ut ſit { ens quod dã } ſicuti eſt ipſum accidens { ſed ens ſimpliciter } ut ſit ſyllogiſmus ſecundum hanc expoſitionem in hunc modũ, ſi eſſe cæterorum prædicamentorum eſt in ſubſtantia, & unumquodqꝫ eorum eſt ob ipſam ſubſtantiam, nec illorum quicqꝫ abſqꝫ hac conſiſtere ualet, ſubſtantia eſt primum & principale ens: Sed per ſolutionem dubitationis eſſe cæterorũ prædicamentorum eſt in ſubſtantia, & unumquodqꝫ eorum eſt propter ſubſtantiam, & nullum eorum eſſe poteſt ſine ſubſtantia: igitur ſequitur poſitio conſequentis uidelicet qꝺ ſubſtãt ſit primũ: & principale ens. Sic videtur Alex. expoſuiſſe, ad cuius expoſitionis intentionem nos ſyllm hypotheticũ cõſi cimus. Auerroes aũt uult Ariſto. primo mouere quæſtionẽ: ſecũdo uult ut ex ſolutione ſubintelligẽda declaret ſubſtantias primas eſſe maxime entia. tertio, ut oſtendat vniuerſales ſubſtantias eſſe ſubſtantias. quarto ut ex declaratis inferat ſubſtantias eſſe cauſas accipientium. Mouendo itaqꝫ quæſtionem utrum accidentia ſint entia, an non, aſſignat Auerroes cauſam, quoniã Ariſtoteles accepit pro explorato ens in rei ueritate eſſe ſubſtantiam, ut ueteres omnes conceſſerunt, ideo emerſit quæſtio ſint ne accidentia entia, an non. verbi gratia utrum ambulatio, & ſanitas, & feſſio ſint entia ſimpliciter, an nõ. cuius rationem affert Auerroes ex uerbis Ariſtotelis ex eo, quia nullum eorum exiſtit per ſe, aut poſsit ſeparari à ſubſtantia, quæ ſola eſt ens per ſe. Hæc eſt quæſtio, & quæſtionis cauſa. ſoluti uero, quę ſubintelligi debet apud Auerroem, eſt qꝺ accidentia ſint aliquo modo entia, ex qua argumentantur Ariſtoteles, & ipſe ſic, ſed ſi conceſſeri mus, ut hoc nomẽ ens ſignificet iſta accidentia, tunc ſubſtantia eſt dignior, ut ſignificetur hoc nomine ens ſecundũ quod apparet ſenſui. ſ. quoniam eſt manifeſtior apud ſenſum. eſt igitur ratio, ſi ens ſignificat acidẽtia, maxime ſignificabit ſubſtantiam primam, quæ eſt explorata ſenſibus. Auerroes aſſignat cauſam conſequentiæ ex eo, quia ſubiecta quiditatum ſubſtantiarum, & uniuerſaliorum eorum. i. & cæterorum accidentium uniuerſalium, ſunt individua ſubſtantiæ, quæ ſunt determinata per ſe à locis, & ſuperficiebus. Igitur maxime ſignificabit ens primas ipſas ſubſtantias. Sed dices, ſi ſubſtantia prima eſt ſubiectum accidentium, & ſecundarum ſubſtantiarum, tunc ſecundæ ſubſtantiæ erunt accidentia. reſpondet, & dicit, & quiditas iſtius ſubſtantiæ ideſt & ſubſtantia ſecunda, quæ prædicatur in quid de ſubſtantia prima, eſt pars eorum, quæ ſunt individua ſubſtantiæ. cum enim ſubſtantia ſecunda ſit pars ſubſtantiæ primæ, non erit eius accidens. quibus infert prædicamentum ſubſtantiæ dici ſecundum hęc duo, uidelicet primam, & ſecundam ſubſtantiam, ut innuat falſam eſſe eorum opinionẽ, qui aſſeruerunt individua ſubſtãtiæ nõ eſſe in prædicamento ſubſtantiæ, qa ſunt aggregata per accidens, aut infinita. infert etiã Ariſtotelem intellexiſſe per ſubiectum, ſubſtãtiam primam, quæ eſt aliud a quiditate ſubſtantiarum vniuerſalium hoc eſt aliud à ſubſtantijs, ſecundis, quæ ſubſtantia prima eſt ſubiectum ſecundarum ſubſtantiarum ſecundum prædicationem, accidentium vero ſecundum inhærentiam. Quòd vero ſubſtantiæ ſecundæ ſint ſubſtantiæ, oſtendit Auerroes tũ quia ſunt partes ſubſtantiarum particularium, quæ ſunt ſubſtantiæ in rei ueritate, tum quia iſta uniuerſalia, quę ſunt ſubſtantiæ ſecundæ, ſignificant prædicamentum ſubſtantiæ. cuius cauſam, ex uerbis Ariſtotelis aſsignat ex eo, quia accidentia videlicet ſtans, & ſedens nõ dicuntur eſſe entia ſine iſtis ſubſtantijs ſecundis, cum ſubſtantiæ ſecundæ ſint totũ eſſe ſubſtantiarum primarum, ſine quibus ſubſtantijs primis nullum accidens eſt. & quia uſus eſt in exemplo iſtis concretis ſedens, & ambulans, dixit & accipit hoc nomen denominatiuum pro accidente tantum. i. loco omnium accidentium. demum vult qꝺ Ariſtoteles inferat ſubſtãtias eſſe cauſas accidentium, ex eo, quia quãdo aliquod dicitur de duobus, de altero dignius, de altero minus digne, illud de quo dignius dicitur, cauſa eſt eius, de quo minus digne dicit, & quia ens de ſubſtantia quidem dignius, de accidente uero minus digne dicitur, ideo ſubſtantia accidẽtium eſt. Sed ocurres huic regulæ. nam calidum dicitur magis de calido ut octo, qꝫ de

Q. vę Auer. cõmẽ. 3.

calido, vt quatuor, & tñ calidum, vt octo non est causa calidi ut quatuor, insuper substantia dignius de homine minus digne de equo dicitur, & tamen homo non est causa equi. de mum substantia magis digne dicitur de substantia composita, minus uero digne de materia, & tamen materia causa est substantiæ compositę, diluitur, quoniam regula intelligi debet de causa effectrice, uel intelligi debet, quãdo aliqd æqui uoce dicitur magis digne de uno, & minus digne de altero, ut fe Auerroes exposuit libro Destructio destructionũ, per quæ ceſſant rationes, nam calidum de calidis, & substantia de substantijs uniuoce prædicantur. etiam ens dicitur de toto, & materia uniuoce. hęc est expositio Auerrois, quę quantum differat ab illa Alexandri, omnibus pater. consueuimus etiam exponere hæc uerba aliter, nam cum ostẽdisset secundas substantias esse entia potiora accidentibus, consonũ est ut nunc ostendat primas substantias esse prima & principalia entia, & iuxta hanc expositionem syllogismus sic cõponitur, id propter quod cætera accidentia sunt, est primum & principale ens, substãtia prima est id, propter quod cætera accidentia sunt, igitur prima substantia est primum, & principale ens. maiorem Aristoteles supponit pro exploratа, minorem probat, quoniam substãtia prima est id, quo sunt accidentia abstracta, et quo sunt accidentia concreta, sed omnia accidentia sunt aut abstracta, aut cõcreta, ut pro exploratо supponatur. igitur substantia prima est id, per qđ cætera accidentia sunt. De hac ratione tangit minorem, quæ primo loco accepta est, pro utraq; sui parte procedendo dubitando, & dicit { quapropter non iniuria quispiam dubitauerit, sit ne ambulare, & ualere, atq; sedere, cæterorumcq; similium unũquodq;, ens an non ens } & intelligit, per ambulare, & ualere, & sedere accidentia abstracta, quæ subiectum non circũcernunt, deinde ostendit nullum tale abstractum accidens posse esse sine substãtia prima, & dicit { nullum enim ipsorum }. ſ. accidentiũ, quę sunt abstracta { aut aptum est per se esse }. i. aut est substantia { aut separari à substantia }. ſ. prima { potest } & sic habetur prima pars minoris antedictæ cp abstracta accidẽtia esse nequeant sine prima substantia. Quòd uero nec concreta, ostendit & dicit { sed si sint entia }. i. sed si aliqua accidentia sint entia { magis } accidentia. ſ. concreta, quæ sunt { ambulans, & sedens & ualens sunt entia } cuius causam subdit dicens { hæc aũt ideo magis entia esse uidẽtur, quia } id { quod est ipsis subiectum est definitum } & determinatum, quod subiectum exponens subdit, & dicit { atq; hoc est substantia } & exponens quæ substantia, subdit { singularęq; ipsum, quod quidem in tali prædicatione }. i. quod quidem in prædicamento substantiæ { nimirum apparet } ut puta Socrates, & Plato, & cæteræ substantiæ, quæ apparent, atq; sensibiles sunt & tunc reddit causam, & dicit { bonum enim & sedens, cæteraq; istiusmodi non sine hoc subiecto dicũtur }. i. sine substantia sensibili. igitur habemus duo, & cp accidentia abstracta non sint in rerum natura, quia non intelliguntur in substantijs primis, & accidentia concreta sint, quia in eorum intellectu includunt substantias primas, quibus duobus expositis infert minorem, & dicit { patet igitur & unumquodq; illorum }. ſ. accidentium tam abstractorũ, cp concretorum { ob hanc ipsam }. ſ. sensibilem substantiam { esse }. Quæ propositio fuit minor prosyllogismi, quo est minor principalis syllogismi ostensa, demum de utrisq; substãtijs infert primitatem, nam cum primitas sit ostensa de substantijs secundis, & de primis hanc eandem nunc ostendit, generatim inferens inquit { quibus efficitur, ut substantia sit id, quod primo est ens, & non quippiam ens quale ens est accidens, sed ens simpliciter } nam de utrisq; iam demonstratum est. hęc est una expositio, quæ ualde consonat uerbis dictionis, est q; acuta quam olim nos excogitauimus. Sed dubitatur in hac expositione, qa uidetur implicatio contradictionis, qđ hęc expositio supponit, asserit enim abstractum accidens, quod

Disputatione septima. Solutiõe dubij ultimi.

in sui intellectu non connotat substãtiam primam, nec esse, nec posse esse, & tamen ipsum affirmat posse intelligi: quod implicare videtur contradictionem, nam quod nec est, nec esse potest, non intelligitur. dilutio petenda est à dilucidario eo titulo, qui est de inhærentia, ubi diximus, cp licet secundum opinionem Aristotelis nullum accidens esse possit sine subiecto, tamen hæc est differentia inter abstractum & concretum, cp abstractũ in sui intellectu nõ includit subiectum determinatum, nisi fortasse in obliquo. At accidens in concreto includit in sui intellectu subiectum, & in recto. sed hęc in dilucidario.

**Multis igitur modis dicitur primũ, omnium tamen est ipsa substantia primum, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura.**

Natura, φύσει.

Cum accepisset substantiam primum ens esse, atq; propriæ ens, quia primum pluriſariam, ut quinto huius exposuimus, dicitur, ratione, & cognitione, ac tẽpore, his tribus modis substantiam cæteris priorem esse confirmat, & hoc proponit, & dicit { Multis igitur modis dicitur primũ } ut quin to huius in partitione primi exposuimus est { omniũ tamẽ } scilicet nouem prædicamentorum { est ipsa substantia primum, & ratione, & cognitione, & tẽpore, & natura } in codice Alexandri non reperitur uerbum { natura } in nostro tamen græco codice reperitur καὶ φύσει. i. { & natura } sed si reperitur, prius natura pro priore tẽpore accepit. nam licet prius natura pro priore secundum causam interdũ accipi consueuerit, hic tamen idem quod prius tempore accepit: & per prius ratione, prius definitione intelligit, per prius uero cognitione, non prius ordine cognoscendi intelligit, sic. n. accidentia sunt nobis prima. sed prius intimitate, ac perfectione cognoscendi intellexit, ut exponetur post modum.

Que Auer. cõmẽ. 4.

**Nam cæterorum quidem prædicamẽtorum nullum prorsus est separabile, ipsa autem sola separabilis est.**

Cõmẽ. 2. 3. Cõmẽ. 5.

Cum proposuisset substantiam esse priorem cæteris tribus modis prioritatis, primum tempore ipsam esse priorem ostendit, & eius ratio sic componitur, quod est separabile ab accidentibus, & accidentia non separabilia à substantia, est prius eis. substantia est separabilis ab nouem accidentibus, accidentia uero non separabilia à substantia. igitur substantia est tempore prior accidentibus. De ratione tangit minorem, quia conclusionem iam acceperat, & dicit { Nam cæterorum quidem prædicamentorum nullum prorsus est separabile } subaudi ab ipsa substantia { ipsa autem sola } subaudi separabilis est à nouem prædicamentis accidentiũ. maior autem subintelligatur. Alexander hanc minorem exponit ex eo, quia licet substantia nunq; absq; cæteris prædicamentis existat, nulla enim vnq; mortalium substantiarum sine qualitate, uel quantitate, alijs ve huiusmodi cõsistit, licet igitur nunq; sine alijs constet, tamen quoniam illa se iungũtur ab ipsa, & alia hodie in ipsa sunt cp heri, & cras erunt diuersa, & singulis prope dixerim diebus euariant, dubitari non debet, quin ipsa tẽpore cæteris prior habeatur. ut enim amphora exempli gratia prius est tempore cp uinũ, quodcp in ipsa contentum: sic substantia cp singulis diebus accidentia ipsi abeũtiacp accidẽtia. quinetiam eo prior cæteris habetur, cp alia secũ tollat, & quasi ruina sua inuoluat, non autem ab illis tollat, & sic patet minor, ut postea. Auerroes aũt intelligit hanc Aristotelis conclusionem de cunctis accidentibus & uniuersalibus, & particularibus, quoniam etiam accidentia uniuersalia dicuntur in subiecto.

Que Auer. cõmẽ. 4.

**Ratione quoque hoc est primum, quoniam in unius cuiusque ratione necesse est substantiæ rationem esse.**

Nunc ostendit substantiam priorem esse accidentibus definitione, & non tantum tempore, & componitur ratio sic, quod



quod ponitur in definitione accidentium, & accidentia non in definitione eorum, ipsum est prius definitione accidentibus. Substantia ponitur definitione accidentium, & non è cõtrario, igitur substantia est prior definitione accidẽtibus, vel, ut Alexander magis ad uerba, sic quæ ponuntur in definitione alicuius definiti, hæc priora ratione sunt, cp definitum. ad definitionem accidentium sumitur substantia, ut ad definitionem simi nasus assumitur, ad iræ rationem sanguis. igitur substantia accidentibus ratione prior habetur. de ratione primo proponit conclusionẽ, & dicit { Ratione quoq; hoc }. ſ. substantia { est primũ } deinde assignat minorem, & dicit { quoniam in uniuscuiusq; ratione }. i. quoniam in cuiuslibet accidentis definitione { necesse est rationem substantiæ esse }. i. necesse est accipi substantiam. Quod non simi tantũ, & sanguinis exemplis, quæ modo apposui, planum est, sed et am, ut ipse in progressu testabitur, quoniam album, & reliqua accidentia definientes, cum non exacte ipsorum definitiones reddantur, substantiam in ratione non assumimus, acceptari necesse est, si accuratius definitionẽ quæreremus. & per rationem substantiæ intelligit definitionem substantiæ, aut conceptum substantiæ. Auerroes autem assignat causam quare substantia accipitur in definitione accidentis, & non è contrario ex eo, quia sicut res se habet in esse, ita in definitione. accidẽtia autem in esse consistunt per substantiam, igitur per illam definiuntur. at contra minime. non enim substantia cõstituitur in esse per accidẽtia, nec per illa consistit, & propterea cum substantia definitur, definitur per suas causas, quibus consistit. vnde Auerroes asserit partes definitionis eas esse, quibus res ipsa consistit, ut primo physicæ auscultationis ipse exposuit, & libro de anima primo, etiam est exploratum.

Que Auer. cõmẽ. 4.

**Et scire unũquodq; maxime arbitramur, cum quid sit homo magis, aut ignis cp cum quale, aut quantum, aut ubi cognoscimus. nam & horum ipsorum unũquodq; tum scimus, cum quidnam sit, aut quantum, aut quale cognoscimus.**

TEX. 5.

Nunc tertio demonstrat substantiam cognitione præstare accidentibus, intelligendo per prius cognitione illud, per quod individuum substantiæ unumquodq; intimius, ac perfectius, uel, ut ita dixerim, essentialius scituri. & hoc ostendit exemplo quasi ab oibus explorato, & dicit { Et scire unumquodq; maxime arbitramur, cum quid sit homo magis, aut ignis, cp cum quale, aut quantum, aut ubi cognoscimus } et Alexãder per { quid sit } substantiam intelligit, quasi dicat cum substantiam hominis, aut ignis { magna cp cum quale aut quantum, aut ubi } aut al quod aliorum prædicamentorum { cognoscimus } potest etiam legi quid, pro cp, hoc pacto { & scire unũquodq; }. ſ. individuum substantiæ { maxime arbitramur, cum cp }. ſ. Socrates uel Plato, uel aliud quoduis substantiæ individuum sit homo aut ignis { magis cp cum }. i. magis cp sit { quale, aut quantum, aut ubi cognoscimus } nam cum cognoscimus cp Socrates sit homo, vel ignis, tunc nobis est nota eius substantia, cum uero cp sit quale, aut quantum, aut ubi, tunc non eius substantiã scimus, sed aliquid exterius. Et Auerroes affert causam ex eo, quia scire individuum substantiæ per sua uniuersalia, est intimius perfectius, ac essentialius cp scire idem per uniuersalia accidentium. uerbi causa, cum uoluerimus scire hunc hominem & scierimus ipsum esse aliquã naturam substantialẽ, ut hominem, aut ignẽ, perfectius, intimius, ac essentialius cognoscimus, cp si sciuerimus ipsum esse quantum, aut quale, aut ubi, aut aliquod prędicatorum accidentium. unde Auerroes volens exponere quid Aristoteles per hoc uoluerit intellige re, accepit primo cp accidentia non sint per se quæsita de individuis substantiæ. Sed per accidens, quatenus sunt dispositiones, ac propria accidentis substantiæ demonstratæ. accepit secundo cp primum quæsitum sit substantia demonstrata, atq; individua. Sed dices, individua substantiæ non sciuntur. igitur non quęrũtur. nam quęsita sunt modo equalia iſs, quę scimus, secundo Analyticorum posteriorum. diluitur cp individua non sint quæsita de alijs, sed sunt ea, de quibus quæruntur prædicata uniuersalia, quæ sunt propria accidentia, quoniam licet de individuis non sit scientia, quatenus sunt singularia, est tamen de eis scientia, quatenus uniuer saliter concipiuntur. ex his concludit tertium, cp quia scire in diuiduum substantiæ per dispositiones substantiales. i. per prædicata substantialia perfectius, intimius, ac essentialius est cp scire ipsum per dispositiones accidentales. i. prædicata accidentalia, fit, ut substantia præcedat accidentia cognitione. Aristoteles uero eius, quod dixit, assignat rationem quasi à simili, & dicit { nam & horum }. ſ. accidẽtium { ipsorum unumquodq; } idest individuum omne { tum scimus, cum quidnã sit }. i. cũ cuiusq; substãtiã } cognoscimus, aut quã tum } quod est substantia corporis { aut quale } quod est substantia albi. magis enim scimus album per colorem, qui est eius substantia, cp per quantum, causa autem, quoniam semper genus, uel species propriis individuis intimius est, cp quod cunq; accidens. Quare à simili individuum substantiæ magis scitur per substantiam cp per quoduis accidens. Vnde Auerroes asserit Aristotelem id, quod acceperat, hic demonstrare per signum acceptum ab individuis accidentiũ. nam ut illa sciunt magis per propria uniuersalia cp per aliena, vt album magis per quale, cp per quantum, & tricubitũ magis per quantum, cp per ubi, sic individua substantię magis cognoscuntur per substantiam, cp per quoduis accidẽs. Sed huic occurres, quonam pacto substantia sit prior accidente, cum accidens proprium sit cognitum suo subiecto. respondet cp substantia, quæ est corpus, & subiectum in actu est prius tempore suo proprio accidente ratione materiæ, ex qua tale subiectum fit. veluti ignis est tempore prior calore, quia materia, ex qua fit ignis, est prior tempore forma, & calore ignis. Accidente uero per accidens est prius tempore sm se, quoniam totum ut ignis est prior motu violento, qui est ei accidens eo modo, quo exposuit Alexander. verum rei huius dilucidatio petenda est a dilucidario.

Que Auer. cõmẽ. 4.

**Igitur & in etiam, quod olim, & nunc, & semper quæritur, semperq; dubitatur, quidnã sit ens, hoc est profecto, quęnã ipsa substantia sit.**

Nunc ex dictis concludit perspicuum esse id qđ olim, ac semper à Platone, cæterisq; philosophis, & nunc a nobis inuestigaę, ac inquiriẽ in ea qõne, qua quæritur quid sit ens, nihil aliud quæri cp quid est substantia, & dicit { igit & id ẽt, quod olim }. ſ. a Platone { & nũc }. ſ. a nobis { & semp }. ſ. a Platone, qa hæc qõ nunq; cadebat ab illius mẽte { quæriẽ, sempq; } ab eodẽ Platone { dubitaẽ } in ea qõne { qd sit ens, hoc est profecto } subaudi quærere, & nihil aliud cp { quæn ãipsa substantia sit } nã cum substantia, ut Alex. resumit, sit, pprie ens, primũq; tempore, rõne, cognitiõeq;, qd sit ens in uestigare nihil est aliud cp substantia, quæ sit, ingrere, ut innuat per uerbum { igitur } qđ græce est διὸ qđ hic affert, esse excerptũ, ac ueluti corollariũ, quod ex dictis seqẽ. nam si substantia est primũ, et principale, & solũ ens, sequit cp antiqui, qui olim fuerũt, & Iuniores, qui nũc sunt, quærentes quidnã ens sit, nihil aliud uoluerunt quærere cp quidnã substantia sit. Tenet excerptũ, quia ens nihil ferè aliud est, nisi substãtia. Cum uero dixit { quod olim & semp } Alex. ad Platonẽ retulit { & nunc } retulit ad Peripateticos, qui nunc. Potest ẽt { qđ olim } referri ad Parmenidẽ, & Melissum, qui disseruerunt de ente multo tẽpore prius Arist. verbum { & qđ nunc } põt referri ad Socratẽ, & Platonẽ, qui fuerunt tpe Arist. hi. n. differentes de ente, & uno in Parmenide, nõ nisi de substãtia intellexerũt, & cum dixerit { semp quæriẽ, sempq; dubitaẽ } habuit respectũ ad ueteres, q fue-

runt suo tempore, & ad posteriores omnes, qui succedent.

Q ue Auer. comē.5. Auerroes autem putat Aristotelem mouere hanc quæstionem, quæ sit quiditas substantiarum indiuiduarum, & assignat causam, quæ auget desiderium sciēdi huiusmodi quæstionem ex eo, quoniam cū fuerit scitum illud, quod est quiditas indiuiduæ substantiæ, tunc erit scita prima causa omnium entium. vbi fortasse per primam causam omnium entium intelligit formam, quæ est prima, & principalis causa omnium compositorum. aut fortasse per primam causam omnium entium intelligit, primum motorem, sed tunc ambigua est eius consequentia, scitur quiditas substantiæ indiuiduæ, igitur scitur prima causa omnium entium. i. primus motor. fortasse deducetur ad hunc modum, scitur quiditas substantiæ indiuiduæ, igitur scitur definitio substantiæ indiuiduę, sed non scitur defiuitio substantię indiuiduę, nisi sciantur accidētia eius, ut ꝙ sit genita, et corruptibilis, sed nō possumus scire indiuidua generari, atq; corrumpi, nisi sciuerimus cœlum moueri motu perpetuo, qui est causa generationis, et corruptionis, vt secundo de generatione patet. & non possumus scire cœlū moueri motu ꝑpetuo, nisi sciamus primum motorem esse, qui est causa omnium enitum. igitur scita quiditate substantiæ indiuiduæ, scietur prima omnium entium causa. Sed quicquid sit de hac consequentia, hæc Auerrois expositio non est consona dictioni grecę, quia, ut uisum est, Aristotelis ex ijs, quę declarauit, intulit tanq̃ excerptum sensum quæstionis diu disputatæ.

**Hoc enim quidam unum esse dicunt, quidam plura q̃ unum, & horum quidam finita, quidam infinita inquiunt esse.**

Nunc exponit, quod dixerat per hoc, quia et qui dixerunt ens esse unum, & qui dixerunt ens esse plura, & tam qui plura finita, q̃ qui plura infinita, semper de substātia uoluerunt intelligere, unde dicit { Hoc. n. } .s. ens { quidā vnū esse dicunt } ut Parmenides, & Melissus { quidā plura q̃ unū } ut philosophi naturales { & horū } .s. philosophorū naturalium, qui dixerunt plura q̃ unū { quidā finita } ut Empedocles { quidā infinita inquiūt esse } ut Democritus, & Anaxagoras, & omnes hi per ens substātiā uoluerūt itelligere, tam qui dixerunt ens esse unū, q̃ qui dixerūt plura, & tam qui finita, q̃ qui infinita. ergo excerptū recte est deductum. Alex. ait { hoc. n. } ens Arist. inquit. i. substantiā quidā unum esse dicunt. etenim qui principiū unū esse statuebant, ut Thales, & cæteri, quos nouimus, Physiologi, ens quoq; unū esse tradebant, qui vero infinita, ut Anaxagoras, & Democritus, ij etiam entia infinita esse asserebant, igitur recte ꝑ ens subām est intelligendū. Q ue Auer. comē.5. Auerroes aūt vult ꝙ hic Arist. soluit quęstionē primo quia hæc qō semꝑ fuit desiderata, deinde quia est qō difficilis. deceptus est aūt Auerroes qm̄ illa particula { .n. } demōstrat hic reddere cām excerpti. soluit ēt Auerroes dubitationē qm̄ cū Arist. in physicis has opiniones narrasset, nō debebat hic eas repetere, q̃ dubitatio licet nō sit ad propositum, tamen nō est inutilis, quia etiā in hoc libro non semel repetit has positiones. & ita licet solutio dubitationis, nō sit conueniens loco præsenti, est tamen utilis ratione aliorum locorum, in quibus Aristoteles narrat has positiones, asserit Auerroes tam in naturalibus q̃ egisse de rerum naturalium principijs, non tamen eadem ratione, quoniam in naturalibus agit de talibus principijs, quatenus sunt principia corporū, quæ mouentur, & quiescunt. in præsenti scientia agit de eisdem, quo sunt principia substātiarum, quo substantiæ sunt. cuius rationem affert ex eo, quoniam prima diuisio entis est in substantiā, & accidens. quare hic cōsiderandum est de rerum naturalium principijs, quatenus sunt principia substantiarū, uel accidētiū. nō igiť superfluit hæc consideratio, cū alia rōne hic, & ibi habeať & qa Auerroes putabat hic Arist. mouisse qōnem de quiditate subarū sensibiliū, ideo hanc quæstionem differre ait ab eadē, cum fuerit mota in naturali scientia ex eo, quia ad alium finem hic quæstio mouetur. & ad alium finem in naturalibus. quoniā hic inducitur, ut per eius solutionem proficiscamur ad sciendam primam formā omniū entium, & primū finē. in naturalibus uero inducit, ut per eius solutionem proficiscamur ad sciēdum primam materiā, & formas naturales, & primū motorem. Quo uero modo ex solutione huius quæstionis, q̃ diluiť hic, proficiscamur ad sciendū primā formā, & primū finem, postea dicemus. sed quomodo ex solutione eius, q̃ pertractatur in naturalibus, proficiscamur ad sciendū primā materiā, & formas naturales, & primū motorē, dictū est hic pro parte, & plenius in naturalibus. & qa putauit Auerroes Arist. hic mouisse qōnem, putauit ēt ut hic incipiat soluere, inducatq; primo opiniones ueterū de qōne: q̃ expositio quantū sit aliena a uerbis dictiōis, explicatū est. uerū quo ad uerba attinet, per eos, q dixerūt ens eē unū, uno mō exponit Parmenidem & Melissum, q dicētes unū eē ens, asseruerunt illud, qđ est ꝑter subām, nihil eē, ēt subām simplicē nō esse cōpositā, immo nihil esse ꝑter subām simplicē. Alio mō exponit eos, q in rebus cōpositionē cōcedūt, hoc est multitudinē. sunt. n. non nulli, q in reb⁹ multitudinē affirmāt, & tn̄ asserūt aliqđ unū ex quatuor elemētis eē rerū principiū, aut aliqđ mediū inter elemēta. nā, ut inqt, isti in rebus cōcedūt multitudinē ꝓuenientē à cōpositione hoc est ab illo uno principio multipl'r uariato, quatenus ut rarefit, generať aer, cōdēsať fit terra, & cætera id genus eodem modo. & per eos, qui posuerunt plura q̃ unum, Auerroes intelligit Democritum, qui infinitas atomos rerum principia affirmauit, & Anaxagoram, qui infinitas partes similares rerū principia asseruit, & Empedoclem, qui quatuor elementa putauit, quorum conuenientiam resumens hos eos esse tradit, qui de principijs non præceperunt nisi tantum materiale. Sed dices, Anaxagoras nouit mentem, quam posuit mouentem causam, & Empedocles amorem, & odium, quæ ex parte causæ mouentis statuerat. diluitur ex eo, quia licet Empedocles, & Anaxagoras causam mouentem nouerint, non nouerunt eam sub ea ratione, qua moueret atq; ageret, quoniam agens agere non potest, nisi ratione, qua corpus est. modo mens non est corpus, nec amor, aut odium est corpus. materiam uero perceperunt sub ea ratione, qua ex ea fiunt res naturales.

**Quapropter et nos maxime, primoq;, ac fere solum de eo, quod ita est ens, quidnam sit, consideremns, ac contemplemur oportet.**

Nunc ipse quoque ex ijs, quæ dixerat, infert de substantia sola, & prima esse sibi agendum, & dicit { Q uapropter } .s. quia substantia est ꝓprie, & principale ens { & nos maxime, primoq;, ac ferè solum de eo, quod ita est ens } .i. de substantia { quidnam sit, consideremus, ac contemplemur, oportet } dixit autem { maxime } quia de substantia principaliter, dixit { primo } quia per eam de cæteris accidentibus contemplandū est. dixit { ferè solum } qa quodāmodo de ipsa sola, quatenus determinando de ipsa, de cæteris per ipsam determinat. Quodāmodo uero non sola, quia etiam de accidentibus agit, quæ nō sunt substantia. Hoc. n. uoluit dicere { ferè solum } ut recte aduertit Expositor, A- Q ue Auer. comē.5. uerroes vero putat Aristotelem uelle assignare causam, cur ponenda sit consideratio in principio substātiæ. s. indiuiduę, quod omnes homines dicunt esse primum, & unum, & dicere quid sit, & vult huius rei causam esse diuersitatem opinionum accidentem inter antiquos de illa re, & ita uult ꝙ quando Aristoteles dicit in textu suo esse considerandum primo de eo, quod est primum, & vnum, intelligat principium indiuidui substantiæ. cuius rationem affert ex eo, quia omnes conueniunt quòd indiuidua corporum substantialium per se sunt substantiæ, & ꝙ in talibus indiuiduis sit dare aliquod, quod sit, eorum principium. Hæc est expositio Auerrois, quæ q̃ sit delira, non oportet disputare.

Substantia



Autem al' itaq;.

**Substantia autē manifestissime quidem corporibus uidetur competere. quamobrem & animalia, & plantas, & partes ipsorum substantias dicimus esse. & item corpora naturalia, ut ignē, & aquam, & terram, & talium singula: & quæ aut sunt horum partes, aut quæ ex his sunt, aut partibus, aut omnibus. cœlum insuper, ac partes ipsius stellam, solem, & lunam.**

Cum proposuisset quid nā ita ens sit, nunc, ut placet Alexandro, respondet, uel cum proposuisset dicere de substātia, nunc prosequitur, & primo accepit ea, quæ manifestissime sunt substātiæ, ubi dictio { autem } legitur in alijs codicibus itaque ad hunc modum { Substantia itaque manifestissime quidem corporibus uidetur competere } & per competere non intelligit inhęrere, modo quo accidentia substantię inhærent. Sed intelligit competere secundum prædicationem, modo quo genera prædicantur de speciebus { uidetur } autem inquit, non quod dubitans, sed affirmans. aut certe { uideť } dicit, quoniam id multis uerbis ostensurus est, hoc itaque dixit, ut qui nondum demonstrasset. quanquam prior expositio illatis uerbis longe accōmodatior esse uidetur. substantia igitur inquit proprie ens esse uidetur, sed in corporibus. i. sed corpora manifestissime. corpora enim dubiò procul substantiæ sunt, cum ab omnibus concedatur corpora naturalia esse substantias, cum fere sensibus pateant. non autem dixit uerissime, quia uerius substantię sunt intellectuales. deinde concludit quæ dicantur manifestissime substantiæ per exemplū, & dicit { quamobrem & animalia, & plantas, & partes ipsorum } .s. integrales { substantias dicimus esse } & signanter integrales exposui, quoniam partes integrales corpora sunt. uel quia manifeste patent, essentiales autē, ut materia, & forma non patent { & item } corpora naturalia etiam manifestissime substantias esse dicimus { ut ignem, & aquam, & terram, & singula } alia de numero { talium } quia & uaporem, & aerem, ut Heraclitus dixit, & etiam intermedia elementorum, ut alij dixerunt, & complens sermonem subdit { & quæ aut sunt horum partes } idest elementorum { aut quæ ex his } scilicet elementis { sunt } ut mixta, animalia uidelicet & id genus. addit ex his elementibus { aut partibus, aut omnibus } idest aut ex quibusdam, aut omnibus. Expositor intelligit aut ex partibus, ut mixta quæ generantur, quæ non sunt ex totis elementis, sed ex elementorum partibus. non enim in ligno quatuor elementa tota sunt, sed partes illorum { aut omnibus } idest totis, ut hic inferior mundus, qui constat ex quatuor elementis, & quidem totis. uel { aut ex partibus } idest quibusdam intelligit, ut mixta imperfecta, quæ non sunt ex quatuor elementis { aut omnibus } ut mixta perfecta, quæ constant ex quatuor elementis. omnia enim hæc manifestissime substantias dicimus esse. Alexander legit sic { aut ex partibus, aut omnibus } ex partibus, ut dicit corporum simplicium animalia constant. ex omnibus uero corporibus, cōstant { ut cœlum, & partes ipsius astra, & luna, & sol } sic legitur in græco. nam cœlum & astra ex quatuor elementis constare dicere uidetur, quod tamen non dicit, & propterea legatur hoc pacto { cœlū insuper ac partes ipsius stellam lunam & solem } subaudi manifestissimas substantias esse dicimus. quanquā Alexander cœlum omne mundumq; ex omnibus corporibus, ipsorumq; partibus cōstare dicit, sed mundum sublunarem, qui intra lunarem globum continetur, ex mortalibus corporibus, ac ipsorum partibus consistere. omne uero circunlatum corpus ex uniuersitate circunlati corporis, eiusq; partibus ex uniuersitate sphærarum, & partibus .i. astris in eis contentis. Q ue Auer. Comen.5. Auerroes autem exponit quæ substantia sit, de qua Aristoteles proponit perscrutari, & asserit illam esse formam, quam formam putat Aristotelem uoluisse esse primam & præcipuā substantiam, quoniam est causa substantiæ demonstratæ, cum substantiæ demonstratæ nō sint substantię demonstratæ ac indiuiduæ, nisi propter illam, quam etiam Aristotelem eam dixisse esse unam affirmat, quia substantia demonstrata non est una, nisi per formam, quæ omnia dissona sunt uerbis græcis, ut patuit in nostra expositione. nec solū hęc sunt dissona, sed etiam cætera omnia, quæ dicit exponendo hanc partem, sunt extra uerba, & mentem Aristotelis.

**Vtrum uero hæ tantummodo, an & aliæ substantiæ sint, an horum quidem nihil, aliæ uero sint substantiæ quædam, consideremus oportet.**

Postquam corpora in cōperto substātias esse supra dixit, & cætera, quæ recensuit, nunc inquirit utrum hę tantum, quę cōmemoratæ sunt, substantiæ sint, an aliæ præterea quædā habeantur, an cæteræ magis substantiæ sint quā hæ, & dicit { Vtrum uero hæ tantummodo } subaudi substantiæ sint, & nullæ præter has, ut Heraclitani dixerunt, qui solum sensibiles substantias asserebant, negabantq; intellectuales { an & aliæ substantiæ } subaudi præter has, ut dicunt Peripatetici, & Platonici, qui ultra sensibiles substantias ponunt intellectuales, Deum uidelicet & intelligentias { an horum } .s. sensibilium, & intellectualium { quidem nihil, aliæ uero sint substantiæ quædam } ut mathematica, uidelicet magnitudines & numeri. Auerroes autem sensum questionis putat esse talem, utrum tantum indiuidua substantiæ sint substantiæ, an præter illa dentur aliæ dispositiones de indiuiduis substantiæ prædicantes, quarum dispositionum quædā sint substantiæ, quædam non, an nullæ harum sint substātiæ. Sed dispositiones omnes, quæ de indiuiduis substantiæ prædicantur, sint non substantiæ. Quæ expositio ut patet consideranti uerba, nullatenus est consona. Q ue Auer. Comen.5.

**Atqui corporis fines, ut superficies, linea punctum, ac unitas substantiæ, & magis q̃ corpus, solidumq; quibusdam esse uidentur.**

Proposita quęstione, nunc exponit ea, quæ de tali q̃stione Philosophi dictitarunt, & primo quosdā fuisse tradit, qui de quæstione illa dixerunt corporis terminos esse rerū substantias, ut sunt superficies, & linea, & punctum, & unitas, & hęc magis substantias q̃ corpus, & solidum dicentes, unde dicit { Atqui corporis fines } magis q̃ ipsa corpora { quibusdā esse uidentur } qui uero corporis fines sint, exponit, & dicit { ut superficies, linea, punctum, & unitas } addit { & magis quā corpus, solidumq; quibusdam esse uidentur } nonnulli ergo tradunt terminos sic quam corpora magis esse substantias. & ut Alexander exponit, designauit Platonem eiusq; sequaces. fortasse designauit nonnullos de schola Pythagoricorum. & per solidum idem intelligit, quod corpus, ut quasi alterum alterius sit expositiuum. uel dixit corpus more physicorum, solidum uero mathematicorum. dicuntur autē hæc termini finesq; corporis, quoniam corpus superficiebus, superficies lineis, lineæ uero punctis terminantur. At unitas numerorum est finis. cur uero hæc rerum substantias factitauerint Libro de cœlo tertio dictum est. cur uero magis substantiæ hæc quam corpora sint, est, quoniam sunt principia substantiæ, & principia substantiæ magis substantiæ sunt quam corpora, & substantiæ: ut Auerroes ait, etiam, ut idem Auer- Q ue Auer. Comen.5. roes hoc est, qm̄ termini corporum sunt priores corporibus. nam puncta sunt priora lineis, lineę uero superficiebus, superficies deniq; corporibus. Dicit secundo sic dicentes asseruisse indiuidua istorum priora esse indiuiduis sensibilis corporis, & uniuersalia istorū etiam priora uniuersalibus corporis sensibilis. Intellexit autem Auerroes per corpus proprie ipsum corpus, per solidum uero corporeum quippiam. quoniam de corpore dupliciter sentiunt, nam alij uoluerunt tres dimēsiones esse formā substantialem corporis sensibilis, & isti sic opinantes id, cuius tres dimensiones sunt forma, appellant.

corpus. nã corpus proprie eſt id, quod cõſiſtit talibus dimenſionibus. Alij uero dicunt corpus eſſe propter coniunctionẽ ſuperficierum inuicem, immo corpus nihil aliud eſſe ꝗ̃ ſuperficierũ coniunctionẽ, & hi ſic aſſerentes corpus ſolidũ dicunt hoc eſt unitum, ſiue corporeum, quod idẽ eſt. modo ſecundũ ambas has poſitiones dimẽſiones ſunt priores, & magis ſubſtantię quam ſolidum, & corpus. Secundũ primam quidem, quoniam forma eſt prior compoſito ex materia & forma. & dimenſiones ſunt forma corporis. ergo priores & magis ſubſtantiæ ipſo corpore. Secundum uero ſecundã, quoniam partes ſolidi ſunt ex eis compoſiti, & partes toto priores ſunt. igitur dimenſiones ſunt priores, & magis ſubſtantiæ ꝗ̃ corpus, & ſolidum. corpore quidem, cuius ſunt formæ, ſolido uero, cuius ſunt partes, & ſic dixit corpus, & ſolidum. Alexã. uero, cuius authoritas eſt magna, ꝑ corpus, & ſolidũ idẽ intelligit.

**Præterea quidam præter ſenſibilia nihil tale eſſe exiſtimant. quidã plura, & magis entia ſempiterna, uelut Plato & ideas ipſas, & res mathematicas duas ſubſtantias eſſe. Tertiam uero corporum ſenſibilium ſubſtantiam eſſe cenſuit.**

Hic narrat ſecundam poſitionẽ de quæſtione aſſerens eſſe quoſdam, qui præter ſenſibilia nihil ponunt, ut Hippon cognomento Atheos, & poſt ipſum Epicurei. Alij uero præter ſenſibilia ponunt ſubſtantias numero plures & magis entia, quia ſempiterna: & hi ſunt de ſchola Pythagoricorum, unde dicit { Præterea quidã præter ſenſibilia } .ſ. corpora { nihil tale } .i. nullam aliam ſubſtãtiam { exiſtimant } ut Hippon cognomento Atheos, & Epicurei { quidam plura ſempiterna & magis entia } .ſ. quam corpora { ueluti Plato & ideas ipſas } ponit { & res mathematicas } uidelicet numeros, & magnitudines { duas ſubſtantias eſſe } unã intelligibilia mathematica, alteram intelligibiles ideas { Tertiam uero corporum ſenſibilium ſubſtantiam eſſe cenſuit } quã ſubſtantiam concretam uocabat. igitur Plato omnes ſubſtantias partitus eſt in tres ordines, quorum primus dicebatur idearum, ſecundus mathematicorum, tertius concretarum ſubſtantiarum. i. ipſorum ſenſibilium corporum. Et addit Auerroes, eos, qui opinabantur mathematica eſſe ſubſtantias, bipartitos eſſe, quoniam quidam dicebãt ea eſſe alia ab ideis, formiſq; ipſis, quidam uero numeros, & formas eſſe eiuſdẽ naturæ, ut poſt dicet. & exponens qui fuerint iſti, dicit iſtos eſſe, qui perceperunt cauſam formalem ꝓpriam ei, cuius eſt forma. iſti enim intendebant dare ſubſtãtias proprias rebus ex formis uniuerſalibus, quia. ſ. ponebant ea eſſe principia ſubſtantiarum ſenſibilium. uoluerunt enim ideas eſſe datrices formarum ſubſtantialium, per quas corpora ſenſibilia generãtur. ſiquidem ponebant huiuſmodi ideas principia agentia ſubſtantiarum ſenſibilium, quatenus ſunt formarum ſubſtantialium creatrices, per quas res ſenſibiles ſunt: & ita Auerroes uult, ut iſti ſint Plato, & eius ſequaces.

Q ue Auer. Cõmen. 5.

**Speuſippus autẽ & plures ſubſtantias ab uno ipſo incipiens, & principia cuiuſq; ſubſtantię eſſe dixit, aliud quidem numerorum, aliud autem magnitudinum, deinde animæ, atque hoc pacto extendere ſubſtantias, accumulareq; uidetur.**

Hic narrat poſitionem Speuſippi, qui, ut Alexãder inquit, auditor Platonis fuit. uel, ut Expoſitor ſucceſſor Platonis ex ſorore nepos, hic pluſquam triplicem ſubſtantiam intelligibilem eſſe ſtatuit, primam ipſum unum, alteram numerorũ principium, tertiam magnitudinum, quartam animæ, & ſic genera ſubſtantiarum in multitudinem producebat uſq; ad corpora & in quolibet ſubſtantiarum ordine aſſeruit unitatem principium eſſe. vnde inquit { Speuſippus autem & plures ſubſtantias } .i. plures ſubſtantiarum ordines { dixit } ſubaudi quam Plato { ab uno incipiens } .i. ponens in uno quoq; ordine unitatẽ principium { & dixit } unitates { principia cuiuſque ſubſtantiæ eſſe } .i. cuiuslibet ordinis. & quia non idem unum dicebat eſſe principium cuiuslibet ordinis, ideo ſubdit { aliud quidem } .ſ. unum numerorum { aliud autem } .ſ. unum { magnitudinum, deinde animæ } .ſ. aliud unum principium ponebat { atq; hoc pacto extendere ſubſtantias, accumulareq; uidetur } .ſ. uſq; ad corpora ſenſibilia prætermiſit ideas, quia illas poſuit primas. & quia ea, quæ poſuit, reconduntur in quinq; ordinibus, ideo dixit { plures ſubſtantias } .i. plures ſubſtantiarum ordines quam Plato, qui tantum ſubſtantiarum tres ordines poſuit, obiter uero Auerroes addit, ꝙ quia ſubſtantiæ, quæ ſunt effectus, ſunt diuerſæ, ut grauitas, magnitudo, & anima, ideo ſubſtantiæ, quæ ſunt cauſæ, ac principia, ſunt diuerſæ. & probat exẽplis ipſis, quia unitas, quæ eſt principium numeri, eſt aliud a principio magnitudinis, & aliud etiam a principio animæ. igitur effectus ſubſtantiales diuerſi arguunt cauſas diuerſas. & ut dicit etiam e contrario, quia cauſæ diuerſæ ſunt, effectus ſunt diuerſi, & pro numero, ac diſtinctione ſuarum cauſarum.

Q ue Auer. Cõmen. 5.

**Quidam inſuper ſpecies quidem & numeros eandem naturam habere inquiunt, cætera uero lineas, planaq; uſq; ad cœli ſubſtantiam, & res ſenſibiles.**

Hic narrat ultimam poſitionem eorum uidelicet, qui ſubſtantias in duos ordines tantum diſſecarunt. nam ideas & numeros ad unum ordinem reduxerũt. lineas uero ſuperficies, cœleſtia corpora, & ſenſibilia omnia reduxerunt ad ſecundũ ordinem, & dicit { Quidam inſuper ſpecies quidẽ & numeros eandem naturam habere inquiunt } & ſic hæc utraque reduxerunt ad primum ordinem { cætera uero } uidelicet { lineas, planaq; uſq; ad cœli ſubſtantiam } hoc eſt enumerando etiam cum his cœleſtia corpora { & res ſenſibiles } omnia hæc reduxerunt ſubaudi ad ſecundum ordinem. quare hi omnes res in duos ordines reduxerunt. Auerroes autem narrans poſitionem ultimam, dicit primo fuiſſe nonnullos qui reduxerunt ideas, & numeros in unam naturam, uerum dicebant ideas ac numeros cauſas eſſe linearum atque ſuperficierum, lineas uero atque ſuperficies cauſas eſſe corporum cœleſtium, atque cæterorum ſenſibilium. Quæ ſunt Auerrois Cõmenta, nam ex uerbis Ariſtotelis non habemus niſi eos, qui ultimo de quæſtione diſſeruerunt, reduxiſſe omnes res in duos tantum ordines. ideas quidem & numeros in primum ordinem. Magnitudines uero, & cœleſtia corpora, & ſenſibilia in ſecundum. hæ ſunt poſitiones de quæſtione mota, circa quas pulchrum eſſet diſquirere earum interpretationes, atq; argumenta. ſed quia hæ poſitiones uerę eſſe nõ poſſunt, niſi ad opinionem Ariſto. eas reduxerimus, ideo earum interpretatio ad aliud tempus differatur.

Q ue Auer. Cõmen. 5.

TEX. 6.

**Sed de his quid recte dicitur, quidve non recte, & quæ ſubſtantiæ ſint, & utrum ſint quædã præter ſenſibiles, an non ſint, & eę quomodo ſint, & utrum ſit quædam ſeparata ſubſtantia, & cur ſit, & quo pacto ſit, an nulla ſit præter ipſas ſenſui ſubiectas ſubſtantias, Conſiderandum deinceps eſt, cum definierimus prius, quid nam ſit ipſa ſubſtantia.**

TEX. 7

Cum cõmemoraſſet tum priorũ tum ſuorũ coætaneorũ ſententias de ſubſtantia, nunc uult de eis ueritatem inueſtigare, & ideo primo proponit omnia, quæ intendit diſquirere, & dicit ſe uelle primo perſcrutari quid ab iſtis recte dicitur, quidve perperam, & ait { Sed de his conſiderandum deinceps eſt, quid recte } ſubaudi ab iſtis dicitur { quidve non recte } & uerbum conſiderandum afferet in ultimo clauſulæ,



clauſulæ, quoniam clauſula eſt ſuſpenſiua. Secundo proponit ſe uelle conſiderare, quæ ſint ſubſtantiæ, & dicit { & quæ ſint ſubſtantiæ } & exponens ſe ſubdit { & utrum ſint quædam præter ſenſibiles, an non ſint } & dixit { ſint } propter Platonicos, & Pythagoricos, & { an nõ ſint } dixit propter Hipponem Atheon, & Epicureos. Tertio proponit dato ꝙ ſint aliquæ ſubſtantiæ p̄ter ſenſibilia, quæritur { & eæ quomodo ſint } utrum per modum, quo ipſas Platonici poſuerunt, qui ſubſtantias, quæ ſunt præter ſenſibiles, collocarunt in duobus ordinibus, an per modum, quo ipſas poſuit Speuſippus, qui eas poſuit in quatuor ordinibus, an per modum quo ipſas poſuit ultima poſitio, quæ uoluit numeros & ideas cõſtitui in uno ordine. & fortaſſe cum dixit { & eæ quo modo ſint } hoc retulit ad proxime dictum, quaſi dicat { an non ſint } .ſ. ſubſtantiæ præter ſenſibiles, ſed omnes ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles, & tunc quærit, & ſi omnes ſunt ſubſtantiæ ſenſibiles { quomodo ſint } ſubaudi tales ſenſibiles ſubſtantiæ utrum compoſitæ, aut ſimplices { & utrum ſit quædam ſeparata ſubſtantia } Sed dices nõ ne eſt idem quærere utrũ aliqua ſit præter ſenſibilia, & utrum ſit aliqua ſeparata ſubſtantia? & cũ hæc ſint eadem, uidetur hæc quæſtio ſuperflua. Auerroes uelle uidetur ꝙ hæc quæſtio nõ ſit addita, ut diuerſa a prædicta, ſed eſt illamet q̃ſtio uniuerſalius mota ad hunc modum, & ut uniuerſalius dicam, utrum ſit quædam ſeparata ſubſtantia, aut fortaſſe prima quæſtio mota eſt pro mente mathematicorũ, quos Plato ſecutus eſt. hæc autem mota eſt pro ueritate, quaſi dicat quicquid ſit de poſitionibus ueterũ, utrum in rei ueritate ſit aliqua ſubſtantia ſeparata: ut Libro duodecimo dicetur { & cur ſit } utrum, ut cauſa finalis rerũ, an adhuc ipſa ſit propter cauſam aliam ſuperiorem { & quo pacto ſit } utrum ita in corpore cœleſti, quomodo naturales formæ ſunt in corporibus, quorum ſunt formæ, an alio modo uidelicet ſeparata ſecundũ eſſe a corpore, ut duodecimo huius dicetur { an nulla ſit } .ſ. ſubſtantia { præter ſubſtantias ipſas ſenſui ſubiectas } ut Hippon Atheos, & Epicurei tradiderunt. hi enim aſſerentes intellectum eſſe ſenſum, dixerunt nihil eſſe intelligibile, niſi ſenſibile. & ſic præter ſenſibilia ponunt nihil. ait hæc eſſe conſiderandum { cum definierimus prius, quid nã ſit ſubſtantia } Quo hoc ſeptimo, & octauo libro facturus eſt. Quo uero ad uerba attinet, Ariſtoteles proponit differere de his opinionibus, quæ earum rectæ, quęue non recte dictæ ſint. Cuius cauſam aſſerit Auerroes, quia nec omnes recte, nec omnes omnino perperam dictæ ſunt. & cum dixerit { & quæ ſubſtantiæ ſint } Auerroes exponit, quæ ſint formæ indiuiduorum, quæ indiuidua conſenſu omnium ſunt ſubſtantiæ. & tunc iuxta hanc expoſitionem non eſt legendum { & } pro ideſt.

Q ue Auer.

Q ue Auer. Cõmen. 6.

**Dicitur itaq; ſubſtantia, ſi non pluribus, quatuor tamen modis maxime dici ſolet, etenim quiditas, & uniuerſale, & genus ſubſtantia cuiuſque eſſe uidetur, & quartum horum ſubiectum.**

Præmiſſa intentione, proſequitur, & primo affert ſubſtantiæ partitionem aſſerens ſubſtantiam ad minus quatuor modis dici, primo modo quiditatem, ſecundo modo uniuerſale, tertio modo genus, quarto uero modo horum ſubiectũ, hoc eſt ſubſtantia prima. Vnde inquit { Dicitur itaq; ſubſtantia, ſi non pluribus, quatuor tamen modis maxime dici ſolet } quos exponens ſubdit { etenim quiditas } dicitur ſubſtantia { & uniuerſale } dicitur ſubſtantia { & genus ſubſtantia cuiuſq; eſſe uidetur, & quartum horum ſubiectum } Quo uero ad uerba attinet, Ariſto. uno modo per uniuerſale intelligit ideas, quod magis putat Alexã. & Expoſitor. Alio modo ut Alexã. inquit Ariſt. intelligit id, quod a multis, ut multa ſunt, diuerſum eſt, illud dico quod per ſingulorum abſtractionẽ abducitur. dixit uero genus intelligens primũ genus. ſ. ens, ut Expoſitor inquit, quia per hunc modũ unum & ens dicuntur ſubſtãtiæ omnium rerum tanq; ſint omnium prima genera, dixit { ſi nõ pluribus } propter opiniones eorũ, qui etiam numeros, & magnitudines ſubſtantias dixerunt. Auerroes autẽ per uniuerſale uidet intelligere uniuerſale p̄dicabile in quid, hoc eſt genus generaliſſimũ ſubſtantiæ. & per genus, ſubalternũ genus: quod ipſe propinquũ genus uocat. ſed dices cur fecit differentiam inter generaliſſimũ, & ſubalternũ genus, uidetur enim ꝙ nõ debuerat facere, qm̃ reducuntur in unũ modum. ſiquidẽ utrunq; dicitur ſubſtantia ſecunda. Auer. Ariſt. feciſſe differentiam dicit inter hæc, qm̃ quidã dixerunt uniuerſale cõmune hoc eſt generaliſſimũ eſſe dignius nomine ſubſtantię, ꝗ̃ uniuerſale propinquũ, quod eſt genus ſubalternũ, ut opinatus eſt Plato. qa igitur hæc differunt ſecundũ magis & minus, & prius & poſterius, nõ potuerũt poni in uno modo. Propterea poſuit ſeorſum hæc, ꝑ horum { ſubiectũ } intelligit ſubſtantiã eam, q̃ omnibus ſubijcitur, & de quo cætera dicunẽ, & ipſa de nullo alio, ut Alexã. expoſuit. Auer. intelligit indiuiduũ ſubſtãtiæ, quod idẽ eſt, quod prima ſubſtãtię.

Q ue Auer. Cõmen. 7.

**Eſt autem ſubiectũ id, de quo cætera dicunẽ, ipſum uero id de nullo rurſus. Quare de hoc antea determinemus oportet. maxime nanq; ſubiectum primum ſubſtantia eſſe uidetur.**

Quia dixit quarto modo ſubſtantiam dici { horum ſubiectum } exponens quid ipſe intelligat ꝑ ſubiectũ horũ, ſubdit { Eſt autẽ ſubiectũ id, de quo cætera dicunẽ } .i. de quo cæteræ ſubſtantiæ uidelicet quiditas, uniuerſale, & genus dicunẽ { ipſum uero id de nullo rurſus } dicitur ſubaudi p̄dicatione naturali. hoc eſt nec de quiditate, nec de uniuerſali, nec de genere. Expoſitor putauit, ut Ariſt. hic ꝓſequatur, & nõ eſt ita, qm̃ ſtatim ſubdet ordinẽ, & ꝓſequetur, ſed hic exponit quartum membrũ ſubſtãtiæ ſolũ, ut diuiſio cõcipiatur aliquo modo, qm̃ poſtea de ſingulis feciet cõtemplationẽ ſeorſum. & ꝑ { cætera } nõnulli intelligunt ſecũdas ſubſtantias, & accidẽtia. ſubſtãtiæ. n. ſecũdæ de prima dicunẽ, ut ſuperiora de inferioribus hoc eſt eſſentialiter, accidentia uero nõ eſſentialiter. & cũ ait { ipſum uero id de nullo rurſus } intelligendum eſt p̄dicatione naturali. nam p̄dicatione naturali ſubiectũ de his omnibus p̄dicatur. hæc. n. eſt uera animal eſt Socrates, albũ eſt Socrates, riſibile eſt Socrates, & id genus. Verũ, ut primo poſterioꝝ dicitur, de his p̄dicatur nõ naturali p̄dicatione. hęc autẽ de ipſo naturaliter. Quare dicunt Ariſto. ꝑ ſubiectũ intelligere id, quod in p̄dicamentis primã ſubſtãtiam uocauit, & per uniuerſale, & genus, illa, q̃ eodẽ libro ſubſtãtias ſecundas dixit. ꝑ q̃ uidetur hic de ſub̃a eandẽ partitionẽ facere, quã in p̄dicamentis fecerat, utputa in primas, & ſecundas ſub̃as. hic autẽ in uniuerſale, & genus, intelligens per hæc ſecundas ſub̃as, & in ſubiectũ, intelligens primam ſub̃am, quã dixit in p̄dicamentis. uerũ hic ſuperaddit quiditatẽ, quã ibi p̄termiſit, cũ non cadat in p̄dicamento nec ut genus, nec ut dr̃a, nec ut ſpecies. hic autẽ eam inter ſub̃æ notiones enumerauit, qa eſt formale principium ſub̃æ primæ, de qua eſt principalis intentio, ut dicemus. cõpleta partitione ſub̃æ, affert ordinẽ, quem uult tenere in tractanda ſub̃a, & dicit { quare de hoc } .ſ. ſubiecto { antea determinemus, oportet } quid nã ſit definiendum eſt. Cuius rationẽ affert, & dicit { maxime nanq; ſubiectũ primũ ſub̃a eſſe uidetur } qm̃ omnibus ſubſtat, & maxime ſub̃a eſt. ſuppoſuit autẽ Ariſto. ſubiectũ hoc eſt primam ſub̃am eſſe magis ſub̃am ꝗ̃ ſecundas, ut in p̄dicamentis oſtẽdit, tum primo, qm̃ omnibus ſubſtat, & accidẽtibus, & ſecundis ſubſtãtijs. tum uel maxime, qm̃ ſub̃æ primæ ſubſtant accidentibus ꝑ ſe, ſecundæ ſub̃æ quatenus ſunt in primis. hõ. n. albus eſt, quatenus hic, uel ille homo albus eſt, animal quoq; muſicũ, quia Callias muſicus eſt. Auerroes autẽ dicit de ſubiecto. i. de cauſa, q̃ eſt iſtius ſubiecti, eſſe primo agendum. qm̃ ſubiectum aliarũ rerũ conceditur eſſe ſubſtantia magis ꝗ̃ aliud. hæc de intentione, & ordine.

Q ue Auer. Cõmen. 7.

**Tale autem modo quodam ipſa materia dici-**

tur, alio uero modo forma, tertium id, quod ex his constat, atque materiam quidem dico, ut æs, formam autem figuram speciei, ipsum uero totũ statuam, quæ ex his componitur.

Cum proposuisset esse primo agendum de subiecto hoc est de prima substantia, nunc subiectum, seu primã substantiam subdiuidit, ut in materiam, & formam, & compositum ex his. quodlibet enim horum subiectũ est, & prima substantia. Verum, ut Expositor inquit, hæc diuisio nõ generis in species, aut uniuoci in uniuocata est, sed analogi in analogata. nã substantia prima siue subiectum per prius de forma, quã de cæteris prædicatur, ut posterius dicetur, dicit ¶ Tale autẽ ¶ .ſ. subiectum ¶ modo quodam ipsa materia dicitur, alio uero modo forma, tertium id, quod ex his constat ¶ & dixit ¶ modo quodam ipsa materia dicitur ¶ quoniam subiectum, siue substantia prima non dicitur de materia, nisi aliquo modo, quatenus sustinet formam, atque cõpositi pars est. de forma uero atq; composito dicitur simpliciter, deinde huius diuisionis membra per exempla exponit, & dicit ¶ atque materiam quidem dico, ut æs ¶ .ſ. in operibus artis ¶ formam autem figuram speciei ¶ uidelicet aut Mercurij, aut Iouis, aut Apollinis, aut alterius speciei ¶ statuam uero, quæ ex his componitur, ipsum totum ¶ & signanter dixit ¶ ut æs ¶ & nõ æs, quoniam, ut Expositor aduertit, æs non subiecta materia substãtiæ est, nec figura est substantialis forma, nec tota statua est composita substantia. sed æs est, ut materia, & figura, ut forma, & tota statua ut composita substantia. Sed hæc considerationon multum necessaria est. quia ubiq; Aristoteles materiam naturalem per materiam artificialem declarat, & formam naturalem per formam artificialem, & totum naturale per totum artificiale, & sic uerbum ¶ ut ¶ non diminuit, sed ut nota exempli ponitur.

Et ἐο καὶ τοῦ ε id.

Quare si forma prior sit, & magis ens q̃ materia, & eo quod ex utrisq; constat, prius ob eandem rationem erit. nunc igitur dictum est quasi figura, quid nam sit ipsa substantia. ubi diximus id esse, quod non de subiecto dicitur, sed de quo cætera prædicantur.

Ex iis, quæ dixit, infert comparationem, quæ est inter mẽbra partitionis substantiæ primæ, & dicit ¶ Quare si forma prior sit, & magis ens quam materia, & eo, quod ex utrisque constat, prius ¶ & subaudi magis ens ¶ erit propter eandem rationem ¶ .ſ. qua est prior ipsa materia, & magis ens. forma quidem prior est materia, quatenus forma est actus, & materia potentia. & quia actus est prior potentia tempore, & natura, & ratione, ut nono huius uidebitur, fit, ut forma sit prior materia tempore, & natura, & ratione. Est etiam forma magis ens quã materia, quoniam quatenus materia est substantia in actu propter formam, forma est magis ens q̃ materia. propter quod enim unumquodq; tale, & illud magis est. est uero forma prior composito, quod ex materia, & forma constat, & magis ens propter eandem rationem, nam quatenus forma est causa, qua compositum est ens, & substantia actu, est magis substantia quam compositum. quatenus uero forma est actus, & compositum propter materiam, ex qua constat, est potentia, forma est prior composito natura, & tempore, & ratione. quare propter eandem rationem, qua forma est prior, & magis substantia quã materia, erit prior, & magis substantia, quam compositum. In codice Alexandri uerbum ¶ & eo ¶ legitur ¶ & id ¶ ut etiam Argyropylus transtulit, ut sit dictio ¶ quare si forma prior sit, & magis ens quã materia, & id profecto, quod ex utrisq; constat, prius per rationem eandem erit ¶ subaudi quam materia. est autem forma prior quam materia natura quidem, ut Alexander dicit, at non hac solum, sed etiam tempore, cuius rationem subdit ex eo, quia forma quædam, ut Deus, qui bonitas ipsa est, cunctis temporibus prior, & effector, & author esse demonstrabitur. formã autem quã materiam magis esse ens in prõptu, ut Alexã. inquit, est intelligere considerantibus per formam, & non per materiam unũquodq; nunc cupari. quin etiam, q̃m a forma ordinatur, & definitur, iccirco forma magis est ens q̃ ipsa. Quomodo uero cõpositum sit prius materia, ꝓpter eandem rationem, Alexãder non exposuit, q̃m apertum est. Auerroes autem exposuit primo modo, ubi facit hanc consequentiam, forma est prior cõposito, & cõpositum est substãtia, igitur forma est magis substantia q̃ cõpositum. sed hæc consequentia obscura, ut puto, non ualet nisi de materia ad hunc modum, forma est prior cõposito prioritate causæ formalis, quoniam est causa, qua cõpositum est ens, & substantia. & compositum est substantia, igitur forma est magis substantia quam compositum. addit autem Auerroes illam propositionem, & cõpositum est substantia. quoniam si forma esset prior cõposito, & cõpositum esset qualitas, forma esset prior cõposito in qualitate, & si cõpositum esset quãtitas, forma esset prior in quantitate. q̃m semper causa formalis est prior eo, cuius est causa, in ea ratione, qua illud causatum est, q̃m semper propter quod unumquodq; tale, illud magis est. Vnde patet uim rationis Auerrois esse hanc, forma est causa cõpositi in ratione substantiæ, igitur forma est cõposito magis substantia, deducit a primo ad ultimum ad hunc modũ, forma est prior cõposito, ergo forma est causa formalis compositi, forma est causa formalis cõpositi, igitur forma est id, propter quod cõpositum est id, quod est. forma est id, ꝓpter quod cõpositum est id, quod est, & compositum est substantia. igitur forma est id, propter quod cõpositum est substantia. sed propter quod unumquodq; est tale, illud est magis tale. igitur forma est magis substantia quam cõpositum. tunc epilogat, & dicit ¶ nunc igitur dictum est. quasi figura ¶ .i. stat perficietenus ¶ quid nam sit ipsa substantia, ubi diximus id esse, quod non de subiecto dicitur, sed de quo cætera prædicantur ¶ .ſ. uniuersale, & genus, & quiditas. uel cętera. i. substantiæ secundæ, & accidentia prædicantur.

Q ue Aver. Comen. 7.

Non solum autem hoc pacto dicere de ipsa oportet, quippe cum non sit satis, nam & hoc ipsum obscurum est.

TEX. 1

Cum epilogasset definitionem primę substantiæ, quæ subiectum dicitur, & posset quis credere nihil aliud de substantia prima esse differendũ, putans ex definitione assignata patere sufficienter quid illa sit, quasi refellendo hunc errorem dicit oportere non solum ita definisse primam substantiam, ut paulo ante figuraliter est definita, sed ulteriore contemplatione de ipsa pertractare, cum definitio figuralis, quæ dicta est, non satis sit, quod ostenditur, quia illa non sufficiens est, cuius ratio est, quoniam ipsum hoc subiectum per eam figuralem definitionem descriptum, ad huc est obscurum, quare oportet ulterius nouum capite de prima substãtia aggredi, ut exactius pateat quid sit. Vnde dicit ¶ Non solum autem hoc pacto de ipsa dicere oportet ¶ .ſ. per definitionem figuralem assignatam, cuius rationem subdit ¶ quippe cũ nõ sit satis ¶ pro exacta. ſ. substantiæ cognitione, cuius ulterius rationem subdit ¶ nam & hoc ipsum ¶ quod subaudi de ea figuraliter assignatum est ¶ obscurum est ¶ cuius rationẽ assignat Alexander ex eo, quia dubium est, quid nam id sit, quod cunctis subiicitur, & quod de nullo alio prædicatur. uel ut Expositor inquit, ex eo, quoniam definitio assignata est logica, cum sit data per prædicari, non pertingens ad rei substantiam, nec est propria metaphysico, quare oportet eam altius repetere. Auerroes autem uno modo exponit referendo hæc uerba ad diuisionem, quam fecit de substantia ut uelit dicere Aristoteles nos non debere esse contentos ea substantiæ distinctione, quam paulo ante dixit, quod alia sit materia, alia forma. Quoniam non sufficit, nec est benedictum, cum ipsa

Q ue Aver. Comen.



ipsa forma sit immanifesta, iuxta quã expositionem lege ¶ nõ solum autem hoc pacto dicere ¶ .ſ. diuisionẽ ¶ de ipsa oportet ¶ uidelicet qua diuidebatur in materiam & formã, cuius rationem affert, & dicit ¶ quippe cum nõ sit satis ¶ .ſ. diuisio illa. nõ enim est sufficienter assignata, ¶ nam & hoc ipsum ¶ .i. forma ¶ obscurum est ¶ & addit Auerroes Aristotelem dixisse formam esse obscuram, quia materia primo aspectu in ratione substantiæ est notior forma, cũ ratio substantiæ, quæ est subiici omnibus, magis de materia q̃ de forma appareat. & iuxta hanc expositionem ait Auerroes Aristotelem adduxisse rationes, ut ostenderet materiam esse solã & magis substantiam, & ꝙ sit causa substantię demonstratæ, & ꝙ sola facta sit substantia a ueteribus eo quia si materia non ponitur, nulla ponitur, & si aliæ non ponantur, adhuc materia ipsa potest poni. Alio modo exponit referendo hæc uerba ad definitionẽ figuralem, quæ est, ut sit id, quod de nullo prædicatur, & cærera omnia de ipso, hæc enim est definitio logica, & cõmunis. & quoniam ex hac definitione sequitur, ut materia sit magis substantia. ipsa enim de nullo dicitur, & omnia alia de ipsa prædicantur, ideo dixit ¶ non solũ hoc pacto dicere ¶ .ſ. definitionem ¶ de ipsa oporter ¶ quã assignauit ¶ quippe cũ non sit satis ¶ .ſ. id, quod pro definitione assignatũ est ¶ nam & hoc ipsum ¶ .ſ. quod per illam definitionem est descriptũ ¶ obscurum est ¶ utrum sit materia, uel indiuiduum substantiæ, nam sequitur, ut materia sit magis & sola substantia per illam definitionẽ, & quia ita est, ideo inducit rationes ad ostẽdendum materiam magis esse substantiam, & solam. hæc Auerroes de expositionibus.

Et insuper materia substantia fit. si enim ipsa non sit substantia, quæ nam sit alia, nos præterit atq; fugit. cæteris nanq; sublatis, nihil ꝑter ipsam permanere uidetur. nã cętera quidem corporum passiones, & affectiones sunt, potentiæq;.

Propter uerba illa ¶ Et insuper ¶ Aristoteles censetur, ut assignet secundam rationem per quam ostendat id quod dictum est de substantia, non esse sufficiens, & est secunda ratio, quia nõnulli dixerunt materiam esse solam substantiam, & hoc propter rationem tactam, quia de ipsa prædicantur omnia, & subiiciatur omnibus, ipsi autem nihil. si ergo esset id, quod dictum est, sufficiens, oporteret dicere materiam esse solam substantiam, quoniam ipsa omnibus subiicitur, & ei nihil. nõ tamen hæc expositio consona est cæteris uerbis, quę sequuntur. Vel forsasse uerba hæc referenda sunt nõ ad proxime dicta, sed ad id, quod superius dictũ est, dixit enim ¶ substãtiam multipliciter dici, quoniam quatuor modis, formãq; esse cæteris magis substantiam, nunc uero narrat opinionem ueterum, qui asseruerunt nullam substantiam esse, nisi materiam, eamq; solam esse substantiam, & dicit ¶ Et insuper materia substantia sit ¶ subaudi a ueteribus Philosophis, immo ut concludet, materia est magis substãtia cæteris, & sola substantia, ut nec forma, nec compositum sit substantia: uerbũ ¶ sit ¶ pro asseritur dixit. nã ueteres dixerunt materiam esse substantiam. Deinde ostendit materiam esse substantiam, & quia hi sibi rationibus ostenditur materiam esse solam substantiam, ideo primo ostendit materiam esse substantiam, deinde concludit eam esse solam substantiam: quando eisdem rationibus constat. de prima parte dicit ¶ si enim ipsa non sit substantia, quæ nam sit alia ¶ .ſ. substantia ab ipsa materia ¶ nos præterit, atq; fugit ¶ quasi dicat, si materia nõ sit substantia, nulla alia esse potest. Quod autem nulla alia esse possit, ostendit ex eo, quia materia ablata, cętera auferuntur, contra uero cæteris ablatis, non tollitur e medio materia. Quare recte dictum est, nullam aliam substantiam esse posse, ablata materia, & dicit ¶ cæteris nanq; ablatis, nihil ꝑter ¶ materiam ¶ ipsam permanere uidetur ¶ at subaudi materia ablata, nihil aliud remanere uidetur: ut sit syllogismus, Id quod cęteris ablatis remanet, est substãtia: materia est id, quod cęteris ablatis remanet: igitur materia est substantia. & cum de syllogismo solam minorem tetigisset, assignat eius rationem, & dicit ¶ nam cætera quidem corporũ passiones, & affectiones sunt, potentiæq; ¶ ut syllogismus sit, Corporum passionibus, affectionibus, & potentijs ablatis, materia remanet: cętera, quæ sunt, passiones, & affectiones sunt, & potentiæ corporum: igitur cæteris, quæ sunt, ablatis, materia remanet. & sic patet minor. & per passiones corporũ intelligit alterationes, uel passibiles qualitates, & ꝑ affectiones intelligit generationes, & motus, & ꝑ potentias intelligit qualitates secundæ speciei, q̃ naturales potentiæ dicuntur, de qbus in ꝑdicamentis.

Longitudo uero, & latitudo, & profunditas, quantitates quædã, sed non substantię sunt. quantitas enim non substantia est, sed cui primo hæc insunt, id potius substantia est. at uero longitudine, & latitudine, & altitudine sublata, nihil prę ter id, quod ab his definitur, restare uidemus.

Q ue Aver. Comen. 8.

Auerroes uidetur legere ¶ uero ¶ pro etiam, quia uult, ut hæc sit secunda ratio ad ostendendum materiam esse substãtiam: quæ talis est, corpora sensibilia uidentur esse substãtiæ, aut propter tres dimensiones, aut propter materiam, nõ propter dimensiones, cũ dimẽsiones nõ sint substantiæ, sed quãtitates, q̃ non sunt substantiæ. igitur propter materiam. igitur materia est substantia, & magis. Verum hæc ratio derisibilis esset, q̃m sensibilia corpora nec propter dimẽsiones, nec propter materiam, sed propter substantiales formas substantiæ sunt. sic enim dilueretur argumentũ. Melius igitur uidetur nobis esse dicendum Aristotelem hic soluere tacitam dubitationem, quia diceret aduersarius passiones corporũ, & affectiones, & potentias auferi ablatis dimẽsionibus, nõ tamen contra ablatis qualitatibus dimẽsiones auferentur: igitur dimẽsiones sunt substantiæ, & nõ aliud præter eas. respõdet hoc esse uerum, nõ ratione dimensionũ, cum dimẽsiones sint quantitates, q̃ non sunt substantiæ, sed ratione materiæ, q̃ tribus dimensionibus definitur, ac designatur, cũ primũ eorum, q̃ recipiuntur in ipsa materia, sint tres dimensiones, ut Auerroes hic asserit, & in libello de substantia orbis. Vnde dicit ¶ Longitudo uero, & latitudo, & profunditas ¶ ad quartũ. ſ. ablationes qualitates prædictę auferuntur ¶ quantitates quædã, sed nõ substantiæ sunt ¶ cuius rationẽ dicit ¶ quantitas enim nõ substantia est ¶ & hoc ideo, quia nõ ratione dimensionũ auferuntur, sed ratione materiæ, cui primo insunt, & hoc subdit ¶ sed cui primo hæc insunt, id potius substantia est ¶ & ratione illius qualitates auferuntur, cũ id ipsum auferretur. Deinde redit ad propositũ, & dicit ¶ at uero longitudine, & latitudine, & altitudine sublata nihil ꝑter id, quod ab his definit ¶ .i. præter materiam, q̃ tribus dimensionibus designat ¶ restare uidemus ¶ igitur ratione illius omnia illa auferuntur, & nõ ratione dimensionum proprie, ac principaliter. Vnde Alexã. cũ Aristo. ait ¶ nam cętera quidẽ corporũ passiones ¶ inquit, cætera uocat quantitates qualitates, duricies, mollitudines, & reliqua id genus, & cũ dicit ¶ nihil ꝑter ipsam materiã superesse uidetur ¶ hoc dicit, ut intelligatur ipsam cũctis esse subiectam. at si omnium subiectũ est substantia, materia profecto substantia erit. Albedo. n. motusq;, ac cęteræ affectiones esse actus sunt, atq; potentiæ corporũ, nec substãtiæ debent appellari. cũ sit substantiæ per se cõsistere, ipsa uero per se cõstare nequeant. supereſt igitur, ut cui hæc primo insunt, & quod quantitatibus, affectionibusq; sublatis remanet, id substantia nuncupetur, quod quidẽ est materia, & sic secundum Alexãdrum solum ostensum est materiam esse substantiam.

Quare si hoc modo considerauerimus, materiam solam substantiam uideri necesse est.

Ex hisme rationibus cõcludit materiam esse solã substantiam. eædem. n. rationes, quibus ostẽdit materiam esse substãtiam, ostendit materiam esse solam subam. si. n. ga omnibus

aliꝭ ablatis,ipsa non aufertur, sed ipsa ablata cætera auferuntur: sequitur,ut sit substantia,eadem ratione sequitur,ut sit sola substantia,quoniam ipsa sola omnibus subiicitur, & ei nihil, igitur materia sola est substantia, & dicit ⸗ Quare si hoc modo ⸗ argumentando ⸗ considerauerimus ⸗ ut argumentati sumus ad ostendendū materiam esse substātiam ⸗ materiam solam substātiam uideri necesse est ⸗ quoniam eadem ratione idem ostenditur. Quo uero ad rationē attinet,aduerte hanc nō multum ualere,qm̄ solum ostendit materiam esse substantiam respectu nouē prædicamentorū, nō autem respectu formarū substantialium,cū his ablatis,materia nō remaneat nisi in mente Dei. formas autē substantiales non perceperunt ueteres,& ita apud eos sequebatur, ut sola materia sit substantia.

Materiam aūt eam dico, quę neq; quid per se ipsam, neque quantum, neque aliud quicquam eorum dicitur, quibus definitur ens. Est enim quid,de quo uniuersa hæc prædicantur, cuius ratio a cuiusq; prædicamenti ratione diuersa est. nam cætera quidem de substantia, hæc autem de materia prædicatur Quare ipsum ultimum neq; quid,neq; quantum,neq; aliud quicq; per se est.

Sed quia quod a qualitatibus,& cæteris quæ cōmemorauit,determinatur,materiam esse dixerat,nunc materiam non esse substantiam subiungit,ut sit quasi responsio ad argumētum inductum,& dicit ⸗ Materiam autem eam dico, q̄ neq; quid ⸗ .i. substantia ⸗ per se ipsum ⸗ .i. ipsa per se cōsiderata per negationē seiunctionemq; formarum nulla prorsus coin tellecta forma ⸗ neq; quantum,neq; aliud quicq; eorum dicitur,quibus definitur ⸗ .i.diuiditur ⸗ ens ⸗ deinde hoc ostēdit, & dictio sic resoluitur,ad artem priorificā, Omne quod est aliquid de quo cætera prædicamenta prædicantur,cuius ratio a cuiusq; prædicamenti ratione diuersa est,neq; est quid,neq; quantum,neq; aliud prædicamentorū, saltem cū sumuntur in abstracto. nam licet homo sit album, tamen humanitas non est albedo. tunc affert minorem,& dicit ⸗ Est enim quid,de quo uniuersa hæc p̄dicantur,cuius ratio a cuiusq; p̄dicamenti ratione diuersa est ⸗ hæc est minor. Quod autē ratio materiæ a ratione cuiusq; p̄dicamenti sit diuersa, ostendit, & dicit ⸗ nam cætera quidē ⸗ .i. nouē p̄dicamenta ⸗ de substātia ⸗ dicuntur ⸗ hæc autem ⸗ .i.substātia ⸗ de materia p̄dicatur ⸗ igitur ratio materiæ differt a ratione cuiusq; p̄dicamenti, a ratione substantiæ quidem, qm̄ substantia de materia,& non e contrario prædicatur. a ratione cæterorum uero, qm̄ cætera de substantia dicuntur,materia autē de nullo, igitur ratio materiæ a cuiuscunq; p̄dicamenti ratione diuersa est. tum affert conclusionē,& dicit ⸗ quare ipsum ultimū ⸗ .i.ipsa materia, quæ ultimū subiectum est ⸗ neq; quid, neq; quantum, neq; aliud quicq; per se est ⸗ & sic licet materia uideatur substantia,& sola substantia, tamen neq; est substantia, nec aliquod p̄dicamentum.cū ratio materia a ratione cuiusq; p̄dicamenti diuersa sit. Auerroes autem ostendit materiam esse diuersam a quolibet prædicamento ex eo, quia materia est in potentia ad omnia prædicamenta,non igitur est aliquid eorum.

Q ue Auer. Cōmen.8.

At neq; etiam negationes. etenim hæ per accidens sunt.

Alexander sic intelligit hunc locum,ut uelit negationes p̄dicamentorum nō esse substantiam. nō enim negatio quantitatum,qualitatum ve,ut non quantū, aut non quale,substantia est,& hoc dicit ⸗ at neq; etiam negationes ⸗ subaudi substantia sunt:cuius rationē subdit ⸗ etenim hæ ⸗ .i.negationes ⸗ per accidens sunt ⸗ nō per se, at quod per accidens est, nō est substantia. Auerroes autem simul ostendit duo,& q̄ materia non sit aliquod p̄dicamentum, & q̄ nec priuatio alicuius prædicamenti,& supponit duo, & q̄ materia sit subiectū omnium p̄dicamentorum atq; priuationum eorundem, qm̄ nouē p̄dicamenta, priuationes eorum dicuntur de substātia, & hæc substantia de materia. igitur omnia de materia dicuntur.& q̄ esse subiecti semper sit ab esse cuiuslibet eorū, quibus subiicitur diuersum, ex his infert primā materiam, q̄ est ultimū subiectum,nec esse quid, nec quale, nec id genus, itē nec esse aliquā priuationē alicuius eorum,cū tam p̄dicamenta quam eorum priuationes insint materię per accidens. qua re materia secundū se ipsam considerata, nullaq; forma coin tellecta nec prædicamentum est, nec priuatio alicuius prædicamenti. Quod autem formæ,& formarū priuationes insint materiæ per accidens,ostēdit ex eo,quia si aliqua aut forma, aut priuatio esset essentialiter in materia, materia non reciperet omnes formas,nec omnes priuationes,quod est cōtra primum suppositum.non enim reciperet eam formam,uel eam priuationem, quæ esset ei essentialiter cogterna. etsi occurres de forma corporis,quæ est coæterna materiæ,& tamen materia recipit omnes alias.iam alibi diximus materiam habere formam corporis sibi coæternam, nō tamen ita,ut sit de eius essentia,sed dispositio,qua omnes specificas recipit, & concedo q̄ materia nō omnes recipiat de nouo, sed solū specificas forma corporali disponente. Vnde Auerrois ratio est, si aliqua forma specifica,uel priuatio specifica eēt materię cogterna,tunc nō omnes specificas reciperet,quod absurdū putat.

Ex ijs igitur consideratis fit, ut materia substātia sit,at esse non potest,etenim separabile,atque hoc aliquid substantiæ maxime uidentur competere. quapropter species,& id quod ex utrisque cōstat,substantia magis q̄ materia uidebit esse.

Cum demonstrasset ex ijs,q̄ substantiæ proprie intellecte insunt,materiam uideri esse substantiam: utputa quia subiicitur cunctis,quod maxime cōpetit substantiæ, nunc concludit primo materiam esse substātiam, deinde ostendit esse impossibile,ut materia sit substantia ea uidelicet,q̄ proprie magisq; substantia est,& dicit ⸗ Ex ijs igitur consideratis ⸗ subaudi q̄ substantiæ proprie intellectæ insunt ⸗ fit, ut materia substantia sit,at esse non potest ⸗ si cōsiderentur ea,q̄ maxime uidentur substātiæ cōpetere: & sic una ex parte uidetur materia esse substantia, ex altera non uidetur materia esse ea substantia, quæ proprie, magisq; substantia est:sic enim Alexander dictionem hanc ord'nauit. Quod autem materia non uideatur ea substantia esse,q̄ proprie intelligitur, in hunc modum argumentatur, substantiæ,q̄ proprie intelligitur,hoc datum est, ut separari ualeat, & per se esse, ac ut sit hoc aliqd.i. ut indicari queat.materia autē neq; separari,aut p se esse,nec demonstrari potest.materia igitur nō est proprie substantia. De hoc syllogismo tangit maiorem, & dicit ⸗ etenim separabile,atq; hoc aliquid substantiæ maxime uidētur cōpetere ⸗ subaudi,sed hæc nō cōpetunt materiæ: igitur materia nō est proprie substātia. Sed subaudi,hæc uidētur cōpetere formæ, & cōposito ex materia & forma. hanc itaq; minorem supponens affert conclusionē,& dicit ⸗ quapropter species ⸗ .i. forma ⸗ & id quod ex utrisq; cōstat,substātia magis q̄ materia uidebitur esse ⸗ ecce q̄ sub una maiore acceptis duabus minoribus,duo inferri possunt,& q̄ materia nō sit proprie substantia,& q̄ forma,& cōpositum substantia magis q̄ materia uideatur. Alexander autē q̄ forma multo magis substātia uideri possit q̄ materia,ex eo patere ostendit, quia materiam definit, in ordinemq; redigit. Quod etiam cōpositum magis substantia quā materia sit,ex eo etiam ostendit, qm̄ & per se esse,& digito monstrari ualet. & cū dixit ⸗ etenim separabile ⸗ pro per se esse dixit.sed dubitatur, quoniam licet esse hoc aliquid, & separabile uidentur magis conuenire compositō, tamen nec materia,nec forma uidetur esse hoc aliquid, & separabile.forma enim non est,nisi quatenus est in materia,& est aliquid compositi. Sed diluitur, quia separabile,& hoc aliqd bifariam est,aut formaliter, aut causaliter formaliter quidem

Q ue Auer. Cōmen.9.



dem nihil est hoc aliquid,& separabile, nisi ipsum compositum,quod est per se subsistens.est enim ens actu præter suas effectiuas causas,& nullius aut pars, aut accidens. causaliter uero illud est hoc aliquid,& separabile,quod est alicui causa, ut sit hoc aliquid, & separabile, & quia forma est causa ipsi compositō,ut sit hoc aliquid,& separabile, materia uero nec formaliter,nec causaliter est tale.iō forma,& compositū sunt magis substātiæ,& separabilia,et hoc aliqd.forma qdem causaliter, cōpositū formaliter. Auerroes aūt parte illa ⸗ at esse non potest ⸗ uult q̄ Aristot.postq̄ adduxisset rationē, qua probasset materiam esse substantiam,nunc uelit argumentari in contrarium ad hunc modum, substantia est separabilis, & hoc aliquid,materia non est separabilis,neq; hoc aliqd,sed forma & compositum.igitur non materia est substantia, sed forma,& compositum. dicit etiam rationes,quæ pro utraque parte inductæ sunt,esse logicas,atq; ꝓbabiles: cuius signum affert ex eo,quia adductæ sunt ad destruendum formam esse substantiā,quales rōnes sunt prius factæ, & ad ostendēdum formā esse substantiam,ut ratio nunc facta,& qa ita est,ideo de re hac perscrutabitur postea demonstratiue. per quæ patet Auerroem uelle rationem hanc factam contra antiquos non esse demonstratiuam,& fortasse nō perperam dicit,quoniam Aristoteles supponit formam, & compositum esse separabilia a materia, materiam uero nō esse separabilē,quod non demonstrat,sed supponit. quoniam qua ratione materia est inseparabilis a forma,atq; composito,eadem ratione forma est inseparabilis a materia,& compositum similiter. non enim potest esse forma quin sit in materia, nec compositum quin habeat materiam tanquam partem sui. quare hæc ratio non uidetur demonstratiua.sed de his hactenus.

Q ue Auer. Cōmen.8.

Q ue Auer. Cōmen.9.

TEX.9. Ea igitur substantia,quæ ex utrisque constat, materia uidelicet atque forma,omittenda est.Est enim posterior,atq; in aperto.perspicua etiā aliqua ex parte & ipsa materia est. De tertia uero considerare oportet. hæc.n. est maxime dubia.

Cum differuisset pro utraque parte de forma ipsa sit ne inter substantias enumeranda,an inter accidentia,nunc proponit dicere de ipsa sumens primo non esse dicendum de substātia composita,tum quia est posterior materia,atq; forma. igitur prius de materia,& forma agendum est quam de substantia composita.tum uel maxime, quoniam est in aperto. ideo tanquam res, quæ est in aperto, est omittenda, & dicit ⸗ ea igitur substantia,quæ ex utrisque constat materia uidelicet atq; forma,omittenda est ⸗ .i.ad præsens, quoniam suo loco de ea est disserēdum.& assignat rationes duas, quarum primam affert,& dicit ⸗ est enim posterior ⸗ subaudi tā materia,quam forma,igitur est omittenda ad præsens,nō autem simpliciter,cum sit posterius considerāda. & ita prius de materia,& forma considerandum. & intelligit per substantiam compositam particularem ac indiuiduam substātiam. quod autem indiuidua substantia sit posterior tam materia quam forma ex eo patet,quia quod ex aliquibus constat,hoc posterius est ijs,ex quibus conflatur, modo quo effectus est posterior causis.secūdam uero affert,& dicit ⸗ atq; in aperto ⸗ est enim indiuidua substātia quasi per se nota. subiacet enim sensibus.præterea ueteres ipsam consensim fatentur esse. igitur aut omnino omittenda tanquam per se nota,aut de ipsa agendum posterius tanquam de re posteriore. etiam ut Alexāder inquit,substantia indiuidua est omnino aperta in ratione substantiæ,& lōge magis quam materia uel forma.addit autem Auerroes aliam rationem præter has, quoniam in hoc libro non est agendum,nisi de causis substantiæ,& non de effectibus.quare cum substantia composita sit effectus,de ipsa non est agendum ad præsens.quod autem hic liber agat de causis substantiæ,tanquam per se notum omittit.deinde sumit q̄ nec de materia sit ad præsens differendum ex eo, quia materia est aliqua ex parte perspicua,& dicit ⸗ perspicua etiam aliqua ex parte,& ipsa materia est ⸗ igitur etiā sermo de ea ad præsens est omittendus. dixit autem aliquo modo perspicua, quoniam analogia.i.proportione est manifesta, & nūquam ipsam sine forma consistere liquet.tamen secundum quid obscura est,ut quæ ascitiia argumentatione innotuerit,si qdem negatione,et formarum uelut expoliatione intelligitur.uel qa apud ueteres materia ipsa est sola substātia.igitur saltem consensu ueterum nota omittenda est. Auerroes autem ait Aristotelem dixisse aliqua ex parte,quia de materia ueteres non omnes eodem modo sentiunt.nam alij materiā dixerunt esse atomos, ut Democriti: alij similares partes, ut Anaxagoreij: alij aliter,ut ignem,uel aquam,uel aliud quicquam id genus. ergo dixit materiam esse notam aliquo modo,non tamē simpliciter,quoniam non omnes eodem modo ipsam asserunt, uel dixit aliqua ex parte, quoniam omnes de materia eodem modo sentiunt secundum rationem generis, utputa q̄ sic id ex quo entia fiunt,non autem secūdum rationem speciei simpliciterq;,quoniam differunt in positionibus de materia. differt aūt hæc expositio a prima,quoniam prima uult,ut omnes de ipsa materia conueniant quantum ad quia est,cū omnes fateantur materiam esse,differant uero quo quid est,quoniam alij ipsam atomos,alij similares partes, alij aliud quippiam materiam esse dixerunt. secunda autem expositio uult quod omnes positiones conueniant de materia quo ad quid est secundum genus,utputa q̄ sit id,ex quo alia fiunt.& differant quo ad quid est secundum speciem,& ita conueniunt q̄ sit substantia diminuta.& differunt quantum ad quid secundum speciem. quia alij dixerunt esse substātiam diminutam, quæ est atomi,alij substantiam diminutam, quæ est partes similares. patet igitur esse recte dictum esse notam aliqua ex parte, quoniam apud omnes est nota, uel quo ad an sit, uel quo ad quid sit secundum rationem generis. tunc de qua substantia sit ad præsens considerandum subdit ⸗ de tertia uero cōsiderare oportet ⸗ .i.de forma ⸗ hæc enim est maxime dubia ⸗ nam ueteres ipsam negarunt asserētes solam materiam esse substantiam.uel dixit ⸗ maxime dubia ⸗ quoniam num ipsa per se sit, ut Platoni uisum est, nec ne, maxima quæstio est, Auerroes autem uult esse agendum de forma sensibili, cum enim substantiæ compositæ sensibiles sint per se notæ, ideo primo de harum formis est agendum, quæ sunt harum causæ sine medio,& non de formis insensibilibus, hoc est de intelligentijs,quæ sunt causæ substantiarum sensibilium interuenientibus corporibus cœlestibus. sed dubitatio occurrit quoniam hic proponit agere de formis substantiarum sensibilium,egit etiam de materia,& iterum postea aget,sed cum de his egisset in naturali philosophia,uidebitur superfluus,& non agere de ijs,quæ conueniunt huic scientiæ.propterea solūens dicit primo q̄ consideratio de materia in physicis quatenus materia, est cognitio an materia sit. consideratio uero de materia hic est quod sit substantia, uel quatenus est substantia.secundo dicit,q̄ cōsideratio de formis in naturalibus est contracta solum ad formas naturales,quæ sunt generabiles,& corruptibiles.at consideratio de formis in his libris est communis ad formas,ut abstractæ sunt per indifferentiā ad formas sensibiles,& intellectuales.insuper cōsideratio de formis in libris physicorum est contracta ad formas, ut sunt termini generationis,non autem,ut substantiæ. at consideratio, quæ est de formis hic,est ut formæ sunt substantiæ.dicit tertio ex his faciendo excerptum q̄ consideratio de formis, ut sunt naturales,non inducit ad primam formam,quoniam,ut inquit,consideratio de forma,quæ inducit ad primā formam est consideratio de forma,quatenus forma est substantia.modo scientia naturalis nō considerat de formis,ut sunt substantiæ.sed occurres,quoniam,ut dictum est superius, considera tio naturalis de forma inducit ad primum mororem.sed primus motor, prima forma, & primus finis idē sunt duodecimo huius.igitur si cōsideratio de forma in libris physicorum

Cōmen.6.

ducit ad primum mouens, ducet etiam ad primam formam, & primum finem. quod Auerroes hic negat. diluitur uero, quoniam prima forma, & primus finis, & primum mouens idem ſunt ſubiecto ſecundum Auerroem, non autem ratione, atq; definitione. & ſic concederet q̄ naturalis conſideratio de forma ducat ad primam formam, & ad primū finem, & ad primum motorem ſecundum ſubiectum, non autē ſecundum rationem, quoniam licet hæc tria ſubiecto eadem ſint, ratione tamen differunt, & ſic conſideratio naturalis de forma ducit ad primum motorem, qui eſt prima forma, non tamen ducit ad primum motorem ſub ratione, qua eſt prima forma. cōſideratio enim naturalis de forma ducit ad primum motorem per hoc q̄ non ſit proceſſus in infinitum in mouentibus, & motis. cum enim naturalis forma generetur, oportuit præeſſe motum, & mouens, & cum non ſit proceſſus in infinitum in mouentibus, & motis, oportet uenire tandem ad primum motorem. at conſideratio metaphyſica de forma ducit ad primam, & ultimam formam, per hoc q̄ non eſt proceſſus in infinitum in cauſis formalibus, ut oſtēſum eſt ſecundo huius: & ſic rationes ſunt diuerſæ. dicit quarto Auerroes q̄ de prima materia conſideret utraq; ſcientia uidelicet phyſica, & metaphyſica, ſed phyſica, quatenus eſt principium tranſmutationis: philoſophus. i. metaphyſicus, quatenus eſt ſubſtantia in potentia. & iſtud quod hic dicit, eſt contra Aui-

Cōmen.22. cennam, cuius opinionem narrauit Auerroes ſecundo phyſicæ auſcultationis. dixit enim Auicennam uoluiſſe q̄ de materia prima agat metaphyſicus. phyſicus uero de ſola materia ſecunda, contra hoc Auerroes aſſerit utranq; ſcientiam agere de prima materia, licet alia ratione. ſed tunc in his, q̄ Auerroes ait, eſt magna cōtradictio, quoniam hic aſſerit metaphyſicum agere de prima materia, ut eſt ſubſtantia in potentia. modo agere de materia, ut eſt ſubſtantia in potentia, non eſt agere de materia, niſi reſpectu formæ. non enim materia eſt ſubſtantia in potentia niſi ad formas: igitur agere de prima materia, ut eſt ſubſtantia in potentia, eſt agere de ipſa reſpectu

Cōmen.21. formarum. ſed hæc conſideratio eſt phyſica, ut Auerroes inquit ſecundo phyſicæ auſcultationis. diluitur uero hæc contradictio, quoniam per potentiam poſſumus duo intelligere, aut potentiam, quæ eſt differentia entis, quæ cum actu diui-

Cōmen.6. dit omne ens, ut Auerroes ait libro de anima primo, et ſic materia, ut ſubſtantia in potentia conſideratur a metaphyſico, & hoc pacto loquitur hic, aut potentiam, quę idem eſt, quod priuatio, ſecundum quem modum accepit eam Auerroes no

Cōmen.11. no huius cum ait actum, & potentiam eſſe oppoſita relatiue, quatenus quod eſt in potentia, eſt oppoſitum ei, qđ eſt actu, & hoc pacto conſiderare primam materiam ut eſt in potentia, & in reſpectu formarum, eſt phyſica conſideratio. & ſic

Cōmen.21. loquitur Auerroes phyſicorum ſecūdo, ut patet per noſtras enarrationes ibi. Quinto Auerroes hic remouet tres dubitationes, quarum prima eſt cur non retractauit hic de materia. ſecunda cur in naturalibus non potuit declarare primam formam. tertia cur ex cōſideratione de forma in naturalibus peruenit ad primum motorem. diluit itaq; primam, aſſerens hic non retractare materiam, quia eſt contentus ea declaratione, quam de ea egit in phyſicis. quare cum ſufficienter de ea locutus ſit, hic de ea aut nihil, aut parum agere debet, addit inſuper eum non acceſſiſſe ad conſiderandum hic de formis naturalibus, aut de materia, quoniam de his agere non potuit, niſi ex operationibus materiæ & formæ. at cum operatio materiæ ſit generatio, aut tranſmutatio, de ea agere non potuit hic, cum de tranſmutatione nihil agat hæc facultas. formę uero cū ſpecie, ac genere ſint diuerſæ, nō poſſunt habere unam communem operationem, quam poſſit metaphyſicus conſiderare, et ita de illis per talem communem operationem non poterit communiter agere. quare hic nec de formis naturalibus, nec de materia eſt agendum. ex his diluit ſecundam dubitationem aſſerēs metaphyſicum nō potuiſſe primam formam declarare ex conſideratione formarum naturalium in phyſicis. quoniam ex actionibus formarum naturalium deuenimus nō ad primam formam, ſed ad primum motorem. ex actionibus enim formarum naturalium, cum ſint motiones, deuenimus ad primum motum, & ſic ad primum motorem, non autem ad primam formam ratione, qua eſt prima forma, nec ratione, qua eſt prima ſubſtantia. non enim phyſicus conſiderat naturales formas, quatenus ſunt formæ, nec quatenus ſunt ſubſtantiæ. per quæ tādem diluitur tertia, quoniam ex conſideratione formæ in maturalibus bene ad primum motorem deuenimus, nō autem ad primam formam. ex his uero colligit ſexto intentionem huius ſcientiæ, & ordinem, aſſerēs intentionem huius ſcientiæ eſſe quærere de principio primæ ſubſtātiæ. ſ. ſimpliciter primo, qui eſt motor primus, & forma prima, & finis primus. & quia hæc eſt huius ſcientiæ intentio ideo concludens ordinem poſuit principium perſcrutationis ex hoc, quod eſt de principijs ſubſtantiarum ſenſibilium, ut hinc ueniat in cognitionem primæ formæ. Demum colligit utilitatem perſcrutationis tum ex hac intentione, quam de formis hic agit, tum uel maxime ex eis, quæ in phyſicis ſunt pertractata, aſſerens ex his duobus ſequi, ut forma primi corporis ſit ultima ſubſtātia, & principium ultimæ ſubſtantiæ ſenſibilis, quæ eſt ultimum corpus. quoniam, ut inquit, cum fuerit declaratum hic principia ſubſtātiarum ſenſibilium eſſe ſubſtantias, & fuerit oſtēſum in naturalibus hic eſſe ſenſibile corpus. ſ. cœleſte, quod ſit cauſa generationis & interitus ſubſtantiarum ſenſibilium, & prius eis, declarabitur quod cum forma iſtius corporis ſit principium cœleſtis corporis, quæ eſt ultima ſubſtantia ſenſibilium, erit principium talis ultimæ ſubſtantiæ ſenſibilis, quæ eſt prior alijs ſubſtantijs. i. cæteris corporibus cœleſtibus, & etiam ultima ſubſtantia, & declarabitur etiam illud corpus primum, quod eſt prima corporea ſubſtantia, dare alijs compoſitis generabilibus ſubſtantias, quæ ſunt formæ ſubſtantiales generabiles, & corruptibiles. ſed dices, ego non uideo unde ex dictis hæc ſequantur. ſed ſequuntur, quoniam in his, quæ in naturalibus dicta ſunt, habemus eſſe deueniendum ad primum corpus ſenſibile, quod cauſa eſt generationis omnium. & cum cuiuſlibet corporis ſenſibilis ſit aliqua forma, quæ eſt cauſa illius, habebimus huius ſenſibilis corporis eſſe aliquam formam, & cum ex his, quæ hic diximus, fiat, ut forma corporis ſenſibilis ſit ſubſtantia, habebimus eſſe ultimam ſubſtātiam, quæ eſt cauſa primi corporis, per quod omnia generantur, & corrumpuntur. unde ratio eſt hæc, per ea, quæ in phyſicis dicta ſunt, eſt aliquod primum ſenſibile corpus. ergo per ea, quæ hic habentur, eius erit aliqua prima forma. iterū per ea, quæ hic habentur, erit aliqua ultima, & prima ſubſtātia, quæ eſt cauſa talis corporis, per quod omnia generantur, & corrumpuntur. hactenus de utilitate.

Atq; cū ſubſtantiæ q̄dam ſenſibiliū rerū conſenſu oīum ſint, in his q̄ramus primum oportet.

Sed quoniam ſubſtantiæ quędam ſunt ſenſibilium rerum formæ, quædam ſeparatæ adiunctæq; ab ipſa materia, ideo de quibus primo ſit agendum proponit, & dicit { atq; cum ſubſtantiæ quædam conſenſu omnium ſint } ſubaudi formę { rerū ſenſibilium, in his quęramus primum oportet } deinde ſubaudi in ſubſtantijs ſeparatis. nam primæ ſunt cōſenſu omnium: aliæ uero ambiguæ. unde Alexander, diſputaturus Ariſtoteles de formis, poſſintne ſeparabiles, ac per ſe, abſq; materia eſſe, an ſecus, de formis, quæ in materia habētur, nobiſq; notę quodam modo ſunt, in primis differere oportet. ex his enim intelligi poſſe, ſint ne illæ, ut Platoni uidebatur, an non. hactenus de intentione, & ordine.

Quoniam autem in principio quot modis ſubſtantiam definimus, diſtinximus, atque horum unus quidam eſſe ipſa quiditas uidebatur, de ipſa nunc contemplandum eſſe uidetur. TEX. 11

Cum



Cum dixiſſet eſſe primo agendum de ſubſtantijs compoſitis atq; ſenſibilibus, & de earum formis, nunc ſpecificat intentionem, nam cū forma poſſit conſiderari, ut quiditas, & ut altera pars compoſiti, quēadmodum ſupius dictum eſt, ideo nunc proponit dicere de forma, quatenus eſt quiditas, & dicit { quoniam autem in principio } . ſ. huius ſeptimi { quot modis ſubſtantiam definimus, diſtinximus } ut quiditas, & uniuerſale, & genus, & ſubiectum dictæ ſunt ſubſtātiæ { atque horū unus } . ſ. modus { quidam eſſe ipſa quiditas uidebatur, de ipſa nūc contemplandū eſſe uidetur } . i. de ipſa forma, quæ in ſenſibilibus habetur, nec ſeiungi poteſt, cuius rationem aſſignat Alexander ex eo, q̄a hinc cognitio noſtra ſerpet ad uniuerſalia ſiue ideas, ut appareat ſint ne, an perperam aſſerantur. & cum dicit { quoniam autem in principio } uerbum { quoniam nō accepit, ut reddat cauſam, quoniam non quia ſubſtantia quatuor modis dicitur, quorum unus eſt quiditas, atque forma, propterea primum oportet agere de forma, atq; quiditate, ſed propter rationes ſuperius, utputa quia compoſita ſubſtantia eſt tum poſterior, tum in aperto. etiam quia materia aliqua ex parte eſt manifeſta, & forma ipſa ambigua. uerbum enim quoniam potius, ut continuationis nota iungitur.

Operæprecium enim eſt ad id, qđ notius eſt, tranſire. diſcunt enim omnes hoc modo proficiſcentes ex minus notis naturæ ad magis nota.

Argyropylus illa uerba, πρὸ ἔργου γὰρ τὸ μεταβαίνειν εἰς τὸ γνωριμώτερον, trāſtulit ſic { Operęprecium enim eſt ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter proficiſci, quæ tū ad uerbum ſunt { operæprecium enim eſt ad id, quod notius eſt tranſire } igitur aſſignat cauſam ordinis, dixit enim eſſe incipiendum a formis ſenſibilibus, ut ex eis ueniamus ad formas inſenſibiles. nunc huius ordinis cauſam affert, & dicit { operæprecium enim eſt ad id, quod notius eſt trāſire } ut ad ſenſibiles ipſas formas, quæ nobis ſunt familiares notioreſq;, ut ex his ad obſcuriora, ignotioraq; reducamur, ut ad formas inſenſibiles. igitur ordo procedēdi cum ſit ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter proficiſci, & formæ ſenſibiles ſint nobis notiores, formæ uero inſenſibiles ignotiores, naturæq; notiores, igitur a ſenſibilibus formis eſt procedendū, ut ſit uniuerſus ſyllogiſmus, Ex notioribus nobis ad notiora ſimpliciter eſt proficiſcendum: formæ ſenſibiles ſunt nobis notiores, inſenſibiles uero ſimpliciter notiores: igitur a formis ſenſibilibus ad formas inſenſibiles eſt proficiſcendum. cuius ſyllogiſmi tetigit maiorem. quam demonſtrat ſtatim exēplo eorum qui diſcunt, & dicit { diſcunt enim omnes hoc modo proficiſcētes ex minus notis naturæ ad magis nota } ſcilicet naturę, comparauit nobis nota ijs, quæ ſunt nota naturæ, nam quæ nobis nota ſunt, naturæ quoq; ſunt cognita, ſed minus quam nobis diſcimus ergo ex notioribus nobis ea, quæ naturæ ſunt cognita, nobis autem ignota, & ſic patet maior.

Et hoc opus eſt, uerbi gratia in rebus agēdis, ut ex ijs, quæ ſingulis bona ſunt, ea, quæ ſunt omnino bona unicuiq; bona efficiuntur, ſic ex cuiq; notioribus ea, quæ ſunt nota naturæ, cuiq; efficienda ſunt nota. ea uero, quæ ſingulis nota, primaq; ſunt, parum perſæpe ſunt nota, & parū aut nihil entis habent. attamen ex ijs, quæ praue quidem ſunt nota, ipſis autem nota, enitendum eſt ea, quæ omnino ſunt nota, cognoſcere ad hęc ipſa per illa proficiſcenti, quemadmodū diximus.

(cuiq; τῶν ipſis ſingulis entis ὄντος ueritatis,)

Nunc eandem maiorem oſtendit per ſimile in rebus agendis, nā ſicut in rebus agendis, ſicut ex ijs, quæ ſunt bona huic, & illi, fiunt ſimpliciter bona. & non tantum ſimpliciter, ſed tandem huic, & illi, & ſingulis, uerbi gratia, ut Alexander inquit, diuitiæ per ſe bonæ ſunt, aliquis tamen ciuis opibus fretus, eis ad omnium contumeliam abutebatur, qui captus a magiſtratibus ex lege punitus notaque affectus eſt, pœniſq; datis, ad ſanitatem rediuit, ut omnes coleret, ac obſeruaret. punitio ergo, quæ per ſe non eſt bona, illi bona facta eſt, quippe qua temperans ac bonus eſt effectus. nec is tantum, ſed locupletiſſimus quiſque ſi quem diuitijs cōfiſus deſpiciebat, aut abuſu diuitiarum opprimebat, reſipiuit, & ab iniuria temperauit. quemadmodum igitur ex punitione, quæ nocenti & contumelioſo bona fuit, diuitiæ, quæ per ſe locupletibus ſingulis bonæ ſunt, factæ fuerunt bonæ, ſic ex ijs, quæ ſunt nota huic, & illi, & ſingulis fiunt nota quædam, quæ ſunt ſimpliciter nota, poſtea uero, mihi, & tibi nota. uel ſimile ſit ad hunc modum, ſicut dux ex ſingulis uictorijs, quibus hic, & ille, & cæteri potiuntur, peruenit ad cōmunem uictoriam, qua potitur uniuerſus exercitus, quæ eſt quoddam cōmune bonum, eodem modo ex notis mihi, & tibi, & ſingulis peruenimus ad notitiam ſubſtantiarum inſenſibilium, quæ uobis ſunt ſimpliciter ignotæ, poſtea uero effectæ ſingulis notæ per ea, quæ cuique erant nota: hoc eſt ex ſenſibilibus, quæ ſunt cuiq; nota. unde dicit { & hoc opus eſt } . ſ. omnibus, ut ex ſibi cognitis naturæ familiaria diſcant { uerbi gratia in rebus agendis, ut ex ijs, quæ ſingulis bona ſunt ea, quæ ſunt omnino bona } atque ſimpliciter { unicuique bona } tandem { efficiūtur } uerbi gratia ex punitione, quæ nocenti, & contumelioſo bona eſt, diuitiæ quæ per ſe locupletibus ſingulis bonæ ſunt, factæ fuerunt bonæ tandem unicuique { ſic ex cuique notioribus ea, quæ ſunt nota naturæ, cuique tandē. ſ. efficienda ſunt nota } præceptor enim meus ex ijs, quæ erant mihi nota, quę naturæ cognita ſunt, mihi nota reddidit. dixit autem { ex cuique notioribus } quoniam fortaſſe ex ijs, quæ ſunt uni homini nota, non poſſunt fieri omnino illa entia nota, ſed requiritur concurſus multorum. unde Auerroes ſecundo huius dicit Cōmen.14.
complementum hominum non compleri, niſi per congregationem. tertio etiam de anima autumat ex inuentionibus multorum fieri ſcientiam earum rerum, quare Ariſtoteles uelle Cōmen.36.
uidetur ex ijs ſenſibilibus, quæ ſunt cuique nota ea innoteſcere, quæ poſtea ſunt nobis omnibus nota, non autem ex ſolis mihi uel tibi notis, ſed ex ijs quæ & mihi, & tibi, & alijs ſunt nota, utrum uero ex ijs ſenſibilibus, quæ ſunt tantum uni diſcipulo nota, præceptor facere poſſit ea nota, quæ ſunt naturæ nota, certum eſt ita eſſe, modo præceptor ſit ſufficientiſſimus, & diſcipulus bene affectus. Auerroes autem ex teſtu Q ue Auer.
putat duas rationes eſſe conficiendas, quibus oſtenditur de Cōmen.10.
ſenſibilibus formis eſſe prius agendum, & ex ijs procedendum ad formas inſenſibiles, quarum prima uia comparationis ſtruitur ad hunc modum, ſicuti in artibus, ita in ſcientijs cōtemplatricibus, ſed tu artibus, ac artium comparationibus artifex ſemper procedit, ex ijs, quæ ſunt primo nota diſcipulo, & artifici ad ea, quę ſunt ipſis poſterius nota, ita in contemplatricibus, ac doctrinis, mathematicis, ut inqt, exceptis. nam in mathematicis proceſſus a prius nobis notis, & naturæ notis eſt. quia in mathematicis eadem ſunt nobis & ſimpliciter nota. ſecunda ratio etiam comparatioue ſic ſit, ſicut in actionibus humanis, quæ ſunt in gubernatione rei publicæ, & in arte medendi commune & ſimpliciter bonum colligitur ex particularibus bonis, quæ ſunt cuique bona, ita in ſcientijs ſimpliciter cognitum colligitur ex ijs, quæ ſunt cuique cognita, quod tandem ſit mihi, & tibi cognitum. ſed in dictis Auerroes oritur contradictio, quia ex his, quæ dicit Auerroes uelle uidetur ſingularia eſſe nobis notiora quam magis uniuerſalia, cuique oppoſitum habet primæ phyſicæ auſcultationis, ubi uniuerſalia prius nobis nota eſſe ſingularibus tradit. quæ contradictio oritur ex malo intellectu uerborum Auerrois, nam per uniuerſale, non prædicamentale uniuerſale intelligit, ſed idem, quod ſimpliciter bonum, uel ſimpliciter notum: quod etiam naturæ notum Ariſtoteles uocauit, & per ſingularia non indiuidua prædicamentalia intelligit,

sed quæ in dictione cuique bona, uel cuique nota dicuntur. & sic contradictio non est ad propositum.

Sed ea, quæ singulis nota, & prima sunt, parum persæpe nota sunt, parum etiam aut nihil entis habent. attamen ex ijs, quæ praue sunt nota, ipsis autem nota, enitendum est ea, quæ omnino sunt nota, cognoscere ad hæc ipsa per illa proficiscenti, quemadmodum diximus.

Q'ue Auer. Cõmen.19. Recte Auerroes exponit Aristotelem remouere dubitationem in præsenti loco, quia non uidetur ex cuique notis fieri posse nota entia ipsa diuina, quæ sunt uerissima, atque simpliciter sibi ipsis nota, nobis autem omnino ignota. quoniam ea, quæ sunt cuique nota, plerunque sunt exiguæ cognitionis, atque exiguæ ueritatis, & sic per talia non poterimus sufficienter peruenire ad scientiam rerum diuinarum. hanc igitur dubitationem tangens inquit { sed ea, quæ singulis nota, & prima sunt, parum persæpe nota sunt, parum etiam aut nihil entis } id est ueritatis { habent } nam plerisque in locis ens pro uero ipse solet usurpare, uicissimque non ens pro falso. dixitque { persæpe } propter mathematica, quæ sunt nobis primo nota, non autem debiliter nota, hoc autem Alexander exponit exemplo puerorum. pueri enim ut ipse Aristoteles in physica dixit, omnes uiros quasi patres agnoscunt, & hoc nomine ipsos appellant, quod parum, aut nihil habet ueritatis. quatenus puer, qui ab homine est genitus, homines, non equos, aut boues patres uocat, hactenus parum habet ueritatis, qua uero cunctos sic appellat, nihil ueritatis obtinet. igitur ex sensibilibus quæ parum, aut nihil ueritatis obtinent, non possumus deduci in cognitionem substantiarum diuinarum, quæ sunt uerissima, atque simpliciter notissima. soluit, & per simile in pueros, asserens quod sicut pueri ex ijs, quæ perparum nota sunt (perperam enim cunctos homines patres suos esse putant) ipsis tamen notis postea ad ueritatem reuocantur, suumque patrem a cæteris hominibus dignoscit, sic nos quod infantibus usu uenit, imitantes, ex male nobis obscureque notis, quæ omnino, ac naturæ cognita sunt, nouisse conabimur, ab his, ut diximus, nobis cognitis ad illa transeuntes, & dicit { attamen ex ijs, quæ praue sunt nota } nobis { autem ipsis nota, enitendum est ea; quæ omnino sunt nota, cognoscere ad hæc per illa } scilicet parum nota { proficiscenti, quemadmodum diximus } id est ab his, ut diximus, nobis cognitis ad illa, quæ sunt simpliciter cognita transeuntes. dixit autem { enitendum } quoniam licet quæ cuique nota sunt, sint persæpe exiliter nota, & parum ueritatis obtinentia, tamen per hæc quo ad fieri potest eniti debemus illorum cognitionem acquirere, non autem omnino, atque quousque illa sunt cognoscibilia. per quæ patet nos ex ijs, quæ nobis nota sunt, non posse peruenire ad intuitiuam diuinarum substantiarum cognitionem, quoniam tunc deueniremus ad tantam cognitionem, quanta de illis haberi posset: cuius contrarium putauit Auerroes in libro de anima

Cõmen.36. tertio, & in libro de beatitudine. dixit autem Aristoteles esse enitendum peruenire in notitiam earum per hæc eadem, quæ sunt cuique nota, & non per alia propter Platonem, qui in Timæo uult esse peruenièdum in notitiam rerum illarum ex pura fide maiorum, uel ex reuelatione, ut uiri catholici tradiderunt. At Aristoteles ex puris naturalibus tantum autumat

Q ue Auer. Cõmen.11. illarum rerum notitiam esse uenandam. unde Auerroes asserit ex tam paruis entibus, tam parum cognitis non posse cognosci omnino tam uera entia, & tam simpliciter sibi ipsis cognita. uerum enitendum per hæc quo ad fieri potest, per hæc dico, quæ cognitionem habent particularem, hoc est quæ sunt cuique nota, ut per illa perueniamus ad ea, quæ cognoscuntur per uniuersalem cognitionem hoc est simplicirer, scilicet transferendo de cognitione istarum substantiarum sensibilium ad cognitionem substantiæ simplicis, quæ continet omnes substantias uirtute, & causalitate, quæ substantia modo uniuersali, id est simpliciter cognoscitur. sed tunc est dubium, quia Auerroes uidetur sibi ipsi contrarius, Cõmen.36. nam tertio libro de anima asserit ex ijs, quæ cuique nota sunt, deueniri posse ad intuitiuam rerum diuinarum cognitionem, quæ est earum perfectissima cognitio. asserit enim per adeptionem eius intellectus, qui dicitur speculatiuus, nos posse peruenire ad intuitiuam notitiam illarum. intellectus autem speculatiuus est scientia omnium rerum sensibilium, atque naturalium, qua scimus omnes res naturales. Auerroes fingit in cognitionem intuitiuam illarum peruenire intelligi posse bifariam, aut uia disciplinæ, eo modo uidelicet quo per demonstrationes deuenimus in cognitionem effectuum naturalium, aut uia copulationis, qua copulatur nobis intellectus agens ut forma. uia quidem disciplinæ non possumus peruenire ad illarum rerum intuitiuam cognitionem. non Cõmen.36. enim, ut Auerroes inquit in libro de beatitudine, & in libro de anima talis intuitiua notitia haberi potest demonstrationibus, quæ fiunt ex ijs, quæ sunt cuique nota, ut ratio tacta ostendit, uia autem copulationis, qua intellectus agens copulatur nobis ut forma, ex ijs, quæ sunt cuique nota illarum rerum intuitiua notitia haberi potest, quoniam in nobis ut fingit, acquiri potest uniuersus intellectus contemplatorius, qui est medium, quo nobis intellectus agens copulabitur, ut forma. & sic copulatione in nobis orta per essentiam illius intelligemus notitia intuitiua, & ipsum, & cætera diuina, hoc pacto intelligit Auerroes tertio de anima, & libro de beatitudine, quo in modo hic nec Aristoteles, nec Auerroes hic loquitur. nolo tamen te ignorare totum hoc esse commentum. Aristoteles enim nullibi de alia notitia loquutus est nisi de ea, quæ habetur de substantijs diuinis ex ijs, quæ sunt cuique nota uia doctrinæ. quoniam haberi de illis notitiam intuitiuam Aristoteles nullibi explicauit: sed fuit commentum Auerrois.

TEX.11. Et primo de ipsa logice dicamus quædam, ꝙ sit quiditas id, quod dicitur unumquodque per se. non enim esse tui esse musici est, quippe cum non parte ipsum musicus sis.

Cum dixisset operæprecium esse differere de hoc, quod ipse τὸ τί ἦν εἶναι, id est quid erat esse uocat, & hinc ad omnino cognita gradum facere, primo proponit se uelle loqui de ipsa logice, & dicit { & primo de ipsa logice dicamus quædam } sed illud antequam ad uerborum expositionem uenerimus, illud accipere oportet, aliud ab Aristotele τὸ τί ἦν εἶναι id est quiditatem, aliud rationem seu definitionem appellari. nam quiditatem uocat rem ipsam, eiusque naturam simul intellectiuam, siue in concreto complicatam, quæ nomine ipso concreto ad suppositа significatur. homo enim nomen est quiditatem hoc est ipsam rei naturam significans, quæ nomine homo significatur, sed in concreto ad eius singularia, quæ suppositа dicuntur. quiditatem igitur uocat hominis, ut in huius exemplo persistamus naturam comprehensim simulque ac per dictionem intellectam. definitionem uero intellectum, qui partibus, ex quibus forma consistit explicandis, recensendisque percipitur. quiditas ergo differt a definitione quod illa sit cõsusa quædam intellectio, & quasi dictio, & quæ rem uelut unam contemplatur, definitio autem explicatio quædam rei est, & partium eius enarratio. proposuit autem dicere de quiditate logice, quoniam sic de ipsa dixit primo topicorum, supponens enim ipsum quid erat esse prædicatum esse, ut primo topicorum est dictum, nunc exponit ipsam quiditatem logice, quoniam quatenus est prædicatum, & uno modo facile dictio sic exponitur { quod sit quiditas id, quod dicitur } .i. prædicatur { unumquodque per se } id est, ut sit quiditas unumquodque id, quod per se prædicatur de eo, scilicet cuius est quiditas. sic enim



enim logice primo topicorum exposuit ipsum quid erat esse. Alexander uero sic { quod sit quiditas id, quod dicitur unum quodque per se } nam singulorum hominum unusquisque per se quiditas dicitur, quod ut clarius appareat, quiditatis loco nomen: homo, quod ipsam significat, accipiatur, quiditas ergo id est homo est id, quod singulorum unumquodq; per se dicitur. Socrates enim nomen illud id est homo dicitur, quod si Socrates dicitur homo, nimirum & illud dicitur, illud dico, quod nomine homo significatur illud autem est quiditas, callias enim uocatur homo, quod nomen significat quiditatem. ergo secundum hanc expositionem quiditas est simplex significatum nominis simplicis, cuius prædicationem suscipiunt omnia suppositа illius quiditatis, quæ nomen illud significatur. quare idem est, ac si dicatur quiditas est significatum alicuius nominis, quod prædicatur per se de unoquoque suppositо significatæ quiditatis. & sic hæc expositio coincidit cum prima nostra. nam est quiditas pro nomine, & quiditas pro re, quiditas pro nomine prædicatur de suppositis quiditatis pro re. quiditas pro re est significatum nominis, quod dicitur de suppositis. quanquam in suis uerbis Alexander confuse loquitur. Auerroes autem uolens

Q ue Auer. Cõmen.11. Aristotelem pro maiore parte de ipso quid erat esse perscrutari per propositiones dialecticas (quarum una est quod substantia rei siue quid erat esse sit illud, quod datur in responsione ad quid est, scilicet ad quid est indiuiduum substantiæ) ideo describens ipsum quid erat esse, ut alibi etiam descripsit, inquit ipsum quid erat esse illud esse, quod significat sermo, qui dat essentiam rei, cuius est sermo. deinde declarans quale prædicatum sit ipsum quid erat esse, asserit ipsum qd erat esse prædicatum esse per se. quod prædicatur essentialiter. & quidem secundum primum modum eorum, quæ prædicantur per se. quoniam ut inquit prædicata primi modi sunt tria uidelicet genus, differentia, & definitio: quæ componitur ex eis. quoniam ut inquit, definitio est idem, quod rei substantia. sic igitur ipsum quid erat esse est prædicatum primi modi, utpura. definitio, uel definitionis significatū. & dixit Auerroes, quæ definitio est substantia rei, quoniam non omnis definitio est prædicatum primi modi, nisi sit idem cum rei substantia, hoc est nisi sit substantialis definitio. non enim describitur definitio est prædicatum primi modi. & exponendo prædicata primi modi asserit prædicata primi modi generatim esse ea, quæ per se, atque in essentia uniuntur cum subiecto, cuius sunt, atque etiam inter se, unum, scilicet per se faciendo. secus accidentalia ipsa prædicata. nam nec per se uniuntur cum suo subiecto, nec faciunt inuicem unum per se. animal enim rationale uniuntur cum homine per se, & faciunt inuicem unum per se. quoniam alterum se habet, ut potentia, & contrahibile, alterum ut actus, & contrahens, ut Porphyrius inquit. At prædicata accidentalia contra, nec cum subiecto, nec inter se faciunt unum per se. sed occurres, quo

Cõmen.14. niã genus dicit formam. duodecimo huius, & differentia formam. ex duabus autem formis non fit unum per se, & diluitur, quoniam siue genus dicat formam diuersam, siue eandem cum differentia est quæstio dialectica, satis est autem,

Cõmen.17. Cõmen.43. n.46. Cõmen6, ut Auerroes inquit. primo huius, & in hoc septimo, & in octauo quod genus potentialem formam dicat, differentia uero actualem: nam formæ, quæ sic se habent, efficiunt per se unum: quæ Auerrois expositio, an consona sit dictioni, facile potes considerare. scio enim bene uerba Aristotelis esse per priores expositiones dilucide expositа, quia tamen nonnulli sunt nostris temporibus, qui barbaricis Auerrois blacteritijs afficiuntur, cogor nonnulla referre, quæ ex eis, quæ ipse dicit, uidentur utiliora. cum uero quiditatem id esse dixit quod unumquodque per se dicitur, exponens cur illud per se addidisset, subiungit { non enim esse tui esse musici est } id est, licet Socrates musicus appelletur, tamen Socratis esse non est esse musici, nec eius natura est musicum esse. neque enim per se musicus est, nec quiditas, quæ dicitur Socrates, est musicum, sed quod Socrates est per se, id Socratis est quiditas, & singulorum hominum, uel dicere possumus Aristotelem ostendere cur illud per se addidisset, scilicet a contrario sensu, quoniam quod prædicatur per accidẽs non est quid erat esse. igitur quod prædicatur per se, erit qd erat esse, & dicit { non enim esse tui esse musici est } .i. non enim tu per se es musicus { quippe cum nõ parte ipsum musicus sis } id est tui propria natura. significat musicum non est quiditas tui, quia tu non es musicus per se, fit, ut quiditas sit id, quod per se es, uerbi causa homo, aut animal. quo ad uerba attinet, uerbum { quippe cum } in græco legitur ὁ ἀνθρωπὸς κατὰ σαυτὸν, ad uerbum { quod ergo secundum te ipsum } & tunc sensus est { non enim esse tui esse musici est } id est non enim musicum est quiditas tui, quia tu non es musicus per se { quod ergo } subaudi dicitur quiditas est id, quod tu es { secundum te ipsum } id est per se. & sic in græco legitur illatiue, Argyropylus autem transtulit, ut reddat causam. Auerroes autem blaterizando ait Aristotelem in hac ultima dictionis parte declarare sermones, qui demonstrant aliquid extrinsecum, quod non inducitur in responsione facta de quiditate non esse definitionem, nec ptes definitionis. quoniam, ut dictum est, esse tui non est esse musici, quod dicitur extrinsecus de te { quod ergo secundum te ipsum } dicitur, hoc est quid erat esse. hæc conclusio ostendit Auerrois expositionem non esse ad propositum, non enim cõcluderet quod concludit, nisi uellet Aristoteles argumentari a contrario sensu, ut dictum est. cum hoc etiam est quod uerba, quæ exponit Auerroes, nullo pacto sint Aristotelis.

Q ue Auer. Cõmen.11.

Neque itaque id omne. non enim sit per se, ut superficies alba. non enim superficiei esse est esse ipsius albi.

Cũ explicasset quiditatem esse, quod singulis per se ineſt, & quod unumquodq; dicitur, quoniam albedo per se ineſt superficiei, iccirco infert solutionem tacitæ dubitationis, qua posset quispiam dicere ita quod quid erat esse ineſse eis, quibus per se ineſt, sicuti album ineſt superficiei, & ita unũquodque per se esse quiditatem, sicuti superficies est alba, soluens infert { neque itaque id omne } quasi dicat, non omne, quod per se alicui ineſt, quiditas eius est cui ineſt, neque enim perinde quiditatem in suis indiuiduis ineſse dicimus, ut album in superficie. propterea subdit { non enim sic per se } subaudi unumquodq; est quiditas { ut superficies est alba } uel sic { non enim sic per se } subaudi quiditas est in suis indiuiduis { ut in superficie est album. non.n. superficiei esse est esse ipsius albi } id est non enim album ita ineſt superficiei, sicuti quiditas ineſt indiuiduis. quoniam ipsorum unumquodque quiditas est, & quoniam hæc in unoquoque perfecta natura ineſt. albedo autem superficiei per se id est primũ ac sine medio ineſse dicitur. unde quia albedo in superficie primum habetur, quæ superficies in corpore est, iccirco album corpus esse dicitur. album igitur nõ sic in superficie per se est, ut quiditas in suis indiuiduis. itaque Socrati esse dixit, esse homini esse, dicens homini esse in datiuo casu quiditatem, quæ per nomen homo significatur. esse autem superficiei non est esse albo, alia est enim superficiei quam albedinis natura. non item Socratis natura, & eius quiditatis, quæ nomine homo significatur, diuersa, sed eadem est. ergo secundum expositionem hanc, quæ Alexandri est, Aristoteles infert quiditatem, quæ singulis per se ineſt, nõ ineſse eis per se, ut per se accipitur prõ immediate: eo modo, quo album per se ineſt superficiei, & quod non sit idem quiditatem per se ineſse indiuiduis, & album per se ineſse superficiei, ostendit, alioquin esse superficiei esset idem quod esse albo, ueluti esse Socratis est idem quod esse homini: quod falsum esse supponit, cum album & superficies sint in diuersis prædicamẽtis, uel aliter dici potest quod

cum conclusisset ipsum quid erat esse prędicatum esse per se, & cum prædicatum per se sit aut primo, aut secundo modo dicendi per se, nunc ex declaratis inferat quid erat esse, non esse prædicatum per se secundo modo, & hoc infert dicens {neque itaque id omne} id est neque quiditas est prædicatum per se secundum omnem modum per se eorum, de quibus prædicatur: quia non prædicatum per se secundo modo, & hoc ostendit per exemplum, quia non sit per se, ut album de superficie, de qua prædicatur per se secundo modo, unde inquit {non enim sit per se} subaudi unumquodq; individuum est quiditas {ut superficies est alba} quæ per se secundo modo est alba. quod autem quiditas non insit individuis, sicut album superficiei, ostendit, quoniam quiditas sic inest individuis, ut unumquodque sit idem illi secũdum esse. tunc quasi minorem addens dicit {non enim superficiei esse est esse ipsius albi} id est, sed superficies non idem albo secundum esse. igitur quiditas nõ inest individuis, sicut album superficiei. sed secundum hanc expositionem oporteret supponere album inesse superficiei per se secundo modo, quod ipse non asserit quinto huius, ubi dicit album per se inesse su-

Cõmẽn.32. perficiei, quatenus in ea primum est aptum fieri, ubi Auerroes ait album per se inesse superficiei, quia inest illi sine medio: & sic uidetur tutior Alexandri expositio. potest etiam defendi hæc expositio dicendo album inesse superficiei per se secundo modo dupliciter, & ut quinto huius loquitur de per se secundo modo pro eo, quod inest sine medio, & per se secundo modo, ut loquitur primo analyticorum posteriorum pro eo, quod inest alicui subiecto, quod ponitur in eius definitione. nam superficies etiam ponitur in definitione albi. dicitur enim album extremitas perspicui in corpore terminato, ubi per extremitatem superficiem intelligitur, & sic utroque modo expositio potest uerbis conuenire. Auerroes autẽ uel-

Q ue Auer. Cõmen.11. le uidetur Aristotelem intendere quod sermo constans ex aliquo uno solo accidente per accidens non sit definitio, & hoc ostendit, quoniam eo concesso, omnia accidentia per accidẽs, quæ de eodem subiecto prædicantur, essent eiusdem naturę, consequentiam ostendit, supponendo de eodem subiecto plura accidentia per accidens prædicari posse, ut de Socrate prędicantur esse musicum, & esse in loco. & supponendo etiam quod definitio declaret substantiam rei, & quod partes definitionis sint unum substantialiter, & per se, & inter se, et cum definito, tunc argumentatur si accidentia per accidens sint definitiones substãtiæ, tunc essent eadem specie cum subiecto, & inter se, & sic essent eiusdem naturæ. argumentum patet ex suppositionibus. & ita fiet, ut esse musicum, & esse in loco essent eiusdem naturæ, & omnino eadem inter se. immo fiet, ut nouem prædicamenta sint eiusdem naturæ cum substantia. quoniam secundum hanc positionẽ nouem prædicamenta erunt uel differentiæ substantiales, uel definitiones ipsæ. sic igitur Auerroes uult, ut Aristoteles ostenderit definitionem non esse sermonem compositum ex aliquo uno per accidens accidente. & quoniam hæc nullo modo uidetur consona uerbis Aristotelis, addit talia accidentia per accidens nec esse definitiones, nec uniuersalia per se prædicata, uel forte, ut inquit, intendit Aristoteles dicere prædicata per accidẽs non esse uniuersalia substantialia hoc est secundas substantias, de quibus in prædicamentis, quæ omnia sunt sua commenta, non autem ad dictionem Aristotelis.

At uero neque esse est id, quod ex utrisque constat, superficies alba uidelicet. propter quid? quoniam inest hæc. in qua igitur ratione dicente ipsum non inerit ipsum, hæc ratio quiditatis erit uniuscuiusque. quare si esse superficiei albæ sit esse superficiei semper esse albo leuiq; unum & idem est.

Cum exposuisset quiditatem non inesse individuis, sicut album inest superficiei, nunc exponit quiditatem non esse id, quod ex utrisq; constat, hoc est sicut superficies alba: quæ est quoddam compositum ex subiecto, & accidente. quare aũt Aristoteles hoc ostendat, est quia quiditas explicatur sermone composito, igitur ipsa uidetur esse compositum qppiam, ut superficies alba compositum quoddam uidetur. ostendit ergo quiditatem nõ esse compositum quippiam ex subiecto, & accidente, sicut est superficies alba, & primo ꝓponit hoc, & dicit {at uero neque esse} id est quiditas superficiei {est id, quod ex utrisq; constat} .s. ex substantia & accidẽte, quale compositum {uidelicet} est {supficies alba} uel potest clarius exponi, ꝙ uelit Aristoteles ostendere quiditatem alicuius non esse compositum ex subiecto, cuius est quiditas siue ex definito, & aliquo accidente illi subiecto definito, uerbi gratia ꝙ quiditas superficiei non sit superficies alba, & quod quiditas hominis non sit homo disciplinæ capax: sicuti posset alicui uideri, ex eo, quia sæpe explicamus quiditatem alicuius subiecti definibilis per subiectum definibile, & accidẽs illius subiecti, ueluti cum dicimus nasum Socratis esse nasum cauum. intendit igitur ostendere Aristoteles quiditatem alicuius subiecti definibilis nõ esse compositum quippiam ex subiecto definibili illo, & accidente subiecti, ut quod quiditas superficiei nõ sit superficies alba. hoc est quod superficies non sit superficies alba, nec homo sit homo disciplinæ capax: hęc intentio aperte patet in dictione, ideo Alexander exponens inquit {at uero neque esse} scilicet superficiei {hoc est quod esse superficiei albæ} quoniam superficies non idẽ est, quod superficies alba. igitur secundum hanc expositionem Aristoteles intendit ostendere quiditatem alicuius subiecti definiti non esse illud subiectum cum aliquo accidente illi subiecto. hæc enim est expositio intentionis. deinde assignat rationem, & procedit interrogando, & respondendo more dialectico, ut inuat: se loqui dialectice, & dicit {propter quid} scilicet quiditas superficiei non est illud compositum superficies alba, id est propter quid definitio alicuius subiecti definibilis non est compositum ex illo subiecto & aliquo accidẽte illius subiecti, uerbi gratia ꝓpter quid definitio nasi Socratis non est hoc cõpositum nasus cauus, uel nasus simus, uel tale quippiam compositum ex naso, & accidente nasi. hæc est interrogatio. deinde respõdet, & dicit {quoniam inest hæc} scilicet superficies in definitione illius cõpositi superficies alba. nam superficies alba sic definitur, quod sit superficies colorata colore disgregatiuo uisus, uel quod sit superficies digregatiua uisus. at fieri non potest, ut subiectum definiatur per id, in cuius definitione ipsum subiectum ponitur: & quia superficies ponitur in definitione illius compositi superficies alba, igitur superficies non potest definiri per illud compositum, & sicuti dico de superficie, ita quoque de omni alio id genus intelligo. & per uerbum {hæc} superficiem, quę definitur, innuit, & omne definibile subiectum id genus. quoniam cum hominem definimus, non assumimus hominem ad hominis definitionem. neque enim hominem definientes dicimus, homo est homo animal pedestre bipes, ut superficiem albam definientes ad eius definitionem superficiem ipsam accommodamus. nam superficiem albam superficiem in se colorem uisionis discretiuum habentem esse definimus. itaque superficiem in superficiei albæ definitione complectimur: errat enim siquis non assumpta superficie, superficiem albam definiri posse putat ad hunc modum: superficies alba est color uisus disgregatiuus uisus. hęc enim albedinis, non superficiei albæ definitio est. his explicatis, concludit duo, primum, ut ea definitio cuiusque sit, in qua ratione dicente, ac explicante ipsum definitum, non inest ipsum definitnm. in hominis enim ratione, quæ homo quid sit exponit, non inest homo. & dixit {in qua igitur ratione dicente ipsum} id est explicante ipsum definitum per se, & essentialiter, id est essentiali & qui-

Expositio certior.

ditatiua



ditatiua {non inerit ipsum} scilicet definitum {hæc ratio quiditatis erit vniuscuiusque} cuius videlicet assignatur. & cum dixit ἐν ᾧ λόγῳ, idest in qua ratione intellexit in cuius ratione, accepit enim {qua} pro cuius: & hoc secundum modum loquendi græcorum: quo etiam modo in elegantijs vtimur nos Latini, vt Terentius,

Quas credis e has, non sunt veræ nuptiæ,

Hoc est hæ, quas credis, non sunt veræ nuptiæ. Vtimur enim relatiuo eodem in casu, quo substantiuum ponitur, licet sensus sit alius. Hæc quo ad constructionem. Secundum quod concludit est vna conditionalis videlicet quòd si esse superficiei albæ sit esse superficiei semper, idest si quiditas superficiei sit illud compositum superficies alba, tunc esse albo, & leui idem est, & dicit {quare si esse superficiei albæ sit esse superficiei semper} scilicet simpliciter, & absolute, ita vt alba superficies sit quiditas superficiei omnino, itaque simpliciter {esse albo & leui vnum & idem est} ostenditur, quoniam leuitas est ita prædicatum de superficie, sicuti album de eadem: igitur qua ratione etiam superficiei simpliciter, erit esse superficiei leuis idem vnumque cum esse superficiei simpliciter & sic albo & leui idem & vnum esse erit tenet argumentum, quia ambo illa sunt eadem eidem superficiei simpliciter: igitur eadem inter se. hæc dictio si sic legitur, vt in græcis Boethij codicibus scribebatur, nullam obscuritatem continet. Sed in codice nostro, quem Alexander habebat sic legitur {quare si esse superficiei albæ sit esse superficiei leuis, esse albo, & leui vnum, & idem est} Et licet Alexander laboret in exponenda hac dictione, ego puto Aristotelem vnum supponere, & alterum inferre, supponit enim quiditatem superficiei albæ & quiditatem superficiei leuis esse vnam, & eandem, & hoc supponit tanquam sequens ad eos, qui dicerent quiditatem superficiei albæ esse eandem cum quiditate superficiei simpliciter. nam si quiditas superficiei albæ est eandem cum quiditate superfixiei simpliciter pari ratione quiditas superficiei leuis erit idem cum quiditate superficiei simpliciter, quòd si hæc erunt eadem eidem superficiei simpliciter, erunt eadem inter se, supponit ergo tanquam sequens esse superficiei albæ esse ipsum cum esse superficiei leuis, vt deductnm est ad eos, qui dicerent esse superficiei albæ esse idem & vnum cum esse superficiei simpliciter. Hoc ergo supposito, dat secundum et inferet conditionalem, & dicit {quare si esse superficiei albæ sit esse superficiei leuis} subaudi sicut oportet eos asserere, qui putant esse superficiei albæ esse vnum & idem cum esse superficiei simpliciter, tunc {esse albo & leui vnum, & idem est} & sic patet conditionalis, cuius consequens si destrueretur, sequitur primum videlicet antecedens esse destruendum, vt quòd non sit esse albæ superficiei idem

Q ue Auer. cõmẽ.11. quod esse superficiei simpliciter: quod est intentum. Auerroes autem propter malas translationes non esset referendus, tamen in dictione, quæ correspondet huic nostræ, balbutire videtur primo quòd prædicatum secundi modi, qualia prædicata sunt per se accidentia, non sunt definitiones subiecti, cuius sunt per se accidentia. & primo ostendit vnum per se tale accidens non esse quiditatem subiecti, cuius est. quoniam cum dixerimus, superficies est alba, albedo non est quiditas superficiei, veluti cum dicimus animal est rationale, rationalitas est quiditas animalis idest hominis, animal enim pro homine dixit. deinde ostendit ꝙ nec sermo compositus ex pluribus accidentibus per se, nec ex vno per se accidente & eius subiecto sit quiditas subiecti. Et breuiter sua ratio est, si quiditas esset quid compositum ex subiecto illius, & per se accidente subiecto, vt superficiei, superficies alba, tunc in definitione esset nugatio. quoniam ponendo rationes loco nominum subiectum poneretur bis. nam in ratione albi ponitur subiectum semel, & ponitur etiam alios per se: igitur ponetur etsi loco subiecti ponetur sua definitio, ponetur definitio subiecti bis, semel loco subiecti, semel in definitione albi. Si enim diceremus ꝙ superficies alba sit superficiei quiditas, cum loco albi poneretur sua definitio, dicendo album est superficies disgregatiua visus, tunc vniuersa superficiei superficies esset, superficies superficies disgregatiua visus, & sic esset nugatio. Etsi dubitaueris, ꝙ a pari posset accidere nugatio in definitione illa, quæ est animal rationale, respondet negando argumentum. quoniam licet definitio hominis sit ex animali & rationali. non tamen accidit nugatio, quoniã nec animal per rationale, nec rationale per animal definitur. Est rationale homo aptus ratiocinari, hæc Auerroes. Quæ quàm aliena sint a mente verborum, non opus est exponere, quoniam qui parum fuerit eruditus in græcis verbis, aperte noscet hæc esse omnino remota: & a verbis, nec a verborum intentione: bene tamen dubitatione dignum fuerit vtrum in definitione proprij accidentis cadat subiectum. nam ex hoc argumento Auerrois relinquetur si subiectum poneretur in definitione accidentis, esse nugationẽ dicere nasum simum, cum simum nasum includat & ita nasus esset bis dictus semel quidem in se, & semel in simi definitione. Sed hoc petendum est a dilucidario septimo libro. Colligit autem Auerroes perfectam definitionem esse, quæ constat ex prædicatis, quæ dicuntur in quid de definito, cum hoc quòd in ea nihil sit positum per additamentum, per hoc enim, vt inquit differt definitio substantiæ a definitione accidentis. vnde breuiter tandem ait sermonem in quo non inuenitur ens, de quo interrogetur per quid idest in quo nõ reperitur substantia singularis, de qua interrogatio fit per prædicata in quid: hunc sermonem esse definitionem perfectam, modo det causam rei quiditatiuam, & essentialem rei cuiq;, Quæ omnia sunt præter verba Aristotelis: vt consideranti patet volui tamen ea referre errore eorum, qui afficiuntur verbis Auerrois.

Disputatiõe tertia cap. 5. In solutiõe ad tertium.

TEX. 12.

Cum autem sint & in cæteris prædicamentis composita, est enim aliquod subiectum unicuiq;, ut quantitati, & qualitati, & quando & ubi, & motui, considerandum nimirum est, si quiditatis uniuscuiusque ipsorum ratio sit, & sit ipsorum etiam quiditas, ueluti albo homini quiditas albi hominis. Sit itaq; nomen ipsi positum uestimentum, quidnam sit uestimenti esse.

Cum cepisset differere vtrum substantiarum sensibilium, quæ compositæ sunt, sit assignare quiditatem, & logice differeret quòd sic. nunc quærit vtrum cæterorum nouem prædicamentorum sit quiditas, & causam dubitationis assignat, quia dictum est substantiarum esse quiditatem, quoniam sunt compositæ, at cætera esse composita, exponetur. Secundo vtrum talis quiditatis sit ratio definitiua. Alexander continuat sic postquam superficiem idem, quod superficiem albam esse negauit, neque superficiei esse, & esse superficiei albæ idem esse dixit, quæstionem proponit dicens, & suspensiue legas vsq; ibi {considerandum, cum autem sint & in cæteris prædicamentis composita} cuius rationem interponit, dicens {est enim aliquod subiectum vnicuiq;} .s. talium prædicamentorum {vt quantitati & qualitati, & quando, & ubi, & motui} .i. actioni, & passioni, quod subiectũ subaudi se habet, vt materia, & est ipm accidens, quid se habet, ut forma, ergo in cęteris prędicamentis possumus assignare quædam composita, vt sit syllogismus compositorum est quiditas, quantum, quale, & id genus est compositum: igitur concludens quæstionem dicit {considerandum nimirum est, si

quiditatis vniuscuiusq; ipsorum ratio sit } scilicet quę exponat quiditatem { & } si { sit ipsorum } idest cuiusque { ipsorum quiditas, ueluti albo homini quiditas } sit { albi hominis } melius dictio legeretur trāspositæ ad hunc modum considerandum nimirum est, si sit cuiusq; ipsorum quiditas, & sit cuiusq; quiditatis ipsorū rō } ut sint duę qōnes, & utrū cuiusq; ipsorum sit quiditas, & utrum quiditatis cuiusq; rō quę quiditatē explicat. & pro parte affirmatiua tetigit rationem, quia compositorū est quiditas, & quiditatis rō. vnumquodq; prædicamentorꝫ est compositum: igiť cuiusq; prædicamenti est quiditas, & quiditatis ratio. Sed qm̄ definitiones nominū sunt, non orationum, ne qs albi hoīs definitionē negare possit, propterea ꝙ oratio id sit, non nomen idcirco ait { sit itaq; nomen ipsi } .s. albo homini { positū uestimentum } & tunc quærať { quidnā sit uestimenti esse } .i. quiditas, i. utrū vestimenti hoc est hoīs albi quiditas est, & quiditatis etiam rō, an nec hæc habeť, nec illa. Auerroes aūt licet multa uerba ꝑtulerit, vult tandē has qōnes esse, quas Arist. intendit, & utrū compositum ex subiecto & accidēte habeat definitionē, & utrum sit definibile. & qa has qōnes intēdere Arist. arbitrať, ideo putat Arist. velle declarare cōposita ex subiecto & accidente nō esse definibilia, & ob hoc nec accidentia esse definitiones suoꝝ subiectorum. Mouisse uero has qōnes asserit, qm̄ sicut in cōpositis substantijs sunt hæc duo videlicet definitio, & definibile, ita & in cōpositis ex subiecto, & accidente hæc duo cōpetere vr̄r. Si quis aūt poterit has qōnes dictioni applicare, faciat pro arbitrio. Nobis autem visum est exponere eo modo, quo diximus.

Que Auer. Cōmē. 12.

At uero neq; hoc est ex eorum numero, quæ per se esse dicuntur.

Alexander cum quo expositores concordant, putat Aristotelem hic soluere qōnem de uestimento: nam cum dixisset Arist. homini albo esse imponendū unum nomē. s. vestimentum, quæsiuissetq; vtrū vestimenti sit quiditas, & qditatis definitio, nunc vult Alex. vt soluat, & dicat ꝙ non etiā si homini albo unū nomen positū esset, & rōnem explicans dicit { at uero neq; hoc } .s. vestimentū { est ex eoꝝ numero quæ per se dr̄r } cum significet ens per accn̄s. Cum. n. vestimentū non significet ens ꝑ se, non vr̄ esse ex eorū numero, quæ definiunť. Cum. n. homo albus per se nō sit, nec per se consistere ualeat, sed ꝑinde sit in hoīe, ut Socrates musicus in Socrate, quonā modo hoīs albi pōt esse definitio, cuius si qua sit definitio, quiditas quoq; habeať oportet. i. natura, quę ipsa ꝑ se consistat, & per definitionē explicetur. Ego uero pace tantorū virorū dixerim, puto Arist. hic argumentari ad oppositū, nam cum argumētatus sit ꝙ hō albus, qd' noīe uestimēti diciť, sit compositū, intulit eius esse quiditatē, & quiditatis rōnem, nunc argumentať ad oppositum ex eo, quia uestimentū, quod significat hoīem album, nec sit ens per se nec pars sit entis per se: igiť eius non est qditas, & dicit { at vero neq; hoc } .s. uestimentū { est ex eorū numero q̄ per se esse dr̄r } licet sit unū nomen: igiť eius non erit quiditas, & quiditatis rō. & sic pro utraq; parte argumentatus est ad qōnem. Designat hanc expōnem uerbū { at uero } quę nota aduersandi est, & uerbū sequens { an } quæ nota est oluendi, quare melius sic exponitur.

An id, quod non per se est, dupliciter dicitur, & huius aliud quidem est ex additione, aliud uero non ex additione. nam quod definitur, aliud quidem dicitur ex eo, quia ipsum alteri additur ut si albo esse definiens, albi hominis rationem dicat. aliud ex eo, quia alterum ipsi. ueluti si uestimentum homine m album significet, ipsum autem uestimentu m, ut album definiat. Albus igitur homo est quidem albus, non tn̄ ipsius quiditas est albi hominis, sed uestimenti.

Per uerbum illud { An } denotatur Arist. nunc soluere quęstionem: & primo pręmittit distinctionē eius, quod non dicitur ens per se, & dicit { an id, quod non per se est, dupl'r dicitur, & huius aliud quidem est ex additione, aliud uero nō ex additione } ex additione quidē est homo albus. quod alio noīe diciť aggregatum per accidēs, & concretū expressum, siue explicatum. Aliud uero nō ex additione, ut albū, quod dicitur concretū implicitum, uel connotatiuū aut intelligitur distinctio ad hunc modum { an id quod non per se est } .i. quod non est simplex { dupl'r dicitur, & huius } quod non est simplex { aliud quidē est ex additione } .i. definiť ꝑ additamentum { aliud uero non ex additione } cōpositum accidentale definitur ex additione, cōpositū uero in substātia definitur non per additionē. per id. n. quod non est per se, compositum intelligit, nam simplex hic per se dicit, cōpositū uero dicit non per se. deinde exponit mēbra, & dixit { nā quod definiť, aliud quidē dicitur ex eo, quia ipsum alteri addiť } .i. quia ipsum non definitur ꝑ additamentū, sed potius alterum definitur additamēto sui. & affert exēplum, & dicit { ut si albo esse } .i. ut si ipsum albū definiēs { albi hoīs rationem dicat } .i. ipsum hominē addat in eius definitione ad hunc modū albū est hō disgregans uisum. uel rōnem hominis addat ad hunc modū, album est animal bipes rationale disgregās uisum. hoc pacto hō dicitur id quod definiť non ex additiōe, quia in eius definitione non addiť aliquid alterius ꝓdicamenti, sed potius hō additur in ratione rei alterius prædicamenti, ut in ratione albi. uno igiť modo aliquid definitur nō per additamentū, hoc est non per rem alterius pręȝdicamēti, & hoc pacto definiunť cōposita in substantia, ut hō, leo, & cætera id genus. deīde assignat secundū membrū, & dicit { aliud } subaudi definiť { ex eo, quia alterū } .i. quia res alterius ꝓdicamēti { ipsi } subaudi additur. & sic definiť omne accidentale concretū, ut albū, ut lucidū, ut dulce, & cætera id genus. unūquodq;. n. horum definitur per additamentū. i. additione substātiæ: quæ est res alterius prædicamenti. ipse tn̄ per exēplum uestimēti exponit, quod significat idem, quod album, & dicit { ueluti si uestimētum hoīem albū significet } sic. n. idem erit quod album { ipsum aūt uestimentū, ut albū. definiat } nam in hoc casu vestimentū definietur per additamētum, ueluti ipsum albū. rectè igitur patet duplex esse compositum uel concretū, aut in substantia, & hoc nō definitur per additamentū, sed per res sui generis, aut in accidente, & hoc definitur per additamentum substantię. explicata hac partitione. respondet ad quęstionē, & vult ꝙ aggregatū per accidens non habeat quiditatē, nec definiať, sed bene cōcretum, & dicit { albus igitur hō } quod est aggregatum per accn̄s { est quidem albus } sed non solū. est. n. accidēs & substantia { non tn̄ quiditas est ipsius albi hominis } .s. aggregati ꝑ accidens { sed vestimenti } .i. sed concreti. est. n. dr̄ia inter concretum aggregatū per accn̄s. nam aggregatū per accidens significat utrūq; æqualiter. s. substantiam & accidens. concretum aūt significat solam formam accidentalem, con notando tamen subiectum. est igitur solutio, ꝙ cæterorum prædicamentorum sit quiditas, & definitio, quatenus vnūquodq; eorum accipitur in concreto, non autem quatenus accipitur, vt aggregatum per accidens. Verum hæc est differentia. inter substantias, & accidentia, ꝙ concretum substantiale non defiuitur per additamentum, concretum accidentale uero per additamentum. hæc videtur mihi expositio, licet Alexāder obscure sit locutus, nec per eius uerba dictio aperte intelligatur. Auerroes autem in calce suæ enarrationis præsentis dictionis declarat causam, quare in definitione hoīs. i. in definitione cuiusq; substātiæ cōpositæ non addatur alterum. i. res alterius prædicamenti, & cām affert ex eo, quoniam significatum hominis, vel cuiusq; substantiæ cōpositæ est quoddam compositū ex duobus, quorum alterum

Que Auer. Cōmē. 13.





alterum est commune scilicet genus, & alterum proprium idest differentia, de qua dicitur genus, vel est compositum, in quo alterum de altero pręȝdicatur, ita ut natura primi hoc est generis sit natura secundi. s. differentiæ, & congregatum ex illis erit totum, & per se unum, quia igitur significatū hominis est hoc pacto cōpositum, & ꝑ se unū, ideo definiť per pręȝdicata proprij generis, & non per additionē. & addit hoc nō inueniri nisi in sub̄antijs, & ꝑpterea solæ substantiæ per se definiūtur. Quæ licet hęc, quæ Auerroes ait, nō faciant ad expositionē dictionis, tn̄ etiam sunt ambigua, qm̄ Auerroes in hoc septimo asserit esse formaꝝ, & non compositorū ex materia, & forma. Soluimus in lib. Destructio destructionū ꝙ sit triplex definitum, per se primū, & hoc est forma uniuersalis concretiue sumpta, quā hæc significant homo, animal, equus, & id genus. de huiusmodi definito loquiť in hoc septimo, cū ait definitionem esse formæ uniuersalis, & nō cōgregati ex materia, & forma quoddā est per se nō primo, & sic oīa cōposita singularia, ut ꝑ terminos cōes significanť, sunt per se definibilia, non tn̄ primo, sunt. aūt hæc ut mixtū ex elementis, compositū, & id genus, & de hoc loqť ipse in hoc septimo, cū ait, nō ꝙ ipsa definitio, quę est forma, sit ipsum definitum, quod est hn̄s formā, quod & octauo huius repetit. Tertio modo accipiť definitum ꝑ eo, qd' definiť per accidēs & sic singularia ipsa cōposita, ut per singulares terminos significanť, definiuntur per accidens, ut Socrates, & Plato, ut dicet ipse postea, & sic tollitur contradictio.

Cōmē. 37.
Disputatiōe quinta. Solutiōe dubij tertij. Cōmē. 37.
Cōmē. 40. comēt. 21. Cōmē. 9.
Cōmē. 35.

Est ne igitur quiditas quædam, aut simpliciter? an non est. quiditas enim quiditas est. cum autem aliud de alio dicitur, non est proprie hoc aliquid, ut albus homo nō est proprie hoc aliqd, si ipsum ho aliquid sub̄antijs tm̄modo cōpetit.

quiditas. n. quiditas est. ὅπερ γάρ τι ἐστι τὸ τί ἦν εἶναι. quod. n. aliqd est, hoc est qditas. Propriè. ὅπερ. Quod quidem.

Multifariam hæc dictio potest intelligi, uno mō ut Alexeam intelligit, nam cū in lib. Poster. traditū sit qōnem an est præcedere qōnem quid est, idcirco Alexan. vult, ut quærat vtrū aliqua entiū quiditas habeať, aut aliqua aut simpl'r, an nulla prorsus: vn̄ dicit { Est ne igitur quiditas } subaudi de numero entiū aut { quædā, aut simpl'r, an non est } subaudi quiditas in numero entiū nec simpl'r, nec quędā ut sit qō, utrum qditas aliquo mō sit, an prorsus nullo mō est qditas inter entia. Secundo mō pōt exponi, ut referať hoc, qd' quęrit, ad ꝓxime dictū. nā dixit albi hoīs non esse quiditatē, sed bene albi: quærit nunc { est ne igiť aggregati per accn̄s, vt albi hoīs { qditas quædā, quæ non sit simpl'r quiditas { aut simpl'r } .i. utrū aggregati per accn̄s sit quiditas saltē aliquo mō, aut est qditas simpl'r, & tunc uerba illa { an non est } sunt nota solutionis. q. d. ꝙ nec est qditas quędam albi hoīs, nec qditas simpl'r, et ita nullo pacto aggregati per accn̄s est quiditas. posset exponi alijs modis, sed nō curo. Si sequemur expōnē Alex. soluit Arist. hanc qōnem parte illa { quiditas enim est qditas } q̄ vis in dictione Alexandri sic legať ὅπερ γάρ τι ἐστι, τὸ τί ἦν εἶναι. i. { quod. n. aliquid est, hoc est quiditas } & ipse exponit. i. { quiditas est cuiusq; substantia } per quæ vult hēre pro r̄nsione, ꝙ quiditas sit in numero entiū. nam si qditas est substantia singulariū, cum ipsa singularia sint in rerū natura, dubium esse non debet, qn de numero entiū quiditas habeať. deinde sequiť illa particula { cū aūt aliud de alio dr̄ } & Alex. vult, ꝙ cū ex hac solutione habeatur quiditatē omnem, quæ substantiæ est, eē entis per se, ideo subdit { cum aūt aliud de alio dr̄ } .i. cum aūt aggregatum per accn̄s sit ex duobus quoꝝ aliud de alio dr̄. i. diuersum de diuerso, sed sit ens per accn̄s, & nō per se, tale aggregatum per accn̄s { non est ꝑprie hoc aliqd } .i. quiditas, & difinibile per se { vt albus hō non est proprie hoc aliquid } idest proprie quiditas, & per se definibile { si ipsum hoc aliquid } .i. si ipsa quiditas, & definibile { substantijs tantum competit } Hoc enim sequi ex solutione ostendit Alexāder sic argumentans, si hoc aliquid substantijs inest. i. si quiditas est substantia, homo albus non est substantia, sed accidens. homo albus igitur non est quiditas. At si sequamur expositionem secundam, dicemus Aristotelem soluere quæstionē ibi { an non est } vt sit solutio, ꝙ aggregati per accidēs nullo pacto sit quiditas, nec simpliciter, nec quædam. & assignans rationē dicit { Quiditas enim quiditas est } idest ratio solutionis est ꝙ sit substantia ipsa quiditas: & non accidens { Cum autem aliud de alio dicitur } idest cum autem aggregatum per accidens, in quo aliud de alio dicitur { non est proprie hoc aliquid } .i. substantia { vt albus homo non est hoc aliquid proprie } idest substātia { si } idest qa { ipsum hoc aliquid substantijs tantummodo competit } sit, vt albi hominis nullo pacto sit quiditas. &, vt dico de albo homine, ita dico de quolibet aggregato per accidens. vtraq; expositio consonat dictioni.

Quare quiditas est eorum, quorum oratio definitio est. TEX. 13.

Ex cūctis, q̄ dixit, manifesto cōcludit, ut Alex. inquit, quiditatē esse eoꝝ, quorum est definitio: & dicit { Quare quiditas est eoꝝ quoꝝ oratio } .i. explicatio, & cōmemoratio eorum, q̄ ꝑ se, ac essentialiter ipsis insunt { defintio est } et qm̄ hæc entia substantiæ proprie sunt, sit ut Alex. concludit, vt in ijs entibus tm̄ sit quiditas, quæ substātiæ sunt, aut fortasse dici potest Arist. inferre solutionē ad argumentū, quo oñdebať, cōpositorum ex substantia, & accidēte esse quiditatem. erat. n. argumentū, quorum est ratio, eoꝝ est quiditas. compositoꝝ ex substātia & accidēte est ratio. ergo cōpositorum ex substātia & accidete est quiditas. soluit negādo maiorem dicens { quare quiditas est eoꝝ, quorum orō est definitio } & sic negatur maior. non. n. oīum, quorum est ratio, est quiditas, sed oīum, quoꝝ ratio est idē, quod definitio. sic maior est simpliciter falsa. sed si limitetur, erit vera, sed tnuc minor neganda est. utraq; expositio conuenit dictioni.

Prima expositio.
Secunda expositio.

Definitio uero est, non si nomen idem, quod oratio significat. omnes enim orationes essent utiq; termini. sit enim cuilibet orationi idē. quare & Ilias definitio erit. sed si alicuius sit primi. talia uero sunt ea, quæ dicuntur non ex eo, quia aliud de alio dicitur.

Cum dixisset, quorum est quiditas, nam dixit eorum esse quorum oratio est difinitio, nunc exponit definitionem, & ut Alexander inquit, sensus est, nō omnis oratio idem, quod nomen aliquod significans, est definitio: & hoc proponit, & dicit { Definitio uero est, non si nomē idem, quod oratio significat } qui, ut Alexander inquit, cum dicere deberet, definitio est, non si oratio idem, qd' nomen significet, dixit { nō si nomen idem, quod oratio significet } tamen sensus est, non omnis oratio idem, quod nomē aliquod significans est definitio, ostendat hanc conclusionem ex opposito inferendo oppositum quasi dicat, si non est conclusio assignata vera, detur oppositum, & sic, omnis oratio idem, quod nomē aliquod significans erit definitio, & ita fiet, ut omnes orationes essent definitiones: & hoc subdit { omnes enim orationes essent vtiq; termini } idest definitiones. quoniā omnes orationes idem, quod nomen aliquod significant, saltem ex impositione, cuius rationē subdit { sit enim idem } scilicet nomen impositum { cuilibet orationi } idest sit ex impositione, quod omnis oratio significet idem, quod nomen aliquod, & ubi ita est, fiet, ut oīs oratio significans idem, quod nomen aliquod sit definitio. & sic patet consequentia. deinde destruit hoc consequens ducens ad absurdius, & dicit { quare & Iliades } .i. totū carmen de bello Troiano { definitio erit } nam totum illud carmen significat idem, quod nomen illud Ilias. Patet igitur conclusio videlicet ꝙ non

omnis oratio idem, quod nomen aliquod significans sit diffinitio, alioquin vniuersum carmen de bello Troiano esset diffinitio, nam vniuersum illud carmē idem significat, quod nomen Iliadis. & per Iliadem vniuersum carmen Homeri sumpsit. Deinde affert conclusionem affirmatiuā, & exponit orationē, quæ est diffinitio, & dicit ¶ sed si alicuius sit primi ¶ .ſ. explicatiua, hæc oro est diffinitio. nam ea oratio, quę explicat prædicata essentialia, quæ ſpēi essentiā constituunt, diffinitio est, ut aial bipes. Hæc. n. oratio ideo diffinitio est, qa explicat ea prima prædicata, quæ constituunt essentiam hominis. deinde quænam prima vocet, exponit, & dicit ¶ talia uero ¶ .ſ. prima ¶ sunt ea, quæ dicunt non ex eo, quia aliud de alio dicit ¶ Sed quia idem ei, de quo dicitur, est. nam cum dicimus album non primum de substantia prædicatum dicimus, qa non ipsam per se albedinem significamus, sed substantiam albedine præditam exempli gratia niuem, Socratem, aliudue quippiam tale, quod non est idem substantiæ, de qua dicit, At cum dicimus animal uel bipes idem homini dicimus: igitur oratio, quæ talium prædicatorū est explicatiua, hæc est diffinitio. propterea ait ¶ quæ dicunt non ex eo, quia aliud ¶ prædicatum ¶ de alio ¶ subiecto sibi diuerso ¶ dicitur ¶ ut album de substantia, sed, ut animal vel rationale de homine. nam hæc oratio prima ꝑdicata explicat.

Q ue Auer. Cōmē. 13.

Auerroes autem, sic inquit, & diffinitio non est omnis sermo significans illud, quod significat nomen rei. i. & nō omnis sermo significans illud, qđ significat nomen rei, est diffinitio, sed necesse est cum hoc ꝙ sermo conuenit nomini, vt significet prædicabilia essentialia per quæ constituitur diffinitum. igitur vult, ut omnis sermo, qui equalis est nomini in significando, & qui complectitur prædicata primi modi ex quibus constituitur significatum nominis, hic sit diffinitio.

Nulli ergo specierum, quæ non sub genere sunt, quiditas competit, sed his solum. hæ nanq; non per partitionem, passionem ve, neq; ut accidens dici uidentur.

Ex ijs, quæ dixit, infert quorum non est quiditas, ut Alexander exponit, & dicit ¶ Nulli ergo specierū, quæ non sub genere sunt, quiditas competit ¶ & per spēs, res intelligit, ut sit sensus, nulli ergo rerum, quæ non sunt sub genere sunt, quiditas competit, qm̄ præter generis spēs nullius est quiditas, deinde exponit quorum est quiditas, & dicit ¶ sed his solum ¶ subaudi quiditas habetur, quæ generis spēs sunt. non tamen sequit, ut omnium spērum, quæ sub genere sunt, sit quiditas. qm̄ ab exclusiua non sequit uniuersalis, nisi de terminis dispositis. & ideo sequit, ut omnis quiditas sit specierū, quæ sub genere sunt: & qa non omnium specierū quæ sub genere sunt, est qditas, ideo exponit, quarū specierū sit quiditas, & dicit ¶ hæ nanq; ¶ spēs. ſ. quarum qditas est ¶ non per participationē, passionem ve dīr ¶ .i. non quasi accidentia prædicant, & quasi affectiones. quēadmodum album, & nigrum, aut calidū & frigidum ¶ neq; ut accidēs dici vīr ¶ .i. neq; prædicant, ut accidens. vñ Alexan. per ea, quæ prædicantur per participationē, & per passionē, & ut accidēs, eadem intelligit ſm unam expositionē. q. d. spēs, quarū est quiditas, non esse ea, quæ prædicant, ut accīs. Quod. n. prædicatur, ut accīs, dicuntur prædicari per participationē inquātum prædicant ſm quid, & non simplr. dicunt etiam prędicari per passionē, quia non prædicant ſm substantiam subiecti, sed ſm id, qđ est affectio subiecti. Insuper dīr prædicari ut accīs, inquantum prędicant extrinsecus & non ꝑ se. igitur spēs, quarum est qditas, sunt ea, quæ nō sunt accidentia. Quanquā illud ¶ non ſm participationē ¶ intelligi pōt, ut Alex. inquit, pro eo, non separatæ sunt spēs, ut Platoni uisum est. nec ipsārū participatione singularia quæq; cōsistūt, sed substantiæ sunt, quæ in singularibus hīr, seiunctæ quodāmodo, alias inseparatæ. Seiunctæ quatenus in singularibus sunt. i. qua sunt ipsa singularia, indiscretæ uero, in eo ꝙ natura, quæ in oibus reperit, eadem est, ad hunc modū Alexander exposuit. Facilius uero sic ¶ nulli ergo spērum, quæ non sub genere ¶ .ſ. substantiæ ¶ sunt, qditas competit, sed his ¶ .ſ. spēbus, quæ sunt sub genere substantiæ ¶ solū ¶ .ſ. quiditas cōpetit. Infert aūt hoc ex ijs, quæ dixit, qa solæ spēs de genere subæ eædem sunt definitioni sigitur solū specierū de genere substantiæ est qditas. & per genus per excellentiam intellexit genus substātiæ, qa substantia principalr, & sola est ens. Alia aūt prædicamenta potius sunt dispōnes generis, q̄ in genere. & ꝙ quiditas insit solis spēbus, quæ sunt in genere substantiæ, oñdit dicens ¶ hæ nāq; ¶ quæ. ſ. sunt spēs substantiæ ¶ non per partitionē dīr ¶ .i. appellantur, ut indiuidua substantię, quæ entia, & cōposita sunt, quatenus participāt forma ¶ passionēve ¶ .i. neq; per passionem, vt sunt cōposita ex subiecto & ꝓprio accidēte, ut nasus simus. non. n. spēs substātiæ sunt cōposita, ut nasus simus ¶ neq; accīs ¶ ut sunt hō albus, & hō niger, quæ sunt cōposita, vt accidens. Sed dīr cōpositæ, ut dictum est, ex genere, & ꝓpria dīa. & ideo talium specierū, quæ sub genere substātiæ sunt, ꝓprie est qditas. Auerroes aūt dicit quiditatem non esse formas, quę carent genere. ſ. formarū accidentaliū con

Q ue Auer. Cōmē. 13.

cretiuæ sumptas, quarum subiectū non est eis genus, quæ accidentia concreta ideo carent genere, quia eoꝝ genus est subiectū: At subiectū non ꝓprie genus est, cum sit alterius prædicamenti. Quod uero eoꝝ genus sit subiectū, patet ex eo, qa cum concreta accidētia describunt, subiecta accipiuntur pro generibus. Hinc cōcludit solas substantias hēre quiditatem, qm̄ illæ solæ genus obtinēt, qđ est de natura earū, sed circa ea, quę Arist. dixit, dubitat, qm̄ quarto huius Arist. ait sic, ratio, quam significat nomē est diffinitio, hic aūt dicit non oēm sermonem, qui idē significat, qđ nomen, esse diffinitionē. Quare Arist. non vī sibi constans. Insup. dubitatur circa cōmentum, qa dicit concretū accidēs non hēre genus, contra, qm̄ dicitur in prædicamentis quale esse genus oīum qualitatū, quātum uero omniū quantitatū, igitur accīs concretum habet propriū genus. Diluit prima dubitatio per ea, quę Auerroes dicit ibi, cū asserit rōnem significatam per nomen esse diffinitionē, qm̄ nomen est in spēbus, & non in indiuiduis, mō spēs significent quid. Diluitur etiam secūda, qm̄ Auerroes intendit nullū accidens concretum habere genus omnino absolutum. quoniam omne accidens concretū habet genus, qđ habitudinem essentialem dicit ad subst antiā. at spēs substantialis sola habet genus absolutū omnino, cū non dicat habitudinem essentialem ad substantiam aliam.

Cōmē. 29.

Sed oratio quidem & cuiusq; cæterorū erit, quid nomen significat, si sit nomen. quo niā hoc huic ineſt, aut pro oratione simplici magis exacta. Diffinitio uero non erit, nec quiditas sane.

TEX. 14.

Cum exposuisset quoꝝ est quiditas, nunc exponit, utrum aggregataꝝ per accīs, ut hominis albi, sit diffinitio, ut placet Alexandro, & asserit taliū esse diffinitionē, quę significet aggregatū per accīs, ut hominis albi, quæ significet hominem album, mō illi aggregato sit unū nomen impositum. & dicit ¶ sed oratio quidē & cuiusq; ceteroꝝ ¶ .ſ. aggregatorū per accidens ¶ erit, qa nomen significat, si sit nomen ¶ .ſ. impositum cuiq; taliū. vt si homini albo uestimentū nomen ponatur ¶ qm̄ huic ineſt ¶ .i. quę oratio significat hoc huic inesse hoc est aggregatū ex accidente & subiecto, appellat aggregatum per accīs hoc huic ineſſe, quia in omni tali est accidens, quod inhæret subiecto ¶ aut ¶ subaudi si non sit nomen unū tali aggregato impositū ¶ pro oratione simplici ¶ illa vꝫ homo albus diffinitio erit oratio ¶ magis exacta ¶ ut hæc, homo hīs colorem uisus disgregatiuū, uel animal pedestre bipes albū. Quæliber. n. harum exactior est q̄ quæ ait hō albus ¶ diffinitio ꝫo non erit, nec qditas sane ¶ uel aīr pōt exponi hic locus vt diximus, ꝙ postq̄ dixit qditatem nō esse, nisi specierū, q̄ sunt in genere ſubꝫ, nunc declaret sit ne

aliquo



aliquo modo diffinitio ipsorum accidentium, an tātum substantiarum. nam ex hoc habebitur vtrum accidentium sit aliquo modo quiditas. & respondet esse accidentiū aliquo modo diffinitionem, & pro dilucidatione eorum, quæ dicit, supponamus accidentia accipi posse, & per modum nominum, & per modum orationum. album quidem, nigrum, & id genus per modum nominum accipiuntur. albus homo, philosophus homo, & id genus per modum orationū. Tunc asserit, cum accidens accipitur per modum nominis, sic eius esse rationem quid nominis, quæ explicat, quoniam hoc accidens ineſt huic subiecto, vt si velimus assignare, quid significat hoc nomen album, dicemus ꝙ significet disgregatiuum visus ineſſe corpori, hoc est dicemus albū esse corpus disgregatiuum visus. At cum accidens accipit per modum orationis, eius nec esse rationem, nec descriptionē, sed interpretationem, quæ est pro oratione simplici oratio certior, ac exactior, veluti cum vna oratio per aliam interpretatur, vnde dicit ¶ sed oratio quidem ¶ .i. definitio ¶ & cuiusq; cæterorum ¶ .ſ. nouem prædicamentorum ¶ quid nomen significet, erit, si sit nomen ¶ .i. si accidens accipiatur per modum nominis ¶ quoniam hoc huic ineſt ¶ .i. quæ oratio significat hoc accidens ineſſe subiecto huic, ut album, ꝙ disgregatium visus insit corpori ¶ aut ¶ subaudi si non vt nomē, sed, ut oratio accipitur ¶ pro oratione simplici ¶ quæ non facile intelligitur, definitio erit oratio ¶ magis exacta ¶ ideſt definitio erit interpretatio nam cum dico homo albus, simplicem orationem profero, quæ album ineſſe homini significat, cum uero aio est homo hunc colorem uisus disgregatium, vel animal pedestre bipes album, orationem dico exactiorem, q̄ quæ ait homo albus ¶ definitio uero nō erit, nec quiditas sanè ¶ subaudi nec illa ratio nominis, nec hæc orationis interpretatio. Sic igitur accidentis nec definitio est, nec quiditas, sed nominis quidem ratio, orationis vero interpretatio. Hæc expositio valde consona est uerbis.

An ut & ipsum quid est, sic & definitio multipliciter dicitur. etenim ipsum quid est uno quidem modo substātiam, & hoc aliquid significat. alio uero modo unumquodq; eorum, quæ prædicantur, quantum uidelicet quale, & alia huiusmodi. ut enim & ipsum ens omnibus competit, non tamen similiter, sed alicui primo, cęteris autem secundo loc: sic & ipsum quid est, simpliciter quidem substantiæ, cæteris autem aliqua ex parte competit. nam & ipsum quale, quid nam sit interrogamus, quare est quidē & ipsum quid est, sed non simpliciter. Sed ut in non ente logice nonnulli dicunt non ens esse, non simpliciter sed non ens, sic & ipsum quale.

Postquam ad hunc modum quiditatem in solis substantijs ineſſe, & harum diīraxat haberi definitiones docuit, nūc exponit quonam modo accidentium sit definitio: & quonā modo substantiarum, argumento sumpto ab ipso quid est. Et breuiter asserit accidentium esse definitionem ſm quid, non simplr. sicut & ipsum quid est accidentiū est ſm quid, non simplr. Color. n. quid albedo est esse uidetur, quoniam si quæritur quid albedo sit, recte rīdetur ꝙ sit color: igitur color est quid est ipius albedinis. non tñ est simplr quid est, sicuti non sequit non ens est non ens: igit non ens est. dicit, vnde dicit ¶ an ut & ipsum quid est ¶ subaudi dicit multipliciter, nō equiuocatione quidē, sed proportionis rōne ¶ sic & definitio multiplr dicitur ¶ .ſ. non æquiuocatione, sed ꝓportionis rōne. deinde exponit quonam mō quid est multipliciter dicat, & ait ¶ etenim ipm quid est uno quidem mō substantiā, & hoc aliqd ¶ .i. quæ substantia est hoc aliquid ¶ significat, alio uero mō ¶ subaudi significat ¶ unūquodq; eorum, quæ prędicant ¶ subaudi in quid. i. quæ dant in responsione ad interrogationē factam per quid: quæ exēplis explicat, & dicit ¶ quantum vꝫ, quale, & alia hmōi ¶ nam ut ipse primo corpoꝝ dixit, qui hoīe proposito, qđ propositum est, hoīem esse ait, aut aīal, ijs quid est dicit, substātiaq; signāt. Qui uero ꝓposita albedine, qđ proponit albedinē, aut colorē esse affirmant, qđ est dicit, & qualitatē significat, idem si cubitali magnitudine ante oculos posita, id quod obijcitur, dicat esse cubitale, quid est dicit, & quantitatem significat. pari ratione cæterorum est quid est. non contentus exemplis, nunc ipsum quid est dici dupliciter ostendit argumento sumpto ab ipso ente, cui ipsum quid est æquale est, et dicit ¶ ut enim & ipsum ens, omnibus competit, non tamen similiter, sed alicui primo ¶ ut substantiæ ¶ cæteris autē aliqua ex parte cōpetit ¶ .ſ. accidentibus, subaudi sic ipsum qđ est, primum ac proprie substantiæ, alijs autem nouem prædicamentis aliquo certo modo. Et non contentus hanc rationē sumpta ab ente, ostendit ratione ex eo, quia ipsum quale, aut quantum datur in responsione ad interrogationem factam per quid de indiuiduis, uel de speciebus sui generis, & dicit ¶ nam & ipsum quale ¶ .i. nam & indiuiduum uel speciem qualitatis ¶ quidnā sit, interrogamus ¶ ut quid est hęc albedo, & respondemus, ꝙ sit color, propterea concludens dicit ¶ quare ¶ subaudi ipm quale ¶ est quidē ipm qđ est ¶ non. n. recte rīderemus per colorē, nisi color esset quid est albedinis ¶ non tñ simplr ¶ .ppterea subdit, et declarat qūo ipsum quale est qđ est, & dicit ¶ sed ut hi nō ente logice ¶ .i. probabilr ¶ nonnulli ¶ subaudi argumentantes ¶ dicūt non ens esse ¶ ad hunc modū rōcinantes, non ens est nō ens: igit non ens est a tertio adiacente ad scđm adiacens, quod tamē ¶ non est ¶ uerū ¶ simplr ¶ quia nō ens simplr est ¶ sed ¶ est ¶ non ens ¶ sed non sequit non ens est non ens, ergo nō ens est, sicut non sequit chimera est figmentū, igitur chimera est, bñ ꝙ chimera sit ens figmentū ¶ sic & ipm quale ¶ subaudi dicimus ipm quid est, sed non simplr. non. n. sequit color est quid est albedinis, igit est qđ est. Sic igitur patet ipsorum accidentiū definitiones esse ſm quid, veluti ipsorum est ipm quid est ſm quid. Auerroes aūt loquens de definitione, definitionē multiplr dici asseuerat, non quidē, ut diximus, æquiuocatione, sed analogia, dr quidē multiplr, qm̄ ꝓ numero ꝑdicamentoꝝ atq; interrogationū, quæ fiunt ꝑ qđ est. uniuersa tñ multiplicitas reducit ad duo, quatenus ois de finitio aut est simplr, ut substantiaꝝ, qua ſm qđ, vt ceteroꝝ prędicamentoꝝ, qm̄ qualis ratio quiditatū est, talis definitio num est, quæ declarāt quiditates. rationes uero reductionis assignat, primo argumento sumpto ab ipsa interrogatione qm̄ sicut in interrogando ꝑ quid est, ita erit ipsum quid est, sed de substantijs interrogamus ꝑ quid est simplr, & de cæteris ꝑ quid est aliquo mō, igit substantiaꝝ erit quid est simpliciter, cæteroꝝ aūt quid est aliquo modo. deinde argumēto sumpto ab ipsa priuatione, qm̄ sicut de priuatione, ita in accidentibus. sed priuatio non dr ens simplr, necnō ens simpliciter, ita quid est in cæteris accidentibus non dicet simplr sed aliquo modo, In prædicamento enim qualitatis non est ipsum quid est simplr, nec in cæteris, cur uero signanter in prædicamēto qualitatis sit locutus, cām affert Auerroes ex eo, qm̄ nullum aliorum uidetur magis substantiæ simile q̄ qualitas. qm̄ per quale interrogamus de spēbus, quæ significant substantiā, & de indiuiduis, & rīdemus per differētias, nam drīæ substantialis prędicant in quale. Sed dices, Auerroes non vī sibi constans, cum dicat hic priuationē nec esse simplr ens, nec simplr nō ens, qui tñ primo physicæ auscultationis asserit priuationē esse per se non ens. At ꝑ se nō ens, & simplr non ens idem est. diluitur, qm̄ priuatio pro forma li carentia, qua calidum corpus caret frigido, nihil omnino est ꝑ subiecto, uero carēte ens, est saltē aliquo pacto primo mō loquitur in physicis, secūdo aūt modo in præsenti loco.

Cōmēt. 75. Cōmēt. 79.

TEX.15. Oportet igitur considerare, & quonam pacto de unoquoq; dicere oportet, non tamen magis quam quo modo se habet.

Postquam dixit ipsum quid est in substantia simpliciter dici, quodam uero modo in cæteris, nunc quid velit facere Aristoteles, non est protritum. Alexander enim intentionē præsentis dictionis non exposuit, sed tantum verba considerauit. Expositor Aristotelem ostendere asserit quonam modo ipsum quid est, & definitio prædicentur de ipso quid est & definitione, quæ sunt in substantia, & de ipso quid est, & definitione, quæ sunt in accidentibus, vtrum æquiuoce, an vniuoce, vel analogice. Alij putauerunt Aristotelem docuisse quonam modo definitio inuenitur in substātijs, & accidentibus, nunc uero velle ostēdere, quonam modo ipsum quid est inuenit in eis. Quæ expositio non conuenit ijs, quæ dixit. Dixit enim & exposuit, quonam modo ipsum qd est inuenitur in entibus terminando quæstionem si est ipsum quid est, etiam exposuit ipsum quid est esse in eis, quorū est definitio, & tandē ostendit ipsum quid est in substantia simpliciter dici, quodam uero modo in cæteris. Quare puto melius esse dicendum velle exponere amplius id quod dixit de ipso quid est, atq; de definitione. nam cum dixisset ipsum qd est in substantia simpr̃ reperiri, in cæteris uero aliquo modo, cum sit hoc raptim ferè traditum, nunc hoc idem dilucidius, atq; plenius vult exponere. & primo secundum unam Alexandri præmittit intentionem, & dicit ⁊ Oportet igitur considerare, quonā pacto oportet dicere ⁊ .i. assignare ipm quid est, atq; definitionem ipsam ⁊ de unoquoq; ⁊ .ſ. subiecto, cuius sunt quiditas, & definitio, utrum uniuoce, an æquiuoce, vel analogice. Et quia tu posses dicere usq; quo oportet dilucidare hoc, quod raptim est traditum, quasi respondens dicit ⁊ non tamen magis ⁊ .ſ. oportet dicere de re hac ⁊ q̄ quomodo ⁊ res ipsa ⁊ se habet ⁊ Hoc est q̄ patitur natura rei. Aliter exponit Alexander, ut præmittat quantum, & usq; quo est dicturus de re, quam statim dicere enititur, et dicit ⁊ oportet igitur considerare, & quonam pacto ⁊ idest quantum ⁊ de unoquoq; ⁊ .ſ. dicibili, de quo author aliquis est pertractaturus ⁊ dicere oportet ⁊ & quantum materiæ natura patitur, ac vt poscit dici, intelligiq; ⁊ non tamē magis q̄ quo modo se habet ⁊ .i. q̄ rei natura patitur. Quare dicturus Aristoteles de ipso quid est, atq; de definitione tantū dicet, quantum videbitur necessarium. Sed prima Alexandri expositio melior videtur, quoniam Aristoteles videtur proponere duo, & quid sit considerandum, & usq; quo de illo contemplandum. De primo, vult esse considerandum de ipso quid est, atq; de definitione, quonam pacto sint in omnibus prædicamentis, & hanc primam partem Alexander, & Auerroes prætermiserunt. De secundo uero asserit, q̄ sit de eo considerandum sufficienter, non tamen magis q̄ res ipsa patitur: quod ideo dicere Aristotelē autumat Auerroes, quoniam qui dicit accidentia habere definitiones & ipsum quid est, dicit ea habere magis q̄ habeant. Qui uero dicit de accidentibus nec ens, nec quid est, nec definitionem dici, affirmat ea non habere id, quod debent habere. sed quorsum hæc dicat Aristoteles, rursus Auerroes causam affert, quia antiqui habebant de ijs duas opiniones, nam quidam dixerunt accidentia nullo pacto habere quiditatem, nec definitionem, vt Platonici, qui idearum solum quiditatem, ac definitionem esse asserebant. Alij uero dixerunt accidentia habere verisimas definitiones, & quiditates, vt physici, qui præter accidentia, & materiam nihil aliud posuerunt. Quo fit vt Platonici minus dixerunt q̄ illis competat, physici vero magis. Aristoteles autem, vt Auerroes inquit, positionē mediam secutus est, dixit enim eorū esse definitionem atque quiditatem ſm quid, substantiarum autem simpliciter.

Q ue Auer. Cōmē.15.

Quapropter & nunc cum id quod dicitur, pateat, & quiditas similiter inerit primo quidem simpliciter substantiæ, deinde qnoque cæteris, quemadmodum & ipsum quid est, non simpliciter quiditas, sed qualis aut quanti quiditas.

Proposita intentione, nunc exequitur, & duos modos assignat, quibus quiditas est in substantia, & in cæteris prædicamentis: quorum primus accipitur ab ipso quid est, & dicit ⁊ Quapropter & nunc cum id quod dicitur ⁊ .i. ipsum quid est ⁊ pateat ⁊ subaudi quomodo est in substantijs, & accidentibus, patebit q̄ ⁊ & quiditas similiter inerit primo quidem simpliciter substantiæ, deinde quoq; cæteris ⁊ scilicet nouem prædicamentis ⁊ quēadmodū ipsum quid est ⁊ subaudi competit primo substātiæ, deinde cæteris. quę subaudi quiditas licet insit cæteris deinde, eis tamen ⁊ non simpliciter quiditas ⁊ inest ⁊ ſed quiditas ⁊ huius, aut illius entis, ut ⁊ qualis, aut quanti ⁊ hoc est cum additamento, ut aliquid est quale, sic quiditas cū additamento, ut quiditas qualis, & quiditas quanti. qualis quidē, vt albi, aut nigri. quanti autem cubici, vel rotundi. Vt enim color est quid est albi, aut nigri, non tamen sequitur, ut sit quid est, & corpus est quid est cubi aut rotundi, non tamē sequitur, ut sit quid est, eodem modo quiditas erit quali aut quanto videlicet albo, uel nigro, cubo, aut sphæræ, non tamē sequitur, ut sit quiditas. est ergo primus modus, quo quiditas est in omnibus prædicamentis, in substātijs quidem simpliciter, in accidentibus vero secundum quid. Sed quid Aristoteles intelligat per ipsum quid est, cum dicit quiditatem sic inesse prædicamentis, vt ipsum quid est ineſt prædicamentis, non est pertritum. Auerroes per ipsum quid est, intelligit definitionem, vt sit sensus, quemadmodum ipsum quid est, i. ipsa definitio ineſt decem prædicamētis, substantiæ simpliciter cæteris autem secundum quid, ita quiditas ineſt decem prædicamentis, substantiæ quidem simpliciter, cæteris autem secundum quid. Alexander, ut superius diximus per ipsum quid est, intelligit illud quid est, quod quæritur, & respondetur ad interrogationem factam per quid, vnde sicut huiusmodi quid est inuenitur in omnibus prædicamentis, in substātia primo, & simpliciter, in cæteris deinceps, & secundum quid: ita ipsa quiditas ineſt omnibus prædicamentis, substantiæ quidem simpliciter, cæteris uero secundū quid.

Q ue Auer. Cōmē.15.

Oportet enim aut æquiuoce dicere hæc esse entia, aut addentes, & auferentes, quēadmodum & non scibile dicitur scibile.

Alexander putat dictionem esse obscuram, & ideo eam legit bifariam, & in secunda lectione accipit ⁊ enim ⁊ pro ät ad hunc modū ⁊ Oportet autem aut æquiuoce ⁊ & reliqua mihi dictio, uidetur continua ⁊ si enim ⁊ legatur pro etiam, uel pro deinde. nam hic assignat secundū modum, quo quiditas ideſt decem prædicamentis, qui accipitur ab ipso ente. nam, ut ipsum ens ineſt decem prædicamentis, sic quiditas eis ineſt, sed ens nec uniuoce, nec æquiuoce eis, sed prius substantiæ, ac simpliciter, posterius cæteris prædicamentis, ac secundum quid. igitur quiditas nec æquiuoce, nec uniuoce ineſt decem prædicamentis, sed prius substantiæ, & simpliciter, posterius accidētibus, & secundū quid, & dicit ⁊ oportet etiam aut æquiuoce dicere hæc esse entia ⁊ hæc. ſ. decem prædicamenta, aut subaudi uniuoce ⁊ aut addentes & auferentes ⁊ .i. aut quædam per additamentum quædam auferentes. i. simpliciter entia substantiæ dicuntur, per additamētum cætera. dico per additamētum ⁊ quemadmodum non scibile dicitur scibile ⁊ non scibile enim non simpliciter dicitur scibile. ſ. quia eius habetur scientia, sed per additamētum quia scientia est, quæ docet ipsum nō esse scibile. Non enim sequitur non scibile est scibile, quia eius non est scientia: igitur non scibile est scibile. Socrates enim dictitabat hoc unū scio, quia nihil scio, & tamen asserebat se non scire, quia non sequitur



sequitur scio me nihil scire: igitur scio. hęc igitur est interrogatio, quam proponit.

Et quoniam hoc est rectum, neq; æquiuoce dicere, neq; eodē modo, sed ut medicum, quod quidem ad unum dicitur, atq; idem, non autem idem est, atq; unum. Attamen non æquiuoce dicitur. corpus enim & opus, & uas, neq; æquiuoce, neq; secundum unum, sed ad unum. hæc igitur siue hoc modo, siue alio quispiam dicere uelit, nihil refert.

Cum proposuisset interrogationem q̄ uidelicet oporteat decem prædicamēta dicere æquiuoce esse entia, aut uniuoce, aut analogice, nūc respondet, quid oportet dicere, & ait ⁊ Et quoniam hoc ⁊ .ſ. quod dictum est, quod decem prædicamenta sint æquiuoce entia, aut vniuoce, aut analogice ⁊ est rectum ⁊ & probabile ideo subaudi ⁊ neq; æquiuoce dicere ⁊ subaudi oportet ea esse entia ⁊ neq; eodem modo ⁊ .i. vniuoce ⁊ sed ⁊ oportet dicere ea ex ijs esse, quæ ab uno & ad unum appellantur ⁊ ut medicum, quod quidē ad unum dicitur, atq; idem ⁊ .i. quod quidem ex eorum numero est, quæ ab vno, & ad unum dicuntur ⁊ non autem idem est, atq; unum, attamen non æquiuoce dicitur ⁊ quæ si in numero plurali legantur, rectius legentur, vtputa ad hunc modū sed oportet dicere ea ex ijs esse, quæ ab uno, & ad unum appellantur, vt medica, quæ quidem ad unum dicuntur, & idem, non aūt sunt eadem, atq; vniuoca, attamen non æquiuoce dicuntur. deinde exemplo exponit hoc, & dicit ⁊ Corpus enim ⁊ subaudi medicum dicitur ⁊ & opus ⁊ quo medicus vtitur in sanando corpore ⁊ & vas ⁊ quo utitur medicus in propinanda potione medicum dicitur ⁊ neq; æquiuoce, neq; secundum vnum ⁊ .i. vniuoce ⁊ sed ad vnum ⁊ ideſt attributione atq; analogia ad unum. Poterit etiam legi ἐατρικὸν pro medicatiuo, & tunc vult ita ens dici de decem prædicamentis, ut dicitur medicatiuum, de corpore. i. herba medicinali, & de opere, & vase, et dicit ⁊ et quoniam hoc est rectum ⁊ .i. & quoniam interrogatio proposita subdistinctione est conueniens, ideo subaudi ⁊ neq; æquiuoce dicere ⁊ subaudi oportet ⁊ neq; eodem modo ⁊ .i. vniuoce ⁊ sed ⁊ oportet dicere ita ens dici de decem prædicamentis ⁊ vt medicatiuum ⁊ de medicatiuis ⁊ qđ quidem ad unū dicitur, atq; idem ⁊ .i. quod quidem analogum est ⁊ nō autem idem atq; unum ⁊ .i. vniuocum, & licet analogice dicatur ⁊ attamen non æquiuoce dicitur ⁊ hoc quod dixit de medico, exemplo demonstrat, & dicit ⁊ Corpus enim ⁊ .i. herba ipsa ⁊ & opus & vas ⁊ subaudi medicatiuū dr̄ ⁊ neq; secundum unum ⁊ .i. uniuoce ⁊ sed ad unum ⁊ .i. sed analogice attributioni videlicet ad ipsum corpus, quod est ipsa medicina rhabarbarum, uel aliquid id genus. et sic per ⁊ corpus ⁊ non ipsum animal, sed ipsam medicinā rhabarbarum & id genus intelligit, per ⁊ opus ⁊ uero intelligit præparationem, qua rhabarbarū ab aromatario preparatur, q̄ ⁊ uas ⁊ autem intelligit cyathum, siue calicē, quo præparatur. nam omnia hæc medicina dicuntur, licet medicina ipsa principaliter, per quæ vult habere q̄ ita sit de quiditate, sicut est de ente, & quia ens simpliciter dicitur de substantia, secundario de cæteris, sic quiditas simpliciter est in substantijs, secundario in cæteris. addit, & concludit ⁊ hæc igitur ⁊ .ſ. decē prædicamēta ⁊ siue hoc modo ⁊ .i. uniuoce ⁊ siue alio ⁊ .i. æquiuoce, seu, quod uerius est, ex eorum numero, quæ ab uno, & ad unum dicuntur entia esse dicas ⁊ nihil refert ⁊ .i. non est magnum discrimen. eadem est enim ratio, nam nunq̄ quiditas dicitur simpliciter in accidentibus, sed in solis substātijs. Hoc pacto exponit Alexander. pōt tamen aliter dici ⁊ hæc igitur ⁊ .ſ. quæ de quiditate dicta sunt ⁊ siue hoc modo ⁊ .ſ. argumento sumpto ab ipso ente ⁊ siue alio ⁊ .ſ. argumento sumpto ab ipso quid est ⁊ quispiā dicere velit ⁊ de ipsa scilicet quiditate ⁊ nihil refert ⁊ quia utroq; modo habebitur quiditatem esse simpliciter in substantijs, & ſm quid, in accidentibus. Auerroes autem ait q̄ cum sit declaratū substantiam esse simpliciter ens, accidentia uero esse alia entia, quia entia ſm quid, fit ut hoc nomen ens non dicatur de eis pure æquiuoce, vt sunt quædam nomina, quæ dicuntur de affirmatione, & negatione, & vniuersaliter de oppositis, ueluti in sua lingua ceharam, quod dicitur de luce, & obscuritate, & halum, quod dicit de magno, & paruo, & ideo tandem dicit, sermonem, qui de ente verus habetur, esse ut eis dicatur analogice de substantia, & accidente, quoniam non modo æquiuoco, sed per attributionē ad vnum, veluti hoc nomen medicina, aut medicinale. nam & herba dicit medicinalis, & instrumentum etiam dicitur medicinale, nō tamen eadem ratione. quoniam si ita esset, ita medicinale diceretur de herba, & instrumento ueluti animal de mulris uiuis. ſ. equo, & cane, & homine, hoc est, quia tunc ens esset genus ad substantiam, & ad accidens. apud enim Auerroē hæc consequentia est necessaria, aliquid prædicatur uniuoce secundum eandem rationem de aliquibus. igitur est genus ad illa: vt septima disputatione libri Destructio destructionū patuit. Hoc igitur nomen ens nec uniuoce, nec æquiuoce dicitur de substantia, & accidente, dicitur enim ens de substantia, & accidente, ut medicinale dicitur de corpore. ſ. herba, & de actione, siue præparatione. At medicinale nec uniuoce, nec æquiuoce de illis dicitur. Quare ens de substantia & accidentibus dicitur nec uniuoce, nec æquiuoce, sed analogice, & asserit Auerroes hoc Aristotelem dicere ex eo, quia ens dicitur de unoquoq; prædicamentorum, quatenus hoc nomen ens accipitur ab esse. At esse ipsum non est eiusdem rationis in omnibus illis, quemadmodū nec medicinale dicitur secundum eandem rationem de corpore, & opere, & vase, sed quatenus corpus, opus, & uas ordinātur ad unum finem, & proueniunt ab uno agente. ſ. medico. Hæc Auerroes de ente. Concludit itaq; tādem Auerroes cum ens hoc pacto dicatur de substantia, & accidente, hominē posse vocare sermones, qui significant accidentia, quouis modo uoluerit videlicet aut definitiones, aut si uoluerit, poterit uocare descriptiones. Sermones vero, qui substantiam significant, definitiones tantum, hæc Auerroes: quæ licet nō multum conueniant uerbis dictionis, tamen non sunt aliena a veritate.

Q ue Auer. cōmē.15.

Illud perspicuum iam euasit, definitionem, quiditatemve primo quidē, atq; simpliciter substantiarum ipsarum esse, cæterorum autem esse quidem, sed non primo. TEX.16.

Expositores putauerunt Aristotelem velle probare solutionem positam, & ita Aristotelē hic putant primo resumere solutionē, deinde in proxima dictione eam probare. Alexander legit illatiue ad hunc modum. ut hæc igitur non dicuntur simpliciter entia, sed primum, & proprie substantia, secundo loco reliqua prædicamenta, sic primum & simpliciter definitio & quiditas substantiarum est, quāquam aliorum quoq;, ut dictum est, habeantur. Quare videtur Aristoteles resumere quasi per modum epilogi id quod dictū est, & quid pateat ex ijs, quæ dixit: & dicit ⁊ Illud perspicuū iam euasit, definitionem, quiditatemve primo quidem, atq; simpliciter substantiarum esse, cæterorum autem esse quidem, sed non primo ⁊ sic igitur videtur mihi Aristoteles epilogasse quid ex dictis pateat, quidve declaratum relinquit. Quod Auerroes olfeciſſe videtur, cū ex ijs, quæ dicta sunt, concludat quid declaratum sit: per quæ bene expositum esse videtur, cum uerbum illud ⁊ quapropter & nunc cum id quod dicitur pateat ⁊ quod superiore dictione habetur, per ipsum quid est, posse intelligi definitionem, nam hic epilogat definitionem esse primo substantiarum, secundo loco cæterorum. quod nō feciſſet, nisi hoc prædeclaratum esset.

Q ue Auer. cōmē.16.

Non enim est necesse, si hoc ponamus, huius definitionem esse id quod orationi idem significat. sed quod orationi cuidam, hoc autem est, si unius sit non cõtinuatione, ut, ilias, aut quæ con iunctione sunt unum. Sed si quot modis ipsum unum dicitur, unum tamen dicitur perinde atq; ens. At ens partim hoc aliquid, partim quantum partim quale significat. quapropter et albi homi nis erit oratio, definitioq; alio uero modo et albi & substantiæ erit.

Expositores hic putant Aristotelem ostendere per rationem solutionem assignatam moti ex illa particula { enim } quæ est assignatiua rationis. Quæ expositio, uenia sit dicto, non uidentur uerbis consona, cum Aristoteles non probet, sed tacitam quæstionem soluat, cuius solutionis nota est ipsum { enim } dubitatio uero oritur ex eo, quia dictum est quiditatem, atq; definitionem esse primo & simpliciter substantiarum. cæterorum uero esse secundo loco, atq; secundum quid. ideo si ita est, quærit utrum definitio, quæ simpliciter est primo substantiæ, accidentium uero secundo loco, & secundum quid, sit idem omni orationi, quę significatur per nomen substantiæ uel accidentis, cuius est definitio, an tantum cuidam orationi quæ per nomen substantię uel accidentis significatur, cuius est definitio. Quam expositionẽ expressit Alexander, ut patet consideranti verba sua. unde Aristoteles inquit { Nõ enim est necesse, si hoc ponimus } idest si asserimus substãtiæ esse simpliciter definitionem, & primo, accidentis ſm quid, & secũdo loco { huius } scilicet substantiæ, uel accidentis { definitionem esse id quod orationi } significatæ per nomẽ substantiæ uel accidentis omni videlicet { idem significat, sed } necesse est subaudi definitionem esse id { quod orationi cuidam } idem significat: & non omni. Non enim si substantiæ est simpliciter definitio, accidentis uero ſm quid, sequitur, ut definitio substantiæ uel accidentis sit idem omni orationi, quę significatur per nomẽ substãtiæ, aut accidentis. Alioquin, definitio Iliados est idẽ, quod oratio uniuersa, quæ significatur per nomen Iliados Homeri. Alexander vero legit { enim } pro, igitur, ad hũc modum { non igitur est necesse } .i. nõ accidit, siue sequitur necessarium { si hoc ponimus } .i. si posuerimus quodcũq; nomen idem, quod oratio significauerit, illam orationẽ, esse rei definitionẽ. hoc est licet nomen aliquod significet idem, quod aliqua oratio, non sequitur igitur ut omnis oratio, quæ significatur per nomen quoduis, sit definitio. Sed si hoc modo exponitur præsens dictio, non est cõtinuanda cum proximo epilogo, sed cum iis, quæ superius dixit de definitione, cum quæsiuit utrum omnis oratio per nomen significata sit idem, quod definitio illius nominis. Si autem continuetur proximo epilogo, sic exponitur { non igitur est necesse } .i. nõn igitur sequitur necessario { si hoc ponimus } .i. si posuerimus nomen substantiæ, vel accidentis significare idem, quod oratio significat, ut omnis oratio, quã nomen substantiæ, vel accidentis significat, sit definitio. Et quoniam non omnis oratio, quam nomen significat, est definitio, sed quædam, exponit quæ oratio significata per nomẽ est definitio, & quæ non, & dicit { hoc autem est } .i. hæc autem oratio est { si sit unius } .i. si nomen ipsum orationem unam significat, uniusq; orationis sit significatiuum. vnam autem dico { non continuatione, ut Ilias } .i. vt vniuersum carmẽ Homeri, quod dicitur Ilias. Iliadẽ enim pro vniuerso carmine accepit: quod quidem unum est cohærentia { aut quæ coniunctione est vnum } neq; dixit uel coniunctione, ut aliud cũ cohærentiam significaret. sed quasi diceret cohgrenti, seu continua coniunctione. oratio igitur, quæ a nomine significatur, definitio erit, si sit vna, vnam dico non coniunctione { sed si quot modis ipsum vnum dicitur, vnum tamen dicitur perinde atq; ens } .i. vnam dico non coniunctione, sed vnitate propria & per se, qualis vnitas est generis differentiæq;, ex quibus sit vnũ per se, vel qualis vnitas est rei, quæ est in vno genere. Et cum dixisset quot modis dicitur unũ, adiecit tot modis vnum dici, quot ens .i. decem modis { ut ens partim hoc aliquid } .i. substantiam { partim quale } & cætera alia { significat } Quare & unum etiam tot significat. nam tertio huius demonstratum est unum & ens huiusmodi esse, vt alterum consequatur. quamobrem ita demum orationem fore ait, si una fuerit. i. si naturam unam, vnãq; substantiam significauerit, non etiam si copula vna fuerit. Deinde, vt conclusionẽ supradictorum subdit { quapropter & albi homini erit oratio, definitioq;, alio uero modo } oratio, & definitio { erit & albi } seorsum { & substãtiæ } .i. hominis seorsum. Albi quidẽ seorsum, & hominis seorsum definitio, & oratio, vt simplicium erunt. albi hominis autem, ut compositi. Auerroes autem asserit Aristotelem in prima parte dictionis velle dicere, cp non sit necesse, si aliquid est, ut ipsum habeat definitionem significantẽ ipsum ad modum significationis definitionis simplicis, sed tantum est necesse si est, & non habuerit definitionem simplicem, ut habeat aliquam definitionem. ergo vult, cp Aristoteles velit hanc consequentiam non valere, aliquid est, igitur habet definitionem simpliciter, sed tantum valere, aliqd est, & non habet definitionem simpliciter. ergo habet definitionem ſm quid: quam expositionem puto Aristotelem nunquam somniasse, vt ei patet, qui considerat ea, quæ diximus. Quo vero ad verba attinet, cum dicit { hoc autem est } Auerroes exponit cp cum Arist. dixisset illud, quod habet definitionem, debere esse vnum, velit excipere id quod dicitur vnum per ligationem, & contactum. quoniam huiusmodi vnum nec simpliciter, nec ſm quid habet definitionem, & non placet. quoniam verbum { hoc autem } expositiuum est eius, quod dixerat. dixit enim definitionem non esse omnem orationem per aliquod nomen significatã, sed aliquam, ergo consentaneum rationi est, vt nunc exponat orationem, cui definitio est idem, & cui non. Expositores exponunt { hoc autem est } .i. hæc autem otatio est { si una sit } sic enim legit Alexander { si vna sit } in græco codice legitur { hoc autem est, si vnius sit } & tunc potest intelligi { hoc autem } .s. quod dictum est. nam est definitionem esse idem alicui orationi, quam nomen significat. propterea intellige { hoc autem } .s. definitionem idem esse alicui rationi { est } verum { si vnius sit } naturæ simplicis illa oratio, vt substantiæ, vel quanti, aut qualis, aut alicuius definiti prædicamenti. non continuatione, vt Ilias, aut quæ coniunctione sunt vnum, Alexander exposuit, vt diximus. Voluit enim non dixisse vel coniunctione vt aliud cũ cohærentiam significaret, sed quasi diceret cohærenti seu cõtinua cõiunctione. nam oratio, quæ a nomine significatur, definitio erit, si sit una, vna uero non cõiunctione. alij dixerunt { hoc autem } .s. nomen { est } cuius oratio est idem definitioni { si vnius } .s. rei in vno genere existentis { sic } significatiuum { non cõtinuatione } vnius, vt .s. sic continuitate unũ { vt } hoc nomen { Ilias } cuius significatũ est bellũ Troianum, quod vnum est ſm vnitatem temporis { aut } subaudi vnitate eorum { quæ coniunctione sunt vnũ } vt oratio, quæ verbali copula est vna, aut propositio copulatiua, quæ coniunctione est vna. Sed prima expositio est verior. Cum dixisset quale vnum non debeat esse oratio, cum qua concidit definitio, statim exponit quale unum debeat esse, et dicit { sed si quot modis ipsum vnum dicitur } subaudi tot dicitur ens, & vicissim { vnum tamen dicitur perinde atq; ens } & sic debet dici vnum vnitate entis, & naturæ prædicamentariæ { At ens partim hoc aliquid, partim quantum, partim quale significat } ergo vna debet esse oratio, cum qua concidit definitio, vt naturã vnam, vnãq; substantiam in vno

Que Auer. cõmẽ. 16.

Que Auer. cõmẽ. 16.



in vno prædicamento existentem significet: & non si copula vna fuerit. Et sic patet solutio tantæ dubitationis.

TEX. 17. Habet autem dubitationem, si definitionem quispiam non esse dixerit eam rationem, quæ ex additione conficitur, sit ne definitio alicuius non simplicium, sed coniunctorum. per additionem enim declarentur, necesse est.

Cum dixisset proxime, quare etiã hominis albi ratio erit, ac definitio, nunc vult, vt Alexander inquit, inuestigare causam, cur compositorum etiam rationes, ac definitiones habeant uideantur. nam, vt Alexander inquit, ex additione, siue ex appositione uocat, quæ subiecto, & prædicato constat, ut hominem album, perinde ac si dicat, si quis hominis albi rationem, definitionemq; esse negauerit, quærat aliquis ab ipso, cum eorum, quæ ex additione, siue appositione dicuntur, rationes absq; dubio sint, ut hominis albi illa animal pedestre bipes habens colorem uisus disgregatiuum, cuius nam hæc erit definitio. & vt breuiter dicam, eorum omnium, quæ ex appositione dicuntur rationes, cuius erunt rationes, si minus ipsorum sint. non simplicia autem, sed coniuncta ex additione uocauit, & iuxta hanc expositionem lege { Habet autem dubitationẽ, si definitionem non esse dixerit eam rationem, quæ ex additione conficitur } videlicet hominis albi illam, animal pedestre bipes habẽs colorem uisus disgregatiuum, quasi dicat si quis hãc rationem, quæ ex appositione est, non dixerit esse alicuius compositi, ut hominis albi { cuius nam non simplicium, sed compositorum erit } uerbũ enim τίνος { cuius } legit Alexander, cur uero coniunctorum rationes habeanẽ, causam subiungit & dicit { per additionẽ enim } subaudi hæc coniuncta { declarẽtur necesse est } .i. necesse est, ut cum loquimur de iis, quæ sunt ex additione, ipsorum definitiones ex declaremus, exẽpli gratia & nasus, & est concauitas, & simitas, est quod ex his duobus naso. s. & simitate dicitur, quod quidem est simitatem in naso esse. cuius definitio erit ex additione, sicut ipsum, quod definitur, est ex additione. potest aliter intelligi dubitatio, quoniam per accidentia coniũcta intelligere possumus ea, quæ significãt formam in determinato subiecto, ut simum, & aquilum. simum enim significat concauitatem in naso, aquilum, uero gybberositatem. accidentia uero simplicia intelligere possumus ea, quæ significant formam in substãtia, non tamen in determinato subiecto, ut concauũ, & curuũ. Curuũ. n. significat curuitatẽ in substantia, sed nõ in definito subiecto. similiter cõcauum significat formam in substantia, sed non instabilita substantia & inde simplex, absolutumq; dicitur, non quia non consignificet substantiam, sed quia non determinatam substantiam dicit. quærit ergo Aristoteles, utrum accidentium coniunctorum sit definitio assignanda: & prima fronte uidetur cp non, quoniam ratio, quæ datur per additamentum, nõ est definitio. sed horum ratio esse nõ potest, nisi per additamentum. ergo ratio horum non est definitio. quo fit, ut ipsorum nulla sit definitio, dicit { habet autem dubitationem, si definitionem quispiam non esse dixerit eam rationẽ, quæ ex additione conficitur, sit ne definitio alicuius nõ simplicium, sed coniunctorum } ut sit dubitatio, dato cp ratio, quæ per additionem fit, non sit definitio, utrum alicuius accidentium coniunctorum, quæ accidentia coniuncta sunt non simplicia, sit definitio. & uidetur cp nõ, cuius causam affert, & dicit { per additionem enim } hæc subaudi coniuncta accidentia { declarentur, necesse est } & cum ratio, quæ per additionem est, non sit definitio, talium nullius definitio erit. hęc est dubitatio, quæ satis consona dictioni uidetur.

Dico autem, ut est nasus, & concauitas, & sanitas, id quod ex utriscp dicitur ex eo, quia hoc in hoc est.

Quia quæsiuit an accidentium coniunctorum sit definitio, exponit nunc quid sit accidens cõiunctum, & dicit { Dico autem, ut est nasus, & concauitas, & simitas, id quod ex utriscp dicitur } ut id quod ex utriscp dicit, est nasus & concauitas, & simitas. id autem quod ex utriscp dicitur, ex eo est nasus, concauitas, & simitas { quia hoc } .s. simum { in hoc } .s. naso { est } uel sic { dico autẽ id quod ex utriscp dicitur } .i. accidens coniunctum { ut est nasus, & concauitas, & } tertium, quod accidẽs dicitur coniunctũ, est { simitas } & dicitur { ex eo } accidens cõiunctum simitas { quia hoc } .s. simitas { in hoc } .s. naso determinato subiecto { est } est enim accidentium alterum cõnotatium, & hoc significat principaliter formam cõnotando subiectum, non tamen determinatum subiectum, ut album, quod significat albedinem principaliter, cõnotando corpus, nõ tamen determinatum corpus. alterum, quod Aristoteles uocat coniunctum, & hoc principaliter formam significat, sed connotando subiectum determinatum, ut simum, quod significat primo, & principaliter cõcauitatem, cõnotando subiectum determinatum videlicet nasum. Aristoteles ergo quærit de accidente coniuncto, & non de accidente simplici connatiuo. Alexander autem putat Aristotelem quærere de accidente composito, ut de homine albo, & hoc coniunctum ac cidens Aristotelem appellasse autumat, ut superius est explicatum. Auerroes autem arbitratur Aristotelem quærere, utrum ratio, quæ assignatur per additamentum, sit definitio? & si dicetur, cp non sit definitio, vult Aristotelem inferre hoc absurdum, cp definitiones sint accidentiũ simplicium & non compositorum, quæ expositio dissona, cum sit dictioni, relinquatur.

Que Auer. cõmẽ. 17.

Et non per accidens concauitas, aut sanitas affectus nasi est, sed per se. neq; ut album Callię cõpetit, aut homini ex eo, quia Callias est albus, cui accidit, ut sit homo.

Cum accepisset simum significare hoc in hoc esse. s. formam in subiecto, exponit quonam modo significat hoc in hoc esse, & primo hoc per negationem declarat, deinde per affirmationem, per negationem quidem, quia vult simum significare hoc in hoc esse, nõ per accidens, & dicit { Et non per accidens concauitas, aut simitas affectus nasi est, sed per se } quo uero ad uerba attinet in dictione græca legit { neq; concauitas, neq; simitas } tamen solet Aristoteles eas denotare pro disiunctione, sic { aut concauitas, aut simitas } & dixit { aut concauitas, aut simitas } non intelligens per concauitatem aliud quàm simitatem: nam disiunctio est in nomine, & non in re. deinde idem exponit per aliam negationem, & dicit, nec simum naso ineſt per accidens { ut album Calliæ ineſt } .s. per accidens { aut } ut album ineſt homini per accidens. nam homini per accidens cõpetit { ex eo, quia Callias est albus } .i. ratione Calliæ { cui accidit } idest per se competit { ut sit homo } & cum dicit { cui accidit, ut sit homo } accidit dixit non ut album accidit Calliæ, quod Calliæ accidit ut affectio, sed ut substantia, & forma. Homo enim accidit Calliæ, quia per se ineſt, & prædicatur de Callia, patet igit per negationem quonam mõ simum, & id genus significant hoc huic ineſſe, qm̃ non p̃ accidens.

Sed ut mas animali, atq; æquale quanto competit, omniaq; omnino, quæ per se ineſſe dicuntur. Hæc autem ea sunt, in quibus aut nomen, aut ratio ineſt eius, cuius affectus sunt. & quæ fieri non potest, ut declarẽtur seorsum, quemadmodum album declarari sine homine potest. fœmina uero sine animali non potest.

Nunc illud idem per affirmationem exponit asserens simum significare hoc huic ineſſe eo modo quo mas animali,

& equale quanto ineſt, & omnino eo modo, quo omnia prędicata per ſe ſecundo dicendi per ſe proprijs ſubiectis inſunt & dicit { Sed } ſimum ſcilicet ineſt naſo { ut mas animal atq; } ut { æquale quãto competit, omniaq; }. i. ac ut { omnia omnino, quæ per ſe ineſſe dicũtur } ſubaudi, ꝓprijs ſubiectis. & quia quæ per ſe competunt, bifariam ſunt, ideo quę qualia ſint, exponit, aſſerens hæc eſſe prædicata ſecundi modi dicendi per ſe, in quorum definitionibus ſubiecta inſunt, de quibus prædicantur, & quibus competunt, & dicit { hęc autem ea ſunt, in quibus }. i. in quorum rationibus { aut nomen, aut ratio ineſt eius } ſcilicet ſubiecti { cuius affectus ſunt } & de quo prædicantur. & quia interdum in definitionibus additur aliquid, non ad eſſentialem neceſſitatem, ſed ad abundantem doctrinam, ne tu putes hoc pacto ſubiectum addi in ratione talium per ſe prædicatorum, addit { et quæ fieri nõ poteſt; ut declarentur ſeorſum } quin in eorum ratione ſubiectum, cuius ſunt, addatur: aut ſubiecti ratio. quod per expoſitum & ſimile expoſitiones inquit { quemadmodum album declarari ſine homine poteſt } per ſimile uero, addit { fœmina uero ſine animali non poteſt } nec mas, & ideo mas, & fœmina ſimilia ſunt ſimo. quo uero ad uerba attinet dixit { aut nomen, aut ratio } uel, ut Expoſitor inquit, quia ſemper loco nominis poteſt poni ratio, potiſſimum cum nomen fuerit ignotum. aut dixit hoc, quia in definitione proprij accidentis poteſt poni nomen ſubiecti, & ratio, nomen quidem in definitione, non omnino reſoluta. Ratio vero in definitione, quæ ad ultima reſoluit, vt in Topicis diximus. Auerroes autem uerba illa { ſed ut mas animali, atque æquale quanto competit } exponens autumat Ariſtotelem uelle dicere ita naſum diuidi per ſimum, & non ſimum, ueluti animal per maſculum, & fœmininum, & quantum per equale, & inæquale, quæ expoſitio cum ſit ueluti inſomnium, dimittatur, & cũ dixerat { & quæ fieri non poteſt, ut declarẽtur ſeorſum } hoc ex eo dixit, quia ſimitas cauitas in naſo eſſe definitur, & ſimitatis definitione naſi nomen continetur. in alijs etiam fieri poteſt, ut non tantum ſubiecti nomen, ſed definitio etiam aſſumatur, ut in maſculo definiendo ſi quis dicat, mas eſt animal, quod aptum eſt in alio generare, nomen accipit animalis, quod mari ſubiectum eſt idem ſi dicat, mas eſt ſubſtantia animata ſenſualis in alio generare apta, non nomen accipiat, ſed definitionem eius, quod mari ſubijcitur.

Q ue Auer. cõmẽ. 17.

## Quare aut horum nullius quiditas eſt, definitioq;, aut ſi eſt, alio modo, ut iam diximus.

Recolligit nunc ſolutionem per diſiunctionem, aſſerens talium coniunctorum accidentium aut non eſſe definitionẽ, tenendo cp ratio, quæ datur per additionem, nõ ſit definitio, quali ratione hæc definiuntur. aut ſi ſit definitio, non tamen vniuoce, & per ſe, ſed per analogiam, & ſecundarie, vt dictum eſt: & dicit { quare aut }. ſ. coniunctorum accidentiũ { nullius quiditas eſt, definitioq; } & hoc ſi dixerimus rationem, quæ datur per additionem nullo pacto eſſe definitionem nec de primario, nec de ſecundario ſignificato { aut ſi eſt }. ſ. talium accidentium quiditas atq; definitio, dicendo eſſe quiditatem & definitionem, ex eo, quia definitio ex additione eſt definitio { alio modo, vt iam diximus } eorum videlicet definitio & quiditas erit, quoniã ſecundarie, & principaliter. Ex quibus poſſumus ampliſicare ſolutionem ad omnia accidentia, cp. ſ. omnium ſit definitio ſed per additionem, licet ſit differentia ex eo, quia accidentia coniuncta per ſubiectum determinatum definiuntur. Cætera vero, quæ Ariſtoteles hic ſimplicia appellauit, per ſubiectum indefinitum. Q uam rem Auerroes innuit, cum inquit, & hoc eſt ita, & verum eſt, cp definitiones talium non ſint proprie definitiones, quoniam ſubiecta definita, quæ accipiunt̃, ut eorum genera, non ſunt eiuſdem prædicamenti cum differentijs. Sunt enim ſubiecta cum differentijs genere, & natura diuerſa, cum enim dicimus ſimũ eſſe naſum cauum naſus, qui accipitur, ut genus, & cauum, quod accipitur vt differentia, genere, & natura differunt, cum differant prædicamento, quod non contingit in genere, & differentia ſubſtantiarum, quæ ſunt eiuſdem prædicamenti. Secundo idem oſtendit ex eo, quoniam definitio accidentis. quæ componitur ex eis. ſ. ſubiecto & differentia, non eſt vnũ in actu, ſicut illud, quod congregatur ex genere, & differẽtia in definitione ſubſtantiæ, quæ conſtituunt vnam formam totam ſpeciei. Propterea infert cp ſubſtantiarũ ſint primo & principaliter quiditates, & definitiones, cæterorum autem de ſecundario ſignificato, quæ non diceret Auerroes, niſi vellet omniũ accidentium modum definiendi eſſe vnum videlicet per additamentum, licet ſit aliqua differentia, ut dictum eſt.

TEX. 18.

Emergit etiam de ipſis alia dubitatio, nam ſi idem ſit & ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauum erit. ſin uero non idem ex eo ſit (quia fieri non poteſt, ut ſimum abſcp ea re dicatur, cuius per ſe eſt affectus, eſt enim ipſum ſimum in naſo concauitas) aut naſum ſimum dicere non licet, aut dictum bis idem erit naſus naſus concauus. naſus enim ſimus naſus concauus erit.

Alexander vult, vt Ariſtoteles cõtra hæc accidentia, quę per ſe inſunt, & quæ coniuncta dicuntur, aliam moueat dubitationem. Aſſerit enim ut quærat, ſi ſimum & cauum naſo per ſe conueniunt. vtrum naſus ſimus idem ſit, cp cauus naſus, quæ dubitatio æqualis eſt huic, ſi riſibile, & diſcipling capax homini per ſe inſunt, utrum homo riſibilis, & homo diſciplinæ capax idem ſint: & primo oſtẽdit cp non ſint idẽ, quoniam ſi naſus ſimus, & naſus concauus idem ſunt, profecto ſimum idem, quod concauum eſſe videbitur: tenet argumentum auferendo naſum, qui eſt cõmunis vtriq;. Conſequens eſt falſum, quando concauum latius pateat, q; ſimitas, quippe quod in ligno, aere, terra, & pleriſq; alijs eſſe notatur. Si autem dicatur, cp naſus ſimus, & naſus cauus non ſint idem, hoc eſt, quia ſimum differt a concauo ex eo, quia ſimum circũcernit naſum in ſui intellectu, concauum vero non, modo hoc eſt falſum, quoniã tunc cum dicerem ſimũ, nihil aliud cp ſimum naſum dicerem, quare ſi dixero ſimum naſum. perinde erit, ac ſi dicam ſimus naſus, ſiquidem cum ſimum dixi, naſum quoq; dixi. Quare ſi ſimo naſum quoq; adijciam, efficeretur, ut bis dicatur naſus. Quod cum ſit abſurdum, fiet, vt dici nequeat ſimus naſus, ſed cp ſolũ ſimum dici poſſit non addendo naſum. quare dici non poteſt, vt naſus ſimus, & naſus concauus differant. & ſic dubitatio pro vtraque ſui parte eſt ambigua, eo quia quicquid dicetur, ſequetur abſurdum. vnde dicit { emergit etiam de ipſis } ſcilicet accidentibus coniunctis, quæ per ſe inſunt eidem ſubiecto { alia dubitatio } vtrum, ſi ſimum & concauum naſo per ſe conueniunt, naſus ſimus idem ſit quod naſus concauus: quæ dubitatio non tantum de ſimo, & concauo, quæ per ſe naſo competunt, ſed de cæteris accidentibus omnibus, quæ per ſe eidem ſubiecto conueniunt. Intelligenda eſt. Et primo oſtendit, quòd non ſint idem, deinde, quòd non differant, vt monſtret dubitationem pro vtraque parte eſſe dubiam. Quòd itaque non ſint idem, demonſtrat deducendo ad abſurdũ, & dicit { nam ſi idem ſit & ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauum erit } tenet argumentum auferendo naſum, qui communis vtrique eſt. Conſequens vero eſſe falſum derelinquit, quoniam perſpicuum eſt concauum fuſius eſſe ipſo ſimo, quippe quod in ligno, aere, terra, & pleriſque alijs eſſe notatur. Non igitur ſimus naſus idem eſt, quod concauus naſus. Deinde oſtendit ſimum naſum, & concauum naſum differre non poſſe, etiam ducendo ab abſurdum, & dicit { ſi uero non idem }. i. ſi uero dicatur ſimum naſum, & concauum naſum differre, & { ſit } hæc differentia { ex eo, quia fieri non poteſt, ut ſimum abſcp ea re, cuius per ſe eſt affectus } ideſt & ſit hæc differentia ex eo, quia ſimum circuncernit naſum, & affert rationem, & dicit { eſt enim ipſum ſimum in naſo concauitas } igitur differentia eſt ex eo, quia ſimum circũcernit naſum, concauum non, verbum { enim } in græco κατ', ſed Alexander, & Argyropylus legunt enim. Si itaque ſimum differt a concauo, quia ſimum circuncernit naſum, concauum vero non, tunc ducens abſurdum ait { naſum ſimum dicere non licet } ſed tantum ſimum { aut } ſi licet dicere ſimum naſum { dictũm bis idem erit naſus naſus concauus } & ita bis naſus dicetur, quia uero loco illius, naſus naſus ſimus dixit naſus naſus concauus, cur pro ſimo concauum dixerit, cauſam affert, & dicit { naſus enim ſimus naſus concauus erit } nam cum ſimum ſub concauum cadat, qui naſus naſus ſimus ait, is naſus naſus concauus dicit. non igitur dici poteſt, quòd naſus ſimus, & naſus cauus differant alioquin non poſſet dici ſimus naſus, ſed ſimus tantum ſine additione naſi. Aliter vniuerſa hæc dictio exponi poteſt, vt quærat Ariſtoteles vtrum hæc accidentia, quæ coniuncta vocauit, poſſint definiri, & argumentatur quòd non ex eo, quia in ſuis definitionibus idem bis diceretur, immo idem infinities diceretur. & pro deductione conſequentiæ ſic procedit, quoniam primo exponit differentiam inter cõcauum, & ſimum loco quorum intelligit omnia ſimilia accidentia, aſſerens ſimum circũcernere determinatum ſubiectum, concauum vero non. Procedit autem ad hanc differentiam argumentando per diuiſionem vnum deſtruendo, alterum conſtruendo ad hunc modum, aut eſt idem dicere ſimum naſum, & concauum naſum, vel non eſt idem. Primum deſtruitur, quoniam tunc ſimum, & concauum eruntidem, tenet argumentum ex eis auferendo naſum: qui eſt communis vtrique. At conſequens eſſe falſum, patet, quia concauum fuſius eſt: vt diximus. Sin autem differunt, differentia eſſe non poteſt, niſi quia ſimum circũcernit naſum propriumq; ſubiectum. Concauum uero nequaquam naſum circũcernit. quibus vult habere differentiam inter accidens coniunctum, & accidens ſimplex, atque abiunctum, quod videlicet accidens coniunctum circũcernit ſubiectum verbi cauſa ſimum naſum. Accidens vero ſimplex, abiunctumq; nequaquam ſubiectum circũcernat. Vnde inquit { Emergit etiam de ipſis } ſcilicet accidentibus coniunctis alia dubitatio, poſſint ne definiri, aut non. Hæc enim dubitatio licet, ſic de eiſdem accidentibus, tamen differt ab illa in fundamento, vt patebit poſtea, deinde procedit ad diuiſionẽ, & primo oſtendit non eſſe idem dicere ſimum naſum, & concauum naſum, & dicit { nam ſi idem ſit & ſimus naſus, & concauus naſus, idem ipſum ſimum, & concauum erit } Conſequens falſum eſſe ſupponit, quia protritum eſt concauum latius patere quàm ſimum. Argumentum vero tenet, ſi auferatur naſus, quibus vult habere ſimum & concauum differre, deinde procedit ad oſtendendum hæc differre ex eo, quia ſimum circũcernit naſum, concauum vero non: & dicit { Sin vero non idem ex eo ſit } ſimũ videlicet cum concauo { quia fieri, non poteſt, vt ſimum abſcp ea re dicatur } ideſt explicetur { cuius per ſe eſt affectus } ſcilicet abſque naſo, cuius cauſam affert dicens { eſt enim ipſum ſimum in naſo concauitas } vt ſuperius dictum iam eſt: tunc vult habere differentiam videlicet quòd ſimum dicat naſum, concauum non. Deinde ex hac differentia terminando ſuſpenſionem dicit { aut naſum ſimum dicere non licet } ſed ſolum ſimum, non addendo naſum { aut erit idem bis dictum } videlicet { naſus naſus concauus } & ſic bis naſus bis dicetur, quia vero loco illius naſus naſus ſimus, naſus naſus concauus, cur pro ſimo concauum dixit, cauſam affert, & dicit { naſus enim ſimus naſus cõcauus erit } nam cum ſimum ſub concauum cadat, qui naſus naſus ſimus ait, is naſus naſus concauus dicit, per quæ vult habere quòd naſus ſimus, & naſus concauus non differant. Alioquin non poſſet dici ſimus naſus, ſed ſimum ſine additione naſi: & ſi concedatur hæc differentia, habebitur eum, qui dicit ſimum naſum, bis dicere naſum. Expoſitio tamen Alexandri eſt conuentior: vt conſidenti dictionem patet.



## Quapropter abſurdum eſt quiditatem eſſe in talibus. Quod ſi ſit, in infinitum erit profectio. Naſo enim naſo ſimum adhuc aliud inerit.

Cum adduxiſſet abſurdum, quod ſequitur ad eas, qui dicunt ſimum differre a concauo ex eo, quia ſimum circũcernit naſum, concauum vero non, dixiſſetq; ſequi nugationem, cum quis dixerit naſum ſimum: nũc oſtendit propter eandem cauſam ſequi, vt talia nequeant definiri, in quibus ſiunt huiuſmodi nugationes. & hoc oſtendit ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile hoc pacto, ſi in talibus fieri poſſet definitio. in additionibus abſcp ſine procedetur. At in infinitum procedi non poteſt, non igitur horum definitio habebitur, vnde inquit { Q uapropter } ſcilicet quia dicere ſimum naſum eſt dicere ſimum naſum naſum { abſurdum eſt quiditatem } ideſt definitionem, quæ quiditatem explicat { eſſe in talibus } ſubaudi in quibus ſiunt huiuſmodi nugationes { & ſi ſit } ſcilicet in talibus definitio, quæ quiditatem explicat { in infinitum erit profectio } ſcilicet in nugationibus, atque additionibus, & nugationibus. & ſupponens huiuſmodi conſequens eſſe abſurdum, ſubdit deductionem conſequentiæ, & dicit { Naſo enim naſo ſimum adhuc aliud inerit } ideſt alia ſimi definitio rurſus inerit, & ſic in infinitum. Vel ſic, ſi naſus ſimus poteſt definiri, cum ſimum circũloquatur naſum, naſus naſus ſimus poteſt definiri, eo quia ſimum addit naſum rurſus vltra additionem primam, & ita naſus naſus ſimus ſcilicet hoc totum poteſt definiri, nam naſo prima vice expreſſo, & naſo expreſſo ſecunda vice, & ſic { naſo naſo } ſimum tertio loco { adhuc aliud } ſcilicet tertio loco { inerit } & emerget ſecundum definibile: videlicet naſus naſus ſimus, qui eadem definitione definietur, qua totum illud naſus ſimus definiebatur. Alexander vero deducit proceſſum in infinitum dicens, efficiautem ad hunc modum, vt in infinitum abeatur, aperte hinc intelligi poteſt, nam cum ſimus naſus idem ſignificet, quod naſus naſus ſimus, neceſſe eſt, vt ſi quis ſimum naſum definierit, dicat ſimus eſt naſus naſus ſimitas in naſo, quare qui definit naſum naſum cauitatem in naſo, neceſſe eſt, vt dicat, naſus naſus naſus cauitas in naſo naſo, & hoc in infinitum, Q uod ſi quis, ut inquit, neget id naſus naſus cauitas in naſo definiri oportere. Id cauſam reddat, ſi poteſt, cur hoc definire prohibemur, ſi naſum ſimum permittimur. Q uæ deductio pace Alexandri eſt obſcura, & non intelligibilis, & ignoratur ſequatur ne profectio in infinitum ex parte definitionis, an ex parte definiti. Aliter propterea videtur poſſe dici, quòd ſequatur profectio in infinitum ex parte definitionis, duobus videlicet conceſſis, & quòd loco nominis rei, quæ definitur, ſemper poſſit addi ratio illius nominis, & quòd loco differentiæ, quæ ponitur in definitione, ſemper accipi poſſit nomen rei, quæ definitur, cuius illa eſt differentia, quæ duo in Topicis dilucide ſunt explicata. Tunc definiatur hoc cõ poſitum ſimus naſus, & erit eius definitio, naſus ſimus eſt naſus cauus. & quoniam loco differentiæ, quæ eſt cauus, poteſt addi nomen rei, quæ definitur, poterimus dicere naſus ſimus eſt naſus ſimus, & cum loco nominis ſimus poteſt addi ratio eius, poterimus dicere naſus ſimus eſt naſus naſus cauus. Nam naſus cauus eſt ratio ſimi naſi. & cum

loco differentiæ, quæ est cauus possit accipi nomen rei, quæ definitur, poterimus dicere nasus simus est nasus nasus simus, & cum loco nominis simus possit accipi eius ratio, erit definitio nasus simus est nasus nasus nasus cauus, & sic mutando differentiam in nomine, & nomen in rationem, & vicissim ē conuerso, profectio ex parte definitionis erit in infinitum & propterea dicit { naso enim naso simum } scilicet loco caui { adhuc aliud inerit } nam cum dicebamus nasum cauum in definitione simi nasi loco caui simum adhuc aliud à cauo inerit, idest addi potest, causa est, quia semper loco differentiæ nomen, cuius differentia ipsa est. addi potest, & loco nominis ratio eius, & cum hæc mutatio infinities fieri possit, accidat, ut in eadem definitione idem nasus infinities dicatur. Hæc deductio si placet, non est aliena a verbis dictionis. Verum est ambigua ex eo, quia idem absurdum posset sequi in definitione substantiæ, nisi dicatur quòd in definitione substantiæ non potest loco differentiæ accipi nomen rei, quæ definitur. Licet ratio hoc particularum definitionis accipi possit. ex hoc tamen non sequitur idem absurdum in definitione substantiæ. sed planius videtur, vt profectio in infinitum sequatur ex parte rei, quæ definitur & ex parte definitionis nam sit id quod definitur. nasus simus, & sequitur, vt eius definitio sit, nasus cauus. nam nasus accipitur loco generis, cauus vero loco differentiæ. & quoniam simum circūcernit nasum, ex parte definiti erit totum explicatum definibile, nasus nasus simus, cuius definitio erit nasus nasus cauus. & quia simus circūcernit nasum, potest explicari tertio nasus, & erit vniuersum definibile nasus nasus nasus simus, cuius definitio erit nasus nasus nasus cauus, & quia simum circūcernit nasum, potest quarto nasus explicari ex parte definiti, & erit quarta definitio nasus, nasus, nasus nasus concauus, & semper fieri potest in infinitum, quare nasus simus definiri non potest. alioquin tam ex parte definiti quàm definitionis profectio in infinitum progredietur. & propterea dicit { naso enim naso } scilicet ex parte definiti bis explicato { adhuc aliud simum inerit } idest addi poterit, vt sit vniuersum definibile nasus nasus simus, cuius, vt dictum est, tunc definitio erit, nasus nasus cauus. & huius ratio est, quia simum, & simus nasus idem significant, cum simum a cauo differat circūlocutione nasi.

TEX.19. Patet igitur solius substantiæ definitionem esse. Nam si cæterorum quoque prædicamentorum sit, ex additione illam esse necesse est, ut æqualis, & imparis, non enim sine numero, neque fœminæ sine animali. At ex additione dico, in quibus fit, ut bis idem dicatur, perinde atque in istis. Quod si hoc sit uerum, neque coniunctorum, ut numeri imparis erit.

Cum narrasset absurdum, quod sequitur eos, qui autumant accidentium coniunctorum esse definitionem, concludit cuius sit definitio tantum, & dicit, quia accidentium coniunctorum non potest esse definitio propter assignatum absurdum { patet igitur solius substantiæ definitionem esse } & quia aliquis dicere posset, licet accidentium coniunctorum non sit definitio, abiunctorum tamen posse esse, ideo ostendit nec cæterorum definitionem posse esse dicit { nam si cæterorum quoq; prædicamentorū } subaudi definitio { sit } quæ non coniuncta, sed abiuncta accidentia dicuntur { ex additione illam esse necesse est } nam etiam abiuncta accidentia connotant subiectum, licet non determinatum. Omne enim accidens quo accidens est, connotat subiectum, hæc tamen est differentia, vt dictum est, quòd accidentia coniuncta subiectum connotent determinatum, abiuncta vero indeterminatum. deinde affert exempla, sed in accidentibus coniunctis, quoniam pro ea intelligi potest simile esse in accidentibus abiunctis, & dicit { vt æqualis } idest paris, æquale enim par vocat { & imparis } & subaudi & fœminæ definitio per additionem est { Non enim definitio subaudi paris, aut imparis { sine numero } habetur, neque definitio { fœminæ sine animali } quoniam nec paris, neque imparis, neque fœminæ, neque quanti, aut albi, aut talium definitiones esse possunt, quin sint ex additione. deinde exponit quid ipse intelligat definitionem ex additione, & dicit { At } definitiones subaudi { ex additione dico } in quibus tam ex parte rei, quæ definitur, quàm ex parte definitionis { fit, vt bis } immo infinities { idem dicatur } idem scilicet subiectum { perinde atque in istis } quæ scilicet dicuntur accidentia coniuncta: & sic absurdum est in omnibus accidentibus, si definiantur, vt tam ex parte definitionis quàm rei, quæ definitur, subiectum bis, immo infinities dicatur. Si enim qui fœminam dicit, animal dicit, profecto qui fœminam definit, animal fœminam definit, & ad hunc modum animal fœmina est fœmina animal aptum generare in seipso. & quia fœmina circūcernit animal, licebit iterum sic definire. Fœmina animal animal est fœmina animal animal aptum generare in seipso. & profectio ibit ad infinitum. Simili ratione dici potest de impari, & de omnibus accidentibus tam coniunctis, quàm abiunctis. Tunc quasi epilogans dixit { Quod si hoc sit verum } vt scilicet sequatur ad talium definitiones subiectum bis, immo infinities dici { neq; coniunctorum vt numero imparis } & hominis albi, & animalis fœminæ, & nullorum talium { erit } scilicet definitio, coniuncta vocat, vt hominem album, nasum simum, & cætera id genus. nam licet simum & fœmina sint ita cōiuncta vt simus nasus, & fœmina animal, tamen hæc dicuntur gemino nomine explicito, illa vero implicito. Nulla tamen ex parte significationis differentia est. & cum dixisset { neque coniunctorum } intelligas, neque abiunctorum, quoniam eadem ratio est. Auerroes vero super eo textu { emergit etiam de ipsis alia dubitatio } explicans intentionem Aristotelis, quam intendit habere ex solutione huius secundæ dubitationis putat Aristotelem ex solutione huius secundæ dubitationis velle enumerare absurda, quæ contingunt dicentibus coniuncta accidentia habere veram definitionem mopo quo subiectæ ipsæ habent, & huius causam affert ex eo, quia aliquis posset dicere coniuncta accidentia definiri vera definitione, quemadmodum subiectæ ipse definiuntur: quarum definitio ex genere constat, & differentia, quoniam in definitione talium subiecta pro generibus, formæ, quas significant, pro differentijs habentur. vt in definitione simi pro genere nasus, pro differentia cauitas habetur, quia itaque dici posset coniuncta accidentia eodem modo definiri, quo substantiæ ipsæ definiūtur, ideo Aristoteles, vt Auerroes inquit, in solutione secundæ dubitationis enumerat absurda omnia, quæ cōtingunt ijs, qui sic opinarētur. hoc pacto Auerroes dubitationem secūdam inducit, verum narrando hanc esse intentionem Aristotelis, & ob hanc causam, omnia, quæ Aristoteles pertractauit repetit necnon & ea, quæ sequuntur ad pertractata, & sunt sex, quorum primum est quòd Aristoteles declarauerit ueram ac quiditatiuam definitionem tantum substantiarum esse, tunc propria genera, propriasq; differentias obtinēt, tum vel maxime quoniam in definitionibus substantiarum non inuenitur additio. Secundum quod dicit, est, accidentia non habere definitiones ex eo, quia in definitionibus talium subiectorum rationes, aut subiecta ipsa accipiuntur, quæ talium accidentium genera non sunt, sed alterius naturæ. Quare cum non dentur per verum genus, fit vt nec sint proprie, ac veræ definitiones. Tertium quod dicit, est, accidentia, quæ in subiectis sunt, bifariam esse, aut accidentaliter

Q ue Aue. comē.18.

dentaliter



dentaliter, ut albedo in homine, aut essentialiter, ut simitas in naso, & masculinitas in animalibus. quartū est, ꝙ accidentia primo modo nullo pacto definitionem obtinent ex eo, qa definitio rem determinatā hoc est formam ꝑpriam eius, quod definitur, significat. at album licet albedinē significet, aut qualitatem, tn̄ qualitas non albi forma est, sed subiecti, cuius per accidens forma est. igitur cum definitio albi non habeat formam, nisi ꝑpter subiectum, album definiri nō poterit. at substantia ut homo definitionem habet, qm̄ definitio habet formam hois, eamq; proprie significat, quæ non est per accidēs hominis. sed dices huius oppositū dixit Auerroes superius, noli dicere sicut nos olim in iuuenta diximus, hoc qđ Auerroes ait, esse intelligendum respectu subiectorum, qbus per accidens insunt, qm̄ si respectu subiectorum, quibus per se insunt definitiones haberent, tunc nullum esset accidens ēt per accidens, quin subiectum per se haberet, qđ non est exploratum alioquin omne accidens esset coniunctū, & nullum simplex, atq; abiunctum: cuius contrariū aperte superius asseruit Aristoteles. quare melius dicendū est uno modo hæc habere definitiones, alio modo non habere, definitiones quidem habēt per subiectum indefinitū. uacant uero definitionibus, q̄ dantur per subiectum definitū. non enim habent subiectū definitum, ut masculinū, & simum. sed indefinitum. album. n. subiectum obtinet mistū, uerum mistum subiectum indefinitum est. cum ergo supius dixisset accidentia per accidens habere definitiones, intellexit eas, quę dantur per subiecta indefinita, cum uero hic dicit ea non habere definitiones intelligit, q̄ dantur per subiecta definita. quintum uero, qđ ait, est si quis considerauerit hoc genus accidētiū, quæ accidētaliter insunt subiectis, & non considerauerit eoꝝ accidentium genus, qđ habet per se subiectū, eum esse negatiuum generatim accidentia habere definitionē, qui uero ad ea accidentia, q̄ per se subiecta habent, inspexerit & non ad ea, quæ subiecta per se non habent, generatim accidentia oīa definitiones habere, concedet. sextum deniq; ait Aristo. propter hmōi differentiam superius conclusisse primo substantiarum esse definitiones, scđo etiam aliquo pacto accidentiū, soluisseq; propter hæc dubitationem eam, qua quæsiuit utrum accidentium oīum sit definitio, atq; dixisse non oīum, sed coniunctorum esse, q̄ accipiuntur respectu subiectoꝝ essentialium, ut simi, & masculini, & cæterorum id genus, cæteroꝝ uero nō esse definitiones, quæ. s. dentur per subiectū essentiale hoc est definitum, atq; determinatū. hæc Auerroes pro repetitione eoꝝ, quæ ab Aristotele iā sunt explicata. tunc Auerroes ex uerbis Aristo. primo argumentatur. si accidētium coniunctoꝝ est definitio eo modo, quo subę definitio est, simitas erit dr̄ia substātialis nasi. deducitur, qm̄ cum simum non definiatur nisi per nasum, nasus erit genus simi, & si nasus erit genus simi, simitas erit essentialis differentia nasi. nā nasus dissecatur per simū & aquilum, quemadmodum aīal per masculinum, & fœmininum, ulterius argumentat̄, simitas est dr̄a essentialis nasi, igitur nasus simus & nasus cauus erunt idem, deducitur ex eo, quia cauitas est dr̄ia essentialis nasi, qua diuiditur ēt nasus, sicuti simitate diuidebat̄, quare nasus simus, & nasus cauus erūt idem. tunc sequr, ut crus concauum, & nasus simus sint idem, eiusdemq; speciei, & deducitur ex eo, quia ea, quorum dr̄ia est eadem, hæc ipsa specie eadem sunt. at nasi simi, & cruris concaui differētia eadem est concauitas uidelicet, quare fit, ut crus concauum, & nasus simus sint eadem, eiusdemq; speciei. qa uero quis negare posset primā consequentiam asserēdo simitatem non esse differētiam essentialem nasi, licet diuidatur nasus per simum, propterea Auerroes esse impossibile ait simitatem esse sine subiecto suo, quare relinquetur eam esse essentialem nasi differentiam. scđo argumentatur ēt, ut putat, ex uerbis Aristo. si simū & accidentia coniuncta definirentur eo modo, quo subā, tunc simum significaret concauitatem in naso, sicuti nomē speciei significat dr̄iam in genere, ueluti homo rationale in animali, quo fiet, ut simus nasus dici nequeat, qm̄ aut diceretur idem bis, aut simū significaret aliquid oppositum ei, qđ nasus significat, ut non oporteat bis dicere nasum aut simitas non esset nasi essentialis dr̄ia, cum possit esse sine naso: & sic minime dicetur bis nasus. quo uero casu dicere simum nasum sit nugatio, quo uero nō, exponit Auerroes, asserens tunc accidere nugationē, cum concedetur cauum dr̄iam subalem esse nasi diuisiuam. s. constitutiuā uero simi. nā tunc nasus erit tanq; genus simi, qppe cum tunc nasus cōtinere uideatur ipsum simū modo, quo genus speciem cōtinet, q̄ ex ipso genere, atq; dr̄ia consistit. erit. n. tunc simum compositum quippiā ex naso tanq; ex genere, & concauo tanq; dr̄ia, qua rōne fit, ut dicere simū nasum sit nugatio, siqdē in simo actu nasus intelligit̄, ut sit dictus bis nasus, semel in se, & simul in simo. ut dicere hoīem aīal est nugatio. tunc uero non erit nugatio, si accipiat̄ cauū non esse dr̄iam, sed accidens nasi, nam tunc non erit simū compositum ex naso tanq; ex genere, & concauo tanq; ex dr̄ia. & cū nasus non est genus simi, nō intelligetur in simo, & sic nō erit nugatio dicere simū nasum, & si obijceres simum esse accidēs coniunctū, ergo dicit nasum cuius est accidens coniunctū. quare dicere simum nasum erit nugatio, qm̄ uasus est bis dictus semel in se, semel in simo. innuit Auerroes solutionē, ꝙ tenendo concauum esse accidentalem nasi dr̄iam, non sit nugatio dicere simum nasum. qm̄ simum actu nō significat nasum, & concauitatē, sed potestate. & ita licet nasus sit bis dictus, non tū eodem modo, quippe cum semel actu dicat̄, cum exprimit̄, semel potestate in simo qua rōne fiet, ut non accidat absurdum dicere simum nasum qm̄ euenit, ut actu semel tantū sit dictus. at ubi cauitas fuerit nasi substantialis dr̄ia, nasus erit proprium simi genus, ut hominis aīal, qua rōne fiet, ut hoc nomen simū significet per se actu simul nasum tanq; proprium genus, & cōcauum tanq; propriam dr̄iam, quemadmodum hō actu significat aīal, & rationale, & ita dicere simū nasum erit bis dicere nasum, semel in se per explicationē, semel in simo, & utroq; mō actu, sicut dicere hoīem animal, est bis dicere actu aīal, semel in se cum exprimit̄, semel actu in hoie. per q̄ Auer. īnuit distinctionem hmōi (ubi nasus non fuerit uerū simi genus, nec concauum uera nasi dr̄ia) ꝙ aliqd esse de intellectu alicuius sit bifariam, uno mō actu, & sic aīal, & rōnale actu sunt de intellectu hoīs, qm̄ nullo intellectu hō intelligi pōt, quin intelligatur aīal, atq; rōnale alio modo potentia, ut, qm̄ aliquid pōt intelligi aliquo intellectu saltē imperfecto altero nō intellecto. & sic, ubi nasus non est uerū genus simi, nec concauū nasi uera dr̄ia, nasus est de potentiali intellectu simi, qm̄ simū potest intelligi actu saltē intellectu imꝑfecto per sui prædicamenti rem, ut quatenus concauū alicuius corporis naso actu nō intellecto. at hō actu nullo intellectu intelligi pōt, nō intellecto aīali, & rationali, cū homo hæc actu formali significet, & si diceres hoīem posse intelligi, ut ens, & ut subām non intellectis aīali, et rationali: uerū est, sed tunc hō non intelligitur qua homo. at ubi simū non est sub naso tanq; sub ꝑprio genere, sed fuerit nasi accidentalis dr̄a, uel accidens per accidēs, poterit quo simum est, intelligi saltē intellectu imꝑfecto per sui prædicamēti rem nō intellecto naso, ut cū intelligeret̄ quatenus concauū alicuius corpis. ex his Auer. uigorat rōnē Arist. ostendentis simū non hr̄e uerā definitionem, qm̄ si hr̄et, eius definitio eēt nasus cauus, & qm̄ simū, qđ definitur, dicit actu nasum, ex pte definiti erit id, qđ definit̄, nasus simus, cuius definitio erit nasus cauus. & qm̄ simū ex pte ipsius definiti significat nasū, actu erit definibile tertiū nasus nasus simus, & definitio huius nasus nasus simus, et sic in infinitū. et rōnis uis est, qa nasus est genus simi, & simi nasi. & ita cū multiplicat̄ nasus ex pte definiti, oportet, ut multiplicet̄ ex pte definitionis. hęc Auer. sed quo nā mō consonēt dictioni, nō erit difficile intelligere: sunt. n. dicta suo mō, nō aūt ad cōsonantiā uerboꝝ.

Sed latet qm̄ rationes non exacte dicuntur. ꝙ si horum quoq; sint definitiones, aut sunt alio mo

do, aut (ut dictum est) multipliciter definitio, at que quiditas est dicēda. Quare partim nullius ho rum præterquam substantiæ definitio, quiditasue erit, partim autem erit.

Alexander uult Aristo. hic soluere dubitationem, qm̄ po terat ei in hunc modum occurri quomodo negas Aristo. affe ctiones absq; rebus subiectis dici, ac iccirco qui has definiunt cogi, ut bis ipsarum subiectū dicant, cum liceat impar absq; subiecto definiri. dicam enim impar est, quod in duo æqualia diuidi nequit, numero nequaquam assumpto, qđ ipsum in al bo apertius patebit. dicimus enim albū est color uisus disgre gatiuus bulla subiecti mentione facta, est ergo occursoria du bitatio, q̄ Aristoteles non recte determinauit, cum asseruerit accidentia definiri non posse absq; subiecto, nā impar, & al bum & cætera id genus complura definiri possunt absq; sub iecto, ut monstratū est. respondet nonnulla accidentia defini ri posse sine subiectis, sed obscuris definitionibus, ac dubijs, & dicit ¶ sed latet ¶ subaudi eos, qui sic dicunt, tales definitio nes esse recte assignaras ¶ qm̄ rationes ¶ subaudi tales, quę si ne subiectis assignantur ¶ non exacte ¶ sed obscure ¶ dicun tur ¶ isti enim non animaduertunt definitiones horum a se absq; subiecto fieri, propterea non exacte ipsorum reddunt definitiones. qua ratione oportet dicere definitiones taliū ne quaquam fieri posse, nullumq; horū esse definibile, hinc sub dit ¶ q̄ si horū quoq; sint definitiones ¶ quasi dicat mihi qui dem prorsus nō placet horum esse definitiones ¶ q̄ si horum quoque ¶ .s. accidentium ¶ sint definitiones, uel alio modo sunt ¶ subaudi ab his, quas diximus sine subiectis fieri ¶ aut, ut dictum est, multipliciter definitio, atq; quiditas est dicenda ¶ qm̄ talium est assignanda definitio ex additione subiecti ut dictum est: substantiarum uero simpliciter. tunc cōcludit ¶ quare partim nullius horum ¶ .s. entium ¶ præter quā sub stantiæ definitio, quiditasue erit, partim autem erit ¶ quia fal tem accidentium erit ex additione subiecti. & sic accidētium uno modo non erit, quoniam eorum definitio absoluta non erit, alio modo erit, quia ex additione subiecti erit: ad hūc mo dum expositor Alexander aliter exponi potest, q̄ cum mouis set dubitationem nunc soluat, & non ad formā, sed solum ad materiam, asserens cōiunctorum accidentiū non proprie esse definitiones, sed aut alio modo, scilicet ex additione subiecti, aut æquiuoce, & continuetur sic ¶ q̄ si hoc sit uerum, neque coniūctorum, ut numeri imparis erit. sed ¶ subaudi si erit ¶ la tet ¶ nos ea hīe subaudi definitiones, cuius causam affert, & dicit ¶ quoniam rationes ¶ .s. talium coniunctorum ¶ nō exa cte dicuntur ¶ .i. uniuoce & aperte cum rationibus subsētia rum. nam omne multiplex, ut dicitur primo elenchorum, la tet, tunc explicans quales rōnes sint talium coniunctorū acci dentium, dicit ¶ q̄ si horum quoq; ¶ .s. coniunctorum acci dentium ¶ sint definitiones, aut sunt alio modo ¶ .s. ab eis de finitionibus, quæ substantiarū sunt, utputa ex additione ¶ aut ut dictum est, definitio atque quiditas est dicenda multiplici ter ¶ .i. æquiuoce de definitione talium, & de definitione sub stantiarum, quæ disiunctiua est uera pro utraq; parte, & ideo æquiualet copulatiuæ. nam & coniunctorū accidentium defi nitiones sunt alio modo. s. ex additione, & definitio & gditas. dicitur multipliciter de definitione, atq; quiditate taliū, & de definitioue, atq; quiditate substarum. & quia hæc disiūctiua est uera pro utraq; parte, ideo inferens quasi conclusionē, quę est solutio ad materiam subdit ¶ quare partim nullius horū ¶ .s. entium, quibus diuiditur ens ¶ definitio, quiditasue erit præter q̄ substantiæ ¶ eo quia solius substantiæ definitio proprie, ac absolute est ¶ partim erit ¶ .s. omniū entium saltem æquiuo ce, qm̄ accidentium ex additione, substantiarū autem simpli citer: quæ expositio uidetur magis dictioni consentanea q̄ il la Alexandri, tū ex his non habetur solutio ad formam. non enim ex his soluit argumētum, quo ducebat ad processum in infinitum in additionibus subiecti. ideo de solutione ad formam posterius differendum. quo uero ad uerba attinet, cum Aristot. ait ¶ q̄ si horū quoq; sint definitiones. Auerroes per ¶ horum ¶ intelligit tam accidentiū, quæ concreta dicuntur, q̄ compositoq; ex substantia, & accidēte, uerbi causa, tam al bi, q̄ hominis albi, qm̄ utrorunq; eorum aut non sunt definitiones, aut alio modo. & licet q̄ Auerroes ait, uerum sit, ta men Aristo. cum non dubitasset, nisi de coniunctis accidenti bus, consonū rationi uidetur, ut nūc in solutione dubitationis, de eisdem intelligat. præterea cum Aristo. dixerit ¶ quare par tim nullius horum præter q̄ substantiæ definitio, quiditasue erit ¶ Auerroes per ¶ prim ¶ intelligit definitionem ,ppriam, quæ conuenit rei sine additione, & sine nugatione, nā partim id est sic solius substæ est, & nullius aliorum. addit tū alia entia præter substantiā. s. nouem alia prædicamenta cū fuerint ac cepta, quatenus sunt entia, habere definitiones. sed hoc, quod Auerroes addit, uidetur ambiguū primo, quia nihil uidet definiri, quatenus est ens, alioquin omne ens definiretur. deinde ens quatenus ens abstrahit a definibili, & descriptibili, et inter prætabili. quare nihil definitur inquantū ens. propterea dicen dum Auerroē non intelexisse nouem prædicamentorū esse definitiones sub ratione, qua sunt entia, & nō sub rationibus proprijs. sic. n. rationes cogerēt, sed uoluisse dicere sic acciden tibus competere definitionem, qūo eis competit esse ens, & quia esse ens cōpetit eis, & substantijs scēm ordinem analo giæ, ideo fit, ut ipsis, & substantijs, & cōpetat definitio ordine analogiæ. & sic cessant rōnes. supponens aūt Auerroes hanc solutionem subdit, & cū concedetur definitionem dici multi pliciter sicuti ens ipsum dr̄, dissoluetur quæstio, asserendo uno modo accidentiū esse definitionem, alio modo nō esse. rursus supponens hanc definitionē subdit demonstrationem cū logi cis rōnibus conuenire, qm̄ sicut demonstratio distinguit par tem uerā a falsa, sic logicę rationes, q̄ pro utraq; parte sunt, di stinguunt. ptem uerā a falsa. non tñ eodem modo, nā demon stratio distinguit uerū a falso ostendeudo uerum esse uerū, & falsum esse falsum. rationes aūt dialecticę, q̄ fiunt pro utraq; parte distinguūt uerum a falso consil. ādo contrarias opinio nes per subcontrarias, inquantum dant contrarias esse falsas, subcontrarias autem esse ueras. & ad hunc modū facere ui dentur rōnes dialecticæ, quę hic pro utraq; parte sunt indu ctę. nam rationes, quæ ꝓbant accidentia nullo modo habere definitionem, uerū probant in parte ea uidelicet nō habere de finitiones simpliciter. quæ aūt probant accidentia habere, ēt uerum ꝓbant in parte, qm̄ uerum est ea habere definitionem ex additione, & sic discernūt uerum a falso, sed alio modo q̄ demonstratio. discernunt enim solum qa ex eis habetur contrarias opiniones esse falsas, sub contrarias autem ueras.

Q ue Auer. Cōmen. 19.

Patet igitur definitionem, quę quiditatis est ratio, ipsamq; quiditatem aut subarum tantum aut ipsarum maxime, & primo, atq; simpliciter esse.

Siue hic Aristo. concludat, siue epiloget, dicit ¶ patet igitur definitionem, q̄ quiditatis est ratio, ipsamq; quiditatē, aut sub stantiarum tm̄ ¶ ut in prima dubitationis solutione est expli catum ¶ aut ipsarū maxime, & primo, ac simpr̄ esse ¶ acci dētium uero scēm quid, posterius, & ex additione, rōnem au tem appellauit, ut sępe dictū est, explicationē, ac dinumeratio nem eorum, q̄ ad definitorum constitutionē assumuntur. qui dit atem uero naturā comprehensim, & simul per se existen tem intellectā, ac indiuiduis dispersam, quæ natura defini tione declaratur. sed ut diximus, Aristoteles non ad formam rationis, sed ad materiam rīdit. sed ratio adhuc stare uidetur. qm̄ si loco differentiæ nomen semper accipi pōt, cuius est dif ferentia, & loco noīs ratio semper: cum hæc ꝑmutatio infini ties uice uersa fieri possit, infinities uidetur in definitiōe posse addi nasum. iuniores dixerunt loco noīs nō semper addi pos se suam rationem, nisi ratio illa sit essentialis, & ita loco simi non potest addi nasus. quoniam nasus non ponitur in defini tione simi tanquam id, quod est de illius essentia. bene tamen

Q uestio de ingatoris definitionibus.

concedunt



concedunt loco simi addi posse concauum, cum concauum sit de essentia simi. sed contra hoc est id, quod dixit Aristote les simum ex eo discrepare a concauo, quod simum circūcer nat nasum, concauum autem non ergo loco simi uidetur ac cipi posse suam rationem. ideo pro me, & ipsis diluciandando dicerem ut Auerroes explicauit proximo commento, quod esse de essentia alicuius bifariam contingit, aut actu, modo ui delicet quo animal rationale est de ēntia hominis. quoniam non potest actu definiri homo, quin definiatur per animal ra tionale. aut potentia, & sic nasus est de essentia simi. nō enim nasus est actu de essentia simi. quoniam possum definire si mum saltem definitione continente nasum potentia non po nēdo nasum actu, ut siquis diceret simum esse concauum ali cuius corporis: ubi patet nasum ibi intelligi potentia, quate nus sub ipso corpore continetur. ex his patet solutio, cūi enim dicitur loco nominis rationem posse poni, concedo cum ra tio illa actu intelligatur in nomine. sed quia nasus non actu intelligitur in ratione simi, hinc fit, ut in hoc composito non sit nugatio nasus simus, cum loco simi non potest poni nasus. quoniam nasus non est de essentia simi actu. sed bene, cum diceretur corpus simum, quoniam corpus actu intelligitur in simo. sed quæres utrum dicere animal homo sit nugatio, di cendum esse nugationem rei in talibus, quoniam illa res, quæ est animal bis dicitur. non autem intentionis, quoniam alia in tentione animal intelligitur in homine, alia autem in se. in ho mine enim intelligitur, ut in suo cōtractuo, ut in se, ut est con tralibile quoddam. quare erit rei, non intentionis nugatio. ex his colligitur differentia inter accidens coniunctum, & abiun ctum. nam abiunctum accidens non circūcernit subiectum sibi determinatum in specie, nec actu, nec potentia. ut album, limitat sibi corpus secundum genus, nō autem corpus in spe cie nec actu, nec potentia. at coniunctum accidens circūcer nit sibi subiectum determinatum saltem potentia, ut simum, quod circūcernit corpus, quatenus potentia continet nasum.

Q ue Auer. Cōmen. 20.

Cōmen. 12. cō. ultimo.

TEX. 20. Vtrum aūt quiditas, & unumquodq; sint ea dem, an diuersa, considerandū est. ad subę nanq; considerationem hoc non parum fructus affert.

Cum docuisset quidnam sit quiditas, & quid eius ratio, & quæsiuisset, num fieri possit, ut accidentium quiditates, ac de finitiones habeantur, tum proprie quiditatem, ac definitiones substantiarum esse ostendisset, cæterorum uero quodammo do, nunc illud inquirit, utrum res quæque idem sint, quod ip sius quiditas, an diuersum, & dicit ¶ utrum autem quiditas, & unumquodque sint eadem, an diuersa, considerandū est ¶ qua quæstione mota, Aristoteles assignat eius utilitatem, & dicit ¶ ad substantiæ nanque considerationem hoc ¶ id est di lucidatio huius dubitationis ¶ non parum fructus affert ¶ ex ponit autem Expositor per unumquodque id, cuius est quidi tas, ut sit sensus, utrū quiditas hominis, & homo sint eadem, an diuersa, & similiter in cæteris quorum est quiditas, eadem quæstio quæri po test. Auerroes autem per unumquodque exponit, singulare. nam quiditas singularium est, quando se cundum Auerroē quiditas est forma, & habens quiditatem, ac formam est singulare, ut superius eū explicatum. & diluci dius dicetur octauo huius. differt autem hæc expositio a prio ri, quia Expositor per unūquodq; intelligit definibile unum quodque, quod est species, ut est homo, aut equus, aut id ge nus. Auerroes autem definibile, quod est indiuiduum. quod si occurres asserendo singularium nec scientiam, nec defini tionem esse, dicas singularium esse scientiam atque definitio nem, non quidem ut significantur per terminos singulares, sed ut significantur per terminos uniuersales. non enim de So crate, quo est hic homo, scientia, aut definitio est, sed quo So crates est homo, aut animal, aut corpus: aut quo per aliquem alium uniuersalem terminum significabitur. et cum dixit hāc perscrutationem esse utilem ad substantiæ considerationem, per substantiam Auerroes intelligit ideam. nam secundum opinionem Platonis quiditas est idea, quæ separata est a sin gularibus, quorum est idea, atque quiditas, nam si ostende tur quiditatem non esse aliud a singularibus, quorum est qui ditas, relinquetur contra Platonem ideam nō esse separatam a singularibus, quorum est quiditas. Expositor uero per sub stantiam intelligit substantiam, cuius considerationem inten dit facere in sequentibus. Posterius enim intendit differere utrum uniuersalia sint substantiæ rerum, & utrum partes re rum, quæ definiuntur, intrent in definitionem earum, & ad hæc ualet consideratio, quam proponit: quæ expositio quasi concidit in illam Auerrois.

Vnumquodque enim non aliud a substantia sua esse uidetur, & quiditas uniuscuiusque sub stantia dicitur esse.

Nunc soluit, & soluendo ostendit quid prima facie circa quæstionem propositam uerum esse uideatur, asserens rem unamquanque nihil esse aliud, quam suam quiditatem, & syl logizat ad hunc modum, unaquęque res nihil est aliud quam sua substantia. quiditas est substantia. igitur qditas nihil aliud est quam sua res: & dicit ¶ unumquodque enim non aliud a sua substantia esse uidetur ¶ hæc est maior, deinde tangit mi norem, & dicit ¶ & quiditas dicitur substantia esse uniuscuiusque ¶ subaudi ergo quiditas nihil aliud est quam sua res. ue rum in legendis uerbis est discrimē. nam Auerroes putat Ari stotelem esse loquutum per conuersionem ad hunc modum soluens, nullum indiuiduum est aliud a sui substantia hoc est a sui quiditate. & nulla quiditas est aliud a suo indiuiduo, & ita uult pro solutione quiditatem, & id, cuius est quiditas, esse simpliciter eadem. & tota expositio pendet ab illo uerbo sub stantia, nam Auerroes per substantiam uult esse intelligen dum id, quod greci dicunt τὸ τί ἦν εἶναι. latini interpretes qui ditatem. nos uero diximus Aristotelem assignare pro solutio ne id, quod prima facie circa quæstionem propositam uerum esse uidetur. & utitur syllogismo in secunda figura, ad hunc modum, unaquæque res nihil est aliud quam sua substantia. quiditas est substātia. igitur quiditas nihil aliud est, q̄ sua res.

Q ue Auer. Cōmen. 20.

In ijs igitur, quæ per accidens dicuntur, diuer sa utique esse uidebuntur, ut albus homo, & esse albo homini diuersa sunt. nam si ipsi homini esse & albo homini esse eadem sint (idē enim est ho mo, & albus homo, ut inquiūt) fit etiam, ut idem sit hominis albi, atque hominis esse.

Nunc, ut Expositor inquit ostendit, in quibus solutio, quæ prima facie est assignata, nō uideatur uera. & quia hoc ostendit per modum consequentiæ, ideo dicit ¶ In his igitur, quæ per accidens dicuntur ¶ subaudi quiditas, & id, cuius est qui ditas ¶ diuersa utique ¶ & non eadem ¶ esse uidebuntur, ut albus homo, & esse albo homini diuersa sunt ¶ homo enim albus aliud esse uidetur, quam esse hominis albi: cuius ratio nem affert, argumentans ex impossibili, & dicit ¶ nam si ipsi homini esse ¶ id est nam si quiditas hominis ¶ & albo homi ni esse ¶ .i. & quiditas albi hominis ¶ eadem sint. idē enim ¶ id est propterea quia ¶ idem est homo, & albus homo, ut ¶ sophistæ ¶ inquiunt ¶ qui dicunt, qđ Socrates idem sit, quod Socrates albus, & Coriscus, & ueniēs Coriscus. si itaq; idem est ¶ sic etiam ut idem sit hominis albi ¶ subaudi esse ¶ atque hominis ¶ .s. separatim, quod esse absurdum ostēdit Alexan der ex eo, quia hominis esse substantia est, hominis autem al bi esse est accidens. nam ipsi hominis esse accidit esse hominis albi. sed qm̄ nonnulli hominis esse, & hominis albi esse idem esse dicebant, ipsoq; rationem, qua id affirmabant, apponit q̄ postea refellit, & cōponitur in tertia figura ad hunc modum, homo est idem, quod hominis esse. homo est idem, quod ho mo albus. igitur homo albus est idem, quod hominis esse. de ratione attulit primo minorem contentus sola authoritate so phistarum, dicit ¶ idem enim est homo, & albus homo, ut in

quiunt } scilicet sophistæ,deinde conclusionem, & dicit { sit etiam,ut idem sit hominis albi atque hominis esse } id est sit, ut homo albus sit idem,quod hominis esse. sed quæres uidetur esse hominis albi sit idem,quod homo, Alexander asserit quod non,quoniam homo substãtia est,albi hominis esse accidens.nam ipsi homini accidit esse hominis albi. oppositum huius uidetur esse concedendum,nam substantia albi hominis, & quiditas,& esse idem est, sed substantia albi hominis est(nihil enim illius aggregati est substãtia preter hominem. igitur albi hominis esse est idem quod homo, sed de re hac in ludicris,& elenchis dilucide dictum est.

**An non est necesse ea,quæ sunt per accidens, eadem esse. non enim extrema modo eodem fiunt,sed illud accidere fortasse uidebitur, ut extrema eadem per accidens fiant, ut albo esse, & musico esse.sed non uidetur.**

Alexander uult,quod Aristoteles diluat proximum syllogismum,quod in tertia figura est formatus ad hunc modum, concedendo maiorem sit,homo est idem,quod esse hominis scilicet per se,minorem uero sit,homo est idem, quod homo albus per accidens,ideo nõ sequitur,ut homo albus sit idem, quod hominis esse.non enim est necesse,cum alterum extremorum scilicet maior insit subiecto per se, & alterum extremorum scilicet minor insit per accidẽs eidem subiecto,ut extrema uniantur,quia ex propositionibus sic acceptis nihil sequitur eum peccet syllogismus per locũ accidentis, dicit { an non est necesse ea,quæ sunt per accidens, esse eadem } cum sua quiditate. non enim albus homo idem est cum quiditate albi hominis : quemadmodum homo cum quiditate hominis.quia ut Alexander inquit, non est necesse ut ea, quæ per accidens sunt,ita se habeãt,ut ea,quæ per se sunt.homo enim idem est per se, quod hominis esse. non tamen homo albus idem,quod esse hominis albi.tunc ad formam syllogismi respõdet { non enim extrema } maius uidelicet et minus { modo eodem fiunt } id est modo eodem comparantur ad terminum mediũ.uel aliter { non enim extrema } id est maior propositio,& minor propositio { eodem modo fiunt } quoniam maior uidelicet illa homo est idem,quod hominis esse, est uera per se,minor uero propositio,homo est idem,quod homo albus,est uera per accidẽs. ergo cum syllogismus peccet per locum accidentis,non uidetur concludere.sed dices,sequitur ut extrema saltem per accidens uniantur,ut quod saltem per accidens homo albus sit idem,quod hominis esse: & hanc affert,& dicit { sed illud accidere fortasse uidebiť,ut extrema } subaudi saltem { eadem per accidens fiant,ut } sunt per accidens { eadem esse albo,& esse musico } obijcit cõtra, quod licet uideatur extrema per accidens coniungi { sed } re uera { non uidetur } coniungi , scilicet quoniam paralogismus , qui peccat per locum accidentis,nihil omnino cõcludit.quare ex talibus terminis sic se habentibus ad medium nihil omnino syllogizatur,alioquin efficeretur,ut color esset homo ad hunc modum,Socrates est albus.album est color.igitur Socrates est color.quæres,si homo,& albus homo sunt per accidens eadem,propter quid quiditas hominis,& quiditas albi hominis non possunt esse eadem saltem per accidẽs.quanquam albus homo non habet quiditatem,& sic albi hominis quiditas nulli eadem aliquo modo esse potest. tamen supposito quod albus homo quiditatem habeat, dico quiditatẽ hominis,& quiditatem hominis albi ex eo idem per accidẽs esse non posse,quia quiditas,cum sit tantũ ipsa,cuicunque eadem est,non nisi per se eadem erit.quare stat extrema in tertio esse per accidens eadem,& tamen illorum quiditates eidem tertio nec per se,nec per accidens poterunt eędem esse. quo uero ad exemplum attinet animaduerte, quod Aristoteles in respondẽdo per extrema sumpsit maiorem, & minorem terminum in syllogismo tertiæ figuræ. deinde in exemplo accepit esse albi, & esse musici, quæ non fuerunt extremi termini in dicto syllogismo.causa est,quoniam quãtum ad sensum non refert.nam eodem modo homo & albus homo sunt eadem, quo album & musicum sunt eadem. licet sit nonnihil discriminis:quando homo & albus hic sunt eadem , quia alterum per accidens alteri idem est.album uero & musicum eadem, quia accidunt eidem tertio.ergo quo ad sensum non refert.satis enim est habere non sequi extrema sunt eadem per accidens aut inter se aut ad tertium . igitur quiditates eorum sunt eædem.non enim oportet quiditates esse easdem, si extrema quorum sunt,aliquo pacto sunt eadem. Auerroes autem assignauit rationem , quare Aristoteles in exemplo mutauit terminos asserens hanc permutationem esse iure factam, quia in his est manifestius syllogismum nihil colligere. non enim quia album & musicum sunt eadem homini,sequitur, ut quiditates albi & musici sint eędem aut inter se,aut homini. Q ut Auer. Cõmen. 16.

**In ijs autem, quæ per se dicuntur, necesse est eadem esse:ueluti si nonnullæ substantię fuerint, quibus aliæ substantiæ non sunt, neque priores aliæ naturæ,quales inquiunt quidam ipsas ideas esse.nam si ipsum bonum,ac bono esse,& ipsum animal, ac animali esse, & ipsum ens, atque enti esse diuersum sit, erunt & aliæ substantiæ, & naturæ, & ideæ præter eas, quas dicunt, & illæ erunt priores substautiæ, si quiditas rationem substantiæ subit.**

Postquam dixit in ijs,quæ per accidens dicuntur, unumquodque diuersum uideri a quiditate,cum in eis proprie quiditas non habeatur,& hoc ostendisset demonstrando hominem diuersum esse ab esse hominis albi,nũc ut Alexander exponit, in hunc modum interrogat { in ijs autem, quæ per se dicuntur } id est in ideis, ut Alexander exponit { necesse est ne eadem esse } scilicet quiditatem, & id, cuius est quiditas. est ergo secundum Alexandrum interrogatio, utrum in ideis quæ dicuntur esse per se,quiditas,& id,cuius est quiditas,sint eadem,an diuersa.causam uero interrogationis assignat Alexander ex eo,quia si eis idem sit quiditas,& id, cuius est quiditas,ut quiditas hominis,& ipse homo,perinde atque quiditas boni , & ipsum bonum , in his quoque sensibilibus , quæ apud nos sunt,idem erit homo,quod hominis esse,& bonum quod boni esse,ac uicissim,hæc diuersa,si illa diuersa fuerint. & ad sũmam utcunque ideę illæ sese habere repertę fuerint, sic sensibilia,quæ apud nos sunt,sese habebunt etiam. hęc igitur est causa , quare interrogat utrum in ideis idem sit quiditas,& id cuius est quiditas . deinde affert exemplum eorum, in quibus interrogatio cadit,& dicit { ueluti si nonnullæ substantiæ fuerint } scilicet per se separatæ ut Platoni uisum est { quibus aliæ substantiæ non sunt } priores, scilicet { neque aliæ naturæ priores } sed quæ ipse sunt primæ substantiæ, primæque naturæ { quales inquiunt quidam ipsas ideas esse } nam si tales substantiæ sunt,in talibus cadit interrogatio sit ne quiditas idem cum eo,cuius est quiditas , an diuersum. ut utrum bonum ipsum id est idea boni,& esse boni id est & quiditas ideæ boni diuersa sunt,an secus.deinde argumentatur in talibus hæc non esse diuersa,& dicit { nam si ipsum bonum } id est nam si idea boni { & bono esse } id est & quiditas ideæ boni { & ipsum animal } id est idea animalis { ac animali esse } .i.& quiditas ideæ animalis { & ipsum ens } id est ideæ entis { atque enti esse } id est atque quiditas ideæ entis { diuersum sit erunt & aliæ substantiæ , & } aliæ { naturæ , & } aliæ { ideæ præter eas,quas dicunt, & iilæ erunt priores substantiæ } id est quæ aliæ substãtię,& aliæ naturę, & aliæ ideæ præter eas,quas dicunt,erunt priores substantię subaudi ipsis ideis,quas dicunt,cuius rationem subdit { si quiditas } scilicet rei cuiusque { rationem substantiæ subit } & cum



cum dicit { & illæ erunt priores substantiæ } intelligit.& illę erunt magis substantiæ.nam si quiditas potissimum est substantia,quiditas autem est hominis esse,profecto hominis esse magis est substantia.quod si uerum est,nimirum esse ideæ hominis magis erit substãtia quam idea hominis. hoc autem non placet idearum assertoribus , ut aliquæ substantiæ ideis priores habeantur,& magis substantiæ.ad hũc modum Alexander exposuit,Expositor non minus eleganter exponẽs asserit Aristotelem manifestare solutiones assignatas,& primo manifestat primam . dictum est enim in substantijs quiditatem non esse diuersam ab eo,cuius est quiditas. nũc uult hoc idem manifestare & primo,proponit intentum, & dicit { in ijs autem,quæ per se dicuntur } hoc est in substantijs { necesse est } quiditatem ,& id,cuius est quiditas { eadem esse } est igitur conclusio in substantijs quiditas, & id, cuius est quiditas,eadem sunt.Aristoteles ostendit hanc conclusionem authoritate Platonis,qui posuit substantias separatas, & uoluit in eis non esse diuersa quiditatem , & id cuius est quiditas, & dicit { ueluti si nonnullæ substantiæ fuerint, quibus aliæ substantiæ non sunt } scilicet priores { neque aliæ naturæ } scilicet sunt { priores,quales inquiunt quidam ipsas ideas esse } in his enim quiditas & id , cuius est quiditas,idẽ est.ecce quo modo authoritate Platonis saltem in quibusdam substantijs patet quiditatem & id, cuius est quiditas, non differre . quod autem in ideis quiditas non differat ab idea,cuius est quiditas ostendit,quoniam tunc primis, & abstractis substantijs adhuc daretur substantia alia , & prior, & magis abstracta , & ita ideæ esset idea,& sic in infinitum, & dicit { nam si ipsum bonum } id est nam si idea boni,quę est ipsa bonitas { ac bono esse } id est & quiditas ideæ boni { & ipsum animal } id est,& idea animalis { ac animali esse } id est & quiditas ideæ animalis { & ipsum ens } id est & idea entis { ac enti esse } id est quiditas ideæ entis { diuersum sit,erunt & alię substantiæ,& aliæ naturæ,& aliæ ideæ præter eas,quas dicunt,& illæ } id est quæ aliæ ideæ { erunt priores substantiæ } subaudi ideis, quas ponunt . & hoc sequitur { si quiditas rationem substantiæ subit } patet igitur in substantijs, quas Plato posuit saltem ipsam quiditatem non esse diuersam ab eo , cuius est quiditas.nec curauit Aristoteles demonstrare conclusionem hanc ratione magis uniuersali , quoniam satis superius hæc conclusio fuit exposita.nunc ei satis est ostendere authoritate Platonis saltem in particularibus,ut in ideis illam fateri. Auerroes autem rationem dirigit ad singulares substãtias, quæ sunt primæ substantiæ,& indiuiduæ,& sensibiles,& facit huiusmodi consequentiam, si primæ substantiæ,quæ singulares sunt,non sint eędem cum suis quiditatibus,huiusmodi substantiæ nõ erunt primæ,sed quonam modo ualeat hęc consequentia,non est probatum.potest tamen hoc pacto primo deduci,si primæ substantiæ non sint eædem suis quiditatibus,erit pro tanto,quia unaquæque substantia prima est aggregatum ex subiecto,& accidente:& ita Socrates erit idem, quod Socrates albus. at Socrates albus secundum sophistas est idem,quod Socrates.sed Socrates est substantia Socratis albi.igitur Socratis albi est aliqua sub̃a,quæ est prior,& magis substantia ꝙ Socrates albus.& sic sub̃a prima adhuc erit aliqua substãtia prior.uel aliter,& secũdo potest deduci supponendo quiditatem rei singularis esse singularem , tunc argumentor,si prima substantia non esset eadem suæ quiditati, tunc prima substantia,& sua quiditas erunt duæ res singulares. quare bonum ipsum,& sua quiditas erunt duæ substantiæ singulares,& sic substantia prima habebit adhuc substantiam singularem uel sub se , aut æqualem sibi , quod uidetur absurdum.aut fortasse uerba Auerrois sunt corrupta , & legenda sunt,quod si substantiæ sensibiles sint primæ,erũt eędem suis quiditatibus alioquin non erunt primæ,sed erũt adhuc substantiæ illarum priores,& sic totum patet.et licet hoc pacto hæc consequentia deduci possit, tamen expositio hæc, ut patet,uerbis Aristotelis non consonat.non enim Aristoteles de substantijs primis loquitur, quæ sunt singulares substantiæ, sed de ideis, quæ secundum Platonem sunt primæ substantiæ.

Q ut Auer. Cõmen. 20.

**Et si absoluta quidem sunt inuicem,horũ quidem scientia non erit, illa uero non erunt entia. absoluta autem esse dico,si neque ipsi bono insit esse,qđ bono inest,neq; huic ipsum esse bonum.**

Cum secundum Alexandrum proposuisset hanc interrogationem utrum in ideis quiditas,& id, cuius est quiditas sint eadem,& argumentatus etiam in talibus non esse diuersa argumento sumpto a primitate idearum,nunc argumẽtatur secundo argumento ducente ad absurdum ad hunc modum si in ideis quiditas & id, cuius est quiditas, essent diuersa , idearum nulla esset scientia, & quiditates earum non erunt entia, & inquit { & si absoluta quidem sunt inuicem } id est & si in ideis quiditas,& id,cuius est quiditas,essent disiuncta, atq; diuersa,et mutuo distincta { horum quidem } id est idearum { scientia non erit } id est de ideis nulla erit scientia { illa uero } id est quiditates idearum { non ernnt entia } si ergo quiditates idearum essent diuersæ ab ideis, de ideis nulla scientia esset,& quiditates talium nihil essent:quod esset contra idearum assertores.hoc pacto exposuit Alexãder.uel intelligi potest ad hunc modum, si quiditas non modo sit distincta , sed separata ab eo,cuius est quiditas,tunc ea, quorum est quiditas, nec sunt scibilia, nec formaliter entia. & sic uerbum horum,& uerbum illa ad eadem refert Aristoteles,& dicit { & si } subaudi quiditas,& id,cuius est quiditas { absoluta quidem } abiuncta,ac separata { sunt inuicem.horum qdem } scilicet quorum sunt quiditates { scientia non erit,illa uero } id est & eadem,quorum sunt quiditates { non erunt entia } & ita hæc ambo referuntur ad ea , quorum sunt quiditates . Auerroes uero refert hæc ad diuersa, ut sit sensus , si quiditas & id cuius est quiditas, sit separata, tunc primæ substantiæ, quæ singulares sunt,non erunt scibiles, & ideæ non erunt entia.sed utrum ad eadem, uel ad diuersa hæc referantur, dicemus postea.deinde Aristoteles exponit quid intelligat per absoluta, & Auerroes exponendo uult Aristotelem intelligere absoluta,ut quiditates sint separatæ ab illis, quorum sunt, & uniuersaliter,& a particularibus illorum, & dicit { absoluta autem esse dico } scilicet quiditatem ab eo,cuius est quiditas { si neque ipsi bono scilicet uniuersaliter insit esse , quod bono inest,neque huic } scilicet bono particulari insit { ipsum esse bonum } & per absolutum intelligit,quando quiditas separatur,& ab ipso uniuersaliter bono, & a particulari bono. aliter & magis ad uerba,dicamus per absoluta inuicem eum intelligere quiditatem, & id cuius est quiditas esse mutuo diuersa,ita,ut qditas sit diuersa ab eo,cuius est quiditas,& econtrario,& hoc ait { absoluta autem dico } scilicet quiditatem, & id,cuius est quiditas { si neq; ipsi bono insit esse,quod bono inest } id est si neque ipsi ideæ boni insit quiditas ideæ boni { neque huic } scilicet quiditati ideæ boni insit { ipsum esse bonum } id est insit idea boni , ad hunc modum Alexander,sed si hæc non ad ideas referas , intelligas sic { absoluta autem } quiditatem,& rem,cuius est quiditas { dico si neq; ipsi bono } quod est res,cuius est quiditas { insit esse, quod bono inest } id est insit quiditas boni { neque huic } scilicet quiditati boni insit { ipsum esse bonum } id est insit ipsum bonum,cuius est quiditas,nam hæc mutuo inuicem sunt abiuncta,atque distincta.præmisit igitur, ut Alexander inquit, quid intelligat per absoluta antequam demonstret illa absurda sequi. Q ut Auer. Cõmen. 20.

**Scientia enim uniuscuiusque hæc est,quę per quiditatem inest illi, & in bono, & in cæteris similiter se habet.**

Interiecta expositione illius uerbi absolutas , docet cur si quiditates ab ideis absolutæ adiunctæque sint, non sit idea-

rum ſcientia futura, quod erat primum abſurdum ſecundum Alexandrum, & contra Platonem, & pro deductione ſupponit ſcientiam rei cuiuſque tunc eſſe, cum quiditatem, & ſubſtantiam eius cognoſcimus. ſi ergo quiditas & ſubſtantia ſit diuerſa ab idea, profecto dicere cognitionem quiditatis eſſe cognitionem ideæ ſimile eſt, ut ſi dicas cognoſcere quid ſit equus eſſe cognoſcere quid ſit homo, ſi quidem, ut natura hominis diuerſa eſt ab equi natura, ſic idea boni, & quiditas eius diuerſa eſſe ponuntur. at ſi fieri nequit ut equi cognitio hominis cognitio eſſe dicatur, ne illud quidem fieri poteſt, ut cognoſcere quiditatem ideæ boni ſit ipſam boni ideam cognoſcere, cui ſimilis eſt cæterarum idearum ratio. quare idearum nulla erat ſcientia, quod ſi hoc eſt impoſſibile cum ipſarum habeatur ſcientia, nimirum, & poſitio, ex qua hoc ſequitur, erit impoſſibilis, illa ſcilicet quæ ideam boni, & eius quiditatem diuerſa eſſe dicit. qd' quidem rebus, quæ ſunt apud nos, neceſſario perinde congruit. nam ſi hominis habemus ſcientiam, homo ab hominis eſſe non eſt diuerſus, ſed idem, quod ipſum. alioquin fieret, ut eius non eſſet ſcientia, quod eſt impoſſibile, ac perinde ne bouis quidem, & equi, ac cęterorum, unde dicit { ſcientia enim uniuſcuiuſque hęc eſt, quæ per quiditatem ineſt illi } id eſt quæ habetur, cū quiditatem, & ſubſtantiam rei cognoſcimus { & in bono } id eſt quod quidem eſt uerum in bono { & } ſicut in bono { in cæteris ſimiliter ſe habet } et ſic uniuerſaliter, ut ſcimus ideā boni per eius quiditatem, ſic in cæteris eſt aſſerendum. aliter poteſt exponi, ut ſuppoſitio ſit, quod ſcientia cuiuſque non ſit per aliud quam per ſuam quiditatem: quæ ſuppoſitio eſt uera in omnibus, quæ quiditatem habēt: & hoc ex eo, quia tam definitiua ſcientia, quam demōſtratiua habetur per cognitionem quiditatis. quare cum ſuppoſitio ſit uniuerſaliter uera, ideo Ariſto. uniuerſaliter uidetur loqui, & ſic non tam in ideis, ſi darentur, ꝗ in cæteris rebus omnibus: & dicit { ſcientia enim uniuſcuiuſque hæc eſt, quæ per quiditatem ineſt illi } .i. quæ per quiditatem id eſt per cognitionem quiditatis habetur de re, cuius eſt { & in bono & in cæteris } uniuerſaliter { ſe habet ſimiliter } quare cum loquatur uniuerſaliter, non uidetur tantum hoc quod dixit, oſtendere in ideis.

Quare ſi eſſe bono bonum non eſt, neq; eſſe enti erit ens, neq; uni, unum: atq; omnes ſimiliter quiditates ſunt, aut nulla. quare ſi eſſe enti eſt non ens, neq; cæterorum ullum.

Cum demonſtraſſet ex hac poſitione, de qua loquimur, effici non poſſe, ut ſcientia idearum habeatur, nunc docet ex eadem poſitione fieri non poſſe, ut idearū quiditates entia futura ſint, ſi ab ipſis ideis fuerint diuerſæ. & primo ſupponit ex illa poſitione, ut quiditas ideæ boni non ſit bonum, & hoc tanꝗ ſequens, nam ſi quiditas ideæ boni eſt diuerſa ab ipſo bono, quiditas boni non erit bonum. nihil enim eſt illud, a quo eſt diuerſum. quare ſi quiditas boni eſt diuerſa ab ipſo bono, quiditas eius non erit bonum: ſuppoſito ergo ꝙ eſſe bono .i. quod quiditas boni, bonum non ſit, infert quod neque quiditas entis ſit ens, neq; quiditas unius, ſit unum, & ſic in cęteris. quod autem hoc ſequatur, in hūc modum planū fiet, ſi quod a bono diuerſum eſt, non eſt bonum, ꝓfecto & quod ab ente diuerſum erit, non erit ens, & quod ab uno, non unum. eſt enim quiditas boni diuerſa ab ipſo bono, & quiditas entis ab ipſo ente, & quiditas unius ab ipſo uno. patet igitur q̄ditatem ipſius boni eſſe non bonū, & quiditatem entis non ens, & quiditatem unius non unum. unde dicit { quare ſi eſſe bono } .i. quare ſi quiditas boni { non eſt bonū } pari ratione { neque eſſe enti } id eſt neque quiditas entis { erit ens, neque uni } id eſt neque quiditas unius erit { unum } ſed ne quis in hunc modum occurrat quiditatem entis, cum ab ipſo ente ſit diuerſa, merito concludi non eſſe ens. nam quod ab ente diuerſum eſt, id non eſt ens. in cæteris autem non ſequitur: quia licet quiditas hominis non ſit homo, nō tamen ſequitur ut non ſit ens. quia ab inferiori negatiue non licet argumentari ad ſuperius, ut in topicis eſt expoſitum. ideo ſubdit { atque omnes ſimiliter quiditates ſunt, aut nulla } id eſt uel idearum quiditates eſſe affirmare oportet, uel omnino nullam. cur enim aliquas eſſe dicere permittamur, alias ueremur, nulla uidetur ratio, propterea ſubdit { quare ſi eſſe enti } .i. ſi quiditas entis { eſt non ens, neque cæterorum ullum } ſcilicet eſſe erit ens, & ita ſi quiditas entis non eſt, ne cæterarū quidem idearum quiditates erunt. nam ut quiditas ideæ entis ſeſe habet ad ipſum ens, ſic quiditas aliarum idearum ad ipſas. qui uero non referunt hoc argumentum ad ideas, ſed uniuerſaliter ad omnia, quorum ſunt quiditates, facile poſſunt ad hunc modum legere, applicando omnia, quæ Ariſtoteles dicit ad res, quarum ſunt quiditates, & non tātum ad ideas. Auerroes autem putat Ariſtotelem incepiſſe oſtendere, quod ſeparata quiditate a re, cuius eſt quiditas, res illa non ens. dicit enim ꝙ Ariſtoteles inceperit oſtendere omnia, quæ quiditatem habent, quiditates habere coadunatas cū ſe: id eſt idētificatas ſecum, & bis rationis ſcd̄m Auerroem eſt, ſi per ſe bonum, quod eſt uniuerſale bonum, non habet quiditatem boni ſibi identificatam a pari nullum ens uniuerſaliter habebit quiditatem entis & nullum unum quiditatem unius, & ſic de omnibus alijs oportet dicere, ſcilicet quod uel habeant quiditates ſibi coadunatas, ac idētificatas, aut quod nulla res habeat aliquo modo quiditatem. quare ſi ens non eſt idem ſuæ quiditati, nihil erit idem ſuæ quiditati, ſicut illud, quod nō habet quiditatem boni, non eſt bonum. hæc eſt expoſitio Auerrois.

Q ue Auer. Cōmen.20.

Pręterea cui eſſe bono nō ineſt, id nō eſt bonū.

Alexander uult, ut oſtendat id, quod ſuppoſuit, ſuppoſuit enim quiditatem ideæ boni non eſſe bonam, nunc oſtendit hoc eſſe ita, & dicit { pręterea } ſubaudi id, quod ſuppoſitum eſt, recte ſuppoſitū eſt, nam { cui eſſe bono } .i. quiditas boni { non ineſt } id eſt cui quiditas boni eſt diuerſa { id nō eſt bonum } quiditas autem ideæ boni diuerſa eſt ab ipſo bono, quod uero a bono diuerſum eſt, id non eſt bonū. quiditas ergo boni non eſt bona: & ſic oſtenſum eſt id, qd' ſuppoſuit.

Vnum ſit ergo neceſſe eſt eſſe bonum, & bono eſſe, & honeſtum, & honeſto eſſe, & quæcunque omnino non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur. etenim hoc ſatiſfacit, ſi ſit, quanuis ſpecies non ſint. magis autem forſitan ſi ſpecies ſint.

Alexander ſic introducit, qd' cum demonſtraſſet in ideis idem eſſe quiditatem, & ideam, cuius eſt quiditas, nunc concludat uniuerſaliter in omnibus rebus, etiam quę ſunt apud nos, modo non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicantur. hoc eſt modo ſint ſubſtantiæ, & non accidentia, aut per accidens entia idem eſſe quiditatem, & id, cuius eſt quiditas, & dicit { unū ſit ergo neceſſe eſt eſſe bonum, et bono eſſe } .i. & quiditatem boni { & honeſtum, & honeſto eſſe } .i. & quiditatem honeſti. ſemper enim ipſum eſſe cum cōſtruitur cum datiuo caſu, apud Ariſto. quiditatem ſignificat, idem .n. eſt dicere honeſto eſſe, & quiditatem honeſti, ut Alexander ſuperius annotauit. & per bonum & honeſtū poteſt intelligere ideas bonorum, & honeſtorꝫ, & tunc erit ſenſus concluſionis { ut unum ſit bonum } .i. idea boni { & bono eſſe } .i. et quiditas ideæ boni { & honeſtum } .i. & idea honeſti { et honeſto eſſe } .i. quiditas ideæ honeſti { & quæcunq; } .i. & non ſolum neceſſe eſt ſic dicere in ideis, ſed in omnibus { quæcunq; omnino non per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur } .i. ſed in omnibus ſubſtantijs, etiam quæ apud nos ſunt: quæ non per aliud, ſed prima, & per ſe dicuntur. nam in accidentibus hoc non eſt uerum, cum accidentia quiditatem non habeant, aut per bonum, & honeſtum intelligere poteſt cōia ad bona, & honeſta, quæ ſunt apud nos, ut ſit ſenſus { unum ſit ergo neceſſe eſt eſſe bonum } quouis modo ſit bonum ſiue ſeparatum, ſiue apud nos { & bono eſſe } id eſt & quiditas boni.

{ &



{ & honeſtum, & honeſto eſſe } quouis modo ſit honeſtū ſeparatum, aut apud nos { & } non ſolum in bono & honeſto quiditas, & res, cuius eſt quiditas ſunt eadem, ſed in omnibus { quæcunq; omnino nō per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur } .i. ſed in omnibus ſubſtātijs idem eſt quiditas, & res cuius eſt quiditas. Cuius rationē ſubdit, & dicit { etenim hoc } .i. prædicta demonſtratio { ſatiſfacit } ſatiſq; eſt ad faciendam fidem ꝙ in rebus, quæ apud nos ſunt, idem ſit quiditas, & id, cuius eſt quiditas { ſi ſit } uera, ut dictum eſt { quanuis ſpecies } .i. ideæ { non ſint. magis autem forſitan demonſtratio prædicta ſatis fidem faciet ad oſtendendum idem eſſe quiditatem & rem, cuius eſt quiditas { ſi ſpecies ſint } qm̄ ſine controuerſia in ideis ſubſtantijſq; ſeparatis idem eſt quiditas, & id cuius eſt quiditas. uel poſſunt hæc uerba legi comparatiue ad hunc modum { etenim hoc } .i. dicta demōſtratio { ſatiſfacit } ad faciendam fidem ꝙ in rebus, quæ apud nos ſunt, idē ſit quiditas, & id, cuius eſt quiditas { ſi ſit } ſubaudi talis, ut dictum eſt. fuit enim demonſtratio ꝙ ſi quiditas ſit diuerſa a re, cuius eſt, nec res erit ſcibilis, nec ens. ſi ergo hæc demonſtratio ſit ſufficiens, habebitur in omnibus, quæ ſunt per ſe entia, & ſubſtantiæ, idem eſſe quiditatem, & rem cuius eſt quiditas { quanuis ſpecies non ſint, magis autē } .i. immo magis { forſitan } ſubaudi ꝗ { ſi ſpecies ſint } ſubaudi ſequuntur illa duo, nam ſi ſpecies ſunt, quiditates erunt ſeparatę a rebus, quę apud nos ſunt, quo fiet, ut res, quę apud nos ſunt, nec ſciantur, nec ſint entia. magis enim res ipſæ ſcibiles ſunt, & formaliter entia magis ſunt per id, quod eſt ſibi coniunctum, & inexiſtens, ꝗ per ea, quę ſunt ſeparata. Auerroes autem per { quæcunq; omnino nō per aliud, ſed prima, atq; per ſe dicuntur } intelligit ſubſtantias primas, quæ ſunt indiuiduæ ſubſtantiæ, quoniam etiam in primis ſubſtantijs quiditas, & habens quiditatem ſunt eadem. Secundo dicit, ꝙ ſiue fuerint, ſiue non fuerint ideæ, ad hoc ꝙ res ſciantur, ſufficit ut quiditas ſit eadem ei, cuius eſt quiditas. Tertio dicit, ꝙ ſi ideæ ſint, ut Plato dicit, eſt rectū, ut ſint utiles ad ſcientiam noſtram, ut per eas homo ſciat ſubſtantias, quarum ſunt. demum dicit ꝙ non neceſſario patet eas eſſe, nec quo nā modo ſe habeant cum rebus ſenſibilibus, ut fingunt Platonici. quæ conueniant ne uerbis, an non, relinquo cōſiderantibus, illud tamen eſt dubitatione dignū, utrum quiditas, & habens quiditatem ſint eadem: non enim hoc uerum uidetur. nam habens quiditatem eſt compoſitum, quiditas uero forma apud Auerroem infra, diluitur tamē dubitatio. nam, ut infra dicet, quiditas, & habens quiditatem ſunt eadem identitate inſeparabilitatis, non autem ſimpliciter, ut in dilucidario copioſius eſt expoſitum.

Q ue Auer. Comen.20.

Cōmen.40. tt.37.

TEX.21. Simul autem patet & ſubiectum ſubſtantiam non eſſe, ſi ſint ipſæ ideæ tales, quales inquiunt quidam eſſe. has enim ſubſtantias quidem eſſe, de ſubiecto autem non dici neceſſe eſt. alioquin erunt ſecundum participationem. ex his igitur rationibus perſpicuum iam euaſit ipſum unumquodque quiditatemq; eius unum & idem non per accidens eſſe, & unumquodque etiam ſcire, idem eſſe, quod quiditatem ſcire. quare per expoſitionem unum quid ſint ambo, neceſſe eſt.

Expoſitionē ἔκθεσιν rationes & inductionē.

Cum ijs, quæ de ideis ſuperius expoſuit, ſecundum Alexādri expoſitionem concludit aduerſus idearum aſſertores, ꝙ particulares, & indiuiduæ ſubſtantiæ, non ſint ideis illis ſubiectæ. Et huius ratio eſt, quoniam qui ideas induxerunt, ipſas per ſe conſiſtere dicebant, ut ſæpe docuerat, & proprie entia, atq; ſubſtantias a rebus ſenſibilibus noſtris diuerſas. ſiquidē hominem uniuerſalem, quem intellectus noſter abſtrahit a ſingularibus, & cui beneficio mentis eſſe contingit, ſimilitudinem eſſe aiebant hominum particularium, idemq; quod ſingulos homines, & cognitione tantum obtinere. at ipſum hominem ideam, quæ quidē per ſe eſt, & in ſubſtantia, non eſſe idem, quod ſingulares homines. quoniam igitur hæc illi tradebant, iccirco ait { Simul autem patet & ſubſtantiam } .ſ. ſingularem, & indiuiduam { non eſſe ſubiectum } ſubaudi ideis ipſis. cuius ratio eſt, quia ſubſtantia non ſubijcitur ſubſtantiæ diuerſæ ab ipſa, & alienæ, & ideo ſubdit { ſi ſint ipſæ ideæ tales, quales eſſe inquiunt quidam } .i. ſi ſubſtantiæ per ſe ſeparatæ, & diuerſę ſunt a ſubſtātijs noſtris indiuiduis: quales Platonici aſſerunt. Deinde affert rationem, & dicit { has enim ſubſtantias quidē eſſe } .ſ. ſeparatas, & diuerſas a ſubſtantijs noſtris { de ſubiecto autem non dici neceſſe eſt } ut ſuppleatur maior ſic, ſubſtantiæ, quæ ſunt ſeparatę, & a noſtris diuerſæ omnino, non habent has noſtras pro ſubiectis neq; de ipſis ſubiectis dicentur, hanc maiorem ſuppoſuit, minorem uerbis antedictis expreſſit, ſed ideæ ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & omnino a noſtris diuerſæ. igitur ideæ non habent has noſtras pro ſubiectis, neq; de ipſis ſubiectis dicentur. maiorem probat, ducendo ad impoſſibile hoc pacto dicens alioquin ſi ſubſtantiæ, quæ ſunt ſeparatæ, & a noſtris omnino diuerſæ, haberent has noſtras pro ſubiectis, & de his prædicarentur { eſſent utique per participationem } .i. eſſent noſtris ſubſtantijs ſenſibilibus cōmunicatæ .i. haberentur in noſtris ſubſtantijs, ut animal habetur in Socrate, & in me: quod iſti negant, aſſerentes ideas non eſſe in nobis: ſed ſeparatas, atq; omnino diuerſas a nobis, noſtriſq; ſubſtantijs. Vocat autem eſſe per participationem eſſe cōmunicatum, cōmunicatum uero eſſe, ut in ſubiectis, ueluti animal eſt in Socrate, & Callia, & cæteris ſingularibus ſubſtantijs. patet igitur ideas eſſe fruſtra. nam quis erit uſus idearum, ſi a ſubſtantijs noſtris diuerſæ ſunt. neq; enim de ipſis prædicantur, neq; ipſorū cauſę ſunt, ut ſæpe demonſtratum eſt. Poteſt autem abſurdum aliter intelligi, ut ꝙ ſi ponantur ideę eo modo, quo Plato eas poſuit, ſequatur ſubſtantiam primam non eſſe ſubſtantiam: & deducitur, quoniam ſubſtantia prima non eſt ſubſtantia, niſi quiditas ſubſtantiæ ſit in ea, & prædicetur de ea. nō enim Socrates eſt homo, niſi quiditas hominis ſit in Socrate, & prædicetur de Socrate, nec Socrates eſt ens, niſi quiditas entis ſit in Socrate, & prædicetur de Socrate. Sed apud Platonem idea ſubſtantiæ primæ non eſt in ſubſtantia prima, nec prædicatur de ſubſtantia prima. igitur ſubſtantia prima non eſt ſubſtantia. Vnde dicit { Simul autē } .ſ. cum ijs, quæ dicta ſunt contra Platonem { patet & ſubiectum } .i. ſubſtantiam primam { non eſſe ſubſtantiam: ſi ſint ipſæ ideæ tales } .i. ſeparatæ, & omnino diuerſæ a ſubſtantijs primis { quales inquiunt quidam eſſe } .ſ. Platonici. eſt ergo argumentū ad hunc modum, ſi ideæ ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & omnino diuerſę a ſubſtantia prima, ſubſtantia prima non erit ſubſtantia. Demonſtrat conſequentiam per ea, quæ dixit, quaſi argumento ad hominem, & dicit { has enim ſubſtātias quidem eſſe } .ſ. ſeparatas per ſe exiſtentes, atq; omnino diuerſas. ſ. a ſubſtantijs primis apud Platonem { de ſubiecto autem } .i. de ſubſtantia prima { non dici } nec prædicari, nec in illa eſſe { neceſſe eſt } apud Platonem. Quod autem ſic ſit apud Platonem oſtendit, & dicit { alioquin erunt ſecundum participationem } .i. alioquin erunt cōmunicatę ſubſtantijs primis illis inexiſtentes, ut animal in ſingularibus hominibus, & de illis prædicantes: quod eſt contra poſitionem. Quare cū non ſint cōmunicatæ primis ſubſtantijs prædicatione, aut inexiſtentia, primæ ſubſtantiæ non erunt ſubſtantiæ, & propter eandem rationem nec ſunt entia. Auerroes oſtendit de mente Platonis ideas nō eſſe primis ſubſtantijs cōmunicatas nec per inexiſtentiam, nec per pręedicationem ex eo, quia tunc eſſent corruptibiles, quod eſt contra Platonem, qui eas ponit omnino æternas. conſequentiam deducit, quoniam omne cōmunicatum per inexiſtentiam, atq; prædicationem rei per ſe corruptibili, eſt corruptibile. eſt enim maior mixtio uniuerſalis cum ſingulari, cui per ſe cōmunicatur ꝗ accidentis cum

Q ue Auer. Comen.21.

Cōmen.31. subiecto, ut Auerroes inquit primo huius, ergo si accidentia corrumpuntur corruptis subiectis, uniuersalia quoque corrumpentur, & quidem magis, quatenus magis illis cōmunicantur. Sed dices, tunc nec secundum Aristotelem uniuersalia erunt primis substantijs cōmunicata, quoniam erunt corruptibilia. fortasse apud Aristotelem nihil prohibet uniuersalia esse corruptibilia per accidens. quando corruptis primis substātijs, nihil aliorum remanet. at apud Platonem nec per se, nec per accidens ideę sunt corruptibiles. Ideo nullo pacto possunt primis substantijs cōmunicari. Tunc epilogat, & dicit { ex his igitur rationibus perspicuū iam euasit ipsum unū quodq; quiditatemq; eius unum, & idem non per accidens esse } .i. unumquodq; idem esse, quod quiditatem ipsius non ex accidenti, sed per se. hoc est primum, & principale. deinde epilogat secūdum, quod obiter occurrebat, & dicit { & unū quodq; etiam scire idē esse, quod quiditatem scire } quoniam per quiditatem scitur res, cuius est, & definitiue, & demonstratiue. deinde repetit epilogando principalem conclusionē, & dicit { quare per expositionem } .i. inductionem, & rationem superius assignatam { necesse est, ut unū quid } & idē { sint ambo } .s. quiditas, & res, cuius est quiditas. alioquin nec rerum scientia, nec rerum essentia seruari poterit. Q ue Auer. Cōmen.21. Auerroes uero, cum dicit Aristoteles { quare per expositionē unū quid sint ambo, necesse est } per ambo intelligit Platonem & Aristotelem, quasi dicat { quare per expositionem } Aristotelem & Platonem cōuenire necesse est, & esse unū quid, & ad unam sententiam conuenire quantum ad hoc, q; scientia sit per quiditatem, & entitas. alio modo exponit q; necesse sit per rationes inductas dicere ambo quiditatem & unum quodq; esse unum quid, & idem: & hæc est uera expositio.

**Id autem, quod per accidens dicitur, ut musicum, aut album, & quiditatem idem esse uere dicere non licet ex eo, quia duplex significat. etenim id cui album accidit, & ipsum quod accidit. Quare partim idem, partim non idem est. esse enim homini, & albo homini non idem est, est tamē idem affectui.**

Postquam eorum, quæ per se dicuntur, unumquodq; idē esse docuit, quod eius quiditatem de ijs, quæ per accidens dicuntur, hoc uerū esse negat, & hoc proponit, & dicit { Id autem, quod per accidens dicitur, ut musicum & album } quæ pro concretis accepit secundum Alexandrum, non autē pro aggregatis per accidens, ut musicum pro Socrate musico, & album pro Callia albo { & quiditatem idem esse uere dicere nō licet } & assignans rationem subdit { ex eo, quia } musicum ipsum { duplex significat } & albū similiter duo { etenim } significat id { cui album accidit } .s. corpus uel scythā { & ipsum, quod accidit } .s. albedinem, quæ accidit scythę. Similiter musicum statim affectionem ipsam musicam dico significat, quæ in Socratis anima inest, deinde Socratē ipsum. Tunc Alexander supplet rationem, q; uidelicet non uere dicere liceat musicum idem esse, quod quiditatem musici. tunc enim sequeretur musicum hoc est affectionē idem esse, quod hominem, cui accidit. si ergo esse musici significat uniuersalem musicam, musicum autem significat hominem, cui accidit musica, quo nam modo musicum & musici esse .i. substātia & accidens idem esse possunt? Propterea concludit { quare partim idem } .i. quodam modo animal album, & animalis albi esse idem erit { partim non idē est } .i. alio modo non idem. subaudi per se { enim esse homini } .i. quiditas hominis { & albo homini } quod est geminum albi significatum { non idem est. est tamen idem affectui } quatenus enim patitur ab albo .i. dealbatur, est idem. Aliter introduci potest, q; cum declarasset in ijs, quæ per se dicuntur, idem esse quiditatem, & id, cuius est quiditas, nunc declaret secundam solutionem, uel secundam solutionis partem, ut q; in ijs, quæ dicuntur per accidens, non sint idem quiditas, & id cuius est quiditas, & primo proponit intentum, & simul cum intento tangit rationem eius: & dicit { Id autem, quod per accidens dicitur, ut musicum, & album } & per musicum musicum hominem, & per album album hominem accepit. pro aggregatis enim per accidens intellexit { & quiditatem idem esse uere dicere non licet } utrunq; enim eorum dicitur secundū accidens, licet alterum secundum musicum dicatur, ut musicus homo, alterum secundum album, ut albus homo, tale itaq;, quod dicitur secundum accidens non est idem suę quiditati { quia duplex significat } musicus enim homo, & albus homo duo significat. deinde explicat causam, quam succincte accepit, cum subdit, etenim significat { id cui accidit albū } uel musicum uidelicet subiectum { & ipsum, quod accidit } ergo album sumpsit pro aggregato per accidens .s. pro homine albo, & musicū pro homine musico. & quia unūquodq; horum duo significat, nullum eorum est idem suę quiditati. Animaduerte secundum hanc expositionē Aristotelem supponere q; si alicui eorum sit idem sua quiditas, maxime sua quiditas erit quiditas affectus, ut albi hominis quiditas albi, musici hominis quiditas musici. ut sit ratio si musicus homo sit idem suę quiditati, maxime erit idem quiditati musicæ. sed quiditas musicæ non potest esse idem toti aggregato. igitur nullum eorum habet quiditatem. supponendo itaq; si aggregato per accidens assignaretur quiditas, hanc esse quiditatem affectus, infert talem affectus quiditatem esse aliquo modo idem toti aggregato, aliquo modo non idem. idem, quoniam est idem affectui, qui est pars aggregati. non idem, quoniam nec homini idem est, nec toti aggregato. quiditas enim albi nec homini idem est, nec albo homini. Vnde dicit { quare } subaudi quiditas affectus, uerbi gratia albi { partim idem } est toti aggregato { partim non idem } est toti aggregato { esse enim homini } .i. nam quiditas albi { non est idem homini } qui est subiectum { & albo homini } .i. neq; albo homini, quod est aggregatum per accidens { est tamen idē affectui } .i. albo ipsi, quod est affectus hominis, & sic est aliquo modo idem toti aggregato, quatenus eius parti est idē. Quo uero ad rationē attinet, animaduerte Aristotelem ita potuisse dicere de quiditate hominis, sicuti de q̄ditate albi. supponens enim albi hominis esse quiditatem aliquam, uoluit illam esse quiditatem albi, quæ affectus est. potuit etiam supponere illā esse quiditatem hominis, qui subiectum est, sed quia non refert quantum ad uim rationis siue accipiat hanc, siue accipiat illam, ideo pro exemplo accepit quiditatē albi: quasi dicens, cum homo albus, atq; nullum aggregatum per accidens quiditatem propriam habeat, cum nullum tale sit per se ens, nec per se unum ex eo, quia duo significat, tamen supponamus, q; si aliquod horum habeat, sit illud quiditas affectus, ut albi, uel musici, quoniam idem sequetur, si supposuerimus quiditatem albi hominis esse quiditatem hominis, unde potest ratio sic deduci, si albus homo, aut musicus homo habet quiditatem, aut illa erit quiditas affectus .s. albi, aut quiditas hominis .s. subiecti. non enim potest esse quiditas totius aggregati hominis albi, cum illud quiditatem nequaquā habere possit, quoniam nec est ens per se, nec unum per se. Sed siue quiditas sit subiecti, siue sit quiditas affectus, non potest esse idem toti aggregato, sed alteri partium. ergo recte dictum iam est in ijs, quæ dicuntur per accidens, nō esse idem quiditatem & ipsum, cuius est quiditas. siquis autē uult, aliter exponere potest, ut dicamus Aristotelem primo demonstrare nihil, quod dicitur secundum accidens esse idem suę quiditati, quoniam nihil quod dicitur secundum accidens, quiditatem habet ex eo, quia duo significat, & si non habet, non potest esse idem suę quiditati. Quod autem non habeat, ex eo patet, quia cum plura significet, nec est uere ens, nec uere unum. deinde parte illa { quare partim idem, partim non idem est } ostendit nec quiditatem affectus, nec quiditatē subiecti posse esse idē ei, quod dicitur secundum accidens. exposuit autem solum,

quo



quo nam modo quiditas affectus nō sit idem toti, nam idem potuisset ostendere de quiditate subiecti, quod breuitatis causa reliquit, & hoc uia corollarij exposuit, ut consideranti perspicuum est. Q ue Auer. Cōmen.21. Auerroes autē corollarium aliter intellexit, uult enim Aristotelem nō esse locutum de quiditate affectus, sed de affectu ipso, quasi uelit Aristoteles, ut album sit idem subiecto, & nō idem. idem quidem, ut prædicatur de subiecto. non idem uero, quatenus natura affectus, & natura subiecti non est eadem. per quæ colligit affectus, quo substantiarum sunt affectus, secundum nomina posse de substantijs prædicari. per se autem & quiditatiue nequaq̄. Quæ expositio non conuenit uerbis Aristotelis. Aristoteles enim explicat id, de quo loquitur, dicens { esse enim } .s. albi non est idem homini, neque albo homini. igitur loquitur de quiditate albi, & nō de ipso albo. Quanuis Alexander ut uisum est corollarium huiusmodi de quiditate hominis intelligat, ut uisum est.

**Absurdum autē esse uidebitur, & si quispiam unicuiq; quiditati nomen imposuerit, erit enim & præter illam alia quiditas sane, ut præter quiditatem equi alia equi quiditas. atq; quid prohibet & nunc esse statim quiditates idem, quod ea, quorū sunt quiditates, si quiditas est substantia.**

Statim .i. continuo.

Hoc quoq; pertinet ad demōstrandum per reductionem ad impossibile idem esse unumquodq;, quod suam quiditatē, quæ demonstratio secundū Alexandrum rursus in ideis procedit, & ita secundum Alexandrum Aristoteles redit ad demonstrandum in ideos idem esse quiditatem, & id, cuius est quiditas: & hoc per reductionē ad impossibile ad hunc modum, si idea equi, & quiditas eius non sunt idem, sed diuersa, illi quiditati, quę ab idea diuersa est, imponatur nomen, & uocetur uestimentum, cum omne nomē significet aliquam quiditatem, uestimenti quoque quiditas erit ab ipso diuersa, quæ uestimenti quiditas rursus appelletur planta, & erit quiditas plantæ a quiditate uestimenti diuersa, quæ & ipsa, si nomen nacta fuerit aliam habebit diuersam a se quiditatem, & hoc in infinitum, unde dicit { Absurdum esse uidebitur } subaudi, ut in ideis quiditas sit diuersa ab eo, cuius est quiditas { & si quispiam unicuiq; quiditati } quæ diuersa est ab eo, cuius est { nomen imposuerit } est ergo absurdum si suppositum fuerit cuiq; quiditati datum esse nomen. nam cum omnis nominis substantiam significantis quiditas habeatur, præter nomen illud, & eius quiditatem { erit alia quiditas sane. ut præter quiditatem equi alia equi quiditas } at quiditas equi equi natura est. quare si quiditas equi sit alia quiditas, erunt equi duæ naturæ, duæq; substantiæ, nec duę tantum, sed infinitæ, ad hunc modum enim deducitur secundum Alexandrū. uel dicendum Aristotelem nunc redire ad ostendendum in substantijs idem esse quiditatem, & id, cuius est quiditas, nō perstringendo rationem ad ideas, ut Alexander autumat, causa uero cur redeat ad hoc ostendendum, cum sit ostensum, est secundum aliquos, quia superius hoc ostēdit suppositis ideis Platonis. nunc redit ad hoc ostendendum siue supponantur ideæ, siue non supponantur. aut melius fortasse dici potest prius hoc ostendisse, ut destrueret ideis Platonis, nunc uero hoc idem demonstrat pro ueritate ipsa. est ergo conclusio in substantijs, quę sunt primo, & principaliter entia, quiditas, & id, cuius est quiditas eadem sunt. & hoc ostendit prima ratione ducente ad absurdum ad hunc modum, si in substantijs quiditas diuersa ab eo, cuius est, dicatur illa diuersa quiditas A, & cum A sit res quædam, A habet quiditatem diuersam a se, quæ sit B, & sic uel oportet peruenire ad aliquam quiditatem, quæ habet quiditatem sibi eandem, & tunc pari ratione standum erat in prima re, uel erit processus in infinitum, quod est impossibile: Vnde dicit { Absurdum autem esse uidebitur } subaudi in substantijs quiditatem esse diuersam a re, cuius est quiditas, est { & } absurdum dico { si quispiam unicuiq; quiditati nomē imposuerit. erit enim & præter illā } subaudi quiditatem, cui nomē A est impositum { aliam quiditas sane, ut præter quiditatem equi } cui A nomen est impositum { alia equi quiditas } & sic uel proficiscemur in infinitum, uel perueniemus ad aliquam rem, cuius sua quiditas est ipsa. & qua ratione in illa, eadem ratio erit in omnibus rebus. Sed huic occurrendo diceret aliquis, non est necesse, ut in infinitum procedatur, peruenietur enim ad aliquam quiditatem, cuius quiditas non erit ipsi diuersa, sed idem, & sic nō erit necesse, ut alia quiditas habeatur. nā si ex eo quia res unaquæq; diuersa est a sua quiditate, fit ut illius quiditas sit altera quiditas, si fuerit peruentum ad aliquam, quæ sit eadem atq; sua quiditas, nō erit iterum illius quiditas alia. Quod si ita est, ꝓcessus nō erit in infinitū. q̄a igitur hęc aliquis dicere posset, subiecit { atq; & nunc quid prohibet statim } .s. a principio in primis rebus & primis q̄ditatibus { esse q̄ditates idē, quod ea, quorum sunt q̄ditates } .i. q̄d obstat, ut statim unaquæq; res idem sit, quod sua quiditas { si quiditas est substantia } eius, cuius est quiditas. qua enim ratione substantia una post multa est eadem ei, cuius est substātia, pari ratione in primis rebus substantia est eadem ei, cuius est substantia. & cū quiditas sit substantia, fiet, ut quiditas, & res, cuius est quiditas in unaquaq; re sint idem. Q ue Auer. Cōmen.21. Auerroes autem aliter exponit uniuersam hanc lectionem, putat enim Aristotelem uelle ostendere, nō omne habens nomen definitionem habere secundum illud nomen, quoniam si omne habens nomen, habet definitionem secundum illud nomen, fieret, ut quiditas rei, quæ est rei forma, cum habeat nomē saltem ex noua impositione, habeat definitionem secundum illud nomen: & si ita esset, contingeret quiditatem equi esse diuersam secundum definitionem ab ipso equo, cum quiditas, & habens quiditatem discrepent. at hoc non est ita, quia nihil prohibet in substantijs esse aliquid, quod non habet definitionem. quiditas enim substantiæ definitionem habere nequit. Verum hæc expositio Auerrois nullo modo consonat uerbis Aristotelis: ut patet consideranti uerba.

**At uero non solum sunt unum, sed etiam ratio ipsorum eadem est, ut ex ijs, quæ dicta sunt, patet. non enim esse unius ac unum per accidens unum sunt.**

Cum per rationem conclusisset quiditatem, & id cuius est quiditas, subiecto eadem esse, amplificat conclusionem non solum ad eadem subiecto, sed uel ad eadem ratione, & dicit { At uero non solum } subaudi unaquæq; res, & sua quiditas { sunt unum } .i. idē subiecto sunt { sed etiam ratio ipsorum eadem est } .i. sed etiam ratione eadem sunt { ut ex ijs, quæ dicta sunt, patet } neq; enim alia est hominis ratio, alia quiditatis eius, sed eadem. similiter unius, & quiditatis unius eadem ratio est. deinde hoc ostendit in exemplo unius & quiditatis unius utens argumēto ab opposito ad hunc modum, ratio unius, & ratio quiditatis unius sunt idem, & non per accidens tantum .i. & non subiecto tantum. igitur per se .i. igitur subiecto, & ratione, de ratione tangit secundam partem minoris, & dicit { non enim esse } .i. ratio { unius, & unum } .i. & ratio quiditatis unius { per accidens } .i. subiecto tantum { unum sunt } & idem. ergo sunt idem per se .s. subiecto, & ratione. Sed occurres, quoniam quiditas, & res, cuius est quiditas, sunt diuersæ res, siquidem quiditas est forma, res, cuius est quiditas, est compositum ex materia & forma. at rerum diuersarum rationes non possunt esse eædem. diluitur, quoniam res diuersæ possunt esse ratione eædem apud Peripateticos, & subiecto. ut homo & Socrates quoniam homo forma est. Socrates uero cōpositum ex materia, & forma: quæ sunt diuersæ res, quæ tamen subiecto, & ratione sunt eadem. subiecto quidem, quoniam uel ambo prædicantur de eodē, uel alterum de altero. ratione uero, quoniam Socratis & hominis eadem est ratio. quare ratio quiditatis, & ratio eius,

quod quiditatem habet, eadem est, licet quiditas & res, cuius est quiditas, res sint diuersæ.

Præterea si aliud erit, in infinitum erit profectio. nam altera quiditas erit esse uni. alterum autem ipsum unum. quare & in illis ratio eadem erit. patet igitur in ijs, quæ prima, & per se dicuntur, ipsum cuiusque esse, ac unumquodq; unum & idem esse.

Vult Alexander Aristotelem illud ipsum incõmodum repetere, apertiusq; resumere, atq; exponere, quod supra innuerat ad ostendendum non esse aliud quiditatem a re, cuius est gditas, & dicit { Præterea si } subaudi gditas { aliud erit } subaudi a re, cuius est { in infinitum erit profectio } deducitur, nam si quiditatis unius nomen fuerit impositum, alia erit quiditas nominis impositi, & sic quiditatis erit quiditas. quod si fiat, in infinitum procedatur necesse est. nam unius quiditatis erit rursus alia quiditas, & iterum horum ratio erit eadem. accepit autem exemplum in uno, & quiditate unius, ut intelligatur idem esse in cæteris alijs. nã qua ratione quiditas unius nõ est alia ab ipso uno, sic in cæteris omnibus est dicendum. Quod autem quiditas unius non sit aliud ab uno, ostendit, & dicit { nam altera quiditas erit esse uni, alterum ipsum unũ } sit ergo quiditati unius nomen impositum, tunc illius nominis erit quiditas, alia, cui iterum sit nomen impositum { quare & in illis } semper { ratio eadem erit } per nouã nominis impositionem, & ita profectio ad infinitum erit. Sunt qui legunt uerba comparatiue ad hunc modum { nam alterũ ueluti ipsum esse unius quiditas eius erit, alterum autẽ, ut ipsum unum } & tunc ratio sic intelligitur, si in ijs, quæ prima, & p se dicuntur, quiditas est alia a re, cuius est quiditas, in infinitũ erit profectio. cõsequentia deducitur. nam si quiditas est alia a re, cuius est, tunc quiditas, & id, cuius est, erunt duæ res, quarum altera erit exempli gratia, ut quiditas unius, altera uero, ut ipsum unum, & tunc quæro de secunda re uidelicet, quæ est quiditas unius, quæ cum sit res, ad huc habebit quiditatẽ, & ita rursus erunt duæ res, & sic profectio in quiditatibus unius erit in infinitum. Quod si in quiditatibus unius, & unis erit profectio in infinitum, simili ratione in cæteris rebus, quarum sunt quiditates erit profectio infinita, si quiditas sit alia a re, cuius est: dicit { nam alterũ } uidelicet quiditas cuiuscq; rei { ueluti ipsum esse unius quiditas eius erit, alterũ autem } ideſt quæuis res erit { ut ipsum unum } sed si in his quiditas sit alia ab uno, erit processus in infinitum in rebus & quiditatibus { quare & in illis } .i. quare & in cæteris rebus { ratio eadem erit } ut sit profectio .ſ. infinita in rebus, & quiditatibus, si quiditas sit alia a re in cæteris. nam prima quiditas, cũ sit res quædam, habebit suam quiditatem, quæ secunda quiditas, cum sit res, habebit tertiam quiditatem: quæ tertia cũ sit res, habebit suam quiditatem, & sic ibitur in infinitum in rebus & quiditatibus, quemadmodũ in quiditatibus unius, & unis dictum est. quod cum sit absurdum, totum sermonẽ concludit, & dicit { patet igitur in his, quæ prima, & per se dicuntur, ipsum cuiusq; esse } .i. quiditas { ac unumquodque unum & idem esse } Auerroes uero refert sermonem ad definitiones, & resumens intentionem Aristotelis ait Aristotelem intendere, q̃ si tam forma q̃m materia haberet definitionem, in definitionibus, & definitis procederetur in infinitum. Et Auerroes per formam potuit intelligere differentiam, & per materiam genus. quoniam secundum eum definitio non ex materia, & forma, sed ex genere & differentia constat. aut fortasse hæc accepit, ut exempla partium definitionis, quorũ non ueritatem, sed manifestationem quæsiuit.

Quę Auer. Cõmen. 21.

Sophisticæ uero redargutiones aduersus istã positionem, eadem, ut patet, solutione soluuntur, & si idem est Socrates & Socratis esse. Ea. n. ex quibus quispiam interrogauerit, & ea ex quibus soluens rem ipsam attigerit, differunt nihil. quo pacto igitur quiditas, & unũquodq; est idẽ, & quo pacto nõ est idem, dictum iam est.

Postquam ostendit in ijs, quæ per se dicuntur, idẽ esse unũ quodq;, & eius quiditatem, in ijs uero quæ per accidens, partim sic, partim uero secus, & hoc quale sit explicauit, nũc docet soluere sophisticam captionem Antisthenis, qui sophistice non esse idem quiditatem, & id cuius est quiditas, syllogizabat ad hunc modum secundum Alexandrum sophistice quærendo, utrum Socrates idem est, quod Socratis esse, an diuersus ab ipso. si diuersus, cum Socratis esse sit Socratis quiditas, eiusq; natura, Socrates a se ipso diuersus erit. sin autem idem est, Socrates uero est etiam albus, nimirum in tertia figura Socratis esse idem erit, quod Socratis albi esse, & substãtia idem, quod accidens, quod uidetur absurdum, dicit { sophisticæ uero redargutiones } .i. captiones { aduersus istam positionem } siue Antisthenis fuerint, siue Protagoræ, siue alterius { eadem, ut patet, solutione soluuntur } ut soluitur { & } illa interrogatio { si idem est Socrates, & Socratis esse } an diuersus: quæ fuit quæsitũ principale. hæc enim principalis interrogatio diluitur asserendo proprie, ac per se non esse eadem Socratem, & Socratis esse. sed per accidens eadẽ esse. Quod autem captiones diluantur eadem solutione, qua soluitur interrogatio illa, ostendit, & dicit { Ea. n. ex quibus quispiam interrogauerit, & ea ex quibus soluens rem ipsam attigerit, differunt nihil } nam interrogant de accidentibus, ergo occasionem prębent solutionibus, ut sint de accidentibus. quare concedamus ut Socrates sit suum esse proprie, ac per se, uerum quo Socrates est suum esse proprie, ac per se, accidit Socrati, ut sit albus. quo fit, ut captio peccet per locũ accidentis. Auerroes autem uult cauillum esse talem, homo est unus: homo est animal, & rationale. igitur animal, & rationale sunt unum animal & rationale est unum, animal & rationale sunt duo: igitur duo sunt unum. solutio est per ea, quæ dicuntur ad interrogationem principalem, q̃ homo & sua definitio sint unum in actu, & plura potentia. ante enim q̃ homo resoluatur, est unum actu, postq̃ ad genus & differentiam dissoluitur, est plura actu. Aliter cauillus est apud Auerroem ad hunc modum, homo habet quiditatem. quiditas hominis est homo. igitur quiditas hominis habet quiditatem. Respondetur ad minorem per distinctionem uidelicet q̃ quiditas hominis sit homo, capiendo hominem pro forma hominis, quæ significatur per illud nomẽ concretum homo, capiendo uero hominem pro composito, sic quiditas hominis nõ est homo. Vnde quemadmodum conceditur albedo est album capiendo album pro qualitate, & negatur illa albedo est album, accipiendo album pro aggregato ex corpore & albo, sic hæc conceditur quiditas hominis est homo, accipiendo hominem pro forma hominis, & negabitur, capiendo hominem pro aggregato ex forma, & materia. ex his colligitur de mente Auerrois solam formam rei. compositæ esse quiditatem. compositum uero ex materia, & forma, esse habens quiditatem, ut postea dicetur hoc eodem Libro, & dicet idem duodecimo huius. Et pro hac positione argumẽtor: quiditas est essendi principium, est enim id, quo formaliter res est, ut proximo Textu, & Cõmento patuit. Sed materia non est essendi principium, nisi per accidens. igitur materia nec est quiditas, nec pars quiditatis. colligitur hæc ratio infra. Secũdo forma sola est principium intelligendi, & sciendi id, cuius est. & materia est principium imaginandi, & sentiendi rem. ergo sola forma est quiditas. colligitur hæc ratio primo huius. Tertio quiditas est principium, quo res concipitur uniuersaliter. & materia est principium, quo res concipitur singulariter. ergo sola forma est quiditas. colligitur hæc ratio primo huius, & duodecimo huius. De his rationibus locuti sumus Libro destructio destructionum disputatione quinta.

Quę Auer. Cõmen. 11.

Cõmen. 14. Cõmen. 3. & 34. 144.

Cõmen. 17.

Cõmen. 18.

Cõmen. 13. Cõmen. 14.

Demum



Demum Aristoteles, epilogat, & dicit { quo pacto igitur quiditas, & unumquodq; est idem, & quo pacto non est idem, dictum iam est. }

TEX. 22.

Eorum, quæ fiunt, alia natura, alia arte, alia casu fiunt.

Cum resutasset ideas ex eo, quia non sunt necessariæ ad rerum scientias, nec existentias nunc intendit eas refellere propterea quia nõ sunt necessarię ad rerum generationes, ut Plato putabat. quoniam ad rerum generationes satis sunt agentia particularia. Et hoc pacto Auerroes introducit. asserit. n. Aristotelem in præsenti textu uelle declarare Platonis ideas ad rerum generationes nihil prodesse. nam cum ostendisset eas inutiles esse tum ad rerum scientias, tum ad rerum existẽtias etiam si fuerint. Vult hic demonstrare eas inutiles esse ad rerum generationes. quoniam pro rerum generatione sufficiunt agentia particularia. Alexander autem Aristotelis propositum hoc in loco esse asserit, ut doceat formam non generari. forma enim & quiditas globi .i. globus ipse uniuersalis, qui de particularibus globis prędicatur, nõ gignitur. sed nec̃ forma huius globi per generationem ad esse procedit. sed dum æs certo quodam modo ab artifice mouetur, in ipso citra tempus .i. in instanti ingeneratur. similis est formæ domus ratio. nam cum ultima tegula imposita est, tunc dicimus domum esse. si quid enim eorum, quæ ad domum construendã faciunt, qualecunq; illud sit, desideratur, nõdum est domus. tegula autem postrema absq; tempore, & in instanti ponitur in domo. itaq; ne formę quidem particulares generantur, propterea q̃ licet cum materia distendantur, partium tamen ex partes sunt. Quod autem partibus uacat, id generari non potest. cum sit omne, quod generatur, partium compos. diuiditur enim in partem prius generatam, & in partem posterius generandam. nam quod de domo diximus, quæ ultima tegula imposita fit, idem licet in æneo globo notare, hunc enim ultimus ictus, qui æri ab artifice incutitur, in formã redigit. ipse uero punctо temporis efficitur. quippe cum globus absque tempore æs ipsum attingat. cum. ſ. ipsum informat. itaq; nec̃ forma globosa, seu forma uniuersalis globi, hoc est globus ipse uniuersalis, cum nullus sit, genitus est. nec̃ forma huius globi per generationẽ, & tempus in ipso gignitur, uel omnino generatur. sed cum sit, in ipso ponitur ab artifice. nam cũ globi forma sit in artificis anima, in ære ab artifice ipso imponitur. sed cur formas nõ generari demõstrat, Alexander causam dicit ex eo, quia hinc planum fiet, utrum formæ naturales ipsę per se absque materia cõsistere ualeant, ut Platoni uisum est, an non. sed ante demonstrandum formam non generari per diuisionem ostendit quicquid generatur ex subiecto aliquo generari, ut hinc colligat, formam, si gignatur, ex subiecto esse generandã. Quare hæc Alexandri introductio in idem uenit cum illa Auerrois. quoniam si propositum Aristotelis est ostendere formam non generari, hoc ideo est, ut ostendat ideas inutiles esse ad generationem, & sic in idẽ uenit, quia igitur propositum est ostendere formam non generari, ideo ex diuisione primo demonstrat, quicquid gignitur, ex aliquo generari. præmittit ergo primo diuisiones, quarum prima est, ut Auerroes inquit, q̃ id, quod generatur, generetur omne ab aliquo trium, aut a natura, aut ab arte, aut a casu, & dicit { Eorum, quæ fiunt, alia natura fiunt } ut animalia, stirpes, & similia { alia arte } ut domus, ut statua, ac omnino artificiosa { alia casu } ut ualetudo, si quis forte cum sitibundus aquam bibisset, non, ut conualesceret, sed ut sitim expleret, ualetudinem recepit, & per uerbũ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου intelligit tam ea, quæ fiunt a fortuna, q̃m ea, quæ proficiscuntur a casu. Expositor hanc diuisionem hoc pacto reducit ad normam, q̃ omnis generationis causa, aut per se, aut per accidens sit. si p se, aut principium motus est in eo, in quo est motus, & sic est natura, aut extra id, in quo motus est, & sic est ars. non enim ars est in domo, quæ fit, sed in ædificatore, qui ædificat. sin autem est causa per accidens, sic est casus, & fortuna, & sic habetur numerus. Sed huic occurrunt iuniores, quoniam hæc sufficientia aut assignatur per effectiuam, aut per materialem causam. si per effectiuam, non ergo bene dicit uno modo aliquid fieri a natura, quia fit a causa, quę est in re, quoniam causa, quæ est in re, est materialis, & non effectiua. sin autem per causam materialem, tunc non bene dicit, q̃ causa, quæ est extra rem, sit ars. quoniam ars pertinet ad genus causæ effectiuæ. propterea ipsi sic diuisionem ad normã reducunt, q̃ sit assignanda penes causam effectiuam. nã esse extrix generationis causa, aut est per se, aut per accidens. si per accidens, sic est casus uel fortuna. si per se, aut agit de necessitate, aut a proposito. si de necessitate, sic est natura. si a proposito, sic est ars. sed hæc norma ambigua uidetur, primo quia tunc hæc norma non esset de ijs, quæ fiunt, sed de causis, quę agunt. at diuisio Aristotelis est de ijs, quæ fiunt, & nõ de causis effectiuis. Deinde, quia fortuna reducitur ad agens, quod agit a proposito. agens enim a proposito, cum agit propter finem propositum, qui non euenit, fortuna dicitur, ut secundo physicæ auscultationis dicitur. casus autẽ reducitur ad agens ex necessitate naturæ, quando non euenit finis, qui intendebatur, ut ibidem patet. ergo norma hæc non erit per membra omnino abiuncta. melius ergo hoc pacto assignari potest, ut omne, quod fit, fiat aut ab agente naturæ, aut ab agente per propositum: ut per uoluntatem, & intellectum. si quod fit, processerit ab agẽte naturæ, aut pro intentione eius, & sic est id, quod fit a natura, aut præter eius intentionem, & sic est id, quod fit casu. at si quod fit, processerit ab agente per uoluntatem & propositum, aut processerit secundum intentionem eius, & sic est id, quod fit arte, aut præter intentionem eius, & sic est id, quod fit fortuna. & per hæc dici potest pro defensione Expositoris, q̃ ipse reduxerit diuisionem ad normã penes numerum causarum effectricium, & cum dicitur falsum esse id, quod dicit, quoniam effectrix causa nõ est in eo, in quo est motus. Dicatur naturale agens id esse, quod agit per impetũ, qui est in agente, & talem naturalem impetũ motũ appellat. at in eodem est talis motus & agentis naturalis uirtus. Quod autem impetus ad agendum sit motus, Auerroes primo physicæ auscultationis expressit, ait enim & intelligit hic p appetitum illud, quod habet materia de motu ad formam. ergo si appetitus materiæ ad formam dicitur motus materiæ ad formam, a pari appetitus, siue impetus agentis naturalis ad agẽdum, dicitur motus agentis naturalis. norma ergo diuisionis sic intelligenda est, ut causa generationis effectrix, sit aut per se, aut per accidens. si per se, aut principium motus est in eodem, in quo est & motus .i. impetus, & sic id, quod fit a tali principio, dicitur fieri a natura. aut principium motus .i. inclinationis non est in eodem, in quo est inclinatio, & sic est ars. nam ars est in anima artificis, in qua nõ est inclinatio, seu impetus, ut fiat domus, aut id genus. sed talis inclinatio est in rebus, ex quibus conficitur opus. non. n. ex quibuscunq; opus efficit, sed ex ijs, in quibus est saltem aptitudo, ut in eis opus fiat. hæc pro defensione.

Que Auer. Cõmen. 22.

Cõmen. 59.

Cõmen. 60.

Cõmen. 61.

Atq; uniuersa, quæ fiunt, ab aliquo, & ex aliquo, atq; aliquid fiunt. aliquid autẽ dico, in uno quoq; prædicamento. nam aut hoc, aut quantũ, aut quale, aut ubi.

Cum assignasset primam diuisionem eorum, quę fiunt penes modos, quibus res fiunt, nunc assignat secundam penes ea, quę concurrunt ad generationem. & sunt tria uidelicet id, quod fit siue sit compositum ex materia & forma, siue sit forma ipsa. nam quicquid sit, est terminus generationis. Secundum est agens, a quo fit, quicquid sit illud siue naturale, siue a proposito, siue per se, siue per accidens. Tertium est materia, ex qua fit. ut semen humanum, ex quo fit homo, & semen oliuæ, ex quo fit olea: & dicit { Atq; uniuersa } uidelicet & quæ natura, & quæ arte, & quæ casu efficiunt { ab aliquo }

ſcilicet efficiẽte ⸗ & ex aliquo ⸗ .ſ.ſubiecto, ac materia ⸗ atq; aliquid ⸗ .i.aliqua forma ⸗ fiunt ⸗ quæ forma terminus generationis eſt. tacuit autem priuationem, quoniam non generationis, ſed corruptionis terminus eſt, reducitur etiam ad materiam, uel ad formã. tacuit etiam finem, quoniam finis in generatione eſt id, quod fit. i. forma. deinde exponit quid ipſe in telligat per aliquid, cũ dixit ⸗ atq; aliquid ⸗ & dicit ⸗ aliquid autem dico ⸗ ſubaudi uniuerſalius q̃ ſuperius diximus. nam ſuperius per aliquid ſolam ſubſtantiam intellexit, hic autem dico ⸗ in unoquoq; predicamento, nam aut hoc ⸗ .ſ. ſubſtantiam ⸗ aut quantum, aut quale, aut ubi ⸗ & expoſuit qd ipſe intelligat per aliquid, quoniam ſuperius aliquid accepit preſſius, uidelicet pro ſubſtantia tantum, ne igitur quis credat eodem modo hic eſſe intelligendum, addit per aliquid eſſe intelligendum ſuſius omne prædicamentale. & cauſa eſt, ut Auer roes inquit, quoniam omne, quod fit, eſt aliquid decem prædicamentorum, quanq̃ nõ eadem ratione. nam quod in ſubſtantia generatur, ſimpliciter generatur. in cæteris autem prædicamentis generatur ſecundum quid, ut quantum, aut quale, aut aliquid horum quaſi forma. cauſa autẽ, quare hæc tria cõcurrunt, ab Expoſitore recte aſſignatur, quoniam in omni generatione aliquid tranſit de potentia in actum. & cũ nihil tranſire poſſit de potentia in actum, niſi ab agente, ideo tria ſunt, agens, a quo tranſit, potentia, ex qua tranſit, quæ materia eſt, ex qua unum quodq; fit, & id, quod tranſit, qui & terminus eſt, & forma, quæ fit.

Q ue Auer. Cõmen. 22.

**Generationes autem, quæ quidem naturales ipſæ ſunt, illorum uidelicet generatorum ſunt, quorum generatio a natura eſt.**

Cum explicaſſet tria eſſe, quæ in generatione neceſſaria ſunt agens uidelicet, materiam, & terminum, qui fit: nunc illud per exempla uult exponere, quaſi in omni generatione in ducendo, & primo in generatione naturali, & quia ex ignoratione terminorum facile in errores dilabimur, ideo primo exponit quid ipſe uelit per naturales generationes, & ait per naturales generationes ſe intelligere eorum generatorum, quæ generantur ab agente naturali, ut eſt ignis generatio ex igne, & aquæ ex aqua, uel ab aliquo alio naturali agente. & dicit ⸗ Generationes autem, quæ quidem naturales ipſę ſunt, illorum uidelicet generatorũ ſunt, quorum generatio a natura ⸗ ideſt ab agente naturali ⸗ eſt ⸗ ut animal um, & ſtirpium, & mixtorum, & elementorum. hæc enim nec ab arte, nec a caſu, neq; ab intellectu fiunt, ſed a propriis naturalibus agentibus. In græcis Alexandri codicibus dictio ſic legitur ⸗ naturales autem generationes ſunt, quarum generatio ex natura eſt ⸗ ideo mouet Alexander dubitationem, cum ipſe in phyſica docuerit generationis non eſſe generationem, neq; mutationis mutationẽ, quo nam modo nunc ait generationes naturales eſſe, quarũ generatio ſit ex natura, ut fateri uideatur generationis haberi generationem. reſpondet, uerbum ⸗ quarũ generatio ex natura eſt ⸗ non eſſe referendum ad generationes, ſed ad ipſarum fines, exempli gratia ad animalia, & ſtirpes. Quod ſi uerum ſit, non quarum interpretandum eſſe putat, ſed quorum, ut ſit ſenſus, generationes autem naturales ſunt ſubaudi ſtirpium & animalium, quorũ ſtirpium, & animalium generatio non ab arte, ſed a natura proficiſcitur. uel aliter ⸗ quarum generatio ex natura eſt ⸗ .i. quarum generationum ſubſtantia, & eſſe non ab arte, neq; caſu, ſed a natura proficiſcitur. nam potentia, atq; natura in ſemen cõiecta cauſa efficiens generationis eſt, hæc Alexander, quæ non ſunt neceſſaria, ſi dictio legitur in græcis codicibus, ut nos tranſtulimus. Auerroes autem non generationes, ſed quæ ſint naturalia generabilia uult Ariſtotelem expoſuiſſe. ait enim generabilium quædam eſſe naturalia, & ſunt ea, quæ ſunt a natura. Quæ expoſitio uerbis non conſonat, cum Ariſtoteles naturales generationes exponat, & non generabilia naturalia. Verũ occurrit dubitatio, quia non uidetur, ut generatio dicatur naturalis, quod ſit ab agente naturali. Dicit enim Auerroes ſecundo phyſicæ auſcultationis rerum naturalium tranſmutationẽ denominari a termino ad quem. Artificialium uero ab agente a quo. & quinto phyſicę auſcultationis huius differentiæ cauſam affert ex eo, quia naturalis motus nihil aliud eſt, q̃ acquiſitio partis poſt partem eius, ad quod res mota mouetur, donec id perfecte acquiritur: quod idem tertio Libro eiuſdem repetit. diluitur autem ambiguitas, quoniam generationes dicuntur naturales utroq; modo, & quoniam ſunt uiæ in naturales formas, & quoniam ſunt ab agẽte naturali. ſemper enim naturale agens agit, ut ſibi paſſum aſſimilet, quo fit, ut ab utroq; generatio naturalis dicatur. Artificialis autem non dicitur, niſi ab agente, & p̃ raro a fine, ut ſanatio, & hoc, cum nõ tantum artifex effectrix cauſa eſt, ſed ſimul cum artifice natura etiam.

Comen. 42 & 54.

Q ue Auer. Cõmen. 22.

**Id uero ex quo fiunt, eſt quam materiam eſſe dicimus, & id, a quo fiunt, aliquid eſt eorũ, quæ natura conſtant. ipſum autẽ aliquid, homo, aut ſtirps, aut aliud quippiam talium eſt, quæ quidẽ maxime ſubſtantias eſſe dicimus.**

Cum expoſuiſſet naturales generationes, nunc per exempla oſtendit in omni naturali generatione eſſe illa tria uidelicet agẽs, a quo, materiam ex qua, & id, quod fit, & dicit ⸗ Id uero, ex quo ⸗ ſubaudi res generabiles ⸗ fiunt, eſt ⸗ ſubaudi res quædam ⸗ quam materiam eſſe dicimus ⸗ uerbi gratia hominũ materia proxima ſunt mẽſes mulierbres, ex quibus tanq̃ ex proxima materia per generationem homines fiunt ⸗ & id, a quo fiunt ⸗ .ſ. res, quæ per generationem oriuntur ⸗ aliquid eſt ⸗ .i. efficiens eſt, quod eſt aliquid ⸗ eorum, quæ natura conſtant ⸗ ut homo, uel equus. hi enim ſunt efficientes cauſæ propterea q̃ ſemen ex ipſis ſecernitur, & cum dixit ⸗ aliquid eorum, quæ natura conſtant ⸗ adiectum eſt, quoniam in phyſica tam formam q̃ materiam naturam eſſe diximus, quod autem ex utraq; concretum eſt, non eſſe naturã, ſed natura conſtare, & ſic quod Socratem genuit, non eſt natura, ſed eorum eſt, quæ natura conſtant ⸗ ipſum autem aliquid ⸗ quod ſubaudi ut terminus ſit ⸗ eſt homo, aut planta, aut aliud quippiam talium eſt ⸗ & hæc ſunt cõpoſita ex materia & forma ⸗ quæ quidem maxime ſubſtantias eſſe diximus ⸗ nam, ut teſtatur in prædicamentis & in phyſica, & in hoc ipſo opere, ſolæ primæ ſubſtantiæ generantur. & hę ſolę ſunt maximæ, & primæ ſubſtantiæ. ſtirps enim & homo & cęteræ ſecundæ ſubſtantiæ non generantur, niſi ad generationem primarum ſubſtantiarum. Auerroes autẽ diminute exponit, quoniam duo tantum requiri ad rerum naturalem generationẽ affirmat materiam uidelicet, & agens: addens ſermonem Ariſtotelis ſolum uerum eſſe in generatione ſubſtãtiarum. quia cæteris in prædicamentis nihil proprie generatur. ſed magis dicitur ſubiectum pati ſecundum illa. & hæc ſunt duo errata, nam Ariſtoteles exemplificat in tribus requiſitis, & non in duobus, ut patet legenti uerba. Præterea Ariſtoteles intelligit in omni generatione naturali tam ſubſtantiæ, q̃ cæterorum, quia de omnibus propoſuit. licet exemplũ non ſit, niſi in ſubſtantijs, dans intelligere in cæteris eſſe eodẽ modo accipiendum. cũ enim propoſuiſſet ſuperius loqui de generatione, ut eſt in quolibet prędicamento, conſentaneum rationi eſt, ut de omni generatione naturali hic loquatur.

Q ue Auer. Cõmen. 22.

**Vniuerſa inſuper, quæ aut arte, aut natura fiunt, materiam habent. eſſe enim & nõ eſſe unũquodq; ipſorum poteſt: quod quidem a materia proficiſcitur, quæ in ſingulis eſt.**

Cũ accepiſſet per exempla in omni naturali generatione reperiri agens, a quo, materiam, ex qua, & formam, quæ fit: nunc per rationẽ oſtendit in omni generatione tam naturali q̃ artificioſa reperiri materiam, & primo proponit concluſionem, & dicit ⸗ Vniuerſa inſuper, q̃ aut arte, aut natura fiunt,





materiam habent ⸗ hæc eſt concluſio. deinde cauſam huius ſubijciens ſyllogizat, quod eſſe & non eſſe poteſt, habet materiam, unumquodque eorum, quæ natura aut arte fiunt, eſſe & non eſſe poteſt: ergo unumquodque eorum, quæ aut natura, aut arte fit, materiam habet. De ſyllogiſmo primo accepit minorem, & dicit ⸗ eſſe enim & non eſſe unumquodque ipſorum ⸗ quæ ſcilicet aut natura, aut arte fiunt ⸗ poteſt ⸗ hæc fuit minor. deinde tangit maiorem, & dicit ⸗ quod quidem a materia proficiſcitur ⸗ quaſi dicat, omne quod eſſe & non eſſe poteſt, habetur materiam, quæ fiunt maior, concluſio vero propoſita eſt. Hanc maiorem Alexander oſtendit ex eo, quia materia verſatilis eſt, & alterabilis, quæ modo hanc, modo formam illam recipit, quia non ſemper unam, eandemque retinere poteſt, & procliuis eſt ad formas recipiendas. Q ua ratione ſit, ut materia cauſa ſit unicuiq; eorum, quæ natura, uel arte fiunt, ut ſit, & non ſit. ex quo intelligere uult Ariſtoteles, quæ ex natura, uel ab arte efficiuntur, hæc ex aliqua materia, ſubiectoq; fieri.

**Vniuerſaliter autem & id ex quo, natura eſt, & id quo natura eſt. Id enim quod fit, naturam habet, ut ſtirps, aut animal. & id a quo natura dicitur, quæ eſt per formam, quę eiuſdem ſpeciei eſt. hæc autem eſt in alio. homo enim hominem generat. hoc igitur modo fiunt ea, quæ per naturam fiunt, ac oriuntur.**

Cum expoſuiſſet materiam eſſe cauſam, cur & naturæ, & artis opus unumquodque eſſe & non eſſe valeat, nunc ut mihi videtur, oſtendit, quonam modo natura dicatur de illis quatuor, quorum ſuperius meminit, videlicet de materia, de forma, de eo, quod fit ex materia, & forma, & de efficiente cauſa. hæc enim quatuor ſunt, quæ natura dicuntur, ſed non eodem modo, ideo demonſtrat, quomodo de his quatuor dicatur natura, & vult primo de materia & forma dici naturam, quia tam materia, quãm forma eſt ipſa natura proprie, ac per ſe: & dicit ⸗ Vniuerſaliter autem & id, ex quo ⸗ ſubaudi res fiunt ⸗ natura eſt ⸗ nam vt ſæpe diximus, naturam vocat materiam, quæ per formam efficitur ⸗ et id, quo ⸗ ſubaudi res fiunt ⸗ natura eſt ⸗ nam & formam, per quam ipſa materia fit, ſuperius etiam naturam vocauit. etiam quod ſuperius dixit aliquid, quod fit, hic per quod res fit vocat, tamen idem eſt. ergo ſecundo modo natura dicitur de forma. deinde oſtendit, quo modo natura dicitur de eo, quod fit ex materia, & forma & vult naturam dici de eo, quod fit, non proprie, & per ſe in recto, ſed in obliquo, quoniam id, quod fit, non eſt natura, ſed naturam habens, & dicit ⸗ id enim quod fit ⸗ non proprie, & per ſe in recto natura eſt ⸗ ſed naturam habet, vt ſtirps, aut animal ⸗ nullum enim horum natura. eſt in recto proprie, ac per ſe, ſed naturam habens. Alexander propter verbum ⸗ enim ⸗ quod cauſam reddit, putat pro cauſa ſuggeſtum eſſe cur forma natura ſit. quaſi dicat recte forma dicta eſt natura proprie, & per ſe in recto, quoniam id quod generatur, per naturam generatur: & naturam dicitur habere: quo in loco vult, vt naturam appellet viam, qua itur a materia in formam, quòd ſi hæc via natura nuncupatur, forma etiam, quo ducit huiuſmodi via, dubio procul natura eſt. recte ergo forma dicta eſt natura. hæc eſt expoſitio Alexandri. Quarto oſtendit, quo modo natura dicatur de efficiente cauſa, & vult, vt dicatur natura non proprie, & per ſe in recto, ſed quatenus eſt principium naturæ, quæ generatur ab ipſo: & dicit ⸗ & id, a quo, natura dicitur, quæ eſt per formam ⸗ ideſt, & cauſa effectrix dicitur natura capiendo naturam pro forma ⸗ quæ eiuſdem ſpeciei eſt ⸗, ſubaudi cum agente cauſa. nam agens cauſa, & forma quæ in materia eſt, eiuſdem ſpeciei ſunt. ergo agens cauſa eſt natura per aſſimilationem, quatenus eſt principium naturæ. Et ne tu putes formam, per cuius aſſimilationem cauſa effectrix dicitur natura eſſe eam formam, quæ eſt in materia agentis, ſubdit ⸗ hæc autem ⸗ ſcilicet forma, cuius aſſimilatione cauſa effectrix dicitur natura ⸗ eſt in alio ⸗ ſcilicet ſubiecto, quàm ſit materia agentis. Cuius rationem affert, & dicit ⸗ homo enim hominem generat ⸗ non eundem numero, ſed eundem ſpeciem. quoniam, ut dicitur ſecundo Phyſicæ Auſcultationis, licet forma & finis coeant in idem numero. Generans & agens cum forma & fine coit in idem ſpecie, vel in idem vniuocum. Alexander vero vult vt Ariſtoteles hic docet aliter formam appellari naturam. nam & compoſitum natura vocatur, vt Sophroniſcus, qui quidẽ Sophroniſcus nõ dicitur natura, quatenus eſt compoſitum, ſed per formam, per quam ſit, quod ab ipſo generatur. Per formam enim quę in ipſo eſt, efficitur id quod generatur ab eo. nam hic eſt ſenſus illorum verborum ⸗ & a quo ipſa natura, quæ per formam dicitur ⸗ quæ eiuſdem eſt ſpeciei. Quomodo autem quod generatur, eiuſdem ſit ſpeciei, cuius eſt id, a quo gignitur. docet his verbis ⸗ homo enim generat hominem ⸗ At homines omnes eiuſdem ſpeciei ſunt. hæc eſt expoſitio Alexandri. vbi patet Ariſtotelem oſtendiſſe non quatuor, ſed dico tantum eſſe naturam ſcilicet materiam, & formam. Forma quidem tum quia quod fit, dicitur naturam habens, cum habet formam, tum etiam quia agens dicitur generare naturam, cum generauerit formam, in qua eſt ſimile ei, a quo fit. Auerroes autem vult Ariſtotelem aſſignare conuenientiam inter omnes res naturales. quoniam cum poſuiſſet conuenientiam inter res naturales, & artificiales conſentaneum rationi eſt, vt nunc ponat conuenientiam inter res naturales, quæ conuenientia eſt, vt res naturales omnes materiam habeant & formam, quæ ſunt naturæ. Q uæ expoſitio, vt patet, nullo modo verbis conſona videtur. demum epilogando concludit ⸗ hoc igitur modo fiunt ea, quæ per naturam fiunt, ac oriuntur ⸗ ideſt generationes naturales igitur fiunt hoc modo ſcilicet concurrentibus agente, & materia, & aliquo, quod fit, ideſt & forma.

Comen. 32.

Q ue Auer. Cõmẽt. 22.

**Cæteræ uero generationes effectiones dicuntur, omnes autem effectiones aut ab arte, aut a potentia, aut a mente proficiſcuntur.**

Cum docuiſſet generationes naturales, nunc docet alias generationes, quæ effectiones dicuntur. & primo differentiam inter naturales generationes, & non naturales affert quo ad nomen, volens generationes naturales per excellentiam dici generationes: Cæteras autem, quæ non naturales dicuntur, vocari effectiones, quæ græce ποιήσεις appellantur. & dicit ⸗ cæteræ vero generationes ⸗ ſubaudi quæ non ſunt naturales ⸗ effectiones dicuntur ⸗ At naturales generationes non dicuntur effectiones, niſi de licentia, verbo abutendo. deinde affert differentiam, quantum ad rem aſſerens generationes, quæ effectiones dicuntur, proficiſci aut ab arte, aut a potentia, aut a mente. quæ vero generationes ſunt, proficiſci ab agentibus naturalibus: & dicit ⸗ omnes autem effectiones aut ab arte, aut a potentia, aut a mente proficiſcuntur ⸗ ſed generationes ab agentibus naturalibus. ea, quæ fiunt ab arte, artificioſa ſunt. ea vero, quæ fiunt a mente, virtutes. nam virtutes formæ quædam ſunt, quippe quæ animam reddant perfectam. ea autem quæ a potentia fiunt, ſunt quæ contingenter fiunt, vt lauari, non

lauari, ſedere non ſedere, & ſimilia. Sed dices non ne quæ fiunt ab arte, etiam efficiuntur a mente, certum eſt quòd ſic igitur quæ fiunt ab arte, & quæ fiunt a mente, non ſunt membra diuerſa. Alexander reſpondet quòd licet artificioſa pleraque fiant a mente, non tamen omnia. nam vt docebit, artificioſa quædam fiunt fortuitu. Inſuper ars non eſt prorſus mens. Sunt enim virtutes a mente, & non ab arte. Sunt quidam qui hæc verba copulatiue legunt, quoniam ad opera artis tria concurrunt, videlicet mens operans, ars dirigens, & potentia quæ exequitur. Hæc enim tria conſtituunt perfectum principium in operibus artis. Auerroes legens hæc verba vt iacent, aſſerit omne quod fit, & non ab agente naturali, fieri aut ab arte, aut a potentia animali vel naturali per violentiam, aut ab intellectu ſine arte. Poteſt enim aliquis agere quædam intellectu arte affecto, & nonnulla intellectu ſine arte. Quam expoſitionem Expoſitor ſecutus eſt. Fiunt enim ab arte domus, arca, lectulus, lectica, & cætera id genus. fiunt potentia violentante tonitrua, terræ motus, & id genus. fiunt nonnulla ab intellectu ſine arte, vt quæ a fortuna fiunt: de quibus ſtatim.

Que Auer. Cõmé. 28.

Harum autem quædam & a caſu fiunt, atq; fortuna, perinde atque in iis, quæ fiunt a natura. Etenim illic nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine fiunt: ſed de his quidem poſterius eſt conſiderandum.

TEX. 23.

Nonnulli putant Ariſtotelem remouere tacitam ambiguitatem, nam cum dixiſſet nonnulla effici ab arte, cum quiſpiam quærere poſſet, vtrum in iis, quæ ab arte fiunt, quædam fieri poſſint a fortuna, & caſu: ideo ſoluens aſſerit, in his, quæ ab arte fiunt, nonnulla fieri a fortuna, & caſu, vt ſi aliquis ſe balneauerit, vt ſe abluat, veniatque inde ſanitas præter intentionem, hæc dicetur caſu, aut fortuna accidere. Alexander vero vult, vt ſubdiuidat ea, quæ ab arte fiunt, & legit {horum autem} ſcilicet quæ ab arte fiunt {quædam & a caſu fiunt, atque fortuna} & nos pauloante diximus valetudinem & ab arte, & fortuitu generari, ſed de his poſtea differemus {perinde atque in iis, quæ fiunt a natura, etenim illic} ideſt in iis, quæ a natura fiunt, aliqua fortuitu fiunt, quoniam {nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine} ſubaudi caſu {fiunt} ſi quidem herbæ tum ex ſemine, tum abſque ſemine generantur, quippe quarum bona pars caſu abſque ſemine naſcatur. ſed quia poſterius exponet, quoniam modo quædam artificioſa a fortuna fiant, ideo dicit {ſed de his quidem poſterius eſt conſiderandum} Quo vero ad verba attinet, cum Ariſtoteles ait {etenim illic nonnulla eadem ex ſemine, & ſine ſemine fiunt} per eadem non intelligit eadem numero, vel eadem ſpecie, vel genere, ſed eadem naturalia, vt eædem herbæ ex ſemine, & ſine ſemine fiunt. verum vero eadem ſpecie, in dilucidario expoſuimus, ſed verius libro de generatione animalium. Auerroes contra textum dicit in generabilibus per naturam nihil fieri caſu, quoniam, vt inquit, nulla ſpecies fieri poteſt caſu. cuius oppoſitum Ariſtoteles, & Alexander teſtantur. poteſt tamen Auerroes defendi per id quod ſubdit, ſed inuenitur aliquod ſimile ei, quod fit caſu ſcilicet ſpecies, quæ fiunt ex ſe ſine agente per putrefactionem: quæ cum non fiant a ſimili, videntur fieri caſu, non tamen fiunt reuera caſu. Vel clarius poſſet reſponderi, q̃ nihil prohibet aliquam generationem eſſe, per ſe caſualem & per accidens relata ad diuerſas cauſas: ſicuti ex confricatione generata ſanitas præter intentionem confricantis, ſi referat ad naturam regitiuam corporis, non eſt caſu nec per accidens, ſed per ſe intenta. Ad eius autem intentionẽ eſt per accidens & a caſu: ſimiliter in propoſito dicamus. Generatio alicuius animalis generati ſine ſpermate, puta ex putrefactione ſi referatur ad cauſam particularem, euenit per accidens & a caſu. nam calor qui eſt in putrefacto non intendit naturaliter generationem talis animalis quemadmodum intendit virtus quæ eſt in ſpermate, ſed relata ad cauſam vniuerſalem: quæ eſt virtus cœli regitiua omnium quæ fiunt naturaliter hic inferius non euenit a caſu, ſed eſt per ſe intenta: Nam de intentione vniuerſalis cauſæ eſt: ut omnes formæ quæ ſunt in potẽtia materiæ ad actũ deducantur. recte igitur philoſophus comparat ea quæ ab arte fiunt his quæ a natura generantur. vltimo dicamus ſm Auerroem, nullam ſpeciem perfectã fieri poſſe, natura & caſu: nec ſpecies vniuoca. ſecus vero dicendum ſi de analogica ſpecie: & ſic patet quatuor modis ſedatio contradictionis.

Que Auer. Cõmé. 28.

Ab arte autem ea fiunt, quorum ſpecies in anima eſt. Speciem autem dico quiditatem vniuſcuiuſque, primamque ſubſtantiam. Etenim contrariorum quodammodo ſpecies eadem eſt. ipſa nanque oppoſita ſubſtantia priuationis ſubſtantia eſt, vt ſanitas morbi. mor bus enim ipſe illius abſentia oſtenditur. Sanitas autem eſt ea ratio, quæ in anima ſcientiaque.

Que Auer. cõmé. 28.

Expoſitor arbitratur Ariſtotelem velle dare modum, quo artificioſa fiunt. Ego vero cum Auerroe arbitror Ariſtotelem exponere ea, quæ ab arte fiunt. Propoſuit enim tria, quædam fieri a natura, quædam ab arte, & quædam a caſu. Quare cum declaraſſet illa, quæ fiunt a natura, conſentaneum rationi eſt, vt nunc exponat ea, quæ fiunt ab arte. Et, vt Auerroes ait, Ariſtoteles hoc facit, vt oſtendat id quod fit ab arte, fieri a ſibi ſimili, quemadmodum id quod fit a natura, fit a ſibi ſimili in ſpecie, & dicit {ab arte autem ea fiunt, quorum ſpecies} ideſt forma {in anima eſt} deinde exponit quid per formam, & ſpeciem intelligat, & dicit {ſpeciem autem dico quiditatem vniuſcuiuſque, primamque ſubſtantiam} & Alexander videtur intelligere per quiditatem vniuſcuiuſque, & primam ſubſtantiam idem, vel intelligit per ſpeciem formam cuiuslibet compoſiti artificialis, vt formam domus, & per primam ſubſtantiam, intelligit ipſum artificiale compoſitum ex forma, & materia artificialibus, vt domum ipſam, vel arcam ipſam. nam licet nullus artificialis ſit proprie quiditas, nec aliquod eorum ſit ſubſtantia prima, tamen eo modo, quo in illis hæc ſunt, de his loquitur. & dixit quiditatem, & ſubſtantiam primam, ſecundum diuerſas opiniones, quarum altera aſſerit formam proprie fieri. Altera vero compoſitum ex materia, & forma: per quæ patet Ariſtotelem intelligere per ſpeciem, quæ eſt in anima artificis, id quod dicunt ideam, quæ idea, cum ſit in anima artificis, poteſt accipi aut formaliter, aut obiectiue. Formaliter domus in anima eſt ſimilitudo domus eius, quæ eſt extra animam. & hæc communiter dicitur ſpecies intelligibilis, quæ formalis ſimilitudo eſt rei, quæ intelligitur quam Themiſtius libro de anima primo formalem notionem vocat. Iuniores vero metaphyſici formalem conceptum. aut accipi poteſt obiectiue, & ſic eſt ipſa met res, quæ fit ab artifice, ſiue id quod fit, ſit forma, ſiue compoſitum ex materia, & forma: non ſimpliciter, ſed quatenus intelligitur, ac intellectui repræſentatur per ſpeciem intelligibilem, & hoc pacto Ariſtoteles accepit ſpeciem, cum dixit {ſpeciem autem dico quiditatem vniuſcuiuſque, primamq; ſubſtantiã accepit enim ſpeciem





ſpeciem pro idea, quæ eſt res, quæ ab artifice producitur, quatenus intelligitur, ac repræſentatur intellectui per ſpeciem intelligibilem rei, quæ producitur. Quæ expoſitio eſt Auerrois, qui licet multa dicat propter corruptas translationes, dicit tamẽ & generabilia ex artificio ſunt illa, quorum formæ, & quiditates ſunt in anima ſcilicet & in prima ſubſtantia, & illæ formæ ſunt quodammodo eadem forma ſcilicet quæ eſt in anima, & quæ eſt in prima ſubſtantia: & quibuſdã interpoſitis ſubdit, & ſanitas dicitur de duobus. Dicitur enim de forma, quæ eſt in anima, & de habitu, qui eſt in corpore, & ambo ſunt idem. & ſic videtur Auerroes intelligere per ſpeciem, quæ eſt in anima, nõ formalem notionem, ſed rem obiectiue apprehenſam ab anima, quam in primo de anima ideam Peripateticam eſſe diximus, etſi adducerẽtur verba Auerrois duodecimo huius, quod ſanitas in anima, & extra animam non ſit eadem, dicerem verba Auerrois eſſe hæc, medicina enim alia eſt a ſanitate, & ab infirmitate, & quia forma ſanitatis non eſt in anima medici in materia, ſicut eſt forma ſanitatis, ideo forma ſanitatis, quæ eſt in anima medici non facit ſanitatis actionem. quoniam ſi ita eſſet, tunc medicus eſſet ſanus. Hæc Auerroes, per quæ patet eum dicere ſanitatem non eſſe in anima medici, vt eſt in propria materia. Non enim anima eſt materia ſanitatis, ſed corpus, quare nulla eſt contradictio. Patet quiditatem apprehenſam ſpeciem eſſe in anima artificis. Quòd autem quiditas apprehenſa ſit ſpecies exiſtens in anima artificis, oſtendit, & ſyllogiſmus componitur ſic, Quod eſt idem contrariorum, ſpecies eſt in anima: quiditas rei artificialis apprehenſa eſt eadem contrariorum: igitur quiditas rei artificialis apprehenſa eſt ſpecies in anima artificis. De ratione tangit maiorem, & dicit {etenim contrariorum quodammodo ſpecies eadem eſt} ergo maior eſt, quod eſt idem contrariorum, eſt ſpecies in anima medici. deinde oſtendit minorem videlicet quòd quiditas apprehenſa ſit eadem contrariorum, & dicit {ipſa nanque oppoſita ſubſtantia priuationis} ſubaudi oppoſitæ {ſubſtantia eſt} quaſi dicat quòd ſubſtantia habitus, atque ſanitatis corporis, quatenus apprehenſa ſub oppoſita ratione eadem eſt ſubſtantia apprehenſa ægritudinis, vt ſit vna ſubſtantia apprehenſa contrariorum, ſanitatis principaliter, & ægritudinis deinceps. Quòd autem quiditas apprehenſa ipſius habitus ſit quiditas apprehenſa priuationis, per exemplum demonſtrat, & dicit {vt ſanitas morbi} Sanitas enim quæ eſt quiditas apprehenſa ſani eſt quiditas apprehenſa morbi, qui eſt priuatio ſanitatis. Quòd autem quiditas apprehenſa ſani ſit quiditas apprehenſa morbi, oſtendit, & dicit {morbus enim ipſe illius} ſcilicet ſanitatis eſt, ac {oſtenditur} & exponens ſanitatem, de qua loquitur, ſubdit {ſanitas autem} ſubaudi de qua loquor {eſt ea ratio, quæ in anima, ſcientiaq;} medici {eſt} vt obiectum, hæc enim eſt abſentia apprehenſa ſani: hoc eſt abſentia ſanitatis quæ apprehenditur in anima, per quæ patet minor quòd quiditas apprehenſa ſit eadem contrariorum. Alexander aliter legit, nam cum Ariſtoteles dixiſſet formam, & quiditatem primam ſubſtantiam eſſe, vult, vt Ariſtoteles cauſam ſubijciat ex eo, quia priuatio materiæ ineſt, priuatio autem a forma eſſe ſuſcipit: quippe cuius abſentia priuatio exiſtit. Si ergo priuationi, quæ in materia eſt, eſſe, & ſubſtantia a beneficio formæ contingit, & ipſa forma ordinat, definit, & exornat materiam, merito forma prima, & proprie ſubſtantia eſſe dicitur. vnde dicit {etenim contrariorum quodammodo ſpecies} ſiue forma {eadem eſt} & per contraria priuationes intelligit, quaſi dicat quòd forma ſiue ſpecies eſt priuationum forma eadem, quæ materiam informat, & eſſe largitur. Quo fit, vt forma ſit cauſa ſubſtantiæ, ac omnino, vt entia ſint, &, vt priuationes inter entia annumerentur. quoniam abeunte forma, protinus priuatio eſſe habetur, & ſic forma cauſa priuationis eſt. Quod vero forma ſit cauſa priuationis, ipſe declarauit dicens {ipſa nanque oppoſita ſubſtantia priuationis ſubſtantia eſt} ideſt ſubſtantia, quæ per formam intelligitur, eſt ſubſtantia, & exiſtentia priuationis, eique tribuens eſſe. Quare ſi ſubſtantia ideſt forma ſubſtantia eſt, largitrixque & cauſa priuationis, dubium non eſt, quin forma ſit priuationis forma. Illud autem {quodammodo} vt Alexander inquit adiectum eſt, quoniam forma non eſt per ſe cauſa priuationis, ſed per accidens, accidit enim vt decedente forma, priuatio fiat. itaq; valetudo, cum formæ ſit æmula, cauſa eſt, & forma morbi, qui quidem eſt priuatio. Per quæ patet formam & quiditatem eſſe primam ſubſtantiam, vt accepit. hæc eſt expoſitio Alexandri, ad quam expoſitionem fuit coactus, quoniam in codice ſuo ſic dictio habebatur {etenim contrariorum quodammodo eadem eſt} vbi ipſe expoſuit per eadem ideſt forma, vt ſit ſenſus {etenim contrariorum} ideſt priuationum {quodammodo eadem eſt} ideſt forma eſt. nam forma eſt forma priuationum, ut longis verbis expoſitum eſt. & quia forma eſt priuationum forma, ſit, vt forma ſit principaliter ſubſtantia: in codicibus noſtris ſic habetur {etenim contrariorum quodammodo ſpecies eadem eſt} & propterea expoſitio eſt, vt diximus. vbi animaduerte quòd id, ratione cuius contraria ſunt eadem in anima, non poteſt eſſe, niſi ſpecies intelligibilis exiſtens in anima, quæ primo, & per ſe repræſentat alterum contrarium videlicet habitum, ſecundario & per accidens priuationem. quoniam, vt Auerroes ait, formæ contrariæ exiſtentes in anima ſunt quodammodo eadem forma. & hoc pacto anima recipit contrarias formas, non, quia, vt inquit, congregantur in anima duæ contrariæ formæ inſimul, ſicut non congregantur extra animam. nam & in anima, & extra animam ſemper vnius contrarij generatio eſt corruptio alterius: & econuerſo. Quare duo contraria ſunt in anima non per ſpecies contrarias, ſed per vnam ſpeciem, quæ amborum eſt. per quæ patet alterum contrariorum corrumpi propter præſentiam alterius, non autem ignorari propter ſcientiam alterius, cum per eandem ſpeciem cognoſcantur ambo. hoc idem ait ſuperius ſexto huius. vbi ponit differentiam inter ens, quod eſt in intellectu, & ens, quod eſt extra intellectum. nam intellectus, qui eſt in anima, poteſt recipere cõtraria. corpus vero, quod eſt extra animam, ſimul recipere non poteſt duo oppoſita. & exponens quo modo in intellectu, qui eſt in anima, poſſunt eſſe duo oppoſita, ait id eſſe, quatenus accidit, quòd anima intelligat duo oppoſita inſimul, quod eſſe non poteſt extra animam, quandoquidem materia recipit contraria ſucceſſiue. & ſic anima recipit contraria ſecundum cognitionem, quatenus per ſpeciem habitus intelligit habitum, & priuationem, & per ſpeciem calidi calidum, atque frigidum. Alij vero dixerunt quòd per eandem ſpeciem bene poſſumus intelligere habitum, cuius eſt illa ſpecies, & priuationem habitus eius, qui per ſpeciem repræſentatur. non autem per eandem ſpeciem intelligi poſſunt duo contraria, vt calidum, & frigidum, quoniam ambo propriam ſpeciem faciunt in ſenſu, ergo & in intellectu, ſed hæc petantur a Libro de anima. Nunc autem ſatis ſit accipere quòd ſaltem priuatiue oppoſita intelligantur per eandem ſpeciem. nam hoc ſufficit ad Ariſtotelis ſyllogiſmum.

Que Auer. cõmé. 23.

Cõmé. 23.

Que Auer. Cõmé. 23.

Cõmé. 8.

At ſanum efficitur, cum ſanitatis artifex hoc intellexerit modo, quoniam hoc eſt ſanitas, ſi futurum ſit ſanum, hoc eſſe neceſſe erit, vt lux æqualitatem. Quod ſi hæc efficienda eſt, caliditas oriatur oportet, & hoc pacto ſemper

**intelligit, quousque ad id ultimum accedatur, quod ipse facere potest.**

Cum declarasset ea, quæ fiunt ab arte, quæ sint, nunc vult declarare ea, quæ ab arte fiunt, aliquo modo fieri ab agentibus similibus, veluti sanum a medico, qui aliquo pacto est ipsi sano similis. & ad hoc ostendendum declarat in opere artis duos esse motus, alterum in anima, alterum vero extra animam, per motum quidem in anima fit ordinatio, & deliberatio, quæ dicitur propositum. Per motum vero extra aninam fit executio eius, quod in mẽte erat propositum, atque ordinatum. Quia igitur dixerat sanitatem, quæ est in anima, rationem esse, ac speciem, statim exponens primum motum, subdit { at sanum efficitur, cum sanitatis artifex hoc intellexerit modo } quasi dicat ꝙ licet sanitas in mente sit ratio, ac species tamen sanitas in re fit a medico, qui eam intelligit modo, quo exponetur. & exponens modum, quo fit, dicit { quoniam sanitas est hoc } .i. æqualitas calidi cum frigido, sic enim supponamus exempli gratia { si futurum sit sanum, hoc esse necesse erit, velut æqualitatem } .s. calidi cum frigido. Non enim potest esse sanitas nisi calidi cum frigido æqualitas sit. & quoniam supponebas ægritudinem esse excessum frigidi supra calidum, ideo dicit { Quod si hæc } .s. æqualitas { efficienda est, caliditas oriatur, oportet } nec sic euadet æqualis frigiditati, quę ęqualitas est sanitas { & hoc pacto } subaudi medic⁹ { semper intelligit } alterum videlicet post alterum { quousq; ad id vltimum accedatur, quod ipse facere potest } videlicet vsq; ad fricationem, quã potest efficere, vt per fricationem caliditas oriatur, & fiat æqualis frigiditati, ut inde corpus sanum reddatur. Quare hoc primo motu medicus primum sanitatem intellexit, deinde æqualitatem, tum calorem, postremo confricationem. nam confricatio calorem efficit, calor æqualitatem, æqualitas sanitatem. ergo in primo motu confricatio vltimo intelligitur: Quæ in secundo motu erit prima, vt dicemus. Alexander vero vult vt Aristoteles doceat quonam modo corpus sanum efficiatur, idq; non temere, ac ab re, vt dicit, quia hinc planum fiet, quę ab arte fiunt, ea quandoq; fieri fortuitu. ergo exponens quonam modo corpus sanum fit, dicit { at sanum efficitur, cum sanitatis artifex } .s. medicus { hoc modo intellexerit } & quo modo intelligat, exponit dicens exempli gratia { quoniam hoc est sanitas } .s. ęqualitas calidorum ac frigidorum { si } corpus subaudi { futurum sit sanum, hoc esse necesse erit } .s. ęqualitatem calidorum, atq; frigidorum. ad hoc enim ut frigidorum & calidorum inæqualitas veniat ad æqualitatem, ne alterutrum excedatur, sed ambo mediocritate contineãtur, oportet, ut caliditas augeatur. At si caliditas est futura, opus est fricatione, quare medicus cum sanare voluerit, incipiet a confricatione, quam potest efficere, quæ quidem confricatio vltima / est posterior valetudine, æqualitate, atq; calore. Medicus enim primum valetudinẽ intellexit, deinde ęqualitatem, tum calorem, postremo confricationem, nam confricatio, vt diximus, calorem efficit, calor æqualitatem, ęqualitas valetudinem.

**Deinde ea iam motio, quæ ab hoc incipit, effectio nuncupatur, quæ est ad sanandum.**

Cum docuisset Alexander, quonã modo corpus sanum efficiatur, ostendit Alexander quo modo sanitas ab arte facta, quandoq; fortuitu eueniat, afferens accedere quãdoq;, vt fricatio fiat in parte affecta, vtputa in uentriculo, & ita ea parte calefacta, æqualitas emerget, & inde sanitas. Qua ratione fit, vt sanitas nonnunquam fortuitu eueniat. deinde secundum Alexandrum Aristoteles ostendit, quid sit effectio, & dicit { deinde ea iam motio, quæ ab hoc } idest a fricatione { incipit, effectio nuncupatur, quæ est ad sanandum } nam a fricatione emergit caliditas, a caliditate ęqualitas, ab æqualitate valetudo. Quare ea motio, quæ est a fricatione, effectio sanitatis est. Secundum tamen expositionem nostram, cum declarasset motum mentalem, qui est deliberatio, atque propositum in omni actione artificiosa, nunc exponit motum realem, qui dicitur executio, ostẽdens huiusmodi motum fieri e contrario. nam primum / ẽ quo executio incipit, est vltimum primi motus, vt sit in secundo motu primum fricatio. per quam caliditas emergit, & per caliditatem æqualitas, & per æqualitatem sanitas. & propterea ait { deinde ea iam motio, quæ ab hoc } idest fricatione { iam incipit, effectio nuncupatur, quæ est ad sanandum } ergo executio e contrario incipit ipsi motui mentali: & procedit e contrario, vtputa a fricatione in caliditatem, & a caliditate in æqualitatem, & ab æqualitate in ualetudinem.

**Quare fit, ut ex sanitate quodammodo sanitas, & ex domo ea, quæ est absque materia, domus ea, quæ materiam habet, oriatur. Facultas enim medendi, atq; ars extruendi ædes, ipsa est forma sanitatis, ac domus. Substantiam autem sine materia dico quiditatẽ ipsam.**

Hic patet Aristotelem declarasse duos illos motus assignasse, non, vt ostenderet aliquod idem arte fieri posse, & casu, sed etiam in arte omne, quod fit, fieri a sibi simili, & dicit { quare fit, vt ex sanitate } subaudi ea, quæ est absq; materia { quodammodo sanitas } scilicet ea, quæ est in materia { & ex domo ea, quæ est absque materia, domus ea, quæ materiam habet, oriatur } quoniam domus, quæ est in materia, fit ab ædificatore propter domum, quæ obiectiue est in domificatore. & sanitas, quæ est in materia, fit a medico propter sanitatem, quæ obiectiue est sui mente. Contingit ergo quodammodo, vt valetudo fiat ex valetudine, eiusque forma, quæ in medici anima est. Valetudo enim quæ efficitur in ægrotante, fit ex ualetudinis forma rationeque in medici anima existente. Pari ratione domus hæc, quæ cum materia consistit, efficitur ex domo ex parte materiæ, quæ habetur in ædificante. Vt enim uisus in se formas colorum habet, atque ipsis subiecta materia est, sic anima formas in se scientiarum habet. nam locus formarum, vt dictum est libro de anima. anima ipsa est. Quod autem ex forma domus & valetudinis forma domus, & valetudo fiant, demonstrat ad hunc modum. Facultas medendi, & facultas extruendarum ædium est orma sanitatis, & forma domus. Sed domus in materia, & sanitas in materia fit a facultate medendi, atque extruendarum ædium: igitur domus in materia, & sanitas in materia fiunt a forma domus, & a forma sanitatis. De ratione tangit maiorem, & dicit { facultas enim medendi, atq; ars extruendarum ædium ipsa est forma sanitatis, ac domus } hæc fuit maior. Sed dubitatio est non parua, sit ne ars medendi sanitatis forma, & ars extruendarum ædium forma domus, vt in maiore accipitur. Videtur enim quòd non. Ars enim medendi est recta ratio medendi, forma sanitatis est sanitas obiectiua, quæ concipitur a medico. Respondetur quòd ars medendi formaliter non est forma sanitatis, nec ars efficiendi domus est formaliter forma domus. Sed satis est, vt ars sanandi sit sanitas virtualiter, & ars faciendi domum sit forma domus virtualiter. Etiam dici potest artem sanandi esse sanitatem, vt quo, quoniam licet sanitas apprehensa non sanet, tamen ars medendi vel medicus ipse sanat per sanitatem apprehensam. & hoc satis est. Quia vero superius dixit, ex domo ea, quæ est absq; materia, domum eam oriri, quæ materiam habeẽt, ideo exponit quid intelligat per domum, quæ est sine materia, & dicit { substantiam autem puta domus, vel sanitatis,

vel



uel id genus { dico quiditatem ipsam } idest formam ipsam domus, & valetudinis. quæ est ratio sanandi vel ædificandi, qua ars medendi medetur, & ars ædificandi ædificat. Hanc enim diximus esse sanitatem, vel domum obiectiuam. Alexander autem dicit, Aristotelem exponere domum, quæ est in materia, & sanitatem, quæ est in corpore, fieri ex materiæ expertibus, vt superius acceperat, vnde Aristoteles ait { atque substantiam sine materia dico ipsam quiditatem } idest formam ipsam domus, & valetudinis. Ex hac enim quæ sine materia est, fit domus, vel sanitas, quæ in materia est. per quæ patet ea, quæ arte fiũt, fieri a sibi similibus. quoniam fiunt ab artifice, qui propter ideam apprehensam est similis rebus, quæ efficiuntur.

**Generationum autem motionumve alia intellectio, alia effectio nuncupatur. quæ quidem a principio, specieq; incipit, intellectio appellatur: quæ uero ab intellectionis ultimo, effectio dicitur.**

Nonnulli, qui in dictione loco verbi autem, habebãt igitur, voluerunt Aristotelem ex ijs, quæ dixerat, inferre differentiam generationum in artificialibus, quæ nomine, atque re differunt. nomine quidem, quatenus altera intellectio, altera effectio dicitur. Re autem, quoniã illa generatio, quæ dicitur intellectio, incipit a principio, quæ est species, hoc est res facienda obiectiue apprehensa. Quæ uero nuncupatur effectio, ab eo incipit, quod fuit vltimũ in intellectione. nam quod est in executione atq; effectione, ipsa primum, in intellectione, atque deliberatione fuit vltimum, verbi gratia fricatio ventriculi in intellectione vltima, in effectione primũ est. Alexander vero, qui in dictione sua habebat, autẽ, vult Aristotelem velle declarare quomodo causarum nonnullæ non solum a mouentibus efficiantur, sed etiam fortuitu: & quoniam hoc est demonstraturus, ideo vult Alexander, vt Aristoteles prius generationem diuidat in intellectionem, et effectionem, vnde dicit { Generationum autem motionumve, alia intellectio, alia effectio nuncupatur } deinde exponit membra, & dicit { Quæ quidem a principio } quod fuit primum in intellectione ipsa { specieq; } idest idea apprehensa, vt a domo, vel a sanitate ipsa apprehensa { incipit } hæc generatio { intellectio appellatur: quæ uero } scilicet generatio { incipit ab intellectionis vltimo } vt a fricatione ventriculi, quæ fuit ultima in ipsa intellectione { effectio dicitur } exempli causa faber cæmentarius intelligit formam domus esse huiusmodi operimentum, postea intelligit si hoc futurum est, parietes fieri oportere, deinde intelligit parietibus futuris, necesse esse fundamentum iaci, ac etiam intelligit postea si fundamẽtum est iaciendum, fodi oportere. hoc igitur in intellectione fuit finis, atque vltimum. In effectione vero hoc est primum. nam hinc exordiens fodit, cum fodit, fundamentum iacit, hoc vbi iecerit, parietes erigit. Postremo tectum imponit, & formam perficit. Generatio igitur siue motus a principio & forma vsq; ad fossionem intellectio nuncupatur. A fossione autem, quæ finis erat intellectionis, quæ principium generationis domus erat vsque ad tecti impositionem, effectio nominatur. Medicus item valetudinis formam esse talem intelligit, at si futura valetudo est, æqualitatem fieri oportere. Est autem æqualitatem fieri siccitates, humiditates, calores, & frigora animalis ad mediocritatem redigere, quod fiet, si calefactus fuerit uentriculus. Calescet autem, si fricatio facta fuerit, quæ quidem fricatio facultate in medico inest, vtpote, q fricare possit ægrotantem. Fricat igitur, & fricationem consequitur calor, calorem æqualitas, æqualitatem valetudo. Motus igitur a ualetudine ad fricationem vsq; intellectio nuncupatur. A fricatione vero ad valetudinem effectio. Auerroes autem pri-
Q ue Auer. cõmẽ.23. mam generationem, quam Aristoteles vocat intellectionẽ, vult esse dissolutionem, quoniam incipit ab effectu, & procedit in causas: quæ processio dissolutio est. Eam vero, quę incipit ab vltimo intellectionis, vt a fricatione, appellat cõpositionem: quoniam est ire a causa ad effectum per compositionem. Sed si dices Auerroem non sibi constare. nam Cõmẽ.11. secundo metaphysicæ videtur asserere dissolutionem fieri a priore ad posterius, diluitur ex eo, quia duplex processus est, effectiuus alter, & alter doctrinalis: Auerroes ergo loquitur in processu effectiuo, qui dicitur executio, nam in tali processu semper qui procedit, ad effectum componendo cum illo causam, proficiscitur. In processu doctrinali, In definitiuo quidem, semper qui procedit dissoluendo, a superiore incipit, nam eo diuiso, partem alteram componit, alteram diuidit, & ita procedit in dissolutione a superiore. & in compositione etiam, quippe cum semper componat alteram partem, quæ superior est, cum definito. At si processus fuerit demonstratiuus, dissolutio incipit ab effectu, & cõpositio a causa. Non igitur sibi aduersatur.

**Similiter etiam unumquodq; mediorum fieri solet. dico autem, quoniam si sanabitur, ad æqualitatem redigatur oportet. Quid igitur est ad æqualitatem redigi, hoc. hoc autẽ erit, si calefactum fuerit. Sed hoc quid est, hoc. est autem hoc potentia. Hoc autem iam in ipso.**

Alexander copulat hunc textum cum illo { Quare fit, ut ex sanitate quodammodo sanitas, & ex domo ea, quæ est absque materia, domus ea, quæ materiam habet, oriatur } & ita, vult vt Aristoteles declaret quòd quemadmodum valetudo efficitur ex valetudine, sic æqualitas ex ea æqualitate, quæ est in medici anima, & similiter calor ex calore, & vnumquodq; mediorum, quibus itur ad sanitatem ex sibi simili fit medio, quod in anima est, ut sit sensus quòd non modo principale opus fiat ex sibi simile, sed etiã unumquodq; mediorum, quæ sunt ordinata ad opus: & sic est amplificatio eius, quod dixit: non tantum ad opera, sed ad media, quibus artifices perficiunt opera: vnde Aristoteles dicit { similiter etiam vnumquodq; mediorum fieri solet } subaudi a sibi similibus in mente artificij quemadmodum opera ipsa vltima, ad quæ media ordinantur. deinde assignat rationem ex eo, quia ita medium fit ab artefice, licet non principaliter, quemadmodum ab eodem fit principale opus: & dicit { quoniam si } aliquis subaudi ægrotus { sanabitur } a medico ipso { ad æqualitatem redigatur oportet } scilicet ab eodẽ medico prius, sed quia obscurum est quid sit ad æqualitatem redigi, ideo quærit { quid igitur est } subaudi corpus ægrotum { ad æqualitatem redigi } respõdet quod sit { hoc } subaudi vel illud, deinde exponit quid ipse velit per hoc, vel illud, & dicit { hoc autem erit, si } corpus ægrotum prænimia ventriculi frigiditate, ventriculo { calefactum fuerit } deinde quærit quid sit ventriculo esse calefactum, & respondet quòd sit hoc vel illud. i. fricatum esse, vel aliud, quo calescat ventriculo, & dicit { sed hoc } scilicet ventriculo esse calefactum { quid est } respondet ꝙ sit { hoc } .s. fricatum esse. Est enim hæc definitio causalis. deinde secundum Alexandrum. Aristoteles exponit fricationem. & dicit { est autẽ hoc } .s. fricatio { potentia } subaudi valetudo ipsa. nam si confricatio principium est, primaq; valetudinis causa, dubio procul fricatio facultate valetudo est { Hoc autem iam in ipso } idest confricatio autem potentia est in medico: vt qui potest ipsam efficere: quasi dicat, valetudo potentia est in fricatione, & fricatio potentia in medico, & sic opera principalia & media omnia sunt in potestate medici. Quare cum fricatio, quæ calorem efficit, & principium valetudinis est, ab arte, vel ab artefice fit, valetudo non fortuitu effici dicitur, quæ fricationem est consecuta, sed a forma

valetudinis, quæ habetur in anima medici, proficiſcitur. Eſt enim valetudo, quæ in anima medici eſt, cauſa huius vel illius valetudinis, quæ in corpore eſt: cum fricatio ab arte proficiſcitur: ad hunc itaq; modum doctiſſimus Alexander expoſuit, ſed non eſſe alienum puto Ariſtotelem velle declarare duas generationes, quas proximo textu dixit, reperiri etiam in effectione cuiuslibet mediȝ eorū, quibus itur ad finale opus: & ideo aſſerit in effectione cuiuslibet mediȝ oportere eodem modo procedere ab ultimo primæ generationis, quæ dicebatur intellectio, quēadmodum in effectione extremorum, videlicet domus, & ſanitatis. Quæ expoſitio mihi uidetur longe magis conſona q̄ illa Alexādri, quoniam ſemper quod dicitur, videtur magis conſonum proximis quàm remotioribus. vnde dicit { Similiter etiam unūquodq; mediorum } quibus itur ad principale opus { fieri ſolet } duplici generatione videlicet intellectione, & effectione, quemadmodum ſit ipſum finale opus, & aſsignās cauſam dicit { dico autem } ſubaudi hoc ita eſſe { quoniā ſi } ſubaudi ægrotus arte ſanabitur { ad æqualitatem redigatur, oportet } ergo ad æqualitatem redigi erit opus medici, quemadmodum ipſum ſanari: & erunt pro eius productione neceſſariæ duæ generationes. & hoc, quod dixit, exponens ſubdit { quid igitur eſt ad æqualitatem redigi } reſpondens dicit { hoc } eſſe, vel illud. deinde exponēs quid velut intelligere per hoc, ſubdit { hoc autem erit ſi calefactum fuerit } deinde quia hęc reſponſio eſt obſcura, iterum quærit { ſed hoc } ſcilicet calefactū eſſe { quid eſt } & reſpondens dicit { hoc } ſcilicet fricatum eſſe. deinde complens rationem dicit { eſt autem hoc } ſcilicet fricatum eſſe { potentia } valetudo ipſa, vt quod poteſt valetudinem efficere { hoc autem } ſcilicet quod poteſt valetudinem efficere { iam in ipſo } ſcilicet medico { eſt } nam medicus poteſt valetudinem efficere. Quare vnumquodque mediorum duplici generatione produci poteſt: cum & finale opus, & medium & poſſe valetudinem efficere omnia ſint in poſſe medici tanquam in cauſa, & principio omnium. Quare ſicuti medicus finale opus perficit duplici generatione, ſic medium vnumquodq; perficit duplici generatione. nam finale opus eſt in poſſe mediorum, & poſſe mediorum in poſſe artificis: igitur ſicut finale opus perficit duplici motione, ſic vnumquodq; medium. Hæc enim expoſitio valde conſonat verbis Ariſtotelis.

Id igitur, quod efficit, & unde incipit motio, qua ad ualetudinem itur, ſi per artem quidem efficit, forma profecto ea eſt, quæ eſt in anima. Sin autem a caſu, ab eo incipiet, quod tandem principiū faciendi eſt ei, quod arte efficit. quem admodum & in medendo fortaſſe a caliditatis impreſſione principium ſumitur. hoc autem fricatione efficit.

Cum declaraſſet ea, quæ ab arte fiunt, quot generationibus fiant, nunc declarat eadē fieri quandoq; a caſu, & quomodo fiāt a caſu, & exponendo iſtud, primo innuit quid ſit efficiens, deinde dat intelligere eius diuiſionem in id quod arte efficit, & id quod caſu facit: & membra exponit per ordinem, exponendo uero membra patebit eadem nōnulla fieri poſſe arte, & caſu: quonam modo eadem. & Alexander, ſi recte in græcis ſuis uerbis percepi, exponit ad hūc modum { id igitur quod efficit } ſanitatem ducendo ventriculum ad æqualitatē caloris { & } id { vnde incipit motio } quæ dicitur effectio { qua } motione ſcilicet { ad valetudinem itur } ſubaudi tu fricatio eſt, quæ { ſi per artem quidem } ſanitatem { efficit } non ipſa eſt primum, & principale principium valetudinis { ſed forma profecto ea eſt, quæ eſt in anima } ſcilicet valetudo obiectiua: per quam artifex, cum deuenerit ad effectionem valetudinis, quæ dicitur executio, fricationem, quæ fuit vltima in intellectione efficit primo, & ſic habetur quid ſit efficiens ſimpliciter, ac vniuerſaliter, habetur enim q̄ ſit id quod efficit, & vnde incipit motio, habetur etiam diuiſio quòd ſit & per artem, et a caſu: per artem quidem principium effectionis q̄ ſit fricatio. Principium uero ſimpliciter, atque intellectionis q̄ ſit valetudo, quæ eſt in anima. deinde exponit id quod eſt principium valetudinis, quæ eſt a caſu, & dicit { Sin autem } ualetudinis principium valetudinem efficit { a caſu, ab eo incipiet } ſubaudi effectio { quōd tandem principium faciendi eſt ei } ſcilicet efficienti { quod arte efficit } & exponēs tale principium faciendi, vnde caſu fit valetudo, eſſe fricationē, dicit { quemadmodum & in medendo fortaſſe a caliditatis impreſſione principium ſumitur, hoc autem } ideſt quam quidem caliditatis impreſſionem { fricatione efficit } ſcilicet medicus. Ergo primum principium effectionis, quæ artificialis ſanitas ſit, eſt fricatio partis affectæ, & fricatio hæc eadem eſt principium ſanitatis, quæ ſit a caſu. quaſi ergo dicat, vt valetudo ab arte affecta ex confricatione ſit, ſic & valetudo quæ fortuitu contingit, efficitur ex confricatione. Vt enim medicus ægrotantis ventriculo confricatio calorem efficit. Calor vero æqualitatem, æqualitas valetudinem, ſic vſu veniet, vt ægrotans ipſe ventriculum ſibi confricet, non generandi caloris gratia, ſed caſu, & ita caſu fiet, vt ea confricatio calorem efficiet, hic æqualitatem, a qua ua letudo generetur. itaq; licet retro agere, ſi valetudo ex confricatione profecta caſu ſit, confricatio quoq; fortuitu fuit effecta. Contra etiam ſi cōfricatio caſu fit, valetudo quoq; fortuitu accidit. propterea ait { ſin autem a caſu } ſubaudi valetudo fiat { ab eo incipiet } ideſt a confricatione fieri incipiet { quod } ideſt quæ { tandem principium faciendi eſt ei } ſcilicet artifici { quod } ideſt qui { arte } valetudinem { efficit } & exponens tale principium eſſe fricationem, dicit { quemadmodum & in medēdo fortaſſe a caliditatis impreſſione principium ſumitur } ſcilicet illud quod eſt pars ſanitatis. Calor enim vt Alexander inquit & Ariſtoteles poſtea dicet, aut pars valetudinis eſt, aut id ad quod ſequitur æqualitas, quæ pars valetudinis eſt { hoc autem } ideſt quemquidem calorem artifex { fricatione efficit } eius partis, quæ morbo affecta eſt. Q̄uare confricatio in utraque effectione valetudinis principium eſt. Auerroes autē ait caſualem ipſam ſanitatem, quę ſine arte eſt, eſſe a caliditate, quæ eſt in corpore ſanabili. licet interdum ſit remiſſa adeo, vt indigeat arte, qua perficiatur, & addit Ariſtotelem hoc dicere, ut declaret naturalia ipſa agentia eſſe ſimilia agentibus exarte. quoniam in utriſq; eſt agere per ſe, & caſu.

Q̄ue Auer. Cōmē. 21.

Caliditas igitur, quæ eſt in corpore facta, aut ſanitatis eſt pars, aut ipſam aliquid ſequitur tale, quod ſanitatis eſt pars, aut ſtatim, aut per plura: & hoc ultimum, illud eſt, quod ſanitatis partem efficit. atq; ut ibi caliditas, aut aliquid, quod ipſam ſequitur, ſanitatis eſt pars, ſic & lapides domus, & alia aliorum ſunt partes.

Ex iſs, quæ dixit, infert primo, id quod eſt vltimum efficiens, eſſe partem effecti operis. & hoc infert in exemplo ſanationis, & dicit { caliditas igitur, quę eſt in corpore facta } ſubaudi a confricatione { aut ſanitatis eſt pars } valetudiniſq; ipſius effectæ { aut } ſi minus pars eius eſt, certe { ipſam aliqd ſequitur tale } i. æqualitas conſequitur { quod } ideſt quæ { ſanitatis eſt pars } Et quia id quod caliditatem ſequitur, poteſt pluribus modis ſequi, ideo ſubdit, ipſum uero, quod caliditatem ſequitur, & valetudinis eſt pars { aut ſtatim } ſcilicet ſequitur caliditatem { aut } ſi non ſtatim, certe { per plura, & hoc vltimum } ideſt & inter illa plura, illud, quod eſt vltimum videlicet fricatio { illud eſt, quod ſanitatis partem efficit } eſt enim fricatio vltima, quoniam

poſterior



poſterior calore eſt, & æqualitate, atque cæteris, quæ in ipſa intellectione habentur. & ampliſicans ſermonē ad omnia artificialia dicit { & ut ibi } ſcilicet in ſanatione { caliditas, aut quod ipſam ſequitur ſanitatis eſt pars, ſic & lapides domus } & æs ſtatuæ { & alia aliorum ſunt partes } videlicet ligna lectuli, vel arcæ.

Quare, quemadmodum dicitur, impoſsibile eſt quicquam fieri, ſi nihil fuerit prius.

Concludit nunc id quod ex dictis ſatis intelligitur, & intelligendum eſſe voluit, & dicit { quare, quemadmodum dicitur } & communiter habetur ab omnibus ferè philoſophantibus { impoſsibile eſt quicquam fieri, ſi nihil fuerit prius } ideſt ſi nulla præfuerit materia, ex qua ſit id quod efficitur. nam, vt deducetur, quicquid fit, ex aliquo fiat, neceſſe eſt.

TEX. 24. Patet igitur partem aliquam neceſſario eorum, quæ fiunt, eſſe. materia nanq; pars eſt. quippe cum inſit, & fiat hæc.

Ex eo, quod proxime concluſit, nunc etiam concludit rebus efficiendis aliquam partem in eſſe, quæ materiā æmulatur: & dicit { Patet igitur partem aliquam neceſſario eorum, quæ fiunt, eſſe } & exponens huiuſmodi partem, quæ rebus efficiendis ineſt, dicit { materia nanq; pars eſt, quippe cum inſit } ſcilicet rebus efficiendis { & fiat hæc } ideſt & ipſa eſt quæ ſit, & non intelligas quòd ipſa fiat terminatiue, ſed vt ſubiectum. quoniam materia eſt ſubiectum, qđ generationem ſuſcipit omnium eorum, quæ fiunt. Quare hæc ipſa eſt, quæ ſit ſubiectiuæ, & non, vt terminus generationis.

Et aliquid itaq; eorum, quæ in ratione ſumuntur. Vtroq; enim modo circulum æneum dicimus quid eſt, & materiam dicentes, quoniam æs, & formam, quoniam figura talis, atq; hoc eſt genus, in quo ponitur primo. Aeneus igitur circulus in ratione materiam habet.

Vero. ſi. Igitur. ſic.

Secundo etiam concludit in partibus definitionis eſſe aliquid, quod materiæ rationem habet. nam genera materiā æmulantur. & hoc oſtendi poteſt ex eo, quia circulus æneus duas materias habere dicitur, æs, & figuram. Aes videlicet vt materiam quæ eſt altera pars compoſiti. Figuram vero, vt materiam formæ ſiuè definitionis. Quare circulus æneus non ſolum compoſiti materiam habet, ſed etiā materiam, quæ in ratione eſt videlicet genus. vnde dicit { & aliquid itaq; eorum, quæ in ratione ſumuntur } ut materiam eſſe conſtat, videlicet genus. Genus enim materiam æmulatur. deinde oſtendit hoc argumento ſumpto ab ipſa interrogatione, & reſponſione, & dicit { Vtroque enim modo } interrogati & de materia, & de forma circuli ænei { circulum æneum dicimus quid eſt, & materiam dicentes } & reſpondentes { quoniam æs } dicimus enim æneū circulum eſſe æs: & ſic reſpondemus per materiam compoſiti { & formam } dicentes dicimus { quoniam eſt figura talis } videlicet rotunda { atque hoc } ſcilicet figura talis { eſt genus, in quo ponitur primo } & ſic eſt materia definitionis. tunc concludit, & dicit { circulus igitur æneus } nō ſolum materiam habet, quæ eſt altera pars compoſiti videlicet æs, ſed etiam { materiam habet } quæ eſt { in ratione } ideſt ſed etiam materiam habet, quæ eſt altera pars definitionis videlicet genus. Quo vero ad verba attinet, animaduerte in noſtro codice legi { æneus vero } Alexander autem legit { æneus igitur circulus } quod mihi longe magis conſonum eſt. nam Ariſtoteles concludit æneum circulum habere materiam, quæ eſt altera definitionis pars videlicet genus. Auerroes autem miſcens textus Nicolai Peripatetici, cum teſtibus Ariſtotelis, quantum ad expoſitionem nihil boni dicit, tamē digrediēdo aſſerit materiā non prædicari de eo, cuius eſt materia, niſi denominatiue. Circa quæ verba eſt multiplex difficultas primo, quia materia eſt magis intima compoſito quàm ſubiectum ſuo accidenti, ſed ſubiectum eſt de definitione accidentis. ergo materia de definitione compoſiti. Quo ſit, vt materia prædicetur per ſe primo de compoſito. deinde quia materia nec per ſe, nec denominatiue prædicatur de eo, cuius eſt materia, vt Auerroes ait libro de generatione ſecundo, ſed hæc diluuntur, primo dicendo Auerroem velle materiam, cum in abſtracto accipitur, non prædicari de eo, cuius eſt materia, quia non vere dicitur Socrates, aut homo eſt caro, aut os: & hoc pacto loquitur ſecundo generatione. Secundo aſſerendo materiam vere prædicari de eo, cuius eſt materia denominatiue, hoc eſt in concreto, non tamen ſic denominatiue, quod non per ſe primo prædicetur. quoniam licet materia non ſit pars quiditatis, quæ eſt forma, eſt tamen eſſentialis pars compoſiti ex materia, & forma. Hæc enim eſt prædicatio in concreto, ſed per ſe iecur eſt ſanguineum, aut carnoſum. Tertio dicendo materiam prædicari de forma, quæ eſt quiditas, vt de homine prædicatione denominatiua, atque eſſentiali, ſed non eſſentiali prædicamentaria. Non enim hæc eſt eſſentialis prædicamentaria, homo eſt carneus, vel oſſeus, ſed illa homo eſt animal: & ſic diluuntur obiectiones, licet dilucidius deinceps ſit diſſerendum. Nunc vero quæramus, cum materia ponatur in definitione, vt Ariſtoteles in præſenti textu aſſerit, utrū, vt genus, an vt differentia ponatur. Secundo determinatum eſt materiam ſecundum Auerroem non prædicari de forma, nec de cōpoſito, niſi denominatiue: igitur non quiditatiue, cuius oppoſitum dicit Ariſtoteles hic, cum aſſerit { vtroq; enim modo circulū æneum dicimus quid eſt } diluitur prima ex eo, quia ſi id quod definitur, eſt forma, & per modum abſtracti ſumptum, ſic materia ponitur in deſinitione illius, vt ſubiectum illam deferens, & ex parte differentię. At ſi id quod definitur, eſt forma, & definitur, vt concretus, atq; totum, ſic materia ſe tenet cum genere. Cum enim dicimus hominem eſſe animal rationale, animal eſt, ut materia. nam animal eſt corpus ſenſitiuum, quod eſt hominis materia. Sed ſi id quod definitur, eſt compoſitum ex materia, & forma, ſic materia eſt de eſſentia compoſiti, et in definitione eius ponitur ex parte generis, vt cum dicimus mixtum eſſe compoſitum ex quatuor elementis, compoſitum eſt materia, & alia particula, vt forma. Cum elementa ſe habeant vt formæ reſpectu mixti: & ſic tollitur contradictio inter textum, & commentum. nam cum dicitur q̄ materia prædicatur denominatiue, intelligitur materiam prædicari in concreto. Materia enim prædicatur de homine denominatiue ideſt per modum concreti. vt cum dicitur homo carneus, vel oſſeus eſt, cum quo tamen ſtat eam prædicari eſſentialiter de re, cuius eſt materia.

Cōmē. 4.

At quí quædam cum orta ſunt, non illud dicuntur, ex quo, ut ex materia fiunt, ſed illiuſmodi, ceu ſtatua non lapis, ſed lapidea dicitur. Homo autem ſanus non dicitur illud, ex quo factus eſt ſanus.

Quidam volūt q̄ Ariſtoteles moueat hic dubitationem, & eam ſoluat ibi { Cauſa autem } quæ expoſitio non uidetur uerbis conuenire. aliį, vt nos olim legunt { Atqui } proeti & aſſerunt Ariſtotelem inferre tertiam, aut quartam concluſionem, nunc cum Alexandro dico q̄ poſtquam Ariſtoteles docuerat omne, quod fit, ex aliquo fieri, nunc doceat id ex quo aliquid fit, eſſe bifariam, aut tale, vt poſsit denominatiue prædicari de eo, quod fit, aut tale, vt nullo modo denominatiue poſsit prædicari in recto de eo quod fit: & dicit { atqui quædam cum orta ſunt, non illud dicuntur ex quo

Q̄uæ Auer. Cōmē. 23.

fiunt, vt ex materia } & intelligit non dicuntur illud, ex quo fiunt, vt ex materia prædicatione formali { sed illiusmodi } ideſt ſed prædicatione denominatiua { ceu ſtatua nõ lapis, ſed lapidea dicitur { homo etiam qui ſit ex carne, nõ dicitur caro, ſed carneus: neq; ſanguis, ſed ſanguineus. & hæc, ut inquit, ea ſunt, ex quibus orta fiunt, veluti ex materia. Quædam uero ſunt, ex quibus aliquid ſit, quę nec denominatiua, nec formali prædicatione de eo prædicantur, quod ſit ex ipſis, & hæc ſunt oppoſita. Homo enim ſanus, qui ſit ex egroto, nulla prædicatione dicitur ægrotus, & dicit { homo autẽ ſanus non dicitur illud ex quo factus eſt ſanus } non enim dicitur ægrotus nec denominatiua præſticatione, nec formali, quoniam homo ſanus ſit ex ægroto tanquam ex oppoſito. hanc etiam expoſitionem olfecit Auerroes, vt patet legenti verba ſua.

TEX.25. Cauſa autem hæc eſſe uidetur, quoniam ex priuatione fiunt, atq; ſubiecto, quod quidem materiam dicimus, uelut & homo, & ægrotans ſit ſanus. magis tamen ex priuatione fieri dicitur: ut ex ægrotante magis cẽ ex homine ſanus. qua propter ſanus ægrotans quidem nõ dicitur, homo autem dicitur, homoq; ſanus.

Nunc affert cauſam eius, quod dixit, vt ſit ſenſus huiuſmodi { Cauſa } quamobrem nonnulla dicuntur id, ex quo fiunt, alia non item { hæc eſſe uidetur. quoniam ex priuatione fiunt, atq; ſubiecto, quod quidem } ſubiectum { materiã dicimus } quaſi dicat ideo id quod ſit ex materia, denominatur a materia, ex qua ſit. Id uero, quod ſit ex priuatione, nõ denominatur a priuatione, quoniam materia manet in compoſito. Priuatio autem non manet, vt Auerroes exponit. Ideo pro expoſitione cauſæ accipit primo id quod ſit, fieri & ex priuatione, & ex materia { velut & homo, & ægrotus ſit ſanus } ergo ſanus ſit ex ægrotante, & ex homine, quia tã homo, quàm ægrotus ſit ſanus. Secũdo accipit, cẽ licet omne, quod ſit, ſiat ex materia, & priuatione, magis ex priuatione fieri dicitur, & ait { magis tamen } ſanus { fieri dicitur ex priuatione vt ex ægrotante magis cẽ ex homine ſanus } .ſ. fieri dicitur. Tunc concludit, quod accepit, & dicit { quapropter ſanus } qui ſit ab ęgrotãte, vt ex priuatione { ægrotans quidem non dicitur } ideſt non denominatur ab ægrotante, cum ægrotans ſit priuatio, quæ non permanet { homo autem dicitur, homoq; ſanus } ideſt bene autem denominatur ab homine, qui eſt ſubiectum, & materia, & nõ ſolum ſanus dicitur homo, ſed etiam dicitur homo ſanus: cum ſubiectum, atq; materia permaneat. Si igitur ex hiſce patet id omne quod fit, denominari magis a materia cẽ a priuatione, cuius cauſa eſt, vt Auerroes inquit, quoniã materia manet, priuatio abeſt.

Quorum autem priuatio manifeſta non eſt, & nomine caret, ut in ære cuiuſcũ figuræ, aut in lateribus, lignisve domus, ea ex his fieri, ut illic ex ægrotante, uidentur. Quapropter, ut illic nõ id, ex quo fit, dicitur, ſic & hic ſtatua nõ lignum, non æs, non lapis, ſed lignea deriuatiue, ænea, lapidea. & domus itidem non lateres, ſed laterítia dicitur.

Quæret fortaſſe quiſpiam, vtrum ſemper id quod fit, ſiat ex priuatione: tanquam ex termino a quo: hoc quæſitũ Ariſtoteles ſoluit aſſerens in illis effectionibus, in quibus priuatio eſt perſpicua, atque nomen habens, ſic in talibus omne quod fit, fieri dicitur tam ex materia, cẽ ex priuatione, vt ſanum tam ex homine, cẽ ex ægrotante. In quibus uera priuatio non eſt manifeſta, & nomine caret, in talibus id quod ſit, dicitur fieri ex materia tãtum, ex qua ſit etiam tanquam ex priuatione. eſt enim materia ex qua ſit ſubiectum ex quo fit, & uicem habet priuationis. hoc pacto ſtatua ſit ex ære, & non ex priuatione æris, cum priuatio non ſit manifeſta, & nomine careat. & ęs uicem habeat ſubiecti, atq; priuationis. vnde ait { Quorum autem priuatio manifeſta non eſt, & nomine caret, vt in ære cuiuſcũ figuræ } ideſt vt in effectione cuiuſcũ figuræ, quæ ſit ex ære { aut in lateribus, lignisve domus } ideſt aut effectione domus, quæ ſit ex lateribus, lignisve { ea } .ſ. figura, & domus { ex his fieri uidentur }. ſ. figura ex ære, & domus ex lateribus, lignisve { ut illic ſciliçet in effectione ſani { ex ægrotante } nam materia in effectione talium, licet ſit ſubiectum, vicem cum habet priuationis. & propterea ex materia dicuntur fieri, ceu ſanum ex ægrotante. dixit autẽ { videntur } quia reuera ex priuatione fiunt, ſed propter latentiam priuationis, dicuntur fieri ex materia, & non ex priuatione. Alexander autem vult, ut Ariſtoteles aſſignet cauſam, quare aliquando quod ſit dicatur fieri ex priuatione, & non ex materia, aliquando ex materia, & non ex priuatione, & dicit, cum priuatio nomen ſortita eſt, tunc dicimus ex hoc. ſ. priuatione effectum eſt, vt recte valentem ſiue ſanum dicimus ex egrotante fuiſſe factum. propterea quia valetudinis priuationi nomen eſt impoſitũ. Appellatur enim morbus, ſiue ægritudo. nec dicimus ex homine, quod materiam emulatur, recte ualentem fuiſſe effectũ: ſed ex ægrotante. quoniam priuationi, vt dixi, nomẽ eſt impoſitum. In quibuſdã vero, vt in ſtatua & domo, quia priuatio nomine caret, vt hic valens ex ægro fieri dicitur, ſic ſtatua, & domus ex ſtatuæ, atq; domus priuatione fiunt, ſed quia priuatio nomine caret, ſtatua & domus ex ære, ac lapidibus fieri videntur, vt recte ualens ex ægrotante: ac idcirco dicimus ex gre ſtatuam, ex lapidibus domum fuiſſe factam. deinde ex his, quæ dixit, concludit id quod ſuperius eſt dictum, & ait { quapropter, vt illic } ideſt in valente { non id dicitur, ex quo ſit } ideſt non dicitur æger: ex quo ſit: { ſic & hic } ſcilicet in effectione ſtatuæ, & domus { ſtatua non lignum, non æs, non lapis, ſed lignea. deriuatiue, ænea, lapidea, & domus non lateres, ſed laterítia dicitur } nam, vt recte ualens efficitur ex ægrotãte, ſic ſtatua ex ære, vel lapide, ſed ualens non dicitur id ex quo fit, non enim dicitur æger, ergo nec ſtatua quidem lapis vocatur, aut æs, ſed lapidea, vel ænea. Quòd autem priuatio, quæ in ære habetur, nomine careat, oſtendit Alexander. nam ſi definitioni locus ſit, & dicere liceat huius figuræ priuationẽ æs habere exempli gratia priuationem figuræ ſtatuæ, vt dicamus æs priuationem habens ſtatuæ, tunc ſtatua ex huiuſmodi priuatione ideſt ex non ſtatua facta erit, ſi quis igitur ita dicat æs priuationem habere figuræ ſtatuæ, mihi quoq; in promptu erit dicere, non ſtatuæ, ſed lebetis, aut tripodis, aut arculæ, vel equi figuræ priuationem æri ineſſe. itaq; ob infinitatem ſeu incertitudinem qualis figurę priuationem æs habet, & quia perinde nomine uacat, (Indeterminata enim nomine carent) non dicimus priuationem, ſed materiam, cui ſimilis eſt in lapidibus ratio, vtpote quorum priuatio nomen non habet, vt domum ex non domo fiet dicamus. Sed contra nam primo phyſicorum dictum eſt domum ex non domo fieri. Ideo Alexander reſpondens dicit neque hoc dicimus, quaſi domum negemus ex non domo fieri. Hoc enim pugnaret cum iſs, quæ in phyſica conſtituta ſunt, & certe domum ex non domo fieri conſtat, ſed dici poſſe negamus ipſam fieri ex priuatione domus, quæ ſit in lapide, cum in hoc non domus tantum, ſed etiam ſtatuæ, & mille aliarum rerum priuationes habeantur. Videtur autem Auerroes hic aſſerere generationẽ cuiuslibet rei magis priuationi quàm ſubiecto eſſe attribuendam, cuius oppoſitum ipſe videtur dixere primo phyſicæ Auſcultationis, cum ibi dicat id quod vere generatur, eſſe ſubiectum, non tamen ita eſt, Auerroes enim non hic generationẽ magis eſſe attribuendam priuationi ait quàm materiæ, ſed generatum

Q ue Auer. cõmẽ. 24. Cõmẽ. 26.



neratum fieri ex aliquo magis priuationi quàm materiæ eſſe attribuendum. nam priuatio eſt magis id, ex quo aliquid fit, quàm materia. Cum materia ſit id quod fit. Priuatio vero magis id, ex quo aliquid fit. Sed quæret aliquis, cum proxime demonſtratum ſit, omne, quod fit, ex aliquo fieri, quonam mõ eſt ad hoc propoſitum hoc, quod ait { quędam cum orta ſunt, non illud dicuntur, ex quo fiunt, ſed illiuſmodi } Non enim videtur facere ad illud propoſitum. Reſpondet Alexander hoc facere ad illud propoſitũ ex eo, quia demonſtrauerat omne, quod fit, ex aliquo fieri, & ita exprimere etiam voluit, quonam modo ea, quæ fiunt, nun cupentur.

TEX.26. Nam ſi quiſpiam diligenter, exacteq; inſpexerit, non utiq; ſimpliciter dicet ex ligno ſtatuã fieri, aut ex lateribus domũ, quoniam mutatur id, ex quo quippiam fit. non tamen manere oportet. propter hoc igitur iſto dicitur modo.

Alexander putat Ariſtotelem aliam cauſam reddere, cur ſtatua non dicitur ex lapide fieri, & ſi intelligit nullo modo dici poſſe ex lapide fieri ſtatuam, expoſitio falſa eſt, nam ſtatua fit ex lapide ſaltem, vt ex materia. At ſi intelligat ſtatuam non fieri ex lapide reuera tanquam ex priuatione, recte dicit, dictum eſt enim ligna & lateres in factura domus ſe habere, vt priuationem, & cuprum ſimiliter in factura ſtatuæ, ideo, ne quis decipiatur, declarat neque lateres eſſe priuationem domus, neque cuprum ſtatuæ: & dicit { nam ſi quiſpiam diligenter, exacteq; inſpexerit, non utiq; ſimpliciter dicet ex ligno ſtatuam fieri, aut ex lateribus domum } ita intelligendo, vt lignum ſit priuatio ſtatuæ, lateres vero domus. nam reuera nec lignum eſt priuatio ſtatuæ, nec lateres domus, niſi quatenus priuatio non eſt manifeſta, & nomine vacet. ſed vt dixit, lignum videtur ſtatuæ priuatio & lateres domus. quoniam, vt dixit priuatio non eſt manifeſta, & nomine caret. Quòd autem neque lignum ſit reuera priuatio ſtatuæ, nec lateres domus, demonſtrat, quoniam omne, quod ſit ex aliquo, tanquam ex priuatione, ab ea natura diſcedit, in qua erat, & aliquid aliud efficitur. At lapis, ex quo ſit ſtatua, rurſus manet lapis, quod de aqua. dici non poteſt, ſi ex ea aer fuerit effectus. non igitur ſit ex lapide ſtatua, neque hoc de ſtatua dicetur quòd ſcilicet ex lapide tanquam ex priuatione fuerit effecta. vnde dicit { quoniam id, ex quo quippiam ſit } ſcilicet tanquam ex priuatione { mutatur } ideſt ab ea natura diſcedit, in qua erat, & aliquid aliud efficitur { non tamen manere oportet } At lapis ex quo ſit ſtatua, manet lapis { propter hoc igitur iſto dicitur modo } vt ſuperius diximus, ſtatua eſt lapidea, domus vero laterítia. Non enim id quod fit, denominatur a priuatione, niſi quatenus priuatio non eſt manifeſta, & nomine caret, nam ſic videtur concidere cum materia.

Cum autem id quod fit, ab aliquo generetur, hoc autem id eſſe dico, unde eſt principium generationis. & ex aliquo, quod quidem non, ut priuatio ſumatur, ſed, ut materiam. iam enim determinatum eſt quo modo iſtud dicitur, & aliquid etiam fit, atq; hoc, ut ſphæra eſt, aut circulus, aut quoduis cæterorum: quemadmodũ nec ſubiectum æs efficit, ſic neq; ſphæram.

Duo ex iſs, quæ dixit, patent, & quòd omnis generatio ex aliqua materia ſit, & quòd omne, quod generatur, generetur a ſibi ſimili, cum itaque ſibi demonſtrandũ propoſuiſſet formam & quiditatem non generari, ſed compoſitum, nam ex hoc patebit ideas nihil facere ad rerum generationem, & intelligere rem in expedito fore, ſi prius omne, quod fit, ex aliquo fieri demonſtraſſet, ideo hoc demonſtrato, iam ad oſtendendum reuertitur formam, & quiditatem non generari, ſed compoſitum: & Ariſtoteles reſumit tria, quæ ſuperius propoſuit, afferens in omni generatione ſubſtantiæ eſſe tria id videlicet a quo fit, id ex quo fit, & id quod fit: & dictio ſuſpenſiue legenda eſt vſq; ibi { quemadmodum nec ſubiectum æs } & dicit { cum autem id quod fit, ab aliquo generetur } & exponit hoc primum, & dicit { hoc autem id eſſe dico, vnde eſt principium generationis } ideſt hoc autem eſt cauſa efficiens, & ſic habetur primum. deinde aſſignat ſecundum, & dicit { & ex aliquo } ſcilicet efficitur. & exponens iſtud dicit { quod quidem non, vt priuatio ſumatur, ſed, vt materia } cuius rationem affert, & dicit { iam enim determinatum eſt quomodo iſtud dicitur } quia dictum eſt quòd aliter fit aliquid ex materia, aliter ex priuatione, nunc autem ſit id ex quo aliquid fit, non priuatio, ſed materia, hoc eſt ſecundum. deinde aſſignat tertium, & dicit { & aliquid etiam fit } & exponens hoc ſubdit { atque hoc, vt ſphæra eſt } videlicet quid compoſitum ex ære, & figura { aut circulus } ſcilicet æneus { aut quoduis cæterorum } homo uidelicet vel æquus. igitur in omni generatiõe tria ſunt id, a quo ſit videlicet effectrix cauſa, id ex quo ſit ſcilicet materia. & tertium id quod fit, ſolum itaque reſtat differere quid ſit id quod fit, & terminando ſuſpenſionem, aſſerit nec eſſe formam, nec materiam, & perſiſtendo in eodem exemplo ait { quemadmodum } agens cauſa { nec ſubiectum ęs efficit, ſic neque ſphæram } ideſt figuram ſphęricam. eſt igitur concluſio efficientem cauſam nec efficere ſubiectũ videlicet æs, neque formam, videlicet figuram ſphæricam.

Niſi ſecundum accidens ex eo, quia ſphæra ænea ſphæra eſt, ſed illam facit. nam hoc aliquid facere eſt hoc facere ex eo, quod eſt omnino ſubiectum. dico autem æs rotundum facere eſſe non rotundum, aut ſphæram facere, ſed aliud quippiam, uelut hanc formam in alio.

Cum concluſiſſet efficientem cauſam nec formam efficere, nec materiam, nunc exponit concluſionem afferens agens ſi globum efficere dicitur, per accidens hoc dicitur, propterea quod æneum globum facit, non quod globi formam, & quiditatem, quam ponit in ære, hæc enim non generatur, niſi per accidens. vnde dicit { niſi ſecundum accidens }. ſ. ſphæram facit. & aſſerens rationem ſubdit { ex eo quia ſphæra ænea ſphæra eſt, ſed illam facit }. ſ. ſphæram æneam, ergo ſphæram facit per accidens. Locus enim dialecticus eſt, quia agens cauſa, quæ facit compoſitum per ſe, facit eius formam per accidens. deinde oſtendit compoſitum per ſe fieri, & ſyllogiſmus componitur ſic, quod fit ex materia, eſt compoſitum. Omne quod fit, ex materia fit. ergo omne quod fit, eſt compoſitum: dicit { nam hoc aliquid facere } ideſt efficere hunc particularem globum { eſt hoc facere eo, quod eſt omnino ſubiectum } Hæc erat minor, quam per exemplum exponit, & dicit { dico autem æs rotundum facere eſſe non rotundum, aut ſphæram facere, ſed aliud quippiam } ideſt compoſitum { velut hanc formam in alio } ideſt velut rotunditatem quæ in ſingularibus eſt, non facit, neque globi formam, hæc enim iam eſt, ſed hanc formam globi in ære facit, ipſamq; in ære ponit, & hoc eſt efficere compoſitum. Auerroes vero ait Ariſtotelem declarare propter illa, quæ dicta ſunt, omne quod generatur, eſſe compoſitum ex materia, & forma. quoniã nec forma tantum, nec materia tantum, ſed compoſitum ex materia, & forma generatur & aſſerit Ariſtotelẽ ex eo cauſam afferre, quia generans non generat, niſi tranſmutauerit materiam, donec efficiat in ea formam corrumpendo priorem diſpoſitionem. At hoc facere non poſſet, niſi id quod gene-

Q ue Auer. Cõmẽ. 26.

ratur, esset compositum ex materia & forma. Quæ vtrum consona sint verbis Aristotelis, tu intelligere facile poteris legendo verba.

**Si enim facit, ex quodam utiq; alio facit hoc enim supponebatur, ueluti si æneam sphæram facit, hoc ita facit, ut ex hoc, quod quidem est æs, hoc faciat, quod est sphæra. Si igitur hoc ipsum faciat, idētidem profecto faciet, uti patet: & generationes ipsæ in infinitum proficiscentur.**

Cum demonstrasset formam fieri per accidens ex eo, q̄a fit factura compositi, quod per se fit, nunc idem ostendit deductione ad impossibile, hoc pacto si forma ꝑ se fit, erit ꝓcessus in infinitum in generationibus. Pro deductione ꝯñæ accipit id quod ostēsum est, omne quod per se fit, ex aliquo fieri tanquā ex propria materia. Tunc argumentatur si forma per se fit, fiet ex propria materia, & ita erit composita ex propria materia, & propria forma, tunc iterum quæratur de illius propria forma, vtrum per se fiat, etsi dicat ita, generationes erunt infinitæ. Primo igitur accipit suppositionem, et dicit { Si enim } effectrix causa per se { facit } .s. formam, ita vt forma per se generetur { ex quodā vtiq; alio } .s. subiecto utiq; { facit } talem formam { hoc.n. supponebatᷣ } dictum est enim omne, quod per se fit, ex materia fit. Cuius expositionem per exemplū subdit { ueluti } si effectrix causa { æneam sphæram facit, hoc } .s. æneam sphæram { ita facit, vt ex hoc, quod quidem est ęs, hoc faciat, quod est sphæra } .s. ænea. Hac suppositione sibi constituta, argumētatur, & dicit { si igitur hoc ipsum } .i. ipsam formā, quæ est sphæra formaliter, causa effectrix faciat, idētidē } .i. eodem modo eam { faciet profecto } .s. ex propria materia { uti patet } & tunc quæretur de forma formæ { & generationes ipsę in infinitum proficiscentur } cum omne per se generatum formam propriā habeat: cuius erit semper propria generatio, sic igitur si quis dixerit formam quoq; globi, vt cōpositum ipsum fieri, cum omne, quod fit, quemadmodum demōstratum est, ex aliquo fiat, hæc forma fiet ex altera, & illa rursus ex alia, & hoc in infinitum, quod fieri nequit. vt enim qui æneam sphæram siue globum facit, ex hoc ente ipsum facit. i. ex ære & ex hac figura hunc compositum globum facit, ita si formam, & quiditatem. Globi efficit, ex aliquo subiecto efficiet propriaq; forma & sic generationes absq; fine progredientur.

TEX.27. **Patet ergo neque speciem, neq; quodcunque utiq; uocare oportet in re sensibili formam, fieri, neq; generationem ipsius esse, neq; hanc esse etiam quiditatem. hæc enim est id quod in alio, aut ab arte, aut a natura, aut a potentia fit.**

Nunc ex ijs, quæ demonstrauit, infert conclusionem per modum epilogi, asserens esse perspicuum formā per se non generari, sed per accidens, quatenus fit in alio, & dicit { Patet ergo neq; speciem, neq; quodcunq; oportet vocare utiq; in re sensibili formam fieri } forma, quæ est in re sensibili. i. in materia sensibili. nam forma, quę in sensibilibus efficitur, dicitur aliquando species, aliquando forma, quę inhæret materiæ sensibili, & propterea dixit speciem, seu formam in re sensibili. & cum dixerit formam non fieri, addit { neq; generationem ipsius esse } vt hoc sit illius expositio: vt sit sensus formam non adduci in esse per generationem, sed natura, quæ in materia est, materiam alterante, ac efficiente pūcto temporis, ac indiuiduo momento in ipsa ingenerarī. nec solum inquit palam est formam, quæ habetur in sensibili non generari, sed { neq; hanc } .s. formam, quæ habetur in sensibili, est quiditas. Q uiditas enim vniuersalis est, & intelligibilis. Hæc autem sensibilis est, & particularis, quæ in materia generatur a natura, vt forma in me, & in singulis, & assignans causam horum vtrorūq; dicit { hæc enim est id qđ in alio fit } puta in materia, & vt pars compositi singularis { aut ab arte } vt ęneus globus { aut a natura, vt anima uegetalis, ac sensualis { aut a potentia ut uirtutes. Anima enim sensibilis, & anima vegetalis in me, & in singulis habetur ab ipsa natura. globus ab arte habetur in ære. Virtutes vero a potentia rationabili, ac voluntate fiunt in alio hoc est in anima. Argumentor ergo nihil, quod fit in alio, per se generatur, vel est quiditas. forma, quæ habetur in materia sensibili est in alio, nam virtutes sunt in anima, æneus globus in ære, anima in nobis: igitur forma, quæ habetur in materia sensibili, nec per se generatur, nec est quiditas. Maiorem Aristoteles supponit, quoniam quod fit in alio, fit factura compositi, cuius est pars. Auerroes asserit formas non per se generari, quia non apparet in quibus sensibilibus debeant dici exemplaria. Sensibile enim est ipsum compositum. At forma non est exemplar compositi, quo fit, vt forma non generetur. etiam asserit formam quiditatem nō habere. nam forma est ipsa quiditas. Quæ si conueniant verbis, tu considera. Q uo vero ad verba attinet, per formā, quæ est in sensibili, intelligit formam particularem, quæ, ut dixi, ideo non per se generatur, quia generatione compositi fit, cuius ipsa est pars. per quiditatem vero intelligit formam vniuersalem, & intelligibilem: quæ nec per se generatur, cum generetur generatione rerum singularī, quarum ipsa est quiditas. Q ue Auer. comē.27.

**Efficit autem sphæram æneam esse, nam ex ære, sphæraq; efficit. In hoc enim hanc formam efficit, & hoc est ænea sphæra. Hoc uero esse sphæræ.**

Cum demonstrasset agentem causam non efficere formam per se, nec materiam, nunc exponit quid est id quod generans causa efficit per se, asserens id qđ agens causa efficit per se, esse cōpositum, & continuatio sit ad hunc modum, agens causa nec materiam efficit, nec formam { efficit autem sphæram æneam esse } .i. sed efficit, vt hoc compositum sphæra ænea fit. & exponens æneam sphæram subdit { nam ex ære, sphæraq; } .i. figura circurali componendo causa ipsa effectrix æneam sphæram { efficit } Sic igitur conclusio est, efficiens causa per se globum quidem æneum facit ex ære, & forma globi. deinde repetit causam, & dicit { in hoc enim } .s. ære { hanc formam } .i. globi formam { efficit, & hoc est ænea sphæra } .i. & quod ab eo efficitur est æneus globus { hoc vero } .s. forma globi est { esse } .i. quiditas { spheræ } idest ænei globi. Q uāquam hæc verba { hoc vero esse sphæræ } in codicibus Alexandri nō leguntur. Et sic puto non esse legenda, potissimum, cum paulo ante dixerit formam, quæ est in insensibili materia, non esse quiditatem. Est igitur argumentum agens facit per se formam in mâteria, forma in materia est cōpositum: igitur agens per se facit compositum, in tertia figura. Auerroes autem assignat causam, quare agens facit compositum in exemplo æneæ sphæræ ex eo, quia artifex cum facit sphæram cupri, non dicitur facere hoc, nisi quia facit ex hoc cupro demonstrato sphæram faciendo hanc formam demonstratam, & ex hoc cupro demonstrato. Q ue Auer. comē.27.

**Si uero ipsius esse sphæræ omnino sit generatio, quippiam e quopiam erit, Id enim quod fit, semper diuisibile esse oportebit: ac aliud hoc, aliud hoc esse. Dico autem, quoniam aliud materia, aliud species est. Si itaq; sphæra est æqualis e medio figura, huius aliud erit, in quo id erit, quod efficiens facit in ipso. aliud id quod erit in illo. Totum autem id erit, quod est effectum, uelut ænea sphæra.**

Cum



Cum ostendisset compositum esse id quod effectrix causa efficit, nunc ostendit quiditatem omnino agentem causam non facere in exemplo sphæræ: argumentans, si quiditas est generanda, ex aliquo generabitur, cum omne, quod generatum est, diuidatur in id ex quo fit, & in id quod fit. Q uare si globus est figura vndiq; pariter distans a centro, huius figuræ altera pars erit subiectum: in quo forma sit, quæ in ipso fit ab efficiente. altera forma, quæ in subiecto est, quod vero ex his existit, erit ænea sphæra, quæ facta est. dicit { si vero ipsius esse sphæræ } idest si quiditatis sphęræ { omnino sit generatio, quippiam ē quopiam. erit } .i. quiditas erit aliquid, quod ex aliquo generabitur. & assignans rationem consequentiæ dicit { id enim quod fit } .s. proprie & per se { semper diuisibile esse oportebit, ac aliud. hoc, aliud hoc esse } & exponens quid per aliud, atq; aliud intelligat, subdit { dico autē } aliud atq; aliud esse oportere eius, quod generatur { quoniā aliud materia, aliud species } siue forma { est } tunc vltra concludens subdit { si itaq; sphęra est figura e medio æqualis } idest a cuius centro ad circūferentiam omnes lineæ ductæ sunt æquales quæ quidem sit quiditas ænei globi { huius } scilicet figuræ { aliud erit in quo } idest subiectū atq; materia { in quo id erit, quod efficiens facit in ipso } idest aliud erit forma subiectum, in quo forma fit { aliud id quod erit in illo } idest aliud erit forma: quæ fit in ipso { totum autem id erit, quod est effectum, velut ænea sphæra } & sic quiditas ænei globi erit composita diuisibilis in formam & materiam. huius autem absurdum non explicauit, quoniam superius est explicatum. dixit enim sequi generationes formæ post formā proficisci in infinitū.

Concursus. Conuentio. Coniunctio. **Patet igiť ex his, q̄ dicta sunt id quidē nō fieri, qđ ut forma, aut ut substantia diciť. Concursum aūt, qui per hanc diciť, fieri, & in omni re gn̄ata materiā esse: atq; hoc qdē esse hoc, hoc aūt hoc.**

Tunc rursus epilogando concludens subdit { Patet igitur ex ijs, quæ dicta sunt, id quidem non fieri } subaudi per se propria generatione { quod vt forma, aut vt substantia dicitur } per formam autem & substantiam idem intelligit { concursum autem, qui per hanc dicitur } idest compositum ex materia & forma { fieri } scilicet per se propria generatione. deinde concludit secundum, & dicit { et } patet item { In omni re generata materiam esse } item tertio concludit { atque } patet { hoc quidem esse hoc } .s. materiam { hoc aūt hoc } .i. formā. i. patet tertio partium cōpositi alteram esse materiam, alterā esse formā. Hæc sunt, quæ relinquunť demonstrata. Auerroes aūt pręter textū dicit primo asserit formam simpľr nequaquā generari. qm̄ tunc generatio esset ex nihilo hoc est ex nō forma, qđ ꝓ absurdo habet, sed videtur hoc absurdum non esse, quoniam si forma non fit, oportet ex non forma fieri. Sed dicendum Auerroem intelligere pro absurdo formam fieri ex non forma simpliciter, cuius nihil actu aut potentia præcesserit, vt ipse exposuit libro de generatione primo. Secundo dicit oportere, ut omne generatum sit diuisibile in materia, & forma, quod ipse intelligit non actu diuisum sed potestate. quoniam omne generatum est actu vnum tertio ait quòd si sphæra generetur, non generetur, nisi ab illo, quod est in figura medij, idest nisi a composito ex materia & forma. nam sicuti sphæra est compositum quippiam ex materia, & forma, sic oportet, vt sphæra generetur ab eo, quod est compositum quasi simile medio. demum ait hæc omnia esse declarata, vt sciamus speciem, quæ fit, medium mixtum esse ex materia & forma. hæc Auerroes licet præter dictionem. Q ue Auer. comēt.27. Comē.40.

TEX.28. **Est ne igitur præter has aliqua sphæra, aut præter lateritias domos aliqua alia domus. An si sic esset, nunquam hoc aliquid esset ortum, sed hoc quidem tale significaret, definitumq; non esset. Sed efficit, atq; producit, ex hoc tale. & quando est ortum, est hoc tale. totumq; hoc Callias est, aut Socrates, perinde atq; hęc est sphæra ænea. hō uero ac animal, ut ænea sphæra oīno.**

Cum demonstrasset tertium videlicet id quod generatur, esse compositum ex eo, quia forma, & quiditas non generatur, sed est, & fit in subiecto, nunc quæstionem mouet de ideis, vt ostendat ideas ponendas non esse propter generationem, interrogat ergo vtrum pręter hos globos sit alius globus, & præter lateritias domos alia domus, quæ ipsa per se consistat, & omnino præter hos homines sit homo: & dicit { Est ne igitur præter has } scilicet sphæras singulares { aliqua sphæra } .s. separata, & abiuncta, quæ per se consistat { aut præter lateritias } atq; singulares { domos aliqua alia domus } .s. separata, & abiuncta, quæ per se consistat. hæc est quæstio. Q uo vero ad verba attinet animaduerte Platonem in artificialibus ideas nō posuisse, Aristoteles tamen vtitur artificialibus pro exemplis, vt per huiusmodi artificialia quæstio in naturalibus intelligatur. Aristoteles igitur percunctatus huiusmodi quæstionē respondet asserens, si idea separata generans esset, id quod fieret ab illa, nunquā esse hoc aliquid, sed quale, ac vniuersale, & indefinitum, cuius contrarium patet ad sensum. nam id quod fit, est hoc aliqd videlicet Socrates, aut Callias. Consequētia ostendiť ex ea suppositione, quā pręmisit, q̄ vꝫ generans semper sibi effectū assimilet. Quare si idea esset quale, atq; oīno. vniuersale quippiā, effectus nō erit hoc aliquid, sed quale, atq; oīno vniuersale. Aristot. igitur primo affert ꝯñs secunda ibi { sed afficit, atque producit } destruit consequens. de prima parte, dicit { an si sic esset } scilicet idea separata, quæ generaret { nūquam hoc aliquid esset ortum, sed hoc quidem } scilicet quod fieret { tale } scilicet vniuersale { significaret, definitumq; non esset } & sic id quod fieret a tali idea, esset tale commune, ac vniuersale. & per hoc aliquid consueuit Aristoteles de sensibilibus dicere, deq; ijs, quæ digito monstrari valere: & omnino de ijs, quæ consistere possunt, vt ipse docet in prædicamentis. tunc Alexander absurdum aliter intelligit { si sic esset } idest si formæ secretę per se essent { nunquam hoc aliquid esset ortum } sic vt per alterationem alicuius forma in alterato puncto tēporis ingeneraretᷣ, immo si deberet generari in materia, per compositionē hoc efficeretᷣ. est ergo absurdum, q̄ si formæ naturales essent secretæ per se, generatio eius, quod dicitur hoc aliquid, nō fieret per alterationē, sed in materia per compositionem efficeretur. Quam ꝯñam ostendit Alexā. exēplis, primo quidem, qm̄ ut lateres ipsi per se exn̄tes per compositionem, non per generationem, & omnino alterationem partes domus efficiuntur, ipsamq; conficiunt, sic si formæ per se consisterēt, cum materia nimirū compositę efficerenť indiuidua, & non per generationē, & alterationem. Secundo uero, nam ut hoc uinum, & hoc mel per se exn̄tia, postq̄ mulsum efficere, non pn̄t alijs reperiri, sic hō, si per se consisteret, postq̄ cum materia compositus Socratē confecisset, non posset in alia materia fieri, vt homine alium efficeret, donec secretus esset a materia, cum qua Socratē effecerat. quod incōmodum non accidit eis, qui formas separatas esse negant. neq;.n. per se hominem, eiusq; formā esse aiunt, sed ipsum ex multis cogitatione secernunt. In particularibus uero talē naturam esse tradunt. & iuxta hanc expōnē Alex. legit vba { an si sic esset } .i. an si formæ per se sint { nunq; hoc aliquid esset ortum } scꝫ per alterationē { sed hoc quidē } subaudi qđ esset ortū { significaret tale } non tn̄ simpľr tale { definitūq; non esset } .i. sed id qđ esset ortū, esset forma quę p̄existebat, quæ adueniēs materię compositū effecisset, & sic dicit { sed hoc quidē } .s. forma, qđ esset orta { significaret tale } .i. substātiam quādam qualitatē habentē { definitumq; nō esset } .i. discretū, & qđ per se valeret existere, & sic gn̄atio nō fieret

per alterationem, sed in materia per compositionem efficeretur deinde exponit quonam modo agēs ageret, si formæ, quæ fiunt in materia præexisterent, & dicit { sed } subaudi efficiēs ac genitor { efficeret. atq; produceret ex hoc } idest ex forma { tale } .i. compositum ex materia, & forma { & quando esset ortum } & forma cum esset orta in materia. s. per aduentum, & non per alterationem { hoc tale esset } .i. substantia ex materia & forma composita esset { totumq; hoc } .s. forma cū materia { Callias esset, aut Socrates, perinde atq; hæc sphæra ænea } quæ componitur ex forma & materia { Homo uero ac animal, ut ęnea sphæra omnino } idest hic hō uero & hoc animal erit omni { vt } hæc { ęnea sphæra } sic Alexander. Ego vero puto melius esse dicendum vt diximus, vt Aristoteles argumentetur, si ideæ separatæ essent generantes, nunquā fieret hoc aliquid, sed semp quale quid, & vniuersale, & propterea dicit { sed hoc quidem } .s. quod fieret ab ideis illis { tale } .i. vniuersale { significaret definitumq; non esset } .i. discretum, ac vnum numero hæc de prima parte. idem ostendit hoc esse contra sensum inducens id qđ agens efficit, & dicit { sed } agens subaudi non vniuersale efficit, sed { efficit, atq; producit tale } scilicet compositum { ex hoc } .i. ex definita materia, uel ex definita forma { & quando est ortum } tale compositū ab agente ipso { est hoc tale } quod exponens subdit { totūq; hoc } .s. quod agens efficit { Callias est, aut Socrates, perinde atq; hæc est sphęra ænea, homo uero ac animal } scilicet vniuersale non est hoc aliquid, sed { vt ænea sphęra omnino } .s. vniuersalis. Sic igitur est contra sensum, quia ad sensum patet id quod per se generatur { esse } hoc aliquid videlicet Calliam aut Socratem, non autem animal aut hominem, quæ sunt vniuersalia, & qualia, quæq; non nisi per accidens generantur generatione singularium: igitur ideæ non generant.

Patet ergo specierum causa, ut quidam dicere species consueuere, si sint quædam præter singularia, ad generationes, atq; ad substantias non esse utiles, neq; ob hæc substantias per se esse ponendas.

Nunc ex dictis concludit contra Platonicos ideas, quas ponebant ad rerum generationes vtiles, esse inutiles ex parte ipsarum. dico ex parte ipsarum, quia fortasse ex parte effectuum, qui fiunt, possent esse vtiles, sed ex parte ipsarum sunt inutiles, quoniam ex parte ipsarum non sunt aptæ producere hoc aliquid, & singulare, sed tātum vniuersale, cum solum vniuersali sint similes: vt longa enarratione est demonstratum. & dicit { patet ergo specierum causa } idest ideas quantum est ex parte naturæ ipsarum { ut quidam } scilicet Platonici { species } .i. ideas { dicere consueuere, si sint quædam } separatæ { præter singularia, ad generationes, atq; ad substantias } .s. producēdas { non esse utiles } quoniam, vt dictum iam est, ideæ suapte natura non producunt hoc aliquid { neq; ob hæc } .i. & propter hæc quia nō sunt aptę efficere hoc aliquid, patet ipsas { non esse } ponendas { substantias per se } .i. non esse ponendas in ratiōe rerum separatas substantias. nam Platonici ideas ponebant, vt seruarent rerum generationes proficisci a simili, quia igitur ab ideis quantum est ex parte sua nō producitur hoc aliquid, fit vt propter hoc non sint ponendæ. Quidam in suis codicibus legunt { patet ergo species, vt quidam dicere species consueuere } & sic dictio facilior est. Auerroes vero ostendit formas separatas esse inutiles ex eo, quia formæ separatæ materiam transmutare non possunt, Materiam uero eas transmutare non posse ostendit ex eo, quia nihil transmutat materiam, nisi ipsum sit in materia. Et ex hoc infert contra suos Saracenos mundum non esse genitum. quoniam si esset genitus, oportuisset, vt generans fuisset indiuiduum, & corpus particulare. Nos vero dicimus mundum non esse

Q ue Auer. Comē. 28.

genitum, sed ex nihilo creatum, & propterea nō oportuisset Deum esse corpus, sed hæc petenda sunt a dilucidario, & a theologicis nostris.

In quibusdam igitur & luce clarius extat id quod generat tale quidē esse, quale est id quod ab ipso producitur, non tamen numero, sed specie idem, ac unum, ut in ipsis naturalibus cōstat. Homo nanq; hominē generat, & equus equum.

Si considerauerimus verbum { Igitur } quod græce est δὴ vt legitur in codice nostro, videtur Aristotelem inferre ex declaratis in quibusdam esse luce clarius simile ex simili fieri sicuti est pro suppositione acceptū, ut patet in rebus naturalibus, in quibus perspicuum est simile fieri ex simili, vt hominem ex homine, & equum ex equo. & dicit { in quibusdam igitur & luce clarius extat id quod generat tale q. dem esse, quale est id quod ab ipso producitur } verbi gratia in me, & in particularibus hominibus patrem, qui me genuit, ut me ex materia & forma consistere, & ita esse mihi similem, non autem separatam esse formam. At si ideæ essent generationis causæ, necesse esset, vt patre meo non existente, ego tamen gignerer. & quia generans nō est omnino similis genito, neq; ei omnino idem, ideo subdit { non tn̄ numero, sed specie idem ac vnum } Pater enim meus non est omnino mihi similis, sed idem specie, numero non item. & ideo subdit { ut in ipsis naturalibus } .s. rebus { cōstat } in quibus genitor genito similis est { homo nāq; hominem generat, & equus equum } non tamen numero idem. Sed quia in quibusdā codicibus legitur loco δὴ γὰρ .i. enim videtur Arist. reddere causam eius, quod dixit, vt placet Alexandro, & Auerroi. dixit enim non esse substātias separatas, quales Plato posuit, vult igitur nunc, vt assignet causam ex eo, quia si essent, nihil generabunt. Quòd autem nihil generabunt, ostendit ex eo, quia omne generans generat sibi simile, ut patet in naturalibus. At tales ideæ nullum sibi simile generare possunt. ideo non sunt.

Q ue Auer. Comē. 28.

Nisi præter naturam quippiā fiat, ut fit, cum equus generat mulum. Verūetiam hæc similem subeunt legem. Proximum enim genus, quod commune est equo & asino, nomine caret. Fortasse autem ambo sunt ueluti mulus.

Verbum { Nisi } sic potest adaptari, nam cū sit dictum semper simile generare sibi simile, & instantia sit de equo, qui ex asina generat mulum, qui equo specie similis nō est: respōdet dupliciter, & primo q; simile generet sim.le in his, quæ generantur s̄m generantis intentionem, propterea ait sibi sim.le generare omne, quod generat { nisi præter naturam } ab eo { quippiam fiat, ut fit, cum equus generat mulum. Equus enim non semper equum generat, sed si equam impleuerit, equum, mulum uero, si salierit asinā. ergo equus sui natura equum gignit, præter naturalem intentionem gignit mulum. Sed dubitaueris ex eo, quia mulus videtur naturaliter genitus, vt in libro de generatione animalium exposuimus: igitur non est genitus præter naturam. Expositor non imperite ait huiusmodi muli generationem esse præter intentionem naturæ particularis. nam uirtus genitiua in semine equi intendit producere naturaliter simile equo in specie, quia tamen non potest propter ineptitudinem materię, ex qua in asina gignit, efficit mulum, quo fit, ut mulus genitus sit præter intentionem naturæ particularis, nō autem præter intentionem naturæ vniuersalis, hæc est prima solutio Aristotelis vt Auerroes exponit etiam. Deinde Aristoteles affert secundam solutionem: asserens equum generando mulum, etiam sibi simile generare. non quidem in specie specialissima, sed in genere propinquissimo, qm̄ equus, asinus, & mulus cōueniunt in quodā genere, ꝓpinquissimo, quod caret nomine, licet, vt Expositor inquit, potest dici iumentum.

Q ue Auer. Comē. 28.



iumentum. vnde dicit { verum etiam hæc similem subessent legem } & exponens quo nā modo similia sint, subdit { proximum enim genus, quod cōmune est equo, & asino, nomine caret, fortasse autem ambo sunt } subaudi iumentum, { quod ueluti mulus } scilicet in genere propinquissimo est. Ex his patet propositionem esse uniuersalem, ut Auerroes inquit, quoniam omne quod gignitur, gignitur a sibi simili, aut in specie, aut genere propinquissimo: & quæ dicit Auerroes de natura media, licet sint uera, non tamen sunt ad uerba Aristotelis.

Q ue Auer. Comen. 28.

Quare patet non opus esse speciem, ut exemplar extruere. in ijs enim maxime species inquirerentur, atque utiles essent. quippe cum hæ maxime substantiæ sint. Sed id, quod generat, sufficiens sane productionis est causa, & ut ipsius speciei causa sit in materia. tota autem iam talis in his carnibus, atque ossibus species Socrates est, atque Callias: & quidem diuersa ob materiam. etenim diuersa, eadem autem specie: quippe cum ipsa species indiuidua sit.

Cum Aristoteles quasi ex dictis demonstrasset ideas non esse utiles ad generationem ex parte, qua sunt causę agentes, nunc, ut Alexander inquit, quem expositores sequuntur, infert non oportere ut idea quasi exemplar esse constituatur, & sic intelligetur ideam non esse utilem ad generationem, quatenus est causa exemplaris: & iuxta hanc expositionem Aristotelis ratio est, si ideæ, ut exemplar sint substantiarum causæ: maxime, ut exemplar, causæ essent primarum substantiarum, quæ sunt magis substantiæ quam cæteræ. Sed non sunt causæ primarum substantiarum, ut exemplar. quoniam earū causæ sunt generantia particularia: nulla exemplaris habita ratione. non enim generans, dum gignit, exemplar intuetur. igitur ideæ non sunt substantiarum causa, ut exemplar. unde dicit { Quare patet non opus esse } pro generationibus substantiarum .s. { speciem } .i. ideam { ut exēplar extruere } deinde tangit maiorem, & dicit { in ijs enim } .i. in sensibilibus indiuiduisq; substantiæ, quę sunt primæ substantię { maxime species } .i. ideæ inquirerentur, atq; utiles essent } cuius rationem affert, & dicit { quippe cum hæ } .s. substantiæ primæ indiuiduæ, atq; sensibiles { maxime substantiæ sint } & sic patet maior, deinde subintellecta minore, subdit eius ostēsionem, & dicit { Sed id, quod generat } .i. sed genitor { sufficiens sane productionis est causa } nec solum productionis sufficiens causa est genitor, sed etiam est causa sufficiens { ut ipsius speciei causa } .i. ut forma { sit in materia } quę forma est causa, qua indiuiduum genitum reponatur in specie: & propterea formam uocat speciei causam. sic igitur sufficiens causa generationis substantiarum primarū est genitor nulla exemplaris habita ratione, quoniam genitor, dum gignit, ad exemplar nō intuetur, & ipse causa proxima est, ut forma sit in materia, cū ab ipso per media natura faciat, ut in materia sit, & nō ab exemplari, deinde exponit quid sit Socrates, uel Callias, & substantia prima, cuius causa est genitor nulla exēplaris habita ratione, & dicit { tota autem iam talis in his carnibus atq; ossibus species } id forma { Socrates est, atq; Callias } est enim Socrates uel Callias forma existens in materia signata, quā ipse has carnes, & hæc ossa uocat: quæ quidē forma a genitore nulla exemplaris ratione habita, in his carnibus, in his ossibus, ac neruis generata est. & addit { & quidem diuersa ob materiam } nā forma differt a forma numero propter materiam { etenim diuersa } .s. forma Socratis, a forma Callię est numero propter materiam { eadem autem specie } .s. propter formam { quippe cum ipsa species } qua Socrates & Callias conueniunt { indiuidua sit } & specialissima. sic igitur Callias, & Socrates specie quidē ijdem, numero uero diuersi sunt. diuersa est enim cuiusq; materia, quorum autē est diuersa materia, ea numero diuersa sunt. Auerroes autē putauit Aristo. in pręsenti dictione refellere rationē Platonis, q̄ sumitur ex animalibus, quæ sponte fiunt. uidebat enim hæc animalia gigni, & non ab apparenti genitore, hinc concludebat hęc ab ideis gigni: alioquin animal nasceretur sine genitore. Secundum ergo Auer. Aristo. obijcit ex eo, quia si pro generatione talium essent necessariæ ideæ, tunc ea, quæ ex semine proprie generantur, quę sunt nomine, & ratione digniores substantiæ, longe magis egerent ideis. hoc autem est contra sensum, quoniam pro generatione horū sufficiens est genitor, nulla ratione habita ad ideam, quam hic uocat exemplar. Vnde dicit { Quare patet non opus esse speciem, ut exēplar } .i. ideam { extruere } subaudi pro generatione eorū, quæ proprie ex semine, & ab agentibus generantur, & per { speciem ut exemplar } ideam intelligit, deinde ostēdit hoc, quod concludit, & dicit { in his enim } .s. quæ proprie ex semine, & ab agentibus generantur { maxime species inquirerentur, atque utiles essent. quippe cum hæ maxime substantiæ sint } & longe magis q̄ animalia, quæ sponte oriuntur. Deinde destruit cōsequens, & dicit { Sed id, quod generat } scilicet genitor { sufficiens sane productionis est causa, & } etiam sufficiens est causa { ut ipsius speciei causa } .i. forma { sit in materia, tota autem iam talis } .i. quę forma tota talis { iam in his carnibus atq; } in his { ossibus species } .i. forma est, quæ { Socrates est, atq; Callias, & quidē } .i. quę quidem formam { diuersa } est { ob materiam, etenim diuersa est } nam Socrates forma diuersa est a Callia, s. numero propter materiam signatam { eadem autem specie, quippe cum ipsa species } subaudi in qua cōueniunt { indiuidua sit } hæc est expositio Auerrois, licet aliquo pacto uiolenta.

Q ue Auer. Comen. 28.

Dubitauerit autem nō iniuria quispiam, cur quædam fiunt & arte atq; etiam casu, ut sanitas, quædam non fiunt, ut domus. TEX. 29

Mouet nunc Aristo. dubitationem circa ea, q̄ dixit de artificialibus, dixit enim multas res fieri ab arte, & easdem casu effici, ut dictum est de ualetudine, & quædam ab arte quidē fieri, ut domum, casu uero minime. nunquā enim absq; motore lateres ad domum cōstituendam sua sponte colere: ideo causam inquirit, cur hoc sic usu ueniat. Vnde dicit { Dubitauerit autem non iniuria quispiam, cur quædam } de numero artificialium { fiunt & arte, atque etiam } eadem { casu, ut sanitas } quæ eadem interdum beneficio medici, inter fricatione præter intentionem fricantis fit { quædam } eadem & casu, & arte { non fiunt: ut domus } ut statua, quæ solum ab arte fiunt. oritur autem hæc dubitatio ex eo, quia artificialia omnia fiunt ex principio, quod est in anima, iccirco quæritur, cum omnia artificialia fiant ex principio, quod est in anima, cur quædam fiunt ab arte tantum, interdum eadem ab arte, & sine arte. Auerroes uero putat Aristotelem accepisse omne, quod fit, gigni a sibi simili, iccirco uult Aristotelem mouere secundam dubitationem, nam cum prima dubitatio contra hoc fuerit illa de mulo, nunc contra idem mouet secundam ex eo, quia in artificialibus uidemus id, quod fit, non semper fieri a suo simili. nam eorum quæ arte struuntur, quædam fiunt ab arte tantum, ut domus, & statua, & hæc semper fiunt a suo simili, quoniam a specie, quæ in anima artificis est, quædam eadem fiunt ab arte, & sine arte sponte, ut ualetudo. at ualetudo, quæ sponte fit, non fit a suo simili, igitur non omne, quod fit, a suo simili gignitur. Ergo hæc est secunda dubitatio contra illud idem, contra quod mouit Aristoteles dubitationem de mulo. hæc est expositio Auerrois, quæ si placet, bene est.

Q ue Auer. Comen. 29.

Causa uero est ex eo, quia materia, quę gene-

rationis est princeps, ut efficiatur, & fiat aliquid eorum, quæ ab arte proficiscuntur, in qua pars est aliqua rei, alia talis est, ut a se ipsa moueatur, alia talis non est. & huius alia hoc modo moueri potest, alia non potest. complura nanq; moueri quidem a se ipsis possunt, at non hoc pacto, uelut saltare.

Quæstione proposita, nunc assignat causam eius, quod quæ fierat, & in soluendo supponit in omni materia, ex qua fit aliquod artificiale, esse aliquam partem rei artificialis, quæ ex illa materia fit. Sed quid per partem rei artificialis intelligat, Auerroes intelligit partem potentiæ naturalis, quæ est similis arti, hoc est uirtutem naturalem remissam, quæ est arti similis. uerbi causa in materia, ex qua, uel in qua ualetudo inducitur, est calor naturalis, qui est uirtus actiua ualetudinis sicut ars in mente artificis se habens: quam expositionem Alexander habet authoritate superius, cum dixit, calor in corpore aut ualetudo est, aut ipsum consequitur pars aliqua ualetudinis. Et tu non intelligas in omni re artificiali calorem esse partem rei artificialis. hoc enim Aristoteles & Alexander intellexerunt tantum in exemplo conualescentiæ, sed intelligas aut calorem, aut aliquid simile calori esse partem rei artificialis. aut esse id, quod consequitur res artificialis. Expositor autem per partem rei artificialis intelligit aptitudinem, ratione cuius res artificialis est apta magis ex hac quam ex illa materia fieri, quæ dicitur tum naturalis inclinatio, tum rei artificialis incohatio. Videmus enim non quodlibet artificiale fieri posse ex qualibet materia, sed ex determinata. non enim serra ex lana, aut stuppa fieri potest, sed ex ferro, in quo est durities, per quam ex ferro apta est fieri serra. igitur per partem rei artificialis Aristoteles aptitudinem intelligit, quæcunque sit illa aptitudo siue durities, siue mollities, siue grauitas, siue leuitas, siue calor, siue uirtus alia id genus. Quicquid enim est, uidetur esse aliqua pars rei artificialis, quæ ex illa fit. non enim sine aptitudine res artificialis fieri potest. quare est ueluti pars præexacta ad rem artificialem. hæc de suppositione: quam simul ponit cum diuisione materiæ, & dicit { Causa uero } huius quod quærebatur { est ex eo, quia materia, quæ generationis est princeps } ideſt principium, & causa subiecta { ut efficiatur, & fiat aliquid eorum, quæ ab arte proficiscuntur, in qua } scilicet materia { pars est aliqua rei } subaudi quæ ab arte fit, hic terminatur suspensio, in qua suppositionem expressit: deinde subdit materiæ diuisionem, & subdiuisionem, & dicit, materiæ, quæ dicta est principium & causa rei dum illa efficitur, ac generatur { alia } scilicet materia { talis est, ut a se ipsa moueatur } ideſt apta sit moueri ad constitutionem rei artificialis { alia talis non est } scilicet ut apta sit moueri ad constitutionem rei artificialis. ut est stuppa, quæ non apta est, ut ex ea fiat serra, uel securis. talis enim materia omnino est inepta ad constitutionem rei artificialis ad eo, ut ne rei artificialis materia dicatur. Deinde subdiuidit materiam primo modo dictam, quæ uidelicet apta est, ut ex ea generetur res artificialis, & dicit { & huius } scilicet materiæ, quæ apta est, ut ex ea generetur res artificialis { alia hoc modo moueri potest } ut scilicet res ipsa artificialis est apta fieri, hæc enim est, quæ moueri potest a se, quemadmodum ab artifice moueretur. & hæc est cuius aptitudo est uirtus actiua, ut calor naturalis in ualetudine { alia non potest } scilicet moueri a se, ut ab arte moueretur. Cuius rationem explicat, & dicit { complura nanq; moueri quidem a se ipsis possunt } quia scilicet apta sunt, ut ex eis fit res artificialis { at non hoc pacto } scilicet quo res artificialis est apta fieri { uelut saltare } lateres enim & ligna deorsum moueri possunt naturaliter, non item sic, ut domum perficiant: nisi ab ædificatore moueantur. ignis etiam a se

Que Auer. Comen. 29.

sursum moueri ualet, sic autem, ut æs incendat nequaquã, nisi ab ærario fabro. Ergo licet huiusmodi materiæ aptæ sint, ut ex ipsis fiant res artificiales, non tamen ut sic fiant, ut aptæ sunt fieri. & hæc materia est, cuius aptitudo non actiua, sed passiua uirtus est, ut ex ipsa fiat res artificialis. hæc de diuisionibus materiæ artificialis. Vnde Auerroes primam diuisionem esse talem tradit, quod altera sit materia, in qua supponitur pars formæ artificialis, & hæc est idonea materia artis, alia in qua nihil formæ supponitur omnino, & hæc non est idonea materia artis: ut stuppa respectu serræ. & subdiuidens primam materiam, in qua pars formæ supponitur, alteram esse asserit, quæ sine externo motore. potest se deducere ad formam, alteram, quæ ut ueniat ad perfectionem, indiget externo motore: quæ satis uerbis accommodantur.

Que Auer. Comen. 29.

Quorum igitur talis est materia, ut lapides, impossibile est sic moueri, nisi ab alio, sic tamen & ignis profecto, ideo alia non erunt sine eo, qui artem habet. alia autem erunt. nam ab ijs mouebuntur, qui quidem non habent artem. possunt autem ipsa aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte moueri.

Suppositione, atq; materiæ diuisionibus præmissis, nunc accedit ad causæ quæsiti assignationem, & primo ex dictis facit quasi unum excerpti uidelicet quod talis materia, qualis est, ut lapides respectu domus, qui aptitudinem habent, ut ex eis fiat domus, non tamen talem, ut per eam moueri possint ad constitutionem domus, omnino indiget motore externo sine artifice: si ex ea debeat fieri res artificialis. Vnde dicit { Quorum igitur talis est materia, ut lapides } qui sic moueri non possunt, nisi ab alio, talem hanc materiam { impossibile est sic moueri, nisi ab alio } lapides enim licet aptitudinem habeant, ut ex eis fiat domus, quia tamen non habent aptitudinem sic, ut ex eis fiat domus, ideo impossibile est sic moueri, nisi moueantur ab artifice ad constitutionem domus. & ut dixi de lapidibus { sic tamen & ignis profecto } materia est, ut lapides, ignis enim a se sursum moueri ualet, sic autem, ut æs incendat nequaquam, nisi ab ærario fabro. hactenus de excerpto, tunc soluit quæstum, & dicit { ideo alia non erunt sine eo, qui artem habent } ut domus & nauigium { alia autem erunt } ut ualetudo, & triticum. causam autem, quare ualetudo & triticum erunt, assignat, & dicit { nam ab ijs mouebuntur, qui quidem non habent artem } non enim solum ab artificibus mouebuntur, sed etiam ab ijs, qui carent arte. confricatio enim ut sæpe diximus, & ab artifice fiet, & ab eo, qui arte caret. ergo quia materia domus non est apta moueri a se, ut ab arte moueretur, fit, ut sine artifice fieri nequeat. quia uero materia ualetudinis est apta a se moueri, quemadmodum ab artifice moueretur, fit, ut eadem arte, atque sponte fieri possit. Deinde legens Alexander uerba illatiue dicit { possunt igitur } hæc eadem { ipsa moueri aut ab alijs non habentibus artem aut ex parte } ideſt aut a se ipsis. quoniam eorum materiæ sunt aptæ moueri, & sic, ut mouerentur ab artifice. nam cum possint a se moueri, iam ab artifice mouebuntur, iam ab artis experte, quandoq; etiam a se ipsis. Vnde dictio nostra, quæ legitur sic { possunt autem ipsa } non recte legitur, nisi uerbum { autem } legatur pro igitur, ut Alexander legit. aut fortasse, quia dixerat esse quædam, quæ moueri possunt ad formam ab eo, qui non habet artem, id eo hoc exponens subdit { possunt autem ipsa } scilicet artificialia, quæ uidelicet fiunt ex materia, quæ potest seipsam mouere { moueri aut ab alijs non habentibus artem, aut ex parte } ideſt aut se ipsis, ut sit uerbum { autem } expositiuum. Animal enim potest moueri ad sanitatem ab eo, qui non habet artem, nam potest eius uentriculus

fricari,



fricari, motuq; fricatiuo moueri ab eo, qui caret arte medendi { aut ex parte } ideſt aut a se ipso nullo extrinsecus motore concurrente omnino, sed solum ex parte illa, quam præ-

Que Auer. Comen. 29. habet uidelicet a calore natiuo, quem in se habet. Auerroes autem dicit primo ea non moueri a se ad formam artificialem, in quibus non est pars potentiæ motus rei. Secundo dicit, nec hæc omnia moueri a se ad formam artificialem, in quibus est pars potentiæ motus rei. quia non illa, quæ hanc potentiam habent diminutam. ferrum enim quod est materia serræ, licet habeat partem potentiæ motus rei uidelicet duritiem, non tamen mouetur a se ad formam serræ. nam durities non sufficit. Tertio ait eas materias se posse mouere ad formam, quarum naturas artes iuuant, ut materia ualetudinis, quæ iuuatur ab arte medendi, ut materia tritici, quæ iuuatur ab agricola. Quarto exemplum de igne refert ad artificialem rem, ut Alexander fecit. ait enim ignem nequaq; cultellum efficere posse sine fabro. sine fabro tamen alium ignem efficere posse. Verum hoc, quod Auerroes ait, esse aliquas materias rerum artificialium, in quibus non est pars formæ, uidetur aperte falsum. nam Aristoteles supponit nullam esse materiam in artificialibus quibuscunque, in qua non sit pars formæ, hoc est saltem aptitudo, ut ex ipsa fiat

Comen. 4.6. res artificialis, ut superius est explicatum, & ipsemet Auerroes ait primo physicæ auscultationis. ait enim tam in naturalibus quam in artificialibus, cum res gignitur, supponi priuationem in subiecto apto nato, cuius oppositum ait hic asserens esse aliquam rem artificialem, cuius generatio nihil in materia præsupponit. Sed tunc emerget dubitatio, quoniam si in omni generatione rei artificialis præsupponeretur

In expõne Comen. 4.6. aptitudo in materia, ut ex ea res fieret, tunc omnis generatio artificialis esset naturalis. Et licet de huiusmodi dubitatione multa dixerimus primo physicæ auscultationis, tamen nunc primo accipiamus in omni generatione rerum artificialium præsupponi partem rei, hoc est aptitudinem, per quam ex materia apta est res ipsa fieri. & hoc patet tum uerbis Aristotelis, tum etiam ratione, quæ tacta est, quoniam res artificialis non est apta fieri ex quauis materia. Secundo accipiamus etiam in omni generatione naturali esse suppositam huiusmodi aptitudinem, siue generatio naturalis sit elementi, siue misti, patet quoniam res naturalis non fit ex quauis materia. Tertio accipio in quibusdam rebus artificialibus hanc aptitudinem se tenere cum materia, & esse principium passiuum, per quod ex materia est apta fieri res solum tanquam ex principio passiuo apto: ut de generatione ferræ ex ferro, & de generatione domus ex lateribus, & lignis dictum iam est. eodem etiam modo in rebus naturalibus. nam in quibusdam hæc aptitudo se tenet cum materia, estq; passiuum principium, ut in generatione simplicium, &

56. primo. in generatione mistorum similarium, ut Auerroes ait secundo physicorum. Quarto accipio in quibusdam artificialibus huiusmodi aptitudinem supponi in materia tanquã actiuum principium, ut in ualetudine, in qua supponitur principium actiuum ualetudinis in corde, quod non potest esse ægrum: & de huiusmodi materijs Aristoteles dixit hic aliquas esse materias, quæ possunt se mouere ad formas. Quinto accipio in quibusdam rebus naturalibus esse eodem modo. nam in generatione omnium uiuentium supponitur hæc aptitudo tanquam principium actiuum. nam in generatione animalis calor naturalis delatus ad ipsa menstrua per semen genitale agit ad generationem animalis ex apta materia. Sed tunc restat dubitatio in quo generatio naturalis differt ab artificiali. ubi mox patet solutio. nam generatio artificialis est, cum aptitudo reducetur ad actum ab artifice, naturalis uero, cum reducitur ab agente naturali. ex parte enim aptitudinis nulla est differentia, sed solum ex parte modi, quo aptitudo ipsa reducitur ad actum. Valetudo enim naturalis, & ualetudo artificialis ex parte aptitudinis nõ differunt. quoniam utraque supponit calorem, & uirtutem sanandi in corde sano. differunt autem ex parte modi, quo aptitudines reducuntur ad actum. nam in naturali ualetudine aptitudo reducitur ad actum solum a uirtute cordis. in artificiali uero a medico eam uirtutem iuuante, aut reducente ad actum. hactenus de his.

Patet autem ex ijs, quæ diximus, & uniuersa quodam modo (si non per accidens fiant) ex uniuocis fieri, ut res naturales. aut aliqua ex parte ex uniuoco, ut domus ex domo, aut a mente. est enim ars ipsa species, aut ex parte, aut ex habente aliquam partem. TEX. 30.

Nonnulli, qui sunt non parua authoritate uiri, arbitrantur hic Aristotelem remouere secundum dubium contra ea, quæ dicta sunt, per uiam corollarij. dictum est enim omne, quod generatur, fieri ab uniuoco in specie, ideo quæri potest, utrum omne, quod fit, fiat ab uniuoco eadem ratione. ex dictis ergo respondet quod non, & imaginatur ea, quæ generantur, trifariam ab uniuoco fieri primo quidem modo, quando generans & genitum & in forma, & in modo essendi formæ similes sunt: & hoc pacto naturalia, dum fiunt a naturalibus, plerunque ab uniuoco fiunt. ut ignis ab igne, & homo ab homine. nam ignis generans, & ignis genitus habent eandem formam, & eundem modum se habendi formæ. uterque enim ignis formaliter, & existenter ignis formam habet. Secundo uero modo eum generans & genitum similem formam habent, non tamen secundum eundem modum essendi, ceu domificator & domus, quam efficit. uterque enim eandem formam habet, non tamen secundum eundem modum. nam forma domus in domificatore intentionale esse habet. in domo autem esse reale, atque existens. Tertio denique modo quando generans & genitum nec in forma, nec in modo essendi formæ sunt similia: sed in parte formæ. hoc pacto sol generans ranam ex putri materia est similis ranæ genitæ, nam sol continet uirtutem, qua potest ranam generare, quæ licet non sit forma ranæ, est tamen pars illius. Similiter in corpore ægro generatur ualetudo, & tamen corpus ægrum & ualetudo, nec sunt similes forma, nec modo essendi formæ, sed solum in parte formæ. quia corpus ægrum continet calorem naturalem, qui est pars ualetudinis. Vnde dicit { Patet autem ex ijs, quæ diximus, & uniuersa quodam modo (si non per accidens fiant) ex uniuocis fieri } dixit { quodam modo } & ut paulo post dicet { aut ex parte, aut ex habente aliquam partem } uniuoco, propter artificiosa. neque enim perinde ex domo existente domus efficitur, ut ex homine homo. domus nanq; quodam modo ex uniuoco fit, uel ex parte uniuoca. quia domus ex qua fit, non per se subsistit. sed est domus in mente, quæ est quodam modo domus, aut ex parte domus. ergo recte dictum est, omnia fieri quodam modo, aut ex parte ab uniuocis, quoniam non omnia fiunt a similibus secundum formam, & secundum modum essendi formæ. dixit etiam { si non per accidens fiant } quoniam illud, quod fit ex accidenti, nemo ex uniuoco fieri dicet, exempli causa domus, cum per se fiat, ex accidenti tamen huic molesta, illi iocunda efficitur. at molestum iocundumve non dicimus ex molesto & iocundo uniuoco fieri, quippe quorum nec ars habetur, nec forma. tunc tangens primum modum eorum, quæ fiunt a similibus, dicit { ut res naturales } quarum plures cum generantur, efficiuntur a sibi similibus secundum formam, & secundum modum essendi formæ, ut homo ab homine, & equus ab equo. Deinde tangit secundum modum eorum, quæ generantur a sibi similibus, asserens hunc modum esse eorum, quæ fiunt ab uniuoco secundum formam, non autem secundum similem modum essendi formæ, & dicit

{ aut ex uniuoco aliqua ex parte } & non omnino, quia fiunt a sibi similibus secundum formam, non autem secundum similem modum essendi formæ { ut domus ex domo } .s. mentali { aut a mente } .s. habente domum, ut ratio nem agendi. non enim domus existens in re est similis tomo mentali, nisi in forma, non autem in modo existendi. sed cum dixisset domum ex domo fieri, quia domus ab arte fit, non a domo, causam subscribit cur hoc ad hunc modum dicatur, & dicit { est enim ars ipsa species } idest forma domus mentalis. ars enim ex qua domus efficitur, nihil aliud est quã domus. forma enim domus, quæ in anima ædificatoris immaterialiter inest, est ars, ut in secundo libro de anima demonstratur. & tu non intelligas per artem collectionem regularum, quibus dirigimur ad agendum, sed rationem, qua artifex agit. hoc enim pacto domus, quæ est in mente, ratio est, qua ædificator domum struit: & efficit, uel per artem intelligere poteris mentem, quæ formam artificialem habet. nam ars nihil aliud est quam mens specie rei faciendæ formatus. Deinde tangit tertium modum eorum quæ fiunt ab uniuoco non simpliciter secundum formam & modum essendi formæ, uel secundum formam tantum, sed eorum, quæ fiunt ab uniuoco secundum partem formæ, & dicit { aut }. .s. tertio modo dicuntur ab uniuoco fieri ea, quæ fiunt { aut ex parte } scilicet formæ { aut ex habente aliquam partem } scilicet formæ. hoc pacto sanitas efficitur a calore uel a corpore ægro, tanquam ab uniuoco. nam calor ex quo efficitur sanitas pars est sanitatis, corpus autem partem eius habet. Alexander uero uerba dictionis ad hunc modum exposuit, sed alio modo dictionem continuat, cum dicit, postquam multis uerbis ostendit non solum hominem ex homine fieri, sed domum etiam ex domo, nunc palam esse ait ex dictis, omnia quæ fiunt, fieri aliquo trium modorum ex uniuoco. non ergo uult Alexander Aristotelem uia corollarij diluere dubitationem, sed ex dictis inferre corollarium. Verum quo ad dictionis expositionem non differt. quibus patet sufficientia, quoniam omnia quæ fiunt, aut fiunt ab uniuoco secundum totam formam, aut secundum partem formæ. si secundum partem formæ, sic est tertius modus eorum, quæ fiunt ab uniuoco. Pars enim formæ, ex qua fiunt, est aut in agente, quod est procul a materia, ex qua fit id, quod gignitur. & hoc modo animalia ex putri materia fiunt a sole: nam in sole est uirtus generatiua eorum, quæ uirtus est pars formæ eorum. aut in agente, quod est materiæ coniunctum. & hoc pacto ex tali parte ea artificialia fiunt, quorum materia mouetur per se ipsam ad formam. sin autem ea, quæ fiunt ab uniuoco, fiunt ab uniuoco secundum totam formam, hoc est bifariam, aut secundum totam formam similem in esse, & in modo essendi, aut solum similem in esse, ea uniuoca, quæ fiunt a similibus in esse, & in modo essendi, sunt uniuoca primo modo. ea autem, quæ sunt uniuoca in esse tantum, & non in modo essendi, sunt uniuoca secundo modo. cur uero addidit in dictione { aut ex habẽte aliquam partem } quoniam posset fieri instantia dicendo partem formæ non esse id, quod generat, ideo quasi se corrigens subdit { aut ex habente aliquã partem } nam haberis eam partem est agens, ut sol, aut semen. Auerroes autem uult, Aristotelem hic epilogare rememorando ea, quæ dixit, & diuisionem. hoc pacto orditur, q̃ alia fiant ab uniuoco secundum totum compositum, ut quæ fiunt a patre, & matre. nam id, quod generat, & id, quod generatur sunt ambo tota, & composita, & eiusdem nominis & rationis. Alia uero ab uniuoco secundum alteram partem compositi, & hoc pacto domus fit ab artifice, cum quo conuenit solum in forma, quæ est altera pars domus. in mente enim artificis est forma domus, per quam artifex conuenit cum domo. alia autem fiunt ab uniuoco secundum partem rei, quæ fit, & hoc pacto corpus sanatur a medico propter aliquam partem sanitatis, quæ est in corpore, & artes tales sunt illæ, quarum actiones sunt mistæ ex opere artis, & opere naturæ, ut medicinalis, & agricultura. hæc Auerroes. Potest tamen uniuersa diuisio fieri ad hunc modum, quod alia per accidens, alia per se fiant, & eorum quæ per se, alia fiant ab uniuoco secundum totam formam, alia ab uniuoco secundum partem formæ. & quæ fiunt ab uniuoco secundum totam formam, aut secundum totam formam secundum esse, & secundum modum essendi, aut solum secundum esse. Patet igitur ea solum non fieri ab uniuoco, quæ per accidens fiunt. ut inuentio thesauri a fodiente fit, qui fodere, & non inuenire thesaurum, intendebat.

Q ue Auer. Cõmen. 30.

**Causa enim faciendi prima per se pars est. nam caliditas, quæ est in motione, caliditatem in corpore facit. hæc autem sanitas est, aut pars sanitatis, aut ipsam pars sanitatis aliqua, aut ipsa sanitas sequitur. quapropter & facere ex eo dicitur, quia illud facit sanitatem, cui accidit, atque sequitur caliditas.**

Vna huius dictionis inductio est, quod cum exposuisset, partem formæ efficere, ut quo, agentem uero causam, in qua est pars illa formæ, agere ut quod, nunc ostendat, & assignet causam quare pars illa, quæ est in agente, agit, ut quo, & ait ideo partem formæ, quæ in agente est, agere, ut quo, quoniam est per se prima efficiendi causa. Vnde iuxta hanc inductionem syllogismus componitur ad hunc modum, causa per se prima faciendi est agens, ut quo. pars, quæ est in agente, est per se prima causa faciendi. ergo pars, quæ est in agente, est per se prima causa faciendi: huius syllogismi tangit minorem. & dicit { Pars enim } quæ est in agente, est per se prima faciendi causa, hęc est minor, & per causam per se primam faciendi intelligit eam, quæ est ratio agendi aliis, ut agant, ut albedo est prima causa essendi album, quoniam aliis est ratio essendi album, & ipsa per essentiam est alba. Alexander uero asserit Aristotelem eorum, quæ dixit, manifesta ad modum apponere exempla, & intelligit uerba sic { Causa enim faciendi pars est prima per se } & exponens huiusmodi partem per se primam Aristoteles subdit { nam caliditas, quæ est in motione } idest quę per motum, & consutationem extrinsecus effecta est { caliditatem in corpore facit, hæc autem } scilicet caliditas in corpore generata { sanitas est, aut sanitatis pars } & hæc est pars prima per se, quæ ideo dicitur sanitas, aut sanitatis pars per se prima, quia non est tota sanitas, sed pars contemperantiæ calidorum cum frigidis, quæ est sanitas tota. Et quia fortasse hæc prima per se caliditatis pars, nec sanitas tota, nec pars totius sanitatis est, ideo subdit { aut ipsam pars sanitatis aliqua, aut ipsa } scilicet tota { sanitas sequitur } satius enim illud est dicere post caliditatem ipsam partem consequi sanitatis, uel non partem sanitatis post caliditatem sequi, sed ipsam sanitatem, ut sit orationis conclusio, huiusmodi caliditas, uel ipsa est sanitas, uel si non est, certe ipsam consequitur pars sanitatis, uel ipsas. ac sensus quidem huiusmodi esse uidetur secundum Alexandrum. sed cum dixisset caliditatem a motu expressam sanitatem esse, uel partem sanitatis, uel post ipsam sanitatis partem consequi, aut ipsam sanitatem, causam subiecit, cur caliditas in motu expressa sanitatem efficere dicatur. non enim uidetur sanitatem efficere, si pars illa sit sanitas, aut pars sanitatis, aut si partem illam sequitur sanitas, aut pars sanitatis, & dicit { qua propter & facere ex eo dicitur, quia illud facit sanitatem caliditas } dico { cui accidit atque sequitur subaudi sanitas } ut sit ordo hic { quapropter & caliditas ex eo facere dicitur } scilicet sanitatem { quia illud facit sanitatem, cui accidit, atq; sequitur sanitas } & quia post caliditatem a sutatione expressam sequitur uel accidit sanitas, ideo talis caliditas dicitur facere sanitatem, accipiendo uidelicet facere pro eo, ad quod sequitur



sequitur aliquid. ad hunc enim modum caliditas illa dicitur facere sanitatem. Auerroes autem aliter dictionem intelligere uidetur, nam cum Aristoteles dixisset aliqua fieri ex eo, quia materia mouetur per se ipsam ad formam propter aptitudinem, ac uirtutem actiuam, addidit, nisi fiant per accidens. & quia aliquis dicere posset partem illam, quæ est in agente, per accidens agere ad formam, ideo Aristoteles hanc tacitam dubitationem refellens demonstrat partem illam, quæ est in agente, per se agere, & non per accidens. & quod per se efficiat, ostendit, & dicit { pars enim } subaudi, quæ in agente est { est causa per se prima faciendi } igitur non per accidens agit, deinde ostendit antecedens ita esse, & dicit { nam caliditas, quæ est in motione, caliditatem in corpore facit, hæc autem } idest quæ quidem caliditas facta in corpore { sanitas est } actu scilicet atque completa { aut pars sanitatis, aut } si nec est tota sanitas, nec pars sanitatis, est sanitas in potentia, quoniam { ipsam sequitur pars sanitatis aliqua, aut ipsa sanitas } scilicet tota. Tunc perficias syllogismum, sed caliditas, quæ in motione est, est pars in agente, igitur pars in agente non per accidens, sed per se agit. Deinde Aristoteles ex his, ut exponit Auerroes, infert quo nam modo fricatio, aut exercitium sanitatem ipsam efficiat, & uult fricationem uel exercitium efficere sanitatem, quatenus caliditatem efficit, ad quam sequitur sanitas, & dicit { quapropter } fricatio, motus, & exercitium { & facere sanitatem } subaudi { ex eo dicitur, quia illud facit sanitatem, cui accidit, atque sequitur caliditas } quæ de proximo sanitatem efficit. Hæc expositio ex uerbis Auerrois colligitur, quæ pulchra est.

Q ue Auer. Cõmen. 31.

TEX. 31. **Quare, ut in syllogismis substãtia principium omnium est (nam ex ipso quid est syllogismi proficiscuntur) sic sunt hic generationes.**

Nunc per quandam similitudinem inferẽdo exponit quid sit principium in artificialibus, & Alexander intelligit sic { Quare, ut in syllogismis } idest demonstrationibus { substantia } idest termini, per uerbum enim substantia, & quid est terminos intellexit { principium omnium est } cuius rationem interponit, & dicit { nã exipso quid est } idest nam ex ipsis terminis { syllogismi proficiscuntur: sic sunt hic } scilicet in artificialibus { generationes } idest sic artificiosorum causæ sunt generationes, uel sic { Quare, ut in syllogismis } subaudi qui fiunt ab intellectu speculatiuo { omniũ } talium syllogismorum { principium est substantia } quę est ipsum quid est, aut definitio alterius extremi, cuius causam interponens dicit { nam ex ipso quid est syllogismi } idest demonstrationes { proficiscuntur, sic sunt hic } idest in artificialibus { generationes } nam artificialia fiunt ex ipso quid est, quod est forma existens in anima artificis: per quæ dedit intelligere conuenientiam inter contemplatiuum, & practicum intellectum. nam quemadmodum contemplatiuus intellectus conficit demonstrationem per hoc quod habet ipsum quid est in se, ita intellectus practicus, qui est ars, uel artifex, conficit rem artificialem per hoc, quod habet ipsum quid est, & speciem illius in se ipso. Quare tam res artificiales quam demonstrationes fiunt ab agentibus uniuocis secundum formam, licet non secundum modum essendi formæ. Auerroes autem per syllogismos intelligit quiditates rerum artificialium, quę sunt in anima artificis, & uult, ut comparatio fiat inter res artificiales, & res naturales ad hunc modum. Vt quemadmodum in artificialibus principium est syllogismus, qui est in anima artificis, idest quiditas rei artificialis, ita est in naturalibus, ut unumquodq; generetur a quiditate præcedente in agente. Quę expositio, cum sit impropria, uerbis Aristotelis non conuenit.

Q ue Auer. Cõmen. 31.

**Modo autem simili res sese habet & in ijs, quæ natura constant. Semen enim perinde facit, atque ea quæ ab arte. habet enim potentia speciem ipsam. Et id, a quo est semen, uniuocum quodammodo est.**

Nunc id, quod in artificialibus exposuit, & in naturalibus ostendit, & hoc proponens dicit { Modo autem simili res sese habet & in ijs, quæ natura constant } ut sese habere expositum est in artificialibus. nam, ut quæ constant arte, fiunt ab uniuoco, ut expositum est, ita & quæ constant natura, fiunt ab uniuoco. & hoc ostendit, tum ex parte agentis proximi, quod est semen, tum ex parte agentis remoti, quod est agens, ex quo semen secernitur, & dicit { semen enim perinde facit, atque ea } faciunt { quæ ab arte } agunt, deinde causam explicans dicit { habet enim } semen scilicet { potentia speciem ipsam } atque formam. Vt enim artifex in se domus, aut cuiuspiam alterius, cuius artifex est, formam habet, sic semen in se potestate formam habet. est enim uirtus in semine, ut species in anima artificis. Hæc ex parte agentis proximi. Deinde hoc idem ostendit ex parte agentis remoti, & dicit { & } etiam { id, a quo semen est, uniuocum quodammodo est } ei scilicet quod fit a semine. ergo in naturalibus effectus est similis tam agenti proximo, scilicet semini, quam agenti remoto, scilicet patri.

**Non enim omnia ita sunt flagitanda, ut ex homine nascitur homo. etenim ex mare fœmina oritur, quocirca nõ ex mulo nascitur mulus. sed si non orbatio fuerit.**

Alexander legit dictionem ad hunc modum { Et id a quo est semen, uniuocum est quodammodo, nisi ipsum ortum sit læsum, quo circa non ex mulo nascitur mulus. non enim ita omnia sunt flagitanda, ut ex homine nascitur homo. etenim ex uiro mulier oritur } sic etiam hanc dictionem legit Argyropylus: iuxta quam seriem uidetur Aristoteles limitare id, quod dixit, nam cum dixisset id, a quo semen est, esse uniuocum, addit limitando, & dicit { nisi ipsum ortum sit læsum } nam ubi ortum ipsum fuerit læsum, non oportet id, a quo semen secernitur, esse uniuocum ei, quod oritur. & hanc ob causam subdit { quo circa nõ ex mulo nascitur mulus } neque enim equus, a quo semen procedit mulum efficiens, uniuocus est mulo. Immo ne nominis quidem illius est particeps, cum equus non appelletur mulus. esse autem mulum læsionem, certum est, cum mulus ex mulo non generetur. qui nisi læsio esset (sed ex ijs, quæ natura consistunt) nimirum generare posset. Sed cum dixisset id, a quo semen secernitur, uniuocum quodam modo esse ei, quod per semen generatur, cum illud { quodam modo } adiecerit, exponit dicens { non enim ita omnia sunt flagitanda, ut ex homine nascitur homo. etenim ex uiro mulier oritur } quasi dicat, non oportet in omnibus quærere uniuocum. nam mulier ex uiro generatur, non tamen mulier appellatur uir. itaque recte { quodammodo } appositum est, cum nonnulla ijs, ex quibus fiunt, uniuoca sint, alia secus. Vnde supra cum dixit { palam autem ex ijs, quæ diximus, & uniuersa quodam modo ex eo, quod est uniuocum fieri, aut aliqua ex parte tali } illud quodammodo, & ex parte, ob hoc adiectum fuisse reor. Vir enim atque mulier, ut homines uniuoci sunt, ut autem uir & mulier nequaquam. itaque ex parte uniuoci sunt, uir autem, qui ex uiro nascitur non ex parte, sed omni no ei, ex quo nascitur, uniuocus est. quoniam & ut homines, & ut uiri sunt uniuoci. Per quę Alexander quasi se corrigens superuacaneam fuisse ait superiorem suam expositionem horum uerborum, quæ, ut modo explicauimus, sunt accipienda. Auerroes autem putat Aristotelem hic remouere tacitã dubitationem, dixit enim { & id a quo est semen, uniuocum quodam modo est } uidetur enim id, quod semen emittit, semper esse uniuocum ei, quod ex emisso semine gignitur,

Q ue Auer. Cõmen. 31.

quasi respondens asserit id, quod semen emittit, semper esse uniuocum, modo id, quod fit, non sit læsum. nam si id, quod generatur, fuerit læsum, non oportet, ut id, quod semen emittit, cum eo uniuocum sit omnino, ut fœmina, quæ fit ex uiro propter defectum, & mulus ab equo similiter. unde ait { nõ enim omnia ita sunt flagitanda, ut ex homine nascitur homo } quasi dicat, dixi aliquo modo uniuocum, quia nõ omnia, quæ fiunt, sic ab uniuoco fiunt, ut fit homo ab homine, cuius causam affert, & ait { etenim ex mare fœmina oritur, quo circa } ideſt & { ex non mulo nascitur mulus } accepit enim διὸ pro & apud Auerroem { sed } ut inquit, omnia oportet dicere fieri ab uniuoco proficiente { si non orbatio fuerit } subaudi in eo, quod generatur, ut in fœmina & mulo, quæ generantur per læsionem: ut superius de mulo dictum est. quo uero pacto fœmina a mare, & mulus ab equo per læsionem generentur, petendum a Libro de generatione animalium.

Cõmen. 18.

Quæcunq; autem a casu fiunt, ut ibi quorum materia potest & a se ipsa eo motu moueri, quo semẽ moueret. quorum uero nõ potest, hæc nullo alio modo q̃ ex ipsis fieri possunt.

Cum disputasset de artificiosis, quæ fortuitu fiunt, de ijs, quæ a natura efficiuntur, uerba facit, & ostendit, quæ naturalia eadem fiant ex semine, & a casu, & quæ ex semine tantum, & ait { Quæcunque a casu fiunt } ideſt ea a casu fiunt, accepit enim quæcunque pro ea, ut sit sensus, ex ijs, quæ a natura fiunt, ea dicimus a casu fieri { quorum materia ut ibi } ideſt ut in artificiosis { potest & a se ipsa moueri } ideſt quorum materia non solum ab efficiente semine, sed etiam { a se ipsa moueri potest eo motu, quo semen } eam { moueret } uel quo a semine moueretur, herba enim ex semine nascitur, & absque semine ex eo, quia materia herbæ moueri potest motu, quo a semine moueretur { quorum uero } naturalium materia { non potest } se mouere, ut moueretur a semine, ut in homine, & equo, & cæteris talibus { hæc nullo alio modo q̃ ex ipsis } ideſt quam ex sibi similibus genitoribus { fieri possunt } & non a casu, neque fortuitu gignuntur. per quæ uidetur dicere ea utroque modo fieri posse, quę fiunt ex putri materia, cum hæc se mouere possint ad formam eo motu, quo moueretur a semine. ea autem, quorum materia nõ aliter quam a semine moueri possunt, hæc nullo alio modo fieri possunt quam a genitoribus similibus. Quibus etiam ulterius patet ea, quæ fiunt ex putri materia, eadem fieri posse ex semine. & non intelligas uniuersaliter rem hanc. sunt enim quædam, quæ fieri non possunt, nisi ex putri materia sine semine, ut nonnulla ex insectis generibus muscæ, & cætera id genus. utrum autem ea, quę ex semine fiunt, & eadem sine semine, sint eadem specie individua, an specie subalternata quæstio est petenda a Libro de generatione animalium.

Cõmen. 31.

Digressio, & q̃nes Auerrois.

Auerroes autem perperam hæc ultima uerba exponere uidetur. Vult enim Aristotelem inferre conuenientiam inter modum, quo generantur accidentia, & modum quo generantur animalia, quæ non fiunt ex semine, asserit enim utraq; fieri non a sibi similibus in specie. Quando nec animalia, quæ solum ex putri materia nascuntur, nascuntur a sibi similibus in specie, nec accidentia ipsa omnia. Secundo dicit animalia, quæ solum ex putri materia oriuntur discrepare tum ab accidentibus, tum ab animalibus, quæ utroq; modo fiunt, quatenus accidentia nec fiunt ex semine, nec ex aliquo proportionali semini. at animalia cuncta a semine fiunt, aut a proportionali semini. Tertio epilogat Auerroes ea, quæ Aristoteles declarauit, quorum primum est, ideas etiam si fuerint, ad generationem non prodesse. Secundum autem, q̃ omne, quod fit, ex sibi simili fiat in specie, sed differenti numero. Quę quã tum uerbis cõueniant, inspicito. Deinde Auerroes digrediendo mouet, ut ait, quæstiones difficiles, & primo pro ideis argumentatur ad hunc modum, omne, quod exit de potentia ad actum, non exit de potentia ad actum, nisi ab aliquo sui generis, uel suæ speciei existente in actu. sed, ut in aperto est, plura animalia, pluresq; plantæ exeunt absque semine de potentia in actum. igitur oportet esse formas, ideasque ipsas, per quas sunt huiusmodi animalia, & plantæ: Quod argumentum magnificiens asserit ipsum esse rationem potissimam inter eas, quæ Platoni attribuuntur. Secundo argumentatur supponendo formam subſtantialem eius mixti, quod fit, esse additam, atque inductam in illius mixti materia ut extrinsecus accedentem, & non ut eductam de potentia materiæ, ueluti formam leuitatis in materia ignis, & formam grauitatis in materia terræ, & per leuitatem, & grauitatem subſtantiales elementorum formas uult intelligere, & hoc maxime uerum uidetur de anima, quæ non educitur de potentia materiæ, sed extrinsecus accedit materiæ affectæ mixtione, atque temperatione, & ut breuiter dicam Auerrois suppositio est formam esse id, quod per se fit, & non compositum, extrinsecusq; accedere, & non de potentia materiæ. tunc argumentatur, quærendo a quo generatur forma uidelicet anima, aut ab agente interno, aut ab agente externo, si ab agente interno, hoc nihil aliud esse poterit, nisi semen, at semen non est, semen enim compositum corpus est, quod nec specie, nec genere conuenit cum anima, quæ gignitur. non ergo est agens internum. si ab agente externo, hoc non potest esse indiuiduum cõpositum eiusdem generis, uel eiusdem speciei, cum animali, cuius est anima, quoniam nullum compositum est uniuocum rei simplici, ut animæ: quæ in materia inducitur. ergo non poterit fieri, nisi a forma separata. Quare cum formæ eorum animalium, quæ fiunt ex semine, fiant ab agente externo, & non a composito simili animali, cuius sunt formę, fient ab ideis, quæ dant tales formas. Amplificat autẽ Auerroes huiusmodi argumentum tam ad animalia, quæ sine semine generantur, quam ad animalia ex semine orta. & quod hoc argumentum ualeat in animalibus, quæ fiunt sine semine, ostendit ex eo, quia in materia putri, quæ est proportionalis semini, non est anima actu, & ita non erit animæ similis, quæ ex illa fit, pręterea materia putris, quæ est semini proportionalis, potentia animam continet, & ita indiget aliquo agẽte actu, e quo anima actu fiat in tali materia. & tale agens non poterit esse, nisi idea. Quod etiam ualeat in ijs, quæ fiunt ex semine, ostenditur etiam, quia nec in uero semine est actu anima, & sic idem, quod prius. Tunc Auerroes remouet tacitam solutionem, quæ dari posset ad hoc argumentum, nam posset dici animas huiusmodi oriri a temperaturis materiarum, in quibus recipiuntur nullo agente præsuppposito, & ita posset dici formas, ac animas fieri a temperatione, & ab agente interno. Contra obijcit, & ostendit, eas fieri non posse ab agente interno, & hoc ut compleat argumentum, asserens id dici non posse, nisi secundum eorum opinionem, qui tenentes animas esse temperationes, asserunt eas fieri necessitate materiæ. Tunc demum propter has rationes creditum esse ait formas separatas esse, quæ dicuntur ideæ. Deinde Auerroes narrat opinionem iuniorum philosophorũ quã attribuit Auicẽ. Alexã. & Themistio. hi enim tradunt non esse necessarias pro rerum generatione tot formas separatas esse. iccirco asserunt primo formam separatam, quæ omnes rerum formas producit, esse eum intellectum, quem agentem uocant. secundo dicunt talem agentem intellectum esse uniuersalem rerum causam, quando non solum uiuentium animas producit, sed etiam mistorum formas uidelicet similiarium ut carnis, atque ossis, atque dissimilarium, ut brachij, oculi, & cæterorum talium, & formas etiam elementorum. quo fit, ut uelint uniuersalem rerum causam esse intellectum agentẽ. dein de pro hac positione argumentatur primo supponendo elementa non mutuo agere, atq; pati, nisi ob qualitates quatuor ipsas actiuas, atq; passiuas, non autem propter subſtantiales suas formas. signum autem, quia non dicimus grauitatẽ, quæ est

Opinio philosophorum iuniorum.



est forma terre, agere, nec leuitatem, quæ est forma ignis. secundo supponendo illud, quod exit de potentia ad actũ, non exire ad actum, nisi ab aliquo extrahente ipsum, quod est sug speciei, aut sui generis. tertio supponendo formas subſtantiales materiales, nec actiuas esse, nec passiuas, ut libro de sensu Aristoteles demonstrauit. quarto denicq; supponẽdo solas primas qualitates actiuas esse, aut passiuas. ex his sequi autumat ea, quæ rerum subſtantiales formas efficiunt, non esse materialia, sed separata quædam unũ, aut plura. formas enim materiales generari cernimus, & quidem non a formis materialibus, cum illæ non sint actiuæ, nec a qualitatibus, sunt enim illæ alterius generis. igitur oportet ponere subſtantiam separatam unam, uel plures, quæ effectiuæ causæ sint earum rerum, quæ naturales dicuntur. deinceps Auerroes narrat speciatim opinionem Auicennæ asserens Auicennam his suppositionibus adhæsisse, & ob eas concessisse formas rerum omnes ab intellectu agẽte proficisci, quem formarum datorem appellauit. subiungit deinde Themistij opinionem, asserens eum cum Auicenna conuenire. nam libro de anima, qui est sextus liber suæ paraphrasis, primo uidelicet libro aperte de ijs, quæ ex semine fiunt illud, quod Auicenna affirmauit, asserit. præterea & in cæteris formis, in quibus apparet hoc fieri ex hoc, etiam idem autumat. insuper primo de anima ait animam non esse id, in quo sunt omnes formæ tantum uidelicet intelligibiles, & sensibiles saltem intentionaliter, atq; obiecti ue, sed est id, qd' ponit omnes formas in materia, easq; creat. ubi patet eum intelligere per hanc animam, formam separatam, quæ est intellectus agens, atq; mundi anima. narrat præterea opinionem Alexandri non asserendo, sed coniecturando, & ait Alexandrum opinatum esse cõformiter ijs, quę Aristo. autumat in libro de generatione animalium, q̃ uidelicet animalia fiant a uirtute, quæ est in semine, uel in eo, quod est proportionale semini. imaginatur enim in semine, aut in materia putri esse uirtute, a qua forma extrahitur de potentia ad actum. demum pro Auicenna argumentatur ex eo, quia uidemus generari ignem ex motu, quo ferrum cum lapide excutitur. & cum sic est, nõ poterit dici motum huiusmodi substantialem formam ignis efficere, cum motus nõ sit de principijs actiuis. quo fit, ut forma ignis, quæ a motu fieri uidetur a datore formarum, formaq; separata gignatur. hęc Auerroes de positionibus, & de argumẽtis positionum. demum Auerroes soluit quæstiones accipiens ex uerbis, & ex demonstratione Aristotelis formas naturales esse, quæ naturales formas generent. & tu intelligas, ut quo, compositum enim est id, quod generat. at id, quo compositum generat, est sua naturalis forma, quemadmodum quod generatur, est compositum, sed non gignitur, nisi ratione formæ naturalis. tunc ex hac suppositione infert primo in generatione animalium, quæ ex semine fiunt, generãs ipsum esse semen a patre ac matre secretum & hoc ob formam, hoc est propter uirtutem formatiuam, ac generatiuam, quæ datur semini a parentibus. hæc enim uirtus est. que simul corpus format, & animas animalium de potentia ad actum in materia formata educit. sic igitur primum quod infert, est animas, quæ animalium formæ sunt, a uirtutibus fieri seminalibus, quæ seminibus tribuuntur a parentibus: secundo infert in animalibus, quæ fiunt ex se, hoc est ex putri materia sine manifesto generante, iterũ animæ gignuntur ex illis putribus materijs, quæ sunt proportionales semini bus, quatenus in eis sunt uirtutes formatiuæ, ac generatiuæ, quæ sunt a stellis. stellæ enim ministrant his animalibus aliquid loco seminum, & nonnulla, quæ sunt loco uirtutum seminalium. habet enim materia putris uirtute stellarum aliqd loco uirtutis seminalis, quo fit, ut huiusmodi materia proportionalis semini dicatur. tertio infert omnes tales tam quæ in ueris seminibus sunt, quã quæ sunt in materijs, quæ sunt proportionales semini, esse uirtutes diuinas, quæ sibi similia generant eo modo, quo artifex per uirtutem formæ, quam habet in mente, generat rem artificialem. quod quidem huiusmodi uirtutes, quæ in utroq; semine sunt, sint diuinæ, demonstrat autoritate Aristotelis, qui libro de generatione animalium ait huiusmodi uirtutes esse intellectui similes in agendo, qui intellectus est quid diuinum, & q̃ in agendo intellectui similes sint, ostendit Auerroes, quoniã uirtus seminalis, quæ in utroque semine est, agit sine instrumento corporeo, ueluti intellectus, qui intelligit, aut intellecta efficit sine corporeo instrumẽto. quod autem ita sit, affert signum, quoniam uirtutes formatiuæ, ac generatiuæ, quæ sunt in seminibus, differunt a naturalibus uirtutibus, quæ sunt in animalibus gentis, ac perfectis, quoniã uirtutes naturales, quæ sunt in animalibus, agunt per certa, atq; determinata instrumenta, atq; membra. ut nutritiua per iecur, aut cor, sensitiua per cor aut cerebrũ, uirtus uero seminalis non agit per membrum propriũ. est enim semen corpus similare, atq; uniforme, nullam habens ptem, per quam magis quam per aliam agit, illud uero, quod desideraretur in his, quæ Auerroes hic ait, esset, sit ne uirtus seminalis, calor naturalis, an uirtus quædam præter calorem. sed quoniã res hæc dilucide traditur in libris de generatione animalium, ideo ab eo libro quæstio hæc est petenda: licet nonnihil statim differetur. deinde Auerroes obijcit contra hanc uirtutem, ut Galenus dubitauit, quidnã sit hæc uirtus, utrum creator, ut deus, an non, sed creatura. & respondens asserit huiusmodi uirtutẽ nec esse creatorem uidelicet deum, cum hæc agat per calorem tanquam per instrumẽtum, quo fit, ut non sit deus, agens enim creans agit sine instrumento. per quæ aperte Auerroes monstrat uirtutem seminalẽ esse quippiam præter calorẽm seminalem, cum dicat uirtutem seminalem agere per calorem tanquam per instrumẽtum. & errat, nam Aristoteles in libris de generatione animalium aperte asserit uirtutem seminalem formaliter nihil aliud esse quã calorem seminalem. ait enim semen corpus esse quoddam, quod calorem animalem fert in uterum, ubi menstrua ibi inuenta calefacit deinde partes seminalis corporis tenuiores in uapores transeunt, crassiores uero regni foris. ergo uirtus seminalis nihil aliud est, quam calor formaliter seminalis. sed de his in literis de animalibus. deinde mouet secundam dubitationem quo nam pacto anima est in seminibus, & respõdens ait animam non esse in seminibus eo modo, quo anima est in corpore calido formaliter, sed esse in eis uirtualiter contentam, quemadmodum anima animalium, quæ fiunt ex putri materia, cõtinetur uirtualiter in stellis. & quia uirtus seminalis continet animam uirtualiter, quod diuinis corporibus proprium uidetur, ideo concludit Aristotelem recte dixisse hanc uirtutem esse diuinam, tum quia similis est intellectui in agendo, tum etiã quia similis est principijs diuinis id est stellis in continendo animam, his suppositis, ostendit uirturem generatiuam non posse esse formam separatam ideam, uidelicet aut intellectum agentem, primo quidem, quoniã tunc talis idea non efficeret, nisi formam, & sic generatio esset sine materia, & ita esset creatio. fieret enim forma per se, & non ex materia tanquam ex parte sui. quare ex nihilo. secundo idem ostendit ex eo, quia si generatum ita fit, ut suppositum est, tunc idem esset formans, & generans, quo eueniret, ut idea esset generans. ergo idea esset illud, quod mouet, & alterat, & disponit materiam. donec materia recipit formam, hoc est, esset illud, quod extrahit formam de potentia ad actum. hoc autem falsum est, quoniam mouens materiam, & disponens, & alterans est corpus habens qualitatem actiuam, ut calidum, aut frigidum, aut saltem habens potentiam generandi has qualitates, ut stellæ, ccelumq; ipsum, quod habet lumen, aut motum, quæ uim habent generandi colorem. quare non potest generans esse forma separata. cum generans omne sit disponens, ac alterans, quod quidem est corpus. tertio ad idem argumentatur, & argumentando remouet quandam solutionem ad argumentum nunc adductum. posset enim dici duplex esse generans, alterum, quod subiectum formæ generat & hoc est id, quod materiam disponit, alterũ quod formam

Cap. 13.

Cap. 15.

Error Auerrois.

Q̃ Auer. Cõmen. 19.

efficit,& ita dici poſſet generans formam eſſe ſubſtantiam ſeparatam,generans uero ſubiectum hoc eſt diſponẽs eſſe miſtum cum materia,qualis eſt pater,aut ſeminalis uirtus.contra obijcit,quoniam ſi generans ſubiectum formæ hoc eſt diſponens eſſet aliud a generante formam,tunc ſubiectum iam diſpoſitum,& ſua forma eſſent duo in actu:quod eſt impoſſibile.& conſequentia patet.quoniam ſua forma per ſe genita eſſet ens in actu,& ſubiectum formæ eſſet ens in actu.igitur eſſent duo in actu.aut aliter argumentatur,& coincidit in idem ſupponẽs ſubiectum formæ non habere eſſe, niſi propter formam.& cauſam affert ex eo,quoniam actio agentis non pendet a forma,neque a ſubiecto ſine forma, d eſt quoniam actio agentis nec terminatur ad ſubiectum ſine forma,nec ad formam ſine ſubiecto,ſuperius enim oſtenſum eſt id,quod fit in actu,eſſe cõpoſitum ex materia & forma hac ſuppoſitione ſtante argumentatur,actio agentis terminatur ad ſubiectum,quia terminatur ad formam,id eſt ad actum compoſitum.igitur generans ſubiectum formæ eſt illud,quod generat formam in uno,& ſimul totum compoſitum,quia per ſuppoſitionem non generat ſubiectum, niſi ga generat formam.tunc reducitur argumentũ ſic,ſi ſubiectum formæ generareẽ ab aliquo agente,& forma ab alio,ſic unus actus.i.unum compoſitum generaretur a duobus agentibus quod eſt impoſſibile.eſt igitur uis rationis hæc,non poteſt generari ſubiectum formæ,niſi compoſitum ex materia,& forma gignatur.nec poteſt forma effici,niſi ſubiectum eius fiat, ergo ſi duo eſſent agẽtia,quorum alterum formam, alterum ſubiectum formæ efficeret, unum compoſitum eſſet a duobus generantibus.quia & a generante formam,& a generante ſubiectum formæ,quod eſt abſurdum.demum affert cauſam erroris iſtorum & primo ex eo,quia non intellexerũt demonſtrationem Ariſtotelis,addit tamen Auicennam nõ eſſe ſibi admirationi, qa errare ſæpius ſolet.ſed Alpharabiũ, qui in libro de duabus philoſophijs rem hãc reuocauit ſibi in dubium.deinde ex eo,quia Platonis opinio uidetur magis cõuenire ueritati Theologorum,qui aſſerunt id,quod omnia agit, eſſe unum uidelicet deum,quippe cum agentia hic non operentur inuicem ita ut alterum,alterum efficiat, ſic enim eſſet in infinitum progreſſio.fieret enim filius ex patre, & pater ex alio,& ſic in infinitum.quare ad euitandum infinitum poſuerunt unum agens incorporeum uidelicet deum,qui omnia efficiat.deinde obijcit contra hos ex eo,quia impoſſibile eſt ſubſtantiam ſeparatam tranſmutare materiam, niſi interuẽtu cuiuſdem corporis,quod nõ eſt genitum,nec corruptibile.i.niſi interuentu corporum cœleſtiũ,quæ loco quidem ſunt tranſmutabilia.ſubſtantia uero intranſmutabilia.ex hoc concludit nullam intelligentiam ſeparatam efficere poſſe aliq̃s formam materialem, quæ cum materia coaleſcit, niſi interuentu corporum cœleſtium,ſed hæc an uera ſint,petenda ſunt a diluci dario,ubi declarauimus hæc,quæ Auerroes ait, non eſſe uera,licet uideantur peripatetica. illic enim explicauimus, quonam modo ab intelligẽtijs,& ab ipſo deo effici poſſit forma ſine interuentu corporis cœleſtis,& aliquando cœlo ipſo interueniente.deinde aſſignat cauſam,quare Ariſtoteles poſuit intellectum agentem ſeparatum. aſſerens Ariſtotelem non poſuiſſe intellectum agentem ſeparatum, ut ſit creator omnium formarum materialium,ſed quia eſt effectrix cauſa intellectionum,quæ ſunt immateriales.eſt enim peripatetica dignitas,ut immateriale,& impermiſtum cum materia fiat ab immateriali, & ab impermiſto cum materia, quẽadmodum contra miſtum cum materia fit a miſto cum materia.quia ergo intellectiones ſunt immateriales, quæ fiunt ab intellectu agente,ideo oportet intellectum agentem eſſe imaterialem. uerum quæſtio non parua eſt,utrum intellectus agens ſit effectrix cauſa intellectionis,ſed quia hæc quæſtio attinet ad librum de anima,ab eo libro ſolutio petenda eſt, ex his igitur patet ſolutio ab obiecta,quę pro opinionibus cõtrarijs Auerroes induxit,ad primum quidem,quoniam animatum, quod fit ex putri materia, fit a uirtute, quæ continetur in huiuſmodi materia,a ſole, ſtellisque mota, atq; ad eius generationem inſtituta.declaratum eſt enim uirtutem hanc eſſe potẽtia animam, & hoc ſufficit. ad ſecundum uero, quoniam ſupponit falſum uidelicet formam generari,cum oſtenſum ſit id,quod generatur,eſſe compoſitum.ad tertium,quoniam etiam falſum ſupponit.ſupponit enim calidum non poſſe ſubſtãtiam agere,quod uerum eſt,ut calidum.ſed,ut inſtrumentum ſubſtantiæ,calidum ſubſtantiam efficere,nemo dubitare debet: ut in dilucidario expoſitum eſt non ſemel.ad quartum etiam patet ſolutio.dicere enim poſſumus motum excuſſionis lapidis cum ferro,non eſſe canſam principalem effectricẽ ignis, ſed ut inſtrumentum lapidis, & ferri, quæ inuicem concuſſa ignem agunt.hæc de Auerrois digreſſione, circa quæ eſſent multa diſputanda,quæ ideo ſub ſilentio tranſimus,quoniam in dilucidario ampliſſime ſunt diſputata.

At uero ratio non de ſubſtantia ſola formam non fieri declarat, ſed de omnibus ſimiliter primis communis eſt ratio:ut de quantitate, qualitate,cæteriſq; prædicamentis.nam ut ænea ſphæra fit, ſed non ſphęra,nec æs, & in ære fit, ſemper enim oportet materiam,formamq; antecedere, ſic & in ipſo quid eſt,& in quali,& quanto fit,cæteriſque prædicamentis ſimili modo. non enim fit ipſum quale,ſed quale lignũ, neq; quantum, ſed quantum lignum,aut animal. TEX.32. formam & eius ſpeciem

Cum declaraſſet in ſubſtãtijs id,quod generatur eſſe compoſitum,& non formam ſolam,neq; materiam ſolam, nunc ut Auerroes innuit,amplificat hoc,quod dixit, ad alia prædicamenta,oſtendens etiam in cæteris prædicamentis id,quod fit,eſſe compoſitum,& non formam ſolam, neq; materiam ſolam,& hoc proponit,& dicit { at uero ratio } ſubaudi quæ iam dicta eſt de ſubſtijs, quæ erat, ut in ſubſtijs compoſitũ fieret { non de ſuba ſola formam non fieri declarat } neq; ſubaudi materiã ſolam { ſed eſt cõis ratio de oĩbus ſimiliter primis }.ſ.generibus.& exponẽs quid intelligat per prima gña, ſubdit { ut de quantitate, qualitate, cæter ſcę primis prædicamentis } deinde aſſignat rõnem,quæ magis cõſtitit in exemplo,& debet legi ſuſpenſiue uſq; ibi { ſic & in ipſo quid eſt } & dicit { nam ut ænea ſphæra }.i.nam ut hoc compoſitum, quod eſt ænea ſphæra fit,ſed nõ ſphæra.i.ſed nõ forma gneæ ſphæræ { nec æs }.i.nec materia,quæ eſt æs.ſed { & in ære fit }.i.ſed & compoſitum fit formam enim fieri in materia, eſt idem,quod compoſitum fieri, ut ſuperius eſt expoſitum. deinde affert rationẽ,quare compoſitum fit, quam antea explicauit,& dicit { ſemper enim } ſubaudi in generatione ipſa { oportet materiam,formamq; antecedere } ut ex his gignatur compoſitum.præexiſtit enim materia,ut in ea forma recipiatur,& præexiſtit forma in agente,ex qua fit id, quod fit. tunc terminando ſuſpenſionem ſubdit { ſic & in ipſo quid eſt }.i.in ipſa ſubſtantia } & in quali,& quanto fit,cæteriſq; prædicamentis ſimili modo } & hoc oſtendit quaſi inductione,& dicit { non enim fit ipſum quale,ſed quale lignum, neque quantum,ſed quantum lignum,aut } quantum { aſal } quare patet non ſolum in generatione ſubſtantiarum compoſitum eſſe id,quod fit,ſed in cęteris prædicamentis,ut Auerroes amplificauit. Alexander ſic exponit, poſtq; ſubſtantiarum formam,qua forma eſt,non generari docuit, ſed fieri in ſubiecto hoc eſt in materia,rationem affirmat,quæ formam ſubſtantialem.i.ſubſtantiam non generari demonſtrat,idem quoq; de cæteris prædicamentis demonſtrare quali,quanto, & reliquis. eſt autem Ariſtotelis ratio,ut Alexander exponit, quoniam ut globus æneus efficitur, non tamen forma globi, ſic album lignum, & bicubitale fit, non autem albedo, neq; quantitas. atque hoc æs efficitur ex aliquo ſubiecto exempli gratia Que Auer. Cõmen.32.



gratia ex aqua. forma uero & quiditas non efficitur æs. quæ expoſitio differt ab illa Auerrois, quoniam illa Auerrois uult Ariſtotelem ampliſicare illud,quod de ſubſtantia dixit, ut cp compoſſrnm tantum generetur,non forma, nec materia.at Alexander uult ut Ariſtoteles oſtendat ſolum formam non fieri per ſe,ſed in materia.mouetur autem Alexander ad hãc expoſitionem ex primis uerbis,quæ ſic in dictione leguñ { at uero ratio non de ſubſtantia ſola,ſed formam non fieri declarat } & reliqua,uerum exemplum Ariſtotelis eſt contra expoſitionem hanc,ut patet conſideranti, ideo Expoſitor ait cp cum Ariſtoteles declaraſſet id, quod fit,eſſe compoſitum, & poſſet eſſe dubitatio de accidentibus, nunc quaſi ſoluens dubitationem idem oſtendit in accidentibus, & recte exponit.

Verum proprium ſubſtantiæ ex his accipi poteſt, quoniam neceſſe eſt aliam præcedere ſubſtantiam actu, quæ efficiat, ut animal, ſi animal naſcitur,quale autem,aut quantum non neceſſe, niſi potentia ſolum.

Alexander exponens hunc locum,uult ut Ariſtoteles quærat,ſi neq; ſubſtantia fit, neq; quale, neq; quantum, quo demum ſubſtantia diſcrepet a cæteris. & uult, ut ſoluat ex eo, quia in ſubſtantia.i.quia in generatione ſubſtantię neceſſe eſt ut præexiſtat altera ſubſtantia actu,quæ efficiat,exempli cauſa neceſſe eſt,ut Alexãdro,qui ſubſtantia eſt,pater ipſius præexiſtat,in albo autem nihil eſt neceſſe,ut album actu præexiſtat,ex quo efficiatur,ſed poteſtate tantum. Auerroes autem uult, ut Ariſtoteles afferat quoddam proprium ſubſtantijs. melius autẽ dicerem cp cum Ariſtoteles inter generationem ſubſtantiæ, & generationem accidentium accepiſſet conuenientiam,ut ex aſſignata amplificatione patuit,nunc aſſignat differentiam,quam expoſitionem innuit illa particula { uerum } quæ aduerſatiua eſt,ut ſit ſenſus licet conuenientia ſit, ut diximus { uerum } tamen { proprium ſubſtantiæ }.i.generationi ſubſtantiæ { ex his } quæ ſubdit { accipi poteſt } quo proprio habeatur differentia inter ſubſtantias,& cætera genera. deinde exponens illam propriam differentiam dicit { quoniam neceſſe eſt aliam præcedere ſubſtantiam actu, quæ } in generatione ſubſtantiæ { efficiat }.ſ.eius generationem,cuius exemplum affert,et dicit { ut animal } neceſſe eſt ſubaudi actu præcedere quod efficiat { ſi animal naſcię,quale autem,aut quantum } ſubaudi ſi quale, aut quantum naſcitur { non neceſſe eſt } ſubaudi actu præcedere { niſi potentia ſolũ } & Auerroes intelligit ſic cp ante generationem ſubſtantiæ oporteat præexiſtere alteram ſubſtantiam agentem,quæ eſt actu de ſpecie eius,quod naſcitur.ante uero generationem qualitatis,aut quantitatis non oporteat,ut præexiſtat qualitas agens de ſpecie qualitatis, quæ naſcitur, ſed ſolum neceſſe eſt,ut præexiſtat materia,quæ potentia eſt qualitas genita.quam expoſitionem Alexander etiam ſentit, cum ait,ſed poteſtate tantum,quoniam non album lignum poteſtate album eſt.igitur per illud, quod præcedit in generatione accidentis, intelligit materiam, ut Auerroes expoſuit. ſed his occurres, & primo aduerſus id, quod primo loco dixit, quoniam proprium eſt,quod omnibus competit. at nõ omnibus ſubſtantijs hoc,quod proprium ſubſtantijs dixit,competere uidetur.generatur enim ignis,et non ſemp ante ignem præcedit aliquid de ſpecie ignis, cum aliquando a motu, aliquando a lumine generetur.contra uero ſecũdum, quoniam pro generatione accidentis non ſufficit materia ſola,alioquin fieret neceſſitate materiæ, ſed requiritur agens,quod accidenti ſaltem ſecundum uirtutem ſit ſimile.Expoſitor innuit ſolutionem ad primum,exponens Ariſtotelem per ſubſtantiam Intelligere non omnem ſubſtantiam, ſed ante omnem ſubſtantiam,quæ fit ex ſemine.& ſic excludũtur animalia ex putri materia orta,& elementa,& miſta imperfecta. Ariſtoteles enim loquitur ſolum de ſubſtantijs,quæ ex ſemine fiũt.quoniam de eis exemplum affert.& cum dicitur hoc propriũ eſſe ſubſtantiæ,intelligas non quia omni,ſed quia ſoli ſubſtantiæ competit,ceu ſimũ naſo,& ſemper,non ſimpliciter, ſed cum fit.& forteſſe Ariſtoteles intelligit proprium eſſe ſubſtantiæ, cum generatur,ut præexiſtat ſubſtantia,quæ principaliter efficiat,non quidem ſubſtantia eiuſdem ſpeciei,ſed uel eiuſdem ſpeciei,uel eiuſdem generis prædicamenti.non enim fieri poteſt ſubſtantia aliqua,quin præexiſtat ſubſtantia tanquam efficiens principale,quæ ſit ſaltem eiuſdẽ generis prædicamenti.ignis enim cp fit a motu,aut a lumine,non fit a motu, aut a lumine,quin præexiſtat id,quod mouetur tanq; agens principale,ut ferrum,& lapis,quæ concuſſione mouentur ad generationem ignis. aut quin præexiſtat corpus lucidũ tanquam agens principale, quod multiplicat lumen ad generationem ignis.at corpus lucidum, & ipſum mobile ſubſtantiæ ſunt, quæ licet non ſint eiuſdem ſpeciei cum igne,ſunt eiuſdẽ prædicamenti ſubſtantiæ.at cum generatur quale,aut quantum, non oportet ut præexiſtat agens nec eiuſdem prædicamenti, nec eiuſdem ſpeciei.ſecundam uero obiectionem diluunt quidam,aſſerentes Ariſtotelem per id,quod potentia præexiſtit, eſſe intelligendum tam uirtutem in agente quam potentiam in materia. non enim fieri poteſt accidens, quin ſupponatur potentia in materia,& quin ſupponatur aliquid, in cuius uirtute productiua ſit,uelut agens, non quidem de ſpecie accidentis,ſed uirtualiter ipſum continens ſed hæc ſolutio ambigua eſt.nam multa accidentia fiunt nullo agente præexiſtente, ut temperatura, qua corpus dicitur temperatum, miſtio, qua caro,aut neruus dicitur miſtus,ex quatuor elementis,relatio, qua ſimile quippiam dicitur alteri ſimile, & id genus. hæc enim accidentia non fiunt,ſed ſequuntur facta. ꝓpterea Auerroes ait Ariſtotelem id ſignanter de accidentibus aſſeruiſſe,quoniam qualitas alia generatur a ſibi ſimili qualitate ſaltem plerũq; ut calidum a calido,& frigidum a frigido. alia eſt,cuius generatio ſequitur formam miſtionis primarũ qualitatum,ut temperatura,quæ non fit,ſed ſequitur id,quod factum eſt,ut miſturam qualitatum.ſimili modo relatio nõ fit, ſed ſequitur id,quod factum eſt uidelicet fundamentum, & terminũ.hæc enim accidentia,& cætera huiuſmodi non fiunt ab agente per ſe,ſed ſolum ſupponunt potentiam in materia, ex qua,uel in qua fiunt neceſſitate eius.quare conceditur hæc fieri neceſſitate materiæ nullo præexiſtente agente,quod per ſe ea efficiat. Que Auer. Cõmen.32. Que Auer. Cõmen.32. Que Auer. Cõmen.33. Dubitatio.

Cum autem omnis definitio ratio ſit,& omnis ratio partes habeat, atq; ut ad rem ſeſe habet ratio,& pars rationis ſeſe habeat ad rei partem,dubitatur iam utrum oporteat partiũ rationem in totius ratione ineſſe,an non. TEX.33.

Iis exploratis,ac diligenter expoſitis, nunc redit ad definitionem, de qua intendit oſtendere ea, ex quibus conſtituitur definitio,& mouet quæſtionem, quæ ſecundum Auerroem talis eſt,utrum definitio cuiuslibet partis earum partiũ, quæ in definitione totius ponuntur, debeat poni in definitione totius,ut ſi animal, & rationale ponantur in hominis definitione,debeant poni loco earum definitiones animalis, & rationalis.ſed quia hæc quæſtio ſupponit duo,quorum primũ eſt, definitionem rei cuiuslibet habere partes,ſecundum uero eſt ut ita ſe habeat pars definitionis ad partem rei,& tota definitio ad totam rem.ideo primo ſumit primam ſuppõnem,& dicit { cum autem omnis definitio ratio ſit,& omnis ratio }.ſ. quæ ſignificat quid erat eſſe { partes habeat } ſit ut prima in figura ſequatur,omnem definitionem habere partes,quę fuit prima ſuppoſitio.& cum dicit in maiore omnem rationẽ partes habere,accepit rationem,non pro interpretatione,quę eſt declaratio obſcuræ orationis,uel obſcuri termini per clariorem orationem,nec accepit rationem pro deſcriptione, quæ licet fiat ex ſimilibus ijs,ex quibus ſit definitio, non tamen ſit Que Auer. Cõmen.33.

ex eisdem. descriptio enim sit non ex genere, et differentia, sed ex similibus his. quare accepit rationem pro oratione, quæ significat, quid erat esse. deinde sumit secundã suppositionem, & dicit { atq; ut ad rem } .s. quæ definitur { sese habet ratio, & pars rationis sese habeat ad rei partem } sed cum definitio sit ratio, sit, ut pars definitionis ita sese habeat ad partẽ rei, ut uniuersa definitio ad uniuersam rem. hæc est secunda suppositio, nec demonstrauit has suppositiones Aristoteles, sed ex libro topicorum, & libro posteriorum tanquam ꝓspicuas accepit. his stantibus, mox dubitat, & terminat suspẽsionem, & dicit { dubitatur iam, utrum oporteat partium rationem in totius ratione inesse } ita, ut rationes partium ponantur in definitione totius loco partium, quarũ sunt rationes. hæc est expositio Auerroꝛis. & cæterorũ iuniorum. deinde subdit { an non } & primus sensus, quem Auerroes, & Alexãder, & Expositor habent, est ut altera pars disiunctiuæ ad hũc modum, utrum rationes partium rei, quæ definitur, debent loco partium rei poni in definitione totius rei, ut definitio rei sit uerior, & expressio { an non } subdi definitiones partium debent poni in definitione totius rei. hæc est quæstio secundum Auerroem. alij, ut dicemus, uolunt ut uerba illa { an nõ } sint principium solutionis ambiguę, quam primo assignat, antequam afferat ueram solutionem: Alexãder aliter exponit, uult enim ut quærat, utrum quæcunq; sunt partes rei, eædem sint partes rationis. i. definitionis: & dicit { cum autem omnis definitio ratio sit, & omnis ratio partes habeat } subaudi sit, ut omnis definitio partes habeat, quæ fuit prima suppositio. deinde explicat secundam { atq; ut ad rem } .s. quæ definitur { sese habet ratio } .i. sese habet tota definitio ad totum definitum { sic & pars rationis } .i. definitionis { sese habeat ad rei partem } .i. ad partem definitii: tunc terminando suspẽsionem affert quæstionem suo ingenio dignam, & dicit { dubitaẽ iam utrum oporteat partium rationem } .i. ipsas partes rei, ratio enim partis ipsa pars est { in ratione totius inesse, an nõ oportet } .s. in esse, ut sit exempli gratia hominis definitio huiusmodi, animal, pedestre, bipes, manus habens, atq; caput. est igitur sensus quæstionis, utrum quæcunq; sunt partes definiti, debeant esse partes definitionis, ut quoniam animal, pedestre bipes, manus habens, atq; caput, sunt hominis partes, hęc eadem debeant esse partes definitionis hominis, aut non, debeãt esse partes definitionis hominis. hæc enim est quæstio secundum Alexandrum, quo uero ad suppõnes attinet, uidetur secunda suppositio superflua, quoniam sine illa potest questio habere locum ex sola prima suppositione. quare secunda suppositio uidetur superflua. dicendum ꝙ licet secunda suppositio uideatur superflua quãtum ad quæstionis sensum, tamen est utilis quantum ad rationabilitatem quæstionis. quoniam si ita se habet pars definitionis ad partem rei, sicuti tota definitio ad totam rem: sequetur, ut quemadmodum tota definitio constat ex tota re, sic partes definitionis erunt partes rei, id est sic aggregatum ex partibus definitionis erit aggregatum ex partibus rei. quo fiet, ut quæcunq; rei partes sint, eædem sint partes definitionis. quare suppositio secunda erit utilis ad rationabilitatem quæstionis.

Cõmen. 33.

Cõmen. 33.

In quibusdam enim inesse, in quibusdam non inesse uidentur, ratio nancq; circuli partium rationem non habet. at syllabæ ratio rationem habet elementorum, & tñ circulus suas in partes perinde atque syllaba in elementa diuiditur.

partium. τμημάτων incisionum segmentorii

Expositio quorundam est non ab ratione assignata ꝙ Aristoteles soluat motam quæstionem, & primo per ambiguam solutionem, ut ex hac solutione causam, qua qsquam in eam dubitationem inductus fuerit, colligat. & isti legunt partem illam { an non } pro nota solutionis, ut sit sensus an non semper oportet in ratione totius poni eius partes. Alexander autem uult, ut Aristoteles assignet causam, qua quispiam in hãc dubitationem duci possit, quam expositionem Auerroes sequitur, afferens Aristotelem assignare causam, quare quæstio mota sit rationabiliter, & dicit { in quibusdam enim } .s. definitionibus { in esse uidentur } .s. partes rei { in quibusdã } uidelicet definitionibus { non uidentur in esse } .s. partes rei, quæ definitur. quod cum ita sit, merito hanc quæstionẽ proponit, deinde exponit in quibus definitionibus partes rei insunt, & in quibus non insunt, ut merito dubitatio habeatur, & dicit { ratio nanq; circuli } .i. quoniam definitio circuli { partium rationem non habet } .i. partes circuli non recipit. non enim dicimus circulus est figura plana habens duo segmenta, sed dicimus circulus est figura cuius centro ad circũferentiam omnes lineæ ductæ sunt æquales { at syllabæ ratio } .i. definitio { rationem habet elementorum } .i. elementa ipsa, quæ sunt partes syllabæ habet. dicitur enim syllaba est uox ex literis constans. deinde complẽs rationem quæstionis, subdit, & tamẽ circulus suas in partes perinde atq; syllaba in elementa diuiditur } Auerroes autem dicit Aristotelem per hęc innuere eas partes poni in definitione, quæ significant partes quiditatis rei, hoc est quæ sunt partes formæ, & non partes, quæ significant partes materiæ. secundo ait in definitione syllabæ generatim poni partes quales sunt literæ. dicitur enim syllaba est uox, quæ componitur ex uocali, & consonante. & in definitione breuis syllabæ etiam literæ ponuntur, cum sit breuis syllaba, quæ ex uocali, & consonante breuibus constat. longa uero, quæ constat ex longis, at in definitione circuli non ponuntur dimidia, & quartæ, sed contra. dicitur enim semicirculus arcus circuli, quem diuidit diameter, ubi patet circulum acceptum esse in definitione semicirculi. non autem e contrario. hinc patet quæstionis rationabilitas, nam cum syllabæ partes sint in ratione syllabæ, & circulus perinde in segmenta diuidatur, ut syllaba in elementa, hinc emergit quæstio cur in syllabæ ratione partes sunt, in circuli non item.

Q ue Auer Cõmen. 33.

Q ue Auer. Cõmen. 33.

Præterea si pars prior est toto, & recti anguli pars est acutus, & digitus animalis, prior utiq; recto acutus angulus, & homine digitus erit. uidentur tamen illa esse priora. ratio ne enim ex illis sane dñr, & insuper esse sine ipsis uidentur priora.

Cum mouisset primam quæstionem, & illius rationabilitatem exposuisset, antequam eius solutionem inferat, proponit aliam quæstionem, uidelicet utrũ partes toto priores sint, an secus, & argumentatur ꝙ non ad hunc modum, si pars sit prior toto, cum angulus acutus sit pars recti, acutus enim minor est recto, & digitus sit pars hominis, sequetur in prima figura, ut angulus acutus prior sit recto, & digitus prior homine. de dubitatione assignat syllogismum, & supponit questionem, & dicit { præterea si pars prior est toto } hæc est maior } & recti anguli pars est acutus, & digitus } pars est { animalis } .i. hominis, hæc est minor, deinde affert cõclusionem & dicit { prior utiq; recto } .s. angulo { acutus angulus, et digitus } prior { homine erit } quod pro absurdo relinqt. quare partes non uidentur toto priores. deinde sequitur illa particula { uidentur tamen illa esse priora } ubi Auerroes, & Expositor uelle uidentur, ut Aristoteles torqueat problema ad oppositum, tum quia partes huiusmodi definiũtur per illa tota, ut digitus per hominem, & acutus angulus per rectum. tum etiam quia prius est, quod potest esse sine alio, & aliud non sine ipso, & cum homo possit esse sine digito, & rectus sine acuto, fit, ut totum sit partibus prius. Alexander autẽ Aristotelem in hac parte ait soluere quæstionem proximam, quę est secunda in ordine, iusta quam solutionem Aristoteles primo proponit solutionem, & dicit { uidentur tamen illa } .s. angulus rectus acuto, & homo digito { esse priora } hæc est solutio, deinde ea esse priora dupliciter exponit, tum prioritate definitionis, tum prioritate naturæ, & dicit } ratione enim ex illis sane dicũtur } .i. quia in definitione partium accipiuntur tota

Q ue Auer, Cõmen. 34.



tur tota, at quæ in alicuius definitione sumuntur, priora sunt illo. ꝙ si sic est, totum profecto prius est parte, supposuit autem pro explorato tota sumi in partium definitione, sic enim angulum acutũ definimus, angulus acutus est angulo recto minor. itaq; angulus rectus sumitur in definitione acuti. digitum etiam definientes partem hominis talem esse dicimus, ergo totum est definitione prius partibus. deinde exponit quo modo totum sit prius partibus prioritate naturæ, & dicit { & insuper esse sine ipsis uidentur priora } quasi dicat hæc quoque fides esse potest, ut tota partibus sint priora, ꝙ hæc illas secum tollant. nam non existente parte, totum tamen consistit, licet imminutũ, sublato uero toto, pars nullo pacto consistit. ad hunc igitur modum Alexander Aristotelem ait soluisse quæstionem, quã & paulo post multis alijs rationibus soluturum esse affirmat, ut suo loco uidebitur.

TEX. 34.

An pars multis dicitur modis, atque uno modo ea pars dicitur, quę quantitate mensurat. Verum hæc omittatur. sed hoc est considerandum ex quibus substantia constat, tanctq; ex partibus.

Cum quæstionem posterius positam soluisset, quã & paulopost multis alijs rationibus dissoluet, ꝓredit ad priorem, qua quæritur cur in quibusdam totorum definitionibus partes rei insunt, ut de syllaba dictum est, in alijs non item, ut in circulo, in cuius definitione non habentur segmenta, hanc multifariam soluit, sed ante singulorum dictorum explicationẽ operæpreciũ erit breui totum solutionis propositum cõmemorare, quo fiat solutio quæstionis expeditior. solutio igitur talis est, ut partium, quæ materiales sunt, materiæq; rationem fortiuntur, ut ossa, & nerui, hæ partes non sumuntur in formę definitione, quæ uero non sunt materiæ partes, sed formæ, ut pedestre, & bipes (non enim hæ materiales non sunt, ut manus, & pedes) hæ formæ partes accipiantur in definitione totius. itaque ex partis æquiuocatione exorta dubitatio est. alia enim pars est, ut materiæ, alia ut formæ. Aristoteles ergo, ut quæstionis solutionem dilucide moliatur, partis diuisionem præaccipit, & dicit { an pars multis dicitur modis } & exponens eos, subdit { atq; uno modo ea pars dicitur, quæ quantitate mensurat } quæ pars quãtitatiua dicitur. ut numerus tria metitur nouem: & ut cubitus bicubitum. deinde excludens hunc modum subdit { uerum hæc } .s. pars quantitatiua { omittatur } deinde exponens partes, quas uult prosequi dicit { sed hoc est considerandum ex quibus substantia constat } substãtiam appellans formam { tanquam ex partibus } quasi dicat nunc esse agendum non de partibus quantitatiuis, sed de partibus quiditatiuis. Auerroes autem dicit partes bifariã dici, nam aliæ quantitatiuæ, aliæ qualitatiuæ dicuntur. tunc ait partes qualitatiuas esse posteriores definitione toto, quantitatiuas uero priores. sed hoc uidetur dubium: quoniam partes quantitatiuæ non ingrediuntur definitionem totius, ergo non possunt dici definitione priores toto. fortasse uerba Auerrois sunt corrupta, & quod dicit de quãtitatiuis, debet legi de qualitatiuis, & e conuerso. quoniam proximo loco dixit semicirculum per circulũ, & non circulum per semicirculũ definiri.

Q ue Auer

Si igitur quoddam est materia, quoddam forma, quoddam quod ex his constat, & materia, & forma, & id quod ex utrisq; constat, substantia est, fit, ut & materia quidem partim cuiusdam dicatur, partim non dicatur, sed ea, ex quibus ratio formæ constat, ueluti caro pars quidem concauitatis non est. hæc enim est materia, in qua fit, simitatis autem quædam est pars. æs etiam totius quidem statuæ pars est. eius autem formæ, quæ dicitur, ut statua, non est dicenda.

Q ue Auer. Cõmen. 34.

Cõmen. 41. Cõmen. 43.

Cum reiecisset partem quantitatiuam a presenti considerationẽ, & innuisset de partibus qualitatiuis esse agendum, ut Auerroes subaudiuit, nunc declarat cuius substantiæ materia. i. pars materialis pars sit, & cuius non, & uult quod tribus existentibus substantijs, materia non formæ pars sit, nam formæ partes sunt ex quibus ratio formæ constat, sed composita ex materia & forma. Aristoteles ergo primo diuidit ens in materiam, formam, & compositum, secundo accipit utrumquodq; horum trium esse substantiam: & legatur dictio suspensiue ad hunc modum { si igitur } subaudi entiũ { quoddam est materia, quoddam forma, quoddã, quod ex his constat } ex materia uidelicet & forma, hoc est primum. deinde accipit secundum, & dicit { & materia, & forma, & id, quod ex utrisq; constat, substantia est } & hic finitur suspensio, ũc infert cuius substantiæ materia sit pars, & cuius non sit pars, & dicit { fit, ut & materia quidem partim cuiusdã dicatur } id est fit, ut materia pars cuiusdam dicatur } partim non dicatur } .i. & cuiusdam non dicatur pars. compositi enim pars esse dicitur, formæ non item. deinde exponens quæ ꝓtes formæ sint, subdit { sed ea } .s. sunt partes formę { ex quibus ratio } .i. definitio { formæ constat { quæ quidem sunt genera, & differentiæ: quæ sunt partes essentiæ, ac quiditatis, & per formam intelligit specialissimam, quæ accipitur in concreto per modum totius, ut sunt homo, & equus, & unaquęq; forma specifica, quæ accipitur in concreto per modum totius. non enim homo est aliud, nisi forma hominis, quæ accipitur in concreto per modum totius. nec equus est aliud ꝙ forma equi, quæ accipitur in concreto per modum totius, sicut nec animal, aliud est ꝙ forma animalis, quæ accipitur simili modo. huius enim partes, non materiales partes sunt, sed formales, quæ rationis partes dicuntur. deinde cũ dixisset materiam alicuius partem appellari, cuiusdam secus, hoc ipsum exemplis exponit, ubi animaduersione dignum Aristotelem. per simum, siue simitatem: compositum intellexisse, quod ex nasi carne constat, & cauitate ex carne quidem ut ex materia, in qua fit cauitas, ex cauitate uero, ut ex forma, & per cauitatem formam accepit, quæ in nasi carne habetur, unde dicit { uelut caro pars quidem concauitatis non est } quæ in ipso simo obtinet uicem formæ { hæc enim est materia, in qua fit } .s. cauitas. nam licet caro nasi materia sit, in qua cauitas efficinata est, non tamen est pars cauitatis, quia non est id, quod determinate subijcitur cauitati. cum in lapidibus, lignis ære, breuiter in omnibus aut plerisq; corporibus cauitas esse noterur { simitatis autem quædam est pars } quoniam simitatem extra carnem non est reperire. omnis enim simitas in carne obtinet esse, ac iccirco caro simitatis est pars; hoc est primum exemplum. deinde assignat secundum exemplũ, & dicit { ęs etiam pars est totius quidem statuæ } quæ est sensibilis, & particularis statua. hæc enim est, quæ componitur ex ære, & figura { eius autem formæ, quæ dicitur, ut statua, non est } ipsum æs { dicenda } pars. Auerroes autem addit materiam non esse partem formæ, & ita non poni in definitione formæ ut partem, sed esse subiectũ formæ, sine quo forma esse non potest. & propterea ait materiam collocari in definitione formæ ut uehiculũ deferens quiditatem, ut superius dixit, & postea dicetur. tu uero animaduerte formam materialem posse dupliciter definiri, uno modo ut abstractũ, & hoc pacto anima definitur secundo de anima definitur libro secũdo de anima, alio modo in concreto, & sic definitur animatum in libro de animalibus, ꝙ habeat principium augumenti, decrementi, & generationis intra se. simili modo homo potest definiri in concreto, & sic definitur ubiq; ꝙ sic animal rationale mortale. alio modo definitur in abstracto, & hoc pacto libro secundo de anima describitur anima intellectiua, ꝙ sit principium intelligendi in corpore humano. cum itaq; forma definitur in concreto, materia ponitur in recto, & loco generis, & hoc pacto animal, quod est materia animæ intellectiuæ, ponitur in definitione hominis. cum uero definitur in abstracto, materia ponitur in obliquo, & sic accipitur, ut deferens

formam,& hoc pacto loquitur Auerroes.& addit Auerroes ꝙ materiam poni, ut subiectum deferens in definitione non est uerum, nisi quando forma est materialis, quæ cum materia facit compositum. nam in definitione formæ immaterialis nec ponitur materia, ut pars, nec ut deferens.

Est enim ipsa forma, & ut formam quæcꝙ res habet, sed materiale nuncꝙ per se est dicendum.

Cum exposuisset differentiam inter materiam,& formam dixissetꝙ materiam non esse partem quiditatis. formam uero esse, nunc ut Auerroes ait, Aristoteles hoc ita esse ostendit ex eo, quia forma prædicatur de unoquoꝙ indiuiduo inquãtum habet formam, hoc est per se. at materia, uel materiale de nullo illorum prædicatur per se, & iuxta hanc expositionem dicit ¶ est enim & ut formam quæcꝙ res habet ¶ dicenda ¶ ipsa forma ¶ .i. dicendum est, ꝙ de unaquaꝙ re indiuidua prædicetur forma concretiue sumpta, quatenus unum quodꝙ indiuiduum formam habet, hoc est prædicatione per se, dicitur enim forma concretiue sumpta de unoquoꝙ indiuiduo prædicatione per se, sed materiale nunquam per se est dicendum de unoquoꝙ indiuiduo, quoniam materiale nec in abstracto nec in concreto prædicatur de indiuiduo prædicatione per se, quo fit, ut nec materia, nec materiale sit pars quiditatis, cum nunquam prædicetur per se de indiuiduo. hæc de mẽte Auerrois. Alexander uero sic exponit, cum non modo statuæ formam appellasset statuam, sed etiam hanc æneam & particularem statuam eodem statuæ nomine nuncupasset, quoniam in hunc modum contradici posset, concedamus statuæ formam recte nuncupari statuam, compositum tamen & particulare cur statuam appellemus, & non potius æneam. iccirco huiusmodi obiectioni occurrens ait ¶ dicenda enim est ipsa forma ¶ subaudi statuę statua ¶ & unaquęqꝙ res ut formã ¶ scilicet statuæ ¶ habens ¶ etiam dicenda est nomine statua ¶ materiale autem nunquam per se est dicendum ¶ nomine statua. est enim sensus, quoniam res a forma denominat, non a materia, iccirco in omnibus forma dici, & res quatenus forma sunt, appellari debẽt. ut si forma sit statuæ, res statua nuncupetur, si tripodis, tripos, & cætera similiter non autem materia nuncupanda est, necꝙ res ab ipsa nominandꝙ. nam si æs efficitur ex aqua, non erit par ipsum æs aquam nominari, sed æs ab ipsius forma. quare recte nam forma statuæ, quam particularis ænea statua, nomine statuæ nuncupanda est, quæ expositio placet.

Quapropter circuli quidem ratio frustorum rationem nõ habet. At quæ syllabæ est, rationem habet elementorum. elementa enim orationis partes sunt formæ, sed nõ materia. frustra aũt circuli sic sunt partes, ut materia, in qua circulus fit.

Cum materiam iã partem alicuius appellari dixisset, iam secus, & obiter quæstionẽ, quæ obiici posset, explicasset nunc ex his soluit primam quæstionem, subscribens causam cur in syllabæ definitione elementa eius sumuntur, in circuli ratione non perinde segmenta, asserens in syllabæ ratione iccirco elementa sumi, quia elementa sunt partes formales syllabæ. in ratione uero circuli non sumi segmenta, quoniam segmenta sunt ptes materiales circuli, & dicit ¶ quapropter circuli quidem ratio frustrorum rationem non habet ¶ .i. non habet frustra tanquam partes rationis. i. formales. sed materiales partes. n. formales circuli sunt figura, & plana, & una linea contenta, & omnes lineas a centro ad circũferentiam ductas esse inter se pares ¶ at ¶ ratio ¶ quæ syllabæ est, rationem habet elementorum ¶ .i. elementa habet tanquam partes rationis, atque formales. deinde affert causam, & dicit ¶ elementa enim orationis ¶ .i. syllabæ ¶ partes sunt formæ ¶ .i. formales ¶ sed non materia ¶ .i. & non partes materiales ¶ frustra autem circuli sic sunt partes ut materia, in qua circulus fit ¶ ut æs, in quo circulus fit. recte ergo dictum est elementa sumi in ratione syllabæ, segmenta uero nequaquam in ratione circuli. sed quæret aliquis, cur cum non segmenta circuli ptes materiales sint, elementa non sunt partes materiales syllabę. respondẽt obscure, sed eius secũda dilutio est, iccirco segmenta esse materiales partes, quoniam forma circuli, & omnino forma omnis ipsa per se partibus uacat, & est incorporea, ꝙ quam materie. in qua inest, coextendatur, & propter ipsam in interuallo fiat. formæ igitur interuallis omnino uacant, & partibus omnino carent. segmenta uero quanquam a sensibilibus abducantur, tamẽ interuallum quoddam esse intelligunt circunferentia, & linea recta contentum. interuallum autem non est alterius quam materiæ, cum interim nullum interuallum in elementis liceat intelligere. facilius tamen dicerem causam diuersitatis esse, quoniam literæ sunt de ratione syllabæ tam secundum esse indiuiduale, quam secũdum esse specificum. non enim potest intelligi syllaba, nec hæc syllaba sine literis. at segmenta, & frustra non insunt circulo, nisi quo diuiditur, & sic secundum esse indiuiduale. accedit etiam ꝙ circulus intelligi potest sine segmentis. possumus enim intelligere circulum, quo est figura, a cuius centro ad circunferentiam omnes lineæ ductæ pares sunt, qua tamen conceptione circulus non intelligitur, quo diuiditur in segmenta.

Dubitatio.

Propinquiora tamen sunt formæ ꝙ es, tum rotunditas in ære fuerit orta.

Sed circa ea, quæ dicta sunt, emergunt dubitationes, quarum prima talis est, dictum est enim semicirculum non esse partem rationis circuli, quia non pertinet ad formam circuli, est igitur dubitatio utrum eodem modo semicirculi sint extra rationem circuli, sicuti æs est extra rationem circuli facti in ære. hæc dubitatio est ut Auerroes exponit. & respondens asserit partes circuli hoc est semicirculos propinquiores esse formæ circuli quam æs, quoties in ære circulus ortus fuerit. causa autem est, quoniam semicirculi sunt materia necessaria circuli, æs autem uel ferrum nequaquam. nullus enim circulus esse potest sine suis semicirculis, licet ut dictum est, intelligi possit. at sine ære, uel ferro, & esse, & intelligi potest circulus. unde dicit, quanquam segmenta circuli sunt partes, ut materia ¶ propinquiora tamen sunt formæ quam æs, cum rotunditas ¶ .i. circulus ¶ in ære fuerit orta ¶ ad ipsam enim appius accedunt quam æs, est enim æs materia circuli præternecessaria. semicirculi uero materia necessaria: & nõ intelligas per segmentum, omne segmentum. nam interuallum, quod est in æneo segmento, non est idem, quod illud, quod intelligitur in separato. itaqꝙ segmentum separatum magis accedit ad formam quam inseparatum, quod in materia quadam habetur, atqꝙ subiecto. sic enim suppleuit Alexander. nam segmẽtum, quod est in materia sensibili, est ita remotum a forma circuli, quemadmodum materia ipsa sensibilis uidelicet æs, aut ferrum. quare recte suppleuit Alexander.

Q. Aue. Cõmen. 34.

Atqui neqꝙ elemẽta omnia aliqua ex parte in syllabæ ratione inerunt, ut hæc cerea, aut ea, quæ sunt in aere. iam enim & hæc partes sunt syllabę ut materia sensibilis.

Secunda uero dubitatio esse potest talis, dictum est. n. elementa esse partes rationis syllabæ, ideo queret quispiã, utrum omnia elementa sint partes rationis syllabæ, an quędam sic, quædam secus: respondet non omnia elementa esse pariter syllabarum partes rationis, quoniam non literę cereę, aut literæ, quæ sunt in ipso aere, per quem fit uox. quoniam hæc elementa cerea, uel aeria sunt ueluti materia sensibilis uidelicet æs est materia circuli. unde dicit ¶ neqꝙ elementa omnia aliqua ex parte ¶ subaudi pariter in syllabæ ¶ ratione inerunt, ut hæc cerea ¶ .i. elementa ¶ aut ea ¶ .i. elementa ¶ q̃ sunt ¶ in uoce, quæ fit ¶ in aere ¶ non enim hæc pertinent ad rationem syllabæ, cuius causam affert, & dicit ¶ iam enim & hæc partes sunt syllabæ, ut materia sensibilis ¶ quæ indiuidua est, & præter



et prꝛter necessaria, ac prꝛter rationem speciei. nam cum uox fit percussio aeris, uel aer percussus, dubio procul cum loquimur, aer uerbis conformatur, & quodammodo B C A, & cætera id genus efficitur. sed quomodo aer dictis configuretur, accuratius petẽdum est in secundo de anima, ubi Aristoteles de uoce mentionem fecit.

Etenim non si línea cum in dimídia, aut homo cum in ossa, & neruos, carnesqꝙ diuidit, corrumpatur, propterea & ex his, ut ex substantiæ partibus constant: sed ut ex materia. Atqꝙ totius quidem illa sunt partes. formæ autem, ac eius, cuius est ratio, non sunt partes. Iccirco neque in ipsis rationibus insunt.

Cum docuisset segmẽta ad circuli rationem non assumi, nec æs ad statuæ ex eo, quia sunt quasi materia, cum ea assumi debeant ad formarum rationes, ex quibus formæ constant. exposuissetqꝙ circulum non quæ forma est, cõsistere ex segmentis, neqꝙ ex ære statuã, ipsam dico statuæ formam, similiter hominis quiditatem non carnibus, & ossibus constare, neqꝙ lineam ex medietatibus, hæc cum effatus esset, quoniam, ut Alexander inquit, posset aliquis in hũc modum obiicere, si linea non cõstat ex segmentis, neqꝙ homo ex carnibus, neruis, & ossibus, cur si linea diuidatur in medietates, interit, & homo si in neruos, & ossa, similiter. quare certum fiet, hominem ex carnibus, & neruis, lineam ex medietatibus constare, & omnino rem quanque ex ijs, in quæ cum diuiditur, corrumpitur. quod si uerum est, illa profecto ad ipsorum definitionem sumentur. ergo secundum Alexandrum Aristoteles hic soluit dubitationem, quæ obiter ijs, quæ explicata sunt occurrere potest. etiam dici posset, & fortasse rectius Aristotelem diluere rationem, quæ in contrarium tacta est, dictum est enim ita circulum cum in segmenta diuiditur, corrumpi, sicuti linea, cum in dimidia. ergo, ut elementa sunt de ratione syllabæ. sic segmenta uidentur de ratione circuli. respõdet id non sufficere, quoniam stat lineam, cum diuiditur in dimidia, corrumpi, & hominem cũ diuiditur in ossa, neruos, & carnes, & tamen nec dimidia sunt de ratione lineæ, nec ossa, & nerui de ratione hominis. causa est, quoniam illa sunt partes totius compositi, quod est indiuiduum, non autem partes speciei, & formæ, quæ proprie est id, quod definitur. & quia ad diuisionem totius in partes quascunqꝙ totum corrumpitur, fit, ut forma saltem per accidens corrumpatur, uel saltem desinat esse forma eius, cuius erat forma. unde dicit ¶ etenim non si linea cum in dimidia, aut homo cum in ossa, & neruos, carnesqꝙ diuiditur, corrumpatur, propterea & ex his, ut ex substantię partibus constant, sed ut ex materia ¶ & sic non sequitur, ut illæ sint partes rationis hominis, sed uel partes, ut formæ, uel partes, ut materiæ: & quia sunt partes, aut ut formæ, aut ut materiæ, ideo sequitur, ut corrumpatur linea, aut homo, cum diuiditur illa quidem indiuidua, hic autem in ossa, & reliqua. nam ad corruptionem materiæ sequitur corruptio formę. est enim materia non pars quiditatis, sed subiectum deferens quiditatem. deinde exponit cuius proprie sint partes, & dicit ¶ atque totius quidem illa sunt partes ¶ quod totum est indiuiduum sensibile ¶ formæ autem, ac eius, cuius est ratio ¶ .i. quæ forma est quiditas ¶ non sunt partes ¶ .s. proprie sed sunt subiectum deferens partes essentiales: quæ sunt genus, & differentia, quibus explicatur forma ¶ iccirco neqꝙ in ipsis rationibus insunt ¶ .s. ut partes, sed si insunt, ut subiectum deferens partes formales insunt. ergo dimidia lineæ compositæ cum materia, & ossa, & carnes, & nerui hominis compositi ptes sunt materiales, formæ autem eorum, ut subiectum sunt. quare si quis compositum per accidens definierit (nam proprie formarum definitiones sunt) illæ partes in compositi ratione accipientur. non autem in ratione formæ, quæ proprie est id, quod definitur. unde Auerroes affert id, quod per se definitur, esse formam, nam interdum in concreto per modum totius, nonnunquam in abstracto per modum partis definitur. & quia forma per se definitur, & materia non est pars formę ideo nec pars definitionis est. quia uero est pars compositi ex materia, & forma, ideo est pars rationis, qua definitur compositum ipsum, quod saltem per accidens definitur. est enim compositum singulare, cuius non est definitio per se, & propterea dici potest materiam non esse partem definitionis simpliciter, sed solum eius, quod per accidens definitur. unde Alexander in ratione inquit compositorum inerit ratio taliũ, manus dico & ossium, & similium. non autem in ratione formarum. & causam afferens, asserit, quia composita ex his tanꝙ ex principijs constituuntur, & in ipsa decedunt, & si dices, si homo, & linea non constant ex his, quomodo diuiduntur in hæc, & respõsio patet, quoniam forma, quæ nomine hominis appellatur, & forma, quæ nomine lineæ, non diuiditur in hæc, sed compositum ex forma hominis, & materia. similiter linea cõposita ex forma, & ære, uel ligno in hęc diuiditur.

Q. Aue. Cõmen. 34.

In quibusdam igitur huiusmodi partium ratio inerit, in quibusdam uero non oportet ipsam inesse, nisi sit ipsius ratio simul sumpti. propter hoc enim nonnulla quidem ex his sunt, ut ex principijs, in quæ corrũpuntur. nonnulla aũt non sunt.

Ex ijs, quæ dicta sunt, per modum cuiusdam excerpti concludit, in quibusdam rationibus partes quæ se habent, ut materia inesse, in aliquibus autem rationibus nõ oportere inesse, & dicit ¶ in quibusdam igitur ¶ subaudi rationibus ¶ huiusmodi partium ratio inerit ¶ id est huiusmodi partes, quę sunt, ut materia inerũt ¶ in quibusdam uero ¶ subaudi rationibus ¶ non oportet ipsam ¶ scilicet rationem partium inesse. id est ipsas partes materiales inesse, & exponens quod dixerat, subdit ¶ nisi sit ipsius ratio simul sumpti ¶ id est nisi definitio sit compositi indiuidui, nam in tali ratione partes, quæ sunt, ut materia uidelicet ossa, nerui, & id genus insunt. in rationibus uero formarum non inerunt. & quia dicere quis posset, propter quid nonnulla definiuntur ex ijs principijs, in quæ cum diuiduntur, corrumpuntur, nonnulla uero non. ideo solutionem subdens dicit, quia nonnulla constant ex illis secundum rationem, ut composita, nonnulla uero non constant, ut simplicia id est formæ, & dicit ¶ propter hoc enim nonnulla quidem ex his ¶ scilicet partibus materialibus ¶ sunt, ut ex principijs, in quæ corrumpuntur ¶ ut composita, quæ uocauit simul sumpta ¶ nonnulla autem non sunt ¶ scilicet ex talibus partibus materialibus, in quæ cum diuiduntur, corrumpuntur. ea quidem, quæ ex talibus partibus sunt, indiuidua sunt, quæ ex ossibus, neruis, & carnibus sunt, quæ uero nõ sunt ex talibus, sunt uniuersalia, quæ secundũ rationem accipiuntur.

Quæ igitur simul sumpta forma sunt & materia, ut simum, aut æneus circulus, ea in hæc corrumpuntur, & ipsorum pars est materia. Quæ uero non simul sunt cum materia, sed sine materia sumpta, ut rationes ipsius formæ duntaxat, ea non corrumpuntur, aut omnino, aut non saltem hoc pacto.

Cum dixisset quædam in hæc interire, alia nequaquam, docet nunc quæ sunt ea, quæ in hæc intereunt, & quæ secus, & dicit ¶ quæ igitur simul ¶ id est collectiue ¶ sumpta forma sunt, & materia ¶ id est quæ ex materia, & forma consistunt ¶ ut simum ¶ hoc enim ne ratione quidem licet a materia separare, aut æneus circulus ¶ nam & hæc simul cum materia sumitur, hæc enim nihil aliud sunt, quam materia & forma collectiue sumpta. quippe cum simum nihil aliud sit quam nasus, & concauitas, æneus uero circulus æs, & forma circuli simul sumpti ¶ ea in hæc ¶ corrumpuntur, ut simum in nasum, & concauitatem, circulus uero æneus in

in figuram circularem,& ęs { & ipſorum pars eſt materia } nam æs eſt pars,ut materia ænei circuli,& naſus pars ut materia ſimi,& tu intelligas,ut materia, quia cauitas eſt pars, ut forma ſimi,et figura circularis ps,ut forma circuli ęnei { quę uero non ſimul ſunt cum materia, ſed ſine materia ſumpta, ut rationes ipſius formæ dūtaxat } id eſt, ut formæ, quarum ſolum ſunt rationes,nam compoſitorum ut docebit,non habentur definitiones,eorum ſubaudi id eſt talium formarum neque partes ſunt hæc oſſa uidelicet & carnes,& { ea nō corrumpuntur } ſubaudi in hæc { aut omnino, aut non ſaltem hoc pacto } quo corrumpuntur compoſita,quæ ex illis conſiſtunt.dixit { aut omnino,aut ſaltem non hoc pacto } quoniam ut Alexāder inquit,omnino nō perit homo me pereunte, quoniam poſt meum interitum alius uiciſſim homo exiſtit.ſed quoniam ego ſubijcior illi,ac eius ſum pars,ille me intereunte interit ex accidenti.unde & Auerroes ait uniuerſalia quæ formæ ſunt ſine materia,aut non corrumpuntur omnino,aut non ſic id eſt aut non per ſe,ut compoſita, ſed per accidens corruptione compoſitorum ſingularium. Ex his,quæ Ariſtoteles ait hic, colligitur primo materiam non eſſe partem ſpeciei,nec alicuius uniuerſalis,ſed ſolum compoſiti ſingularis,quod ſingulari nomine nuncupatur,aut qd' per commune nomen ſignificatur, ut in dilucidario diximus. colligitur ſecundo compoſitum nihil aliud eſſe quam materiam, & formam collectiue ſumptas:quod nonnulli negant arbitrantes totum ultra materiam,& formam collectiue ſumptas addere quid tertium diuerſum ab eis. uerum ſit ne ſic an ſecus, petendum eſt a dilucidario.

Q ue Auer. Comē. 44.

De diſtinctione totius, & partium.

Quare illorum quidem,quæ ſub his ſunt,hæc principia ſunt,& partes formæ autem ipſius hæc neque partes ſunt,neque principia.& propterea ſtatua lutea in lutū, & ſphera in æs, & Callias in carnem & oſſa corrumpitur, & inſuper circulus ſua in fruſta. eſt enim quippiam, quod cum materia ſimul eſt ſumptum. æquiuoce nanque dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, & qui ſingulares ſunt: quando ſingulares proprio nomine carent.

Demum nunc concludit differentiam, quæ eſt inter partes indiuiduorum,& partes formæ,quæ eſt ſpecies,quæ concipitur,ut totum,& dicit { quare illorum } ſcilicet compoſitorum indiuiduorum { quæ ſub his } ſcilicet formis,atq; ſpeciebus ſunt { hæc } ſcilicet oſſa,nerui,& carnes,& æs,& ſegmenta { principia ſunt, & partes } .ſ. uti materia { formæ autem ipſius { uel ſpeciei { hæc neq; partes ſunt, neq; principia } ſubaudi nullo modo ſunt.quoniam nec materiales, neque formales partes.deinde affert ſignum, quod accipitur ex corruptione,& dicit { & } ſubaudi quia compoſitorum partes ſunt { propterea in lutum ſtatua lutea } ſcilicet corrumpit̄ { & ſphæra } ſcilicet ænea { in æs, et Callias in carnem, & oſſa corrumpitur } nec ab ratione, quoniam ſtatua lutea eſt ex luto tanquam ex materia,ſphæra ænea ex ære, Callias ex carne,& oſſibus.nec ſolum ſphæra ænea.i.circulus ęneus. corrumpitur in æs, ſed { & inſuper circulus ſua in fruſta } etiam corrumpitur. quoniam ex fruſtis conſtat. cuius rationem affert,& dicit { eſt enim } circulus,ſcilicet { quippiam, quod cum materia ſimul eſt ſumptum { id eſt, eſt enim aliquid in ſegmentis,quod in ipſis concipitur,ut in materia.ſunt enim ſegmenta materia,quam intelligimus eſſe contentam, ut dictum eſt,a recta linea,& circūferentia,ſed cum ſphęram id eſt circulum in æs interire dixiſſet, quoniam tum particularis & compoſitus appellatur circulus,tum forma ipſa circuli, iccirco adiecit { æquiuoce nanq; dicitur circulus,& qui ſimpliciter dicit̄.& qui ſingulares } ſcilicet circuli { ſunt } quaſi dicat ut recte Alexander expoſuit,cum circulum interire dicimus,nemo putet uniuerſalem circulum ut formam a nobis dici,ſed circulum particularem.nam in ſingulis hominibus, quoniam præter hominis appellationem omnibus communem ſuum cuiq; nomen tributum eſt,ut callias,uel micallus, non dicimus hominem interire,ſed Calliā,uel Micallum. in circulis autem { quando ſingulares proprio nomine carēt } ſed tam uniuerſalis,quā particularis appellatur circulus,iccirco dicimus circulum perire.at ſi circulus æneus exempli cauſa uocaretur ueſtimentum,profecto non circulum perire diceremus,ſed ueſtimētum,quemadmodum Calliam,aut Micallum,nō hominem interire dicimus.& cum Ariſtoteles dicit { æquiuoce nanq; dicitur circulus } intelligit.i. diuerſimode,quatenus circulus dicitur de uniuerſali circulo, qui eſt ſpecies,& de ſingularibus circulis,qui ſunt indiuidua. nam cum particulares circuli uacent proprijs nominibus,omnes dicuntur nomine ſpeciei circuli,& ſic hoc nomen circulus uidetur multiplex,cum dicatur de communi circulo,& de ſingularibus.ex his,quæ Ariſtoteles dixit in tota hac dictione,habetur primo materiam non eſſe uniuerſale quippiam, nec partem uniuerſalis,nec ſpeciei.quoniam eſt una numero,& ex ſe ſingularis.habetur inſuper nullam ſpeciem,nullumq; uniuerſale eſſe compoſitum ex materia, & forma, ſed eſſe ſolam formam,ut ſignificatur per nomen concretum. homo enim nihil aliud eſt quam forma hominis,ut ſignificatur nomine concreto.tertio habetur materiam propter hæc non eſſe partem definitionis,quoniam non eſt pars rei,quæ per ſe primo definitur.deinceps habetur uniuerſale ſiue ſpeciem, ut hominem diuidi in materiam,& formam non per ſe, ſed quatenus accipitur pro indiuiduo homine habetur quinto quod licet materia ſit pars interna compoſito ſingulari, tamen nec ipſa, nec concretum,quod ſibi correſpondet,per ſe prædicatur de illo compoſito.quoniam ad hoc, ut aliquid prædicetur per ſe de aliquo,requiritur ſecundum Ariſtotelem, ut ſit prædicatum ſumptum a forma,& ꝓpter hoc ſola forma,aut id,quod accipitur a forma in concreto, prædicatur de indiuiduis per ſe, quoniam ſolum id prædicatum formale eſt. hinc fit ut hæc prædicata oſſeum,carneum,nerueum per ſe de homine non prædicentur,nec æneum de circulo, ſed animal, & rationale de homine per ſe,de circulo figura prædicetur.

Excerpta.

TEX.31.

Dictum eſt igitur & nunc ipſum uerum.attamen ɋbuſdam repetitis,dilucidius dicamus.Quę nanq; rationis ſunt partes,& in quas ratio ipſa diuiditur,eæ aut oēs, aut aliquæ ſunt priores. non autem anguli recti ratio in rationē acuti, ſed acuti ratio in rectum diuiditur.qui nanq; acutum definit,utitur recto.acutus enim minor eſt recto.ſimiliter & circulus,& ſemicirculus ſeſe habent.ſemicirculus enim circulo definitur, & digitus toto.digitus enim talis eſt hominis pars.quare partium eæ quidem,quæ ut materia ſunt,& in quas, ut in materiam totum diuiditur,poſteriores ſunt. eæ uero,quæ ut rationis ipſius,eiuſq; ſubſtantię, quæ rationi accommodatur ſunt,priores aut omnes,aut nonnullæ ſunt.

Differit nunc ſecūdam quæſtionem,qua quærebatur ſintne partes priores, an tuta. nam licet hanc quæſtionē quo ad ueritatem ſit ſoluta,tamen nūc eam diluet ad formam,& hoc proponit,et dicit { dictum eſt igitur & nunc ipſum uerū } .i. dicta eſt ſolutio ſecundæ qōnis quo ad ueritatem,& ad materiam { attamen quibuſdam repetitis } ut repetita diſtinctio partium { dilucidius dicamus } id eſt ſoluamus ad formam, deinde ſoluens afferit partes, quæ formæ ſunt, ut genus, & differentiæ uidelicet animal, pedeſtre, & bipes, quæ partes ſunt formæ hominis,hæ priores ſunt homine,quæ uero non

formæ,



formæ,ſed ut materia totius compoſiti partes ſunt, ut nerui, & oſſa,hæ homine ſunt poſteriores,& dicit { quæ nanq; rationis ſunt partes,& in quas ratio ipſa diuiditur } .i. quæ nanque partes formales ſunt,ut animal,& pedeſtre,et bipes,quę ſunt formæ habens partes { eæ aut omnes, aut aliquæ ſunt priores } ſubaudi ſuis totis,quæ uero ſubaudi non formę,ſed totius compoſiti partes ſunt,ut materia,ſunt poſteriores ſuis totis.Caro enim & oſſa poſteriora ſunt toto id eſt ſimpliciter homine,propterea ſubdit { non autem anguli recti ratio in rationem acuti,ſed acuti ratio in rectum diuiditur. qui nanq; acutum definit, utitur recto, acutus enim minor eſt recto } quare angulus acutus licet ſit pars recti,non tamen eſt prior, ſed poſterior recto.eſt enim pars,ut materia, non autē pars, ut forma.& cum dicit totum eſſe prius parte,uel partem priorem eſſe toto,intelligit prioritate definitionis.rectū enim definitione eſt prius acuto,& homo etiam oſſibus,ac carnibus. deinde affert aliud exemplum,& dicit { ſimiliter & circulus, & ſemicirculus ſeſe habent } ueluti rectus & acutus angulus { ſemicirculus enim circulo definitur } dicitur enim ſemicirculus figura diametro,& circunferentia circuli contenta, uel dicitūr ſemicirculus dimidiū circuli. deinde affert tertium exemplum,& dicit { & digitus toto } .ſ. definitur { digitus enim talis eſt hominis pars } uidelicet manus, aut pedis hominis pars.cum igitur partes a totis definiantur, tota nō item per partes,efficit̄ ut tota partibus definitione priora ſint.nam definitum poſterius ijs eſt,per quæ definitur. tūc ſoluit ſecundam quæſtionem ad formā,& dicit { quare partium eæ quidem,quæ ut materia ſunt,& in quas ut in materiam totū diuiditur,poſteriores } definitione { ſunt } ſuo toto { eæ uero, quæ ut rationis ipſius,eiuſq; ſubſtantiæ ſunt, quæ rationi accōmodatur } hoc eſt formæ partes { priores ratione aut omnes,aut nonnullæ ſunt } ſuo toto dixit { aut omnes aut nonnullæ ſunt } ut Auerroes inquit,quia ſunt definitiones aliæ, in quibus materia apparet,ſaltem ut ſubiectum deferens.alię in quibus materia non apparet,nec ut ſubiectum deferēs,nec ut pars eſſentiæ.dixit ergo omnes,aut nonnullæ,propter definitiones,in quibus apparet materia,ſaltem, ut ſubiectū deferens.nam in talibus materia non eſt prior.ſed hęc expoſitio eſt ſuperflua,& non ad mentem Ariſtotelis,nam in proxima dictione Ariſtote.declarabit,cur dixerit aut omnes, aut nonnullæ,ubi non dicet,ut expoſuit Auerroes.

Q ue Auer. Comen.35.

Cum autem animalium anima ( id enim ſubſtantia animantis eſt) ſecundum rationem ſubſtantia ſit, & forma, atque quiditas corporis talis (nam pars uniuſcuiuſque ſi recte definiatur,non ſine munere, officioq; definietur, quod quidem ei non competet abſq; ſenſu)huius profecto partes aut omnes,aut quædā ipſo toto animali priores ſunt, & in ſingulis ſimili modo. Corpus autem,eiuſq; partes hac ſubſtantia poſteriores ſunt & in has, ut in materiam non ſubſtantia, ſed totum ipſum diuiditur.

Alexander Ariſtotelem diſputare arbitratur num de toto, & partibus.ego puto Ariſtotelem uelle declarare,cur dixerit partes, quæ formæ ſunt, eſſe omnes, aut nonnullas priores ſuis totis.dixit enim partes formales,in quas ratio ipſa diuiditur,omnes,aut quaſdam eſſe priores ſuis totis, ideo puto Ariſtotelem uelle ſe exponere,cur dixerit omnes,aut nonnullas. & intendit huius rei rationem eſſe,quia ſunt quædam partes formales,quæ licet pertineant ad perfectionem rei,quæ definitur,non tamen pertinent ad eſſentiā illius,ut partes animæ, uel partes ſolius ſenſitiuæ,quę pertinent ad perfectionem animalis, non tamen omnes ad eſſentiam animalis. uel intendit huius rei rationem eſſe,quoniam animantium anima partes habet,quæ non omnes,ſed aliquæ priores ſunt toto animali. nam alere,& appetere totius compoſiti ſunt,& ideo altrix,& appetitiua partes ſunt formales animalis,quæ non ſunt priores toto animali.contemplari uero non item,ſed animę ſolius eſt,ideo intellectiuū pars prior eſt animali.quo uero ad conſtructionem attinet animaduerte uerba eſſe ſuſpenſiua uſque ibi { huius profecto partes } ſunt etiam ſuis parentheſibus diuiſa,ut patet legenti uerba, unde dicit { cum autem animalium anima } ſupplet Alexander { forma ſit ipſorum } uel fortaſſe id ſupplendum non eſt,ſed ſic legendum { cum autem animalium anima ſecundum rationem ſubſtantia ſit, & forma,atq; quiditas corporis talis } .i.actus ſit corporis naturalis,inſtrumentarij,facultate uitam obtinentis,ut dictum eſt in ſecundo libro de anima,cuius rationem per parentheſin innuit dicens { id enim } .ſ.anima { ſubſtantia animantis eſt } igitur recte dictum eſt animam eſſe actum corporis naturalis inſtrumentarij potentia uitam habentis. ꝙ uero ſubſtantia ſit ſenſitiui corporis,oſtendit prius quam terminet ſuſpenſionem,ex partibus animalium ipſis,& dicit { nam pars } .ſ. inſtrumentaria { uniuſcuiuſq; } animalis,ſcilicet { ſi recte definiatur,non ſine munere officioq; } ad quod deputatur { definietur,qd' } ſcilicet munus officiumq; { quidem ei nō competet abſq; ſenſu } ſic igitur uult habere quamlibet partē inſtrumentariam definiri ſua parte animæ ſenſitiuæ.ut ſit oculus pars,qua uidemus,naſus pars, qua olfacimus, pes pars, qua ambulamus. etiam ſiquis manū hominis recte definiat, non abſque officio definiet.officium autem ipſius abſque ſenſu animæ non ei competet. ſi ergo manus, aut pars id genus hoc informatur, quod proprio munere fungitur. hoc autem abſque ſenſu,& anima ei ineſſe nequit,ſit,ut abſq; dubio forma manus ſit ſenſus, aut potentia ipſi ab anima ſuggeſta ad proprio munere fungendum,quo demum ſequetur animam eſſe ſubſtantiam ſecundum rationem, atq; formam animalium.nam ut libro ſecundo de anima dictum eſt,ſicut ps animæ ad partem corporis.ſic tota anima ad totum corpus.ſed pars animæ eſt forma partis corporis.ergo tota anima ſenſitiua eſt forma totius corporis animalis.tunc terminat ſuſpenſionem,& dicit { huius } .ſ.animæ, quæ eſt forma animalis { profecto partes aut omnes,aut quædam ipſo toto animali priores ſunt } omnes partes,quæ animę ſunt per ſe, & quatenus ſunt animæ corporis ſunt,priores toto animali ſunt,ut intellectiuum,& uolitiuum.aut quædam, ut altrix, & generatrix,aut auctrix,quę cum ſint totius animalis,nō priores ipſo toto animali ſunt { uel quædam } ut Alexander inquit,adiectum eſt propterea,quæ dicuntur ad conuertentiam.rationale nanq; & mortale dubium non eſt, qn homine priora ſint. quippe quæ latius pateant quam ipſe. mentis uero ac ſcientię capax non latius,ſed æque patet,ac proinde non eſt prius. ſiquid enim eſt homo,id mentis,ac ſcientiæ capax eſt:ac uiciſſim ſiquid eſt mentis,ac ſcientiæ capax,id homo eſt. quia uero,ut in animalibus ſeſe res habet,ſic & in cæteris, ideo ſubdit { & in ſingulis ſimili modo } deinde exponit quo ordine partes,ut materia ſe habeant ad totum animal,& dicit { corpus autem,eiuſq; partes poſteriores hac ſubſtantia ſunt } id eſt ipſa forma { & in has.ſ.corpus,atq; corporis partes { ut in materiam non ſubſtantia } .i.forma animalis { ſed totum ipſum { animal { diuiditur } & tales partes compoſiti ſunt, hoc enim ſignificat uerbum totum.patet igitur cur dictū eſt, aut omnes,aut nonnullæ,quoniam nonnullæ partes, quę ad formam attinent,non ſunt toto priores.Auerroes autem aſſignat cauſam,quare partes ſecundum materiam ſint poſteriores ratione ſuo toto, partes uero ſecundum formam priores, ex eo, quia prioritas totius ad partem materialem eſt prioritas formæ ad materiam. eſt enim totum ipſum ut forma reſpectu partis materialis.prioritas uero partis materialis ad totum eſt prioritas materię ad formam.at partes formales ſemper ſuo toto priores ſunt prioritate formæ ad materiam, & ideo dicuntur ſimpliciter priores.

Q ue Auer. Comen.35.

Toto igitur ipſo priores has eſſe: eſt ut ſic, eſt

autem,ut non. non enim possunt esse separatæ. quoniam non quocunq; modo se habet digitus est animalis, sed æquiuocus est, qui est mortuus. quædam uero simul quæcunque principales, & in quo prima ratio & substantia est. ut si hoc, cor aut cerebrum sit, differt. n. nihil utrum bis tale sit.

Cum dixisset partes materiales non esse priores toto: nunc quasi ex dictis deducit quandam differentiam partium materialium, & est, q̃ partes materiales aliquæ sint, quæ sunt uno modo priores, alio modo non priores, quædam sunt partes materiales quæ sunt cum toto ipso simultaneæ. partes q̃dem quæ sunt uno modo priores, alio modo non posteriores sunt partes animalis non principales, ut digitus & pes, & oculus, & id genus. hæ enim partes, quo sunt materia totius, & simpliciores toto, sunt priores. quo uero totum potest esse sine ipsis, ipse uero non sine toto: sunt posteriores toto. partes autem simultaneæ sunt partes principales, ut cor uel cerebrum: in quo uel quibus residet anima, quæ prima totius substantia. inquit { toto igitur ipso has partes }. s. materiales { esse priores, est ut sit } hoc est cõtingit uno modo ita esse { est autem ut non } hoc est alio modo non contingit esse. sunt ergo partes materiales una ratione, quæ ipso toto uno modo priores, alio modo posteriores sunt. ut partes, minus principalis. exponit autem quo modo sint posteriores, quoniã ipsas esse priores aliquo modo quatenus simplices, & materia totius, patet. & inquit { non enim possunt esse separatæ } a toto at totum potest esse sine ipsis. quod autem non possint esse separatæ, exponit de digito, & inquit { quoniam non quocunq; modo se habet digitus, est animalis, sed qui mortuus } hoc est quod separatus est ab animali { est æquiuocus } patet ergo tales partes esse posteriores uno modo, alio modo priores. hæc de primo membro differentiæ. deinde assignat secundum membrum, et inquit { quędam uero } partes materiales, sunt cum ipso toto { simul } ut { quæcunq; principales } partes totius sunt { & } potissimum illud membrum est cum ipso toto simul { in quo est prima ratio & substantia } hoc est, in quo est ipsa anima: quæ est prima ratio, & prima animalis substantia. & exponit quod est tale membrum, & inquit { ut si hoc } membrum, in quo est anima { sit cor aut cerebrum, differt enim } ut inquit, nihil { utrũuis tale sit } semper enim quocunq; dato: simultaneum est cum ipso animali, quoniam semper simul cum animali oritur, & simul moritur.

Homo autem & equus, & quæ ita sunt, in singularibus sunt. uniuersaliter autem non sunt substantia, sed ipsum totum quoddam ex hac ratione & propria materia, ut uniuersaliter. singulare autem ex ultima materia Socrates iam est, & in aliis similiter. pars igit est & speciei (dico autem speciem, quod quid erat esse) & ipsius totius quid ex specie, & materia ipsa est.

Cum dixisset, species & uniuersale non est nisi forma: nũc remouet quoddam dubium, utrum homo compositus ex materia & forma possit esse uniuersale. respondet q̃ non est uniuersale, sed significatur per nomen uniuersale. unde inqt { homo autem & equus & quæ ita sunt } composita ex materia & forma, ut sunt homo, & equus { in singularibus sunt } & quidem singularia, non enim potest esse compositum: nisi singulare: materia enim est per essentiam singularis, & sic quicquid est compositum ex materia & forma: est per participationem singulare. quare homo compositus uel equus compositus est singularis { uniuersaliter autem non sunt substantia, sed sunt ipsum totum } quoddam compositum { ex hac ratione, & propria materia, ut uniuersaliter } quoniam secundum rem sunt singularia: sed significantur per nomina communia. deinde exponit quid sit singulare, & inquit { singulare autem ex ultima materia Socrates iam est, & similiter in aliis } singularibus. sic igitur differentia est, q̃ homo compositus ut significatur per terminum cõmunem, est reuera singulare, tamen est acceptus per modũ uniuersalis, cum consideretur materia, non ut ultima. at Socrates est simpliciter singulare, quoniam est ex propria materia, & propria forma. ex his concludit q̃ forma sit pars speciei, & indiuidui: & inquit, forma igitur est pars & speciei, intelligendo, ut inquit, per speciem, quod quid erat esse, & est etiam pars ipsius totius, quod est ex specie, & materia ipsa. sed dices, forma est tota species, non ergo pars speciei. dicendum q̃ est tota species. & ps speciei, tota quidem secundum rem, pars uero quatenus species accipere per modum totius, & in concreto. alij uero de materia locutum esse Aristotelem dicunt, legunt enim hoc pacto { pars igitur } materialis quæ materia est { & speciei } pars { est, & ipsius totius, quod ex specie } hoc est forma { et materia est } non tamen eodem modo, nam est pars speciei per accidens, ut supponitur pro singularibus compositis, est pars indiuidui per se. & utroq; modo uerum est.

Sed rationis partes, quæ speciei solum sunt (ratio uero est ipsius uniuersalis. Circulo enim esse, & circulus, & animæ esse, & anima idem est) totius autem iam circuli huius, singulariũ alicuius, aut sensibilis, aut intellectualis. dico autem intellectuales quidem, ut mathematicos. sensibiles autem, ut æreos, & ligneos. horum autem, non est definitio, sed intelligentia, aut sensu cognoscuntur. Abeuntes uero ex actu, nõ palam est, utrum quidem sunt, aut non sunt, sed semper dicuntur & cognoscuntur uniuersali ratione. uero & enim γὰρ

Cum dixisset, quod partes materiales sint speciei, & indiuidui, speciei quidem per accidens, indiuidui uero per se, nunc exponit quales sint partes formales, & uult q̃ partes formales sint per se speciei, per accidens uero, singularium, & inquit { sed rationis partes } sunt partes { quæ speciei solũ sunt } & per se, & exponit, quid intelligat per rationem, & inquit { ratio uero est, ipsius uniuersalis } hoc est per rationem intelligo formam uniuersalem: est ergo conclusio partes formę uniuersalis per se solum sunt speciei. quod autem ratio sit ipsum uniuersale, probat, & inquit { circulo enim esse } hoc est ratio circuli, quod est esse circulo { & circulus } uniuersalis subaudi idem est { & } etiam { animæ esse } hoc est rõ animæ { & anima } ipsa uniuersalis { idem est }. ergo bene dictum est q̃ ratio sit uniuersale quippiã: & rei uniuersalis. deinde subdit qualiter ratio sit singularium, & inquit { totius autem iam circuli unius singularium alicuius est } sed non primo, sed per accidens. dico rationem esse alicuius singularis, { aut sensibilis aut intellectualis } exponit autem, quid per hæc intelligat, & inquit { dico autem intellectualis quidem, ut mathematicos } ipsos circulos, qui considerantur, non ut in hac, uel illa materia { sensibiles autẽ ut æreos, & ligneos } his expositis, redit ad declarandum bene esse dictum q̃ ratio sit rei uniuersalis, & non talium singularium, nisi per accidẽs { horum autem }. s. singularium siue intellectualium, siue sensibilium { non est definitio } siue ratio, nisi per accidens { sed intelligentia } hoc est imaginatione { aut sensu cognoscuntur } & hoc, qñ ante oculos nostros posita sunt { abeuntes uero ex actu } & ab oculis nostris { nõ palam est utrum quidem sunt, aut non sunt, sed semper dicuntur } ac de illis dicimus & disputamus { & cognoscuntur uniuersali ratione } & sic illorum est ratio per accidens. ex his uult habere, quod partes formæ per se speciei sunt, quoniam per se sunt ptes rationis uniuersalis, per accidens autem sunt rerũ singularium, at ptes materiales contra: per se q̃dem sunt rerũ singularium per accidens



Quæ Auer. Comen. 35. per accidens uero speciei: Auerroes autem hoc pacto legit uerba { sed rationis partes } sunt partes { quæ sunt speciei solum } per se primo { totius autem iam circuli huius, singulariũ alicuius } sunt { aut sensibilis, aut intellectualis } saltem secundario, & per accidens. q̃ autem partes rationis sint speciei, probat Aristoteles per illa uera { ratio uero est ipsius uniuersalis } & sic uerbũ uero, pro enim legatur hoc pacto, partes rationis sunt speciei, quia ratio est rei uniuersalis, & quod ratio sit rei uniuersalis, probat Aristoteles iterum, quoniã ratio circuli, et circulus uniuersalis idem sunt, & hoc inquit { circulo enim esse & circulus } uniuersalis { idem } est { & animæ esse & anima idem est } & hoc pacto legunt quidam iuniores, & non displicet, licet uideãtur uerba corrumpere. non enim uero pro enim accipiendum est, nisi urgeat necessitas, ut Philoponus inquit in libris de generatione.

Materia autem ignota est secundum se materia uero alia sensibilis, alia intellectualis est. Sensibilis quidem, ut æs, & lignum, & quæliber mobilis materia. Intellectualis uero, quę in sensibilibus existit, non inquantum sensibilia, ut sunt mathematica. Quo igitur se habet de toto & parte, & priore, & posteriore dictum est. TEX. 36.

Quidam uolũt Aristotelem assignare causam eius, quod dixerat, dixit enim singularia cum absunt, nõ cognosci an sint sed solum per rationes uniuersales, nunc assignat causam, & est quod ideo singularia non cognoscuntur per se, quoniã singulare non est singulare, nisi propter materiam: quæ est per se ignota. & hæc est ignota siue sit sensibilis materia: siue intellectualis. sed quoniam in græco legitur aduersatiue, propterea uidetur q̃ Aristoteles remoueat tacitum dubiũ. nam cum dixisset singularia absentia non cognosci nisi per rationem uniuersalem, posset quis dici ea cognosci propria ratione, quoniam per materiam, quæ est de ratione singularium. unde sicut species cognoscitur propria ratione, quia propter formam, quæ est de ratione speciei, sic uidentur singularia cognosci propria ratione propter materiam, quæ est de ratione singularium, respondet q̃ hoc esset uerum, quando materia esset per se cognoscibilis { sed materia } ut inquit { est per se ignota } & ne quis credat solam materiam rerum physicarum esse per se ignotam, addit { materia uero, alia sensibilis, alia intellectualis, sensibilis quidem, ut } exemplo utar { ut æs & lignum } quæ sunt materia statuæ { & quæliber mobilis materia } mobilis dico motu alterationis, uel augumentationis, uel generationis, uel locali. & dedit exemplum de artificialibus ut innueret idem in naturalibus { intellectualis uero, quæ in sensibilibus existit } secundum rem { non } tamẽ secundum rationem { inquantũ } ui delicet { sensibilia } sunt. ut sunt res mathematicæ, quæ sunt materia figurarum, ut linea, superficies, & corpus, quę sunt materia figurarum, & numeri, quæ sunt materia passionum numerorum, & hoc pacto exponit Auer. sic igitur materia intellectualis est materia passionum mathematicarum, quæ secundum rem est in rebus sensibilibus, & materia rerum sensibilium, non tamẽ quatenus rerũ sensibilium, sed quatenus per imaginationem, & mentem abstrahuntur a sensibilibus. patet ergo quod quouis modo accipiatur materia, nunquam est ratio cognoscendi rem, cuius est materia, quoniam ipsa est per se ignota, & non cognoscitur, nisi ratione formæ, cuius est materia. hoc pacto exposuit Auerroes. demum epilogat, & inquit { quo igitur se habet de toto, & parte, & priore, & posteriore, dictũ est }

TEX. 36. Ad interrogationem uero obuiare est necesse, quando quis interrogat, utrum rectus, & circulus, & animal prius, an partes sunt, in quas diuidi tur, aut ex quibus: quoniam nõ simpliciter. Si quidem enim est & anima animal, aut animatum: aut uniuscuiusq; unumquodq;. & circulus idem quod circulo esse: & rectus, quod recto esse: & substãtia recti: dicendum est quid quidem & quo modo posterius, puta his, quæ in ratione, & alicuius recto. Etenim hic quidem est cum materia qui æneus rectus, & qui in lineis singularibus. hic autem sine materia, his, quæ in ratione posterior. eis uero quę in singularis partibus prior, simpliciter autem non est dicendum. Si uero alterum, & non animal animal, & sic hæc quidem dicendum, hæc autem non dicendum ut dictũ est.

Cum Aristoteles absoluisset quæstiones, & ueras solutiones ad illas attulisset, in parte hac docet respondere dialectice obuiando, & soluendo per distinctionẽ. ad interrogationem enim respondere, ut Aristoteles inquit in octauo topicorum, & in libro de interpretatione, est simplici interrogationi simplicem dare responsionem. simplicem uero dare responsionem est aut negando, aut concedendo, aut distinguendo respondere. quærebatur enim utrum partes rationis sint priores toto ipso definito. et fuit dictum formales omnes aut quasdam priores esse, materiales uero nequaquam. nunc docet distinguere, quoniam uel ipsum definibile est idem simpliciter, quod forma, uel est compositum ex materia, & forma. si est idem, quod forma, sic ipsum est posterius partibus suæ rationis, & prius partibus quæ sunt in singularibus. posterius quidem partibus suæ rationis, quoniam partes suæ rationis, non sunt, nisi partes formales, quibus ipsum definitum est posterius. prius uero partibus: quæ sunt in singularibus, semper enim uniuersale est prius suis singularibus. sin autem fuerit compositũ ex materia, & forma, sic uno modo est posterius suis partibus, alio modo prius. formalibus quidem posterius, materialibus uero prius, quoniam prioritas totius ad partes materiales est prioritas formæ ad materiam, ut Auerroes dixit cõmen. proximo. unde inquit { ad interrogationem uero, obuiare est necesse, quando quis interrogat, utrum rectus, & circulus, & animal prius, an } contra { partes in quas diuiditur: aut ex quibus } cõstant { sint } priores. ad hanc inquam interrogationem obuiare est necesse { quoniam non simpliciter } dicendum est, hæc priora uel posteriora esse suis partibus. sed per distinctionem respondendum est { nam si animali aut animatum quidem est anima, aut unumquodq; illorum sit forma { uniuscuiusq; } ut { & circulus, idem quod et circulo esse } hoc est circulus idem quod sua forma { & rectus idem, qd' recto esse, et } idem quod { substantia recti } hoc est rectus idem quod sua forma, & uniuersaliter definibile sit aliud nihil q̃ sua forma: si inquã uniuersaliter definibile nihil aliud sit, q̃ sua forma, tunc { dicendum } est { quid quidem, & quomodo posterius puta } utrum sit posterius { his partibus, q̃ sunt in ratione, & } et posterius { alicuo recto } singulari. & respondet, q̃ rectus sit posterior partibus rõnis suæ, quia non sunt nisi partes formales: qbus rectus est posterior. & est prior aliquo recto atq; partibus singularibus alicuius recti. & hoc exponit: & inquit { etenim hic qdem est cum materia, & qui æneus rectus est } singularis cũ materia sensibili { & qui in lineis singularibus }. s. & qui cum materia intellectuali, uterq;. n. est singularis { hic autem } est uniuersalis { sine materia } tunc quasi innuens solutionem, subscribit, q̃ hic uniuersalis qui est sine materia est { his ptibus posterior, quæ in ratione } quoniam non sunt nisi partes formales: qbus circulus uniuersalis posterior est { eis uero partibus quæ sunt in singulis, prior. simpliciter autem non est dicendum } q̃ sit prior. ergo accipiendo definibile pro forma, definibile est posterius partibus suæ rationis, prius uero, partibus contractis ad indiuidua. hæc igitur sunt dicenda, si definibile sit idem, quod forma. tunc dat secundum membrum,

& inquit { si uero animal alterum sit } ab anima & nō anima } ipsa, sed compositum ex anima & corpore: tunc { & sic hæc quidem dicēdum } .s.q̄ sit posterius partibus forma libus { hęc autem nō dicendum est } esse posterius, qm̄ non est posterius { ut dictum est } partibus materialibus immo prius. quando enim definibile non est idem, quod forma, sed compositum ex materia, & forma, tunc definitur secundaria intentione, & definitio constat ex materia, & forma: & sic erit uno modo prius partibus rationis, quia partibus materialibus, est enim totum prius suis partibus materialibus priōritate formæ ad materiam alio modo posteriusquoniam posterius partibus formalibus. quoniam formales partes semper per se sunt suo toto priores. & sic patet solutio per distinctionem. ex his nullus sumat quod definitio sit compositi, nisi ut Auer. dixit commento proximo, est enim illud quod per se primo definitur forma, concretiue sumpta. quod uero per se non primo, est compositū. quo uero ad distinctionem attinet, animaduerte, quod apud Platonicos differt dicere hominem, & humanum animal. & animal & corpus animatum. nam apud Platonicos homo formaliter est anima rationalis, sine intellectus. humanū animal, est quid compositum ex materia sine corpore & anima. & propterea Aristoteles fortasse ad mentem Platonis respondit per distinctionem, quoniam ad ueritatem superius respondit, & dixit simpliciter ipsum definibile esse formam concretiue sumptam, & posterius partibus suæ rationis. quia uero Plato distinctione usus est, propterea nunc respondet per distinctionem. Auer. autem aliam causam assignat in cōmento cur respondendum sit per distinctionem. affert enim ad interrogationem per distinctionem esse respondendum, quando interrogatio est æquiuoca. & ita est in proposito, nam quiditas recti aliqñ est idem, quod rectum, aliqñ est forma existens in recto: similiter anima aliquando est animal, aliquando est forma in animali. similiter, ut inquit prius & posterius sunt multiplicia, quatenus possumus intelligere aliquid esse prius, uel posterius partibus definitiuis, uel partibus materialibus quantitatiuis. amplius dicit, q̄ angulus rectus dicitur de singulari, qui est in materia, & de angulo recto uniuersali, simili modo & circulus dicitur. amplius animal bisariā dicitur, & sic uno modo dicere animal esse animam est falsum ut si sumatur animal pro composito, & animal esse animatum est uerum, quia compositum animal est animatum. demum Auer. concludit partes definitionis quasdam prædicari per se de definito, ut partes formales, siue substantiales, quædam autem non prædicantur per se, sed per accidens præter essentiā, ut partes materiales. quæ licet uera sint, uerbis Arist. ut uisum est, nullo pacto cōuenīūt.

Que Auer. Comen. 36.

TEX. 37. Cap. 37.

**Dubitatur autem merito, & quæ speciei sunt partes, & quę non sed simul composita: hoc enim non manifesto existente: non est definire unumquodq̄. uniuersalis enim & speciei est definitio: quę igit̄ sunt partes, ut materia, & quę nō: si non fuerint manifestę, nec ratio erit manifesta, q̄ rei.**

Cum dixisset partes materiales non esse priores re quę definitur: sed partes formales: nunc mouet quæstionem, quænam sint partes formales, quæue materiales, causa uero, quoniam his ignoratis, nō potest scire, quæ partes priores, & quę posteriores sint. unde inquit { dubitatur autem merito & quę speciei } hoc est formæ sunt partes { & quæ non } sunt partes speciei { sed } compositi { simul sumpti } assignat causam quæstionis, & inquit { hoc enim non manifesto existente, non est definire unumquodq̄ } cum enim dictum sit definitionem constare ex formalibus partibus: nisi sciamus, quænam partes formales fuerint rei: quæ definitur, & quæ materiales, nunquam definire poterimus. ueluti ignoratis lapidibus, & lateribus, ex quibus domus fit, nunq̄ poterimus domum cōficere. sed dices, cur potius partes speciei oportet scire, si debeamus definire. rationem affert Aristoteles, & inquit { uniuersalis enim & speciei est definitio } ergo ptes speciei oportet præscire. Ex his infert, q̄ non solum partes formales præscire oportet, ex quibus definitio fit, sed partes materiales: & inquit { quæ igitur sunt partium, ut materia } hoc est, quæ sunt partes materiales { & quæ non, si non fuerint manifestæ, nec ratio quæ est rei, est manifesta } non enim poterimus scire ex quibus partibus sic, & ex quibus partibus non definitiones fiant. Auer. hic assignat causam, cur ex partibus materialibus definitiones non constant, sed ex formalibus, & ait hoc esse, quia partes definitionis esse debent partes & principia essendi, at forma et ptes formales essendi principia sunt. materia uero, & partes materiales sunt principia non essendi, & sic nō possunt esse ptes definitionis, quare ignoratis partibus, q̄ materiales, quæ ne formales sint, ignorabit definitio.

Que Auer. Comen. 37.

**Quæcunq̄ igitur facta esse uidentur in diuersis specie: ut circulus in ære, & lapide, & ligno: hæc manifesta esse uidentur, q̄ nihil substantiæ circuli sit es, neque lapis, propterea quod separetur ab ipsis.**

Pro solutione præmittit distinctionem formæ, qm̄ forma bifariam est, altera, quæ apta est fieri in materijs differēibus speciei. altera, quæ non nisi in determinata materia, tunc ponit duas conclusiones, prima est, quando forma est apta fieri in materijs specie differentibus, materia apertissime non ponitur in definitione sua. unde inquit { quæcunq̄ igitur } definibilia { facta esse uidentur in diuersis } materijs { specie, ut } forma quæ est { circulus in ære, lapide, & ligno, hæc } siue hæ materię { manifestæ esse uidentur } quod { nihil substantiæ circuli æs, neq̄ lapis, propterea q̄ forma circuli { separetur ab his } est ergo prima conclusio, q̄ in definitione formæ nulla earum materiarum debet poni, a quibus est ipsa forma separabilis. patet quia ex quo est a qualibet illarum separabilis, non uidetur quæ illarum materias quam altera sit apta poni in definitione.

**Quæ uero, non uidentur separari, nihil prohibet similiter his se habere. ut si circuli omnes uideantur ænei. nihil enim minus erat æs speciei. difficile tamē auferre hoc mente. ut hominis species semper in carnibus uidetur & ossibus, & talibus partibus. utrum igitur & hæc sunt ptes speciei, & rationis. An non, sed materia. uerum quia non, & in alijs fit, non possumus separare.**

Nunc ponit secundam conclusionem, in definitione formæ, quæ non potest fieri in diuersis materijs minime materia debet poni, ut propria & quiditatiua pars rationis. probatur, quoniam licet esse non possit, nisi in determinata materia, tamen mente intelligi potest sine determinata materia, & ita definiri. unde inquit { Quæ uero { formæ { non uidentur separari } sed semp esse in determinata materia, ut homo semper in carnibus, & ossibus { nihil prohibet similiter se habere his } quæ possunt esse in diuersis materijs. & ostendit hoc exemplo { ut si circuli omnes uideantur ęnei } nihil prohibet saltem mente eos intelligere sine ære: & ita definiri sine ære. causam affert, & inquit { nihil enim minus erat, speciei } superfluit autem negatio illa { minus } more græco. sed sensus est. dato q̄ circulus esse non possit nisi in ære: adhuc mēte intelligi potest sine ære, quoniam ipsum æs nihil erat speciei circulinec de essentia, nec pars essentiæ. quia uero dixit mente circulum intelligi posse, sine ære, addit { difficile tamen est auferre hoc mente } & ita licet non sit impossibile, tamen est difficile: ueluti subaudi si { hominis species } hoc est forma, { semp in carnibus uidetur & ossibus, & talibus determinatis partibus } ex quibus hō est, difficile esset ipsum intelligere sine



sine illis, non tamen impossibile: Sed dices cum species hominis non possit esse, nisi in carnibus & ossibus cōmuniter sumptis { utrūigitur & hæc } sine q̄bus hominis species esse non potest { sunt partes speciei } hominis { & rationis } hominis ita, ut carnes & ossa cōmuniter sumpta sint partes rationis hominis. Respondet { an non, sed materia } speciei hominis { uerum quia non in alijs fit } hæc hominis species: ipsam { non possumus separare } per quæ innuit carnes & ossa bifariam accipi posse signate uidelicet pro his carnibus, & his ossibus: & cōmuniter uult igitur hominem posse intelligi sine his carnibus & ossibus signatis, nō tamen cōmuniter sine carnibus & ossibus. Vult etiam q̄ licet homo non possit intelligi sine carnibus & ossibus cōmuniter sumptis, nō propter hoc carnes & ossa cōmuniter sumpta sunt partes rationis hominis. quoniam ad huc partes materiales sunt speciei. nec ualet species hominis non potest intelligi sine carnibus & ossibus. ergo carnes & ossa sunt partes rationis hominis.

Que Auer Comen. 37.

Auerroes autem, ait q̄ naturales formæ differunt a formis mathematicis, quoniam formæ mathematicæ intelligi possunt facile sine materia sensibili, quoniam nullam sibi sensibilem materiam limitant. At formæ naturales. licet possint intelligi sine materia, non tamen facile, quoniam esse non possunt sine determinatis, ac propriis materijs, quarū sunt. Nec est uerum, quod Auerroes dicat naturales non posse per intellectum abstrahi a propriis materijs. ait enim q̄ in mathematicis intellectus comprehendat diuisionē inter formas, & materias facile, quia abstrahit eas in imaginatione a materia. in naturalibus uero difficile, quia non potest abstrahere eas imaginatione a materia: sed bene abstrahere eas potest per intellectum, qui est magis abstractiuus ipsa imaginatione. Innuit enim Auer. differentiā inter formas naturales, & geometricas, q̄ geometricæ abstrahi possint tam a materijs secundum speciem: q̄s a materijs secundum numerum, ut tam a ligneis his, quā a ligno. at homo licet abstrahi possit ab his carnibus, & his ossibus, nō tamen a carnibus & ossibus sim pliciter. amplius figuræ geometricæ facile abstrahuntur a materia sensibili. at formæ naturales non facile abstrahuntur a particularibus materijs.

TEX. 38.

**Quoniam autem hoc uidetur contingere, immanifestum autem quādo. Dubitant quidam iam & in circulo & in triangulo, quasi non sit competens, lineis definiri & continuo: Sed omnia hæc similiter dici ac si sint carnes aut ossa hominis. & æs, & lapis circuli. & referunt omnia ad numerum: & lineæ rationem eam, quæ duorum esse dicunt.**

Dictum est q̄ materia non sit pars speciei: non tamen clare patet, quoniam est quædam materia, a qua forma inseparabilis est, ideo quidam dubitauerunt in mathematicis sicut nos dubitauimus in naturalibus utrum uidelicet materia sit pars speciei, & rationis. quoniam formæ mathematicæ uidentur inseparabiles a materia, uelut naturales. est ergo secunda dubitatio in mathematicis. Dicit { Quoniam autem hoc } .s. formam non posse separari a materia, cuius est forma { uidetur contingere } subaudi in aliquibus { immanifestū autē } in quibus { & quando } hoc contingit, ideo sicut dubitatum est in naturalibus { Dubitant quidam iam & in circulo, & in triangulo } & uniuersaliter in omnibus mathematicis, an materia rerum mathematicarum sit pars definitionis illarū. Tunc clam inducit solutionem quorundam, qui dixerunt res mathematicas non definiri per materias suas, ut nec triangulus, nec circulus per lineas, & per continuum. quoniam hæc se habent ad illa ueluti caro & os ad hominem, & æs, & lapis ad circulum. & propter hanc causam omnia hęc referunt ad numeros, & definiunt per numeros. dicit { quasi non sit competens } circulum & triangulum { lineis & continuo definiri } subscribit causam, & propterea cogimur legere uerbum { sed } causaliter pro quoniam, cum eius quod dixerat, assignet causam, & dicit { quoniam omnia hæc } asserunt subaudi { similiter dici, ac si sint carnes, aut ossa hominis } & ac si sint { & æs lapis circuli } hoc est partes materiales, & cum partes materiales non sint partes speciei, nec rationis, eius: cuius sunt partes materiales, fit ut lineæ, & continuum non sint partes rationis ac speciei circuli & trianguli. Quo uero ad rationem attinet, animaduerte, q̄ lineæ & continuum sunt materia omnium formarum geometricarum, ut omnium figurarum, uerū non sunt materia sensibilis, quoniam abstrahunt a motu, sed dicuntur materia intelligibilis. & propterea uidentur nō esse partes rationis. Tunc subscribit, quæ partes sint apud ipsos rationis partes, & dicit { & referunt omnia ad numerū } & ita uolunt partes rationis omnium talium formarum esse numeros { & dicunt lineæ ratio nem esse eam, quæ duorum } quoniam est ratio duorū punctorum. causa autem est, quoniam si a figuris auferunt continuum, ut si circulo auferunt lineam, nihil restat pro sua substantia nisi unitas, & si a triangulo auferunt lineas, nihil restat nisi trinarius, quare rationis partes coguntur ponere numeros. Hæc est opinio Platonicorum.

**Et ideas dicentium: hi quidem ipsammet lineam, dualitatem: hi autem speciem, lineæ, quidam speciem eandē, & cuius est species: ut dualitatem, & speciem dualitatis. in linea uero non ad huc esse.**

Quia positio superius recitata est Platonicorum, qui dixerunt ideas, & numeros, inter quos ponit differentiam, & dicit { Et ideas dicentium } & etiam numeros { hi quidem ipsam met lineam } quæ est ipsa idea, & tantum ipsa { dualitatem }, quæ est ratio linearū particularium, dicunt, & sicisti nullam fecerunt differentiam inter ideam linearum & dualitatem quæ est ratio linee { hi autem } fecerunt differentiam, quoniam dixerunt dualitatē esse { speciem } hoc est ideam { lineæ } & hi sunt, qui nō posuerunt lineam esse ideam, sed ideatum, & solam dualitatem ideam esse dicunt. reddit causam primę positionis, & dicit { quidam enim speciem eandē, & } id { cuius est species } esse dicunt { ut dualitatē, & speciem dualitatis } & sic lineam & numerum concidere in idē autumant. & ideam & dualitatem { in linea uero }. .s. particulari { non ad huc esse } hæc eadem, sed solum lineam uniuersalem, & dualitatem ponebant esse eadem. quasi dicat, q̄ isti qui dixerunt lineam & dualitatem esse idem, nō dixerunt hoc de linea particulari, sed de linea uniuersali.

**Accidit itaque unam multorum esse speciem, quorum species uidetur esse altera: quod quidē & Pythagoricis accidit.**

Obiicit contra hanc positionē, & probat q̄ numerus non potest esse substantia rei, nec idem quod species rerū, primo, quoniam si numerus esset substantia rei, ea quæ specie differunt, erunt eiusdem speciei, quoniam ea quæ specie differunt, ut corpus, triangulus, & id genus: numero eadem sunt, est enim corpus trina dimensio, & triangulus trinitas angulorū. quare erunt specie eadem. dicit { Accidit itaque } his, qui dicunt rerum substantias esse numeros { unam speciem esse multorum, quorū species uidetur esse altera } & sic corpus, & triangulus specie eadem erunt, quia trinitate eadem sunt: & amplificando sermonem ait hoc absurdum etiam accidere Pythagoricis, & dicit { quod quidem & Pythagoricis accidit } quoniam & Pythagorici dixerunt numeros esse rerū substantias. Per quam rationem, ut Auer. inquit, Aristoteles innuit hoc nomen unū non dici æquiuoce, apud hos nec multipliciter, sed uniuoce: & tu intellige quia nō uniuoce simpliciter, sed secundum prius de substantia, q̄s de cæteris p̄dicamentis, ut dictū est. iiij. huius, ipsum unū dr̄ de. x. p̄dicamētis.

Que Auer. Comen. 38.

**Et contingit in omnibus eandem facere ſpeciem; alia uero non ſpecies.**

Secundo argumentatur ad hominem, nam iſti ponunt unitatem ex parte formæ, dualitatem autem & cæteros numeros ex parte materiæ. tunc dicit { Et } ſecundum iſtos { contingit in omnibus } entibus { eandē facere ſpeciem } ut unitatem: quā ponunt ex parte formæ { alia uero } hoc eſt alios numeros contingit ſecundū iſtos { non } facere { ſpecies } & ſic ſibi contradicunt, nam hic dicunt numeros eſſe ſubſtātias rerum, alibi ſolam unitatem: & cæteros numeros ſe tenere ex parte materiæ.

**TEX. 39.** καίτοι Preterea ēt. & tamen. quamuis.

**Præterea etiam ſic unū omnia erunt. Quod igitur habeant dubitationem quandā quæ ſunt circa definitiones: & propter quam cauſam: dictum eſt.**

Tertio argumentatur, ꝙ hac poſitione data, omnia unum erunt, quoniam omniū unitas eſſe poteſt, & ſic omnia erunt unum & idē. dicit { Preterea etiam ſic omnia } entia { erunt unum } quoniam omnia in unitate conueniunt, & ſic omnia erunt idē. differt autem hæc tertia ratio a prima, quia illa fuit particularis de his quæ ſpecie differunt, ꝙ ſint eadem. hęc autem eſt uniuerſalis. quoniam ſequitur uniuerſaliter omnia eſſe eadem, & quæ ſpecie, & quę genere differunt. Auer. autem non fecit niſi unam rationem, & non recte legit uerba, ut intelligenti patet. tunc epilogat, & dicit { Quod igitur habeant dubitationem quandam } ea { quæ ſunt circa definitiones, & propter quam cauſam } ea, quę pertinent ad definitiones: habeant dubitationem { dictum eſt. }

**Q ue Auer. Comen. 38.**

**Quapropter omnia reducere ita: & auferre materiam: ſuperfluum eſt. quædam enim forſan hoc in hoc ſunt, aut ſic, hoc habentia.**

Cum reprobaſſet opinionem Platonicorū, nunc uult determinare ueritatem circa queſitum. & primo determinat ueritatem circa naturalia. & dicit { Quapropter omnia reducere ita } ſubaudi ad numeros { & auferre materiam } ſubaudi ab ipſis uniuerſalibus naturalibus { ſuperfluum eſt } & falſam. cauſam affert, & dicit { quædam enim } .ſ. uniuerſalia naturalia, hoc eſt quædam enim formæ naturales { forſan ſunt hoc in hoc } hoc eſt formæ in materia { aut habentia ſic hoc } hoc eſt aut ſaltem habent materiam. Quod dicit propter corpora cœleſtia, quæ habent formam in materia, aut ſaltem habent materiam { ſic } hoc eſt aliquo modo per æquiuocationem. Per quæ uult habere formas naturales, aut omnes, aut plures, ut Auerroes dicit, nō eſſe extra materiam, quin dependeant in eſſe, & conſeruari a materia: & ſic quæ Plato dicit, de ideis, falſa ſunt de naturalibus formis, cum ſaltem quædam ſine materia eſſe non poſſint.

**Q ue Auer. Comen. 39.**

**Et parabola de animali, quam conſueuit Socrates iunior dicere, non bene ſe habet. abducit enim a ueritate, & facit ſuſpicari quaſi contingens ſit hominem eſſe ſine partibus, ſicut ſine ære circulum. ſed hoc non eſt ſimile. ſenſibile nanq; forſan aliquid, eſt animal, & ſine motu non eſt definire.**

Cum determinaſſet ueritatem circa naturalia: nunc Ariſtoteles ſoluit argumentum parabolicū Platonis. Argumentabatur enim ſicut contingit circulum eſſe ſine ære: ita hominem ſine partibus. quare datur idea hominum: quæ eſt homo ſeparatus. Reſpondet negando ſimilitudinem, quoniam animal eſt aliquod ſenſibile: quod non eſt definire ſine motu: circulus eſt quid intelligibile, quod eſt definire ſine motu, & ſine materia ſenſibili. dicit { Et parabola de animali } hoc eſt argumentum quod accipitur a ſimili de circulo & animali, hoc eſt de circulo & de homine { quā } parabolam { conſueuit Socrates iunior } hoc eſt Plato dicere { nō bene ſe habet } nec currit q̄tuor pedibus. & hoc exponit, & dicit { abducit enim a ueritate } & declarat quomodo abducit a ueritate, & accipit { & } .p. ideſt, & dicit, & { facit ſuſpicari quaſi } ꝙ { cōtingens ſit hominem eſſe ſine partibus } uidelicet ſine carnibus & oſſibus { ſicut ſine ære circulum } tunc deſtruit ſimilitudinē, & dicit { ſed hoc non eſt ſimile } cauſam autem diſſimilitudinis aſſignat, & dicit { etenim animal ſenſibile aliquod eſt, & ſine motu nō eſt definire } animal enim ſenſu & motu definitur: ut in Libro de anima patet. at circulus non eſt aliquid ſenſibile, & propterea ſine motu definiri poteſt. Per quæ patet non eſſe ſimile de forma naturali, & de circulo. Quo uero ad uerba attinet, parabolam Ariſtoteles uocat in Rhetoricis orationem ſimilitudinariam, in qua aliud in ſuperficie ſonat, aliud in intellectu innuit, ut parabolæ ſapientum. parabolam enim Cicero collationem uocat. Alij ſimilitudinem, hic autem Ariſtoteles pro argumento a ſimili accepit, quo Plato facere ſolitus hominem in carneum, & in oſſeum finxit. Appellauit autem hic Platonem, Socratem iuniorem: quoniam in omnibus Libris ſuis, ut Expoſitor dicit, introducit Socratem interlocutorem, & determinatorem cuiuslibet quæſiti, propterea ꝙ fuerit ſuus præceptor.

**Quapropter nec ſine partibus ſe habentibus qualitercunque. non enim omni modo hominis pars eſt manus, ſed potens opus facere. Quare animata exiſtens pars. non animata uero, non pars.**

Ex his concludit, ꝙ non modo ſpecies non eſt ſine partibus, uerum etiam partes, quæ ſunt neceſſariæ ad ſpeciem, nō quæcunq; ſunt, ſed illæ, quibus ſpecies poteſt exercere propriam operationem, & dicit, quapropter { nec ſine partibus ſe habentibus qualitercunq; } ſpecies eſt, cuius cauſam affert, & dicit { non enim omni modo manus eſt pars } hominis { ſed potens opus pfacere } quod homini proprium eſt, uel ad illud miniſtrare: & ideo concludit quomodo pars manus ſit hominis: & dicit { quare } manus eſt { pars } hominis quatenus { exiſtit animata } anima hominis: quia ſic ſeruit operationibus hominis. Manus { uero non animata, non eſt pars } quoniam non ſeruit operationibus hominis: hæc Ariſtoteles de formis naturalibus, per quæ uult habere has non eſſe præter materias, ut Plato dixit.

**Circa mathematica autem propter quid rationes non ſunt partes rationum, ut circuli ſemicirculi, non enim ſunt ſenſibiles.**

**Q ue Auer. Comen. 39.**

Nunc declarat ueritatem quantū ad mathematica, & primo repetit dubitationem, & cauſam dubitationis, ut Auer. exponit, & dicit { Circa mathematica autem } q̄ritur { propter quid rationes } ſubaudi partium rei definitæ { non ſunt partes rationum } totorum { ut } propter quid { ſemicirculi nō ſunt } partes rationis { circuli } deinde aſſignat cauſam, & quaſi dicat, uidetur ꝙ ſemicirculi debeant eſſe partes definitionis circuli { non enim } ut inquit { ſunt ſenſibiles } & propterea uidentur poſſe eſſe partes. ſi enim non eſſent partes, maxime eſſet, quia ſemicirculi eſſent ſenſibiles, ut fuit ſuperius dictum de ære, & ligno. at ſemicirculi non ſunt ſenſibiles. ergo poſſunt eſſe partes: hæc eſt quæſtio: & cauſa quæſtionis.

**An nihil differt. erit enim materia quorundam & non ſenſibilium. & cuiuslibet, quod non eſt quod quid erat eſſe, & ſpecies ſecundum ſe, ſed hoc aliquid. circuli igitur non erunt eius, qui eſt uniuerſalis, ſingularium uero erunt partes, ſicut dictum eſt prius. eſt enim materia, hæc quidem ſenſibilis, hæc autem intellectualis.**

Reſpondet



Reſpondet ad quæſtionem, & uult ꝙ ſiue partes materiales ſint ſenſibiles, ſiue intelligibiles nihil refert ad propoſitū, quoniam nec ſenſibiles, nec materiales partes intelligibiles ſunt partes ſpeciei, uel rationis. & dicit { An nihil differt } cuius cauſam affert, & dicit { erit enim materia quorundā, quæ & non ſenſibilia ſunt } ut lineæ & continuum quæ ſunt materia figurarum geometricarum, quæ non ſunt ſenſibiles. & addit, ꝙ hæc materia quæ eſt non ſenſibilium, eſt materia { cuiuslibet quod nec eſt quod quid erat eſſe, nec eſt per ſe ſpecies, ſed } eſt { hoc aliquid } & indiuiduum intellectuale, ut hic circulus, uel ille triangulus. Ex his concludit concluſionem, & dicit, partes materiales { igitur } hæ, quæ nō ſunt ſenſibiles: non erunt { eius circuli, qui eſt uniuerſalis } & forma { ſingularium uero } circulorum { erunt partes, ſicut dictum eſt prius } ſic igitur patet eodem modo eſſe in mathematicis, & in naturalibus, quoniā partes materiales ſiue ſenſibiles, ſiue inſenſibiles nunq; erunt partes rationis, ac ſpeciei. Sed quia quis poſſet dicere materiam omnē eſſe ſenſibilem: hoc remouendo, dicit { eſt enim materia, hæc quidem ſenſibilis. hæc autem intellectualis. }

**Palam autem ꝙ & anima quidem ſubſtantia prima: corpus autem materia. homo autem aut animal, quod ex utriſque ut uniuerſale. Socrates autem, & Coriſcus ſiquidem anima ſit, duplex eſt: alij nanq;, ut animam, alij uero, ut totum. ſi uero ſimpliciter anima, hæc & corpus hoc, ut quidem uniuerſale, & ſingulare.**

Nunc quaſi epilogando recolligit ſolutionem in exemplis de homine, & animali: dicit { Palam autem ꝙ & anima quidem ſubſtantia prima } & forma ſubſtantialis eſt { corpus autem materia } cuius anima eſt ſubſtantialis forma { homo autem aut animal, quod eſt ex utriſq; } eſt { ut uniuerſale } dico { ut uniuerſale } quia una ratione poteſt eſſe uniuerſale, alia ratione, non eſt enim uniuerſale ſecundum unā opinionem, non uniuerſale ſecundum aliam opinionem. & hoc exponit in ſingularibus, & dicit { Socrates autē, & Coriſcus ſiquidem anima ſit } ſecundum unam opinionem, quæ uult ſingularem hominem eſſe animam ſingularem, & uniuerſalem hominem eſſe animam uniuerſalem, ut Plato ſentit. ſi in quam Socrates & Coriſcus anima ſit, Socrates & Coriſcus duplex eſt, ſecundum duas opiniones de ipſis { nam alij } dicunt Socratem & Coriſcum eſſe, ut { animam. alij uero } dicunt Socratem & Coriſcum eſſe { ut totum } ex hac anima, & hoc corpore compoſitum { ſi uero } ut dictum eſt Socrates & Coriſcus non ſunt anima, ſed { ſimpliciter hæc eſt anima, & hoc eſt corpus } & Coriſcus ſubaudi ex hac anima, & hoc corpore { ut quidem uniuerſale } ſeſe habet { & ſingulare } ſeſe habet: & contra etiam ut ſingulare, ita & uniuerſale. nam ſi alterum poteſt accipi pro anima, & alterum, & ſi alterum pro compoſito, & alterum, uerum quouis modo accipiantur materiales partes licet ſint partes compoſiti, unquam tamen ſunt partes rationis formalis. quoniam partes rationis formales ſunt partes formæ, uel quæ ſe tenent ex parte formæ.

**Vtrum autem præter materiam & ſubſtantias tales aliqua quædam ſubſtantia ſit, & quærere oporteat ipſarum ſubſtantiam quandam alteram: ut numeros, aut aliquid tale: perſcrutandum eſt poſterius. huius enim gratia & de ſubſtantijs ſenſibilibus tentamus definire, quoniam modo quodam phyſicæ & ſecundæ philoſophię opus, circa ſenſibiles ſubſtantias ſpeculatio. non enim ſolum de materia oportet ſcire phyſicum, ſed & de ea, quæ ſecundum rationem, & magis.**

Recte expoſitores dixerunt ea hic Ariſtotelem reſumere, quæ poſt hæc declaranda ſunt. & primo reſumit eſſe declarandum utrum pręter materiam, ac ſenſibiles ſubſtantias, ſit aliqua ſubſtantia, uel aliquid aliud, ut ideæ, uel numeri. & dicit { Vtrum autem præter materiam & } præter { tales ſubſtantias } quæ ex materia ſunt { aliqua quædam ſubſtantia ſit, & } utrum { oporteat quęrere ipſarum } ſenſibilium ſubſtantiarum { quandam alteram } ſubſtantiam inſenſibilem { ut numeros, aut aliquid tale } uidelicet ideas { perſcrutandum eſt poſterius } Quo uero ad uerba attinet, animaduerte hęc uerba in codicibus Latinis ſic legi { Vtrum autem eſt aliquid, præter materiam talium, quædam ſubſtantiarū alia: & oportet quærere ſubſtantiam ipſarum aliam quandam, ut numeros, aut aliquid talium, perſcrutandum poſterius } quę uerba in codicibus etiam Gręcis quibuſdam ſic leguntur. uerum quo ad rem non differunt a primis uerbis. Dicit enim { Vtrum eſt aliquid præter materiam talium } ſenſibilium quod ſubaudi ſit { quædam alia ſubſtantiarū } hoc eſt quædam alia ſubſtantia ſeparata { & } utrum { oportet quærere ſubſtantiam ipſarum aliam quandam, ut numeros, aut aliquid tale } ut ideas { perſcrutādum poſterius } quare in idē concidunt. deinde exponit quomodo ſe habeat hæc perſcrutatio ad eam, quæ facta eſt, & fiet de ſenſibilibus ſubſtātijs, & dicit { huius enim gratia & de ſubſtantijs ſenſibilibus tentamus definire } per quæ demonſtrat hanc perſcrutationem eſſe principaliter intentam in hoc Libro: illam uero: quę de ſenſibilibus ſubſtantijs eſt. eſſe per accidens, & huius gratia. Sed dices an phyſicus circa totas materiales ſubſtantias ſpeculetur: an circa formam, uel ſolum de materia ſenſibilium, quaſi ſoluēdo dicit { quoniam modo quodam phyſicæ, quæ eſt ſecunda philoſophia, opus ſpeculatio eſt circa ſenſibiles ſubſtantias } ſubaudi & metaphyſicę opus eſt ſpeculatio circa primas ſubſtantias. & propterea bene dictum eſt hic agi de ſenſibilibus ſubſtantijs per accidens. & dixit { quodā modo } quia ſecunda philoſophia non agit de his quatenus ſubſtantiæ ſimpliciter, ſed quatenus materiales. Philoſophia uero prima agit de his quatenus ſunt ſubſtantiæ ſimpliciter. appellauit autem phyſicam ſecundam philoſophiam, ut Auer. dicit, ſecundum ordinem doctrinę, & non ſecundū eſſe, quia in ordine diſtincte cognoſcendi eſt ultima. in ordine eſſendi, & confuſe cognitorum eſt prima. aſſignat cauſam eius, quod dixit, & dicit { non enim ſolum de materia oportet ſcire phyſicum, ſed & de ea } ſubſtantia { quæ eſt ſecundum rationem } quæ eſt forma. & ſic phyſicus de omnibus tribus ſubſtantijs agit, addit tamen, ꝙ { & magis } de forma, quoniam agit magis de eo, quod eſt magis natura, quare magis de forma, quoniam eſt magis natura. hæc Ariſtoteles de primo, quod reſtat conſiderandum.

**TEX. 40.**

**In definitionibus uero quomodo partes ſunt, quæ in ratione, & quare definitio una ſit ratio. palam enim quod res una ſit. res uero quomodo una ſit partes habens, ſpeculandū eſt poſterius.**

Secundo reſumit ea, quæ de definitione, atque re definita reſtant dici, & inquit { In definitionibus uero, ſpeculandum eſt poſterius } primo { quomodo partes ſunt, quæ in ratione } ſubaudi accipiuntur: an actu, anve poteſtate. Secundo ſpeculandū eſt poſterius { & quare, definitio ſit una ratio } quoniam ſi partes ſunt in definitione actu, iure reſtat uidere, quare definitio ſit una ratio. & ſignanter de definitione reſtat hoc dicere { quia } ut ſubdit { palam eſt ꝙ res } quæ definitur { una ſit } ideo de definitione reſtat unitatem inquirere. quia de ipſa re unitas patet. quid uero de re ſit dubium ſubdit, & dicit { res uero quomodo una ſic partes habeat } hoc eſt quomodo res, una exiſtens partes eſt habens { hoc ſpeculandum eſt poſterius } ergo ſunt inquirenda de definitione

tria,primum an partes in definitione actu,secundo dato ꝙ in ratione partes sint actu: quomodo definitio est una ratio. tertium,cum res definita sit una, quomodo possit esse partes habens.non oportet autem inquirere,quomodo res quæ definitur sit una, quia ipsam esse unam,patet.

Quid quidem igitur est quod quid erat esse, & quomodo ipsum per se, uniuersaliter, & de omni, dictum est.

Recapitulat omnia, quæ disputata sunt, & primo ea quæ dicta sunt de ipso quod quid erat esse quo ad descriptionem, & quo ad modum prędicandi,& dicit { Quid quidem igitur est quod quid erat esse } quoniam est id, quod significat definitio { & quomodo ipsum } quod quid erat esse prædicatur { per se } de eo, cuius est,& quomodo prædicatur { uniuersaliter } & quomodo prædicatur { de omni dictũ est } hæc quo ad ipsius quod quid erat esse descriptionem ac prædicationem sic recapitulata hoc pacto.

Et quare horum quidem ratio, quæ est eius quod est quod quid erat esse, habet partes definiti, horum autem non.

Nunc epilogat ea quæ dicta sunt de ipsa definitione,ac definitionis partibus.& dicit { Et quare horum } .s. definitorũ { ratio } quiditatiua uidelicet { quæ est eius,quod est quod quid erat esse habet partes definiti } ut ratio syllabæ cõtinet literas { horum autem,non } ut definitio circuli nõ continet semicirculos,subaudi dictum est.

ταύτης sunt huius autẽ. cuius quidẽ. κατὰ cum secundum.

Et ꝙ in substantiæ quidem ratione, quæ sic partes sunt, ut materia, non inerunt. neq; enim sunt illius partes substantiæ,sed totius,cuius quidem est aliquo modo ratio,& non est. nam cum materia, nõ est (indeterminatum enim est) cum prima autem substantia,est.ut hominis ratio est, quæ animæ est. substantia nanq; est species,quæ inest, ex qua & materia tota dicitur substantia. ut concauitas. nam ex hac & naso simus nasus, & simitas est.bis enim & in his inerit nasus. In tota uero substantia aut naso simo, aut Callia inest materia. TEX. 41.

Epilogat tertio quæ partes rei definitæ in quiditatiua ratione ponuntur, & quæ non ponuntur, & dicit { Et ꝙ in ratione quidem substantię } hoc est, & qui in quiditatiua ratione, quæ est formæ ac substantiæ { partes, quæ sunt sic } partes { ut materia, non inerunt } non enim lignum cuprum & id genus in ratione quiditatiua circuli ponuntur, cuius causam assignat,& dicit { neq; enim illius substantiæ,quę est forma, & quod quid erat esse { sunt partes, sed } partes ut materia sunt partes { totius } indiuidui compositi, subscribit autem quomodo indiuidui sit ratio, & quomodo, & dicit { cuius quidem } substantiæ indiuiduæ compositæ { est aliquo modo ratio,& } alio modo { non est } ratio.& exponit quomodo ratio sit aliquo modo, & quomodo non sit ratio aliquo modo indiuidui: & dicit { nam } compositi concepti cum ipsa { materia,non est } ratio,nec definitio, hoc est indiuidui quatenus est hoc per materiam determinatum,non est ratio, nec definitio. cuius causam ait { indeterminatũ enim est } & incertum ipso absente a sensibus nostris, cum non habeat esse stabile, ut superius diximus { cum prima autem substantia } hoc est, ut accipitur sub ratione uniuersali { est } ratio: & definitio indiuidui { ut hominis ratio } ea ratio est { quæ est animæ } homo enim uniuersalis est anima hominis, & nihil aliud significat nisi animam per rationem totius, & concreti,ut diximus.& assignat causam, & dicit { substantia autem } quæ est quod quid erat esse, & ipsum definibile { est species } & forma { quæ inest } materiæ,ex qua & materia { substantia tota } hoc est singularis { dicitur } composita, ac constituta.& ponit exemplum in accidentibus, ut idem in substantijs intelligatur,& dicit { ut concauitas } subaudi est forma nasi { nam ex hac & naso } fit { simus nasus, & } fit simum, siue simitas. & quia aliquis posset dicere nasum esse partem concauitatis,ueluti est pars simi, hoc refellendo dicit { bis enim & in his inerit nasus } subaudi si in definitione cõcauitatis poneretur: quoniam semel poneret ratione concauitatis,semel aut ratione simi. & tu intellige si poneretur in definitione concauitatis,ut pars essentię illius, non autem ex additione,ut fuit dictum. Addit tamen, ꝙ licet non ponatur essentialiter nasus siue materia in definitione concauitatis, ut pars essentiæ,tamen est pars simi,& pars Calliæ. & dicit { In tota uero substantia } composita, & indiuidua { aut } in toto { naso simo,aut } in { Callia inest et materia } ipsa,ut pars.

Et quod ipsum quod quid erat esse, & unum quodq; in quibusdam quidem idem sit:ut in primis substantijs,ut curuitas,& curuitati esse,si prima est. Dico autem primam, quæ non dicitur ex eo quia aliud in alio est, ut in subiecto,uel materia. Quæcunque autem,ut materia,aut concepta cum materia,non sunt idem, nisi secundum accidens unum: ut Socrates, & musicum. hæc enim eadem secundum accidens sunt. εἰμὴ nisi.

Vltimo epilogat quomodo ipsum quod quid erat esse, & unumquoq; cuius est quod quid erat esse sint idẽ, & quomodo non idem:& dicit { Et } etiam dictum est { ꝙ ipsum quod quid erat esse,& unumquodque } cuius est quod quid erat esse { in quibusdam quidem est idem ut in primis substantijs } hoc est secundum unam expositionem ut in substantijs immaterialibus, quæ sunt primæ substantiæ natura, & causalitate { ut curuitas, & curuitati esse } sunt idẽ { si } curuitas { est prima } substantia, quod dicit, quia nõ est ita: sed pro exemplo sic intelligatur ut prima substãtia & immaterialis. & exponit se, & dicit { Dico autem, primam } substantiam { quæ non dicitur ex eo,quia aliud in alio est } hoc est dico primam substantiam,quæ non dicitur forma in materia { ut in subiecto,& materia } sic igitur in substantijs immaterialibus quod quid erat esse,& id cuius est idem sunt. exponit autem ea,in quibus non sunt idem, & dicit, subaudi in his { autem quæcunq; sunt,ut materia } respectu substantiarum separatarum { aut concepta cum materia } quod quid erat esse,& id cuius est { non } sunt { idem.nisi } idem accipiatur ut { unum secundum accidens. ut Socrates, & musicum } dicuntur unum secundũ accidens { hæc enim eadẽ } dicuntur { secundum accidens } quare in substantijs materialibus quod quid erat esse,& id cuius est non sunt idẽ simpliciter,sed idem secundũ accidens: quomodo forma,& cõpositum, cuius est forma sunt idem secundũ accidens. Quo uero ad uerba attinet,animaduerte in translationibus ueteribus uerba hæc legi hoc pacto { neque secundum accidens unum } & sic intelligitur, ꝙ nec in substantijs materialibus nec in his,quæ sunt per accidens unum, quod quid erat esse, & id cuius est,sunt idem. exponit autẽ quæ sunt per accidens unum,& dicit { ut Socrates, & musicum. hæc enim eadem secundũ accidens sunt } & ideo in talibus ipsum quod quid erat esse,& unumquodque non sunt idem. In Græcis autem codicibus legitur εἰμὴ, & ita pro nisi interpretatus sum,quoniam est sensus in cõceptis cum materia quod quid erat esse, & id cuius est,non esse,nisi per accidens. Auer. autem,aliter istud ultimum exponit,uult enim ꝙ Aristoteles intelligit per substantias primas, formas uniuersales, quæ sunt per se primo definita. In his enim quod quid erat esse, & id cuius est idem est, quoniam quod quid erat esse est forma, & ipsum, cuius Que Auer. Cõmen.41.



cuius est quod quid erat esse, est forma. Per concepta uero cum materia intelligit indiuidua contracta per materiam. In his enim quod quid erat esse, & ipsum indiuiduum non sunt idem. quoniam quod quid erat esse est forma, indiuiduũ uero habens formam. & iusta hanc expositionem bene uerba Aristotelis legi potest. Dicit enim { Dico autem primam } substantiam uniuersalem substantiam { quæ non dicitur ex eo quia aliud in alio est } quia sic esset indiuiduum, sed dicitur ex eo, quia uniuersaliter conceptum nõ intelligitur in alio ut in materia,& subiecto. cætera perspicua sunt.

TEX. 42. ἐφ᾽ ὅσον inquantum quod.

Nunc autem dicamus primum inquantum in analyticis de definitione non dictum est. in illis enim dubitatio dicta, præopere rationibus de substantia est. Dico autem hanc dubitationem, quare unum est definibile: cuius rationem definitionem esse dicimus. ut hominis: animal bipes. (sit enim hæc ipsius ratio) quare igitur utiq; hoc unum est,sed non multa, animal,& bipes.

Cum egisset de partibus definitionis, ex quo est manifestum, ꝙ definitio habet partes multas, nunc inquirit de unitate definitionis. & primo mouet dubitationem, & dicit, nunc { autem dicamus primum inquantum } hoc est illud, quod { in analyticis } hoc est secundo posteriorum { de definitione,non est dictum } ibi enim mota fuit quęstio de unitate definitionis, & non fuit soluta. & hoc dicit { in illis enim } hoc est in secundo enim post { dubitatio dicta } est,quæ est προέργου, hoc est { præopere } ac præutilis, & necessaria { rationibus,quæ } sunt { de substantia } in hoc Libro. ideo recapitulanda,& soluenda est illa dubitatio. exponit autem illam,& dicit { dico autem hanc dubitationem, quare unum est definibile, cuius rationem definitionẽ esse dicimus } hoc est quare definibile resolutum in partes definitionis sit unũ. Est autem annotatione dignum, ꝙ definibile, cuius ratio est definitio: est definibile actu resolutum in partes definitiuas, definibile autem resolutum in partes definitiuas est ipsa met definitio: quoniam definitio est sermo actu continens partes rei definitæ. Quare dubitatio est, hæc propter quid definitio est una: cum partes actu definiti habeat. & hoc exponit,per exemplum,& dicit { ut hominis,animal bipes } & quia posset dici hanc non esse hominis definitionem,subdit { sit enim hæc ipsius hominis { ratio } tunc resumit dubitationem, & dicit { quare igitur utiq;,hoc unum est,sed nõ multa,animal & bipes } Quo uero ad dubitationem attinet, Auerroes dicit primo, ꝙ Aristoteles mouit & soluit hanc dubitationem, uerum non assignauit causam solutionis, hic autem intendit soluere, & assignant causam illius solutionis. Secundo dicit, ꝙ Logicus,& Metaphysicus de definitione considerat, non tamen eodem modo, quoniam Logicus,ut Topicus,& Analyticus considerant ut est sermo, instrumentarius,quo intellectus ducitur in cognitionem quiditatum rerum. Metaphysicus uero, cõsiderat definitionem,ut significat quiditatem rei. hoc est per accidens gratia quiditatis, quam per se cõsiderat. Metaphysicus enim per se quiditates cõsiderat, per accidens autem sermonem definitiuum,ut illas ostendit. Animaduerte tamen, ꝙ Topicus definitionem spectat,ut est unum prædicatorum problematicorum, Analyticus ut est medium & causa in demonstratione. Dicit tertio ꝙ dare causam de unitate definitionis, est magis proprium metaphysico. Et rationem affert, quoniã causa unitatis definitionis est ultima differentia, quam considerat metaphysicus, quoniam accipitur a forma per quam ipsum definitum est ens, & unum in actu. Quod autem ita sit,probat,quia cæteræ differentiæ sunt potentia contentę indefinito, signum affert, quoniam definitum non multiplicatur propter partes definitionis, quod nõ esset, nisi quia ultima differẽtia est ultimus actus, a quo est unitas, & cęteræ differentiæ sunt potentiæ: q̃ cum illa unũ faciunt. Que Auer. Cõmen.42.

In hoc enim homo & album, multa quidem sunt, cum alterum non insit alteri: unum uero, quando inest, & patitur aliquid subiectũ homo. tunc enim unum fit,& est albus homo. hic autẽ, non participato alterum altero,genus enim non uidetur participare differentijs: simul enim contrarijs idem participaret.nam differentiæ contrariæ sunt,quibus differt genus.

Mota quæstione,nunc argumentatur ꝙ ex partibus definitionis non fit unum.& syllogizat hoc pacto:ea quorum alterum alteri non inest,non fit unum. partium definitionis altera alteri non inest,nõ ergo faciunt unum. De ratione sumit quædam,ex quibus patet maior,& dicit { In hoc enim } .s. aggregato ex homine & albo { homo & album multa quidem sunt, cum alterum non insit alteri } hoc est cum sumerentur, ut duæ substantiæ per se stantes, quarum altera non esset essentialiter altera,nec altera alteri inesset,ut Auer. exponit { unum uero } essent { quando } album { inest } homini { & } quãdo { homo subiectum patitur aliquid } hoc est reciperet album { tunc enim } ex albo & homine { unũ fit, & est albus homo } Ex his colligitur maior, ꝙ uidelicet ea quorum alterum alteri non inest,non fit,unum. Dat minorẽ, & dicit { hic autem } .s.in definitione { non participat alterũ altero } nec alterum inest alteri, cuius rationẽ dicit { genus enim non uidetur participare differentijs,simul enim contrarijs idem participaret.nam differentiæ contrarię sunt,quibus differt genus } ex his sequitur quod partes definitionis non fiant unum. Que Auer. Cõmen.42.

Si uero & participat. eadem ratio erit,siquidẽ sunt differentiæ plures, ut gressibile, bipes, non alatum. quare nanq; hæc unum, sed non multa: non enim quia insunt, nam sic ex omnibus erit unum.

Quia aliquis posset dicere genus participare differẽtijs & propter hoc definitionem esse unam, obijcit contra, & dicit { Si uero & } genus { participat } differentijs,ita ut propter hoc definitio unum sit, contra obijcit, & dicit { eadem ratio erit } de differentijs ipsis: quomodo ex differentijs fiat unum. & dicit { siquidẽ sunt differentiæ plures, ut gressibile,bipes, non alatum. quia } ut inquit statim quæretur { quare nanq; hæc unum sunt, sed non multa } & quia aliquis posset dicere hæc facere unum, quia insunt generi uni,uel homini uni: hoc statim refellit,& inquit { non enim quia insunt } subaudi uni homini hæc unum faciunt { nam sic ex omnibus } accidentibus { erit unum } quoniam omnia accidentia insunt uni. patet igitur, ꝙ eadem ratio stabit de differentijs. Auer. autem, dicit, ꝙ si aliqua essent unum essentialiter hoc est per se, quia sunt in uno: contingeret ꝙ totus mundus esset unus essentialiter, quia omnia sunt in cœlo,quod est unum. Sed hoc quod Auer. dicit, non est ad propositum, quoniam quę sunt in cœlo: non insunt cœlo, ut subiecto, & propterea exponatur ut diximus. Que Auer. Cõmen.42.

Oportet autem unum esse quæcunq; in definitione, definitio enim ratio quædam est una,& substantia una,quare unius alicuius oportet ipsam esse rationem. etenim substantia unum quidem & hoc aliquid significat, ut diximus.

Aristoteles argumentatur ad oppositum,& primo cõcludit ꝙ partes definitionis sint unum,tum quia definitio est ratio una: tũ quia substantia,cuius sunt,est una.& dicit { Oportet autem unum esse quæcunque in definitione } sunt partes, & tangit duas rationes, & dicit { definitio enim est quædam ratio una } ergo partes definitionis sunt unum,tãgit secundã

rationem, & dicit { & substantia } quę definitur est { uria } ergo partes sunt unum. Ex his concludit, quasi conuersam, & dicit { quare unius alicuius oportet } definitionem { esse rationem } quod probat, & inquit { erenim substantia unum quidem & hoc aliquid significat, ut diximus } & sic perspicuum definitionem esse rationem eius rei: quæ una est. & substantia, & hoc aliquid. Auer. autem dicit, cp Aristoteles per hæc uoluit probare cp ea quæ per definitionem sunt unum: sint unum numero, & ratio est quia definitio, cuius sunt partes, est sermo unus, qui significat substantiam unam. cū enim illud, quo definitio significat, sit unum: etiam definitio erit una. Sed dices, totum contrarium superius est dictum. Dixit enim rem esse unam, quoniam eius definitio est una: at nunc dicit, definitionē esse unam, quia res est una. Respōdet Auer. cp hoc Aristoteles dicit hic, ad ostendendum reciprocam rationem unitatis, nam & definitio est una propter rem, tancp propter causam materialem. & res est una propter definitionem, tancp propter causam formalem.

Quę Auer. Cōmen. 42.

TEX. 42. Oportet autem primum intendere de his quę secundum diuisiones definitionibus. nihil enim aliud est in definitione quā primum dictum genus, & differentiæ. alia uero genera sunt primū, & cum hoc comprehensæ differentiæ, ut primū, animal, habitum uero: animal, bipes, & iterum animal bipes, non alatum. similiter autem, etsi plura dicantur.

Nunc soluit, & primo uult accipere, cp uera definitio non constet, nisi ex genere propinquo & differentia ultima, uel ex multis ad hęc duo reducibilibus, ut exponit Auer. & hoc proponit, & dicit { Oportet autem primum intendere de his definitionibus, quę sunt secundum diuisiones } hoc est, quę constant secundū duas partes, per { diuisiones } enim duas partes intelligit, genus uidelicet proximum, & differentiam propriam, uel plura ad hæc reducibilia. Quo uero ad uerba attinet { secundum diuisiones } græce est, κατὰ τὰς διαιρέσεις, & quidam exponit hoc est secūdum differentias essentiales, quoniam tales definitiones dantur secundum diuisiones generis in differentias. & tales sunt necessariæ præaccipi pro inuestiganda unitate definitionis. & causam huius uidetur subscribere, & dicit, nihil enim aliud est in definitione, cp primū dictū genus, & differentiæ, quæ genus essentialiter diuidunt. nam definitiones, quę dantur per accidentalia nō sunt ad propositum: quam expositionem non uituperamus: cū sit expositio Expositoris. Auer. autē balbutiendo sentit Aristotelem per diuisiones intelligere partes duas: & per definitionē, quę est secundum diuisiones intelligit, eam, quæ continet genus propinquum, & differentiam essentialem illi generi, & p primum genus intelligit genus propinquum. quia in definitione ponitur primum. quare iusta hanc expositionem, proponit dicere de definitionibus, quæ constare ex diuisionibus, hoc est ex duabus partibus genere uidelicet primo, & differentia: aut ex pluribus ad hæc duo reducibilia. & assignat causam, quare uera definitio cōstat duabus partibus, uel pluribus ad has duas reducibilibus: & dicit { nihil enim aliud est in definitione } hoc est dico esse intendendū de definitionibus, quæ constant ex duabus partibus, quia nihil aliud est in definitione { cp primum dictum genus } hoc est cp genus quod primū dicitur { & differentiæ } una uel plures ad unam reducibiles. Quo uero ad uerba attinet, per { primum genus } Expositor generalissimum ac remotum genus intelligit. Auerroes uero propinquū, quod dicitur primū post speciem, in quod species primo resoluitur. generalissimum uero dicitur primū uia compositionis, ac diuisionis: quia ab illo diuisio incipit. Ego uero sic intelligerem cp Aristoteles primo dicat de definitionibus in quibus est primum genus, & multę differentię. **Secundo de definitionibus, quæ constant uno genere, & una** differentia. De primo dicit { Oportet autem primum intendere de his definitionibus quæ secundum diuisiones sunt } hoc est, quæ constant ex primo genere & multis differentijs, quod probat, & inquit { nihil enim aliud est in definitione cp dictum primum genus } .f. generalissimū { & differentiæ } multæ usq; ad ultimam. Sed dices, non ne in definitione aliqua, sunt multa genera differentiæ: quasi respondens, dicit { alia uero genera } cum multa ponuntur in definitionibus { sunt primum genus, & cum hoc } uel sub hoc multæ { cō prehensæ differentiæ } & sic solum unum est genus primū, quoniam cætera se habent ut differentiæ sub illo genere. & hoc per exemplum declarat. & dicit { ut } in definitione hominis, quæ est animal, bipes, non alatum { primum } genus est animal, genus { habitum } hoc est cōsequens sub illo est { animal bipes, & iterum } tertium est animal bipes, nō alatum { similiter autem } & quartum & quintum { & si plura dicantur } omnia præter primum, ut differentiæ sunt. patet ergo in definitione non esse nisi unum genus, quoniam cętera quæcunq; sunt, differentiæ habeatur: quæ sub illo genere continentur. hæc de definitione primo modo.

Omnino uero, nihil differt per plura, aut per pauciora dici. quare nec per pauca, aut per duo. duorū uero, hoc quidē, differentia: illud uero, genus. ut eius, quod est animal bipes: animal qui dem genus, differentia uero alterum est.

Ex supradictis patet unam definitionem esse, quę constat ex primo genere, & omnibus differentijs usq; ad ultimam: & hæc definitio tunc euenit, cum genus proximum innominatum fuerit, nam tunc circunloquimur ipsum per genus remotum notum, & differentias omnes cōmunes usq; ad ultimā. tenet enim tunc genus remotum cum omnibus differentijs cōmunibus locum generis proximi. nunc assignat secundam definitionem, quæ sit ex proximo genere, & ultima differentia, & hæc sit quando proximum genus nominatū est, & ultima differentia nota. Veluti, cum dicitur, cp homo est animal rationale. & dicit { Omnino uero, nihil differt } definitionē { dict per plura, aut per pautiora, quare nec per pauca aut p duo } & sic definitio secundo est quando cōstat ex duobus, ut ex genere proximo, & ultima differentia, quoniam ita bene hæc sicut prima uidetur bene definitio. exponit autē quando duorum constat definitio: qualis sit, & dicit { duorum autem, hoc quidem } est { differentia, illud uero, est genus. ut eius, quod est animal bipes, animal quidē est genus differentia uero est alterū } .f. bipes. quare duplex est definitio, altera, q̄ cōstat primo genere, & multis differētijs, altera q̄ cōstat proximo genere, & una differentia: hæc pro suppositione.

Si ergo genus simpliciter non est præter eas, quæ sunt, ut generis species: aut si est quidem, ut materia est (uox enim genus & materia est, differentiæ autem species, & elementa ex hac faciunt) palam cp definitio sit ex differētijs ratio.

Quia dixit duplicem esse definitionem, nunc primo ostendit quomodo ex genere & differentia fiat unum, quando definitio non constat nisi genere & differentia. Deinde ostendit quomodo ex genere & differentijs fiat unum: quando definitio constat ex genere, & pluribus differentijs. De prima parte tāgit duas causas, quibus definitio primo modo sit una ratio, uel quia genus nō est præter generis species, & sic differentiæ & genus sunt unum in specie. uel quia genus in aliquibus se habet, ut materia, & differentiæ, ut formæ, ex quibus & genere fit una species, & sic utroq; modo definitio primo modo una esse poterit. dicit { Si ergo genus simpliciter non est præter eas, quæ sunt, ut generis species } ueluti in prædicamento substantiæ, in quo genus & species sunt eiusdem naturæ { aut si est quidem } genus præter generis species,



species, ut in predicamentis accidentium in talibus { ut materia est } siue sic siue sic, infert { palam cp definitio sit rō } una { ex differentijs } quæ cum genere faciunt unum aut in specie, aut in compositione. Interposuit autē exemplum, in quibus genus se habet ut materia, & differētiæ ut formę, & constitutum ut compositum ex materia & forma, & dicit { vox enim genus & materia est } subaudi elemētorum syllabarum & dictionem { differentiæ autem } subaudi uocum, additæ uoci, ut formæ { faciunt } & cōstituunt { species } uocum { & elementa } syllabas, & dictiones. ueluti nasus ut materia est, differentiæ uero additæ naso, sunt ut formæ, quæ constituunt species nasi, ut aquilum & simum. Curuitas enim addita naso aquilū, depressio uero simum facit. Quare definitio primo modo est una, uel unitate speciei, in quo genus & differentia cōcludunt, aut unitate unionis, quia genus est ut materia, differentia uero, ut forma, & species, ut ex his compositum. Dixit autem hæc propter substantiam & propter accidens, nam in substantia genus & differentia sunt eiusdem naturæ in specie: in accidentibus genus & differentiæ sunt diuersarum naturarum aliqñ, qa genus est in prædicamento substantiæ, differentiæ in prædicamento accidentis. Ex his patet solutio ad primum argumentum, quoniam licet differentia non insit generi: tamen cum eo facere potest unum, aut unitate naturæ, aut unitate unionis. Auer. autem verba illa { aut si est quidem, ut materia } cum male translata habuisset, male exposuit. dicit. n. uno modo, cp uult intelligere genus esse simul materiæ. Secundo dicit, cp genus reuera nō est materia, sed quia eorum quæ ponuntur in definitione, quædam formæ, quædā materiæ assimilantur: ideo est ut materia: quæ non quadrant verbis Aristotelis. Exemplum vero de voce exponit suo modo: & quidem non ad mentem Aristotelis.

Quare. Vt.

At uero & oportet diuidi differētiæ differentiam, ut animalis differentia est bipes. Item animalis habentis pedes differentiam scire oportet inquantum habens pedes: ut non sit dicendum, habentis pedes, aliud alatum, aliud non alatum: siquidem bene dicit, sed propter non posse: facit hoc, sed si aliud habēs scissos pedes, aliud non scissos pedes. Hæ nanq; sunt differentiæ pedis. Nam scisio pedis pedalitas quædam est, & sic semper uult procedere donec utique uenerit ad non differentia. tunc autem erunt tot species pedis, quot differentię, & pedes habentia animalia æqualia differentijs.

Nunc vult declarare quomodo definitio, quę cōstat uno genere, & multis differentijs. sit una: & primo præmittit quomodo per diuisionem & subdiuisiones differentiæ multæ inueniantur: & in definitione ponantur. & dicit { At vero } constituto primo genere, & prima differentia { & diuidere oportet differentiæ differentiam } usq; ad ultimā { vt animalis differentia est bipes } habere itaq; oportet diuidere { item animalis hñtis pedes scire oportet differentiam } qua scita, hanc oportet diuidere { inquantum hñs pedes } dico inquantum habens pedes { ut non sit dicendū habentis pedes aliud alatum, aliud non alatum } dico non esse sic diuidendum ipsum habens pedes { siquidē } diuidens { bene } rectecp { dicit } addit, cp licet sic sit faciendum { sed } pro tamen { propter non posse } aliqñ aliter fieri & per accidens { facit hoc } & diuidit habens pedes per alatum, & inalatum, per se autem est sic faciendum: ut diximus: & dixi per accidens aliqñ per tales differentias fieri diuisionem, ut si propriæ & essentiales differētiæ ignotæ sint, tunc enim per accidens per extraneas diuidimus, tūc exponit, quomodo recte diuidat, & dicit { sed } recte diuidendo dicit { si aliud habens scissos pedes, aliud } habens { non scissos pedes } dicat, cuius causam affert, & dicit, hæ nanq; sunt differentiæ pedis. & quia in diuisionem pedis esse pedem nemo dubitat, probat scisionem pedis esse pedem: pedalitatemcp, & dicit { nam scisio pedis pedalitas quædam est } & dicit quousq; differentiæ diuidendæ sint, & dicit { & sic semp } diuidens { vult } hoc est debet { procedere } in subdiuisionibus { donec utiq; uenerit ad non differētia } ulterius, nam cum tunc prouenerit ad hæc, habebit differentias ultimas: quæ ulterius non diuiduntur. & addit quomodo se hñt species, & differentiæ, cum factæ fuerint diuisiones, & subdiuisiones usq; ad ultimas, & dicit { autem } pro & erunt tunc tot species pedis, quot differentiæ { & animalia habētia pedes } erunt etiam { æqualia } numero { differētijs } & tot quot differentiæ: & sic unaquæq; species habebit, ppriam differentiam. siquidem differentiæ pedis erunt tot quot spēs pedis, & species animalis etiam tot. Quo igitur modo p diuisiones, & subdiuisiones sub uno primo genere inueniātur plures differentiæ, ex hisce perspicuū est. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte Auer. reddere causam, cur premisit Aristoteles hanc suppositionem, & dicit hoc fecisse: quia diuisio largitur tales sermones: & sic premisit hoc, vt innueret per diuisionem esse definitiones ipsas inueniendas. præterea exponit quo ordine diuisiones hæ fiant, & dicit, cp non est intelligendum cp primo differentiæ differētiam diuidamus, sed cp primo genere diuiso in primam differentiam & suam oppositā, deinde diuidere oportet illam differentiā in suam primam differentiam: & suam oppositam, ut prius nō id primo diuidatur genus in differentiam suæ differentiæ: cū hoc non sit intelligibile.

Si itaq; hæc sic se habent, palam quoniam finalis differentia substantia rei erit, & definitio, si non oportet multoties eadem dicere in terminis. superfluum enim accidit hoc. Nam quando dicit animal habens pedes bipes, nihil aliud dicit, q̄ animal pedes habens duos pedes habēs: etsi hoc diuidat propria diuisiones: multoties dicet, & æqualiter differentijs. Si igitur differentiæ differentia fiat: una erit, quæ finalis species, & substantia.

Quę Auer. cōmen. 43.

Auer. velle videtur, cp hic soluat quæstionem, quoniam sequitur definitionem esse unā ab unitate ultimę differentię. Ego uero arbitror, cp Arist. accipiat quasi secundā suppositionem, & est, cp cum per diuisionem reperit differentia ultima, frustra cæteræ differentiæ ponunt, immo si ponant, in definitionibus erit nugatio. vt exemplo ostendit, & rōne patet, quia omnes in ultima includuntur. & quoniam differentiæ bifariam sunt essentiales, & accidentales, ostendit, cp qñ in definitione habeā ultima essentialis differentia, frustra ponantur cæteræ essentiales, & dicit { si itaq; differentiæ sic se habent } essentialiter, & ẽm ordinē, & subdiuisiones, & diuisiones, ita ut peruentum sit ad ultimam { palam cp finalis differentia substantia rei erit, & definitio } quasi tota, dico quasi tota, qm̃ non est genus, ut dicemus. vult dicere palam esse, cp sola in definitione sufficiat, & frustra ponant cæteræ intermediæ: probat & lege sic, dico cp frustra ponunt cæteræ, & sola sufficit { si nō oportet in terminis } hoc est in definitionibus { multotiēs eadem dicere } quod non videt rationabile, cuius cām affert, & dicit { superfluum. n. accidit hoc, ut idem toties dicat. deinde probat rationem { nam qñ } quis { dicit } hominem esse { animal habēs pedes bipes } frustra videt addi hñs pedes, & nugatorie. nam, vt inquit, in ipso bipede includitur. quia { nihil aliud dicit } cp animal pedes habens, duos pedes hñs } ponendo. n. loco nominis

bipedis, rationem, ſenſus eſt, homo eſt animal habens pedes, duos pedes habens. & pedes bis dicitur, ſemel quidē in vltima differentia, & ſemel in differentia cōmuni. & addit, ꝙ {ſi & hoc} videlicet bipes {diuidat propria} & eſſentiali {diuiſione, multories} idem {dicet, & æqualiter differentijs} hoc eſt tories dicet ipſum pedes, quot erunt differētiæ ipſæ, in quas diuidet, qm̄ in omnibus includit. tunc epilogat ſuppoſitionem & dicit {ſi igitur differentiæ differentia fiat} donec venerimus ad vltimam {vna erit, quæ finalis ſpecies, & ſubſtantia eſt} & ita fruſtra ponunt aliæ. eſt ergo ſecunda ſuppoſitio, ꝙ cum ultima differentia ponit inde finitione, fruſtra cæteræ ponunt. Sed dices a pari fruſtra ponitur genus: quoniam genus formaliter includit in differentia: verum de hoc erit quæſtio in dilucidario.

Sin autem fuerint ſecundū accidens, ut ſi diuidat habentis pedes, aliud album, aut nigrum: tot quot utiqꝫ ſectiones fuerint.

Cum dixiſſet fruſtra cōmunes differentias, ſi ponitur vltima, nunc oſtendit non poni fruſtra, ſi differentiæ erunt per accidens, & dicit {ſin autē} differentiæ {fuerint ſm accīs, vt ſi} aliquis {diuidat} & dicat {habentis pedes, aliud album, aliud nigrum, tot quot ſectiones fuerint} tot ſubaudi ponendæ, nam ſic non addent fruſtra: verū hoc pacto, non per ſe vna definitio eſt, ſed per accīs. & per hoc uolūt ſolutam eſſe rationē factam, cum dicebat definitionem ex hiſce non eſſe vnam. nam ita eſt & verum concludit, ꝙ non eſt una per ſe, niſi ſubiecto. Auer. autē aliter intelligit, legit. n. ſic {ſi uero differentiæ fuerint ſm accidens: erunt tot quot ſectiones} hoc eſt infinitæ, & ſic non fuerunt ad definitiones, nec ad ſcientiam. Prima tamen expoſitio melior eſt.

Quæ Auerroes cō. 43.

Quare palam ꝙ definitio ratio eſt, quę eſt ex differentijs, & harum ex finali ſecundū rectum.

Nunc concludit ſolutionem, & dicit {quare palā eſt ꝙ definitio ratio eſt} vna {quæ eſt ex differentijs tantū, qm̄ genus non eſt præter differentias, & hoc in ſubſtantijs, & licet ponerentur multæ differentiæ in definitione. tamen {& harum ex finali ſm rectum} & ſic definitio eſt una ab unitate vltimæ differentiæ. & tu intellige hæc in definitionibus ſubſtantiarum, qm̄ in definitionibus accidentium, definitio eſt vna, quia ex genere & differentia fit unū, cum in illis genus, vt materia ſic, differentia, vt forma. Quo vero ad verba attinet, cum dicit {ſm rectum} Expoſitor intelligit qm̄ ſit diuiſio ſm rectum hoc eſt a cōmuniori ad minus cōmune deſcendendo per ſe differentias, & non accipiendo differentias per accidens quaſi a latere. Auerr. autē intelligit, ꝙ definitio conſtet ex ultima {ſm rectum} hoc eſt, ſi definire volumus recte. per quæ patet definitionē eſſe rationem vnam, qm̄ ſiue definitio detur per plures, ſiue per unā differentiam, ſemper ab vltima differentia erit vnitas. qm̄ cæteræ aut fruſtra, & nugatorie ponuntur, aut ad circūloquendum vltimam differentiam.

Palam autem erit, ſi quis tranſponat tales definitiones, ut eam quę eſt hominis, dicēs animal, bipes, pedes habens. Superfluū enim eſt habens pedes dicto bipede. Sed ordo nō eſt in ſubſtantia. quonam modo enim oportet intelligere hoc quidem poſterius, illud uero prius. de definitionibus quidem igitur ſecundum diuiſiones, tot dicantur primum, quales quædam ſunt.

Quòd in definitione ſufficiat vltima differētia, nunc ꝓbat ex eo, quia aliter in definitione eſſet nugatio. Si enim in definitione ponerentur plures differentiæ, ultra ultimā, nugatio eſſe videtur tranſponendo differentias, ſicut enim ad priores differentias addendo ultimam erit nugatio, ut dictū eſt, ita contra: ad ultimam addendo priores. Indifferēter. n. tranſpoſitio fieri pōt differentiarū, cum indefinitiua ratione non eſt ordo. dicit ꝙ aūt in definitione ſubſtantiarum ſufficiat vltima differentia {palam erit, ſi quis tranſponat tales definitiones} ac definitionū differentias {ut eam, quæ eſt homiuis, dicens animal bipes pedes hīs, ſuperfluum enim eſt} tunc & nugatorium {dicto bipede} addere differentiam illam, quæ eſt {pedes hīs} ut cuilibet patet: ſed dices ꝙ non eſt ſic nugatio, ſed cum poſtponit ultima differētia, ut dixit ſuperius, quaſi rīdens dicit {ſed ordo nō eſt in ſubſtantia} hoc eſt in definitione ſubſtantiali, non enim refert differentias p̄ponere, & poſtponere. & ꝓbat, & dicit {quo nam modo. n. oportet intelligere hoc quidē poſterius, illud uero prius} non. n. videtur modus, neq; ratio. vbiq;. n. differentia ultima poſita erit ultima, & cæterę intermediæ etiā erunt intermediæ, ubicūq; ponantur. demum epilogat, & dicit {de definitionibus quidē igitur} quę {per diuiſiones} fiunt, uel quæ uia diuiſiua inueniuntur, uel quę conſtant per multas differentiarū diuiſiones {quales quædā ſint, tot dicantur primum} qm̄ poſtea etiam quędam dicent. aut ſic, de definitionibus quidem igitur, quæ per diuiſiones fiūt, tot dicantur dico de definitionibus {quales quædam primum ſunt} ut definitiones formales, quæ p̄ partes formales dantur, non aūt p̄ materiales. q. d. de definitionibus formalibus tot ſint dicta. Diſputant hic an ex uerbis Ariſt. colligi poſſit vnitas formæ in compoſito. ſed de hoc in dilucidario.

Quoniam uero de ſubſtantia p̄ſcrutatio eſt, iterum redeamus. Nam dicitur ſicut ſubiectū ſubſtātia eſſe, & quod quid erat eſſe, & quod ex his, & uniuerſale. De duobus quidem igitur dictum eſt, etenim de quod qd erat eſſe: & de ſubiecto, ꝙ dupliciter ſubȝciatur, aut hoc aliqd ens, ut animal paſſionibus, aut ut materia actui. TEX. 44

γάρ. Enim. Nam, δέ. Autem.

Videtur autem & uniuerſale cauſa quibuſdam eſſe maxime, & eſſe principium uniuerſale. quapropter & de hoc tractemus. TEX. 45

Quia intentio Ariſt. eſt diſputare an vniuerſalia, quę Plato poſuit, ſint rerum ſubſtātiæ, ideo reſumit quæ de ſubſtantia dicta ſunt, & quæ dicenda. & dicit {Quoniam uero de ſubſtantia perſcrutatio} principaliter eſt in metaphyſica, & maxime in hoc libro {iterū redeamus} & dicamus de ſubſtantia. & repetit diuiſionem, & quæ ſint de illa dicta: & dicit {Nam} uno mō {dicitur ſubſtantia eſſe, ſicut ſubiectum} ſecundo mō dicitur {& qd quid erat eſſe} hoc eſt forma {&} dicitur tertio id {quod ex his, &} quarto dicitur {vniuerſale} tunc quæ dicta ſint, repetit, & dicit {de duobus quidem igitur dictū eſt, etenim de quod quid erat eſſe} eſt dictū {&} eſt dictū {de ſubiecto ꝙdupliciter ſubȝciatur, aut hoc aliqd exiſtens, ut animal} ind. uiduū exiſtens actu {quod paſſionibus} ſubȝcitur {aut, vt mā actui} ueluti corpus organicū animæ. hæc dicta ſunt in hoc ſeptimo libro, quæ dicēda ſint ſubſcribit, & dicit {Videt autem & vniuerſale cā quibuſdam eſſe maxime} quibuſdam videlicet Platonicis, his. n. uidetur {& uniuerſale} cauſa eſſe, {& principium} & propterea ꝓponit quid dicendum, & dicit {quapropter & de hoc tractemus} hæc de intentiōe. ſupra his verbis dicit Auer. eſſe neceſſariū agere de vniuerſalibus, an ſint rerū ſubſtantię, qm̄ in indiuiduo nihil eſt præter materiam & formā particulares. propterea oportet ſcire utrum ſit uerum, an vltra materiā & formā particulares ſit aliqua ſubſtantia vīs. Ex hoc loco colligi conſueuit ꝙ non detur tertia entitas diſtincta a partibus cōponentibus: aſſerit. n. præter materiā & formā particulares nihil aliud eſſe, ſed ſi adducat auctoritas Auerrois quinto huius dicentis, & dicit hoc, ga in cōpoſitis eſt natura addita naturæ componentium. ſ. illud qd ſit ex cōpoſitione. & aliæ multæ authoritates etiam adducant. dicēdū ꝙ, ut diximus in dilucidario, duplex

Cōment.



duplex eſt compoſitum, quoddam cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatæ, ut compoſitū ex materia & forma, quoddam cuius partes nō ſunt eſſentialiter ordinatæ, vt aceruus lapidum. Tunc Auer. vult duo, primum compoſitū cuius partes ſunt eſſentialiter ordinatę eſſet aliquid additū compoſitum, non intelligendo ita, ut ſit tertia ſubſtantia, ſed tertium additum, quatenus ſuperaddit partibus ordinem eſſentialem. Illud. n. quod ſit ex cōpoſitione eſt compoſitum, qd' ultra partes dicit ordinem eſſentialem ut infra dicemus. Secundo dicit, ꝙ compoſitū ex partibus non eſſentialiter ordinatis, ut aceruus, non eſt tertiū addens aliquid ſupra compoſitionem. quoniam nec addit ordinem eſſentiales, vt eodē loco dicemus. Ex quibus patet Auer. per illud, quod fit ex cōpoſitione intelligere eſſentialem ordinē partium, qui actu fit ex actuali vnione illarum. hic enim actualis ordo partium eſt, qui fit ex cōpoſitione partium: verum de his in dilucidario. Cōmē. 60.

Videtur enim eſſe impoſsibile, ſubſtantiā eſſe quodcunq; uniuerſaliter dictorum. Primum enim ſubſtantia, quæ uniuſcuiuſq; eſt, propria eſt uniuſcuiuſq;, quæ non ineſt alį. Vniuerſale uero, commune. hoc enim dicitur uniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt.

Propoſita intentione, exequitur, & primo proponit illud, quod vult probare, & dicit {Videtur enim eſſe impoſsibile, ſubſtantiam eſſe quodcūq; eorum quæ vniuerſaliter dicuntur} vt ꝙ homo ſit ſubſtantia ſingularium hominum, hoc probat primo ſyllogiſmo in ſecūda figura, ſic {ſubſtantia uniuſcuiuſq; propria uniuſcuiuſq; eſt, quę non ineſt alį} hæc eſt maior, deinde ponit minorem, & dicit {vniuerſale uero, commune} & non proprium eſt eis, quorū eſt vniuerſale, qd' probat, & dicit {hoc. n. dicitur uniuerſale, quod pluribus ineſſe natum eſt} ergo vniuerſale non eſt ſubſtantia eorum: quorū eſt vniuerſale. Quo vero ad rationē attinet, animaduerte ꝙ Ariſt. maiorē non probauit. ſupponit. n. ſubſtantiam cuiuſq; eſſe formam cuiuſq;, forma aūt eius, cuius eſt, eſſe non poteſt, niſi ſit propria, & eſſentialis.

οὖν. Igitur. Etiam.

Etiam cuius ſubſtantia hoc erit, aut enim omnium, aut nullius. At omnium non eſt poſsibile. Vnius autem ſi erit, & alia hoc erunt. quorū enim una ſubſtantia eſt, & quod quid erat eſſe unum: & ipſa unum eſt.

Secundo argumentatur, & dicit {Etiam cuius ſubſtātia hoc} .ſ. vniuerſale {erit? aut omnium} ſingularium {aut nullius} aut alterius: hoc nullius ſubſtantiam eſſe non ꝓbatur, quia eſt contra opinionem Platonicorū. probat ergo ꝙ non omnium & dicit {at omnium} eſſe ſubſtantiā {non eſt poſsibile} non. n. pōt una ſubſtātia indiuiſibilis eſſe ſubſtantia multorum. & propter hoc non pōt unus intellectus numero eſſe ſubſtantialis forma omniū hominum. ut Auer. finxit. deinde probat, ꝙ talis ſubſtantia non poſsit eſſe alterius quia ſit omnium, & dicit {vnius aūt ſi erit} ſubſtantia {& alia} omnia {erunt hoc} hoc eſt omnia erunt unum numero, cuius cām affert & dicit {quorum enim una ſubſtantia, &} unum {quod quid erat eſſe eſt, & ipſa unum} ſunt. Ex his patet ꝙ non pōt intellectus eſſe ſubſtantialis forma humanorū corporū, & eſſe vnus numero, qm̄, vt Ariſt. infert, oēs homines eſſent unus hō numero, qm̄ omnia quorum ſubſtantia una eſt, vnū ipſa ſunt. Et ideo videmus non nullos Auerroes ſugientes hoc dixiſſet intellectum non eſſe ſubſtantiā hominis, ſed formam homini aſsiſtentem: & inciduntur in peiorem errorem, vt in cōmentarijs de anima abunde diſputauimus. Contra A. uerroem cū uno intellectu. Contra A. uerroem.

TEX. 46 Amplius ſubſtantia dicitur, quæ nō de ſubiecto, uniuerſale autem de ſubiecto aliquo dicitur ſemper.

Tertio ſyllogizat, ſubſtantia dicitur, quæ non de ſubiecto, & tu intelligas de ſubſtātijs, quas Plato ponit, illę enim non de ſubiecto dicuntur cum ſint ſubſtantiæ ſeparatæ ſingulares. hæc eſt maior {Vniuerſale autem de ſubiecto aliquo dicitur ſemper} ergo in ſecunda figura, vniuerſale non eſt ſubſtantia.

Sed an ſic quidem non contingit, ut quod qd erat eſſe. Sed ut animal exiſtit in ipſo homine & equo. ergo palam ꝙ ipſius quædam ſit ratio.

Ad rationes prædictas, & maxime ad primā ponit quandam euaſionem, quoniam dici poteſt vniuerſale, quod Platoponit: non eſſe ſic ſubſtantiam eorum, quorum eſt vniuerſale, vt quod qd erat eſſe: ſed eo modo, quo animal uniuerſale eſt in equo & homine. & dicit {ſed an ſic quidē non contingit} ipſum vniuerſale eſſe ſubſtantiam eorum, quorum eſt vniuerſale {vt quod quid erat eſſe, ſed vt animal exiſtit in ipſo homine & equo} & ſic argumentum ſupponit falſum, ſupponit enim vniuerſale eſſe quod qd erat eſſe, & ſic ſuppoſito, ſequitur, vt ſit propria ſubſtātia. ſed negat vniuerſale eſſe, vt quod quid erat eſſe, ſed eſt, eo modo uniuerſale eorum quorum eſt uniuerſale, quomodo animal eſt in ipſo homine, & equo. Modo animal nō eſt propria ſubſtantia hominis, & equi. Cōtra obiicit, & probat ꝙ animal ſit quod quid erat eſſe: qm̄ illud, cuius eſt ratio, & definitio, eſt quod quid erat eſſe, vt ſuperius diximus. Dictum eſt. n. ipſum quod quid erat eſſe nihil aliud eſſe ḡ ipſum definibile, cuius eſt propria definitio, ac ratio. tunc addo minorē, ſed ipſius animalis, quod eſt in equo & homine, quædam eſt ratio, ergo animal eſt quod quid erat eſſe. de rōne tangit minorem, dicens {ergo palā, ꝙ ipſius {animalis} quædā ſit ratio} & per ꝑs erit quod quid erat eſſe: quod negabatur: quare oportet, vt ſit forma, & ſubſtantia propria, & non cōmunis, & ſeparata, vt Plato poſuit.

Differt autem nihil, ſi non omnium ratio ſit, eorum quæ ſunt in ſubſtātia: nam nihil minus ipſum alicuius ſubſtātia erit. ut homo hominis, in quo exiſtit. quare idem accidit iterum. Erit enim ſubſtantia in illius ſubſtantia ut animal in quo eſt ſpecies, ut proprium exiſtit.

Remouet tacitam obiectionem, poſſet. n. dici, non oium eorum, quę ſunt quod quid erat eſſe, rōnem & definitionem eſſe, quoniam eſſet proceſſus in infinitum, ſi enim animalis eſſet ratio, ſit illa animalis ratio corpus animatū ſenſitiuum. Si vlterius corporis eſſet ratio, ſic ibitur in infinitum. quaſi reſpondens vult, ꝙ licet non omnium ipſorum quod quid erat eſſe ſit ratio, tamen qd' quid erat eſſe dicitur, vel id, cuius eſt aliqua ratio: vel id quod eſt alteri ratio propria, quoniam quod quid erat eſſe, ſubſtantia, & forma idem eſt, & ſic oportet, vt propria ſubſtantia ſit alicuius. & ita non pōt eſſe vniuerſale ſeparatū, vt Plato poſuit. dicit {Differt autē nihil, ſi non omnium rō ſit, eorum} qd' quid erat eſſe {quę ſunt in ſubſtantia} hoc eſt eorū quæ ſunt in capitulo ſubſtantiæ, & in capitulo ipſorum quod quid erat eſſe. Dato. n. ꝙ non omnium quod quid erat eſſe ſit ratio, nihil differt ad propoſitum qm̄ ſaltem ipſum erit alteri ratio & ſubſtantia: propria. quod probat, & dicit {nam} licet ipſius qd' quid erat eſſe, non ſit ratio {ipſum erit ſubſtantia} propria {alicuius} quoniam quod quid erit eſſe, forma, & eſſentia idem eſt, & ſic uidetur propria ſubſtantia alicuius. et dat exēplum {ut homo licet non haberet rōnem {hominis in quo eſt} ſubſtantia erit, & quod quid erat eſſe} Quare vt concludit, idem {ab ſurdum {accidit iterum} videlicet ꝙ commune, & ſeparatum ſit propria ſubſtātia alicuius. Erit enim ſubſtantia in illius ſubſtantia} in quo eſt qd' quid erat eſſe.

{ vt animal, ut proprium } quippiam substantiale { existit } eius { in quo est species } forma, & qđ quid erat esse. quod contra rõnem rei vniuersalis, & cõis est. & sic rõ adhuc stare videtur. Quo vero ad rõnem attinet, Auer. dicit ipsa quod quid erat esse ita se habere vt visibilia. nam vt uisibilia non minus sunt visibilia qñ uidentur, q̃ qñ non vñr: ita ipsa qđ quid erat esse nõ minus definibilia sunt qñ nõ definiuntur q̃ quando definiunt. Animaduertendum ꝙ cum Auer. dicit vniuersalia habere aliquã dispõnem substantiarum existentium extra animã, & qualitatem accidentẽ eis, non intelligit hoc esse dictũ de mente propria, sed ut sequẽs contra Platonicos, sumus. n. in parte argumentatiua: ut pater legenti verba. Quo aũt ad vim rõnis attinet, animaduerte etiam, ꝙ Arist. supponit duo in hac refutatione. Primo ꝙ vniuersale quod est, vt animal, sit quod quid erat esse, qñ vel ipsius est rõ aliqua: vel qñ ipsum est alteri ratio: & sic si vniuersale Platonicũ est, ut animal, erit quod quid erat esse. Secundo supponit, ꝙ tale quod quid erat esse, quod est vt animal: est substantia singularissima de mente Platonis, est enim substantia separata, & singularis per essentiam. Ex his ratio est' efficax: nam si vniuersale Platonicum est ut aial, erit quod quid erat esse: & cum non possit esse cõe, quoniã ſm Platonẽ, est substantia ipsa singularissima, ergo erit una substantia singularissima, & unum qđ quid erat esse numero omnium eorũ, quorum est vniuersale, & tunc sequuntur omnia absurda superius enarrata. hæc de rõne contra Platonicos: quæ, ut mihi vr, non simplr, sed ad hominem valet.

Que Auer. cõmen. 46.

TEX. 47

Amplius autem, & impossibile, & inconueniens est aliquid esse hoc, & substantiam, si contingat esse ex quibusdam, nõ ex substantijs: nec ex eo quod est hoc aliquid, sed ex quali. prius. n. erit non substãtia & quale q̃ substantia, & hoc: quod quidem est impossibile. nec enim ratione, nec tempore, nec generatione passiones possibile est esse priores substãtia. erunt, n. separabiles.

Ἐστὶν. Est. Contingit.

Quarto contra Platonicos obijcit, & innuit Platonicos fateri absurdum, non aũt affert absurdum, sed solũ hypothetice loquens præparat nos ad intelligendũ ad opinionẽ Platonicorum sequi absurdũ. & dicit { Amplius aũt, & impossibile, & incõueniens est aliquid esse hoc, & substantiam, si contingat tale esse ex quibusdam ex non substantijs: nec ex eo: quod est hoc aliquid, sed ex quali } est ergo hypothetica sl ex aliquibus nõ substãtijs, sed ex quali fiat hoc & substantia: hoc videt' absurdum. Et ꝙ hoc videat' absurdum, declarat, & dicit { prius. n. erit substãtia & quale q̃ substantia, & hoc, quod quidem est impossibile } quod aũt prius erit non substantia, & quale q̃ substantia & hoc, patet: quia partes sunt non substantiæ, sed quale: si tale fieret ex non substantijs, & quali. Quod vero non substantiã & quale esse prius substantia & hoc, sit absurdum, probat, & dicit { nec enim rõne, nec tempore, nec gñatione } quod idem est, qđ tempore { passiones possibile est esse priores substãtia, erũt. n. separabiles } est enim prius tempore idem, quod prius separatione. Ex his patet hæc hypothetica, si ex quali & nõ substantijs sit hoc, & substantia: tunc quale & non substantiæ erunt priores hoc & substantia, qđ esse absurdum probatũ est. & sic ex uerbis Arist. non absurdũ, sed præparationẽ ad absurdum habemus. Potest tñ ratio cõpleri, hoc pacto: sed ponendo vniuersalia esse substantias rerũ, tunc ex quali & non substantijs sit hoc, & substantia. ergo quale & nõ substantiæ erũt priores substantiã & hoc. Quo uero ad rõnem attinet. Animaduerte ꝙ ponendo vniuersalia esse rerũ substantias, eo mõ, quo Plato posuit, cogimur ponere vniuersalia esse substantias extrinsecus manentes, & sic esse respectu indiuiduorum velut non substãtias & qualia, quare statim sequitur non substantias & qualia esse priora substantijs: si ex talibus extrinsecus accidentibus fuerint indiuidua.

Amplius Socrati substantiæ substãtia inerit quare duorum erit substantia. TEX. 48

Quinto contra Platonicos obijcit, & argumentat sic, si animal est substantia hominis, & homo substãtia Socratis, tunc animal erit substantia hois & Socratis, & ita duor erit vna substantia. veluti animal substantia hois & Socratis. dicit { Amplius Socrati substantiæ } animal ipm { substãtia inerit } & sic inerit homini, & Socrati { quare duorum erit vna substantia } ut hois, & Socratis. Animaduerte hanc rationem valere ad hoiem, si. n. animal sit substantia separata, & singularissima: & est substantia hois & Socratis, tũc vna substantia singularissima erit substantia duar substantiar. Sed dices hoc nõ esse absurdum, qñ substantiæ fuerint subordinate, ut hõ & Socrates, dicendũ has substantias nõ esse subordinatas, qñ ſm Platonicos hõ est substantia singularissima sicut Socrates, cum sit idea per essentiã singularis. & sic sequitur animal, quod est substantia singularis, esse duarum substantiarum singularium substantiã unam numero.

Totaliter autem accidit si homo substãtia sit, & quæcunq; ita dicuntur: eorum quæ in rõne sunt, nullius substantiam esse. nec sine ipsis existere, neq; in alio esse. Dico aũt non esse quoddam animal præter aliqua: neq; aliud quicquã eorum, quæ in rationibus insunt. Ex his itaque speculantibus palam ꝙ nullũ uniuersaliter existentium sit substãtia, & ꝙ nullum uniuersaliter prædicatorum significat hoc aliquid, sed quale.

Τοιόνδε Tale. Quale.

Amplificando rationem quasi sexto argumentat, & dicit { Totaliter aũt accidit si hõ substantia sit } vt Platonici dicunt separata & singularissima, & totalr accidit si { ea quecunq; ita dicunt } vt hõ substantia separata per essentiã & singularissima: hoiem ipsum { nullius }. s. idiuiduor { esse substantiam } dico esse substantiã de numero { eorum quæ sunt in rõne }. q. d. si hõ est substantia more Platonico abstracta & singularissima, hõ non erit aliqua substantia, de numero substantiar, quæ sunt in rõne singularium, hoc est homo non erit qđ quid erat esse singulariũ hominum { nec sine ipsis }. s. singularibus hoibus accidit hoiem { existere: nec in alio esse } indiuiduo q̃ in indiuiduis hois. Quare si hõ est substãtia separata & singularissima more Platonico hõ non erit qđ quid erat esse singulariũ nominũ, nec erit separata a singularibus hoibus. qñ non erit separata a se, quæ est homo singularissimus. nec erit in alio q̃ in hoie uno singulari. exponit aũt ipse & dicit { dico aũt, non esse quoddam animal præter aliqua } hoc est dico ꝙ sequitur non esse aial præter singularia, subaudi si animal est separata substantia, & singularissima, qñ non præter se, cum sit aliqđ animal: & dico sequi { non esse quicq; eor, quæ in rõnibus insunt } hoc est, & nõ esse quod quid erat esse indiuiduorum. Tunc epilogat de eis, quæ ꝓbauerat, & dicit { ex his itaq; speculantibus palã quod nullum vr̃iter existentium sit sũba }. s. separata, & singularissima, vt est idea. & palã etiã { ꝙ nullum vr̃iter prædicator significet, hoc aliquid } hoc est substantiam singularẽ & ideam { sed quale } hoc est sed cõe, & prædicabile. Appellat aũt cõe & uniuersale, quale, qñ est rõne et intellectu tale, non aũt re. nam ut Auerroes dicit, nullum vniuersaliũ prædicabiliũ in quid de re demonstrata sed ſm quandam similitudinem communem omnibus indiuiduis, quæ est præter naturas proprias singulariũ: quam vt dicit duodecimo huius, intellectus colligit, & facit vniuersale. & quia similitudo est qualitas, ideo vniuersale & commune videtur quale.

Quæ Auerroes cõ. 41.

Cõmen. 44.

Si autem non: & alia plura accident, & tertius homo.

Septimo argumentatur ꝙ si darent uniuersalia Platonica: accident adhuc plura absurda, q̃ ea, quæ dicta sunt, & accident tertius hõ: & dicit { Si aũt non } hoc est si prædicta conclusio non concedat: quæ est vniuersalia nõ esse rerum substantias { & alia plura absurda accident } q̃ illa quę dicta sunt { & } accident { tertius hõ } aut qa præter duos homines, qui sunt Socrates, & Plato: accidat tertius hõ cõis, q cum sit idea, nec Socrates est, nec Plato, aut qa præter hominem singularẽ & cõem ponat tertius: qui ſm eandem rõnẽ prædicet de hoie sensibili, & ideali. Auerroes aũt exponit, ꝙ cõtingat, vt sit hic hõ tertius, qñ si ex hoie intellecto, qui dea est, & ex hoie sensibili, fiat unũ congregatũ, continget vt hoc congregatum sit hõ tertius: qui nec erit hõ sensibilis, nec hõ intellectualis. qđ esse falsum probat, qñ vniuersalr vt inquit, omnis natura congregata ex duabus naturis conuenientibus, necesse est, vt sit de natura componentium.

Que Auer. Cõmẽ. 50.

TEX. 49

Amplius aũt & sic manifestũ. Impossibile. n. substantiã ex substantijs esse inexistẽtibus sic ut actu. duo nãq; sic actu nunq̃ sunt unũ actu. Sed si ptãte duo fuerint: erũt unum: ut quod duplum est, ex duobus dimidijs ptãte est. nã actus separat. Quare si substantia unum est, nõ erit ex substantijs inexistentibus.

Octauo argumentat, ꝙ si vr̃ia sint substantiæ separatæ, ex vniuersalibus nõ fiat una substãtia singularis actu, ut Socrates, vel Plato. & syllogismus est. nulla substãtia fit ex actu substantijs. Vniuersalia sunt actu substãtiæ. ergo ex vniuersalibus nõ fit actu substãtia aliqua. quare nec Socrates, nec Plato. de rõne tangit solã maiorẽ, cętera aũt, quia clara sunt, omittit: & dicit { Amplius aũt & sic manifestũ, ꝙ { vniuersalia nõ sunt substantiæ separatæ, qñ tunc ex illis non fieret substantia aliqua actu: & probat ꝓñam, & accipit maiorẽ, & dicit { Impossibile. n. est substantiã }. s. actu { ex substãtijs esse inexistibus sic ut actu } est ergo maior nulla substãtia actu sit ex substãtijs actu exĩstibus. probat hanc maiorẽ, & dicit { duo nãq; sic actu, nunq̃ sunt unũ actu, sed si ptãte duo fuerint: erunt unũ } actu { ut quod } actu } duplũ est, ex duobus dimidijs ptãte est } nõ. n. dimidia actu sunt in duplo, sed potẽtia, veluti partes in cõtinuo. Quòd aũt actu dimidia nõ sint in duplo, ꝓbat, & dicit { quia actus separat } & sic in duplo actu essent, duplũ esset separatũ, & diuisum, & ita nõ esset actu unũ: & continuũ. tunc epilogat maiorẽ, & dicit { quare si substãtia } indiuidua { vnum est } actu: { non erit ex substãtijs inexistentibus } est ergo maior nulla substantia actu exĩs est ex substantijs actu existentibus. cui adde minorẽ, sed vniuersalia sunt substantiæ separatæ actu existentes. Ergo ex vniuersalibus non est substantia actu existens: quod est contra Platonicos.

Et secundũ hunc modũ quidem dicit Democritus recte. Impossibile enim esse ait ex duobus unũ, aut ex uno duo fieri. magnitudines indiuisibiles substãtias facit. Similiter igit manifestũ quia & in numero se habebit, si est numerus cũpositio unitatũ, sicut dicit a quibusdam. aut, n. non unũ dualitas est, aut non est unitas in ipsa actu.

Quam maiorem dixerat, authoritate Democriti confirmat, dicta. n. maior est, ꝙ ex substãtijs in actu sũba actu nõ fit: authoritate Democriti ꝓbat, & dicit { Et ſm hunc modum quidẽ dicit Democritus. recte, ait. n. impossibile esse ex duobus }. s. actu existentibus { esse unũ, aut ex uno } actu { fieri, duo } actu. & ꝓp hoc, ut inqt { magnitudines indiuisibiles substãtias facit } & nõ ob aliud vt Auer. dicit: nisi quia mixtum quod ex his est, non est actu vnum. Democritus ergo supposita sua positiõe, qua ponebat magnitudines indiuisibiles esse rer substantias, recte dixit illas esse in composito sempr in actu: & ita ex eis nõ fieri actu unũ. Ex his infert obiter eorũ errorem, qui dixerunt numerũ esse compositionem vnitatũ, & dicit { Igit manifestum, quia & in numero similr se habebit, si, vt dicit a quibusdã, numerus est compositio vnitatũ. Aut. n. non unum } actu erit { dualitas: aut non est vnitas in ipsa actu } si dualitas est vnum actu. hæc de confirmatione.

Que Auer. cõmẽ. 49.

Habet aũt quod accidit, dubitationẽ. Si enim neq; ex uniuersalibus possibile est esse ullã substantiam: ppea quod quale. non aũt, hoc aliquid significat. nec ex substãtijs actu cõtigit esse ullã compositã substantiã: Incõposita utiq; erit sũba omnis. quare nec rõ utiq; erit ullius substantiæ. At uero uidet' olbus, & dictũ est dimidiũ, aut solius substãtiæ esse terminũ, aut maxime. nũc aũt neq; hmõi. nullius igit erit definitio. An mõ quodam erit, modo aũt quodam non. Manifestum aũt erit, quod dicitur magis in posterioribus. TEX. 50.

Sed contra ea quæ dicta sunt, mouet qõnẽ, & dicit { Habet aũt quod accidit, dubitationẽ } id qđ accidit, est ex uniuersalibus nõ fieri substantias, hoc, ut inqt, habet dubitationem, & mouet dubitationẽ, & dicit { Si. n. neq; ex uniuersalibus possibile est esse ullam substantiã } ut conclusum est { propterea qđ quale, non aũt hoc aliquid significat } & ẽt { neq; ex actu substãtijs contingit esse ullã compositã substantiam } ut etiã probatũ est { incõposita utiq; erit substãtia omnis, quare } ut inquit { nec rõ utiq; erit ullius substantiæ } non. n. põt esse rõ substantiæ, quin sit oratio longa cõposita, & hoc subscribit { at vero uidetur olbus, & dictũ est dudũ, aut solius substãtiæ esse terminũ } hoc est definitionẽ { aut maxime } ac principalr { nunc aũt neq; hmõi } substãtiæ est terminus, vel definitio aliqua cõposita, ideo ut cõcludit { nullius igit erit definitio } soluit & remittit se, & dicit { an mõ quodam erit, mõ aũt quodam nõ erit } substantia ipsa cõposita { manifestum aũt est quod dicit in posterioribus } dicemus enim substantiam esse ex substantijs in potentia: non autem ex substantijs in actu.

Manifestum aũt ex his ipsis qđ euenit & ideas dicẽtibus substãtias & separabiles esse simul, & simul spẽm ex gñe facientibus & differentijs. Si enim spẽs sunt, & animal in homine & equo aut unum & idem numero est, aut alterum. TEX. 51.

Nunc vult ꝓbare ꝙ vr̃ia non sint substãtiæ separatæ, quę dr ideæ. & primo ꝓponit absurdum, quod postea explicabit. & dicit, id { Aũt quod euenit & dicentibus ideas sũbas & separabiles esse simul, & simul facientibus spẽm ex gñe & differentijs, manifestũ est ex his ipsis } quæ statim dicemus. Ad euidentiã uero absurdi ꝓponit diuisionem, & dicit { Si, n. spẽs sunt } quæritur { & animal in hoie & equo aut unũ numero & idẽ est, aut alterũ est } in homine, alterũ in equo. Positus ergo ideis quærit hæc diuisio, an animal vnũ idẽq; numero sit in hoie, & equo, an alter numero sit in altero, atq; altero. Quo uero ad uim absurdit attinet, aiaduerte plura posuisse spẽs, non genera ideas, iõ Arist. enitet, ꝓbare ꝙ qua rõne spẽs ideæ separatæ sunt, eadem rõne & genera.

Ratione nãq; palã, ꝙ unũ sit. rõnem. n. dicẽs, eãdẽ exhibebit in utroq;. ergo si aliqs hõ, ipsum secundum se hoc aliqd & separatũ, necesse & ex quibus, ut aial & bipes, hoc aliqd significare, & esse separabilia & substantias. quare & animal.

Primo declarat, ꝙ qua rōne hō eſt cōis & ſubſtātia ꝑ ſe exñs, eadem rōne, & animal in equo & hoīe. qm̄ qua rōne hō, quia prædicat̃ de pluribus ſm̄ idem numero, & eādē ratione, eſt ſubſtantia cōis, et ſeparata: eadē rōne animal, cum prædicet̃ ſm̄ idem nomen & eādē rōnem de hoīe & equo. Amplius & qua rōne hō, eadem rōne quælibet pars definitionis erit ſubſtantia cōis & ſeparata, & ita animal, & bipes. dicit { Ratione nāq; palā ꝙ } animal in hoīe & equo { unū ſit: rōnē.n. } animalis { dicens eandē exhibebit in utroq; } ſcʒ in hoīe, & equo. quare qua rōne hō eſt cōis & ſeparata ſubſtantia quia noīe & rōne prædicat̃ de pluribus eadē rōne & animal. Concludit concluſionē, & ſimul addit ſecūdā rōnē, & dicit { ergo ſi aliqs hō, ipſum ſm̄ ſe hoc aliqd & ſeparatū } ens eſt, eadē rōne { & } ea { ex qbus } ſua definitio eſt, ſeparata eſſe oportet { ut aīal, & bipes } neceſſe eſt { hoc aliqd ſignificare, & eſſe ſeparabilia & ſubſtātias quare & animal } erit ſubſtātia ſeparata, ſicut hō tum quia prædicatur ſm̄ idē nomen, & eādem rōnē ſicut homo, tum qa eſt pars rōnis hoīs, q̄ eē debet ita ſepata, ſicut hō, q definit̃.

**Siquidē igitur & in equo ſicut tu es in te ipō, quomodo in ſeparatis exiſtentibus unum erit. & quare non & ſine ipſo erit animal hoc.**

Cum deduxiſſet animal eſſe ita in hoīe & equo ſubſtātiā & hoc aliqd, ſicut eſt hō in Socrate & Platone: nunc obijcit contra, qm̄ vel animal eſt in hoīe & equo idē numero, vt qlibet hō eſt in ſeipſo idem numero: aut non idē numero, ſed cōe in utroq;. & dicit { ſiquidē igit̃ & in equo } ſubaudi & hoīe animal eſt { ſicut tu es in te ipſo } et qlibet hō idem numero in ſeipſo eodē numero, quærit quomō in hoīe & equo { ſeparatis exñtibus unū erit } .q.d. hoc eſſe abſurdū: nō.n. pōt unū numero eē in pl'ibus. deinde oñdit ꝙ ſi eſt cōe, erit ita ſuba ſepata ab hoīe & equo, veluti hōa Socrate, & Platone, & dicit { & } ſubaudi. ſi eſt cōe homini et equo { quare nō ſine ipſo } equo & ipſo hoīe { erit aīal hoc } ſeparatū, & cōe, & idea, ut hō, vr̄.n. eadē rōne eſſe dicēdū vtrūq;.

**Deinde ſiquidem participatione bipedis, & multipedis: impoſſibile quoddā accidit. Contraria nāq; ſimul inerūt ipſi uni & eidē. Si aūt non: quis modus erit, qñ dicit quis animal eſſe bipes, aut greſſibile? Sed forte componitur aut copulatur, aut miſcet̃. Verum oīa incōueniētia ſunt.**

Refellit tacitā ſolutionē, poſſet.n. qs dicere animal & bipes eſſe ſubſtantiā ac rōnē hoīs, quatenus aīal eſt ſubiectū participās bipede, uel multipede: ut corpus participat albo, & nigro: & ita ex aīali & bipede fit unū ueluti ex corpore, & albo: & per ꝯñs ſicut nec corpus, nec albū eſt ens ſeparatū: ita nec aīal, nec bipes. & dicit { Deinde ſiquidē participatione bipedis, & multipedis } aīal eſt definitio hoīs, uel eq; hoc eſt per hoc qđ ſubijcit̃ bipedi, & multipedi: cōtrā ſic dicētes { impoſſibile quoddā accidit } qđ ſtatim ſubſcribit, & dicit { contraria nāq; ſimul inerūt ipſi uni & eidē } ut aīali inerunt ſimul bipes, & multipes, ſimul.n. aīal participādo ipō bipede eſt hoīs definitio: & participando ipſo multipede eſt definitio equi, quare ſimul cōtraria eidē ut ſubiecto inerunt. Fortaſſe dices aīal non participare his differētijs, cum ponit̃ in definitione hoīs, & equi. & dicit { ſi aūt non } ſubaudi ſic contrarijs participādo animal eſt definitio hoīs, & equi: obijcit, contra, & dicit { qs modus erit, qñ } qs definiens hoīem { dicit } ipſum { eſſe aīal bipes, aut greſſibile } oportet.n. aīal & bipes eſſe vnū, ideo quærit̃ quis modus erit. quo hęc unū ſint, dat unā rñſionē, & dicit { ſed forte } aīal cum bipede { cōponit̃ } hoc eſt, fit unū compoſitiōe ſicut domus ex lapidibus & lignis { aut copulat̃ } hoc eſt, aut fit unū copulatione ſicut arca cum lignis mediantibus colla & clauibus. { aut miſcet̃ } aut fit vnū mixtione, ut electuariū ex pluribus ſpēbus, vel ut oxymel, cōtra obijcit, & inqt { verum } hæc { oīa ſunt incōuenientia } non.n. videt̃ genus cum differentia facere unū aliquo mō unitatis ſic dictaꝝ. nec ꝓbat Ariſt. qm̄ ꝑ ſe manifeſtum eſt. nā definitio tūc non erit vere una, quia ex pluribus exñtibus in actu non fit vere vnum.

**Sed ſi alterū eſt in unoquoq;, iſinita utiq; erūt, ut eſt conſequens dicere, quorum ſubſtantia eſt animal. non.n. ſecundū accidens eſt animal hō.**

Redit ad primū membrū, & probat, ꝙ aīal eſſe non poſſit alterū atq; alterū. In altero atq; altero. qm̄ tunc erunt infinita ea: quoꝝ animal erit ſubſtātia altera, atq; altera. quoniā cum ſpēs infinitæ ſint, quarū animal alterū atq; alterum eſt, aīal in infinitis erit ſubſtantia altera atq; altera, et dicit { Sed ſi } animal ſit { alterū in unoquoq;, ut eſt ꝯñs dicere } hoc eſt, vt ita dixerim { infinita utiq; erūt, quoꝝ animal eſt ſubſtātia } altera atq; altera dico { ut eſt ꝯñs dicere } qm̄ ſpēs reuera nō ſunt infinitæ, ſed ſunt, ut ita dixerim infinitæ, hoc eſt innumerę, quaꝝ animal eſt ſuba altera atq; altera. Sed dices, aīal non eſſe alterā atq; alterā ſubſtantiam infinitarū ſpecierū, ſed accidens illarū, hoc refellens dicit { non.n. hō animal eſt ſm̄ accidēs } ſed per ſe primo mō. Quo uero ad vim rōnis attinet, animaduerte ꝙ Ariſt. habet pro abſurdo animal eſſe alteram atq; alteram ſubſtantiam in ſpeciebus infinitis, pro tanto quia tunc illæ ſpēs non conuenirēt in una ſubſtantia ſecundum rationem eandem.

**Amplius multa erit ipſum animal. ſuba.n. in unoquoq; animal eſt: non.n. ꝑ aliud dicitur. Si aūt non, ex illo erit homo: & genus ipſius illud.**

Secundo argumētat̃, ſi aīal in altero atq; altero ſit { Amplius multā erit ipm̄ aīal } cuius rōnē affert, & dicit { ſuba enim in unoquoq; aīal eſt } et ꝙ ſit ſuba in unoquoq;, ꝓbat { nō.n. } animal { dicit̃ } alterū in altero { ꝑ aliud } ſed ꝑ ſe, & ſm̄ ſubam. et ꝑꝑea ſubdit { ſi aūt nō } ſubaudi aīal ꝑ aliud dr̄ de hoīe, & đ equo { hō erit ex illo } ut ex ſuba { & genus ipſius } hoīs erit { illud } .ſ. aīal, quare aīal erit altera ſuba atq; altera in altero atq; altero, & ſic ſequit̃, ut ipm̄ aīal ſit multa ſm̄ ſubam. Quod qdē Ariſt. exiſtimat abſurdū.

**Et amplius ideę omnia ex quibus erit homo. igitur non alterius quidem erit idea, alterius uero ſubſtantia. Impoſſibile nāq;, Ipſum igit̃ animal erit unūquodq; eorum: quæ in animalibus.**

Tertio obijcit, & dicit { Et amplius oīa } ſupiora { ex qbus erit hō, ideæ erunt } ſubaudi ſi aīal ſubſtantia ſit altera in altera. qm̄ ſi hō erit idea, animal, qđ ſubſtātia eſt in hoīe, idea erit, & eadē rōne oīa ſuperiora ideæ erunt. tunc concludit contra Platonē oppoſitū eius, qđ dixit, & dicit { igitur non alterius quidē erit idea, alterius uero ſuba } & ſic nō uerum erit dicere ꝙ uniuerſaliū alterum ſit idea, alterum ſuba ſic: ſed oīa erunt ideæ & ſubſtātiæ ſeparatæ: qđ eſt contra Platonicos, qui dixerūt genera eſſe ſubas ſpecieꝝ, ſpēs uero ideas indiuiduorū. & hoc eſſe īpoſſibile ſumit, & dicit { īpoſſibile nāq; } ſubaudi eſt ita dicere, & cōtra eos. tūc concludendo dicit { ipſum igitur animal erit unūquodq; eoꝝ, quæ in animalibus } ſunt, & ſic alterū in altero, & ſubſtantia altera in altera erit: quod eſſe abſurdum probatum eſt.

**Amplius ex quo hoc, & quo modo ex ipſo animali, aut quo modo poſſibile eſt eſſe animal, qui eſt ſubſtantia ipſa præter ipſum animal.**

Quarto obijcit, & dicit, cum hō ſit ex hoc aīali, eſt.n. aīal ſubſtātia altera ī altero { Amplius } q̄rit̃ { ex quo hoc } .i. ex quo tali animali ſit homo, cum.n. plura ſint animalia, qa alterum in altero eſt, ideo quærit̃ ex quo horum hō ſit { & qūo ex ipſo } hoc eſt & qūo ex tali { animali } hō ſit, ueluti ex idea, uel ueluti ex parte ideæ { aut qūo poſſibile eſt eſſe animal } hoīem ipſum { qui eſt ſubſtantia, & idea ipſa ꝑter ipſum aīal } non.n. vr̄ idea ſeparata præter animal ipſum.

Amplius



**Amplius aūt in ſenſibilibus hæc accidunt, & his abſurdiora. Si itaq; impoſſibile ē ſic ſe hēre, palā qa nō eſt idea ipſorū ſic ueluti quidā dicūt.**

Vltimo obijcit, & dicit { Ampli⁹ aūt hæc accidūt } hoc ē tales ideę accidūt { ī } ſingularib⁹ { ſenſibilib⁹ & } accidūt { his } abſurdis adhuc { abſurdiora } ut ē̄t ītellectualiū ſīt ideæ, ut hoīs & eq aīal idea ſit. tūc epilogat, & dicit { ſi itaq; īpoſ'e } eſt { ſic ſe hēre } ea q̄ illata ſunt { palā qa nō ē idea ipſoꝝ } ſingulariū { ſic } hoc eſt eo mō { quo qdā dicūt. }

TEX. 53. **Quoniam uero ſubſtantia altera & totū ipm, & rō eſt: dico aūt, qm̄ illa quidē ſic eſt ſubſtātia cum materia concepta ratio: hæc uero rō oīno: quæcūq; qdē ita dr̄, earū eſt corruptio. Etenim gñatio eſt, rōnis aūt nō eſt ita, ut corrūpat̃. neq; enim gñatio ē. nō.n. ſit domui eē, ſed qđ huic domui: ſed ſine gñatione & corruptiōe ſunt, & nō ſunt. Oñſum eſt.n. qa nullus hæc gñat, nec facit.**

Hic oſtendit, ꝙ ideæ, quæ a Platonicis ponunt̃ non poſſint definiri. Et primo ſumit ꝙ ſubſtātiæ cōpoſitæ ſint corruptibiles, formæ uero, quæ ſunt formales partes ſubſtantiarum cōpoſitaꝝ, non ſint corruptibiles, & ꝑmittens diuiſionem ſubſtantiaꝝ, dicit { Qm̄ uero ſubſtātia altera & totum ipſum } compoſitū eſt, ſubaudi { et } altera { eſt rō } hoc eſt forma: exponit mēbra, & lege ſuſpenſiue { dico aūt qm̄ illa quidē ſic eſt ſubſtantia cū materia concepta ratio } hoc eſt, ꝙ ſic ſubſtantia cōpoſita ex materia & forma { hęc vero ratio oīno } hoc eſt, & pura forma: tunc terminans ſuſpenſionē dicit { quæcunq; quidē } ſubſtantiæ { ita dr̄ } ut rōnes & formæ cōceptę cum materia, hoc eſt ut ſubſtantiæ compoſitę { earū eſt corruptio } cuius cām aſſignat, & inquit { etenim gñatio earum eſt, quare & corruptio { rōnis aūt } & formæ { non eſt ita } ſubſtantia { vt } rō ipſa ac forma { corrumpat̃ } & cām aſſignat, dicit { neq;.n. eſt generatio } ita ut corrumpat̃. Quæ per exēpla exponens dicit { nō.n. ſit domui eſſe } hoc eſt rō, & forma { ſed } ſit id { quod } eſt eſſe { huic domui } hoc eſt domus cōpoſita cum mā ſingulari { Sed } formæ & rōnes { ſunt ſine generatione, & nō ſunt ſine corruptione } qm̄ incipiunt & deſinunt gñatione & corruptione cōpoſitoꝝ, quæ per ſe generant̃ & corrūpunt̃. & cām aſſignat, & dicit { oñſum eſt.n. quia nullus } .ſ. motor efficiens { hæc gñat, nec facit } .ſ. ꝑ ſe, ſed per accñs. Quare patet formas eſſe ꝑ ſe incorruptibiles, ac ingñabiles, et ꝙ nō niſi ꝑ accñs gñent̃, & corrūpant̃.

**Propter hoc aūt & ſubſtantiarū ſenſibiliū ſingulariū nec definitio, nec demōſtratio eſt. qa habent materiā, cuius natura talis eſt, ut contingat & eſſe & nō eſſe. quapropter corruptibilia ſunt oīa ſingularia ipſorū. Si ergo demonſtratio neceſſariorū, & definitio ſciētifica, & nō cōtingit, ſicut nec ſcientiā qñq; ſcientiā, qñq; ignorantiā eſſe, ſed opinio tale qd eſt: ita nec demonſtrationem, nec definitionē, ſed opinio eſt cōtingentis aliter ſe hēre: palam qa non erit utiq; ipſorū nec definitio, nec demōſtratio. nō.n. ſunt manifeſta corrupta ſcientiā hñtibus, & cū a ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rōnibus in anima eiſdē, nec definitio erit amplius, nec demōſtratio. ꝑꝑ quod oportet ad terminū eorū ſtudētē, cum aliquis definiat aliqđ ſingulariū, nō ignorare, qa ſēꝑ auferre eſt. nō itaq; cōtigit definire, neq; itaq; idearū ullā eſt definire, ſingulariū.n. idea, ut dicūt, & ſepabile.**

γὰρ. Enim. Itaq;.

His acceptis, nūc trāſit ad ꝓbandū ꝙ ideaꝝ non ſint definitiones, & primo accipit ꝙ ſingulariū nō ſint definitiones, & dicit { Propter hoc aūt & ſubarū ſenſibiliū ſingularium, nec definitio, nec demrō eſt } & aſſignat cām. & dicit { qa hñt materiā, cuius nā talis eſt, vt } omne compoſitū ex ipſa { cōtingat & eſſe, & nō eſſe } & ꝙ cōpoſita ea mā, contingat eſſe et nō eſſe, ꝓbat, & dicit { quapꝑ corruptibilia ſunt oīa ſingularia ipſoꝝ } cōpoſitoꝝ ex mā. patet ergo ſingulariū nec demrōnē eſſe, nec definitionē. Tunc quaſi epilogando, & clarius rōnē repetendo, iterū ꝓbat ꝙ ſingularium nō ſit definitio, & dicit { ſi ergo demrō, & definitio ſciētifica } eſt { neceſſarioꝝ: & ſicut nō cōtingat ſciam qñq; ſcientiam qñq; ignoratiā eſſe, ſed opinio eſt q̄d tale } cōtingēs eſſe, & nō eſſe { ita nec } cōtingit demrōnem { nec definitionē, } nūc ſcientiā, nunc ignorantiā eſſe { ſed opinio eſt cōtingentis alr̄ ſe hēre } ſi in quā ita fuerit { palā qa non utiq; erit ipſorum } ſingulariū { nec definitio, nec demrō } cām repetit, et dicit { nō.n. } cum { corrupta } ſunt { manifeſta ſūt, ſcientiā } eoꝝ { hñtibus: & } etiā { cum a ſenſu abſceſſerint, ſaluatis rōnibus } & ſpēbus { in aīa eiſdē } & ſeruatis memorijs ipſoꝝ { nō erit nec definitio ampli⁹, nec demrō } cū non ſit manifeſtū an ſint uel ne. ꝑꝑea ꝑcipit oportere, vt qui ſtudet ad terminū hoc eſt ad definitionē eoꝝ ſingulariū, ueluti cū aliqs definierit aliqđ ſingulariū, non ignorare, qa ſemꝑ ſingularia eſt auferre, & ꝙ corrūpi poſſint. tūc cōcludit ꝓpoſitū, & dicit { nō itaq; cōtingit } definire ſingularia. Tunc ꝓbat principale intentū ex his, & rō eſt ſingularium nō eſt definitio, ut ꝓbatū eſt, ideę ſunt ſingulares, ergo idearū nō eſt definitio. de rōne accipit cōcluſionē, & dicit { neq; itaq; ideaꝝ ullā eſt definire } hęc eſt cōcluſio. addit minorē, & dicit { ſingularium enim idea, vt dicunt, & ſeparabile } quare non erit definitio.

TEX. 54. **Neceſſariū uero & nominibus eſſe rōnē. nomen.n. nō faciet, qui definit. erit.n. ignotū. cum uero ponant̃, cōia omnibus ſunt. ergo neceſſe ineſſe & alij hæc. ut ſi quis te definiet, animal dicet greſſibile, aut albū, aut aliquid, quod in alio ſit.**

γάρ. Enim. δέ. Autem. τὰ δὲ κείμενα. Poſita aūt. Cum uero ponantur.

Obijciet quiſpiā contra rōnē factā, ꝙ rō illa hēat locū in ſingularibus mālibus: mō ideæ nō ſunt ſingulares māles: & ideo ideaꝝ pōt eſſe definitio. Cōtra obijcit, et innuit hāc rōnem, Rō quæ cōſtat ex plurib⁹ noībus, cōſtat ex noīb⁹ cōibus: definitio rō eſt, q̄ cōſtat ex pluribus noībus: ergo ꝯſtat ex cōibus noībus. accipit minorē, & dicit { Neceſſariū uero ex noībus eſſe rōnē } eſt ergo minor, ꝙ definitio ſit rō, quæ cōſtat ex noībus pluribus. & ꝙ ita ſit, ꝓbat, & dicit { nomē enim } unū ſolū { nō faciet, q definit } ſed plura noīa aggregat, cuius cām aſſignat, & dicit { erit.n. } illud nomen unū ignotū, ſi ponat̃ ſolū ad definiendū. uel forte ad ipm̄ definitū referē hoc, & ideo lege ſic { erit.n. } definitū ipm̄, cū ꝑ unū tantū nomen definit̃, ignotū. ergo patet minor, ꝙ vʒ definitio rō ſit, q̄ ꝯſtat ex noībus pluribus. tūc accipit maiorē, uel aliqd loco maioris, et dicit { cū uero ponant̃ } plura noīa in definitione { cōia oībus ſunt } eſt ergo maior, ꝙ rō quę cōſtat ex pluribus noībus, cōſtet ex noībus cōibus, nō tm̄ uni, ſed multis, & oībus. ꝑ quæ ſequit̃ ꝙ definitio cōſtet, ex cōibus noībus. & ita inferēdo, dicit { ergo neceſſe eſt ineſſe & alij hęc } nō cōtētus rōne, hæc exponit exēplis, & dicit { ut ſiqs te definiat, aīal dicet greſſibile, aut albū, aut aliqd, qđ in alio ſit } q̄ in te. ex his uult hēre ꝙ nulloꝝ ſingulariū ſit definitio, nec vʒ materialiū, nec īmaterialiū. qm̄ qđ definitur per cōia noīa, non eſt ſingulare, ſed oīa quæ definiunt̃, per communia nomina definiuntur. non ergo ſunt ſingularia.

**Siquis autem dicat nihil prohibere ſeparatim quidē omnia multis: ſimul uero, huic ſoli ineſſe. Primū quidē, quia & ambobus ut animal bipes, animali & bipedi, & hoc quidē in ſempiternis.**

Dat quandam solutionem,& eam refellit,& dicit { Siqs aũt dicat nihil ꝓhibere separatim quidẽ oĩa } quæ ponunt in definitione ideæ cõia esse pluribus { simul uero, huic soli ideæ inesse } veluti dicit. 2. Poster. quælibet pars definitionis se habet in plus q̃ definitũ,& totũ in equo. & sic quælibet pars huius definitionis,quæ est animal bipes, est in plus q̃ idea hoĩs,tota tñ in equo. Cõtra obijcit { primo,quidẽ } ut inquit { qa & ambobus } inest { ut } subaudi ipm { animal bipes } inest { animali & bipedi } mortali { & hoc } idem { quidẽ } animal bipes ĩest ẽt { in sempiternis } & sic ambobus inest,animali bipedi mortali, quod est singularis homo,& animali bipedi immortali,quod est idea hominũ.

Et necesse est esse priora exñtia & partes cõpositi. Amplius & separabilia sunt, si hõ separabilis est. Aut.n.nihil,aut ambo. siquidẽ nihil,nõ erit genus præter spẽs,sin aũt erit, & differẽtia.

Secundo contra eandẽ solutionẽ obijcit, & dicit { Et necesse est esse } subaudi cõia homini corruptibili,& sempiterno { cum sint priora & partes cõpositi } Animal.n. bipes sunt priora ideæ,& partes cõpositi definiti, ergo oportet vt cõpetant non solũ ideæ,sed ẽt homini mortali. Tertio obijcit,& dicit { amplius } animal bipes { sunt & separabilia, si hõ } qui definit { est separabilis } cuius cãm subdit,& dicit,qa cum hæc cõia sint,ut hõ { aut nullũ cõe } est separabile { aut ambo } hoc est aut oĩa,non.n. videt maior rõ de uno cõi,q̃ de altero { siquidem nullum } cõe est separabile { non erit genus preter spẽs,si aũt } omne cõe { erit } separabile { & differentia } videlicet bipes & genus separabilia,quare communia hæc erũt homini mortali & æterno.

δέ. Autem. Enim.

Deinde,quoniam priora sunt secũdum esse. hæc enim non contra auferuntur.

Quarto obijcit, & dicit { Deinde } aĩal bipes cõia sunt homini mortali & æterno { qm̃ ꝯm esse priora sunt } hoĩe, & ꝙ sint priora hoĩe, ꝓbat, & dicit { hæc.n.nõ ꝯtra auferũtur } nõ.n.cõuertit ꝯña: qa licet ablatus aĩa & ipso bipede hõ auferat: ꝯtra nõ fit.ergo sunt cõia hoi mortali,& eterno.

TEX.55. Præterea etiam si ex ideis ideæ sunt. Sunt.n. magis incomposita ea ex quibus.

Quinto obijcit,& dicit { Preterea ẽt si ideę sunt ex ideis } subaudi hõ immortalis erit ex aĩali bipedi,quę est idea simplicior, ꝓbat ꝯñam,& dicit { sunt.n.magis incõposita ea ex quibus } aliqd fit,q̃ illud qđ ex ipsis fit. ergo animal bipes erit simplicius idea,quæ cõponit,& per ꝯñs prius & cõmunius,& competens tam homini mortali q̃ immortali.

Amplius de multis oportebit & illa p̃dicari, ex quibus est idea,ut animal & bipes. Si aũt nõ, quomõ cognoscent. Erit.n.idea quędam,quam impossibile est de pluribus prædicari q̃ de uno. non uidet aũt,sed omnis idea est participabilis.

Quinto obijcit,& dicit { amplius de multis oportebit & illa prædicari ex qbus est idea,ut aĩal & bipes } oportet, vt prædicent de multis,si ex eis est idea.& probat, & dicit { si aũt non } prædicent de multis { quo mõ cognoscent } esse genus & drĩa ideæ.q.d.nulla alia rõne nisi qa sunt cõia. Et assignat cãm,& dicit { erit.n. idea qdã } vȝ animal bipes, { quã impossibile est de pluribus p̃dicari q̃ de uno } & ita aĩal bipes erit idea nõ p̃dicabilis nisi de hoĩe singulari ideali: qđ est contra rõnem ideę,& rei vl'is.& ppea destruit ꝯñs, & dicit { non vr̃ autẽ,sed oĩs idea } est cõis { & participabilis } & tu intelligas ꝙ Aristot. supponit animal bipes esse ideam,si hõ est idea.& ppea infert illud esse cõe pluribus.

Quemadmodũ ergo dictũ est,latet ꝙ impossibile sit definire ĩ sempiternis:maxime uero quęcunq; unica,ut Sol & Luna. Non solũ.n.peccãt addere talia,quibus ablatis adhuc erit Sol,(puta terrã gyrans,aut nocte absconditum:si.n.steterit aut apparuerit,nõ adhuc erit Sol)sed absurdum si non erit. Sol.n.quandã substantiam significat. Amplius quæcũq; in alio contingunt,ut si alter fiat talis,palã quia sol erit. Cõis ergo rõ erit. Sed erit singulariũ sol,ut Cleon aut Socrates.qm̃ pp quid nullus ipsorũ terminũ profert ideæ. Fiet.n. manifestũ tẽtãtibus,qa uerũ est,qđ mõ dcm̃ est.

περὶ γῆν ἰόν. Terrã gyrans. Circa terram uadẽs. νυκτικρυφὴς Noctè absconditũ. Noctè celatum. γάρ. Sed. Enim.

Nunc assignat tertiã rõnẽ principalẽ, qm̃ prima rõ quæ ex corruptione singulariũ ꝓcedit non valet cõtra Platonẽ: nec scđa quæ ꝓcedit ex cõitate partiũ definitionis, nam qñ esset unũ tantum singulare in sua spẽ,cõia sumpta in definitioni nõ conueniũt nisi uni soli. Arist.ergo obijcit tertio principaliter qñ supplendo rõnibus factis,& vult ꝙ quouis mõ singulare definiat ẽt dato ꝙ sit in spẽ unicum, illa definitio peccaret primo qa si daret per accidentalia, daret per talia, quibus ablatis,ipm definitũ maneret,secũdo qa si daret per essentialia. Si sub illa spẽ fieret aliud indiuiduũ,sicut non repugnat rõne formę,tũc illa definitio esset cõis utriq;,& cum nullo illoꝝ conuertibilis.ergo nõ esset cõueniens, qm̃ bona definitio cõpetit definito,non alteri nec actu,nec aptitudine cõpetere põt. dicit { Queadmodũ ergo dictũ est,latet ꝙ impossibile sit definire in sempiternis } & licet lateat,tñ nullũ singulare sempiternum est definibile { maxime uero } latet in his sempiternis singularibus { quęcũq; } in sua spẽ { unica } sunt { ut Sol et Luna } deinde oñdit,ꝙ hęc singularia definiri nõ possint ꝑ accñtalia,et dicit { nõ solũ.n.peccãt } qui definiũt talia singularia { addere talia } accidẽtalia { qbus ablatis adhuc erit Sol } & lege suspẽsiue vsq; ibi { amplius quæcũq; } Interponit.n.ꝑ parenthesin, quæ sint definitiones de Sole,quæ ꝑ accidẽtalia dant,& dicit { puta } si quis dixerit Solẽ esse περὶ γῆν ἰόν .i.corpus circa terrã proficiscens.aut νυκτικρυφὴς, hoc est nocte celatũ. Quòd autẽ hæ definitiones nullę sint, ꝓbat,& dicit { si.n.Sol steterit } vt ꝯm ueritatem aliqñ stetit, ut sancti uiri testati sunt { aut apparuerit } de die ut reuera apparet { nõ adhuc erit Sol } Cessante.n. definitiõe cessat definitũ.hoc ꝯñs destruit,& dicit { sed absurdũ } est { si non erit } Sol { Sol.n.quandam substantiã significat } quæ nõ aufert,illis ablatis.deinde terminans suspensionẽ ꝓbat,ꝙ nec ꝑ essentialia põt Sol definiri,et dicit { amplius } peccãt.addere essentialia { quęcũq; in alio cõtingunt } Quod exponit & dicit { vt si alter } Sol { fiat talis } qualis est Sol,qui nũc est,est.n. possibile rõne formæ,& aptitudine,defectu.n.materiæ nõ fit. Si inquã alter Sol talis fiat { palã,qa Sol erit } sicut qui nũc est { ergo rõ erit cõis } Soli qui nũc est, & illi, quæ ponit de nouo factus { erit.n.Sol singularium } tunc { Sol } qui nũc est,uel ille,qui de nouo ponit { vt Cleon & Socrates } quare aptitudine definitio hæc per essentialia data,pluribus cõpetit,& non illi soli. Quòd aũt talia sempiterna singularia non definiantur, ꝓbat,quia nullus unq; tentauit illa definire,& dicit dico talia sempiterna singularia non definiri { quoniã } dic mihi { propter qd nullus ipsoꝝ } Platonicoꝝ { ꝓfert ideæ terminũ } .i.definitionẽ: dat cãm, & dicit { Fiet.n.manifestum tentantibus } definire hęc sempiterna { quia uerũ est, quod mõ dictũ est } hoc est,qa uerum est ipsa nec per accidentalia,nec ꝑ essentialia definiri pñt:& ideo nullus tẽtauit.

TEX.56. Manifestum est aũt, ꝙ & substãtiarũ quæ existimatæ sunt,plurimæ ꝑtãte sint: ut ipse partes animaliũ.nulla.n.ipsarũ separata est.Sed qñ separatæ fuerint,tũc omnes ut materia sunt:terra, ignis,& aer.nihil.n.ex ipis unũ est,nisi ut cumulus anteq; digerant.& ex ipsis aliquid unũ fiat.

His



His contra Platonem disputatis,eam nũc dubitationem disputat,quã superius insolutã omisit, quo mõ vȝ substãtia ex partibus componat. Demonstrauit.n. nullã substantiam fieri posse ex partibus actu exñtibus,nec ex passionibus. & breuiter declarat ꝙ partes ex qbus substantiæ componunt, sint substantiæ ꝑtãte exñtes. & dicit { Manifestũ est aũt, ꝙ & substantiaꝝ,quæ existimatæ sunt } quales sunt substantiæ sensibiles { plurimæ ꝑtãte sint: vt ipse partes aĩalium } Quod probat,& dicit { nulla.n.ipsaꝝ separata est } subaudi altera ab altera { sed qñ separatæ } inuicẽ { fuerint, tunc omnes vt materia sunt } qm̃ sunt in potentia ad formã totius:dico oẽs esse in potẽtia { vt } sunt { terra,ignis et aer } & subaudi aqua: ꝙ aũt cum hæ separatæ sint,vt materia in potentia ad formã totius sint, ꝓbat,& dicit { nihil.n.ex ipsis vnum est } postq; sunt separata { nisi ut cumulus } & non unum ꝑ se:dico nihil ex his unum esse { anteq̃ digerant } & alterent { & } anteq; { ex ipsis } alteratis { unum fiat } patet ergo partes has in toto esse ꝑtãte: vt proposuit probare.

Maxime autem utiq; aliquis animatorũ partes suspicabitur, & eas, quæ animæ propinquæ ambas fieri entes,& actu & potentia. propterea ꝙ habent principia motus ab aliquo in iuncturis. propter quod quędam animalia separata viuunt. Sed tamen potentiã omnia erunt,quando vnum fuerit, & continuum natura. non autem ui,aut copulatione.tale enim orbatio est.

ἐν ταῖς καμπαῖς. In iũcturis. In deflexionibus. πήρωσις. Orbatio: Læsio. Læsum.

Sed mouet contra dicta dubitationẽ, vñr.n.ꝙ quædam partes in cõposito sint actu simul & potentia: ut partes animalium anulosoꝝ,atq; insectoꝝ,quia separatæ uiuunt.dicit { Maxime aũt utiq; aliqs animatoꝝ partes suspicabitur & eas,quæ animæ ꝓpinq; sunt,ambas fieri & actu entes & potentia } entes,dico quæ animæ ꝓpinquæ sunt,vȝ quãdo nõ diuidunt membra pricipalia, in aĩalibus ipsis annulosis. hę.n.vñr actu ꝓpterea ꝙ hñt principia motus ab aliquo } superiori mẽbro { in iuncturis } cuius signum affert,& dicit { propter qđ quædam aĩalia separata uiuunt } & hoc pro tanto qa partes actu erant in toto. Rñdet,&.q.d.licet ita sit { sed tñ potentia oẽs tales partes erunt, qñ } animal { vnũ fuerit,& continuũ natura } dico natura { non autẽ si fuerit vnum ui aut copulatione } Si.n.partes vi aut copulatione fuerint colligatæ { tale } vnum { erit læsum } veluti accidit post vulnera neruoꝝ, q post copulationẽ remanẽt læsi.

TEX.57. Quoniam vero vnum dicitur sicut & ens, & substantia vnius vna, & quorum vna numero, vnum numero:palam quia nec vnũ nec ens cõtingit substãtiam esse rerũ, sicut elemento esse, aut principio. Sed quærimus quidem principiũ vt ad notius reducamus. Magis igitur substãtia est ens,& vnũ, q̃ principiũ, & elementũ,& cã.

Plato non solum spẽs ideas fecit, sed vnius & entis dixit esse ideas.& ita dixit unũ & ens ita esse rerũ substãtias, sicut rõ principij & elementi est rerũ subã. probat ergo Arist. ꝙ vnũ & ens non sint ita ideæ,ac rerũ subæ,vt rõ elementi & principij est rerũ substantia. & primo ꝓponit hoc, & dicit { Quoniam vero unum dicit sicut & ens, & } qm̃ { suba vnius } rei est { una,& } qm̃ { quoꝝ } substãtia est { una numero } ea est { vna numero:palã quia nec unũ, nec ens contingit subam esse reꝝ } eo mõ { sicut esse } hoc est sicut ratio elementi,aut rõ principij est substantia reꝝ.ecce ꝙ ꝓponit contra Platonẽ unum & ens nõ esse ideaꝝ eorũ quorum sunt:quæ ideæ sunt rõnes elementi & principij. Sed dices non ne elementũ & principiũ quærimus & certum est ꝙ sic,mõ non vñr hæc quæri nisi ut sint reꝝ subæ,& ideæ. Rñdet & dicit { sed quærimus quidem principium } & elementum,non ꝙ sint ideæ & rõnes rerum { sed vt } ipsum principiũ { reducamus ad notius } ita vt per ipm sciamus res,quarũ est principium. Infert tñ,ꝙ dato ꝙ ens & unum sint rerũ substantiæ,& principiũ & elementũ etiam rerum substantiæ:magis ens & unũ sunt reꝝ substantiæ q̃ elementum principiũ & cã.& dicit { magis igit horum } quæ sunt { substantia est ens & unũ,q̃ principiũ & elementũ & cã } quia principiũ elementũ & cãm dicunt respectũ.ens & unũ non dicũt respectũ,abstrahũt.n.ab absoluto & respectiuo.

Verum nec hæc: siquidem neq; aliud quicq; cõe substantia sit.nulli.n.substãtia inest,nisi sibi ipsi,& ei,quod ipsum habet,cuius eæ substãtia.

Cum dixisset,ꝙ magis ens & unũ vident rerum substantiæ,q̃ principiũ & elementũ & cã:ostendit ꝙ licet magis uideant substãtiæ:tñ,non sunt subæ,& hoc proponit,& dicit { verũ nec hæc } .s.ens & unũ sunt reꝝ substãtiæ:licet magis videant.probat hoc pacto,nulla suba est cõis pluribus, ens & unum sunt pluribus cõia.non ergo sunt subæ,& dicit { siquidẽ neq; aliud quicq; cõe substantia sit } est ergo maior,nulla substantia est cõis pluribus. probat hanc, & dicit { nulli enim substantia inest,nisi sibi ipsi,& ei, quod ipsam habet } hoc est { cuius est substantia. }

Amplius ipm vnum pluribus in locis simul non erit. Comune aũt ipsum multis in locis est simul. quare palam,quia nullum uniuersalium existit præter singularia seorsum.

Adhuc argumentat:& dicit { Amplius ipm unũ } subaudi si est substantia { pluribus in locis simul nõ erit } Substantia.n.cum sit ꝓpria una tm̃,non põt esse pluribus in locis:queadmodum nec illud,cuius est ꝓpria est in pluribus locis { Cõmune aũt ipm multis in locis est simul } tunc cõcludendo dicit { quare palã,quia nullũ uniuersalium existit præter singularia seorsum } cuius contrarium Plato posuit.

Sed species dicentes, partim quidem dicunt recte separantes eas,siquidẽ substantiæ sint. partim aũt non recte.qa vnã in multis spẽm dicunt. TEX.58.

Nunc discurrit circa Platonicoꝝ opinionẽ & dicit { Sed spẽs dicentes,partim quidẽ recte dicunt,separantes eas,siquidem substãtiæ sint } nam de rõne substãtiæ est præexistere seorsum,cum suba,vt Auer.inquit id sit, qđ in subiecto nõ est,præterea de rõne ideæ est,ut sit separata a singularibus, quoꝝ est idea.ergo quantũ ad hoc qđ ponunt spẽs esse reꝝ subas,recte dixerunt illas esse separatas { partim aũt nõ recte,quia unã in multis spẽm dicunt } videtur.n.implicari ꝙ species sit separata,& sit in multis singularibus.

Quę Auer. cõmen.58.

Causa uero,quia non possunt reddere quænam sint tales substãtiæ incorruptibiles,quę prẽter singularia & sensibilia sunt. faciũt igit ipsas specie easdem corruptibilibus, αὐτοάνθρωπον, ipsum hominem, αὐτοίππον ipsum equum. Hæc enim cognoscimus addentes sensibilibus uerbum αὐτὸ ipsum.

Cur vero eas separatas fecerint,& eiusdẽ rõnis cum corruptibilibus,quoꝝ spẽs sunt,exponit,& dicit { Causa uero: quia non pñt reddere quænã sint tales substãtiæ incorruptibiles,quæ p̃ter singularia & sensibilia sunt, faciũt igit } pp hoc { ipsas spẽ } & rõne { easdẽ } rebus { corruptibilib⁹ } quaꝝ sunt. faciunt dico has vȝ αὐτοάνθρωπον hoc est ipsum hoiem, αὐτοίππον hoc est ipsum equum, & affert cãm cur addant verbum αὐτὸ ipsum,& dicit { hæc enim } separata cognoscimus ac a sensibilibus discernimus addentes uerbum αὐτὸ ipsum. & sic Plato uoluit substantias separatas esse eiusdem spẽi cum istis sensibilibus, propterea quia non

possunt reddi quæ sint,nisi per hæc sensibilia.Differre tamē in hoc tantum, quia illis separatis addebant hāc dictionem αὐτό ipsum ad designandū separationē in illis, ut hō separatus dicatur ipse homo,& equus separatus,ipse equus.

Veluti quāuis astra non uideremus,non minus, ut existimo, substantiæ sempiternæ essent præter eas,quas nos uidemus. Quare & nūc et si non habemus quænam sint.esse tamē aliquas fortasse necesse est.ꝙ igitur eorum quæ uniuersaliter dicuntur nullū substantia sit,nec ulla substantia sit ex substantijs,manifestum est.

Quæ dixit de opinione Platonis probat per quendā casum similem,& dicit { Veluti quāuis astra non uideremus, non minus,ut existimo } astra { essent substantiæ sempiternæ præter eas } sensibilis substātias { quas nos videmus } tunc redit ad propositum,& dicit { quare et nunc } de substantijs separatis { etsi non habemus quænā sint, esse tamē aliquas } vt Deū & intelligentias { fortasse necesse est } dico fortasse,quousq; per rōnes declarentur.Epilogat & dicit { ꝙ igitur eorū,quæ uniuersaliter dicunē nullum substātia sit,nec ulla substantia ex substātijs actu sit,manifestū est. }

TEX.59. Quid aūt & quale quid oporteat dicere substantiam, rursus aliud quasi principium facientes dicamus.

Cum de dixisset de substantia ac qđ quid erat esse logice,nunc vult dicere de substantia, & quod qd erat esse ꝫm rem & magis metaphysice, & proponit primo ꝓponit intentionem,& dicit { Quid aūt,& quale quid oporteat dicere substātiā } & quod qd erat esse { rursus aliud quasi principium facientes dicamus } dico quasi aliud principium facientes,quia nunc de substantia ipsa,ac ipso quod quid erat eē,magis dicemus metaphysice,qm̄ dictū est de ipō logice.

Quod ergo substantia,principium & cā quędam sit,hinc procedendum.

Proposita intentione,nunc prosequitur:& primo proponit conclusionē,quā intendit, & dicit { Quod ergo substantia,principiū,& causa quædā sit, hinc procedendum } quæ statim afferemus.& intelligit substantiā & quod quid erat esse,principiū esse eorum accidentiū,quę per se subiecto insunt,ꝓponit ergo ꝓbare ipsum qđ quid erat esse ac substātiam esse principium & causam eorum accidentium, quæ subiecto qui se insunt.

Quæritur autem ipsum propter quid semper sic,propter quid aliud alteri cuidam inest. Nam quærere propter quid musicus homo, musicus homo est,aut est quod dictum est,quærere propter quid homo musicus est,aut aliud. Id igitur quod est,propter quid ipsum est ipsum,nihil est quærere.

Proposuit probare,ꝙ quod quid erat esse, & substantia sit principiū & causa eoꝝ quæ alteri per se insunt.nunc exequitur,& primo declarat,quid quærit:cum quærit propter quid,& dicit { quærit autem ipm̄ propter quid semꝑ sic } videlicet { propter qd aliud alteri cuidā insit } vt ꝓpter qd eclipsari lunæ nunc insit,vel ꝓpter quid tonat, exponit,qđ dixit,& dicit { nam quærere ꝓpter quid musicus hō,musicus hō est,aut est qđ dictum est querere } videlicet { propter quid hō musicus est hō musicus } hoc est ꝓpter quid hoc totum est hoc totū { aut est } quærere { aliud } hoc est aut est quærere aliud cur alteri inest, vt cur homini musicū insit.destruit primū,& dicit { id igitur quod est ꝓpter quid ipsum est ipsum } vt propter quid ipsum totū sit ipsum totum { nihil est quærere. }

Oportet enim ipsum quia, & ipsum esse,esse manifesta entia.dico autē, ut quia luna patitur eclipsin. Ipsius autem,quia ipsum.una est ratio, & una causa in omnibus propter quid homo est homo,aut musicus,musicus. nisi quis dicat quia ad seipsum unūquodq; indiuisibile est.hoc autē erat unum esse. Sed hoc commune de omnibus est, & breue.

Nunc probat,quod quærere propter quid ipsum est ipm̄ nihil sit quærere.& dicit { Oportet.n.ipsum qa,& ipm̄ esse manifesta entia esse } qō.n.quia est,etsi est, oībus alijs supponitur.qō.n.si est supponit ante qōnem quid est, & quæstio qa est,supponit ante qōnem propter qd est { dico autē vt quia luna patit eclipsim } oportet esse manifestū an quęstionem propter qd,aliter qō esset nulla. est ergo vis rōnis, propter qd ipsum est ipm̄ nihil est quærere, quia ipsum esse ipsum est per se notū.Sed dices,licet ipm̄ esse ipsum sit ꝑ se notum,tn̄ propter qd ipm̄ sit ipsum non est per se notū,ut licet lunā pati eclipsim sit ꝑ se notum: non tn̄ est notum ꝑꝑ quid luna patit eclipsim.Obijcit contra hoc,& dicit { ipsius aūt quia ipm̄ } est ipsum { vna est rō & una cā in oībus } cum ea,quæ est { propter qd hō est hō,& musicus est musicus } & cum quærere ꝓpter quid hō est hō nihil sit quærere,igit nihil est quærere ꝓpter quid ipm̄ est ipsum. Quo vero ad vim rōnis attinet,animaduerte, ꝙ qa est, & ꝓpter quid est idē sunt in re incōplexa: idem.n. est quia hō est, & hoīem esse ꝓpterea quia hō est.In complexis uero differūt, non.n.est idem lunā eclipsari,& propter qd luna eclipsatur. & ꝓpterea bene dixit Arist.qđ quærere ꝓpter quid ipsum est ipsum nihil est quærere, qm̄ supponit, cum sit idem qđ esse,qđ supponitur in omni qōne. Sed dicet quispiā ꝙ dari possit cā, propter qd ipsum sit ipm̄, & est quia unūquodq; est ad se ipm̄ indiuisibile,qđ est esse idem sibi & unum. vn̄ dicit,nisi qs dicat { quia unūquodq; ad se ipsum indiuisibile est,hoc aūt erat unum esse } & sic pōt dari cā, cur aliqd est ipsum v; quia est unū indiuisibile ad se ipm̄. Cōtra obijcit, & dicit { sed hoc cōe de oībus est } hoc est, sed hæc cā est cōis omnibus,& nō ꝓpria, tam.n.cōpositis q̄ simplicibus, tam per se entibus q̄ per accn̄s entibus cōpetit,unūquodq; enim eo modo,quo est,indiuisibile est, & unum. Præterea hoc est { breue } & friuolum ac leue dicere: quoniam quilibet talem causam poterit reddere.

Quærit itaq; propter quid homo est animal tale:hoc aūt palam,quia non quærit propter qd qui est homo,est homo, aliquid ergo de aliquo quærit,propter quid est. Quod autē sit, oportet manifestum esse. Nam si non ita est,nihil quęrit,ut propter quid tonitat, quia fit sonitus in nubibus:aliud enim sic de aliquo est, quod quæritur. & propter quid hęc,puta lateres, & lapides domus sunt.

δέ. Autem. δή. Itaq;.

Cum probasset ꝙ quærere propter quid ipsum est ipm̄, nihil sic quærere,nūc concludit,quid quærit per qōnem factam per ꝓpter quid,& dicit { quærit itaq; propter qd hō est animal tale } v; disciplinæ capax,subaudi qui quęrit ꝓpter quid de hoīe { hoc aūt palam,qa non quęrit ꝓpter qd, qui hō est,homo est } ille qui quærit ꝓpter quid homo est animal tale { aliquid ergo de aliquo quærit } ipsum { propter quid est } ut quæsitū ꝓpter quid insit cōcesso { Quòd aūt sit } hoc est hoīem esse animal tale { oportet manifestū esse } cuius cām affert,& dicit { nam si non ita est } quęrēs propter quid { nihil quærit } non enim pōt quæri propter quid de eo, quod non est, exemplo exponit, & dicit { vt propter quid tonitat } respōdetur qa fit sonitus in nubibus, & hæc



& hæc responsio est per formalem cām,& est aliud ab eo, quod supponitur,quod probat, & dicit { aliud enim sic de aliquo est,quod quæritur } subaudi ab eo qđ supponitur, affert secundum exemplum,& dicit { & propter quid hæc puta lateres & lapides domus sunt } responsio est, ut ꝓhibeant nos a caloribus & frigoribus.vbi etiā patet aliud supponi,& aliud quæri. Ex his colligitur ꝙ quærere ꝓpter qd, est,quære propter quid aliud inest alteri.

Palam igitur quoniā quærit causam.hoc autem,ut sit dicere logice,erat quod quid erat esse: quod quibusdam quidem est cuius causa.vt forsan in domo,aut lecto. In quibusdā uero: quod mouit primum.nam & hoc ipsum causa est, sed talis quidem causa in fieri quæritur, & corrumpi. Altera uero,& inesse.

Ex his propositum concludit,& syllogizat,propter quid quærit causam.propter quid,ut logice loquar, est substātia & qđ quid erat esse,ergo substātia & qđ quid erat esse quęrit & est cā quare alterū alteri inest.dicit { Palam igit quoniam } propter quid ipsum { quærit cām,hoc aūt } .s. propter quid est ipsum { ut logice sit dicere, est quod quid erat esse } ergo qđ quid erat esse est cā,non tn̄ omnibus eodem modo.qm̄ { quibusdam est cuius cā } .s.finalis cā { ut forsan in domo & lecto } cum quærit propter quid lapides & ligna sunt domus { in quibusdā uero } est cā effectrix,quæ est illud { quod mouit primum.nam & hoc ipsum cā est } addit tn̄ quandam differentiā inter finem & agentē, & dicit { sed talis quidem causa } quæ agens est { quęrit in fieri & corrumpi. Altera vero { quæritur in fieri & corrumpi, { & inesse } quoniam concidit cum forma, quæ quæritur in re existente.

ἀλλὰ μή. Necq;. Sed non. Et non.

Latet autem maxime quod quæritur in his, quæ non de alijs dicuntur.ut homo quid est quęritur,propterea ꝙ simpliciter dicitur, & non definitur,quia hoc aut hoc.

Mouet hic dubitationem,& dicit { Latet autem maxime quod quæritur in his,quæ non de alijs dicunt } utrum uidelicet quid est sit propter quid est { vt } cum { quęrit qd est homo } latet dico in his propterea ꝙ simplr̄ dicitur, & non definitur } homo est { hoc aut hoc } Quare in talibus latet quo mō quid est sit propter quid:& si latet hoc, etiā latebit in talibus quo mō quod quid erat esse sit cā & principium. unde dubitatio est,quid est, non est cā, & principium quod quid erat esse est quid est.ergo quod quid erat esse, non est causa & principium.

TEX.60 Sed oportet corrigentes quærere, si aūt non: commune eius quod est nihil quærere, & eius quod est quærere aliquid,fit. Quoniam uero oportet habere,& existere ipsum esse,palā quia quærit materiā,propter quid est,ut domus hæc propter quid est,quia hæc existūt, quod erat domui esse,& homo hoc,& corpus hoc tale habēs. quare causa quæritur materiæ. hoc autē est species,qua aliquid est,hæc aūt substantia est.

Respondet,& vult qđ quid est sit quod quid erat esse & substantia,& sit cā:& propter quid.est qđ quid erat esse,& substantia respectu rei,quæ definitur,est cā & propter quid respectu eorum,quæ insunt definitæ rei.vn̄ dicit { sed oportet corrigentes } hoc est mutātes qōnē ad accidentia { quęrere } propter quid.& supponere definito. Inesse talia accidentia,quorum quærit propter quid.Quòd aūt oporteat in qōne propter qd de accidentibus,supponere accidentia inesse rei,quæ definit:probat,& dicit { si aūt non } supponit accidentia inesse rei:quæ definitur { fiet cōe eius qđ est nihil quærere,& eius qđ est quærere aliquid } hoc est.Si non supponat accidentia inesse,nulla differentia erit inter quærere ꝓpter quid inest,& nihil quærere.Immo hoc non supposito,nihil erit quærere.declarat qđ dixerat,& dicit { quoniā uero oportet } præ { habere,& existere ipm̄ esse } ut ꝙ lateres,& lapides sint domus { palam quia } hoc supposito { quærit materiā } hoc est lapides & lateres { propter qd est } domus { vt } propter quid { hæc } videlicet lateres & lapides { est domus } in hac.n.qōne supponitur hęc esse domum & rn̄detur { quia hęc existūt,qđ erat domui esse } hoc est rn̄detur quia hæc sunt propter illud,qđ erat domui esse,ratio,& finis,& qđ quid erat esse { & } amplius cum quæritur ꝓpter quid hō est hoc,supponit { & hō esse hoc } & iterum cum quærit,propter qd corpus est hoc tale hn̄s, supponit { ꝙ corpus sit hoc tale hn̄s } tunc concludit, & dicit { quare cā quæritur materiæ } quæ est forma, uel finis, & quod quid erat esse { hoc aūt est spēs,qua aliquid est,hęc autem substātia est } patet igitur quid est esse quod qd erat esse & substantiam respectu rei:quæ definitur,& ꝓpter qd & causa respectu eorum,accidentium,quæ insunt rei definitæ.& sic soluta est dubitatio.

Palam igitur quoniam in simplicibus non est aliqua questio,nec doctio,sed alter modus quęstionis talium.

διδαξις. Doctio. Doctrina.

Ex his quæ dixit,infert corollarium,& dicit { Palam igitur,qm̄ in simplicibus non est aliqua qō, nec doctio,sed est alter modus qōnis talium } simpliciū. & per { simplicia } Expositor,substantias separatas intelligit, in illis.n. non est aliqua qō,quoniam omnis qō est causæ. At in illis non est ratio uera causæ,propterea nō est vera rō opinionis. Sed si ibi est,tn̄ est alter modus,qm̄ ibi est scientia ac doctio ꝑ effectus,qm̄ non sunt causæ & propter qd, aut per { simplicia } intelligit,incōplexa:in talibus.n.non est aliqua qō sc; propter qd,nec doctio,hoc est doctrina demonstratiua,sed si est,ibi erit qō si est,et quid est,non aūt quæstio ꝓpter qd: quæ quærit causam cur hoc huic inest.

Quoniam uero compositum ex aliquo sic est, ut unum sit omne,sed non ut cumulus,sed ut syllaba:& syllaba non est elementa, neq; idē quod B & A, nec caro idem,quod & ignis & terra. (Dissolutis enim,hæc quidem nō amplius sunt, ut caro,& syllaba, Elementa uero sunt, ignis & terra:)syllaba profecto est non solum elementa, uocalis,& consonans,sed & alterum aliquid, & caro non solum ignis & terra,aut calidum & frigidum,sed & alterum aliquid.

ἄρα. Ergo. Profecto.

Cum conclusum sit,quod ipsum quod quid erat esse sit causa & principium, vult nunc declarare cuius sit causa, & principiū,& declarabit,ꝙ est cā & pricipiū partiū māliū,& qđ qd erat esse totius cōpositi, & declarādo hoc p̄mittit distinctionem,ꝙ totū est duplex, alterum qđ est unum simpliciter,ut caro & syllaba. Alterum est vnum ꝫm quid,vt cumulus.Secundo accipit,ꝙ hæc tota differant,nam totum quod est simpliciter unum: vltra partes materiales addit aliquid,quod est cā unitatis per se talium partium:totum uero quod est ꝫm quid vnum: nihil addit, vltra partes materiales,cum tale totum non sit vere & simpliciter unū. De prima parte dicit { quoniam uero, compositum } siue totum { ex aliquo sic est,ut omne } hoc est { vt } totum aggregatum ex partibus materialibus { sit vnum } vere & simplr̄, & per hæc innuit primum membrū:quod est totum uere et simplr̄ unum,deinde innuit ꝫm membrū, & dicit { sed non vt cumulus } qui est totum non simplr̄ & vere unū { sed vt syllaba } quæ est totum simpliciter & vere vnum. hæc

de distinctione. deinde tangit differentiam inter hæc, & dicit ⁊ & syllaba ⁊ quod est totum artificialiter factum ex literis tanquã ex partibus materialibus ⁊ non est elementa ⁊ præcise, & nihil aliud: hoc est ⁊ neq; est idem quod B & A ⁊ præcise ⁊ nec caro ⁊ quod est totum per se, & simplr unum naturaliter factum ⁊ est idem quod & ignis & terra ⁊ .ꝑbat & loquitur suspensiue: & dicit ⁊ dissolutis enim ⁊ .s. partibus materialibus ⁊ hæc quidem non amplius sunt, ut caro & syllaba, elemẽta vero sunt, ignis ⁊ videlicet ⁊ & terra ⁊ cum inquam ita sit ⁊ syllaba profecto est non solũ elementa ⁊ videlicet ⁊ vocalis & consonans, sed & alterũ aliquid, & caro non solum ignis & terra, aut calidum & frigidũ, sed & alterum aliquid ⁊ patet ergo differentia. unde ratio Arist. hæc est, ea differunt, quorum alterum remanet, alterum vero non remanet, at manentibus elemẽtis caro non remanet, & manentibus literis non manet syllaba: ergo caro est aliquid præter elementa, & syllaba aliquid præter literas. per quæ patet differẽtia inter compositum quod est simpliciter vnum, & compositum, quod nõ est simplr vnum. Totum enim simpliciter unum est aliquid præter partes materiales totum uero quod est unum ſm quid, nihil est præter partes materiales. Que uero ad verba attinet, per ⁊ syllabam ⁊ intellexit exemplum in omnibus artificialiter factis, quibus ineſt simpliciter unitas per ⁊ carnem ⁊ uere intelligit exemplum, in omnibus naturaliter genitis, quibus etiã ineſt simpliciter vnitas.

*Si igitur necesse est illud, aut elementum aut ex elementis erit. Si quidem elementum est, iterum eadẽ ratio erit. Ex hoc enim & igne & terra erit caro. & adhuc ex alio. quare in infinitum ibit. Sin autem ex elemento, palam quia non ex uno, sed pluribus, aut illud ipsum elementum erit. quare rursum in hoc eandem dicemus rationem, sicut in carne & syllaba.*

Vocat. Esse. Erit. Esse oportet.

Mouet dubitationẽ pro inuestigatione ueritatis, dictũ est enim, ꝙ quando totum est simplr unum: est aliquid præter partes materiales. Nunc quærit quid est illud, quod est præter partes elementarias ac materiales, & dicit ⁊ Si igitur necesse est illud ⁊ .s. quod totum simplr unum sit aliquid præter partes materiales, quæritur quid est illud superadditum partibus materialibus, ac elementis ⁊ aut tale superadditum est ⁊ elementum, aut erit ⁊ mixtum ac compositum ⁊ ex elementis ⁊ ꝙ non sit elementũ, probat, & dicit ⁊ si quidẽ elementum, iterum eadẽ ratio erit ⁊ vt ex illo cum cæteris partibus fiat unum simplr mixtum ⁊ ex hoc. n. & ⁊ igne & terra erit caro ⁊ & adhuc ex alio ⁊ aliud ⁊ quare in infinitum ibit ⁊ non ergo illud additum est elementũ. Quòd nõ sit ex elemento, ꝓbat, & dicit ⁊ sin aũt ex elemẽto, palã qm̃ nõ ex uno, sed ex plr̃b'. aut si ⁊ est ex uno elemẽto tm̃ ⁊ illud ⁊ mixtũ ⁊ erit ipm̃ ⁊ elemẽtũ ex quo solo est. ut si glacies nõ est, nisi ex aqua, glacies nõ est nisi aqua ⁊ quare ⁊ ut inqt, si tale mixtũ non erit nisi elemẽtũ vꝫ aqua uel ignis ⁊ in hoc eandẽ rationem dicemus, sicut, in carne & syllaba ⁊ dicta est, vꝫ ꝙ ex isto, & ex aliis fiet caro, uel tale quid. & ibitur in infinitum, vt prius. Tacuit aũt probare, ꝙ tale additum partibus materialibus non sit mixtum. quoniam est per se notum tale additum non esse mixtum. Sic enim non esset additum.

*Videbitur autẽ utiq; esse aliquid hoc, & non elemẽtum: & causa essendi, hoc quidẽ carnem, hoc uero syllabam: similiter autem & aliis. Sed substantia quidem hoc est uniuscuiusq;. Hoc. n. est causa prima essendi.*

Soluit, & primo dat solutionem, deinde & exponit solutionem, de prima parte dicit ⁊ Videbitur aũt utiq; hoc ⁊ .s. quod superadditur partibus materialibus ⁊ esse aliquid ⁊ et exponit, quod non, & quid sic, & dicit ⁊ & non ⁊ videt esse elementum ⁊ & causa ⁊ .s. materialis ⁊ essendi, hoc quidem carnem, hoc uero syllabã. Similiter autem & in aliis ⁊ hoc enim non erit elementum & materialis causa essendi. deinde exponit, quid est, & dicit ⁊ sed hoc quidem ⁊ superadditum ⁊ est substãtia ⁊ & forma, & qd' quid erat esse ⁊ uniuscuiusq; ⁊ cuius rationem assignat, & dicit ⁊ hoc enim est prima causa essendi ⁊ & sic est forma. Sic igitur superadditum partibus materialibus, & elementis est substantia, quare totum quod est simpliciter vnum, superaddit elementis, ac partibus materialibus, substantiam.

γὰρ. Enim. δὲ. Autem.

*Quoniam uero quædam rerum, non substantiæ sunt, sed substantiæ quæ secũdum naturam, & quæ constant natura: uidebitur utiq; quibusdam & hæc natura substantia, quæ est non elementum, sed principium. Elementum enim est in quod diuiditur inexistens, ut in materiã: quale est syllabæ A ipsum & B.*

Nunc exponit solutionem, & vult ꝙ illud additũ sit non elementum, substantiarum compositarũ sed & principium, hoc est forma, & quod quid erat esse. & dicit ⁊ quoniam vero quædam rerũ non sunt substantiæ ⁊ hoc est formæ ⁊ sed substantiæ ⁊ .s. compositæ ⁊ quæ sunt ſm naturam, & quę constant natura ⁊ ut caro, & os, & omne compositum naturale. hæc. n. non sunt naturæ, sed entia naturalia, quæ constant natura. Cum inquam ita sit ⁊ videbitur utiq; quibusdam & hæc natura ⁊ quæ additur partibus materialibus ⁊ substantia quæ est non elementum ⁊ nec pars materialis ⁊ sed principium ⁊ hoc est sed forma. Quòd aut̃ hæc substantia addita partibus materialibus, non sit elementũ, probat, & dicit ⁊ elementum. n. est, in quod diuiditur ⁊ compositum ⁊ inexistens ⁊ hoc est insitum ⁊ ut in materiam, quale est syllabæ A ipsum, & B ⁊ ipsum. At hęc substantia superaddita, non est id, in quod insitum diuiditur mixtũ vt in materiam. ergo in secunda figura, hoc additum non est elementum. Ex his perspicuum, ꝙ Aristor. hic locutus est de toto simplr uno non in cõparatione ad omnes partes, sed solum in cõparatione ad partes materiales, quas vocat hic elementa. De hoc. n. toto, verum est, ꝙ istud sit aliquid præter partes materiales, quia tale totum addit partibus materialibus formam & substantiam, quæ est causa, & principium, quo illæ partes sunt unum simplr, a forma enim est esse & vnitas simplr. At totum quod non est simplr unum, ut cumulus, non est aliud q̃ suæ partes materiales simul iunctæ. Ex his potest fieri dilucidatio qõnis motæ in disputationibus, ꝙ cum quæritur utrum totum sit aliquid præter partes, dicamus ꝙ uel loquimur de toto in comparatione ad partes materiales, uel in cõparatione ad materiales, et formales simul. si in cõparatione ad materiales tantum, uel tale totũ est simpliciter unum, uel ſm quid, si est unum ſm quid: sic tale totum nõ est aliquid præter partes materiales. vt cumulus nõ est aliud ꝙ lapides in uno loco positæ. Si unũ simplr, sic est aliquid præter partes mãles, qm̃ superaddit substantiam & formam, quæ est principium, quo illæ partes sunt, & quo sunt unum simplr. Sinaũt loquimur, in cõparatione ad omnes partes tam formales, q̃ materiales, sic totũ est suæ partes collectiuæ, non aũt diuisiue, ut in dilucidario dictum est. Ex his sequitur tabulam & unumquodq; continuum, si cõparetur ad partes materiales tantum, esse aliquid præter illas, quoniam superaddit formam. Sin aũt ad omnes partes, comparetur, ut ad formales, et materiales, sic tale nihil aliud est q̃ suæ partes collectiue sumptæ. Hæc de dilucidatione, & de toto septimo Libro.

De toto & partibus an differã.

Finis Libri Septimi.

Aristotelis



*Metaphysicæ Liber Octauus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.*

*Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Dominum Petrum de Toledo.*

TEX. 1.

EX prædictis itaq; syllogizare oportet, & colligẽtes capitulũ, finẽ imponere.

SVM Aristoteles de substãtia sensibili logice, & metaphysice multa egisset in. 7. in hoc Lib. 8. intendit agere de sensibilibus substãtijs physice determinando de illis secundũ propria principia. & primo ſmittit intentionẽ generatim, & dicit ⁊ Ex ꝑdictis itaq; ⁊ q̃ de subꝫ sensibili logice dicta sunt in. 7. ⁊ syllogizare oportet ⁊ subaudi ad ea, q̃ dicenda sunt de subꝫ sensibili physice. sunt. n. ea q̃ dicta sunt de subꝫ sensibili in. 7. ut suppositiones, atq; principia ad ea: q̃ dicenda sunt de subꝫ sensibili physice, & propterea dicit ex ꝑdictis syllogizandum esse ad hæc. & addit ⁊ & colligentes capitulum ⁊ .s. summatim de substantijs sensibilibus ⁊ oportet finem imponere ⁊ Sed statim dubitabis, quoniam in. 11. Lib. adhuc dicet de substantijs sensibilibus, ergo nõ imponet finẽ in hoc Lib. 8. de substantijs sensibilibus. ꝓterea nõ uidetur cõueniens, ut hic agatur de substãtijs sensibilibus physice, alioquin esset trãscendere de genere in genus. dicendũ pro solutione ut Auer. innuit in. 7. huius in Procœmio, ꝙ duplices sint substãtiæ, aliæ sensibiles, quæq; inseparabiles dicuntur, qm̃ cũ materia cõcipiuntur. aliæ insensibiles, quas nõ omnes cõfitentur: quęq; separabiles dicunẽ, ꝙ sine materia esse & cõcipi possint. Aristo. ergo agit de substantijs sensibilibus inseparabilibus a. 7. huius per totum. 8. Lib. uerũ in. 7. agit de his logice & metaphysice. in hoc. 8. agit de his physice resoluendo eas ad principia, causas, & elementa: & sic uidetur cõpleri sermo de substantijs inseparabilibus, tunc ad obiectiones, ad primã dicendũ ꝙ in. 11. lib. nõ agitur de substantijs huiusmodi, nisi procœmialiter, ut p illas trãseamus ad insensibiles subꝫ intelligendas. At in his lib. agitur de huiusmodi substãtijs inquisitiue secundũ proprias intentiones. Ad secundã dicendũ hic agi de sensibilibus substãtijs physice p accidens, quatenus facit ad cognitionẽ substantiarum metaphysice. Auer. autem ait quod Aristoteles uelit rememorare quæ de substantia dicta sunt in libro septimo, & complere sermonem de substantia, quę dicitur forma. sed cõtra quia agit de substantia composita resoluendo eam ad principia, causas, & elementa, ergo non intendit complere sermonem de forma. Quasi solutionem innuens, inquit, quoniam omne de quo perscrutatus est de speciebus substantiæ, & de principijs in hoc Libro non est, nisi propter substantiam, quæ dicitur forma.

Quę Auer. Com. 1.

*Dictum est itaq; ꝙ substantiarum quærantur causæ, & principia, & elementa.*

Quia intendebat rememorare quædam eorum, quæ proximo Libro dixit, non enim omnia recapitular, sed solum ea, ex quibus syllogizare q̃ dicenda sunt de substantijs, ideo, dicit ⁊ Dictum est itaq; ꝙ substantiarum q̃rantur causæ, & principia, & elementa ⁊ & dixit ⁊ substantiarum ⁊ quia accidentium quærunter principia causæ, & elementa per attributionem ad substantiam. Auer. per principia intelligit tam ea: q̃ sunt in re, ut sunt materia & forma, q̃s ea quæ sunt extra rem, ut sunt agens, & finis. & per causas, intelligit agentem & finem, & per elementa solum causas existentes in re uidelicet materiam & formam. sed sic exponendo esset uana eorundẽ repetitio. & ideo arb'tror Aristotelem hic per causas intelligere formam & finem, per principia agentes causas, per elementa uero, materias. sic enim non est in uerbis uana eorundem repetitio.

Quę Auer. Com. 1.

*Substantiæ uero, hæ quidem concesse sunt ab omnibus. sed de quibusdam propria opinione quidam enunciarunt. concesse quidem sunt physicæ, ut ignis, terra, & aqua, & alia simplicia corpora. deinde plantæ, & partes earum: & animalia, & partes animalium. & tandem cœlum, & partes cœli. propria uero opinione quidam substantias dicunt esse species, & mathematica.*

Concesse δμολογούμενα confesse ꝓpria opinione ἰδίᾳ singulariter priuatim diuisim separatim.

Istud est secundum quod resumit ex eis, quæ septimo Libro dicta. Et, ut Auer. inquit quod resumit, est quod duplices sint substantiæ, aliæ ab omnibus concessæ, ut physicæ, aliæ non ab omnibus, sed a quibusdam sic, a quibusdam non, ut ideæ, & mathematica, quæ a Platonicis conceduntur, a Peripateticis negantur. Amplius & intelligentiæ a quibusdam conceduntur, ut a Peripateticis, & Platonicis, a Physicis uero negantur: qui solum naturam sensibilem cognouerunt. Vnde inquit ⁊ Substantiæ uero hæ quidem concesse sunt ab omnibus, sed de quibusdam propria opinione quidam enunciarunt ⁊ hoc est, hæ uero, de quibus aliqui secundum propriam opinionem tradiderunt. Quo uero ad uerba attinet, uerbum secundum propriam opinionem græce est ἰδίᾳ, latine & priuatim, & separatim, & diuisim, & singulariter. quoniam non omnes illas confitentur, sed solum qui intellectum supra sensum constituerunt. Deinde per exempla distinctionem exponit, & dicit ⁊ cõcesse quidẽ ⁊ ab omnibus ⁊ sunt ⁊ substantiæ ⁊ physicæ, ut ignis & terra, & aqua, & alia simplicia corpora ⁊ & Auer. per alia simplicia corpora, intelligit ea, quæ sunt consimilium partium. & ait quod uocat ea simplicia, in respectu partium officialium, & organicarum. ergo per alia simplicia corpora intelligit partes similares, ut partes carnis, uel partes ossis, quæ simplicia sunt respectu organicorum, uidelicet respectu oculi auris & id genus. Quæ expositio non placet, quia transiret de elementis ad mista. melius ergo per alia simplicia corpora intelligit aerem, uaporem, & quæ media posuerunt uetteres inter ignem & aerem, uel inter terram & aquã ⁊ deinde ⁊ ordine quo ad nos ⁊ sunt plantę, & partes earum ⁊ uidelicet rami, radices, & id genus, sunt enim plantæ quo ad nos posteriores, dignitate uero priores. Deinde ordine quo ad nos sunt ⁊ & animalia, & partes animalium ⁊ plantæ enim quo ad nos priores sunt, dignitate uero posteriores ⁊ & tandem ⁊ ordine quo ad nos, sunt ⁊ & cœlum, & partes cœli ⁊ uidelicet stellæ, & orbes. deinde exponit, quæ substantiæ sunt secundum propriam opinionem aliquorum, & dicit ⁊ propria uero opinione quidam substantias dicunt esse species, & mathematica. nam Platonici posuerunt secundum propriam opinionem ideas, & mathematica substantias separatas. Iterum secundum propriam opinionem intelligentiæ & Deus sunt substantiæ, quoniam secundum opinionem Peripateticorum, & Platonicorum intelligentiæ sunt substantiæ. Ex his patet dupl ces esse substantias, quoniam aliæ concesse ab omnibus, aliæ concesse a quibusdam. Sed dubitatur, quoniam hæc distinctio, nec est per essentialia, nec per accidentalia, ergo uana est, omnis enim distinctio, ut Boethius inquit, esse debet aut per essentialia, aut per accidentalia. Dici potest quod hæc distinctio reducitur ad distinctionem assignatam per essentialia, quoniam

Dubitatio.

Dubitatio.

reducitur ad hanc, quod aliæ ſubſtantiæ ſint ſenſibiles, & materiales, aliæ inſenſibiles, & immateriales: quæ eſt per eſſentialia. Vel fortaſſe eſt hæc diſtinctio per accidentalia, loquendo de accidente, ut loquuntur ſophiſtæ, qui ſumunt accidens pro omni extraneo: nam accidit quidam ſubſtantijs, ut ſentiantur, ac ab omnibus ſint conceſſæ, alijs uero, ꝙ nec ſentiantur, nec ab omnibus ſint conceſſæ.

TEX. 2. Alias uero accidit ex rationibus ſubſtantias eſſe quod quid erat eſſe: & ſubiectum. adhuc aliter genus magis ſpeciebus, & uniuerſale magis ſingularibus. Vniuerſali uero & generi & ideæ copulantur. nam ſecundum eandem rationem ſubſtantiæ uidentur eſſe.

ait que genus est magis substantia q̄ species et species magis substātia q̄ individuum contrarium dicitur in predicamentis c. de substantia ... modis meta. 5. c. 8. accipitur uno modo pro existentia ... alio modo pro subiecto accidentibus et sic accipi ... in mentis

Cū ſubmemoraſſet modos accipiendi ſubſtantias ſecundum conceſſionē, uel nō conceſſionē, nunc ſubmemorat modos accipiendi ſubſtantias ſecundū rationes. & dicit { Alias uero ſubſtantias accidit } acceptas { eſſe ex rationibus } & ſunt quinq; modis, uno modo { quod quid erat eſſe } quod eſt ipſa q̄ditas ſeu forma, ſecundo modo { & ſubiectū } hoc eſt materiam. Quidā uero per ſubiectū intelligunt ſuppoſitū quiditatis, ut ſit diuiſio ꝙ ſubſta ſit alia quiditas, alia quiditatis ſuppoſitū. Auer. autem, per ſubiectū intelligit ſubiectum formæ, quod eſt ipſa materia. Deinde ſubſcribit quot modis accipiatur ſubſtantia ex rationibus ſecundū opinionē aliorū, & dicit { adhuc aliter } hoc eſt adhuc ſubſtātia accipitur ex rationibus ſecundū opinionē aliorū, ſecundū quam opinionē { genus } tertio modo dicitur ſubſtātia { magis ſpeciebus. & } ſecundū quā opinionē { uniuerſale } dicitur { magis } ſubſtantia { ſingularibus } affert & quintum modū, & dicit { Vniuerſali uero & generi } ſecundū opinionem eorū { & ideæ copulātur } hoc eſt dicunt eſſe ſubſtātiæ, quaſi dicat, & quinto modo generi & uniuerſali ideæ coniungunt eſſe ſubſtantiæ. cuius cauſam affert, & inquit { nam ſecundū eandē rationē } qua genus, & uniuerſale ſunt ſubſtātiæ, ideæ etiam { uidentur eſſe } ſubſtantiæ. ergo ex rationibus ſubſtantia quinq; modis dicitur, pro forma, ꝓ materia, ꝓ genere, ꝓ uniuerſali, & pro ideis. Auer. autē dicit duo, primū ꝙ ex rationibus hoc eſt celebritate, ac, ut utar uerbis ſuis, ex famoſitate ſubſtantia dicitur quatuor modis, uno modo ꝓ forma, ſecundo modo pro ſubiecto formæ, tertio pro genere, quarto pro uniuerſali. Secundum enim celebritatē opinantium genus dr̄ ſubſtantia, & quidē magis q̄ ſpecies, & uniuerſale magis q̄ ſingularia. exiſtimarunt. n. id eſſe magis ſubſtam, quod ad plures ſubſtas ſe extēdit. Secundū uero quod dicit, eſt, ꝙ ideæ collocentur inter uniuerſalia, & ſic ideæ non ſunt quinto modo ſubſtæ, ſed cōcidunt cū uniuerſalibus, cū ideæ ſint uniuerſalia, & uniuerſalia ſint ideę. & hoc dicit Ariſto. cū inquit { Vniuerſali uero & generi & ideæ copulant̄ } .ſ. in identitatē: ſunt. n. ideæ idē quod uniuerſalia. cuius cauſam ſubdit, & dicit { nā ſecundū eandē rationē uident̄ eſſe } qm̄ ſicut uniuerſalia uidentur eſſe ſubſtæ ꝑ abſtractionē, ita & ideæ. Auer. igitur ꝑ rationē intelligit celebritatē. Ego uero ꝑ rationē, intelligo, quia nō per ſenſum, forma enim quod ſit ſubſtantia ratione, & nō ſenſu compertum eſt, ut ex operatione materia quod ſit ſubſtantia, nō ſenſu ſed ratione etiam compertum eſt, quoniam ex tranſmutatione. & ſic de genere, & de uniuerſali, nō enim hæc ſenſu conſtat eſſe ſubſtantias, ſed ratione eſt inquiſitum. tacuit autem ſubſtantiam compoſitam, quoniam hæc non ratione, ſed ſenſu conſtat.

Que Auer. Com. 2.

Que Auer. Com. 2.

Qm̄ autem quod quid erat eſſe ſubſtantia eſt: huius autē ratio eſt definitio: propter hoc de definitione, & de ipſo per ſe determinatū eſt. Quia uero definitio ratio eſt, ratio autē partes habet, neceſſe erat & de parte conſiderare, q̄ ſubſtantię partes, & quæ non. & ſi hæ definitioni opus ſint. Amplius autē nec uniuerſale ſit ſubſtantia, nec genus. De ideis uero, & mathematicis poſterius perſcrutandū eſt. nā præter ſenſibiles ſubſtātias quidā dicunt eas eſſe. nunc de conceſſis ſubſtantijs tractabimus, hæ uero ſenſibiles ſunt.

Nunc epilogat omnia, q̄ pertractauit in ſeptimo, & ordinat ſe ad ſequentia, ut faciat in libris ſuis continuationē, epilogat autē primo q̄ dixit in ſeptimo libro de ipſa definitione in ſe. & dicit { Qm̄ autē quod quid erat eſſe ſubſta eſt, huius autē ratio } q̄ illā explicat { eſt definitio } q̄, & cuius partes per ſe prędicantur de re definita { propter hoc de definitione, & de ipſo per ſe } in. 7. lib. { determinatū eſt } de definitione q̄dē, quatenus eſt ratio ipſius q̄d quid erat eſſe. de ꝑ ſe uero, quatenus & definitio ipſa, & ſuæ partes ꝑdicantur ꝑ ſe de definito. deinde epilogat ea, q̄ in. 7. lib. dixit de partibus definitionis, & dicit { quia uero definitio ratio eſt, ratio autē partes habet, neceſſe erat } in. 7. libro { & de parte conſiderare } utputa { q̄ partes } ſint { ſubſtantiæ, & q̄ non } nā dictū eſt ꝙ materiales partes, nō ſint partes definitionis, formales uero ſunt { & } dato ꝙ partes materiales nō ſint partes rationis, ac definitionis, dictū eſt { ſi hæ definitioni opus ſint } ubi declarauit ꝙ licet partes materiales non ſint partes ꝑ ſe definitionis, ſunt tamen neceſſariæ, ut differentes formā. Tertio epilogat, q̄ dicta ſunt in. 7. de uniuerſalibus, & dicit { Amplius autē } dictū eſt, ꝙ { nec uniuerſale ſit ſubſta, nec genus } hæc fuerūt inquiſita in. 7. lib. Deinde q̄ reſtant, affert, & dicit { de ideis uero, & mathematicis, poſterius perſcrutandū eſt } uidelicet Lib. 13. & 14. { nā præter ſenſibiles ſubſtas quidā dicunt eas eſſe } demum affert, q̄ nunc in Lib. 8. agere intendit, & dicit { nunc de conceſſis ſubſtātijs tractabimus } hoc eſt de ſenſibilibus, nam { hæ } ſubſtæ q̄ ab omnibus cōcedunt̄ { ſenſibiles ſunt } ergo diſſerendū nobis eſt de ſenſibilibus ſubſtātijs. Quo uero ad epilogum attinet, animaduerte quod Auer. aſſignat cauſam, cur epilogauit ea, quæ dicta ſunt de ſubſtantia, & ait hæc epilogaſſe ut daret cauſam, propter quam locutus fuit de definitione, ne exiſtimetur quod loqui de hoc pertineat ad logicum.

Que Auer. Com. 2.

TEX. 3. δὲ autē δὴ itaq;

Senſibiles itaq; ſubſtātiæ oēs, materiā habent. ſunt autē ſubſtātia, q̄ ſubijciuntur, aliter quidē, materia. aliter autē forma. materiam autē dico: quæ cū nō hoc aliquid actu ſit, poteſtate eſt hoc aliquid. aliter uero ratio, & forma, quod cū hoc aliquid ſit, ratione ſeparabile eſt. Tertium uero eſt quod ex his cuius ſolius generatio, & corruptio eſt, & ſeparabile ſimpliciter. nam ſecundum rationem ſubſtantiarum, hæ quidem ſeparabiles, illæ uero non.

Nunc proſequitur, & primo declarat hanc concluſionem, ſubſtæ ſenſibiles materiam habent. & accipit primo ꝙ omnes ſenſibiles ſubſtæ materiam habeant, & dicit { Senſibiles itaq; ſubſtæ omnes, materiam habent } ſecundo accipit, ꝙ omnes ſubſtæ, q̄. 9. ꝑdicamentis ſubijciuntur, ſint ſubſta. & dicit { ſunt autē ſubſta, q̄ ſubijciuntur } ſubaudi accidentibus, & ſic materia, & forma, & cōpoſitum ſubſtæ ſunt, qm̄ accidentibus ſubijciuntur. & quia accepit omnia q̄ accidentibus ſubijciuntur, eſſe ſubſtantias, exponit qualiter, & dicit { aliter quidē materia } ſubſta eſt { aliter autē forma } & ſubaudi aliter ſubſtātia cōpoſita. exponit quomodo aliter, & dicit { materiam autē dico, q̄ cū nō hoc aliquid actu ſit, poteſtate eſt hoc aliquid } deinde exponit, qualiter forma ſubſtantia ſit, & dicit { aliter uero ratio, & forma } nam forma eſt { quod cum hoc aliquid ſit, ratione ſeparabile eſt } & dicitur forma ratio, quia

ex



ex ipſa ſumitur ratio ſpeciei. dicitur hoc aliquid nō ſimpliciter, ſed quaſi hoc aliquid, q̄a actu ens, & dicitur ratione ſeparabile, a materia, quia nō ſecundū rem. exponit ſubſtantiam cōpoſitam, & dicit { Tertium uero eſt, q̄d ex his, cuius ſolius generatio & corruptio eſt } .ſ. per ſe, quoniam nec forma, nec materia corrumpitur, niſi per accidens { & ſeparabile ſimpliciter } hoc eſt & ſeparatim exiſtere potens in rerum natura. Ego uero uerbum { ſeparabile } corrupte legi arbitror, nam in quibuſdam græcis codicibus legitur ἀχώριστον, hoc eſt inſeparabile. nec ab ratione, quoniam forma eſt ſecundum quid inſeparabilis, quoniam ſecundum eſſe dependens a materia, & ſecundum quid ſeparabilis, quoniam ratione ſeparabilis, at ſubſtantia compoſita ſimpliciter eſt inſeparabilis a materia, quoniam neq; re, neque ratione. & quia dixit ſubſtantiam cōpoſitam eſſe ſimpliciter inſeparabilem, aſſignat cauſam, & dicit { nam ſubſtantiarum, quæ ſunt ſecundum rationem } hoc eſt nam ſubſtantiarum, quæ ſunt formæ { hæ quidem ſeparabiles } ut intelligentiæ { hæ autem non } ut naturales formæ: quæ ſolum ratione ſeparantur, non autem re, per quæ uult habere ſubſtantiam compoſitam ſimpliciter inſeparabilem eſſe: quoniam forma naturalis ſecūdum eſſe inſeparabilis eſt. Animaduerte, quoniam Ariſtoteles unum accepit, & aliud declarauit, accepit enim ſenſibiles ſubſtantias habere materiam. declarauit autē, quomodo materia, forma, & compoſitum differenter ſubſtantia ſint, accepit autem ſecundum ut declaret primum, nam cum dixiſſet omnes ſenſibiles ſubſtantias materiam habere, neceſſarium erat declarare quid materia ſit, & quomodo ad formam & ad compoſitum ſe habeat, quæ eſt ſenſibiles ſubſtantia ut ex his colligeret ſenſibilem ſubſtātiam habere materiam. Quare uidetur mihi, quod uerba legēda ſunt ſic { ſenſibiles itaq; ſubſtantiæ omnes, materiam habent, nam quæ ſubijciuntur, ſubſtantia ſunt, aliter quidem materia, aliter autem forma } & ſubaudi aliter ſubſtantia compoſita quæ ſenſibilis eſt, & declarando quomodo aliter, colligit ſubſtantiam compoſitam habere materiam, cum ſit id, quod ex his eſt. Quare ſyllogiſmus eſt, omnis ſubſtantia compoſita materiam habet, ut per differentiam patet ad formam, & ad materiam, omnis ſubſtantia ſenſibilis eſt ſubſtantia compoſita, ut tanquam manifeſtum derelinquit, omnis igitur ſubſtantia ſenſibilis materiam habet, quod erat concluſio. Auer. autem nihil intelligens de uerbis Ariſtoteles, uelle uidetur ꝙ Ariſtoteles primo definiat ſenſibilem ſubſtantiam, & quę ſit prima ſubſtantia, quæ dicitur indiuiduum. deinde ꝙ diſtinguat ſubſtantias in ſubſtantiam compoſitam materiam, & formam, definiens unumquodq; horū. Quo uero ad ultima uerba attinent, animaduerte illa ſic in græco codice ſcribi, nam ſecundum rationem ſubſtantiarum, αἱ μὲν, αἱ δὲ, hoc eſt, hæ quidē, hæ autem, non. Et Auer. intelligit, ꝙ formæ uno modo ſint ſubſtantiæ, alio modo non, eſt ſubſtantia, quatenus actu eſt, non eſt ſubſtantia, quia in alio eſt. Secundo exponit, ut ſit ſenſus ꝙ ſubſtantiarum quæ ſignificantur a definitione ſubaudi partes, hæ quidē ſunt formales, hæ uero materiales, ſed, ſi ſic exponerentur, non redderet cauſam eius, quod dixit, immo tranſiret ad aliam rem. Propterea uidetur, ꝙ cū dixiſſet ſubſtantiam tertiam eſſe ſimpliciter inſeparabilem, quia re, & ratione, aſſignat cauſam, quoniam formæ ſunt ſubſtantiæ ſeparabiles, cum alię ſint ſimpliciter ſeparabiles, ut intelligentiæ, alię re quidem inſeparabiles, ratione autem ſeparabiles, ut naturales. & ſic illis uerbis { hæ quidem } ſupplendum eſt ſeparabiles { illę uero, non } .ſ. ſeparabiles ſunt. nam ſic reddit cauſam eius, quod dixit.

Quę Auer. Com. 3.

TEX. 6. Quod uero ſubſtātia ſit materia, palam. nam in omnibus oppoſitis mutationibus eſt aliquid, quod ſubijcitur mutationibus. ut ſecundum locum, quod nunc quidem hic, iterum autem alibi. & ſecundum augumentum, quod nunc quidē eſt tantum: iterum autem minus, aut maius. & ſecundum alterationem, quod nunc quidem eſt ſanum, iterum autem ægrotat. ſimiliter autem & ſecundum ſubſtantiam, quod nunc quidem eſt in generatione, iterum autem, in corruptione. & nunc quidem ſubiectum eſt hoc aliquid, iterum autem, quod ſubijcitur, ut ſecundū priuationem.

Hic ſecundum Auer. Ariſt. declarat ꝙ materia ſit ſubſtātia. Nam materiam eſſe ſubiectum eſt declaratum in naturalibus. & uis rationis eſt ſecundum Auer. materia eſt ſubiectū generationis & corruptionis ergo eſt ſubſtantia in potentia. quod autem materia ſit ſubiectū generationis & corruptionis, probat per inductionē in alijs, quoniam in omnibus mutationibus oppoſitis oportet intelligere materiā, igitur in mutationibus oppoſitis ſubſtantialibus oportet intelligere materiam & ſubſtantiam quæ illis ſubijcitur. Vnde dicit { Quod uero ſubſtantia ſit materia: palam. nā } ſubaudi ut { in omnibus oppoſitis mutationibus, eſt aliquid quod ſubijcitur mutationibus } ſic ſubaudi in mutationibus in ſubſtantia, eſt q̄dam ſubſtantia, quæ ſubijcitur mutationibus ſubſtātialibus. quod autem in cæteris mutationibus aliquid ſit, quod ſubijcitur mutationibus: declarat, & dicit { ut ſecundū locū, quod nunc quidem hic, iterum autem alibi, & ſecundum augumētum: quod nunc quidē eſt tantum } ut pedale { iterum autē minus, aut maius. & ſecundū alterationē, quod nunc quidem eſt ſanum, iterum autem ægrotat. Similiter autē & ſecundū ſubſtantiam } quaſi dicat quare eodem modo & ſecundum ſubſtantiam, non enim uerbum { autem } aduerſatiue accepit, ſed potius illatiue, & exponit quomodo ita ſit in ſubſtantia: & dicit { quod nunc quidem eſt in generatione, iterū autem in corruptione, & nunc quidē ſubiectū eſt hoc aliquid } & ſubſtantia in actu { iterum autē, quod ſubijcitur } ſubaudi erit { ut ſecundū priuationem } quare patet materiam eſſe ſubſtantiam, quæ eadem potentia nunc generationi, nunc corruptioni, nunc formę, nunc priuationi formę ſubijcitur. & ſic perſpicuum eſt materiam eſſe ſubſtantiam. Sed dices cur accepit in primo loco oppoſitionē in motu locali. Auer. rationem aſſignat, quoniam oppoſitio primo, & eſſentialiter inuenitur in eis, quæ opponuntur in loco. & tu intelligas, ꝙ licet oppoſitio primo & eſſentialiter inueniatur in loco, propterea ꝙ oppoſitio ſit maxima diſtantia, quæ primo eſt in loco. nō tamen notū eſt per ſe eam inueniri in loco. Vt Auer. ait octauo phyſi. auſculta. qm̄ inuentio contrarietatis, eſt uia actionis & paſſionibus, quæ primo ſunt notæ in qualitatibus.

Quę Auer. Com. 4.

Com. 16.

Et hanc igitur ſequuntur alię mutationes, aliarum uero, aut unam, aut duas, hæc non ſequitur. non enim neceſſe eſt ſiquidē materiam habet localem, hoc & generabilem & corruptibilem habere. quæ. n. differentia ſit eius quod eſt ſimpliciter fieri, & nō ſimpliciter, in phyſicis dictū eſt.

Ex his, quæ dixerat, quaſi corollarie infert differentiam inter tranſmutationem in ſubſtantia, & alias tranſmutationes, & dicit { & hanc igitur } .ſ. tranſmutationem in ſubſtantia { ſequuntur alię mutationes } ſequitur enim hoc eſt trāſmutabile in ſubſtantia: igitur & in loco, & in qualitate, & in quāto { aliarum uero aut unam } .ſ. in loco { uel duas } .ſ. in loco, & qualitate { hæc } tranſmutatio, quæ eſt in ſubſtantia { non ſequitur } cuius rationem affert, & dicit { nō enim neceſſe eſt ſiquidem habet materiam } ac tranſmutationem localem: hoc & generabilem, & corruptibilem habere } ſimiliter ſubaudi non eſt neceſſe, hoc habere generationem, ſi habet alterationem. Nam ut Auer. inquit, cœlum habet materiam localem & tranſmutationem localem, & tamen nō habet materiam generabilem, & corruptibilem: nec generatio

Quę Auer. Com. 4.

nem, nec corruptionē. ſimiliter cœlum habet alterationē ſaltem ſecundū lumen, & tamē nō habet generationē. per quæ patet hanc cōſequentiam non ualere, hoc eſt mobile de loco ad locum igitur eſt generabile. & nec ualet, hoc eſt alterabile, igitur generabile ualet tamen hoc eſt augumentabile uel diminuibile, igitur eſt generabile, quoniam auctio quædam generatio eſt. Ex his infert Auer. quod cœlum nec ex materia, quæ eſt in potentia; nec ex forma, quæ eſt in actu componitur. Sed dices cœlum cōponitur ex intelligentia & orbe, igitur ex materia in potentia, & forma in actu. niſi enim orbis eſſet in potentia ad intelligentiā, non componeretur cœlum ex illa. & niſi intelligentia eſt forma in actu, cœlū non eſſet ens in actu. Dicendum quod cœlum bene componitur eſt materia in potentia ad intelligentiā, uerum illam potentia eſt ſecundum dimidium contingentiæ, quoniam eſt ad illam tantum & non ad oppoſitū illius. & intelligentia eſt forma cœli actu, ſed non actu terminante potentiam, quæ erat ad utrunque, ſed actu perpetuo perficiente orbem. Verum de his diximus in multis locis. Sed dices, ſi cœlum mouetur ſecundum locum, igitur fit ſecundum locum. fit ſecundum locum, igitur fit. Reſpondet Ariſtoteles hinc tacitæ obiectioni, & dicit { Quæ enim differentia ſit eius quod eſt ſimpliciter fieri, & non ſimpliciter, in phyſicis dictum eſt } per quæ uult habere quod neganda ſit hæc conſequentia; quia non ſequitur hoc fit in loco: igitur fit, ſicut non ualet, hoc fit album, igitur hoc fit, dicta enim eſt differentia inter fieri ſimpliciter, & fieri ſecundum quid, dixit enim quod ſecundū cætera p̄dicamenta id, quod fit, ſecundū quid fit. Secundū uero ſolam ſubſtantiam id quod fit, ſimpliciter fit.

*Quę Auer. Com. 4.*

*TEX. 5.*

**Quoniam quæ quidem ut ſubiecta & materia ſubſtantia eſt, conceſſa eſt, hæc autem, eſt, quæ poteſtate; reliquum eſt eam, quæ ut actus eſt, ſubſtantiam ſenſibilium, dicere, q̄ nam ſit.**

*Quę Auer. Com. 5.*

Secundum Auerroem Ariſtoteles proponit dicere de forma, hoc eſt de primis differentijs, quibus diuiditur forma. nā ſeptimo Libro declaratum eſt, quod formæ ſint ſubſtantiæ, ex hoc quod definitionis ſignificatum ſit ſubſtantia. & etiam in ſeptimo Libro declaratum eſt, quod definitio ſignificet formam, per hoc quod ad interrogationem factam per quare, reſpondetur per formam. Quare nunc agendum de differentijs, quibus uniuerſalis forma diuiditur, nam materiam eſſe ſubſtantiam conceditur ab omnibus antiquis. Ariſtoteles ergo continuando ſuam intentionem dicit { Quoniam quæ quidem, ut ſubiecta, & materia ſubſtantia eſt, conceſſa eſt } ſubaudi ab omnibus { hæc autem } ſubſtantia { eſt, quę poteſtate } eſt omnia { reliquum eſt eam ſubſtantiam ſenſibilium dicere, quæ nam ſit, quę ut actus } & forma { eſt } hęc eſt intentio, & continuatio.

**Democritus igitur tres differentias ſimul eſſe exiſtimauit. nam ſubiectum corpus ſecundum materiam, unum & idem eſſe: differre autem, rhithmo, quod eſt figura: aut trope, quod eſt poſitio, aut diatage, quod eſt ordo.**

Cum propoſuiſſet dicere de differentijs, quibus forma diuiditur: atque quibus differunt res naturales: nunc proſequitur, & primo narrat poſitionē Democriti. Democritus enim ex parte materiæ poſuit unum corpus in atomos infinitas diuiſum eſſe omnium rerum naturalium materiam: per quam omnes res uidentur eiuſdem naturæ. differentias uero ex parte formæ, quibus res differunt, eſſe tres, aut ad tres reducibiles. ut ſunt figura, poſitio, & ordo. Nam nonnullæ res differunt figura, ut triangula uel quadrangula, nonnullæ uero poſitione, quatenus differunt per ſurſum, & deorſum, dextrum & ſiniſtrum, ante & retro. nonnullæ deniq; ordine, ut ſecundum prius & poſterius. dicit { Democritus igitur tres differentias } ex parte formæ { ſimul eſſe exiſtimauit } ad quas omnes alias reduci credidit { nam ſubiectum corpus } diuiſum in infinitas atomos { ſecundum materiam unum & idē eſſe } exiſtimauit { differre autem rhythmo } quod eſt figura { aut trope, quod eſt poſitio. aut diatage, quod eſt ordo } Dixit enim res ipſas differre per hoc, quod atomi in miſtura rerū differunt aut ordine, aut poſitione, aut figura aut omnibus his, uel quibuſdam horum. Vnde Auerroes inquit, quod Democritus opinetur quod materia hoc eſt partes indiuiſibiles, quę atomi dicuntur, ſit una materia ſpecie omnium rerum, & quod hæc materia ex parte formæ diuidatur in tres differentias maximas, & primas, quibus entia differunt. Eſt autem prima differentia ſecundum diuerſitatem atomorum in figuris, quam differentiam Democriti uocat rhithmum, quod eſt figura. Secunda differentia eſt propter diuerſitatem atomorum in ſitu ac poſitione, quam uocant tropen, hoc eſt poſitionem. Tertia eſt propter diuerſitatem atomorum in ordine, & hanc diatigen dixerunt: hoc eſt ordinē. Dixerunt enim res differre aut aliqua harū, aut omnibus, aut pluribus harum. nā naturales res his differre debent, quibus conſtant, & cum atomis conſtent, atomis differre debent. & cum non poſſint differre atomis eadē ratione ſe habentibus. quoniam ſic nō differrent, relinquitur, ut differant atomis aliter in miſtis ſe habentibus, aut ſecundū figuram, aut ſecundū poſitionem, aut ſecundū ordinem, aut his omnibus, uel quibuſdam.

*Quę Auer. Com. 5.*

**Videntur autem plures differentiæ eſſe: ut alia quidem compoſitione dicantur materiæ, ſicut quæcunque Craſi: ut Melicratum. alia ligatione, ut capitis ligatura. alia uiſco, ut liber. alia clauo, ut arca. alia pluribus horum. alia poſitione, ut limen, ac ſuperliminare, hæc enim poſitione aliqua ex parte differunt. alia tempore, ut cœna, & prandium. alia loco, ut uenti. alia ſenſibilium paſſionibus, ut duritie, & mollitie, & ſpiſſitudine, & raritate, & ſiccitate, & humiditate. & hæc quidem horum in quibuſdam, alia autem omnibus his. & omnino alia ſuperabundantia, alia defectu.**

*Limen οὐδὸς eſt limē qd ex trāſuerſo in ianua eſt: qd ſub pedibus in greſſu calcari ſolet. ſupliminarē uero hyperthyron dr̄: quod limē ſuperū dr̄.*

Obijcit Ariſtoteles contra Demo. per hoc, ut Auerroes dicit, quia uidentur longe plures differentiæ eſſe, quibus res differunt, ꝙ ſit illæ, quas Democritus aſſignauit, & hoc proponit { Videntur autem plures differentiæ eſſe } quibus res differunt, quam ſubaudi ſunt illæ, quas Demo. aſſignat { ut alia quidem compoſitione dicantur materiæ, ſicut quęcunq; Craſi } hoc eſt complexione, dicuntur materiæ, ut ſunt mel & aqua, ex quibus uidetur fieri aliquod miſtum { ut Mellicratum. alia } dicuntur materiæ { ligatione } quę etiam multifariam ſunt, nam alia ligamento materiæ ſunt, ut ea ex quibus fit ornamentum mulierum { ut capitis ligatura } quæ eſt quoddam compoſitum ex illis { alia } ſunt materiæ ligatione, quæcunq; { uiſco } ac glutine ligantur, uelut ſunt illa ex quibus fit miſtum, quod eſt { ut liber. alia } ſunt materiæ ligatione, quæcunque { clauo } componuntur, ex quibus fit miſtum quoddam { ut arca. alia } ſunt materiæ ligatione, quæcunque { pluribus horum } componuntur. ut ſi eſſet aliquod miſtum cuius partes copularentur glutine, & ligamento, aliud clauo tantum. hæc enim pluribus differrent horum. hæc ſunt materiæ, quæ ligatione dicuntur. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte quod Melicratum appellat materias quibus conſtat, & capitis ligaturam, etiam materias, quibus conſtat. & cætera ſimiliter, & hoc, ut innuat in talibus miſturis nihil aliud eſſe præter materias miſcibiles. Deinde dat alias materias penes poſitionem, & dicit { alia } materiæ ſunt { poſitione, ut limen } domus, quod deorſum eſt { & } limē ſuperius, qđ { ſuperliminare } dr̄ hæc differunt pōne materierū, ex quibus cōſtant { alia } differunt ꝑ materias, quæ ſumuntur ſecundum diuerſa tempora { ut cœna } quæ in ueſpere { & prandium } quod mane fit { alia } differunt { loco } hoc eſt propter materias, quæ differunt loco { ut uenti } quorum aquilo à ſeptentrione, fauonius ab occidēte, auſter a meridie, ſubſolanus ab oriente ſpirant { alia } differunt { ſenſibilium paſſionibus, ut duritie, & mollitie, & ſpiſſitudine & raritate, & ſiccitate, & humiditate, & hæc } quæ his differunt, ut inquit, alia { in quibuſdam horum differunt alia autem in omnibus his } uerbi cauſa, aqua & terra differunt mollitie, & duritie, & ſpiſſitudine & raritate, & humiditate, & ſiccitate. & ſic differunt omnibus his { & omnino alia } differunt { ſuperabundantia, alia defectu } & ut Auerroes dicit, ſecundum qualitatem per magis & minus, & ſecundum quantitatem per maius & minus, & multum & paucum, accipit enim ſuperabundantiam & defectum, ut cōmunia his omnibus, quæ differunt ſecundum qualitatem, & ſecundum quantitatem.

*Limen οὐδὸς uia ſolum.*

**Quare palam, quia & eſſe toties dicitur. limen enim eſt, quia ita ponitur. & eſſe, ſic ipſum poni ſignificat. & cryſtallum eſſe, eſt ſic ipſam inſpiſſari. quorundam uero eſſe & omnibus his definietur. quia alia ſunt miſtione, alia complexione, alia ligatione, alia inſpiſſatione, alia alijs differentijs iuncta, ut aut manus, aut pes.**

Ex his infert quomodo dictæ differentiæ ſe habent ad ea: quorum ſunt, & dicit { Quare palam, quia & eſſe toties dicitur } quoties ſubaudi differentia dicitur. cauſa autem eſt, quia differentia eſt conſtitutiua eius, cuius eſt differentia, & propterea quoties differentia dicitur, toties dicitur & eſſe. Auer. autem per eſſe intelligit formam, & aſſignat duas rationes quod quoties dicitur differentia, toties dicatur eſſe, & forma. Primo quidem, quia differentia conſtituit nomen, & definitionem. igitur & eſſe, & formam, & ita quoties differentia dicitur, toties dicetur eſſe, & forma. Secundo quia differentiæ ſequūtur formas ſubſtantiales rerum, igitur quot erunt, differentiæ: tot erunt formæ, & eſſe. Sed dices differentiæ, quas expoſuit Ariſtoteles ſunt accidentia, accidentaleſq; differentiæ, non igitur eſt neceſſe ut eſſe & forma toties dicatur, quoties tales differentiæ. Reſpondet Auer. ꝙ licet hæ differentiæ ſint accidentia, tamen accipiuntur loco differentiarum eſſentialium, quoniam differentiæ ſubſtātiales latent, & loco illarum hæ accipiuntur. cum ipſe definiens in definitionibus non ponet nomina ſubſtantialium differentiarum, ſed loco illarum utitur his. & quia exempla magis mouent ꝙ uerba, id quod dixit per exemplum exponit, & dicit { limen enim eſt, quia ita } deorſum ponitur { & eſſe } liminis { ſignificat ſic ipſum poni } igitur ex differentia accipitur eſſe. Auerroes loco liminis legit uia, nam græcum uerbum οὐδὸς, etiam dicit: ecce quod primum exemplum accipitur a poſitione. Deinde dat ſecundum, & dicit { & cryſtallum eſſe eſt ipſam ſic inſpiſſari } eſt enim ſpiſſitudo propria grandini illi eſſe, & propria differentia. & innuens quandam rerum diuiſionem dicit { quorundam uero } entium { eſſe, & omnibus his modis definietur } .ſ. poſitione, & ſpiſſitudine ſimul, & alijs huiuſmodi. Quorundam uero eſſe definitur uno horum tantum { quia } ut dicit { alia } entia { ſunt miſtione } & hæc miſtionis differentia differunt { alia ſunt complexione } quæ differentia complexionis differunt. Et dicit Auer. quod per miſtionem intelligit quid cōmunius complexione, nam genera rerum dicuntur miſta in eodem ſubiecto, quæ non dicuntur complexa: & Atomi dicuntur miſtæ, & non complexæ. & elementa dicuntur miſta in toto miſto: & non complexa: cauſa autem, quia miſtio eſt elementorum ac ſubſtantiarum, complexio qualitatum, & ideo Ariſtoteles non utitur nominibus ſynonymis { alia } dicunt { ligatione } & horum differentia ligatio, ac uinculū eſt { alia } dicuntur { inſpiſſatione } & horum differentia eſt inſpiſſatio { alia } dicuntur { alijs differentijs iuncta, ut aut manus, aut pes } quæ differunt figuris, & operationibus, ad quas ordinantur. Patet igitur per hæc exempla quotiens dicitur differentia, totiens dici eſſe: & formam. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte hæc quæ hic dicit de differentijs non eſſe dicta in his, q̄ dicit contra Democritum, niſi aliqua, uerū cum hæc accipiantur pro exemplis, nō ſunt curandum: aut fortaſſe poſſunt reduci ad illa: quæ dixit contra Demo. & hoc ſufficit.

*Quę Auer. Com. 5.*

*Quę Auer. Com. 5.*



**Sumenda igitur ſunt genera differentiarum: hæc enim erunt principia eſſendi, ut quæ magis, & minus, aut ſpiſſo & raro, & alijs talibus. omnia enim ſuperabundantia & defectus ſunt. ſi quid autem figura, aut leuitate, aut aſperitate, omnia recto & curuo. his autem eſſe erit miſceri. oppoſite uero non eſſe.**

Secundum Auer. Ariſtoteles uult concludere quid debet facere qui uult cognoſcere rerum principia, & declarat quod debet reducere poſteriores differentias ad primas. nam illæ primæ differentiæ ſunt primæ rerum cauſæ, e quibus eſt incipiendum in rerum cognitionibus. & dicit { Sumenda igitur ſunt genera differentiarum } quæ ſunt primæ rerum cauſæ: & ad illas reducendæ poſteriores differentiæ, & huius rationem aſſerit, & dicit { hæc enim erunt principia eſſendi } ac primæ rerum cauſæ. exponit per exempla, & dicit { ut quę magis & minus } talia ſunt { aut ſpiſſo, & raro, & } quę { alijs talibus } talia ſunt, ut quę ſunt talia magno & paruo, hæc omnia ſubaudi ad primas differentias genere reducenda { omnia enim } hæc { ſupabundantia & defectus ſunt } & ita ad hæc reducenda ſunt. Affert ſecundum exemplum in alio genere, & dicit { ſi quid autem figura } ſubaudi fuerit tale, ut { aut } lenitate { aut aſperitate, omnia } hæc { recto & curuo } talia erunt, & ſic ad rectum & ad curuū ſunt reducenda. Affert & tertium exemplum, & dicit { his autem eſſe erit miſceri } uel miſtum eſſe { oppoſitæ uero } ſe habens, hoc eſt non miſtum eſſe, erit { non eſſe } hæc autem cum non habeant priores differentias, non ſunt ad illas reducenda. Auerroes autem, dicit primo, quod primæ differentiæ paſſibilis qualitatis ſunt ſuperabundantia, & defectus. figurę uero, quæ eſt qualitas in quantitate, ſunt rectum & curuum. Secundo dicit, quod quædam ſunt quorum eſſe eſt in miſtione, quædam uero ſunt, quorum eſſe eſt in priuatione: ut omnia imperfecta, ſed hoc ſecundum uerbis Ariſtotelis nō conuenit, ut conſideranti patet.

*Quę Auer. Com. 5.*

**Palam itaque ex his, quoniam ſi ſubſtantia cauſa eſſendi unumquodque ſit, quod ex his ſit q̄rendum cauſam eſſendi horum unumquodq;.**

Secundo ex dictis infert, quod ſubſtantia hoc eſt forma ſit quærenda pro cauſa eſſendi unumquodque cuius eſt forma, & dicit palam { itaq; ex his } eſt { quoniam ſi ſubſtantia } hoc eſt forma { ſit cauſa eſſendi unumquodque, quod ex his } .ſ. formis ſit quærendum cauſam eſſendi horum unū quodque, & non ex differentijs his, quæ dictæ ſunt, quoniam nulla illarum eſt ſubſtantia, & hæc eſt expoſitio Auerrois, non tamen mihi placet, quoniam Ariſtoteles declarauit ſuperius toties dici eſſe, quoties dicitur differentia, & hoc quia differentia eſt cauſa eſſendi. Melius igitur dicamus quod Ariſtoteles uelit inferre, quod cauſa eſſendi ſit quærenda ex his differentijs, quæ dictæ ſunt. quoniam unaquæq; eſt ſubſtantia eius, cuius eſt differentia. & dicit { Palam itaque ex his } eſt { quoniam ſi ſubſtantia cauſa eſſendi unumquodque ſit, quod ex his } differentijs { ſit quærendū cauſam eſſendi horum, unumquodq; } cuius eſt differentia, quoniam hæ differentiæ ſunt ſubſtantiæ earum rerum, quarū ſunt differentiæ.

*Quę Auer. Com. 5.*

Quanq̃ uerbũ addi tum.

Subſtantia igitur quanq̃ nihil horũ eſt, neq; cõbinatum, proportionale tamẽ in quolibet eſt.

Remouet dubium, dictũ eſt enim q; ex his differentijs accipienda eſt cauſa eſſendi, quoniam d ſſerentiæ huiuſmodi ſunt ſubſtantiq, modo hoc uidetur falſum, quoniam nulla harum ſubſtantia eſt. Reſpondet & dicit ſ Subſtantia igitur quanq̃ nihil horum ſ hoc eſt nulla harum differentiarum ſ eſt ſ nec ſeorſum accepta, nec combinata, ac cum alio ſumpta ſ tamen ſ unaquæque earum eſt quod proportionale ſubſtantiæ in quolibet, cuius eſt differentia, & ponitur loco illius: maxime cum illa ſit ignota. Quam partem Auer. ppter malas translationes, nõ bene rimatus eſt. Auer. digreditur hic & pbat q; paſſiuæ qualitates in elementis ſint ſubſtantiæ. quoniam aliqua harum qualitatum ablata ab elemento aliquo, aufertur illud, ut ſi calor aufertur ab igne, non remanebit ignis. igitur calor eſt ſubſtantia, tenet enim argumentum, quoniam illud, ad cuius ablationẽ aufertur ſubſtantia, eſt ſubſtantia. Deinde inducit opinionẽ Expoſitorum, ut Alexandri, qui aperte dixit q; ſubſtantiæ elementorum ſunt in his qualitatibus. Sed Auer. obijcit, quoniam ex hoc ſequitur q; aliquid ſit in ſe qualitas, & reſpectu alterius ſit ſubſtantia, quod uidetur abſurdum cum ſubſtantia non dicatur in reſpectu alterius, & conſequentiam probat, quoniam calidum in igne eſt ſubſtantia, & in miſto eſt qualitas. Secundo obijcit, quoniam ſi calor in igne erit differentia ſubſtantialis, per quam ignis definitur: tunc cõpoſita hoc eſt miſta habebunt definitionẽ ignis, quoniam aliquod miſtum definitur per calidum, ut cholericum, aliquod per frigidum, ut phlegmaticũ, & cum calidum ſit differentia ſubſtãtialis ignis, tale miſtum poterit definiri per ignem, ut cholericum, & aliud per aquã, ut phlegmaticum. & conſequentia patet nam calidum cõponitur ex ſubſtãtia & qualitate hoc eſt ex materia ignis & ſua qualitate, aut componitur ex ſubſtantia. ſ. materia, & accidentibus duobus quæ erunt duo in potentia: & unum in actu ut ignis ex calido & ſicco, & aqua ex frigido & humido. & hæc in igne erunt unum in actu, & duo in potentia, & illa in aqua ſimiliter tunc argumentor aliquod miſtum definitur per calidum, & ſiccum ut cholericum, & calidũ & ſiccum ſunt ignis omnino, igitur definitur per ignem, quod eſt cõtra medicos, apparet igitur q; calor non ſit differentia ſubſtantialis. eſt ergo breuiter ratio, q; ſi qualitas, uel qualitates ſunt forma elementi, tunc aliquod miſtum definiretur per ignem, aliquod per aquam, & aliquod per aliud. deducitur, quoniam miſtũ choler um definitur per calidum & ſiccum: & hæc ſunt præciſe ignis, igitur miſtum cholericum definitur per ignem: ſimili modo de phlegmatico & alijs. tunc Auer. reſpondet ad rationem Alexã. Argumentabatur enim illud eſt ſubſtantia alicuius ad cuius ablationem, aufertur illud. Reſpõdet Auer. quod hoc eſt uerum cum aufertur illud ablatione prima. ad ablationem enim riſibilitatis aufertur homo, non tamen riſibilitas eſt forma hominis, quoniam homo non aufertur ablatione prima, ipſa riſibilitate ablata. Sed ablatione ſuę formæ, quæ aufertur ablatione riſibilitatis ita in propoſito ignis aufertur ablato calore, ſed non primo & per ſe, ſed mediante ablatione formæ ignis. Sed contra, quoniam data hac ſolutione, tunc riſibilitas eſſet ſubſtantia formę hominis, deducitur, quoniam ablatione prima ablata riſibilitate aufertur forma hominis. igitur riſibilitas erit illius ſubſtãtia. defenditur quod debet intelligi quod Auer. dixit ablatione prima, & per uiam anteædentis. modo forma hominis aufertur ablata riſibilitate ablatione prima, ſed per uiam conſequentis. Poſtea Auer. facit tertiam rationem contra Alex. hoc modo ſi qualitas eſſet in miſtis accidens, & in elementis ſubſtantia, tunc calor, uel humidum dicitur æquiuoce de calore in igne, & in miſto, uelut ens de ſubſtantia & accidente. modo hoc non eſt uerbis Ariſtotelis conſonum. Et propterea ait Auer. quod actio ignis eſt calor maximus, hoc eſt maxime calefacere, & motus ad ſuperius. & ideo calor hoc eſt ipſum calefacere erit in igne ueluti abſciſio in cultello: & actio manus in manu, & nõ quaſi ablatio in ablato, hoc eſt, & nõ uelut ſubſtantia, a materia. uocat enim ablationẽ ſubſtantiam, quoniam per ipſam aufertur compoſitum, materiam autem ablatum, quoniam ipſa eſt, quę aufertur. Gandauenſis dixit non eſſe poſitionem Alexandri illam, quã ei Auer. attribuit, tum primo quoniam in Libro de ſenſu, ubi Alexã. poſitionem ſuam protulit, non Categorice, ſed Hypothetice dixit qualitates eſſe ſubſtãtias elementorũ. Præterea hæc propoſitio nulla qualitas eſt ſubſtantia eſt per ſe nota, igitur ſuit nota Alexandro. non enim uidetur rationi conſonum, ut propoſitio per ſe nota ſit tanto uero ignota. & propterea aſſerit de mente Alexã. huiuſmodi qualitates non eſſe elementorũ ſubſtantias, ſed propter ignorantiam nominum formarum elementorum ab eo eſſe ſubſtantias illorum uocatas. Sed errauit ut mihi uidetur Ganduenſis, quoniam uerba illa libri de ſenſu non complete legit. Immo Alexã. per illa uerba, quæ ipſe adducit, dubitauit, & demum ſoluendo manifeſte ait primas qualitates eſſe ſubſtãtias elementorum. Præterea Themiſtius, Simplicius, & Philoponus ubiq; hanc poſitionem ſemper tribuerunt Alexan. modo hi melius ſ Ioãnes libros Alexandri perlegerunt. Verum de his in quinto Phyſicorum, nunc hæc ſatis ſint.

Expõne te xtu cõ. 10.

Et ut in ſubſtantijs id quod de materia prædicatur, eſt actus ipſe, ſic & in alijs definitionibus maxime. ut ſi limen oporteat definire, lignum aut lapidem ita poſitum dicemus, & domum lateres, & ligna ſic poſita. aut adhuc & cuius cauſa in quibuſdam. ſi uero cryſtallum, aquam congelatam, aut ſpiſſatam. Symphonia autem acuti & grauis cõmiſtio talis eſt. eodem quoque modo & in alijs.

TEX. 6.

Secundum Auer. Ariſto. nunc uult declarare quod partes cõpoſiti. quod definitur, ſint partes definitionis, & quod perfecte definitiones illæ ſint, quę omnes partes continent, ex quibus cõſtat compoſitum, uidelicet formam, & materiam. & hoc proponit, & dicit ſ Et ut in ſubſtantijs id quod de materia prædicatur eſt actus ipſe, ſic & in alijs definitionibus maxime ſ rerũ artificialium, & accidentium naturalium. & non intelligas uerba hæc eſſe ſecundum comparationẽ dicta: ſed ſecundum copulationem hoc pacto, quod tam in ſubſtantijs naturalibus, quam in artificialibus, & accidentibus differentia, quæ ponitur poſt genus, & materiam, eſt actus, ſiue ſumitur ab ultimo actu. & per prædicatum de materia, intelligas illud quod in definitione ponitur poſt materiam, & ultimo loco: quod eſt differentia ultima. & hoc per exempla exponit, & dicit ſ ut ſi limen oporteat definire, lignum aut lapidẽ ita poſitum ſ. in pede domus ſ dicemus ſ ubi patet, quod ſ lignum ſ uel ſ lapis ſ materia eſt, quæ in hac definitione, ut genus eſt ſ ita poſitum ſ actus eſt, quæ loco ultimæ differentiæ accipitur. Deinde in artificialibus aſſignat ſecundum exemplum, & dicit ſ & domum lateres & ligna ita poſita ſ ubi ſ lateres & ligna ſ ut genus & materia ſunt ſ ita poſita ſ forma, q̃ ut differentia eſt. & addit ſ aut adhuc & quod cuius cauſa eſt, in quibuſdam eſt ſ nam ultra formam additur finis etiam aliquando. dicimus enim domus eſt lateres & ligna ita poſita, ut prohibeant nos a caloribus & imbribus. Tertium exemplum affert in naturalibus, & dicit ſ Si uero cryſtallum ſ definimus, dicemus ſ aquam congelatam aut ſpiſſatam ſ Vbi patet aquam quæ ponitur loco generis eſſe materiam. & cõgelatam uel ſpiſſatam, poni loco differentię. Affert quartum exemplum, in artificialibus, & dicit ſ Symphonia autem acuti & grauis cõmiſtio talis eſt ſ ubi acutum & graue materia eſt, cõmiſtio talis forma.

Palam itaq; ex his, quoniam actus alius alterius



rius materiæ eſt ratio, aliorum enim compoſitio, aliorum miſtio, & aliorum aliud quid dictorum.

Ex his dat corollarium, & dicit ſ Palam itaq; ex his, quoniam actus alius, alterius materiæ eſt ratio ſ & differentia, quæ cõpler definitionem compoſiti, cuius cauſam dicit ſ alio rum enim compoſitio ſ ſubaudi actus & differentia eſt, ut ipſius domus ſ aliorum miſtio ſ ut ſymphoniæ ſ & aliorum aliud quid dictorum ſ ut liminis poſitio talis. Auer. aſſignat cauſam ueri textus, quem non habebat, ut propter quid intulit hoc corollarium, & aſſignat duas cauſas, prima eſt, quoniam non uniuerſaliter uerum eſt q; forma ſit ratio materiæ, niſi quando fuerit nota, ubi autem ſit ignota, loco eius utimur accidentibus propriſs, ſecunda cauſa eſt, quoniam in aliqbus utimur loco differentiæ eis quæ ſumuntur ex parte materiæ, ut cum definitur ſimitas in abſtracto, dicitur. n. q; ſimitas ſit cauitas naſi ubi dña accipitur a materia. aãduertit hic Auer. quæ diximus, q; cum definiuntur compoſita ex ſuba & accidente. ſin abſtracto ut ſimitas, qđ ſe habet, ut materia, ponitur loco differentiæ, quod uero ſe habet, ut forma, ponit ut genus, dicitur enim quod ſimitas ſit cauitas naſi. contra uero, cum definiuntur in cõcreto. Simili ratione res quę ſunt in ſubiecto, cum definiuntur in concreto, illud quod ſe habet materia, ſumunt ut genus, illud quod ſe habet ut forma ſumunt, ut differentiam. dicimus enim quod homo ſit animal rationale, cum uero in concreto contra materia, ut differentia, forma, ut genus dicitur, dicimus enim quod intellectiua anima eſt principium intelligendi in corpore rationali. ſecundo tollit contra dictionem, nã nono dicitur, quod materia non prędicatur de eo cuius eſt materia, neq; ſecundum nomen neq; ſecundum definitionem, hic autem dicit quod definitio conſtat ex materia, quod non eſſet, niſi materia ipſa prædicaretur de eo cuius eſt materia, & ſecundum nomen, & ſecundum rationem. reſpondet q; ibi loquitur de materia, ut materia, hic loquitur de materia, ut eſt ſimile generi, hoc eſt de genere materiali, & ſic tollitur contradictio.

Que Auer. Cõmen. 6. Cõmen. & text. 12.

Propter quod definientium, hi quidem dicentes quid eſt domus, quoniam lapides, & lateres, & ligna, poteſtate domum dicunt. materia nanq; hæc ſunt. Hi uero, uas protectiuum pecuniarum, & corporum, aut aliquid & aliud tale addentes, actum dicunt. Alij autem ea ambo componẽtes: tertiam, & eam quæ eſt ex his ſubſtantiam. uidetur enim quæ quidem per differentias ratio ſpeciei, & actus eſſe: quæ uero eſt ex inexiſtentibus, materiæ magis. Similiter autem & quos Archyta approbauit terminos, ſimul enim utriuſq; ſunt ut quid eſt ſerenitas, ges in aeris pluralitate. Aer quidem materia, actus & ſubſtantia quies eſt. qd eſt trãquillitas, maris equitas. ſubiectum quidem ut materia, mare. Actus autem, & forma equitas. Palam itaq; ex dictis, quæ & quomodo ſit ſenſibilis ſubſtantia: nam hæc quidem, ut materia eſt, illa uero, ut forma: & actus. Tertia eſt, q̃ eſt ex his.

Iterum ex his infert ſecundum corollarium, & declarat differentiam eorum, qui definiunt res. & dicit, propter quod definientium ſ hi quidem dicentes quid eſt domus, quoniam lapides, & lateres & ligna ſ eſt ſ poteſtate domum dicũt ſ cuius cauſam aſſignat, & dicit ſ materia nanq; hæc ſunt ſ quæ poteſtate eſt domus ſ hi uero, uas protectiuum pecuniarum & corporum, aut aliquid & aliud tale addentes, actum ſ & formam ſ dicunt, alij autem ea ambo componentes ſ dicũt ſ tertiam & eam ſubſtantiam, quæ eſt ex his ſ aſſignat cauſam differentiæ primarum definitionum, & dicit ſ uidetur enim quæ quidẽ per differentias ratio ſ eſt ſ ſpeciei, & actus eſſe, quæ uero eſt ex ſ partibus ſ inexiſtentibus ſ uideſ ſ materiæ magis ſ & ſic patet differentia talium definitionũ, deinde approbat Archytam, & dicit ſ ſimiliter autem & termini, quos approbauit Archyta ſ bene ſe habent, cuius cauſam aſſignat, & dicit ſ ſimul enim utriuſq; ſunt ſ quoniam materiam, & formam complectuntur ſ ut quid eſt ſerenitas ſ reſpõdet q; ſ eſt quies in aeris pluralitate ſ & dixit in aeris pluralitate, quoniam ſi quies eſſet in aere in dolio intracluſo, cum ſit paucus, non eſſe tranquillitas. ubi conſtat q; ſ aer quidem materia eſt, actus autem, & ſubſtantia quies ſ iterum cum quæritur quid eſt tranquillitas, reſpondet q; ſit ſ maris equitas ſ ubi patet q; ſ ſubiectum quidem ut materia ſ eſt ſ mare actus autem, & forma eſt æquitas ſ tunc epilogat, & dicit ſ palam itaq; ex dictis, quæ & quomodo ſit ſenſibilis ſubſtantia, nam hæc quidem ut materia eſt, illa uero ut forma & actus, tertia uero ex his ſ per quæ poteſt intelligi quod omnes hæ tres ſint ſenſibiles ſubſtantiæ, & poteſt intelligi, quod tertia ex his ſola ſit ſenſibilis ſubſtantia.

Oportet autem non ignorare, quia aliquando latet, utrum nomen ſignificet ſubſtantiam, aut actum & formam. ut domus utrum ſignum communis, quia tegmentum ex lateribus, & lignis, & lapidibus ſic compoſitis, aut actus, & ſpeciei, quia tegmentum. Et linea utrum dualitas in longitudine ſit, aut quia dualitas. & animæl utrum ſit anima in corpore, aut anima. hæc enim ſubſtantia, & actus corporis alicuius eſt.

TEX. 7.

Mouet Ariſtoteles hic quæſtionem, uerum hæc quæſtio non eodem modo intelligitur ab omnibus, Auer. enim uult, q; cum nomen ſpeciei ſignificet formam, & ſubſtantiã compoſitam ex materia & forma, ideo uult q; Ariſtoteles quæraq̃ quid prius, dignius, ac principalius ſignificet formam ne, an ſubſtantiam compoſitam. Sed reuera quæſtio Ariſtotelis eſt abſoluta, quærit enim utrum nomen ſpeciei, ut hominis, aut animalis ſignificet formam, aut ſubſtãtiam compoſitam. unde dicit ſ Oportet autem non ignorare, quia aliquando latet utrum nomen ſ. ſ. ſpeciei ſ ſignificet ſubſtantiam compoſitam, aut actum & formam ſ ecce q; quæſtio eſt abſoluta: & non comparatiua, ut Auerroes exponit. exponit autem quæſtionem per exemplum, & dicit ſ ut utrum ſ hoc nomen domus ſit ſignum cõis ſ hoc eſt rei compoſite ſ quia ſ uidelicet ſignificat ſ tegmentum ex lateribus & lignis & lapidibus ſic compoſitis ſ ac conſtructis, ut decet ſ aut ſ eſt ſignum ſ actus, & ſpeciei ſ hoc eſt formæ domus, utpura ſ quia ſ ſignificet ſ tegmentum ſ deinde affert ſecundum exemplum, & dicit ſ & linea. utrum ſit dualitas in longitudine, aut quia dualitas ſ ſit tantũ. utitur autem hic exemplo Platonico, nam Plato poſuit numeros formas in magnitudine, & ita uoluit lineam nihil aliud eſſe, q̃ dualitas in lõgitudine: ita ut dualitas forma, longitudo materia ſit. & propterea quærit an linea ſit dualitas, hoc eſt forma, an dualitas in longitudine. hoc eſt forma in materia. deinde affert tertium exemplum, & dicit ſ & animal utrum anima in corpore ſ ſit, hoc eſt ſubſtantia compoſita ex anima, & corpore ſ aut anima ſ tantum. nec ab ratione eſt ita quærere ſ nam hæc ſubſtantia, quę eſt anima, & actus corporis alicuius eſt ſ ex his patet q; quæſtio non comparatiua, ut Auer. uoluit, ſed abſoluta eſt.

Que Auer. Cõmen. 6.

Erit autem utiq; & in utriſque animal: non ut una ratione, ſed quaſi ad unum.

Expoſitores uolunt hic Ariſtotelem ſoluere quæſtionem, ſed non ſecundum propriam intentionem, ſed ſecundum opinionem Platonis. uoluit enim Plato, q; cum forma ſeparata ſit tota rei ſubſtantia, ideo nomen ſpeciei per prius formam, & ſecũdario compoſitum ſignificet. & cauſa eſt, quoniã ho-

mo compositus ex materia, & forma, non est homo. nisi participatione ideæ, quæ est homo per essentiam, & ꝓpterea nomen speciei licet de utrisq; dicatur: non tamen de illis dicitur æqualiter, nec uniuoce, sed secundum prius, & posterius, ac per quandam attributionem ad unum. Auerroes autem uult ꝙ Aristoteles soluat quæstionem secundum intentionē propriam, & ꝙ nomen speciei significet utrunq;, & ꝙ prædicetur de utroq;, nō tamen uniuoce, sed principaliter de forma, secundario uero, de composito ex materia & forma. hoc autem probat primo quia nomen non significat aliquid, nisi secundum quod illud est in actu, nam nihil per nomen significatur, nisi intelligatur: quod autem intelligitur est in actu: igitur nomen nihil significat, nisi quia in actu. quare nomē principalius formam, quæ est ipse actum significabit, q̃ compositum, quod est in potētia. secundo cum duo fuerint, quorum alterum alterius causa est, illud quod est causa dignius habebit nomen. uerbi causa dignius calidum de igne, q̃ de cæteris dicitur, quoniam ignis est causa quare cætera sunt calida. & propterea dicit Auer. ꝙ cum fuerint plura quæ idem nomen habent, & alterum propter alterum nomen habet, illud propter quod cætera nomen habent, dignius nomen habebit, & erit causa, cæterorum, hæc Auer. de quibus primo posteriorum diximus, & septimo huius.

TEX. 8.
differunt διαφέρει conferunt.
δὴ itaq; δὲ autem.

Sed hæc ad aliquid aliud quidem differūt, ad quæstionē uero substantiæ sensibilis nihil. quod quid erat esse enim speciei, & actui inest. nā anima quidem, & animæ esse idem est, hominis uero esse, & hō non est idem, nisi & anima homo dicatur. Sic itaq; alicui quidem, alicui uero, non.

Duæ erant quæstiones, altera an nomen speciei significet utrunq;. s. formam, & compositum, altera an quod quid erat esse, & id, cuius est quod quid erat esse sint idem, Aristoteles ergo cum mouit quæstionem, & soluit, hic ostēdit ꝙ illa quæ dicta sunt de quæstione, non sunt ad ꝓpositum secundę quæstionis, cum illa sint extra metaphysicam, quæstio enim de significatione nominum, & uocum logica est. At quæstio secunda metaphysica est, cum sit de eodē & diuerso. dicit { sed hæc } subaudi quæ dicta sunt de prima quæstione { ad aliquid aliud quidem differunt } ut ad ea, quæ dicuntur de significatione nominū & uocum in dialectica. nam in talibus sic uel aliter dicetur, multum refert { ad quæstiones uero substantiæ sensibilis } quę est utrum in ea idem sit quod qd erat esse, & id cuius est { nihil differunt hæc, si sic uel aliter dicantur. & ideo respondens ad quæstionem secundam metaphysicalem, dicit ꝙ ipsum quod quid erat esse idem est cū actu, & forma, & dicit { quod quid erat esse enim speciei & actui inest } per identitatem, est ergo solutio ꝙ ipsum quod quid erat esse est idem formæ, & actui. non autem composito ex materia & forma. & hoc declarat, & dicit { nam anima quidem } quæ est forma hominis { & animæ esse, idem est, hominis uero esse } . s. qui est compositus ex anima, & corpore { & homo nō est idem, nisi & homo dicatur anima } ut Platonici dicunt { sic itaq; } ut concludit ipsum quod quid erat esse { alicui quidem } est idem, uidelicet formæ { alicui uero, non } uidelicet composito ex materia & forma.

Non uidetur itaq; quærentibus syllaba ex elementis esse, & compositione, nec domus lateres, & compositio, & hoc recte. non enim compositio & mistio ex his est, quorum est compositum, & mistum: similiter autem nec aliorum quicquam, ut si limen est ex positione, ex limine nō positio. sed magis hoc ex illa. neq; itaq; homo est animal & bipes, sed aliquid oportet esse, quod prçter hęc est. si hæc materia sunt. neque elementum est, neque ex elementis, sed substantia: quod auferentes materiam, dicunt.

Duo dixerunt Platonici, alterum ꝙ forma rei compositæ non sit pars materialis illius: nec inter partes materiales connumeranda. alterum ꝙ forma rerum compositarum sit omnino substantia separata, ac omnino præter materiam. Aristoteles igitur consequenter postquam demonstrauit ea quæ dicta sunt de prima quæstione non esse ad propositum, nunc declarat quatenus Platonici in primo horum bene dixerunt, in altero male. & dicit { non uidetur itaq; quærentibus syllaba ex elementis esse } hoc est ex literis { & ex cōpositione } quæ est forma literarum, utrisq; tanquam ex partibus materialibus { nec domus uidetur lateres & compositio } tanq̄ materialia. tunc commendat hoc primum, & dicit { & hoc bene } & recte dicunt { non enim compositio } quæ est forma domus { & mistio } quæ est forma hydromellis { ex his est, quorum est compositum, & mistum } non enim sunt de numero partium materialium, sed formæ sunt eorum, quorum sunt. & amplificans sermonem dicit { similiter autē nec aliorum quicquam. ut si limen ex positione } est, tanquam ex forma, non ex lumine aliquo pacto { positio est } nec tanq̄ ex forma, nec tāquam ex materia { sed magis hoc } . s. limen { ex illa } tanquam ex forma est. ex ijs concludit ꝙ simili ratione { neq; homo est animal & bipes, sed aliquid oportet esse, quod præter hæc est, si hæc materia sunt } neq; { etiam } homo est { elementum, neq; ex elementis, sed substantia } distincta ab his. tunc tangit secundum quod Plato dicebāt, & inquit { quod } Platonici { dicunt, auferentes } omnino { materiam } & ponentes formam non solum distinctam, sed separatam penitus a materia, & quantum ad hoc, ut uidebitur, male dicūt. nam licet forma sit distincta a materia, non est omnino separata, ut statim uidebitur.

Si igit̃ hæc causa est ipsius esse, & est substantia hæc, hanc utiq; substantiam non dicent.

Sed reprobat secundum. dixerunt enim Platonici ꝙ non solum forma est distincta a materia, & a cōposito, sed etiam separata: ac omnino abiuncta a materia. contra hoc obijcit, & dicit { si igitur hæc } . s. forma { est causa ipsius esse } tam compositi, q̃ ipsius esse materiæ { & hæc } forma { est substantia } qua & compositum, & materia sunt { hanc } . s. formam { utiq; substantiam } . s. penitus separatam { non dicent } sed formam in materia. Auerroes autem, legit hoc pacto } si igitur hæc causa est ipsius esse } uidelicet substantiæ sensibilis { & hæc } . s. forma { est substantia, hāc utiq; } formam { non dicent substantiam } compositā, & sensibilem. sed sic exponendo, tunc Aristoteles non reprobasset secundum Platonis dictum: sed transiret ad aliud propositū, quod non placet, nec est uerbis consonum.

Quę Auer. Cōmen. 8.

Sed necessarium est hanc, aut sempiternam esse, aut corruptibilem sine corruptione, aut factam esse sine generatione. Demonstratum est autem in alijs, & declaratum quoniam nullus speciem facit, neq; generat, sed efficitur hoc, atq; fit quod ex his est.

Cum probasset contra Platonicos formam non esse penitus a materia separatam, atq; abiunctam, nunc qualis sit subscribit, & dicit { sed necessarium est hanc } . s. formam per quam substātia sensibilis est { aut sempiternam esse, aut corruptibilem sine corruptione, & factā esse sine generatione } cum enim nō sit separata, ut deductum est, oportet ipsam esse aut sempiternam in materia, aut generabilem sine generatione, & corruptibilem sine corruptione. quod non sit sempiterna in materia, tanquam perspicuum omnibus derelinquit: quod uero sit corruptibilis sine corruptione, & orta sine generatione, probat, & dicit { demōstratum est autem in alijs,

& declaratum,



& declaratum, quoniam nullus speciem { hoc est formā { facit } per se { neq; } speciem ac formam per se { generat, sed efficitur hoc } . s. singulare { atque fit } per se compositum { quod ex his est } . s. forma, & materia. forma igitur non generatur per se, sed generatur per accidens generatione compositi, nec corrumpitur per se, se corrūpitur corruptione compositi. igitur bene dictum est formam fieri sine generatione, scilicet per se, & corrumpi sine corruptione, s. per se.

Si autem sint corruptibilium substantiæ separabiles, nondum palam est, attamen quod quorundā non contingat, palam est, quæcunq; non possibile est prçter ipsa alia esse, ut domū, & uas.

Iis declaratis, sumit quid non manifestum & quid manifestum sit, & dicit { si } ipsorum { corruptibiliū } singularium { substantiæ } hoc est species { separabiles sint } ut Plato posuit { nōdum palam est } . s. in hoc libro, quoniam in septimo, fuit aliquibus rationibus disputatum, & in. xiij. & xiiij. libris iterum disputabitur. deinde exponit, quid manifestū sit, & dicit { attamen ꝙ quorundam } corruptibilium singularium { non contingat } formas separatas esse { palam est } quorundam dico corū { quæcunq; non possibile est esse alia præter ipsa, ut domum & uas } præter hæc enim corruptibilia, quæ sunt uas, & domus non possunt esse alia. s. domus & uas separata a materia: & sic artificialium non dantur formæ separatæ: & quantum ad hoc est manifestum. sed dubitatur quoniam sicut in naturalibus datur homo præter hominem, quia datur homo intelligibilis præter hominem sensibilem, & ideo apud Platonem sequitur, ut detur homo separatus, qui est idea hominum. sic datur domus intelligibilis præter domum sensibilem, ut domus in mente præter domum sensibilem: quæ est in re, ergo dabitur idea domus, quoniam cuilibet intellectioni apud Platonem correspōdet aliquid in re. dicendū, ꝙ regula Platonica est intelligenda hoc pacto, cum in aliquibus datur intelligibile præter sensibile ex parte rei, illud intelligibile est idea rei sensibilis, ut quoniam ex parte rei datur homo intelligibilis præter sensibiles homines, ideo datur homo intelligibilis, qui est idea hominum. in artificialibus autem ex parte rei non datur domus intelligibilis præter sensibiles, sed ex parte nostra, quatenus domum in mente conficientes, facimus domum in re. sed nisi illam in mente conficeremus, non esset domus intelligibilis præter sensibiles. ergo domus intelligibilis præter sensibiles nō datur nisi ex ꝑte nostre: non aūt ex parte rei, ideo non oportet esse ideā in talibus.

TEX. 9.

Forsan quidem igitur nec substantiæ sunt, nec aliquid ipsa hæc, nec aliquid aliorum, quæcunq; nō natura constituta sunt. naturam. n. solam utiq; quis ponet eam: quæ in corruptibilibus, subām.

Vt placet Auerroi, Aristoteles intendit declarare ꝙ nulla forma artificialis sit substantia, ut habeat ꝙ minus possit esse substantia separata. nam cum induxisset exemplum in artificialibus, & dixisset, ꝙ in talibus non sint assignandę ideę: nūc uult declarare, ꝙ hoc ideo est, quoniam nulla forma artificialis est substantia. & sic uerbum { quidem igitur } legendum est causaliter pro quoniam, uel enim. & si legitur, ut iacet, tūc Aristoteles ex his, quæ contra Platonem dixit, infert, nullam formam artificialem esse substantiam. ut sit sensus, cum in artificialibus non sint ideæ { igitur ipsa hæc } . s. uas & domus { nec substantiæ sunt, nec aliquid } in prædicamento substantiæ, & non solum uas & domus non sunt substantiæ: sed { nec aliquid aliorum } artificialium est substantia, dico nec artificialium { quæcunq; non sunt constituta natura } & causam affert, & dicit { quia solam eam naturam tenet substantiam, quæ est forma naturalis } in compositis { corruptibilibus } forma enim naturalis est potissimum substantia. at in artificialibus materia est substantia. unde sicut in naturalibus forma est substātia, & materia substantia est ꝓpter formam, ita in artificialibus materia est substātia, & forma est ens propter materiā. quo uero ad uerba attinet, dixit { forsan } quoniam hic non est proprius locus discutiendi rem hāc, ideo, ut sui moris est, per uerbum dubitandi loquitur.

Quare dubitatio, quam Antisthenij & sic indocti dubitauerunt, habet quoddam tempus soluendi, quoniam non est ipsum quid est definire, terminum enim rationem esse lōgam dicebant, sed quale quid est posse doceri. sicut argentū quidem quid est, non. sed quoniam quale stannum.

Nunc inducit dubitationem Antistheniorum, & uult declarare ꝙ illa dubitatio ualet contra Platonem, & non cōtra se. erat enim dubitatio, simplicium nō est definitio: quoniam definitio est ratio longa: quæ simplicis esse non potest. quod quid est, est simplex. igitur ipsius quod quid est non est definitio. unde dicit { quare dubitatio, quam Antisthenij & sic indocti } ac ineruditi in dialectica, ut erant Antisthenij { dubitauerunt, habet quoddam tempus soluendi } in præsenti loco magis q̃ alibi. deinde exponit dubitationem, & dicit, dicebant enim { quoniā non est ipsum quid est definire } & hoc ideo, quia { dicebant terminum } hoc est definitionem { esse rationem longam } quæ rei simplicis esse non potest. & si dicebatur contra eos, quoniam nos docemus res simplices, dicebant quiditates simplices posse doceri per similitudinem, ueluti siquis doceat argentum, & dicat, ꝙ sit simile stāno: ita res simplices possunt exponi per quandam similitudinem ad res compositas, nō autem definiri, cum definitio sit ratio longa: quæ componitur ex parte & parte: quibus caret res simplex. unde dicit { sed } dicebant rem simplicem { posse doceri } per quandam similitudinem, & ponit exemplum, & dicit { sicut argentum quidem quid est non } posse definire dicebant, & hoc si argentum accipitur pro re simplici { sed } posse doceri { quoniam } est tale { quale stannū } & ita per similitudinem ad rem compositam. & accepit argentum pro exemplo rei simplicis, & stannum pro exemplo rei compositæ, per cuius similitudinem cognoscitur res simplex. nec cura de exemplis, cum exempla ponantur, nō ut ita sint, sed ut sentiant, qui discunt. sic igitur colligendum est, ꝙ rerum simplicium non sint definitionem, sed bene doctrinæ assignatæ per similia. appellauit autem hos indoctos, quia erant imperiti in dialectica. Auerroes autem aliter rationem Antistheniorum formauit, dicit enim ꝙ si omnium sit definitio: tunc partium definitionis erit definitio, & ulterius partium illarū partium, & sic in infinitum. & hæc dubitatio non conuenit uerbis Aristotelis, sed bene solutioni, quam postea assignabit.

Quę Auer. Cōmen. 9.

Quare substantiæ est quidem: cuius contingit esse terminum & rationem, ut cōpositæ, siue sensibilis fuerit, siue intellectualis. primorum autem ex quibus hæc est, non est, siquidem aliquid de aliquo significat ratio definitiua: & oportet hoc quidem, ut materiam esse, illud uero ut formam.

Respondet nunc ad rationem Antistheniorum, & demonstrat dubitationem non habere locum cōtra se, sed bene contra Platonem. & dicit { quare substantiæ est quidem } definitio, substantiæ dico est definitio { cuius contingit esse terminum & rationem } longam { ut } substantiæ { compositæ. siue } talis cōposita substantia fuerit { sensibilis } ut substantia physica { siue intellectualis } ut mathematica, utriusque enim est definitio: modo utraq; sit composita { primorum autem } hoc est primarum partium { ex quibus hæc } substantia est } non est definitio } non enim generalissimorum est definitio: cuius causam dicit { siquidem aliqd de aliquo } hoc est genus de differentia { significat ratio definitiua } dico genus de differentia non enūciatiue, ut in propositionibus: sed constitutiue: causam rursus affert, & dicit { &

oportet } hoc est, ga oporter { hoc quidem ut materiã esse } scilicet genus { illud uero ut formam } .ſ. differentiam, & sic definitio significat rationem compositam ex duobus. & quoniam talis compositio reperiri nõ potest in primis generibus: ideo illorum non est definitio. dubitatio ergo hæc non ualet contra Aristotelem, ualet autem contra Platonem: qui ideas simplicissimas substantias esse fatebatur. & ita illarum nec erit definitio: nec ipsæ aliis esse possunt definitiones. quo uero ad uerba attinent, Auer. per prima, intelligit primam materiam, & primam formam: nam prima materia, & prima forma simplices sunt, & utraq; significat idem, hoc est naturam simplicem, non resolubilẽ in conceptus priores. fortasse enim prima forma est corporeitas, a qua accipitur generalissimum cuius conceptus in nullos priores resoluitur. melius autẽ per prima intelligere debemus, prima genera, ad quę stat ultima resolutio conceptus specifici. illorum enim non est definitio: quia sunt prima prædicata quiditatiua, quorum ut Aristo. dicit primo posteriorum, non sunt prædicat a qditatiua priora.

Que Auer. Cõmen. 9.

TEX. 10. Palam autem, & quoniam si sint quidem aliquo modo numeri substantiæ, sic sunt, & nõ sunt ut quidam dicunt, unitatum multitudo. est enim definitio numerus quidam. nam et diuisibilis est, & ad indiuisibilia. non enim infinitæ rõnes sunt. talis autem, & ipse numerus est.

Inter Platonis sectatores aliqui fuerunt, qui dixerunt formas rerum naturalium esse ideas, aliqui uero, qui dixerũt formas rerum esse numeros. cum igitur disputasset contra primos, nunc disputat contra secundos, & declarabit quomodo potest intelligi formas rerum, hoc est quiditates, & definitiones esse numeros. & proponit primo quomodo sint numeri, & dicit { palam autem, & quoniam si substãtiæ sint quidem aliquo modo numeri, sunt sic } numeri, hoc est similitudinarie per quandam assimilationem ad numerum { & non sunt ut quidam dicũt } numerus, qui est { unitatum multitudo } hoc est uere, & absolute numeri. deinde declarat primam assimilationem, per quam substantia, quæ est definitio, est numerus. & dicit { definitio enim numerus quidam est } non simpliciter, sed per assimilationem ad uerum numerum. quoniam, sur uerus numerus est multitudo diuisibilis, quæ resoluitur ad indiuisibilia uidelicet ad unitates indiuisibiles, sic definitio est diuisibilis ad genus & differentiam, quæ uia resolutionis tandẽ ad indiuisibilia resoluuntur. ueluti si hominis definitio diuideretur in animal, & rationale, & definitio animalis in animatum, & sensitiuum, non ꝓcedet hoc in infinitum, cum nec in formalibus, nec in materialibus causis sic procedere in infinitum, nec in prædictis quiditatiuis, quare diuisio definitionis non diuisioni continui assimilatur, quæ procedit in infinitum, sed diuisioni numeri, quæ resoluitur ad indiuisibilia. dicit igitur { definitio enim numerus quidam est, nam & diuisibilis est, & ad indiuisibilia } tãdem resolubilis { non enim infinitæ rationes sunt } sed standum est ad hæc, quæ amplius non definiuntur { talis autem } ut definitio { & ipse numerus est } est enim diuisibilis, & ad indiuisibilia.

Et quemadmodum a numero ablato aliquo, aut addito, ex qbus numerus est, non adhuc idem numerus est, sed alter, quanuis minimum auferatur, aut addatur: sic nec definitio, nec qd quid erat esse, erit adhuc ablato aliquo, aut addito.

Nunc assignat secundam assimilationem definitionis ad numerum, & dicit { & quemadmodum a numero ablato aliquo, aut addito } eorum { ex quibus numerus est, nõ adhuc idem numerus est, sed alter, quamuis minimum auferatur, aut addatur } ueluti est unitas, quæ est numeri minima pars: qua ternario enim, ut Auerroes inquit, si unitas adderetur, nõ est amplius quaternarius, sed quinarius, qui differt specie a quaternario, & si diminuitur unitas, erit ternarius, qui etiã differt specie a quaternario { sic nec definitio, nec qd quid erat esse } adhuc { erit } eadem { ablato aliquo aut addito } uerbi causa cum dixerimus in definitione animalis, ꝙ sit corpus uegetatiuum sensibile: si diminuerimus sensibile, quæ erat ultima differentia, non erit al, sed planta erit, si addemus rõnale, erit hõ.

Que Auer. Cõmē. 10.

Et numerũ oportet esse aliquid quo unus sit, quod nunc non habent dicere, quo unus sit, siquidem est unus, aut enim nõ est, sed ut aceruus est, aut siquidem est, quid est, quod est faciens ipsum unum. ex multis & definitio una est, similiter autem neq; hanc habent dicere, & hoc merito accidit, eiusdem enim rationis & substãtia unum est ita: sed non (ut dicũt quidam) ut unitas q̃dam existens, aut punctũ, sed actus, & q̃dam natura una.

Hic tãgitur tertia similitudo, ꝙ uidelicet sicut numerus est per se unus, non sicut aceruus, sed per se unus ab ultima unitate, sic definitio ac quiditas est per se una ab ultima differentia, quę est ut actus, & forma respectu generis. unde dicit { et numerum oportet esse aliquid, quo unus sit } hoc est oportet esse per se unum ab ultima unitate. ostendit tamen, ꝙ Platonici nesciant unde numerus sit unus, & dicit { quod nũc non habent dicere, quo } numerus { unus sit, siquidẽ est unus } dico siquidẽ est unus { quia aut non est unus } per se { sed } est unus { ut aceruus } per aggregationẽ, & non per se { aut siquidem est } ut rei ueritas profitetur { dicendum } est ab eis { quid est, quod facit ipsum unum } certe non possunt dicere: aut nesciunt dicere. per quæ uult habere ꝙ numerus sit per se unus, & quidem ab ultima unitate, deinde complendo similitudinem, dicit { & definitio } etiã { ex multis una est } per se, affert tamen, ꝙ etiam unitatem definitionis ignorauerint, & dicit { similiter autem neq; hanc habent dicere } neq; sciunt dicere, assignat tamen ipse ueram causam unitatis definitionis, & dicit { & hoc } .ſ. definitionem esse per se unam { merito accidet, nam unum ita } ut definitio est una, est { et substantia eiusdem rationis } subaudi ab ultima differentia, ut subintelligit Auer. { sed non } est ultima differẽtia { ut dicunt quidam }. qui asserunt ꝙ ultima differentia sit { ut unitas quædam existens } qua numerus est unus { aut ut punctus } quo continuum est unum. continuum enim unum est, quia partes copulantur ad unum punctum, & numerus unus est ab ultima unitate. non sic igitur differentia est una { sed actus & natura } hoc est forma { quædam una } quæ generi adueniens, facit definitionem unam, paret igitur, tertia similitudo, ꝙ sicut numerus est per se unus ab ultima unitate: sic definitio per se una ab ultima forma, ac differentia. Iuniores probãt ꝙ ab ultima unitate non sit numerus unus in specie. primo quidem, qm̃ si ita esset, tunc illa translata ad primã, numerus substantialiter mutaretur. secundo quia unitates constituentes numerum, omnes possunt esse æque primæ naturæ, & tempore. tertio forma est formaliter in materia, unitas ultima non est formaliter in prioribus unitatibus. igitur nõ est id, a quo numerus dicitur unus formaliter. in contrarium est Auerroes, qui dicit, sic, quemadmodum quando alicui numero additur, unum aut diminuitur, transfertur ad aliam naturam, ac speciem numeri, similiter definitiones compositæ ex primo genere & pluribus differentijs, quando diminuitur aliqua differentia, uel additur, definitio transfertur ad aliam naturam. hæc Auer. igitur sicut ratio formalis, & unitas formalis definitionis est ultima differentia: sic unitas formalis numeri erit ab ultima unitate: est tamen animaduertendum, ꝙ numerus est formaliter unus ab ultima unitate, nõ quatenus est unitas, sed quatenus est ultima. tunc ad primam dicẽdum, ꝙ licet ultima unitas transferatur ad primam quo ad materialem rationem, quo ad formalem remanet in unitate trãslata. erit

Cõmẽ. 10.



erit. n. ratio formalis ultimitas, quæ manet in unitate translata, sicut in unitate prima. Ad secundum dicendum ꝙ omnes possunt esse æque primæ secundum rationem materialem, hoc est quatenus unitates, non autem secundum rationẽ formalem: quæ est ultimitas, ut ita loquar. ad tertium dicendum ꝙ licet nulla unitas secũdum rationem formalem sit in alijs, secundum tamen rationem formalem ultima est semper in præcedentibus, cum denominentur ab illa.

Et quemadmodum nec numerus habet magis aut minus, nec quæ secundum speciem substantia, sed siquidem, quæ cum materia. De generatione igitur, & corruptione dictarum substantiarum quomodo contingat impossibile sit, & de reductione ad numerum, sit usque ad hoc determinatum.

Hic ponitur quarta assimilatio, ꝙ uidelicet ut in numero non est magis, & minus, ita nec in substantia formali, ac specifica: uerbi causa, trinitas & quatrinitas non suscipit magis, & minus, non enim altera trinitas est magis trinitas altera trinitate: nec dualitas est magis dualitas altera dualitate, ita substantialis forma secundum essentiam non suscipit magis & minus, non enim homo secundum formã est magis homo altero homine. addit tamen, ꝙ si forma suscipit magis & minus hoc habet, ut est in materia, hoc est ut est indiuiduum, nam ut sic per accidens alter altero perfectior esse potest. unde dicit { & quemadmodum nec numerus } formaliter { habet magis aut minus ſm formã { nec substantia quæ est secundum speciem } & formam { sed } si substantia { quidem } suscipit, ea substantia suscipit { quæ est cũ materia } hoc est substantia indiuidualis, cum enim sit in materia, accidentia consequitur materialia, ratione quorum poterit participare magis & minus de perfectione illorum. demum epilogat, & dicit { de generatione igitur & corruptione dictarum substantiarum }. .ſ. formalium { quomodo contingit } quia per accidens ratione compositi { & quomodo impossibile } ga per se { & de reductione { earum { ad numerum } per uiam assimilationis { usque ad hoc sit determinatum }

TEX. 11. De materiali autem substantia oportet non latere, quoniam utiq; ex eodem primo, aut ex eisdem quasi primis oĩa sunt, & eadem materia est, ut principium his, quæ fiunt: licet aliqua propria cuiuslibet, sit, ut phlegmatis prima materia sunt dulcia, aut pinguia. Choleræ uero, amara, aut alia quædam. At hæc etiam forsan ex eodẽ sunt.

Cum egisset de formali principio: nunc agit de materiali: & primo accipit quomodo omnium sit una materia: secũdo quomodo econuerso unius sint plures materiæ. de primo dicit { de materiali autem substantia oportet non latere quoniam utiq; ex eodem primo, aut ex eisdem quasi primis omnia sunt, & eadem materia est, ut principium his } omnibus { quæ fiunt } & quæ corrumpuntur { licet } ut inquit { sit aliqua } materia { ꝓpria cuiuslibet, ut phlegmatis prima materia sunt, dulcia, aut pinguia } hoc est unctuosa cibaria { choleræ uero } prima materia { sunt amara, aut alia quædam } hoc est cibaria amara, & acuta. ut Auer. exponit. est ergo propositio, ꝙ licet cuiuslibet compositi sit propria prima materia: tamen omnia fiũt ex eadem prima materia, uel ex eisdem quasi primis principijs materialibus. & addit { aut ex eisdem quasi primis } propter elementa, ex quibus quasi primis omnia mista sunt, & fiunt. & quia dixit phlegma ex propria & cholerum ex propria materia fieri, ne quis credat, omnia non resolui in primam materiam, addit, at hæc etiam forsan. ſ. dulcia & amara { ex eodẽ sunt } materiali principio primo. patet igitur quomodo omnium sit una prima materia. & dixit { forsan quoniam quę hic dixit, nor probauit, sed accepit tantum: Aristo. autem mos est, cum nõ probarit log dubitatiue.

Fiunt autem plures materiæ eiusdem quando alterius altera fuerit. ut phlegmatis ex pinguí, & dulci, si pingue ex dulci sit. ex cholera uero propterea ꝙ in materiam primam cholera resoluatur. Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quia principiũ erit, aut ex eo, quod resolutũ est in principiũ.

Nunc declarat quomodo plures materiæ possunt esse eiusdem, & uult ꝙ aliquid ex pluribus materijs esse potest, ordine quodam, & per resolutionem extremi sui contrarij in primam materiam. & dicit { Fiunt autem plures materiæ eiusdem } misti { quando alterius altera fuerit materia, ut phlegma ex pingui & dulci, si pingue ex dulci } phlegma igitur ex duabus materijs est, ordine tamen quodam. est enim ex pingui, hoc est unctuoso cibo: & ex dulci, quatenus unctuosum est ex dulci tanꝙ ex materia. cũ enim unctuosum sit medium sapor inter amarum, & dulce, & medium fit ex extremis, unctuosum erit ex dulci, & addit { si pingue est ex dulci } quoniam, ut Auer. inquit, hoc nõ est manifestum in hoc loco: sed in libro de sensu. sic igitur patet phlegma fieri ex pluribus materijs ordine quodam, fit etiam ex suo contrario per resolutionem illius in primã materiã, & hoc exponit, & dicit { ex cholera uero } fit phlegma ipsum, qd choleræ extra materiale contrariatur { ꝓterea ꝙ in primam { ipsam { materiã cholera resoluatur } ex qua prima materia cholera abiecta fit phlegma & ꝙ ita sit, probat, & dicit { dupliciter enim hoc ex hoc } fieri dicitur { aut } aliquid dicitur fieri ex hoc, quando illud { principium } materiale ꝓximum ac propriũ { erit } ut phlegma fit ex unctuoso cibo { aut ex eo, quod est resolutum in principium } primum, quod est utriq; commune, & hoc pacto phlegma dicitur fieri ex cholera, quoniã fit ex materia eadem ex qua fuit cholera, & in quam cholera est resoluta: patet igitur qũo plures materiæ possunt esse eiusdem.

Contingit autem una existente materia, fieri diuersa propter mouentem causam ut ex ligno, & arca: & lectus. quorundam uero altera materia ex necessitate alterís existentibus, ut serra non utiq; fiet ex ligno: quoniam in mouẽte causa hoc non est, non enim faciet serram ex lana aut ligno. Si ergo idem contingit ex alia materia facere, palam quoniam ars, & principium, quod est ut mouens est idem. nam & si materia est altera, & mouens, & factum etiam est.

TEX. 12.

Remouet Aristoteles hic quæstionem, dictum est enim diuersa esse posse ex eadem materia, & plures materias posse esse eiusdem: ideo quæritur. propter quid in aliquibus diuersa immediate fieri possunt ex eadem materia, ut ex ligno, arca, & lectus, in aliquibus uero nõ possunt diuersa fieri ex eadem materia: sed unumquodq; ex propria materia, ut serra nõ nisi ex ferro, uel ære, & non ex alia materia. soluit in aliqbus hoc esse propterea ꝙ in agente sit facultas agendi diuersa. ex eadem materia, ut si agens fuerit unum diuersa opera considerans facere ex illa una materia. in aliquibus uero nõ est in posse agentis ex una materia facere diuersa: aut quando res nõ est apta fieri nisi ex certa constitutaq; materia: ut serra nõ nisi ex ferro. dicit { contingit autem una existente materia fieri diuersa propter mouentem causam } ut quia in posse mouẽtis causæ est plura ex eadem materia facere, ut propter cõceptiones diuersas: quas habet in mẽte { ut ex ligno, & arca & lectus } contingit fieri, propter diuersa idola: quæ artifex in mente habet { quorundam uero altera } materia existente ex necessitate, non contingit ex eadem materia fieri aliqua, ipsis { alteris } ac diuersis existentibus { ut serra non utiq; fiet ex ligno,

quoniam in mouente causa hoc non est } cum posse artificis non sit hæc ratio,ac similitudo,qua ex ligno facere possit ferram { non enim faciet ferram ex lana,aut ligno } est ergo solutio,q̄ ideo in aliquibus diuersa fieri possunt ex eadem materia,quoniam illa sunt in posse agentis.ut uidelicet quoniam agens habet diuersa idola:quibus potest ex eadem materia diuersa facere.in aliquibus non,quoniam non est in posse agentis,ut ex eadem materia diuersa faciat,quoniam non habet diuersa idola, quibus possit diuersa facere ex eadē materia: sed solum in posse agentis est ex propria,& determinata materia facere proprium ac determinatum effectum. & si quæritur quare quædam sunt in posse agentis,ut ex eadem fiant materia,& quædam non.dicendum,hoc esse propter diuersas aptitudines rerum,quæ fiunt.sunt enim quędam res quæ nō sunt aptæ fieri nisi ex determinata,aliqua uero ex eadem communi materia.& si quæritur unde est differentia harum aptitudinum: dicendum talem aptitudinem differentiam esse ꝓpter differentiam finium,ad quos ordinantur.& quia ferra ordinatur ad secandum dura:ideo nō nisi ex ferro est apta fieri.¹quędam autem fieri possunt ex eadem communi materia: quoniam ordinantur ad fines, qui non requirunt diuersas materias,& quia finis mouet agens,ideo in aliquibus agens potest facere diuersa ex eadem materia,in aliquibus uero nō. Auerroes autem in commento,asserit hæc non esse uera, nisi in artificialibus,in artificialibus enim agens facere potest diuersa ex eadem materia īmediate.in naturalibus autem negat hanc propositionem.sed pace Auerrois dixerim,hoc quod dicit sal sum est, quoniam in naturalibus etiam diuersa fieri possunt ex eadem materia immediate,ut ex igne immediate fieri potest,& aer,& aqua,& terra:nam contingit quodlibet elementum īmediate fieri ex quolibet. fortasse quispiam diceret pro defensione Auerrois,ꝙ quæ dicit Auerroes intelligenda sunt de substantijs perfectis,ut sunt mista.in talibus enim diuersa
Cōmē.46. immediate non possunt fieri ex eadem materia:ut Auer.asserit octauo libro auscultationis physicæ.sed contra,nam ex eodem pane immediate generantur quarto humores,ut medici dicunt,constat autem humores esse substantias mistas, ac perfectas. propterea dicendum ꝙ propositio Auerrois est solum intelligenda de substantijs animatis,& quidem perfecta animatione,ut de homine,& bene,& id genus,ut in cōmentarijs libri octaui physicorum exposuimus. deinde corollarium deducens,dicit { si ergo } agentem causam { contingit idem facere ex alia } ac alia materia,hoc est ex diuersis materijs,ut Cyphum ex ære,& ligno { palam est quoniam ars,& principium,quod est,ut mouens,est idem } & probat ex oppositō deducendo oppositum,& dicit { nam si & materia sit altera } atq; altera { & mouens } alterum subaudi,atq; alterum { & quod factum est } etiam subaudi erit alterum, atq; alterum.quare non potest idem fieri ex diuersis materijs,nisi
Quę Auer. quia agens est idem,& secundum unum idolum se habens.
Cōmē.12. Auerroes autem ex malis translationibus uelle uidetur,ꝙ corollarium sit,in tribus consistens,& ꝙ ars sit principium mouens,& agēs,& ꝙ si materia sit aliud ab arte, motor sit aliud a materia,& ꝙ artificiatum sit a materia,& motore:q̄ ut patet,uerbis græcis omnino dissona sunt,nec ad propositum.

Quando itaq; aliquis quæsierit quænam causa sit( quoniam multis modis dicuntur causæ ) omnes causas oportet dicere,quæ contingunt.ut hominis,quæ nam causa,ut materia, menstrua utique.Quid autem,ut mouens, sperma utiq;. quid ut species,quod quid erat esse.quid ut cuius causa,finis.forsitan autem hæc ambo idem sunt.

Expositores uolunt,ꝙ hic Aristoteles determinet de materia ipsa per comparationem ad cæteras causas: quæ exposi-
Quę Auer. tio non est dissona,uerum Auer.uult ꝙ Aristoteles declaret,
Cōmē.12. ꝙ quando uoluerimus aliquid cognoscere per suam causam sciamus omnes modos causarum,quos illud habet, nam tūc scientia erit perfecta.deuenit autem Aristoteles in hanc declarationem,quoniam cum declarasset materiam & formā esse rerum materialium causas,ne quis credat rerum non esse causas alias,nisi has,exponit,ꝙ effectus naturales, cum habeant quatuor causas,per omnes,debeāt cognosci.& dicit { quando itaq; aliquis quæsierit,q̄ nam causa sit } rei alicuius { quoniam multis modis dicuntur causæ } nam quatuor secūdum Aristotelem,quinq; autem secundum Platonem.addit enim Plato causam exemplarem { omnes causas oportet dicere, quæ contingunt } esse illius effectus.dicit,quæ contingūt forte propter res diuinas,quæ secundum nonnullos non habent nisi finalem causam.uel dicit,hoc propter ea,quæ materiæ necessitate contingunt,quæ nullam habent causam præter materialem.& quæ dixit exponit exēplis,& dicit { ut hominis quæ nam causa ut materia } est { menstrua utiq; } qd uero per sanguinem menstruum sit intelligendum in disputatione patuit,non enim intelligendum est sanguinē,qui omni mense fluit,sed eum sanguinem, quem mulier in delectatione emittit:qui eiusdem speciei est cum illo,licet non secundum illum modum,cum sit albior,ac magis concoctus { qd autē ut mouens sperma utiq; } nam semen maris actiue con
Quę Auer. currit,mēstruus sanguis passiue secundum Aristotelē { quid
Cōmē.12. autem } causa sit { ut species } ac forma, est ipsum { quod quid erat esse } quod significatur per definitionem { quid ut cuius causa,finis est } finis enim est cuius causa sit, quod fit. &,ne quis credat has causas omnes esse penitus diuersas,subdit { forsitan autem hæc ambo idem sunt }.nam ut Auer.inquit,forma,quæ est terminus generationis,eadem est finis generationis,& forma eius materiæ, in qua inducta est, quare subiecto quidem idem sunt,ratione differunt.

Oportet autem et proximas causas dicere,quę ut materia sunt,non ignem, aut terram, sed propriam. Circa naturales igitur substantias, & generabiles necesse est sic uersari, siquis recte uersatur,si profecto hæ causæ & tot, & oportet causas cognoscere.

Quia dixit res cognosci per omnes causas, & causæ sunt propinquæ,& remotæ, nunc declarat per quas causas res cognoscuntur,& dicit { Oportet autem } ad cognoscendū res ipsas perfecte { proximas causas dicere,quæ ut materia sunt non ignem,aut terram,sed propriam } dixi ad cognoscēdum res ipsas perfecte:quoniam per causas remotas res cognosci possunt,imperfecte,ut dicitur primo posteriorum. ꝑfecte autem res cognosci non possunt, nisi per causas proximas, & exemplum attulit signanter de materia,non ꝙ solum de materia hoc quod dicit,intelligat,sed per exemplum in materia, uoluit intelligere idem in omnibus alijs causis, nam per nullam causam remotam res possunt perfecte cognosci.tūc epilogat,& dicit { circa naturales igitur substantias, & generabiles,necesse est sic uersari,siquis recte uersatur } nā qui imperfecte uersatur,non oportet proximas causas cognoscere, dico ꝙ oportet sic uersari { si profecto hæ causæ } sint,quas diximus { & tot,et si oportet causas cognoscere } pro rerum scientia.addit si { hæ & tot causæ illius sint } cuius ꝑfectam scientiam quærimus,propter res,quæ non tot causas habent ut res fortuitæ,q̄ fiunt necessitate materiæ,addit { & si oportet causas cognoscere } propter scientiam perfectam, quam dij habent de se,quæ non per causas est.

In naturalibus autem substantijs, sempiternis quidem,alia ratio est,forsan enim quædam non habent materiam,aut nō talem, sed solum secundum locum mobilem.

Siue uelit declarare utrum materia sit in omnibus substantijs eodem modo,ut quidam exponunt, siue uelit nunc agere de materia



de materia per comparationem ad substantias sempiternas, Aristoteles declarat quomodo materia sit in substantijs sempiternis. deuenit autem ad hāc declarationem,quoniam conclusit proximo textu eum,qui uult substantias generabiles cognoscere,oportere omnes causas cognoscere,& potissimum proximas, & ne quis credat hoc esse uniuersale in omnibus, declarat in sempiternis non esse materiam, & hoc, ut innuat illa non esse cognoscenda, per omnes modos causæ, sed solum per eos,quos habet.unde dicit { in naturalibus autē substantijs,sempiternis quidem alia ratio est } subaudi cognoscendi per omnes causas,ab ea ratione, quæ est cognoscendi res generabiles,& ꝙ sit alia ratio cognoscendi.declarat,& dicit { forsan enim quædam } substantiæ sempiternæ { nō habent materiam { aliquo pacto { aut } si habent materiā aliqua ratione,habent materiam { non talem } qualem habent substantiæ generabiles,quæ materiā habent, quæ est in potentia ad transmutationem { sed } materiam habēt { solum secundum locum mobilem } hoc est quæ est in potentia ad motum,atq; ad diuersa ubi.cū enim transmutatio fecit cognoscere materiam,ut Auerroes dicit hic,eo modo substātię sempiterne materiam habent,quo sunt transmutabilia,& cū non sint transmutabilia,nisi sc̄m locum, quoniam sunt in potentia ad diuersa loca, ideo solum materiam habent sm locum mobilem.sed dices,cum dixit quædam nō habere materiam, nonne omnia non habent materiā,nullum corpus cœleste habet materiam.Auer.respondet ꝙ per sempiternas substātias
Quę Auer. intellexit uniuersaliter tam corpora cœlestia,quę sunt sempiterna secundum totū & partes,q̄ elementa,quæ secūdum totum quidem sempiterna sunt,secundum partem uero corruptibilia. & quia dixit in sempiternis esse aliam rationem cognoscendi,ne quis credat in omnibus sempiternis esse aliam rationem cognoscendi,dixit { forsan enim quædam non habent materiam } dico quędam,qm̄ aliqua habent materiam, ut elementa,quæ sunt sempiterna secundum totum, quędam non,qm̄ non cœlestia corpora:hæc enim non habent materiam quæ sit in potentia ad transmutationē.sed solum materiam mobilem:q̄ est in potentia ad diuersa ubi.sed dices omnis materia intelligit per hoc qđ est in potentia ad formam, & ad illius priuationem,modo materia cœli non est in potentia ad motum,& ad priuationem motus.igitur non debet dici materia sm locum mobilis. & dicendum ꝙ corpus cœleste
Cōmē.41. est in potentia ad motum & ad priuationem motus, quæ est quies,ut Auer.ait.xij.libro huius. quoniam cœlum mouetur reuolutione hodierna,& est in potentia ad reuolutionem crastinam,& ad priuationem reuolutionis hodiernæ.& sic recte dicitur materia mobilis.uerum de re hac alibi disputauimus. animaduerte ꝙ Auer.ait cœlum componi.ex anima & corpore non tamen uiuere ac animata esse per animam.nō enim uiuunt uitam quæ est alia ab anima, ut uiuunt mortalia. sed uiuunt uitam,q̄ est essentia animę,& ꝓpterea laudat Them. quod stellæ aut non habeant materiam,aut habeāt per equiuocationem.hæc sunt,quæ dicit.

Nec quæcunque itaque natura quidem sunt, non autem substātia:est in his materia. sed quod subiicitur substantia, ut quæ causa eclipsis, quæ materia.non enim est,sed luna est id, quod patitur.Quæ causa ut mouens,& corrumpēs lumen
TEX.13. terra est.Quid autem,cuius gratia,forte non est.

Quid uero,ut species,ratio est,sed non manifesta.nisi cū causa ratio fuerit,ut quid eclipsis priuatio luminis, si uero addatur a terra in medio obiecta:etiam cum causa ratio hæc est.

Cum dixisset in sempiternis substantijs nō esse materiam, nisi quæ dicitur subiectū motus,amplificat sermonem etiam ad accidentia naturalia,ut innuat, ꝙ ēt in talibus sit altera ratio cognoscendi per omnes modos causæ.& dicit { nec quęcunq; itaq; natura } hoc est sm naturam sunt { non aūt substantia } hoc est sm substantiam { est in his materia } quasi dicat,nec in accidentibus naturalibus est materia,q̄ sit in potētia simpliciter ad esse,& ad non esse { sed qđ subijcitur est subia } sed bene substantia,quæ subest accidentibus,est subiectū:differt aūt subiectum a materia, qm̄ subiectum est ens in actu simpliciter, & in potentia sm quid, materia uero est simpliciter in potentia, & in actu sm quid: quatenus est substantia contraria.declarat quæ dixit per exempla,& dicit { ut quæ causa eclipsis } subaudi si quæratur,non quęritur { quę materia,nō enim est } materia eclipsis { sed luna est id quod patitur } & sic non materia,sed subiectum assignatur deinde discurrit per alias causas,& dicit { quæ causa,ut mouens, & corrumpens lumen } respondet { terra est } uidelicet interposita inter solē,& lunam { quid aūt cuius gratia } respondet { forte non est } nam ea,quæ ad defectū pertinent, non sunt ꝓpter finem,sed magis prouenīunt necessitate materiæ, aut necessitate agentis, & dixit { forsan } qm̄ causa finalis eclipsis adest,cū accidat ꝓpter bonum uniuersi,nam ex eclipsibus oriuntur multi boni effectus in hoc mundo sublunari,ut Ptolemæus declarat libro aporelesmatū:quæ causa finalis cum sit latens,dixit { forsan.quid uero } causa sit { ut species } & forma,respondet { ratio est,nō manifesta, nisi ratio fuerit } affignata { cū causa }.f.effectiua { ut quid eclipsis } respondit { priuatio luminis } & hęc ratio non manifesta est, quoniam non est assignata cum causa effectiua { si uero addatur a terra in medio obiecta ēt cum causa }.effectiua { ratio hæc est } & manifesta.sed dices,si ratio assignetur cū causa effectiua,tunc species non erit ratio, dicendū ꝙ species erit ratio secundum modum loquendi logicorum, qui omnē definitionem uocat rationē quid est,& hoc sufficit. Auer.autem uoluit Aristo.locutum esse de accidentibus quæ accidunt corporibus cœlestibus,ut per exemplum uidetur. sed reuera, licet exemplum primū sit in accidentibus cœlestiū corporum. tū aliud exemplum est in accidentibus corporum mortaliū.

Somni uero non est manifestum quid sit primum patiēs.Sed ꝙ animal sit,uerum est. sed hoc secundum quid, & quid est primum: cor ne, an aliquid aliud:deinde a quo?Postea quæ illius,& nō ipsius totius passio est, ꝙ sit īmobilitas talis, sit utiq;,sed hęc est per aliquid quod patit primum.

Scēdo declarat in alio accidente, ꝙ sit altera ratio cognoscendi per quatuor causas, quā erat in rebus naturalibus, & exemplificat de somno,cuius non est assignare materiā, sed subiectum,licet de suo subiecto sit dubitatio.& dicit { somni uero non est manifestum quid sit primū patiens } quod habetur loco materiæ & subiecti { sed ꝙ animal sit } patiens somnum { uerū est,sed hoc }.f.animal { secundum quid } patitur } & quid est primū } patiēs { cor ne,an aliqd aliud } in manifestum est,nam alij dicunt primum patiens esse cerebrum, alij cor. & dato ꝙ notum sit primum subiectum, ut ꝙ sit cor,oportet { deinde } considerare { a quo } sit somnum,ut ab efficiente causa,utrum ab euaporatione cibi an a frigiditate cerebri, quæ uapores comprimit ad cor { postea quæ illius { .f.cordis { & non ipsius totius passio est }.f. animalis,hoc est tertio dubiū est de eo,qđ habet rationem formæ in ipso somno:utrū sit quies oīum sensuum, & si dicatur { ꝙ forma somni sit īmobilitas talis } qua quiescunt sensus { sit utiq; } ita { sed hæc est,per aliquid,qđ patitur primū } ut per cor,uel cerebrū,& sic non sufficit dicere,ꝙ sit īmobilitas sensuū,nisi addatur illud quod est primum subiectū. per quæ uult habere,ꝙ ēt in somno materia nō uera materia,sed
Quę Auer. est subiectū, quod patitur primum. Auer.aūt in his duobus
Cōmē.13. exemplis aliter exponit,uult enim ꝙ Aristo.in primo exēplo de eclipsi ostēdat ꝙ forma,& causa ꝑ quā est forma.f.cau-

sa effectrix non sint eadē. nam siqs definiet eclipsim lunę dicēdo q̄ sit priuatio luminis in luna, assignauit materiā, et formam, non tamen erit perfecta definitio, quoniam in ea non ponitur causa effectiua, quæ est interiacentia terræ. in secundo uero exemplo uult, quod Aristoteles declaret quod definitio data per formam, sit diminuta, nisi addatur propriū subiectum, & causa effectrix propria, ut si dicimus quod somnus sit immobilitas animalis, & non dicatur cordis, nec dicatur quod sit causata ab inspissatione uaporum, quæ sit a frigidita te cerebri, diminuta est. quare per hæc exempla uult habere secundum Auer. quod definitio perfecta rei generabilis constare debeat ex omnibus causis proximis. quæ expositio nullo pacto consonat uerbis Aristotelis, Aristoteles enim proposuit declarare, qd' nec in accidentibus naturalibus sit materia proprie dicta, & ita nec aliæ causæ ppriæ dictæ, & sic altera ratio cognoscēdi est in talibus, q̄s fuit in rebus generabilibus.

TEX. 14. Quoniam uero quædam sine generatione, & corruptione sunt, & non sunt, ut puncta, siquidem sunt, & omnino species, & formæ (nō enim album fit, sed lignum album, si ex aliquo, & aliquid fit, omne quod fit) non omnia utique contraria fient ex inuicem, sed aliter albus homo ex nigro homine, & album ex nigro.

si
ſ
aut
quatenus

Iis declaratis infert corollarium primo, quod non omnia contraria fiant ex inuicem, quoniam non formæ contrariæ, sed composita contraria ex inuicem fiunt. probatur, quæ non fiunt, non fiunt ex inuicem, formæ contrariæ non fiunt, sed composita contraria. igitur formæ contrariæ ex inuicem non fiunt, sed composita cōtraria. in textu declaratur minor exemplis, & ratione, & infertur conclusio: declarādo minorem dicit ſ quoniam uero quædam sine generatione, & corruptione sunt, & non sunt, ut puncta ſ & cætera indiuisibilia ſ siquidem sunt ſ quod addit, quoniam quidam negabant indiuisibilia ſ & omnino species, & formæ ſ indiuisibilia enim sunt non per generationem propriam, sed per generationem eorum, quorum sunt. & formæ sunt non per propriam generationem, sed per generationem compositorum, quorū sunt. præterea indiuisibilia non sunt, non per propriam corruptionem, sed per corruptionem rerum diuisibilium, & formæ ēt corrumpuntur corruptione compositorum: hanc probat antequam inferat conclusionem, & dicit ſ non enim albū fit ſ hoc est albedo ſ sed lignum album ſ fit, cuius causam assignat ſ si ex aliquo ſ ut ex materia ſ & aliquid ſ scilicet compositum ſ fit, omne quod fit ſ per quæ uult habere hanc minorem, quod formæ contrariæ non fiant. tunc infert conclusionem, & dicit ſ non omnia utique contraria fient ex inuicem ſ quoniam non formæ contrariæ ſ sed aliter albus homo ſ fit ſ ex nigro homine, & ſ aliter ſ album ſ hoc est albedo ſ ex nigro ſ hoc est nigredine. albus enim homo fit ex nigro homine per se. albedo uero ex nigredine fit per accidens, quatenus compositum fit ex composito. Auerroes autem uult quod Aristoteles inferat non omnia contraria fieri ex inuicem, quoniam non contraria uniuersaliter, sed determinata ex determinatis, ut homo albus fit ex homine nigro, & album ex nigro. quod autem non contraria uniuersaliter: declarat, quoniam rerum aliæ sunt per ueram generationem & non sunt per ueram corruptionem. aliæ sunt generabiles, & corruptibiles per accidens, ut puncta, & formæ uniuersales. quoniam, ut dicit, non generatur album uniuersale, sed generatur lignum albū singulare, aut lapis albus. causa est quoniam omne quod per se generatur ex subſtantia, ex aliquo generatur, scilicet ex materia, & ipsum est aliquid compositum, & totum quod generatur. & sic uniuersales formæ contrarię non generantur. tunc ex hoc infert non omnia contraria ex inuicem fieri, quoniam non uniuersalia, sed contraria determinata ex determinatis, quæ expositio nullatenus uerbis Aristotelis conuenit, ut legenti uerba græca patet.

Quę Auer, Cōmē. 14.

Neq; cuiuslibet materia est, sed quorū generatio, atq; mutatio ex inuicē est. Quę uero sine mutatione sunt, aut non sunt, non est horū materia.

Assignat secundum corollarium, & ait non omnium esse materiam, quoniam non eorum, quæ non habent generationem: sed eorum, quorum generatio est, & dicit ſ neque cuiuslibet ſ rei ſ materia est, sed quorum generatio, atque mutatio est ex inuicem ſ ut compositorum contrariorum ſ quæ uero sine mutatione sunt, aut non sunt ſ ut formæ accidentales ſ non est horū materia ſ sed uite materiæ est subiectum. sed dubitatur, quoniam tunc formarum subſtantialium non esset materia: quoniam formæ subſtātiales nec per se generantur, nec per se corrumpuntur. dicendum quod licet formarum subſtantialium non sit generatio: tamen generatio per se est compositi, cuius forma est pars: at ipsius compositi ex subſtantia, & accidente non est generatio simpliciter, sed secundū quid, & ideo accidentis non erit materia simpliciter dicta, sed subiectum uice materiæ. Auer. autem uelle uidetur quod Aristoteles concludat non esse unam communem materiam eiusdem rationis omnium, nisi quorum est generatio, & corruptio. & cum ipsorum cœlorum nec sit generatio, nec corruptio, materia non erit eiusdem rationis in illis, & in his. quę expositio non conuenit textui, qm̄ Arist. uult eorum non esse materiam, q̄ sine generatione sunt, & nō sunt: qualia ipsa corpora cœlestia esse non pōt: cum sint æterna.

dubitatio pulchra

Quę Auer, Cōmē. 14.

de materia cœli secundum Auer,

Habet autem dubitationem quomodo uniuſcuiusque materia se habet ad contraria. ut si corpus sit potentia sanum: contrarium uero sanitatis infirmitas sit: tunc ambo potentia est. & aqua potentia, & acetum & uinum sit. An huius quidem secundum habitum, & secundum speciem materia: illius uero, secundum priuationem, & corruptionem præter naturam est.

Mouet duas quæstiones, & prima est, quomodo materia se habeat ad contraria, ut utrum omnia contraria respiciat æque primo, ut corpus humanum æque primo respiciat sanitatem & ægritudinem, & aqua æque primo respiciat uinum, & acetum. potest enim aqua transmutari in uinum & acetum, ideo quærit utrum æque primo respiciat utrunque. & ista hanc expositionem lege uerba ſ habet autem dubitationem quomodo uniuſcuiusque materia ſ hoc est quomodo communis materia ſ se habeat ad contraria, ut si corpus sit potentia sanum, contrarium uero sanitatis infirmitas sit, tunc ambo potentia est ſ ideo quæritur utrum æqualiter sit potentia ambo, ita ut respiciat æqualiter utraque ſ & aqua potentia & acetum & uinum sit ſ potest enim aqua transmutari in utrunque, & in uinum, & acetum, ideo quæritur utrum aqua æque primo respiciat ambo. Auer. autem aliter quæstionem exponit, uult enim quod Aristoteles quærat utrum communis materia sit in potentia ad utraq; contraria æqualiter secundum mutuam ac reciprocam successionem. ita ut cum fuerit sub uno contrario sit immediate in potentia ad alterum, ueluti cum corpus fuerit sanum: immediate sit in potentia ad ægritudinem, & cum fuerit ægrum, immediate sit in potentia ad sanitatem: & cum aqua fuerit uinum, cesset potentiam ad uinum, & immediate sit in potentia ad acetum, & cum fuerit acetum, cesset potentia ad acetum, & sit immediate in potētia ad uinum. hæc est expositio Auerrois: & placet. respondet Aristoteles secundum primam expositionem, q̄ communis materia non æque primo respicit hæc, nam alterum respicit, ut formam, & habitum uidelicet uinū. alterum ut priuationem, & corruptionē, ut ſ acetum ſ est enim acetum uini corruptio, & ita aqua non potest respicere acetum nisi prius respiciat uinum, quoniam nō potest aqua fieri acetum, nisi

Quę Auer, Cōmē. 14.

Quę Auer. Cōmē. 14.



tum, nisi prius fiat uinum. cum acetum sit corruptio uini & per aquam intelligit communem materiam uini, & aceti, quę potest respicere uinum, & mediante uino respicit acetum, & communi nomine dicatur liquor uuarum: qui cum sit humidus, dici potest aqua, ut dicitur quarto Meteororum: est tamen mustum ut patet. & dicit ſ an huius quidem secundum habitum, & secundum speciem materia est ſ uidelicet uini, & sic per prius respicit uinum ſ illius uero secundum priuationem & corruptionem præter naturam ſ & sic secundario, quoniam non nisi mediante forma uini, quoniam nihil fieri potest acetum, nisi prius sit uinum. melius autem Auerroes exponit. innuit enim ipse hanc distinctionem, quod contraria bifariam sint, alia uere contraria, quęcunque ex equo sunt inuicem contraria, ut sanum & ægrum circa animal, nō enim sanum est magis uia in ægrum, quam ægrum in sanum. alia sunt contraria, quorum alterum saltem per accidens est uia in alterum, ut uinum & acetum. est enim uinum uia in acetum, quoniam nihil fieri potest acetum, nisi prius fuerit uinum. at acetum non potest fieri uinum, quoniam acetum non potest uerti in uinum, cum sit uini priuatio, & corruptio. tunc Aristoteles respondet, quod materia secundum mutuam potentiarum successionem se habet æqualiter ad contraria primo modo, nam cum corpus humanum est actu sanum, mox cessat potentia ad sanitatem, & erit potentia ægrum. & cum actu ægrum fuerit, cessat statim potentia ad ægrum, & erit potentia sanum. ad contraria secundo modo, materia non se habet æqualiter, non enim cum materia uini est sub forma aceti, statim erit in potentia ad uinum, nam cum acetum sit corruptio uini, non potest reuerti in uinum, unde dicit ſ an huius quidem secundum habitum & speciem materia est ſ uidelicet uini ſ illius uero ſ scilicet aceti ſ secundum priuationem, & corruptionem præter naturam est ſ quare cum non sint uere contraria, sed secundum priuationem, & habitum, non oportet ut materia respiciat utraque secundum mutuam potentiarum successionem æqualiter. sed uinum per prius, & mediante uino respiciat acetum.

Dubitatio autem quædam est & propter quid uinum non est materia aceti: neque potentia acetum. & tamen fit ex ipso acetum. & uiuens potentia mortuus.

Hic affert secundam dubitationem, & est, propter quid uinum aceti materia non est, nec potentia acetum, & propter quid uiuens nō est potentia & materia mortui. uidetur quod debeant esse, nam illud est materia, ex quo fit res, sed acetum ex uino, & mortuum ex uiuente fit: igitur uinum aceti, & uiuens mortui materia est. dicit ſ dubitatio autem quædam est, & propter quid uinum non materia aceti est, nec est potentia acetum ſ & tangit uim rationis, quod debeat esse, & dicit ſ & tamen ex ipso fit acetum ſ ergo est aceti materia. simili ratione dubitatio est, cur ſ uiuens ſ non est ſ potentia mortuus ſ nam ex uiuente etiam fit mortuus. Auerroes autem quæstionem intelligit hoc modo ſ propter quid uinum non est materia aceti, nec potentia acetum ſ ita ut quemadmodum ex uino acetum, ex acero uinum fiat ſ & ſ propter quid ſ uiuens ſ non est ſ potentia mortuus ſ ita ut quemadmodum ex uiuo fit mortuus, ex mortuo fiat uiuens, non enim uidetur maior ratio de uno, quam de altero. quæ expositio est parū uiolenta: ut cōsideranti græca uerba patet.

Quę Auer. Cōmē. 14.

An non, sed secundum accidens corruptionis? Animalis enim materia hæc secundum corruptionē mortui potentia & materia est: & aqua aceti. fit enim ex his ut ex die nox.

Respondet, & dicit ſ an non ſ unū est aceti materia, nec uiuens mortui ſ sed ſ acetum & mortuum sunt ſ corruptiones ſ illorum ſ secundum accidens ſ materiæ uero: ex qua illa fiunt, sunt corruptiones per se. quo uero ad solutionem attinet, animaduerte quod mortuum & acetum cum sint corruptiones, atque priuationes, ppriæ & per se, ut subiecti sunt materiæ ex qua fit uiuens. & ex qua uinum fit. uinum autem & uiuentis per accidēs, ut subiecti sunt priuationes. & hoc probat, & dicit ſ animalis enim ſ ipsa ſ hæc materia secundum corruptionem ſ subaudi ipsius animalis ſ est ſ per se ſ potentia. & materia mortui, & aqua uini ſ nam huiusmodi materię sunt per se subiecta priuationum: uiuum autem & uiuēs sunt subiecta per accidens ratione qua constant ex ea materia, quæ recipit illorum corruptiones. & cum dicebatur ex uino fieri acetum, & ex uiuo mortuum: igitur uinum est aceti materia, & uiuens mortui: negat consequentiam, & causam assignat, & dicit ſ fit enim ex his ſ, scil. cet acetum ex uino, & mortuum ex uiuente, non ut ex materia, quæ est per se subiectum illorum ſ sed ut ex die nox ſ hoc est, sed ut ex termino a quo. patet igitur quod acetum est uini corruptio, ut termini a quo, materię autē uini, & per se subiecti. similiter mortuum est corruptio uiuentis, ut termini a quo: materię aūt uiuentis, ut per se subiecti. hæc secundum Auerroem non sunt solutio dubitationis, sed est quædam suppositio, ex qua in textu sequenti soluit dubitationem.

Et quæcunq; itaque sic transmutantur ad inuicem, ad materiam oportet redire. ut si ex mortuo animal, in materiam primum, deinde sic animal erit. & acetū in aquam, deinde sic uinū erit.

Ex his concludit, quod si in talibus debeat fieri reditus saltem in idem specie, oportet fieri resolutionem usq; ad primam materiam. ut si ex mortuo debet fieri uiuens debet fieri resolutio usque ad elementa, quæ sunt communis materia uiuentis & mortui. & si ex aceto debet fieri uinum, debet fieri resolutio usque ad aquam, dato quod aqua sit communis materia utriusque. dicit ſ & quæcunque itaque sic transmutantur ad inuicem ſ ut ex uino acetum, & ex uiuente mortuum, & econtrario ſ ad materiam ſ communem. e's ſ oportet redire. ut si ex mortuo ſ debeat fieri animal ipsum uiuens, saltem idem specie ſ primum in materiam ſ communem debet mortuum redire ſ deinde sic ſ resolutione facta ſ animal erit, & acetum in aquam ſ quæ est uini & aceti communis materia, redire debet ſ deinde sic ſ resolutione facta ſ uinum erit ſ dixit autem ſ quæcunque sic transmutātur ſ quoniam quæ non transmutantur inuicem ut uinum & acetum, sed, ut contraria positiua, non oportet fieri resolutionem ad communem materiam primam, si ex altero alterum, & econuerso fiat. potest enim calidum ex frigido, & frigidum ex calido fieri non facta resolutione ad primam materiam. & cum dixit ſ transmutantur inuicem ſ intelligit non quod redeat idem numero, quoniam secundum Aristotelem redire idem numero per naturam non potest, sed idem specie. Auerroes autem uoluit quod Aristoteles soluat quæstionem, quoniam facta suppositione, nunc soluit, & uult quod ea quæ in hunc modum transmutantur, ut ex uino acetum & ex uiuente mortuum, non fiat reciprocus reditus, nisi per medium. nam primum mutatur in medium, & mediam in ultimum, ut cum ex uiuente mortuum fit, ex mortuo non fiet uiuens, donec mortuum reuerteretur in quatuor elementa, & deinde formæ quatuor elementorum per admistionem reducentur in medium, & rursus fiet uiuens. hæc est solutio secundum Auerroem.

Quę Auer. Cōmē. 14.

TEX. 15 De dubitatione uero dicta & circa definitiones, & numeros, quæ nam causa est, ut unū sint, deinceps dicēdum esse uidetur. Omnium enim quæcunq; plures partes habent, & non sunt totum, ut cumulus: sed sunt aliquod totum præter partes, est aliqua causa. quoniam & in corporibus his quidem tactus causa est, ut sint unum.

Alijs uero uiſcoſitas, aut aliqua alia paſſio talis. definitio uero ratio eſt una, non coniunctione, quemadmodum Ilias, ſed quia unius eſt. Quid igitur eſt quod facit unum hominem, & propter quid unum, & nō multa ſunt, utputa aial bipes?

Cum in ſeptimo libro diſputaſſet de unitate numeri, & de unitate definitionis, nunc proponit diſputare de cauſa unitatis definitionis, & rei definitæ, & dicit ⁊ de dubitatione uero dicta circa & definitiones, & numeros ⁊ uidelicet in ſeptimo huius ⁊ deinceps in hoc libro ⁊ dicendum eſſe uidetur quæ nam cauſa eſt, ut ſint unum ⁊ in quibus duo ſupponit, & aliud quærit: ſupponit enim primo numerum eſſe unum, & definitionem eſſe unam. ſecundo quod unitatis definitionis ſit aliqua cauſa. quærit autem de definitione prætermittens numerum, cur una ſit, quæue cauſa ſuæ unitatis. & quia ſecundo ſuppoſuit ipſius definitionis unitatis eſſe aliquam cauſam, hoc ſyllogizat hoc pacto, Omnium quæ plures partes habent, & ſunt totum non ut cumulus, ſed ſunt totum præter partes, eſt aliqua cauſa ſuæ unitatis. declarat hanc exemplo corporum, quæ non ſunt unum totum, niſi aut contactu, aut glutine, aut clauo, aut id genus: ſed definitio eſt quoddam totum unum, non ut cumulus. igitur eius eſt aliqua cauſa ſuæ unitatis: non igitur fruſtra quæritur. de ratione tangit maiorem, & dicit ⁊ omnium enim quæcunque plures partes habent, & non ſunt totum, ut cumulus, ſed ſunt aliquod totum ⁊ & unum ⁊ præter partes eſt ⁊ ſuæ unitatis ⁊ aliqua cauſa ⁊ hæc eſt maior, deinde probat eam argumento ſumpto a corporibus, & dicit ⁊ quoniam & in corporibus hi quidem tactus cauſa eſt, ut ſint unum: alijs uero uiſcoſitas aut aliqua alia paſſio talis ⁊ ut clauus, hæc eſt probatio maioris. deinde accipit minorem, & dicit ⁊ definitio uero ratio eſt una, non cōiunctione, ut Ilias ⁊ Homeri, quæ eſt cumulus multorum carminum per copulationem coniunctorum ⁊ ſed quia unius eſt ⁊ rei definitæ, & per ſe, concluſio debet eſſe, quod unitatis ipſius definitionis ſit aliqua cauſa: quæ fuit ſecunda ſuppoſitio, qua ſuppoſita quærit ⁊ quid igitur eſt quod facit unum hominem ⁊ unum per ſe definib le ⁊ & propter quid unum, & non multa eſt ⁊ ea definitio, quæ eſt ⁊ utputa animal bipes ⁊ hæc eſt quæſtio: quæ ſupponit duo, & quærit tertium.

Aliterque & ſi eſt (ut aiunt quidam) ipſum quid animal, & ipſum bipes: propter quid nam non illa ipſa homo eſt. & erunt ſecundum participationem homines, non hominis unius, ſed duorum & animalis & bipedis. Omnino itaque non erit homo unū, ſed plura, animal, & bipes.

Secundo dubitat in doctrina Platonis, & iterum in tali dubitatione aliud ſupponit, & aliud quærit. ſupponit enim genus & differentiam ex quibus conſtat definitio, eſſe ideas ſeparatas, & tantum ipſa, & quærit propter quid homo non eſt illa ipſa ſeparata. & dicit ⁊ aliterque ⁊ ſubaudi dubitatur ⁊ & ſi eſt (ut aiunt quidam) ipſum quid animal, & ipſum bipes ⁊ hoc eſt ſi genus, & differentia ut animal & bipes ſunt tātum ipſa, & ideæ ſeparatæ, quæ dicuntur ipſa græce αὐτα, ut dictum eſt ſeptimo huius. hæc eſt ſuppoſitio, deinde ſubdit, quod quærit, & dicit ⁊ propter quid nam nō illa ipſa homo ⁊ ſingularis ⁊ eſt ⁊ & probat quod homines eſſe non poſſunt illa ipſa. & dicit ⁊ & erunt homines ſecundum participationem non hominis unius ⁊ ſi ſunt illa ipſa ⁊ ſed duorum ⁊ ſeparatorum ⁊ & animalis & bipedis ⁊ & tunc cōcludit, quod ſi ita eſt, homo non erit quid unum, & dicit ⁊ omnino itaque non erit homo unum, ſed plura ⁊ illa ipſa uidelicet ⁊ animal & bipes ⁊ patet igitur quod ſi genus, & differentia ſint ideæ, ſpecies, quæ per illa definitur non poterit eſſe unum. eſt autem hæc dubitatio ualida, ſuppoſita opinione Platonis de ideis. poſſunt autē, quæ Auer. dicit, trahi ad has quæſtiones, licet cū magna difficultate, tu uero uero uerba ſua conſidera. Que Auer. Cōmē. 15.

Palam itaque quoniam ſic quidem acceptantibus, ut conſueuerunt definire & dicere, non contingit reddere, & ſoluere dubitationem. Si autem (ut dicimus) hoc quidem materia, illud uero forma eſt, & hoc quidem potentia, illud uero actu: non adhuc dubitatio uidebitur eſſe, quod quæritur.

Pro ſolutione quæſtionum, ſupponit duo, primum quod Platonici dicentes genus & differentias ideas, ac ſubſtantias ſeparatas, nec poſſunt reddere cauſam unitatis hominis, nec ſoluere quæſtionem de unitate definitionis. nam hoc pacto dicentes, coguntur dicere genus & differentiam eſſe eſſentia actu utraque, & cum ex duobus exiſtentibus in actu non fieri poſſit unum: iſti ita dicentes aſſignare non poſſunt cauſam unitatis hominis, nec ſoluere quæſtionem de unitate definitionis. ſecundo ſupponit quod in definitione aliquid ut materia, & potentia aliquid ut forma, & actus ſit, & ſic dicentes reddere poſſunt cauſam unitatis hominis, & ſoluere quæſtionem, dicit ⁊ palam itaque quoniam ſit quidem acceptātibus, ut conſueuerunt definire & dicere ⁊ Platonici, quod genus, & differentia ſint ideæ, atque ſeparatæ ipſæ ſubſtantię ⁊ non contingit reddere ⁊ cauſam unitatis hominis ⁊ & ſoluere dubitationem ⁊ de unitate definitionis. deinde tangit ſecundam ſuppoſitionem, & dicit ⁊ ſi autem ⁊ ut dicimus, in ipſa re quę definitur ⁊ hoc quidem materia, illud uero forma eſt, & ⁊ in definitionibus ſubſtantiarum atque ſpecierum eſt ⁊ hoc quidem potentia: illud uero actu ⁊ ut peripatetici aſſerunt ⁊ non adhuc dubitatio uidebitur eſſe, quod quæritur ⁊ hæc de ſuppoſitionibus. Auerroes autem unam ſuppoſitionem faciens, ait quod ſi quis dixerit definitionem componi ex pluribus ſim pliciter, & nō diſtinxerit pluralitatem quæ eſt in potentia ab ea: quæ eſt in actu, non poteſt quæſtionem ſoluere. qui uero dualitatem quæ in definitione eſt, in materiā & formam, diſtinxerit, in materiam dico quæ potentia eſt, & in formam quæ eſt actus, hic poterit ſoluere quæſtionem. Auerro. igitur non in Platonem hæc retulit, ſed in eos, qui partes definitionis non bene diſtinguunt. Que Auer. Cōmē. 15.

Eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi terminus ueſtimenti ſit rotundum æs. Erit enim hoc nomen huius orationis ſignum. quare cum quæritur quæ nam cauſa eſt, ut æs, & rotundum ſit unum, nō ulterius itaq; dubitatio uidetur, propterea qđ hoc qđem materia, illud uero, forma eſt. Quid igitur huius cauſa eſt ſcilicet, ut id quod erat potentia ens, actu ſit, præter id, quod fecit, in quibus generatio eſt. nulla enim eſt alia cauſa, ut ea quæ potentia erat ſphæra, actu ſit ſphæra, niſi quia hoc erat quod quid erat eſſe utrique.

Factis ſuppoſitionibus, ſoluit, & primo ſupponit unum exemplum, ut ſolutio clarior ſit, & dicit ⁊ eſt enim hæc dubitatio eadem, & ſi terminus ⁊ hoc eſt definitio ⁊ ueſtimenti ſit ⁊ rotundum æs. nam caſu iſto poſito, quod ueſtimenti definitio ſit rotundum æs ⁊ erit hoc nomen ⁊ ueſtimentum ⁊ ſignum huius orationis ⁊ quæ eſt rotundum æs, ueluti hoc nomen homo eſt ſignum ſignificans hanc orationem animal rationale. eſt ergo exemplum quod pro ſolutione ſupponit, ut definitio ueſtimenti ſit, rotundum æs. & ſupponit exemplum in artificialibus, quoniam primo quæſtionem ſoluit in naturalibus, quæ intelligi poſſunt per ipſa artificialia, & accepit exemplum fictum, ne fiat contentio in exemplis. Ariſtoteles ergo ſuppoſito hoc exemplo, ſoluit quæſtionem, primo



primo in naturalibus, ſecundo in mathematicis, & demum in metaphyſicis, ut ſuis locis uidebitur. deinde ſoluens dicit ⁊ quare cum quæritur, quæ nam cauſa eſt, ut æs & rotundum ſit unum ⁊ non ulterius ⁊ itaque dubitatio uidetur, propterea quod hoc qđem materia ⁊ uidelicet æs ⁊ illud uero ⁊ uidelicet rotūdum ⁊ forma eſt ⁊ ex quibus fit unū. non enim alia cauſa aſſignanda eſt cur compoſitum illud uidelicet æs rotundum ſit unum, niſi quia alterum materia & potētia eſt, alterum forma, & actus. at qđ eſt actus, cauſa eſſendi unum eſt, & materiæ, & eius quod ex forma, et materia eſt. ut ſecundo de anima patuit. ſed dices cum materia ſit in potentia, quę nam cauſa eſt ut tranſeat de potentia in actum, reſpondet q̄ in naturalibus nulla alia cauſa eſt præter agens. unde dicit ⁊ quid igitur huius cauſa eſt ſcilicet, ut id quod erat potentia ens, actu ſit ⁊ & poteſt intelligi de materia, & de compoſito. utrunque enim antequam actu ſit, eſt in potētia, materia quidem, ut ſub actu fiat, compoſitum, ut actu ſit, ideo quærit ⁊ quid igitur huius cauſa eſt ſcilicet, ut id, quod erat potentia ens, actu ſit ⁊ reſpondet ⁊ præter id quod fecit, in quibus generatio eſt ⁊ quaſi dicat nulla alia, præter agens, in rebus generabilibus, nam in rebus æternis, in quibus non eſt agens, alia ratio quærenda eſt. & aſſignat cauſam, & dicit ⁊ nulla enim eſt alia cauſa, ut ea, q̄ potentia erat ſphæra: actu ſit ſphæra, niſi quia hoc erat quod quid erat eſſe utriq; ⁊ hoc eſt nulla alia niſi agens: quod in mēte artificis eſt forma, & quod quid erat eſſe utriq;, ſcilicet cōpoſito artificiali, quod eſt ex ære, & figura. eodē modo in naturalibus agens eſt cauſa, ut id quod eſt potentia actu ſit. quo uero ad uerba attinet, animaduerte uerbum ἀλλὰ non ſemel Ariſtoteles accepit pro niſi quia: ut in præſenti textu. Amplius agens in artificialibus uocat quod quid erat eſſe, quoniam eſt forma in mente artificis, at forma ubique ab Ariſtotele quod quid erat eſſe dicitur, ut omnibus perſpicuum eſt. ex his patet ſolutio in naturalibus, quod cauſa unitatis eſt unitas formæ, quæ eſt actus, a quo eſt unitas, cauſa uero quare id quod erat potentia reducatur in actum, eſt agens in generabilibus. hæc ex uerbis Ariſtotelis, quę male intelligentes nonnulli, in aliam expoſitionem digreſſi ſunt ab Ariſtotelis mente remoti ſſim am, Auerroes preſenti commento dicit hoc modo, eſt igitur hic aliquid unum, quod primo eſt in potentia, & poſt tranſfertur de potentia in actum. translatio enim hæc non largitur multitudinem, ſed perfectionem ineſſe: quia in toto hoc eſt unum in actu. ex quibus uerbis nonnulli colligunt materiam rei non eſſe niſi rem in potentia, ut materia ignis eſt ignis in potentia. ignis enim in potētia eſt illemet, qui ſit in actu, nā agens tranſferens ignem de potentia ad actum, non præbet multitudinem, ita ut ignis actu ſit diſtinctus a materia, quæ erat potentia, ſicut ſubiectum a ſua forma, ſed ſolum præbet perfectionem, facitque, ut illemet ignis, qui erat potens eſſe ſit actu, quoniam materia ſecundum hos non eſt niſi ipſæ æs, quæ poteſt eſſe eſt materia Socratis. uerum de re hac alibi diſputauimos, nunc uero ſatis ſit annotaſſe uerbum Auerrois. Que Auer. Cōmē. 11.

Eſt autem materia alia intellectualis, alia ſenſibilis, & rationis ſemper hoc quidem materia: illud uero actus eſt. ut circulus figura plana.

Auerroes in ſuis uerbis innuit duas expoſitiones, prima eſt, ut per hæc, quæ in mathematicis dicit, uelit argumentari a minore ad maius, nā ſi in mathematicis definitio conſtat ex materia & forma, et forma in illis eſt cauſa quare definitio eſt una, quāto magis naturalis definitio cōſtabit ex materia, & forma, & forma erit qua definitio eſt una. innuit etiam & ſecundam expoſitionem, ut dicamus quod Ariſtoteles uelit per hæc remouere tacitā dubitationem, poſſet enim dici non omnes definitiones componi ex materia, & forma, ut ſuppoſitum eſt, quoniam non definitiones rerū mathematicarum, cum res mathematicæ non ſint in materia, cui reſpondens diſtinguit de materia, & aſſerit in rebus mathematicis eſſe materiam intellectualem, quæ eſt ipſum continuum, non materiam ſenſibilem, quod eſt corpus qualitatibus tactilibus affectum. & ſic definitiones poſſunt conſtare ex materia intellectuali, & forma intellectuali. hæc Auerroes. Melius autem dicamus, quod cum ſoluit in naturalibus quæſtionem motam, nunc ſoluit eam in mathematicis, nam definitiones mathematicæ etiam cōſtant ex pluribus, & ita quæri poteſt cur definitio mathematica ſit una, & quæ ſit ſuæ unitatis cauſa. ſoluit, & dicit ⁊ eſt autem materia ⁊ duplex ⁊ alia intellectualis ⁊ qualis eſt materia figurarum, quas mathematicus conſiderat, & eſt ipſum continuum in geometria, & ipſum diſcretum in arithmetica. omnium enim figurarum geometricarum materia eſt ipſum continuum, quod continet lineam, & ſuperficiem, & corpus. omnium autem paſſionum, quas conſiderat arithmeticus, materia eſt ipſum diſcretum, ſiue numerus. ſic igitur materia alia eſt intellectualis, alia ſenſibilis, & eſt materia formarum naturalium, quæ ſubſtantia eſt primis ac tactilibus qualitatibus affecta. & facta diſtinctione dicit ⁊ & rationis ſemper ⁊ hoc eſt tam phyſicæ, q̄m mathematicæ definitionis ⁊ hoc qđem ⁊ .i. altera pars eſt ⁊ materia hoc uero ⁊ .i. altera ps ⁊ eſt forma ⁊ & qđ in mathematicis altera pars ſit materia, altera forma, exemplo exponit, & dicit ⁊ ut ⁊ in definitiōe hac, q̄ eſt ⁊ circulus eſt figura plana ⁊ ubi Auer. figuram dicit eſſe materiā, & planam ſuperficiem formam, & non bene dicit, qm̄ non ſemper differētia eſt forma, cum enim ipſum accidens definitur in abſtracto, differentia eſt materia, dicimus enim quod ſimitas ſit cauitas naſi, ubi differentia materia eſt, & genus forma. quare melius dicamus quod figura ſit forma, & plana hoc eſt ſuperficies materia: per quæ paret unam eſſe definitionem ab unitate materiæ, quoniam in accidēribus materia eſt principalis pars, & ſe habet, ut forma in definitionibus ſubſtantiarum. hæc de mathematicarum rerum definitionibus.

Quæcunque uero non habent materiam nec intelligibilem, nec ſenſibilem: quod quidem ſtatim unum aliquid eſſe eſt, eorum unumquodque eſt: quemadmodum & quod quidem ens aliquid eſt hoc, quod quantum, aut quale eſt quapropter & non ineſt in definitionibus, nec ens, nec unum, & quod quid erat eſſe ſtatim unum aliqđ eſt, ſicut & ens aliquid. TEX. 16.

Soluit quæſtionem nunc in diuinis ſubſtantijs: habebat autem quæſtio duas partes, altera erat, quæ ſit cauſa, quare, quæ definitur, ſit una: altera, quæ ſit cauſa, qua ſua definitio ſit una. ſoluit nunc quæſtionem quo ad primam partem, & aſſerit nullam eſſe cauſam, qua ſubſtantia ab omni materia ſeparata ſit una, præter ſuam eſſentiam, quoniam unaqueque talis ſubſtantia eſt una per eſſentiam, & non per formam aduenientem materiæ, quæ ſit cauſa compoſito ut ſit ens, & unum. dicit ⁊ quæcunque uero non habent materiam ⁊ omnino, ut ⁊ nec intelligibilem ⁊ qualem habent figuræ mathematicæ ⁊ nec ſenſibilem ⁊ qualem habent formæ naturales: ut ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt, quæ omni materia penitus carent ⁊ eorum unumquodque eſt ⁊ id ⁊ quod quidem ſtatim eſt unum aliquid eſſe ⁊ hoc eſt unumquodque eorum eſt id, quod eſt per eſſentiam aliquid unum eſſe. accepit enim ⁊ ſtatim ⁊ pro eo quod eſt per eſſentiam, nam quod eſt unum per eſſentiam, ſtatim eſt unum, quoniam ſe ipſo eſt unum, & non expectat unitatem aliunde, ueluti a forma, quæ materiæ ſuæ adueniat, cum non habeat materiam, ſed ſit ipſa forma. exponit quod dixerat exemplo fortaſſe obſcuriori, ubi annotatione dignum, omne quod eſt aut quantum, aut quale, ſtatim eſſe ens. quoniam non eſt ens mediante differentia. Album enim eſt ens, non mediante differentia, ſuperficies etiam eſt ens ſine cauſa media, qua eſt

ens. descendit enim ens in omnia, quæ sub decem præsentia sunt sine mediis differentijs. & sic omne quod sub aliquo prædicamento est, statim est eas, quoniam non descendit ens in illud mediante differentia, uelut animal, & unumquodque genus descendit mediante differentia in hominem: uel suam speciem, ut igitur unumquodq; ens est ens statim hoc est sine causa media, ita unaquæq; substantia separata statim est una sine causa media. inquit { quemadmodum hoc, quod quantum aut quale est } ut superficies, aut album { est } id { quod quidem ens aliquid } quasi dicat ita substantia separata statim sine causa media est quid unum, sicut hoc individuum quod est quantum aut quale, statim sine causa media est ens. & tu intellige exemplum non esse omni ex parte simile, nam quælibet substantia separata est quid unum statim sine causa media, quoniam est quid unum per essentiam. at id quod quantum aut quale est, licet sit statim ens, quoniam sine causa media, tamen non est ens per essentiam: sed participatione diuinæ substantiæ. est ergo similitudo solum quantum ad hoc, q̃ sicut id quod est quale aut quantum est ens sine causa atq; differentia media, ita substãtia separata est ens, & unum sine media causa. hanc expositionem olfecit Auerroes, dicit enim q̃ quæ omnino materia carẽt, eorum unumquodq; est idem cum illo, quod dat suum esse. s. quod quiditas & essentia sint in eis idem, igitur nulla alia est causa, qua unaquæq; substantia talis sit quid unum præter essentiam. uelut quod est ens, non est ens per aliquid additum essentiæ, ut per differentiam qua ens contrahatur ad illud: cum ens non sit genus contrahibile per differentiam, ecce q̃ olfecerit expositionem. ex his concludit duo, primum q̃ nec in definitionibus substantiarum separatarum, nec cæterarum rerum ens, aut unum ponatur ut genus. et hoc dicit { quapropter & non ineſt in definitionibus } talium substantiarum separatarum, nec cæterarum rerum { aut ens aut unum } subaudi ut genus, causa patuit, qm̃ substantia separata est ens aut unũ per essentiam, & res prædicamẽtales sunt ens, aut unum sine mediis differentijs, quare in definitionibus rerum nec ens, nec unum, ut genus statui potest. secundum quod cõcludit est, q̃ quod quid erat esse, & ipsa forma quæ esset definibilis, statim unũ aliquid est, sicut statim est ens aliquid: & dicit { & quod quid erat esse } in substantijs separatis, quæ est essentia definibilis { statim } hoc est per essentiam { est unum aliquid, sicut } est & { ens aliquid } per essentiam. per quæ patet non esse quærẽdam aliam causam præter essentiam unitatis eius, quod definitur. Auer. autem male intelligẽs primum illatum intelligit q̃ ex dictis pateat nec ens, nec unũ, nec aliquod genus altissimorum quæ dicuntur transcendentia: esse definibile, cum hæc sint simplicia, & definitiones sint compositorum peius intelligens secundũ ait, q̃ ex dictis pateat nec formam habere definitionem, in qua sit ens aut unum, ut genus. quæ sunt extra propositum, ut legenti græca uerba patet.

Que Auer. Cõmẽ. 16.

Que Auer. Cõmẽ. 16.

**Quapropter nõ est aliqua alia causa alicui eorum, ut sit unum, aut sit ens aliquid. statim enim unumquodq; est ens aliquid, & unum aliquid, nõ in ente & uno, ut in genere, aut ut in his, quæ separata præter singularia sunt.**

Ex his concludit solutionem primæ partis quæstionis, quę erat de causa unitatis eius, quod definitur, & dicit { quapropter non est aliqua alia causa alicui eorum } diuinorum entium { ut sit unum, aut ut sit ens aliquid } subaudi præter essentiam, & repetit rationem: et dicit { statim enim unũquodque est ens aliquid, & unum aliquid } hoc est per essentiam { & non } est aliquod eorum { in ente aut uno, ut in genere, aut ut in his quæ separata sunt præter singularia } ut Platonici dixerunt. & hæc expositio est Auer. melius autem exponi potest, ut dicamus quod Aristoteles ex dictis soluat interpositam quæstionem, quæ sugius de unitate rerum naturalium fuit tacta, utrũ uidelicet sit aliqua causa effectrix ex qua substantia separata sit unus, & ens, respondet ex dictis & inquit { quapropter non est aliqua alia causa } effectrix { alicui eorum } entiũ separatorum { ut sit unum, aut ut sit ens aliqd } assignat eandem causam, per quam soluit primam partẽ quæstionis, & dicit { statim enim } eorum { unũquodq; est ens aliquid, & unum aliquid } statim dico quoniã per essentiam, & per nullam aliam causam nec formalem, nec effectiuã, est dico ens aliquid, & unum { non in ente, & uno, ut in genere, aut ut in his, quæ separata sunt præter singularia } patet ergo solutio interpositæ quæstionis.

**Propter hanc uero dubitationem hi quidem participationem dicunt, uerum causam aliquam participationis, & quid est participare dubitant. & hi autem consubstãtialitatem animæ: sicut Lycophron ait esse scientiam eius quod est scire, & animæ: alij uero compositionem, aut cõiunctionem animæ cum corpore ipsum uiuere.** Uerum Καὶ

Cum soluisset quæstionem secundum ueritatem, nunc inducit solutiones aliorum non ad totam quæstionem, sed ad eam partem quæstionis, quæ erat quæ sit causa, quo definitum est unum: fuerunt enim duæ quęstionis partes, altera qui dem de definitionis unitate, altera autem quæ sit causa, qua res, quæ definitur, fit una, inducit solutiones aliorum ad hanc partem, & sunt tres positiones, prima est Platonicorum, qui dixerunt rem quæ definitur, ut homo, esse unam, participatione ideæ hominis, quæ est unitas, & essentia hominis. nec ab ratione quidem, quoniam id quod est unitas per essentiã, est causa alijs eiusdem denominationis, ut unumquodq; illorum unum sic participatione. ueluti quia ignis est per essentiam calidus est causa per participationem, ut cætera quæ denominantur calida, sint calida. uerum hi sic dicentes dubitatiõ quæ nam sit hæc participatio, & quid particeps esse. dicit { propter hanc uero dubitationem hi quidem participationem dicunt } subaudi causam, qua res definita sit unum, asserentes rem definitam, ut hominem esse unam, participatione ideæ hominis quæ est unitas per essentiam { uerum } isti ut Aristoteles inquit { dubitant causam aliquam } esse ipsius { participationis, & quid est participare } & ita dubitant de causa causæ, nam dubitant quæ nam causa sit, ut res definita participet idea, & quid sit particeps esse ideæ. hæc de prima positione, deinde narrat secundam, & dicit { hi autem } dicunt non animã ipsam esse causam unitatis hois, nec formam ipsam esse causam unitatis cõpositi ex materia, & forma { sed consubstantialitatem animæ } hoc est, sed aliqd consubstantiale ipsi animæ: & exponit Aristo. hoc exẽplo Lycophronis, & dicit { sicut Lycophron ait esse } causam unitatis { eius quod est scire cum anima, scientiam } quæ est quid consubstantiale ipsi scire: eodem modo dicunt causam unitatis hominis esse aliquid consubstantiale animæ hominis, non expressit autem istud consubstantiale, sed potest dici animatio. ergo sicut scire cum anima facit unum sciens per aliquid cõsubstantiale ipsi scire, ut mediante ipsa scientia, ita anima cum corpore facit unum animal mediante aliquo consubstãtiali ipsi animæ, ut mediante animatione. deinde assignat tertiam positionem, & dicit { alij uero } dicunt causam unitatis hominis esse { cõpositionem animæ cum corpore aut coniunctionẽ } quæ coniunctio dicitur apud eos ipsum { uiuere } nam tam diu homo uel animal est unum q̃ diu uiuit, quare uidetur homo uel animal esse unum mediante uita, & sic uita erit causa, qua homo, uel animal est unum. & accepit hominẽ in exemplo, loco cuiuslibet definiti, cuius definitionem quærimus. Auerroes autem dicit, qd' qui supponit animam esse actum corporis, & formam esse perfectionem materiæ non habet quæstionem, quoniam, ut dicitur in secundo de anima, nulla alia causa est, nisi quia hoc est perfectibile, & illud perfectio,

Que Auer. Cõmẽ. 16.



fectio. & intellexit Auerroes per participationem communicationem quæ est inter corpus, & animam, & uult postea q̃ Aristoteles induxerit duas expositiones circa uerbum cõmunicatio, quarum prima est, q̃ per cõmunicationem intelligendum sit cooperationem, quatenus nec anima sine corpore nec corpus sine anima operari potest, nisi sint congregata. Alij per cõmunicationem, intellexerunt compositionem, ut ipsum uiuere. Quare secundum Auer. causam unitatis Aristoteles dixit unam esse uidelicet cõmunicationem, sed quia erat cõmunicatio res dubia, aduxit duas expositiones pro intellectu illius. Tu uero considera.

**Sed eadem ratio in omnibus erit, & enim sanum esse erit aut consubstantialitas, aut compositio sine coniunctio animæ & sanitatis. & æs esse triangulatum, compositio æris, & trianguli, & album unum esse, compositio superficiei & albedinis.**

Contra has causas obijcit, dimittit autem primam tanquã reprobatã superius & septimo huius, & reprobat alias duas causas, uel forte reprobat duas causas, quoniam non sunt nisi duæ causæ, quoniam hæ duę causæ fuerunt expositiones participationis. Vt uoluit Auer. sed utcunque reprobat eas duas causas, & dicit { Sed eadẽ ratio in omnibus cõpositis erit } quod exponit, & dicit { etenim sanum esse erit } unum quid, quia erit { aut cõsubstantialitas, aut compositio sine coniunctio animæ & sanitatis } & dixit { animæ } quia sunt etiam animę ægritudines, ut melancholia, & phrenitis, & id genus. & ita qua ratione anima & corpus erant unum aut propter consubstantialitatem uel coniunctionem, eadem ratione sanum esse erit unum propter consubstantialitatem sanitatis cum anima, uel coniunctionem sanitatis cum anima. Similiter { & æs esse triangulatum } erit { cõpositio æris & trianguli, & album unum esse } erit { compositio superficiei & albedinis } hęc autem tanquam absurda derelinquit, & ideo uult causas assignatas absurdas esse. Auerroes uero aliter intelligit, & non indocte, uult enim quod Aristoteles accipiat hanc suppositionem, quod simile est de unione animæ cum corpore, & formæ cum materia, & de unione sanitatis cum anima, & trianguli cum ære, & albedinis cum superficie. tunc argumentatur, ultra, sed nulla quærenda causa est unitatis sanitatis cum anima, nec trianguli cum ære, nec albedinis cum superficie, nisi quia sanitas est perfectio & actus animæ, & triangulus æris, & albedinis superficiei, igitur nec quærenda est causa unitatis animæ cum corpore, uel formæ cum materia, nisi quia forma est actus materiæ, & anima est actus corporis, aqua est unitate totius. & non displicet hęc expositio.

**Causa uero quia potentiæ & actus quærunt unum faciens & differentiam, est autem, ut dictum est, ultima materia atque forma idem: & hoc potentia, hoc actu. quare simile est quærere unius, quæ causa: & unum essendi. Est enim unumquodq; quid unum, inquantum quod potentia est, & quod actu est, unum aliquo modo sunt. quare causa nulla alia est, nisi ea, quæ est quasi mouens ex potentia ad actum. quę autem non habent materiam: omnia simpliciter quid unum, & ens aliquid sunt.**

Cum reprobasset positiones, nunc assignat causam erroris, & uult quod isti errauerint, quia supposuerunt falsum, & quæsiuerunt causam falsi, supposuerunt enim materiam, & formam esse res diuersas, & quæsiuerunt causam, cum materia & forma sint res diuersæ, quæ nam causa est, ut unum sint. At ut dicit, falsum est materiam & formam esse res diuersas, sunt enim una res, & non differunt nisi, ut terminatum & interminatum, & sic materia est forma, & forma est materia, pro quanto res eadem est, quæ cum erat potentia, ut fieret erat materia, forma uero, ut facta. & iusta hanc positionem nullum est compositum ex materia & forma tanquam ex re, & re: sed nihil est actu nisi forma, quæ antea erat materia, & potentia, ut fieret actu. Vnde dicit { Causa uero } subaudi erroris, est { quia potentiæ & actus quærunt differentiam, & supponant } materiam & formam esse res diuersas, & quærunt quid est { unum faciens } ipsa, ergo supponunt materiam & formam esse res diuersas, & quærunt, quid est illud, quod facit ea unum. tunc ostendit quod suppositio sit falsa: & dicit { est autem, ut dictum est, materia ultima } quæ non amplius est in potentia { & forma idem, & hoc } subaudi idem potentia, & { hoc } idem ens { actu } & ita una met res est materia & forma, sicut una met res est, quæ prius fuit in potentia, & postea in actu, & sic una met res est forma & materia, & non differunt, nisi ut ens, & potens esse. Propterea concludit quid sit quærere causam unitatis, & dicit { quare simile est quærere quæ nam causa sit unius, & essendi unum } modo quærere propter quid unum est unum nihil est, sicut nihil est propter homo est homo. quod autem quærere propter quid unum est unum, nihil sit quærere, probat, ex eo quia nihil est quærere propter quid idem est idem, & dicit { unumquodque enim unum aliquid est, inquantum quod potentia, & quod est actu, unum } & idem { aliquo modo est } quod enim est potentia est idem ei quod est actu, quatenus non differunt sicut duæ res diuersæ, sunt tamen idem, quia illa met res quæ erat potentia, & materia erit actu, & forma. ergo solum differunt, ut ens potentia & ens actu, quæ differunt ut interminatum & terminatum, ex his concludit quod nulla causa sit unitatis, nisi illa: quæ est causa entitatis, causa autem entitatis est causa agens, quæ facit, ut ens potentia sit actu ens, & hoc dicit { quare causa nulla alia } est { nisi } illa quæ est { ut quasi mouens } & educens materiam { de potentia } ut sic forma { ad actum } qui est forma. Ex his patet positio Riccardi Mediauillensis acutissimi doctoris, qui de intentione Aristotelis, & Auerrois asseruit materiam & formam non esse duas partes compositi reales re diuersas, sed differre, sicut interminatum, & terminatum. Imaginatur enim formam non aduenire materię tanquam perfectionem superaduenticiam illi, cum qua constituat compositum, sed materiam, quæ prius erat ens potentia, fieri formam, quæ est ens actu. Quam positionem innuit Auerroes & hic & proximo textu. Verum de hac positione in recognitionibus Physicis multa diximus.

Quolib. 3. q̃stione. 5. arti. primo.

Vltimo redit ad diuinas substantias, & dicit { quæ autem non habent materiam } ut diuinæ substantiæ { omnia simpliciter } hoc est per essentiam { quid unum & ens aliquid sunt } quare nulla alia est causa, qua sit una quæq; illarum una præter essentiam. hæc de libro octauo.

**Finis octaui Libri.**

# ARISTOTELIS

## Metaphysicæ Liber Nonus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.

### Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Don Petrum de Toledo.

TEX. 1. DE primo igitur ente: & ad quod omnes aliæ Categoriæ entis referuntur, dictū est uidelicet de substantia, nam secundū substantiæ rationem dicuntur alia entia: & quantū, & quale, & cætera sic dicta. omnia nāq; habebunt rationem substantiæ, ut diximus in primis sermonibus.

Quę Auer. Com. 1. VT placet Auerroi, cæteris{q; expositoribus, Aristoteles in hoc nono Libro intendit agere de ente quatenus diuiditur per potentiam & actum. Nam, ut Auerroes inquit, cū hæc ars cōsideret ens simpliciter, & differentias entis simpliciter, atque illius genera, cum egisset de generibus entis, hoc est de decem prædicamentis in septimo libro, nunc agit de differentijs entis, q̄ sunt actus, & potentia: & incepit loqui de speciebus potentiæ, & actus, ut declaret rationes substantiales potentiæ & actus. & contradicat ijs, quæ potentiam a rebus sustulerunt: & primo resumit ea, q̄ dicta sunt, & dicit { De primo igitur ente, & } pro ideſt { ad quod omnes aliæ Categoriæ entis } hoc est prædicamenta { referuntur dictum est uidelicet de substantia } dictum est dico in septimo, & in octauo, in septimo de substantia simpliciter: in septimo uero de substantia sensibili, quia dixerat substantiam esse primum ens, ad quod cætera prædicamēta referuntur, uidetur assignare duas causas, quas in Libro septimo dixit, prima est, quia quantum & quale, & cætera prædicamenta dicuntur secundum rationem substantiæ. nam quantum dicitur quatenus est mensura substantiæ, quale uero, ut est dispositio substantiæ, simili ratione cætera dicuntur. Secunda uero ratio est, quoniam quodlibet accidens habet rationem substantiæ, hoc est definitur per substātiam. Auerroes autem legit hæc uerba pro una ratione, ut dicatur substantia primum ens, quoniam in definitionibus eorum apparet substantia, & hæc expositio consonat uerbis Aristotelis, dicit enim { nam secundū substantiæ rationē } ideſt definitionem { dicuntur alia entia & quantum, & quale, & cætera sic dicta } hoc est, quod substantia sic primum ens, patet, quoniam cętera definiuntur per substantiam. & q̄ omnia definiantur per substantiam, probat, & dicit { omnia nanq; } cum subaudi definiuntur { habebunt rationē } hoc est definitionem { substantię } hoc est ab ipsa substantia, cū in cuiuslibet accidentis definitione appareat substantia. Quo uero ad uerba attinet, genitiuus ille { substantiæ } qui græce est, τᾶς οὐσίας, pro ablatiuo accipitur, ut sit sensus { omnia nanq; habebunt rationem a substantia } placet autem mihi hæc expositio, quoniam leguntur uerba non cum copulatione, sed cum nota causæ, ut quasi in hac parte assignetur ratione proximę partis, nam cum dixisset omnia alia dici secundū substantię rationem, subscribit causam, quia uidelicet omnia rationem suam, ac definitionem habent ab ipsa substantia, cum in cuiuslibet ratione appareat substantia.

Sed cum ens dicatur, aliud quidem quid, aut quantum, aut quale, aliud autem secundum potentiam, & actum, & operationem: determinabimus & de potentia & actu: & primum de potentia, quæ quidem dicitur maxime proprie, & licet nō sit utilis, ad quod uolumus nunc (in plus enim est potentia & actus q̄ ea, quæ dicuntur solum secundum motum) tamen cum dixerimus de hac, in determinationibus de actu, ostendemus quidem & de alijs.

Cum resumpsisset ea, quæ dicta sunt, nunc declarat ea, quæ sunt dicenda. & præmittit duas diuisiones entis, ut eligat eam, quam est pertractaturus, & uerba legantur suspensiue usq; ibi { determinabimus } hoc pacto { sed cum ens dicatur } duobus modis { aliud quidem quid } hoc est substantia { aut quantum aut quale } ideſt uno modo ut diuiditur in decem prædicamēta { aliud autem secundum potentiam & actum, & operationem } .i. alio modo, ut diuiditur per actū & potentiam, addit autem, & secundum operationem, nō q̄ uelit ut sit diuisio trimembris, sed quia actus intelligitur per operationem, & suum nomen habuit ab operatione: tunc terminando suspensionem præmittit id, quod est dicendum, & dicit { determinabimus & de potentia & actu } hæc de intentione, deinde de ordine dicendorum inquit { & primū } determinabimus { de potentia, quę quidem dicitur maxime proprie } & hæc est potentia, qua aliquid dicitur possibile transmutari atque moueri: ut Auerroes inquit, reperiuntur enim actus & potentia in rebus mobilibus proprie, & maxime, in substantijs uero immobilibus improprie, & quasi per similitudinem: & quia aliquis posset dicere de potentia trāsmutabili agere nunc nō esse ad propositum, cum spectet ad naturalem, quasi soluens, dicit { & licet nō sit utilis ad quod uolumus nunc } .i. ad scientiam de actu & potentia, quibus diuiditur ens simpliciter, & quæ sunt in substantijs immobilibus: cuius causam interponit, & inquit { in plus enim est potētia & actus } quibus ens simpliciter diuiditur { q̄s ea } ideſt q̄s potentia & actus { quæ solum dicuntur secundum motum, tamen cum dixerimus de hac } .i. trāsibimus ad ostēdendum actum & potentiam { quidem, & de alijs }. s. quæ reperiuntur in substantijs separatis. Nam, ut Expositor inqt, hic est ordo conueniens, cum ea: q̄ sunt in motu nobis prius manifesta sint: e quibus deuenire debemus in cognitionem substantiarum immobilium, eorum, quę eis attribuuntur, cū illa intelligi non possint, nisi ex his, quæ nobis primo occurrunt. Quo uero ad uerba attinet { & licet } Græce legitur, οὐμὴν, Latine etiam non tamen, uerum hic { & licet non } legimus, ut sæpe alijs in locis legendum est, μὴν pro licet.

TEX. 2. Quod igitur dicantur multipliciter potentia & posse, determinatum est a nobis in alijs. harum autem quæcunq; quidem dicuntur potentiæ æquiuocę, prætermittantur. nonnullæ enim quadam similitudine dicuntur, quemadmodum in geometria: & possibilia, & impossibilia dicimus eo q̄ aliquo modo sunt, & non sunt. quæcunq; autem ad eandem speciem omnes principia quædam sunt, & ad primum unum dicuntur: quod est principium trāsmutationis in alio inquantum aliud est.

Cum proposuisset intentionem huius libri esse agendum de potentia & actu: nunc exequitur, & primo explodit a presenti



senti consideratione potentias quę dicuntur æquiuoce, & proponit se dicere de potentijs, quæ dicuntur per attributionem ad unum: simulq; de illis dicit, de prima parte animaduersione dignum potentiam dici trifariam ut quinto huius accipitur, uno modo pro potentia metaphorica, qualis est in rebus mathematicis, ut in linea, quæ potest esse quadratum. linea enim quæ ducta in se fit quadratum. & in ternario: nam ternarius ductus in se fit nouenarius, qui est quadratum suū. modo hæc potentia in linea, & numero metaphorica est, quatenus linea assimilatur materiæ, & numerus etiam. per quandam enim similitudinem ex linea quadratum, & ex trinario nouenarius fieri potest. Alio modo pro potentia logica, & sic possibile dicitur cuius oppositū nō est necessarium, ut Deum esse, & hominem currere. horum enim opposita non sunt necessaria. hoc modo potentia dicitur, qua aliquid est possibile, quia non repugnat. ut in prioribus dictum est. hęc duo explodit a præsenti consideratione, & dicit { Quod igitur dicantur multipliciter potentia & posse, determinatum est a nobis in alijs }. s. quinto huius capitulo de potentia, tunc exponit, quę explodendæ sint, & inquit { harum autem, quæcunq; dicuntur æquiuoce potentiæ } ut metaphorice, & logice { prætermittantur } in præsenti consideratione, exponit, quæ sint hæ: & dicit { nonnullæ enim dicuntur quadam similitudine } & metaphorice { quemadmodum in geometria } linea, & trinarius potentiæ dicūtur quadrata { & } in logica { dicimus possibilia, & impossibilia, eo quod aliquo modo sunt, & non sunt } dicitur enim omne quod est possibile esse, quoniam non repugnat esse, & dicitur esse quod non est, impossibile esse, quoniam dum non est, repugnat esse, potentiæ igitur his duobus modis prætermittantur. deinde exponit, quæ potentiæ sunt pertractandæ, & asserit de his omnibus esse agendū, quæ dicuntur per attributionē ad unam, ut de potentijs passiuis, quæ dicuntur per attributionem ad potentiam actiuam: & dicit { quæcunq; autem ad eandem speciem potentiæ } relatæ { omnes principia quędam sunt, & ad primum unum dicuntur, quod est } actiuum { principium transmutationis in alio inquantum aliud est } hæ subaudi omnes in præsenti libro pertractandæ sunt. potentiæ igitur q̄ dicuntur per æquiuocationem, nunc prætermittendæ, quæ uero dicuntur per attributionem ad potentiam actiuā, nunc pertractandę sunt. Quare de passiuis potentijs agendum est. hæ enim propriæ potentiæ dicuntur, & per attributionem ad potentiam actiuam. Auerroes autem uelle uidetur q̄ Aristoteles prosequatur propositam intentionem, & q̄ distinguat potentiam in duos modos, in metaphoricam, qualis est in linea, ut possit esse superficies, uel quadratum, & propriam, quę dicitur uno modo actiua, per quam aliquid potest transmutare aliquid inquantum aliud, & dico inquantum aliud: quoniam idem potest se transmutare, sed nōn inquantū est idem, sed inquantum est aliud. nihil enim, ut Auerroes inquit, agit in se ipsum, ut idem sibi. Et sic secundum Auerroem textus nō est explosiuus, sed determinatiuus: tu uero expositionem hanc considera: quoniam in textu ponuntur uerba explosiua.

Com. 17.

Com. 17.

Com. 1.

Quę Auer. Com. 2.

Nam hæc quidem patiendi potentia est, quæ in ipso patiente principium mutationis passiuæ ab alio inquantum aliud est. hæc autem habitus impossibilitatis eius, quæ in deterius est, & corruptionis ab alio inquantū aliud principio transmutationis. in his enim omnibus terminis inest primæ potentiæ ratio.

Nunc declarat duo simul, & potentias, quæ sint, & quo modo dicantur per attributionē ad actiuam: & dicit { Nam hæc quidem patiendi potentia est, quæ } in ipso { patiente } existens { principium passiuæ mutationis est ab alio inquantum aliud } ecce quomodo describitur per actiuam potentiam { hæc autem } potentia est { habitus impassibilitatis eius, quæ in deterius est } ut uirtus, per quam officiosus potest residere uolenti ipsum ducere ad uicia { & } tertio modo potentia est impassibilitas { corruptionis, ab alio principio transmutationis, inquantum est aliud } dicitur enim uirtus potentia: & impassibilitas corruptionis etiam potentia: uirtus quidem dicitur potentia: qua studiosus potest manere in uirtute, ut non corrumpatur ab agente uitia. impassibilitas uero corruptionis, dicitur potentia, qua cœlū potest semper manere, ut ab agente corruptiuo non corrumpatur. quare utraque describitur per potentiam actiuam, & hoc inquit { in ijs enim omnibus terminis } hoc est definitionibus { in est ratio primæ potentiæ }. s. actiuæ. Nam quælibet harum describitur per actiuam potentiam. Auerroes autem uult q̄ Aristoteles definiat duas potentias, eam quæ est materiæ, & eam, quæ est habitus, & formæ. definitas eam: quæ est materiæ: dixit, q̄ sic principium transmutandi ab alio. definiens eam, quæ est formæ, dixit q̄ sit impassibilitas transmutandi ab alio. & huius causam assignauit, quoniam formę bifariam sunt, aliæ quidem, quæ sunt in materia, & hæ sunt passiuæ & transmutabiles per accidens, non autem per se: quoniam ratione materiæ, in qua sunt. non autem, qua formæ sint. Aliæ omnino a materia abiunctæ, & hæ sunt simpliciter in trāsmutabiles, quoniam neq; per se, neq; per accidens. Sed dices intellectus est forma abiuncta a materia secundū Auerroem: & tamen patitur. hæc obiectio puerilis est, quoniam Auerroes loquitur in transmutatione corruptiua: non autē in trāsmutatione perfectiua: qua intellectus potest pati ab obiectis. Et dicit Auer. q̄ in definitionibus harum potentiarum, accipitur prima potentia referendo singula singulis: quoniam in definitione passiuæ ponitur ratio primæ potentiæ: quæ est materia, & in definitione potentiæ actiuę ponitur ratio primæ formæ: & male dicit Auerroes: quoniam Aristoteles per rationem primæ potentiæ, intelligit rationem potentiæ actiuæ. nam tam potentia materiæ, q̄s impassibilitas describitur per actiuam potentiam: ut patet in uerbis Aristo.

Iterum autem hæ potentiæ dicuntur aut solū faciendi patiendive, aut bene. quare & in harum rationibus aliquo modo insunt priorum potentiarum rationes.

Cum declarasset q̄ in omnibus potentijs simpliciter dictis ponatur ratio potentiæ actiuæ, nunc declarat q̄ etiam in modis potentiarum intelligantur rationes potentiarum simpliciter quarum sunt modi. Sunt autem modi potentiarum, posse bene agere, & posse bene pati. posse bene agere est modus potentiæ actiuæ, quę est simpliciter posse agere, posse bene pati est modus potentiæ passiuæ quæ est posse simpliciter pati. & dicit { Iterum autem hę potentiæ dicuntur aut solum faciendi patiendive } hoc est simpliciter, quibus simpliciter hoc currere, illud dissecari potest { aut } dicuntur hæ potentiæ faciendi, patiendive { bene } qbus hoc facile currere potest, ut caprea, illud facile, & bene dissecari, ut lignum. Testudo uero dicitur posse non bene currere, ferrum autem posse non bene scindi. hi sunt modi potentiarum simpliciter. facta ac præmissa diuisione, concludit in rationibus modorum potentiarum intelligi rationes potentiarum simpliciter, & dicit { quare & in harū rationibus aliquo modo insunt rationes priorum potentiarum }. s. quæ simpliciter dicuntur. nam in posse bene facere intelligitur facere, & in posse bene pati intelligitur pati. similiter in posse male facere intelligitur facere, & in posse male pati intelligitur pati.

Quę Auer. Com. 2.

Palam igitur quoniam est quidem, ut una potentia faciendi & patiendi. nam possibile est aliquid, & ipsum habere potentiam patiendi, & aliud pati ab ipso. est autem ut alia, nam hæc quidem in patiente est (propter id enim quia habet

queddam principium, & est materia quoddam principium patiens patitur. & aliud ab alio. pingue enim & cõbusibile est, & cedens sic, pressibile est: similiter autem & in alijs) hæc autem, in faciente, ut calor, & ædificatiua, illæ quidem in calefactiuo, hæc autem in ædificatiuo est.

Ex ijs concludit primo potentiam actiuam & potentiam passiuam uno modo esse unam, alio modo plures, respectu diuersorum esse potest una subiecto, nam quod patitur ab uno, potest agere in aliud respectu eiusdem, non possunt esse una nec subiecto, nec definitione. quoniam potentia actiua est in agente, passiua uero in patiente: quæ respectu eiusdem non coincidunt in idem nec subiecto, nec ratione. dicit ¶ Palam igitur quoniam potentia faciendi & patiendi est quidem ut una ¶ .s. subiecto. & cp subiecto sint una, probat, & inquit ¶ nam possibile est aliquid, & ipsum habere potentiam patiendi, & aliud pati ab ipso ¶ ut aer habet materiam, quæ est potentia patiendi ab igne, & agere potest in aquam, per potentiam agendi. s. calorem, qui est in ipso. & hoc pacto potentia agendi, & patiendi subiecto erunt una potentia: quatenus idem respectu diuersorũ est agens & patiens, uel potest agere, & pati. Com. 2. Auerroes etiam addit, cp respectu eiusdem potentia actiua & passiua sunt idem subiecto in aliquibus, ut in his quæ mouentur in loco. in his uero, quæ alterantur uel generantur, aut augentur: non sunt idem, nisi respectu diuersorũ, quod quomodo sit, in disputationibus dilucidatur. Et cũ declarasset cp respectu diuersorum potentia actiua & passiua subiecto idem sunt, nunc declarat cp respectu eiusdem nec subiecto, nec ratione sint idem, & dicit ¶ est autem, ut alia ¶ scilicet respectu eiusdem ¶ nam hæc quidẽ in patiente est ¶ cuius causam affert, & dicit ¶ propter id enim quia ¶ patiens ¶ habet quoddam principium, & ¶ illud ¶ quoddam principium ¶ quod habet ¶ est materia, patiens patitur, & aliud ab alio ¶ ut ab habente formam, & principium actiuũ ¶ pingue enim & combustibile est ¶ quoniam habet materiam aptam inflãmari ac comburi ¶ & sic cedens ¶ ut cera, quæ facile cedit, habet principium materiale uidelicet mollitiem ¶ qua pressibile est, similiter autem & in alijs ¶ in omnibus enim patiens patitur, quia habet materiam, & sic patet cp potentia actiua quidem in patiente sit, quatenus patiens habet materiam ¶ hæc autem ¶ .s. actiua potẽtia est ¶ in faciente ¶ & ratione formæ ¶ ut calor, & ædificatiua ¶ facultas ¶ ille quidem ¶ .s. calor ¶ in calefactiuo est, hæc autem est in ædificatiuo ¶ Quare respectu eiusdem potentia actiua, & passiua nec subiecto, nec ratione sunt una. Ex his potest colligi hanc distinctionem, cp potentiam actiuam & passiuam esse idẽ intelligi potest, aut subiecto aut ratione, si ratione sic nec respectu eiusdem, nec respectu diuersorum possunt in idem incidere, si uero subiecto, hoc pacto respectu diuersorum in idem incidere possunt, respectu eiusdem minime. Determinatio Aristo.

Quapropter inquantum simul natum est nihil patitur ipsum a se ipso, unum enim & non aliud est.

Secundum quod cõcludit est, cp dato cp patiens & agens essent unum connatum, ita ut agenti esset connatum pãtiens, & patienti esset connatum agens, hoc aggregatum sic a natura constitutum, non pateretur a se ipso, causa est, quoniam tale aggregatum sic connatum esset unum, & non plura, ac diuersa: & sic nec idem patitur a se ipso, nec unum aggregatũ ex agente & patiente. quod a natura est sic aggregatum patitur a se ipso, & tu intelligere per se, quoniam per accidens potest tale aggregatum pati a se ipso. Calidum enim connatum humido est, & agit in humidum, non per se quatenus unum sunt, sed per accidens. quatenus humidum & calidum secundum partes diuersa sunt: ut in disputatione dictum est. & intellige de passione corruptiua, ac proprie dicta: dicit ¶ quapropter inquantum ¶ agens patienti ¶ simul natum est ¶ & inquantum sunt a natura unum aggregatum ¶ nullum tale ipsum a se ipso patitur, unum enim ¶ tale aggregatum naturale ¶ est, & non aliud ¶ hoc est & non plura diuersa. At dictum est, nullum unum ut idem unumq; pati a se ipso. Auerroes autem dicit duo præter propositum, primum, cp quia quædam potentiarum actiuarum sunt in agente: ideo necesse est, ut agens nihil agat, donec sic simul cum patiente in eodem loco. & hoc ideo quia omne agens naturale agit per cõtactum. sed non potest agere per contactum, nisi ultima agẽtis & patientis sint simul in eodem loco. & hoc est primum, quod non reperitur in textu græco. Secundum est, cp nihil patitur per se inquantum est unum cum ipso agente, sed oportet ut illic fit aliud ex quo transmutatur, & probat hoc, quoniam si patiens pateretur ab agente inquantum essent unum & idem, tunc idem esset in actu & in potentia, & sic esset in potentia quatenus esset in actu. & ideo concludit, cp in simplici non est potentia omnino. s. qua patiatur a se ipso. Sed bene potentia est in cõposito, qua potest pati in se ipso, & a se ipso. & quia hoc uidetur contra textum, tu intellige de composito misto ex partibus dissimilaribus, ut secundo physicorum exponitur. quoniam de composito similari, ut est aurum, uel caro: non est uerum aliquid per se posse pati a se ipso. De composito uero, quod componitur ex mẽbris diuersis, ut animal, uerum est idem pati a se ipso secundum diuersas partes, quoniam secundum cor agit, & secundum cerebrum patitur: & in cæteris eadem ratione. Que Auer. Com.

Et impotentia & impossibile, & quæ tali potentiæ contraria est, priuatio est. quare eiusdem, & secundũ idem, omnis potentia est impotentia.

Cum dixisset de potentia, nunc agit de impotentia, atque de impossibili: & quoniam multiplex est impotentia siue impossibile, aut logicum, quo in modo Deum non esse est impossibile, & solem aliquando nõ ingredi arietem, est impossibile, aut metaphoricum, quomodo ex linea ducta in se ipsa resultare nouenarium numerum est impossibile, & ex ternario numero in se ducto resultare corpus quadratum est impossibile, aut naturale, quo in modo dicimus cæcum non habere potentiam ad uidendum, & esse impossibile ut uideat. quia itaq; multiplex est impotentia & impossibile, ueluti & ipsa potentia & possibile, ideo præmittens de qua impotentia, ac de quo impossibili uult loqui, inquit ¶ Et impotentia & impossibile, & ¶ pro ideo est ¶ quæ tali ¶ naturali ¶ potentiæ contraria est, priuatio est ¶ hoc est carentia formæ in subiecto apto nato. est igitur impotentia naturalis, a qua deducitur impossibile naturale, carentia formæ in subiecto apto nato: quo in modo cecitas dicitur impotentia uidendi, & surditas impotentia audiendi, & cæcum impossibile uidere, & surdum impossibile audire. & quoniam priuatio est duplex pro nunc, ante rem, quali priuatione catulus dicitur cæcus, cum nascitur: & ursulus surdus cum in lucem editur: & cũ ipse per impotentiam uoluerit intellegere esse priuationem, non post rem, sed ante rẽ, catulus enim impotens est uidere, & ursulus impotens audire, & uidere: ideo concludit ¶ quare eiusdem & secundum idem, omnis potentia ¶ subaudi antequam exeat ad actum, & antequam ueniat tempus, in quo exit ad actũ ¶ impotentia est ¶ ut potentia, qua catulus non uidet, & ursulus non audit, est impotentia uidendi, & audiendi: dum non uenerit tempus idoneum uidendi, aut audiendi. Per quæ patet impotentiam, quæ contraria est potentiæ naturali, esse priuationem formæ, antequam ueneris forma: sic enim intelligẽdo potentia est impotentia, & e cõuerso. Auerroes autem hunc locum non intelligens, dicit primo cp impotens est non habere potentiam, quoniam dicere non potentiam, sine impotentiam est dicere aliquid, quod caret illa potentia. & addit hoc quod est contrarium potentiæ, esse priuationem. Que Auer. Com.



tionem. Demum dicit, cp potentia & impotentia sunt eiusdẽ, quoniam sunt compositi. quę omnia ad uerba Aristotelis nõ faciunt: nisi hęc traxerimus ad uerba Aristotelis, & dicamus cp Auerroes per primam partem uelit intelligere cp impotentia, quæ est contraria potentiæ, sit priuatio ante aduentũ formæ: quæ apta est fieri in tali subiecto. & cp per secundam partem, uelit, cp potentia & impotentia sint eius subiecti cõpositi apti recipere primo priuationem, & demum formam: hoc pacto intelligendo uerba sua, possunt esse uera.

TEX. 3. Priuatio autem dicitur multipliciter, etenim non habens: & quod aptum est habere, si non habeat. aut omnino, aut quando aptum est habere. & aut sic ueluti perfecte: aut saltem quouis modo. in quibusdam uero si apta sint habere, nõ habeant ui: hæc priuata esse dicimus.

Nunc agit de priuatione, & Auer. assignat causam quare qui loquitur de potentia, debet loqui de priuatione, & ait hoc est, quoniam potentia est aliquo modo priuatio, cum dicitur aliquid esse in potentia ad aliquid, quoties caret eo. quare cũ primus Philosophus loquatur de potentia, oportet, ut dicat de priuatione. & eodẽ libro de utraq;. & eadem parte libri, cum potentia sit quodam modo priuatio. aliter causa assignari potest, cum enim descripsisset impotentiam per priuationem, oportet, ut cum de impotentia dixisset, nunc de priuatione dicat. & proponit priuationem multipliciter dici, & dicit ¶ Priuatio autem dicitur multipliciter, etenim nõ habens ¶ hoc est uno modo dicitur per negationem omne illud, quod non habet aliquid, ut lapis, qui non habet uisum: dicitur priuatus uisu per negationẽ ¶ & ¶ dicitur secũdo modo ¶ quod aptum est habere ¶ si non ¶ habet ¶ & sic omne quod non habet aliquid, quotiens est aptum habere illud dicitur priuatum. & hoc subdistinguit, quoniam si aptum est habere, & non habet ¶ aut ¶ non habet ¶ omnino ¶ ut cæcus, qui non habet uisum, & omnino non aptus est habere, quoniam nullo tempore habebit ¶ aut ¶ non habet, non simpliciter, sed ¶ quando aptum est habere ¶ ut .xx. annis siquis aptus sit ha bere barbã, & non habeat, hic dicitur priuatus barba ¶ & ¶ iterum hoc subdiuiditur, quoniam ¶ aut sic ueluti perfecte ¶ hoc est omnino .xx. annis non habet barbam, cum eo tempore sit aptus habere ¶ aut saltem ¶ non habet, quouis modo. s. aliqua ex parte: quoniam non habet eam aliquo pacto: & aliquo pacto habet. Qui enim tẽpore .xx. annorum est aptus habere barbam, & non habet, potest eam non habere dico omnino sic cp sit ita sine barba, ut erat tẽpore .xiiij. annorum. aut potest eam nõ habere perfecte, quoniam habet nõnullos pilos, sed nõ perfecte, & utroq; modo dicitur priuatus. Sed si ue sic, siue sic non dicitur simpliciter priuatus, ut primo modo dicebatur, qui omnino amplius non habebit sicut cæcus, quoniam licet non habeat barbam tempore .xx. annorũ, quo tempore debet habere, eam habebit tempore .xxv. annorũ. quoniam licet propter aliquod impedimentum tempore .xx. annorum non habuerat. tamen tempore .xxv. annorum dele to impedimento, habebit. Auerroes loco uerbi ¶ quouis modo ¶ habebat, raro, & laborat exponere, & non potuit exponere uerbum quod non dicitur in textu. Deinde assignat tertium modum priuationis principalem, & dicit ¶ In quibusdã uero si apta sunt habere, ui ¶ aliqua ¶ non habeant, hęc priuata esse dicimus ¶ ut si graue ui detineatur sursum, dicitur priuatũ motu deorsum. quoniam eum habere potest omni tempore, sed ui priuatur. igitur generatim priuatio trifariam dicitur, aut per negationem, aut per aptitudinem, aut per uiolentiam. etsi non habet, & aptum est habere, ut nullo tẽpore habebit, ut cæcus, aut non habebit eo tempore, quod debebat habere, & hoc aut nullo modo, aut non perfecte. Descripsit autem priuationes per concreta, ut sermo esset clarior. Que Auer. Com. 3.

Quoniam autem hæc quidem in inanimatis insunt principia talia. alia uero inanimatis, & in anima, & anima: in rationem habente: palam quia & potentiarum, aliæ erunt irrationabiles, aliæ cũ ratione. quapropter omnes artes, & scientię factiuę potentiæ sunt, principia nanq; permutatiua sunt in alio inquantum aliud.

Cum esset locutus de potentijs generatim, nunc transit ad loquendam de speciebus potentiarum, & Auerroes uelle uidetur, cp loquatur de speciebus potentiæ actiuæ, possumus autem dicere, cp loquatur de speciebus potentiarũ tam actiuarum, q̃ passiuarum per cõparationem ad subiecta, in quibus sunt eiusmodi potentiæ, ut recte Expositor inquit, & distinctio, quam assignat, est, cp potentiarum aliæ sint rationales, alię irrationales. & syllogizat hoc pacto, principia talia. s. agendi, aut sunt in rebus inanimatis, aut in rebus animatis, in telligendo per animata sola ea, quę animata sunt anima rationali: hoc est antecedens, quod ponit, & dicit ¶ Quoniam autem principia talia ¶ .s. agendi aut patiendi ¶ hæc quidẽ sunt in ¶ rebus ¶ inanimatis, alia uero in ¶ rebus animatis, & exponit quid per animata intelligit, & uult omnia ea esse intelligenda hic animata, quæ sola anima rationali dicuntur anima ta, ut homines, cætera omnia, siue habeant animam uegetatiuam uel sensitiuam, siue non: omnia ea uocat inanimata, facit autem hoc more ueterum: qui nullam aliam animam cognouerunt nisi rationalẽ, & solos homines dixerunt esse animatos: ut ergo loqueretur, ut plures, inquit ¶ alia uero ¶ principia agendi uel patiendi sunt ¶ in ¶ rebus ¶ animatis, & in anima ¶ talium, quoniam non sunt in corpore humano, sed in anima corporis humani. & exponit, quid per animam uelit, & dicit ¶ & in anima ¶ hoc est ¶ in ea quæ rationem habet ¶ per quæ innuit, quæcunq; alia non habent rationem, dici inanimata, & sic distinctio est, cp principia agendi uel patiendi alia sint in rebus animatis rationali anima, alia in rebus inanimatis, q̃ carent rationali anima: siue habeant alias animas, siue non habeant. Tunc dat consequens, & inquit ¶ palam quia & potentiarum aliæ erunt irrationabiles ¶ q̃cunq; sunt principia in rebus carentibus anima rationali ¶ alig cum ratione ¶ quæcunq; sunt in habente animam rationalem, & in ipsa anima rationali. Ex his infert omnes artes, & omnes scientias practicas esse potentias, quæ aptæ sunt mouere exteriorem materiam, & dicit ¶ quapropter omnes artes, & ¶ omnes ¶ factiuæ scientiæ ¶ ut mechanicæ ¶ potentiæ sunt ¶ quæ aptæ sunt mouere exteriorem materiam, & hoc pacto excluduntur morales, quoniam non sunt artes factiuæ, sed actiuæ. probat, & dicit ¶ principia nanq; sunt permutatiua in aliud, inquantum aliud ¶ igitur sunt potentiæ aptæ mouere materiam exteriorem & non modo artes, & scientiæ factiuæ sunt potentiæ exterius factiuæ, sed sunt rationales, quoniam omnes sunt in anima rationali. Que Auer. Com. 3.

Et quæ quidem cum ratione sunt, omnes contrariorum sunt eædem. irrationabilium autem, unius est. ut calidum calefaciendi solum. medicatiua autem infirmitatis, & sanitatis.

Cum distinxisset de potentijs, nunc assignat differentiam, & dicit, cp rationales potentiæ utriusq; contrariũ factiuæ sint, irrationales unius tantum: & dicit ¶ Et quæ quidem cum ratione sunt, omnes sunt cõtrariorum ¶ factiuæ ¶ eædem. irrationabilium autem, una unius ¶ factiua ¶ est. ut calidum calefaciendi solum ¶ uim habet ¶ medicatiua autem ¶ est factiua ¶ infirmitatis, & sanitatis ¶ Auerroes autẽ intelligit hanc differentiam, cp rationales potentiæ agant ambo contraria in simul, irrationales uero, alterum seorsum tantum. & cũ dicit insimul, non intelligas simultatem temporis, non enim eodẽ tempore rationalis potentia agit ambo contraria, sed intelligas simultate uirtutis, ac intentionis ut dicemus, quoniam ea Que Auer. Com.

uirtute, qua potentia rationalis agit alterum contrariorum, agit & alterum eadem intentione, si uoluerit.

Causa autem, quoniam ratio est scientia, ratio autem eadem, rem ostendit, & priuationem.

Assignat causam differentig, & syllogismus primus est, ratio rem ostendit, & priuationem rei. Scientia est ratio, igitur scientia rem ostendit, & priuationem rei. Tũc ultra, ut Auerroes suppler, sed potentia rationalis facit, quæ facit per scientiam, igitur est factiua contrariorum, ut sit ultimus syllogismus, omnis facultas quæ facit per scientiam, facit contraria, Potentia rationalis facit quæ facit per scientiam, igitur facit contraria. De ratione tangit primum syllogismum, quo habetur minor principalis syllogismi, & dicit { Causa autem, quoniam ratio est scientia, est } ergo minor, scientia est ratio { ratio autem eadem, rem ostendit, & priuationem } hęc est minor, igitur subaudi, scientia ostendit rem & priuationem, & per priuationem intelligit alterum contrariorum imperfectum, quod se habet, ut priuatio: ut postea dicet.

Non tamen similiter & est ut amborum, & est ut existentis magis. Quare necesse est & tales scientias esse quidem contrariorum, esse uero, huius quidem per se, illius uero, non per se. etenim ratio huius quidem per se est, illius uero quodam modo, & per accidens. nam negatione, & ablatione ostenditur contrariũ, etenim priuatio prima contrariũ est, hæc autẽ ablatione alterius.

Remouet dubitationem, sumpsit enim ꝙ ratio sit amborum contrariorum. sanitatis, & priuationis. ideo quæritur utrum eodem sit rei, & priuationis? Respondet, ꝙ non eodem, quoniam ratio est rei existentis magis, & per se, priuationis uero, minus, & ꝙ accidens. & dicit { Non tamen similiter } ratio est rei & priuationis { & est, ut amborum } sanitatis { & est ut existentis magis } & per se. est enim ut amborum ostensione, est rei existentis, ut per se & magis. tunc concludit quod eodem modo scientia sit ut amborum, & ut alterius magis, & per se, & dicit { quare necesse est & tales scientias } scilicet factiuas { esse quidem contrariorum } per cõmunem ostensionem { esse uero huius quidem per se } scilicet rei, ac formæ { illius uero non per se } scilicet priuationis, & repetit causam, & dicit { etenim ratio huius quidem per se est } scilicet rei { illius uero } scilicet priuationis est { quodam modo & per accidens } sed subaudi scientia est ratio. igitur scientia est amborum secundum cõmunem ostẽsionem, rei autem per se, priuationis uero per accidens. Sed dices si una scientia est rei, & priuationis, utrum una scientia sit contrariorum, respondet quod sicut una eademq; scientia est rei, & priuationis, sic una eademq; scientia est contrariorum, ut caliđi, & frigidi, albi, & nigri, grauis, & leuis, & supponens solutionem tacitam tacitæ quæstionis, assignat causam tacitæ solutionis, & dicit { nam contrarium ostenditur negatione, & ablatione } subaudi alterius contrarij: quod non esset, nisi una scientia esset contrariorum, & quod contrarium ostendatur negatione & ablatione alterius contrarij, probat, priuatio quæ est primum principium ostenditur negatione, & ablatione rei cuius est priuatio. contrarium est priuatio, quæ est principium primum, igitur cõtrarium ostenditur negatione, & ablatione, tangit igitur primo minorem, & dicit { etenim contrarium } ipsum { est prima priuatio } hoc est, contrarium ipsum est priuatio, primum principium. Deinde tangit maiorem, & dicit { hæc autem } scilicet priuatio prima { ablatione alterius } subaudi ostenditur. igitur contrarium ipsum ablatione, & negatione ostenditur: & sic patet probatio tacitæ solutionis. Quo uero ad rationem attinet, animaduerte, semper alterum contrariorum esse imperfectum, ut superius dictũ est, & quia est imperfectum, ideo subit rationem priuationis, & potest dici quædam priuatio. Sed dubitatur quoniam potentia irrationalis est oppositorum etiam eodem modo sicut rationalis, quoniam sicut rationalis est amborum, alterius per se, alterius per accidens, sic potentia calefaciendi calefacit per se, per accidens intrigidat. aut per antiperistasin, aut trahendo humidum per hoc quod poros corporis aperit, per quos exhalat humidum, & consequenter calidum, & ita refrigescit corpus a calido per accidens: quare hæc differentia nulla est. Dicendum ꝙ hæc est differentia ꝙ potentia rationalis intentione prima potest in ambo opposita, quoniam agit electione, & ita potest prima intentione agere quoduis contrariorum. Potentia irrationalis prima intentione non potest agere nisi unum: cũ non agat electione. conuenit autem, quoniam dum agit prima intentione unum contrariorum rationalis potentia, errore potest agere alterum, ut dum medicus intendit sanare, potest errore infirmare. & sic differt, & conuenit, differt quidem quo ad intentionem agendi, conuenit quo ad executionem. quo quidem ad intentionem differunt, quia potentia rationalis secundum intentionem primam esse potest utriusq; contrarij. Potentia irrationalis secundum primam intentionem est unius tantum quo uero ad executionem, cõueniunt, quoniam quo ad executionem potentia rationalis est alterius oppositorum per se: alterius per accidens: potentia uero irrationalis simili ratione, est alterius per se, alterius per accidens.

TEX. 4. Quoniam autem contraria non fiunt in eodem, scientia autem est potentia in habente rationem, & anima motus habet principium: salubre quidem sanitatem solum facit, & calefactiuũ caliditatem, & frigefactiuũ frigiditatem: sciens uero ambo. est enim amborum quidem ratio, (non tamen similiter) & in anima, quę habet motus principium. quare ambo ab eodem principio mouebit ad ipsum copulans. quapropter secundum rationem potentia sine ratione potentibus faciunt contraria. unum enim principium ratione continetur.

Quæ superius dixerat, nunc probat, dixit enim duo, & ꝙ rationalis potentia sit oppositorum, & ꝙ irrationalis potentia sit una unius. hæc probat enthymematice, & in antecedente sumit tres propositiones satis claras, prima est ꝙ contrariæ formæ naturales non fiunt in eodem subiecto nec esse possunt eiusdem compositi, & hanc ponit, & lege suspensiue usque ibi { salubre quidem } & inquit { quoniam autẽ contraria } hoc est formæ naturales contrariæ { non fiunt in eòdem } subiecto est enim naturalis forma una unius subiecti, & una unius compositi: hæc est prima propositio { scientia autem est potentia in habẽte rationem } & tu intelligas hanc propositionem causaliter hoc modo, & potentia quę est cum ratione, agit per scientiam. hæc est secunda propositio. assignat tertiam, & dicit { & anima motus habet principium } hoc est, & anima habet scientiam, quæ principiũ agendi: hæc est tertia propositio: ex his tribus uult habere, ut mihi uidẽ, duas propositiones, & prima est, omne cõpositum naturale, quod per unam tantum formã est, agit unum tantum. naturalis enim forma est una unius. Secunda uero, omne agens per scientiam, quæ est eadem oppositorum, agit oppositа: has enim duas propositiones uoluit habere ꝑ illas tres, ex his duabus infert duas cõclusiones, primã cum inquit { salubre quidem sanitatem solum facit, & calefactiuum } solam { caliditatem, & frigefactiuũ } solam { frigiditatẽ } & uniuersaliter oẽ cõpositũ naturale unũ solũ facit. & syllus erit, oẽ cõpositũ naturale, qđ per unã solã formã est, unũ tantũ facit, ex prima propositione. omne compositum naturale, ut salubre, frigefactiuum, calefactiuum, & id genus unam solam formam habet,



habet, igitur unum contrariorum solum facit. Secundam conclusionem infert cum dicit { sciens uero ambo } oppositа facit, & syllogismus est, omne agens per scientiam agit ambo: sciens agit per scientiã, igitur sciẽs agit ambo. Quòd omne agens per sciẽtiam agat ambo, probat, & dicit, est. n. amborum quidem ratio { & } existens { in anima quæ habet } scientiam { quæ est motus principium } addit { non tamen } ratio est { similiter } amborum, sm intentionẽ quidem est amborum, sm executionẽ uero est alterius per se, alterius per accidens. Tunc ex his dat conclusionem, & dicit { Quare anima quæ est sciens, & agens per scientiam, & rationem { ambo } contraria { mouebit ab eodem principio } quæ est scientia & ratio { copulans } ambo contraria { ad ipsum } hoc est ad scientiam & rationem: copulans dico per similitudinem, agit enim anima medici sciens medendi artem sanitatem, & ægritudinem, per hoc ꝙ tam sanitas ꝙ ægritudo copulatur per similitudinem rationi & scientię, quæ est in anima. vnde sicut agens naturale agit sibi simile per similitudinem realem, quæ est forma naturalis, ita medicus agit sanitatem, & ægritudinem per similitudinem intentionalem, quam habet in anima per scientiam & rationem medendi: est ergo conclusio, anima igitur sciens agit ambo contraria: & syllogismus totus erit, omnes agens per scientiam, quæ est eadem oppositorum, agit ambo contraria, anima sciens agit per scientiam, quæ est eadem oppositorũ, igitur agit ambo opposita. Tunc ex his infert differentiam potentiarum rationalium, & irrationalium, & dicit { quapropter secundum rationem potentia } .i. ea quæ possunt agere ratione { contraria faciunt his, quæ sine ratione pñt } nam ea quæ ratione possunt, factiua oppositorum sunt, quę uero agunt naturali impetu, & sine ratione, factiua sunt unius tantum. & sic econtrario potentiæ naturales, & potentiæ rationales se habent. & ꝙ ea quæ possunt sm rationẽ sint oppositorum, probat, & dicit, vnum enim principium quod est oppositorum { continetur ratione } hoc est continetur in rõne ipsa, quæ est eadem oppositorum: patet ergo differentia potentiarum. Auerroes autem praue intelligens uerba Aristotelis, reducit ad duo, ꝙ videlicet cum anima agit ratione, agit duo opposita, quoniam scientia, & ratio est oppositorum, cum agit naturali impetu, & non ratione, agit vnũ. verbi causa, humana anima, cum agit per rationẽ, & scientiam agit sanitatem, & ægritudinem, cũ agit quatenus nam est, auget corpus tantum, & non facit simul auctionẽ & diminutionem. Quæ licet uera sint, uerbis Arist. tamen nullatenus conueniunt. Secundo dicit, ꝙ sciens agit contraria, quia agit ea, quæ fieri possunt sine ratione, & ea etiã, quæ fieri possunt per rationem, verbi gratia, quoniam facit sanitatem, quæ fieri potest natura, & arte. Et hoc rursum licet verum sit, non est ad propositum, Arist. enim dicit animã scientem, ideo opposita facere, quoniam agit scientia, & ratione, quæ est eadem oppositorum.

Quę Auer. Cõmen. 4.

Palam autem, & quoniam ipsius bene potentiam sequitur solum faciendi aut patiendi potentia: hanc uero, illa: non semper necesse enim bene faciẽtem facere, sed solum facientem nõ necesse est bene facere.

Nunc obiter declarat, quo modo se habent posse facere uel pati, & posse bene facere, vel bene pati, & asserit hæc se habere vt commune & minus cõmune, nam ut Auerroes inquit quicunq; potest bene facere, uel bene pati, potest facere, vel pati, & non conuertitur: & dicit, palam autem { & quoniam potentiam ipsius bene } subaudi faciendi, vel bene patiendi { sequitur potentia } quæ { solum } est { potentia faciendi vel patiendi } quoniam valet, potest bene facere aut bene pati, igiẽ potest facere, aut pati { hanc uero illa, non semꝑ } nõ enim ad posse facere aut pati sequitur semper posse bene facere, aut bene pati. Quòd ita sit probat ex ipso facere, & bene facere, et dicit { necesse enim benefacientem facere, sed solum faciẽtẽ non necesse est bñ facere } Quare per regulam prioristicã, Aliquo addito utrobiq;, eadem sequentur. Si enim sequitur bñ facit, igitur facit, eodem addito utrobiq; nec diminuente, nec distrahente, valebit, potest bene facere, igitur potest facere, & non ecꝛntrario. dixit aũt { non semper } quoniam in agẽtibus perfectis, valet facit, igitur bene facit, & etiam ualet, potest facere, bene igitur potest facere, causa est, quoniam in agentibus perfectis, vt in diuinis: idem est facere & bñ facere. Prætereą ualet in agentibus quæ agunt ratione, sequitur enim medicus potest sanare, igitur potest bene sanare, & Dion potest nauigare, igiẽ potest bene nauigare. cùm enim agens ratione agat per id quod est oppositorũ, ideo potest agere bñ & male. Simpliciter autem non ualet, quoniam est aliquid agens, quod põt agere, & non potest bene agere, vt agens quod agit per habitum virtũ, vel per formam simpliciter imperfectam. patet igitur cur dixit non semper.

Sunt autem quidam, qui dicunt, ut megarici, quando quis operatur, solum posse, quando uero non operatur: non posse, ut non ędificantem non posse ædificare, sed ædificantẽ, quando ædificat: similiter autem & in alijs. TEX. 5.

Cum dixisset, vt Auerroes inquit, ꝙ potentia duplex sit actiua & passiua, & descripsisset & numerasset has, dedisset ęq; differentiam inter rationales, & irrationales, nunc vult disputare cum ijs, qui negauerunt potentias esse, videlicet cum eis, qui negarunt ipsum posibile esse. Sed dices nunquid metaphysicus debeat de his differre, quasi respondẽs Auer. inqꝛt, primus enim philosophus debet loqui de re hac, quoniam est opinio sophistica, & falsa: est enim vna eadęq; scientia recti, & obliqui, quare si pertinet ad metaphysicum agere de potentia sm veritatem, pertinet etiam refellere falsas opiniones, quæ habentur de illa. Arist. igitur narrat opinionem Megaricorum, & dicit { sunt autem quidam, qui dicunt, vt Megarici, quando operatur quis } eum tunc { solum posse } operari { quando autem } quis non operatur, eum { non posse } operari { vt non ædificantem non posse ædificare, sed ædificantem, quando ædificat } tunc subaudi posse ędificare { similiter aũt } ut inquit { & in alijs } Hi enim vt Auerroes inquit, negant potentiam præcedere tempore id quod quis potest, dicunt enim potentiam, & id quod quis potest, sunt simul: & sic contingit nullam potentiam esse ante actum. Contra tamẽ Auerroes obijcit, ex eo quia potentia & actus sunt differentig entis valde oppositę, vt primo de anima asseruit, ergo non possunt esse insimul. dicit tamen Auerroes quosdam loquentes suæ sectæ concedere hanc opinionem, dixerunt enim id esse posibile, quod deus facit, aut fecit, quod uero nec facit, nec fecit, dicunt esse impossibile. Megarici uero philosophi, qui fuerunt de secta Stoicorum dixerunt posibile non esse ante actũ, quoniam crediderunt omne quod est posibile, necessario euenire: & sic ex oppositо consequentis argumentantes concluserunt, quod non euenit, non est posibile, quare ante actum nõ est aliquid posibile.

Cõmen. 5. Quę Auer. cõmẽ. 5. Cõmen. 5. Quę Auer. cõmen. 5.

Quibus accidere inconuenientia non est difficile uidere. Palam enim quoniam nõ erit ædificator, nisi ædificet, nam ædificatorem esse est esse potentem ædificare, similiter autẽ & in alijs artibus.

Contra hanc positionem obijcit Arist. & dicit { Quibus accidere inconuenientia non est difficile videre } ponit autẽ absurdum primum ꝙ tunc ædificator non erit, nisi ędificet, & tunc primum ędificator erit, cum ędificet. probatur ꝓña,

quoniam per eos ædificator non est, nisi cum actu ædificat, & cum actu non ædificat, non est. dicit ¶ palam enim quoniam non erit ædificator, nisi ædificet. nam ædificatorē esse, est potentem ædificare, similiter autem, & in alijs artibus ¶ vt medicum esse erit potentem sanare. est ergo primū absurdum, ꝙ hac positione cōcessa, ædificator incipiet esse ędificator solum cum ædificat, & cum nō ædificat, desinit esse ædificator. Auerroes autem opinatur, ꝙ hoc nō asserit Aristoteles, vt absurdum, sed supponat de mente Megaricorū. Est enim suppositio ꝙ ædificator incipiat esse ædificator, cū ædificat, desinat ꝙ esse ædificator, cum desinat ædificare.

Si igitur non erit possibile tales habere artes, non discentem aliquādo, & accipientem: & non habere, non abiscientē aliquando, aut obliuione, aut passione aliqua, aut tempore. non enim utiq; re corrupta: semper enim est, quando cessabit, non habebit artem. iterum qui statuit ædificabit, aliquo modo accipiet.

Nunc ponit secundum absurdum, quod forte non differt a primo, sed est explanatio primi absurdi. & primo præmittit duas suppositiones quasi ab oibus concessas, quarum prima est, ꝙ nullus artem aliquam habere possit, nisi aut didicerit a præceptore: aut inuenerit per seipsum, hęc suppositio patet, qm̄ nostrum scire non est remissū, vt uoluit Plato, sed de nouo, vt probauit Arist. & dicit ¶ si igitur non erit possibile tales artes habere ¶ i. si igitē non potest quispiam has artes quasuis habere ¶ non discentem aliqn̄ ¶ hoc est nisi eas didicerit a præceptore ¶ & ¶ pro aut ¶ accipientē ¶ hoc est, aut nisi acceperit eas per seipsum propria inuentione. est. n. vt Philoponus dixit. 1. Poster. dupl̄r scire, aut discēdo a præceptore, aut inuentione per seipsum: hæc est prima suppositio. debet aūt textus legi suspensiue vsq; ibi ¶ quando cessabit ¶ deinde ponit secūdam suppositionē, & est hæc, nullus pōt artibus carere, nisi aliqā eas abiecerit, atq; ꝓdiderit, aut obliuione, vt multi qui artes didicerint, prætermisis studijs in illis, obliuione eas amiserunt. Multi. n. scientias mathematicas, & Dialecticam didicerunt, qui cum in eis non se exercuerint obliuione eas amiserūt ¶ aut passione aliqua ¶ hoc est morbo. Obseruauimus multos doctissimos viros, qui post morbos doctrinas ferè omnes perdiderunt ¶ aut tempore ¶ hoc est senecture, & diuturnitate. Senes. n. plerūq; artes, quas in iuuenta calluerunt, perdunt. vñ dicit ¶ & nō habere non abiscientem aliqn̄ ¶ hoc est, et non est posibile, ut quis careat artibus, nisi abiecerint eas ¶ aut obliuione, aut passione aliqua ¶ ægrotatiua ¶ aut tempore ¶ atq; senecture. hæc est secunda suppositio. Sed contra hanc suppositionē est dubitatio: qm̄ re corrupta, cuius rei ars est, videt ars corrumpi: ut de opinione, cum. n. quispiam opinatus fuerit Socratem esse summum Pontificem, opinio seruabit quandiu ille erit summus Pōtifex: Socrate uero corrupto, opinio non seruabitur, quasi rīdens, dicit ¶ non enim ¶ corrumpuntur artes ¶ re ¶ circa quā uersantur ¶ corrupta, semper ¶ enim ars ¶ est ¶ dato ꝙ res circa quā erat, corrupta fuerit, ut dato ꝙ domus ruat, ars ædificandi seruabit, & sic aliter est de opinione, & aliter de arte, opinio. n. corrumpit corrupta re, cuius erat, qm̄ opinio proficiscit a re. at ars non a re fit, sed ipsa est cā rei. Tunc argumentat, si, vt dicunt Megarici, ædificator est, cum tunc ędificat, & nō est, cū non ędificat ¶ quādo ¶ ut inquit ¶ cessabit ¶ ædificare ¶ non habebit artem ¶ ædificandi, qd̄ est contra secundam suppositionē ¶ iterum, qui statim ædificabit, aliquo mō accipiet ¶ artem tunc, cum ędificabit, quod contra primam supponem. hanc expositionem olfecit Auerroes, cum dicit deīde declarauit hoc, quasi velit ꝙ Arist. assignauerit, quoddam absurdum, & nūc velit illud clarius exponere, quo vero ad hanc rōnem attinet, Auerroes dicit, sed ipse Aristo, dimisit hoc est posuit in textu pōs, & destruxit ipsum per suppositiones assignatas: ꝙ quæ Auerroes innuit Arist. hic accepisse pōs, & prętermisisse antecedens, nec ab rōne id fecit, quoniam antecedens est positio Megaricorum, quam quia posuit a principio, non curauit eam hic repetere. Sed solum intulit absurdum, quod sequitur ad eam.

Quę Auer. Cōmen. 5. Quę Auer. Cōmen. 5.

Et inanimata utiq; similiter. neq; enim frigidum, neq; calidum, neq; dulce, neq; omnino sensibile quicquā erit, non sentientibus. Quare Protagoræ sophistæ rationem eis dicere contingit.

Cum argumentatus esset contra Megaricos argumento sumpto ab artibus, artificibusq; ipsis, qui animati sunt, nunc argumentatur argumento sumpto a rebus inanimatis. & argumentum est, si solum res sunt potentes: cum in actu sunt, & cessant a posse, cū non actu fuerint, & ¶ Inanimata utiq; similiter ¶ erunt potentia, tunc solum cum actu agent, cessabunt vero, cum non actu agent ¶ enim ¶ pro & ita ¶ neque frigidum, neq; calidum, neque dulce, neq; omnino sensibile quicquam ¶ inanimatum ¶ erit ¶ nobis ea per sensus actu ¶ non sentientibus ¶ & sic sensibilia non erunt sensibilia, cū cessauerint agere in sensus suos, tunc destruit pōs, & dicit, ¶ quare Protagoræ sophistæ rationē eis dicere continget ¶ Protagoras enim sophista, vt quarto huius dicitur, opinatus est, res esse ita, quia nos opinamur eas esse tales, ut quia opinamur hominem esse rationalem, homo est rōnalis, & quia opinamur hominem non esse equum, homo non est equus. Contra quem obiecit Aristot. quarto huius ꝙ hac positione concessa, accideret contradictoria simul esse vera, cum diuersos circa idem contradictoria contingat opinari. Quare si isti volunt tunc esse sensibile, cum monet sensum, & tunc non esse sensibile cum non monet, contingit idem esse sensibile, & non sensibile, esse quidem, cum mouet sensum Platonis, non esse vero, cum non mouet sensum Socratis. & sic idem sensibile contingit esse calidum, & nō calidum, & uertetur opinio Protagoræ sophistæ. Fuit autem Protagoras, cuius libri, vt Cicero dixit, ab Athenienſibus decreto publico fuerunt cōbusti, quod vs reuocauerint deos in dubiū.

Quę Auer. Cōmen. 5.

At uero nec sensum quicquā habebit, si non sentiat, nec operetur. Si ergo cæcum est nō habens uisum aptum uero natū, & quando aptum natum est, & adhuc ijdem erunt sæpe die uno, cæci & surdi.

Hic assignat tertiam rationem, & est, si potentia tum est, cum aliquod actu agit, & cessat, cum non actu agit, tunc ¶ nec sensum quicquam habebat, si non sentiat, nec operetur ¶ & ita animal desinens actu sentire, desinet habere sensum, & epilogans rationem hanc in terminis clarius, & dilucidius, dicit ¶ si ergo cæcum ¶ secundum Megaricos ¶ est non habens visum ¶ aptum ¶ vero natum ¶ habere ¶ & quando est aptum natum ¶ habere, hoc est si secndū Megaricos cæcum est animal, cum actu non videt, & si tunc aptum natum est videre ¶ & adhuc ¶ idest iterum vtique ¶ ijdem ¶ homines ¶ sæpe die vno erunt cæci, & surdi ¶ quoniam idem homo eodem die sæpe videt, & non videt: & sic sæpe erit cæcus, & videns. Auerroes autem diuidere videtur textum in duas rationes, quarum prima ponitur in prima parte textus, secunda ibi ¶ si ergo cæcum ¶ prima ratio est, quòd si animal desinit habere sensum, cum desinit sentire vt Megarici fingunt, tunc animal desinens sentire, desinet esse animal, quoniam desinet habere sensum, per quem animal est animal. Secunda est, quòd si est, vt Megarici dixerunt, tunc eodem die idem animal erit sæpe cæcum, & sæpe videns. & destruens consequens dicit Auerroes, esse differentiam inter cæcum, & animal habens visum, quando non videt, quoniā cæcum caret visu actu & potentia.



& potentia. Animal habens visum, quando non videt, caret visu actu: non autem aptitudine.

TEX. 6.

Amplius, si impossibile est, quod caret potentia: quod non fit, impossibile erit factum esse: Sed si impossibile erit factum esse. Dicens autem esse, aut futurum esse mentietur. nam impossibile hoc significauit. Quare hæ rationes auferunt motum, & generationem, semper enim stans stabit, & sedens sedebit. non enim surgit, si sedet. Impossibile nanque erit surgere, quod non potest surgere.

Quarto argumentatur contra Megaricos deductione ad impossibile hoc pacto, Quod caret potentia, impossibile erit factum esse: quod non fit, caret potentia. igitur quod non fit, impossibile erit factū esse. Minor patet, nam quod non fit, secundum Megaricos caret potentia. est. n. apud eos tum res in potentia, vt fiat, cum fit. Maior vero ab omnibus conceditur. de ratione igitur tangit maiorem, & dicit ¶ Si quod caret potentia, impossibile est factus esse ¶ subaudi minorem, qd̄ non fit, caret potentia. igitur ¶ quod non fit, impossibile erit factum esse ¶ & quia hæc ratio est deductio ad impossibile, declarat conclusionem esse impossibilem, & dicit ¶ sed si impossibile erit factum esse ¶ hoc est si conclusio est vera videlicet quod non fit, impossibile erit factum esse: si inquam hæc conclusio sit vera: ¶ dicens ¶ aliquid quod nunc non fit ¶ aut esse, aut futurum esse, mentietur, nam hoc ¶ quod dictum est ¶ significauit impossibile ¶ diximus enim illud esse impossibile quod non fit. Quare si quis dicet quod non fit, esse aut futurum esse, mendacium erit, quoniam dicet impossibile, esse aut fore aliquando. Secundo probat eandem conclusionem esse impossibilem alia ratione & dicit ¶ quare hæ rationes ¶ & syllogismi si veri sunt ¶ auferunt motum, & generationem ¶ & quod auferunt motum, probat, & dicit ¶ semper enim stans stabit, & sedens ¶ semper ¶ sedebit ¶ & sic non potest fieri motus. & quòd sedens semper sedebit, probat, & dicit ¶ non enim si sedet, surget ¶ aliquando ¶ Impossibile enim erit surgere, quod non potest surgere ¶ Motus igitur destruetur: non enim qui stat, mouebitur, quoniam qui stat caret potentia ad motum. & sic non poterit moueri. nec qui sedet, poterit moueri: quoniam qui sedet, caret potentia ad motum. quare nullus horum mouebitur. Simili ratione deduci potest de generatione. Sed quæritur hic, vtrum stans potest moueri: & sedens potest moueri. videtur quòd non: quoniam si stans potest moueri, tunc stans aliquando erit motum, & si stans aliquando erit motum: tunc idem simul stabit, & mouebitur. Dicendum quòd stans, & sedens possunt accipi diuisæ, & sic accipiuntur aut pro subiecto, aut pro forma: & pro subiecto, hæ ambæ veræ sunt. quoniam qui stat, & qui sedet, potest moueri, aut possunt accipi compositę, & sic idem est stans, & qui stat sub ratione qua stat, & hoc pacto negantur: hoc Alexander dicit primo Elenchorum. Cum enim dicitur contingit sedentem currere, verum esse dicit secundum diuisionem accipiendo ipsum sedentem. Est enim terminus connotatiuus, qui potest accipi pro subiecto, sine forma, & pro vtroque aggregato ex subiecto & forma etiam accipi potest secundum compositionem. Primo modo pro subiecto concedit illam sedentem contingit currere. Secundo modo pro vtroque, negat. Quæ non intelligentes Iuniores venerunt in libello infinitos de re hac inscriptos, verum de his in iudicris.

Quę Auer. Cōmen. 5.

Si ergo non contingit hæc dicere, palam quoniam potentia & actus alterum sunt. At illæ rationes potentiam & actum idem faciunt. Quapropter & non parum aliquid destruere quærunt.

Ex dictis concludit suam intentionem quasi epilogando ea absurda: quæ sequuntur ad Megaricorum rationes, & dicit ¶ Si ergo non contingit hæc dicere, palam quoniam potentia & actus alterum sunt ¶ circa quæ uerba Auerrois dicit, deinde posuit omnia ista impossibilia quasi antecedens, & positionem suam quasi consequens. deinde Aristoteles epilogat absurda, quæ sequuntur opinionem Megaricorum, & dicit ¶ At illæ rationes ¶ atque sententiæ Megaricorum ¶ potentiam & actum idem faciunt. Quapropter & non parum aliquid quærunt destruere ¶ nam, vt Auerroes inquit, destruunt primam materiam: & omnes motus, & generationem, & corruptionem, & omnes artes, quæ agunt per cogitationem, & voluntatem ad expellendum nocumentum, & ducendum iuuamentum: vt medicinalem artem. Sed cum hic syllogismus Aristotelis contra Megaricos sit ducens ad impossibile, quæritur quid sit hypothesis in hoc syllogismo, & quid coassumpta propositio, ex quibus componitur deductio ad impossibile. dicendum quòd hypothesis est opinio Megaricorum videlicet quod non fit, caret potentia vt fiat. Coassumpta vero propositio est, omne quod caret potentia, vt fiat, impossibile erit esse factum. Deductio autem est, omne quod caret potentia vt fiat, impossibile est fieri, quod non fit, caret potentia, vt fiat: igitur quod non fit, impossibile est fieri. hæc est deductio ad impossibile. Regressus vero est, hæc conclusio est impossibilis, tum quia dicens aliquid quod non fit, posse fieri, dicet falsum, tum quia destruerentur motus, generationes, & artes factiuæ. Vltra hæc conclusio est impossibilis, ergo altera propōnum. & non coassumpta: quoniam ab omnibus conceditur, igitur impossibilis est hypothesis. Tunc vltra impossibilis est hypothesis, igitur potentia, & actus differunt. hoc ergo pacto ratio Aristotelis reducitur ad artem priorificam.

Quę Auer. cōmē. 6.

Quare contingit possibile quidem aliquid esse: non esse autem, & possibile non esse, esse autem. Similiter autem & in alijs prædicamentis, possibile est uadens esse, & non uadere. Et non uadens possibile est uadere.

TEX. 7.

Secundo concludit quonam modo, possibile & inesse se habeant, & vult quòd se habeant secundum oppositam qualitatem, quoniam contingens esse, est quod non est, & contingens non esse, est quod est. non autem econtrario, licet enim possibile esse sit quod non est, non tamen omne quod non est, est possibile esse. Causa autem, quoniam, vt diximus primo Priorum, inesse est contingens positum in actu. dicit ¶ Quare contingit possibile quidem aliquid esse, non esse autem, & possibile non esse autem ¶ est enim contingens esse, quod non est, & potest esse, & possibile non esse, quod est, & potest non esse. Se enim habent secundum oppositam qualitatem. & quia hæc exempla locum habent in substantijs, nam esse simpliciter prolatum intelligitur de substantia: distribuens, atque reddens vniuersale quod dixerat, inquit ¶ similiter autem & in alijs prædicamentis, possibile est vadens esse, & non vadere ¶ hoc est, quod non vadit ¶ & non vadens possibile est vadere ¶ & ri intelligas hæc sumendo vadens, & non vadens secundum diuisionem, pro animali quod vadit vel non vadit, non autem secundum compositionem pro animali vadente, quate-

nus vadit. Auerroes vero implicat se in translationibus: & tandem vult quòd corollarium sit, vt sit aliquod possibile esse, cum non sit ens. Cum vero non sit ens, impossibile est vt sit, & non sit simul. Secundo vult, quòd si aliquod non fuerit in potentia ad aliquid, impossibile sit disponi per illud, vt si aliquod animal non poterit ambulare, impossibile est, vt in aliqua hora ambulet. & propterea concludit nullam actionem ab aliquo proficisci posse, quod non habet potentiam ad illam actionem: Quæ sunt omnino remota a verbis Aristotelis, cum translationes, quas affert, sint barbaræ, non autem fideles.

Est autem possibile hoc cui si extiterit actus, cuius dicetur habere potentiam: nihil erit impossibile. Dico autem, ut possibile sit sedere, & contingit sedere, huic si ineſt sedere: nihil erit impossibile, & aut moueri, aut mouere, aut statui aut statuere, aut esse aut fieri, aut nō esse, aut non verisimiliter.

Vt vero ea, quæ dicta sunt, & quæ dicenda, melius intelligantur, proponit definitionem ipsius possibilis: quod & contingens dicitur primo Priorum, & dicit { est possibile hoc, cui si extiterit actus, cuius dicetur habere potentiam } ideſt quo posito ineſſe { nihil erit impossibile } hoc est, ex tali posito nullum euenit impossibile, dixit autem { cuius dicetur habere potentiam } quoniam debet poni in actu suo, non autem in actu alterius potentiæ. Quoties ergo possibile ponitur in actu suo, & ex illo posito, non sequitur impossibile, hoc dicitur vere possibile. Exponit hęc per exempla, & dicit { dico autem, vt possibile sit sedere, & contingat sedere, huic si ineſt sedere, nihil erit impossibile, & } amplius si aliquid contingat moueri, aut mouere, aut non esse aut non fieri similiter } non accidet impossibile, si vnumquodque horum ponatur ineſſe. Dixit autem possibile, & contingat, vt innuat hæc æquipollere, & quòd pro eodem accepit in processu ifto. Auerroes autem dicit Aristotelem per hæc voluisse quærere, utrū quando aliquis agit aliquam actionem, eam agat, ad quam habet potentiam, vel eam ad quam non habet potentiam, & respondet Aristoteles eam actionem agere ad quam habet potentiam, & quam potest, quoniam si ageret eam, ad quam non habet potentiam, ageret impossibile sibi. deinde ponit opinionem Theologorum suorum, & dicit eos asseruisse Deum agere omnia, quæ causæ secundæ videntur agere, sine medio: & quod causæ secundæ nihil agunt, sed disponunt, vt Auicenna tradit de Colcodea: Contra obijcit, quoniam tunc nulla causa secunda haberet propriam actionem, & sic nec ignis calefaceret, nec aqua humectaret, et si causæ secundæ non habent actiones proprias, nec habent potentias ac virtutes proprias, et si non habent proprias virtutes, nec proprias habebunt essentias, ab essentijs enim proficiscuntur virtutes, & a virtutibus actiones, ergo si carent propriſs actionibus, carebunt propriis essentijs. propterea dicit hanc opinionem esse valde extraneam a natura hominis, & qui recipiunt huiusmodi non habent bonum cerebrum. Sed animaduerte virtutes esse bifariam aut quæ fluunt ab essentia, vt risibilitas hominis, & rationabilitas. aut quæ insunt rebus propter qualitates, quę non sunt essentiales. Tunc Theologi nostri dicunt Deum non posse virtutes tollere quæ fluunt ab essentia, sed bene, quæ fluunt ab accidentaliter inhærentibus. Tunc dicendum q̄ dato quòd Deus posſit immediate facere actiones secundarum causarum, vt calefacere, & id genus, non sequitur deleri virtutes a rebus. quoniam licet præueniat virtutem causæ secundæ, non tamen agendo actionem eius: aufert virtutem agendi eandem ab illa: & hoc pacto deceptus est Auerroes.

Venit autem actus nomen, qui & ad entelechiam compositus est, & ad alia: ex motibus maxime. videtur enim actus maxime motus esse. Quapropter & non existentibus, non asſignāt moueri, sed alias quasdam prædicationes, ut intellectualia, & concupiscibilia esse non entia, moueri uero non. hoc autem, quoniam non entia actu: erunt actu. non entium enim quædam potentia sunt, non sunt autem, quoniam non actu sunt.

Secundo loco declarat vnde nomen actus originem dixerit: aut melius, vt mihi videtur, exponit vnde nos deuenimus in cognitionem actus. & dicit { Venit autem nomen actus qui & ad Entelechiam } hoc est perfectionem { & ad alia } scilicet ad formam, & operationem { compositus } ac attribuꝰ { est, ex motibus } ipsis { maxime } quasi dicat nos deuenisse in cognitionem eius quo, quod actus nominetur ex ipsis motibus maxime cuius causam asſignat, & dicit { videtur enim actus maxime motus esse } Imponitur enim nomina ex ijs, quæ primo nobis apparent, ac ex actu id quod nobis primo apparet, motus est, igitur a motu originem habuit nomen actus. & per consequens nos venimus in cognitionem eius: quod actus dicitur, ex ipsis motibus. deinde affert signum, & dicit { quapropter & non existentibus, non asſignant } hoc prædicatum quod est { moueri } non enim dicimus Socratem, qui non est moueri { Sed } non entibus asſignant { alias quasdam prædicationes, vt non entia } bene dicimus { intellectualia & concupiscibilia esse, moueri vero non } & causam asſignat, & dicit { hoc autem } ideo est { quoniam non entia actu, erunt actu } Si enim non entia possint dici moueri, tunc quæ actu non essent, actu essent, quatenus enim non entia, non sunt actu: quatenus mouerentur, essent actu. Sed dices vtrum non entia poeſint dicere entia, respondet, & dicit quòd non possunt dici entia: & causam affert, & dicit { non entium enim quædam potentia sunt } vt nauale bellum, & ludi olympiaci { nō sunt autem, quoniam non actu sunt } per quæ patet nomē ens nasci ab ipso actu. quoniam id ens dicitur, quod actu est, & quod non actu: non ens dicetur. Auerroes autem dixit hoc nomen ens apud vulgus non dici nisi de eo, quod est in actu: per quæ innuit ens dici apud Sapientes tam dè ente in actu quàm de ente in potentia. Sed dubitatur, quoniam si in notitiam actus venimus ex ipso motu: tunc quod non moueretur, non esset actu, & sic Deus, & intellectus, quæ non mouentur, non essent actu. Respondendum est per motum Aristotelem intellexisse tam actionem quàm passionem: & sic licet Deus non moueatur, quia semper mouet, semper est in actu. Sed dices adhuc quid secūdum Platonem qui asſerit Deum esse antequam mouerit, quoniam Plato mundum generat, & motum, ergo cum in illo priori Deus nec actiue nec passiue moueretur: Deus non esset. Dicendum in illo priori Deum moueri, non quidem motu corporeo: cum non sit corpus, sed motu intencionali, cum Deus se ipsum intelligat, ac se ipsum moueat motu intellectuali: nam semper se ipsum intelligit.

Si autem est quod dictum est possibile quatenus ad ipsum sequitur, palam quoniam non contingit uerum dicere, quoniam possibile quidem est hoc, non autem erit. nam impossibilia esse sic diffugiet. TEX.8.

Secunda

Que Auer. Cōmen.7.

Que Auer. Cōmen.7.

Dubitatio.



Secunda positio de ipso possibili fuit, quòd possibile illud sit, quod non oportet aliquando fore. Et isti sunt, qui dicunt omnia esse possibilia: quam positionem Auerroes attribuit Platoni: Hi enim asserunt omnia esse possibilia, & non oportere, vt possibilia aliquando fiant. Contra obijcit Aristoteles, & dicit { Si autem possibile est quod dictum est, quatenus ad ipsum sequitur } actus, hoc est si possibile est quo posito ineſſe, nullum sequitur impossibile { palam quoniam nō contingit verum dicere, quoniam possibile est quidem hoc, non tamen erit } hoc est, quod tamen nunquam erit. Est ergo Aristotelis consequentia, si possibile est quo posito ineſſe, nullum sequitur impossibile, igitur falsum est dicere esse aliquid possibile, quod nunquam erit. & quòd sit falsum dicere aliquid esse possibile quod nunquam erit, probat, & dicit { nam sic } dicendo Plato vel alius quicunq; { diffugiet impossibilia } hoc est tollet ē medio impossibilia ipsa. Ex ijs potest ratio Aristotelis abbreuiari si possibile non reducitur ad actum, tunc in rerum natura nihil erit impossibile.

Dico autem, ut si quis dixerit possibile diametrum commensurari, non tamen commensurabitur: non cogitans impossibile esse, quoniam nihil prohibet possibile aliquod ens esse, aut fieri, non esse uero, aut non futurum esse.

Fecit Aristoteles talem consequentiam, si possibile est quod non debet reduci ad actum: tunc poterit dici nihil esse impossibile in rerum natura. Nunc probat hanc consequentiam, quoniam poterit dici Diametrum commensurari costæ esse possibile, quoniam si illud est impossibile, pro tanto erit impossibile, pro quanto non potest reduci ad actum. Per hoc enim differt possibile ab impossibili, nam impossibile est, quod non potest reduci ad actum: possibile vero, quod potest reduci ad actum. Si ergo possibile non debet reduci ad actum, non poterit probari aliquod impossibile esse impossibile. In quo enim differt ab ipso possibili, si neutrum debet reduci ad actum: dicit { dico autem vt si quis dixerit possibile diametrum commensurari } costæ { non cogitans } illud { esse impossibile } sed asserens esse possibile. Sic enim dicēs poterit defendere Diametrum posse commensurari costæ { quoniam } secundum eos { nihil prohibet aliquod ens esse possibile, aut fieri, non esse vero, aut non futurum esse } sic igitur defendi poterit nihil esse impossibile, quoniam per nihil potest differre impossibile a possibili, cum neutrum debeat reduci ad actum.

Sed illud necesse ex positis sit, si & supponamus esse, ant fieri, quod non est quidem, possibile autem, quoniam nihil erit impossibile. Non enim est idem falsum, & impossibile: nam te nunc stare, falsum quidem est, & non impossibile.

Cum confutasset opinionem, nunc quasi soluens quæstionem obiter exponit quousque positio illa vera sit, quousque falsa. Est enim quæstio utrum omne possibile, quādoque erit: ad quam respondet Aristoteles, & innuit hanc distinctionem, quod omne possibile quandoque fore potest intelligi bifariam, natura, & positione, si intelligitur natura: non omne possibile quandoque erit, quoniā multa possibilia possunt impediri. Forma enim quæ fieri potest in materia tempore futuro infinito post hoc, est res possibilis, quæ tamen nunquam erit, propter infinita impedimenta, quæ illam præcedunt. Si autem intelligitur positione, sic omne possibile quandoque erit, quoniam omne possibile est illud, quo posito ineſſe nullum sequitur absurdum. dicit { sed illud } scilicet possibile quandoque fore { sit necesse expositis } quasi dico quod possibile omnino erit, non quidem natura, sed positione { si quod nō est quidem, possibile autem, supponimus esse { aut fieri, quoniam nihil erit impossibile } sic igitur omne possibile quādoque erit, non quidem natura, sed positione, quoniam ipso posito, nihil erit impossibile. Sed contra, quoniam possibile positum in esse est falsum, igitur impossibile, nam idem est falsum, & impossibile: respondet, & dicit { non enim est idē falsum & impossibile, nam } te sedente { nūc stare falsum quidem est } si ponatur ineſſe { & non impossibile } & sic non est idem falsum, & impossibile. Quare possibile omne quandoque erit per positionem, quoniam est quo posito ineſſe, licet accidat falsum: non tamen accidit impossibile. Ex ijs patet solutio cum quærebatur utrum Diametrum commensurari sit possibile, patet quòd non: quoniam ipso posito, sequitur impossibile.

Simul autem palam & quoniam si A ente, necesse est B esse: & possibili ente A, & B necesse est esse possibile. Si enim non necesse esse possibile, nihil prohibet non esse possibile esse. TEX.9.

Cum conclusisset quòd omne possibile quando erit, aut per naturam, aut per positionem: nunc concludit unam regulam prioriſticam, quæ est, quòd quando ad antecedens esse sequitur consequens esse: etiam ad antecedens possibile sequitur consequens possibile. Sumit autem A antecedens, & B consequens: Regulam autē probat, quæ est quòd si A antecedens sit possibile, B consequens sit possibile, quoniam si non, detur oppositum, & sic B non est possibile: & si B non est possibile, ergo B est impossibile per regulam æquipollentiarum. Tunc ultra B est impossibile, ergo A, quoniam ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis: sed positum erat A esse possibile, ergo oportet quòd si A sit possibile, quòd etiam B sit possibile, & hoc vniformiter, vt sicut A, & quando est possibile, similiter & B dicit { simul autē palam, quoniam & si A ente, necesse B esse, & possibili ente A, & B necesse est esse possibile } probat regulā, quoniam ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis, ergo consequentia fuit bona: & dicit { si enim non necesse est } B { esse possibile: nihil prohibet } ipsum B { non esse possibile esse } sed subaud: tunc erit impossibile B esse per regulam æquipollentiarum. quare si B est impossibile esse, & A erit impossibile esse, quoniam ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedētis, & sic regula fuit bona, vel lege sic { si enim nō necesse est } B { esse possibile, nihil prohibet } ipsum A non esse possibile, sed supponatur esse possibile. Quo vero ad verba attinet { dixit simul autem palam } quoniam ex definitione ipsius possibilis patet non esse possibile fore, & patet etiam hæc regula simul.

Sit itaque A possibile: ergo quādo A possibile erit esse, si ponatur A, nihil impossibile esse accidit. B itaque neceſſe esse, sed erit impossibile.

Secundo, vt mihi videtur, probat eandem regulam per definitionem possibilis: & probatio sua est, ad A sequitur B: igitur si A est possibile, B non erit impossibi-

le: Alioqui ex posſibili ſequeretur impoſſibile, quod eſt contra definitionem ipſius poſſibilis, quæ eſt, quòd poſſibile ſit, quo poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile: dicit { Sit itaque A poſſibile, ergo quando A poſſibile erit eſſe, ſi ponatur A } ſcilicet in eſſe { nihil impoſſibile accidit } ſed B ſubaudi ſequitur ad A { B itaq; neceſſe eſt eſſe poſſibile } ſi A ipſum eſt poſſibile { ſed ipſum B { erat impoſſibile } poſitum: ergo falſum eſt B eſſe impoſſibile, A antecedente exiſtente poſsibili.

Sit itaque impoſsibile, & ſi impoſsibile neceſſe ſit B eſſe: & A neceſſe eſt eſſe. Quare ſi erat impoſsibile B, & A ergo.

Hic textus legitur corrupte apud omnes Expoſitores latinos, tamen in græco codice, e quo textum hunc tranſtulimus, ſic ad verbum legitur, vt vides: & ſi verba legunt hoc pacto, videtur mihi Ariſtoteles quaſi epilogare primam rationem, & dicit { Sit itaque } ipſum B { impoſsibile } tunc vltra { & ſi impoſsibile neceſſe ſit B eſſe, & A eſſe } impoſsibile ſubaudi { neceſſe eſt } tenet argumentum ex oppoſito conſequentis { Quare } vt inquit { ſi erat impoſsibile B, & A ergo } erit impoſsibile, cuius oppoſitum ſupponebatur: & ſic patet regula, vt prius.

Si igitur ſit A poſſibile, & B erit poſsibile, ſiquidem ſic ſe habebant: vt A ente, neceſſe ſit B eſſe. Si itaq; ſic ſe habentibus A B, non ſit poſsibile B ita: nec A B ſe habebũt, vt poſitum eſt.

Nunc epilogat regulam, quæ eſt, ſi ad A eſſe ſequitur B eſſe, ergo ad A poſsibile, ſequitur B poſsibile quoniam ſi non ſequitur ad A poſsibile, B poſsibile, nec A B ſe habent vt antecedens, & conſequens, & dicit { Si igitur ſit A poſsibile, & B erit poſsibile, ſiquidem ſic ſe habebũt, vt A ente, neceſſe ſit B eſſe } quaſi dicat, ſi A ente, neceſſe ſit B eſſe, ergo ſi A ſit poſſibile, & B erit poſsibile. repetit vim probationis, & dicit { ſi itaque ſic ſe habentibus A B, non ſit poſsibile B ita: nec A B ſe habebunt, vt poſitum eſt } ſcilicet vt antecedens & conſequens.

Et ſi A poſsibili ente, neceſſe eſt B poſsibile eſſe, ſi eſt A, neceſſe eſt B eſſe. Nam poſsibile eſſe ex neceſsitate B eſſe, ſi A ſit poſsibile, hoc ſignificat ſi ſit A, & quando, & vt erat poſsibile eſſe: & illud tunc eſſe, & ita eſſe neceſſe.

Nunc conuertit regulam, probauit enim hucuſq; quòd ſi ad antecedens eſſe ſequitur conſequens eſſe, etiam ad antecedens poſsibile ſequatur conſequens poſsibile: nunc probat, quòd ſi ad antecedens poſsibile ſequitur conſequens poſsibile: ad antecedens eſſe ſequetur cõſequens eſſe. nam vt inquit, nihil aliud eſt ad antecedens poſsibile ſequi conſequens poſsibile, quàm ad antecedẽs quomodolibet ſumptum ſequi conſequens eodem modo, vt ſumitur antecedens: & dicit { Et ſi A } antecedente { poſsibili ente } neceſſe { eſt B poſsibile eſſe } hoc eſt conſequens, ſi { eſt A, neceſſe eſt B eſſe } probat regulam per hoc, quia nihil aliud eſt ad antecedens poſsibile ſequi conſequens poſsibile quàm ad antecedens quomodolibet ſumptum ſequi conſequens eodem modo, & dicit { nam poſsibile eſſe ex neceſsitate B eſſe, ſi A ſit poſsibile } hoc ſignificat, & nihil aliud quàm { ſi ſit A, & quando } ſit A { & vt erat } A { poſsibile eſſe. & illud } ſcilicet B, neceſſe ſit { tunc eſſe, & ita neceſſe eſſe } vt A erat: & ſic patet regula: Auerroes autem in præſenti commento digredien do extra poſitum ponit duo. Primum quòd eſſe generabile neceſſario generabitur, ſecundum quòd omne corruptibile neceſſario corrumpetur. Secundam partem probat, quoniam ſi eſt aliquid eſt corruptibile, quod nunquam corrumpetur, vt mundus de Platonis mente: hoc erit poſſibile corrumpi, ſi erit poſsibile corrumpi, ponatur in eſſe, & tunc non erit. argumentor in tertia figura hoc pacto, corruptibile non corrumpitur parte: corruptibile corrumpitur per caſum poſitum in eſſe, ergo quod corrumpitur, non corrumpitur. Concluſio eſt impoſsibilis, & non pro minore quod erat caſus, ergo pro maiore, quæ erat hypotheſis tua. Quare falſum eſt corruptibile non corrumpi. Sed hæc Auerrois ratio peccat, quoniam qui diceret aliqd eſſe corruptibile, quod nunquam corrumpetur, negaret caſum, quoniam repugnat poſito, eſt enim poſitum corruptibile eſſe, quod nunquam corrumpetur. contra vero primam concluſionem Auerrois quoniam poteſt eſſe aliquod generabile, quod nunquam generabitur, vt forma animalis, quæ poſſet fieri infinito tempore poſt hoc. Verum de hac materia ſcripſimus primo de Cœlo in expoſitione textus { Si igitur aliquid plurium potentiã habet } ideo quæras eo loco.

Omnibus autem potentijs exiſtentibus, his quidem cognatis, ut ſenſibus: his autem conſuetudine, ut quæ ſiſtulandi: aliꝭ uero, diſciplinatu, ut quæ eſt artium: has quidem neceſſe eſt eos, qui præexercitati fuerint, habere quæcunque conſuetudine & ratione: non tales autem, & eas quæ in patiendo ſunt, non neceſſe eſt. TEX. 10.

Excluſis falſis poſitionibus, quæ fuerunt de potentia, & actu: nunc accedit ad veritatem: & primo declarat quæ potentiæ actum ſequantur: quæve actum præcedant, ſecundo declarat, quomodo potentiæ, quæ actum præcedunt, reducantur ad actum. Circa primam partem primo præmittit diſtinctionem potentiarum, & verba legenda ſunt ſuſpenſiue, ſecunda ibi { has quidem neceſſe eſt } terminando ſuſpenſionem declarat propoſitum videlicet quę potentiæ actus ſequantur: quæve actus præcedant. De prima parte, ait potentias trifariam dici, trifariamq; nobis ineſſe, nam aliæ inſunt nobis natura, vt potentiæ ſenſitiuæ: Aliæ nobis inſunt aſſuetudine, vt virtutes, & vitia, & modulandi facultas, & id genus. Aliæ inſunt ratione atq; diſciplina, vt ſcientiæ, & artes rationales. Tunc concluſio eſt, potentiæ quæ aſſuetudine, & ratione ſiue diſciplina inſunt, actus ſequuntur: quoniam generantur in nobis ex frequentatis actibus, potentiæ vero, quæ nobis inſunt natura, actus præcedunt: vnde dicit { Omnibus autem potentijs } quæ nobis inſunt { exiſtentibus } trifariã { his quidem cognatis } hoc eſt natura { vt ſenſibus } hoc eſt potentijs ſenſitiuis, quæ nobis inſunt natura { his autem conſuetudine } vt quæ acquiruntur per conſuetudinem: { vt } potentia { quæ eſt ſiſtulandi } atque modulandi. { Aliꝭ vo, diſcipliatu } ac doctria { vt } ea potẽtia { quę eſt } de numero { artium } veluti medicinalis, & cæteræ facultates Theoreticę, & practicæ: tunc terminando ſuſpenſionem declarat quæ potentiæ actum ſequantur, quæve actum præcedãt, & dicit { has quidem neceſſe eſt eos, qui præexercitati fuerint habere, quæcunque conſuetudine, & ratione } atque diſciplina, doctrinaque acquiruntur { non tales autem & } pro ideſt { eas, quæ ſunt in patiendo, non neceſſe eſt } ſequi actus, nec neceſſe eſt generari ex actibus: ſed magis ipſæ præcedunt actus. Non enim videndo fit in nobis potentia viſiua, nec audiendo, fit in nobis potentia



Prima dubitatio.

potentia audiendi, ſed contra, quia habemus has potentias, audimus, vel videmus, patet igitur quænam potentiæ præcedunt, quæve actus ſequantur. Sed occurres, quoniam etiam potentiæ, quæ ſunt habitus, præcedunt actus, ex habitibus enim virtutũ actus fiunt ſtudioſi. Dicendum quòd differant actus qui præcedunt habitus, & qui ſequuntur: qui enim ſequuntur actus eliciti ſunt ab habitibus, qui autem præcedunt, actus ſunt, qui non eliciuntur, ſed qui habitus generant, verum de re hac ad morales. Amplius occurres, quoniam non videtur diuiſio cõpleta: quoniam potentiæ quæ non natura nobis inſunt, trifariam ſunt, nam aliæ nobis inſunt aſſuetudine, aliæ ratione, aliæ utroq; videlicet ratione, & aſſuetudine, vt Auerroes innuit in commento, & dicendum ęp Ariſtoteles principaliter intendit diuiſionem bimembrem, vt quòd potentiæ aliæ ſint naturã nobis inexiſtentes, aliæ vero extrinſecus, quæ ſiue ſubdiuidantur in duo, ſiue in tria, propoſitũ non deſtruit: quoniam ſatis nobis eſt habere, quod naturales potentiæ actus præcedant, cæteræ omnes quæcunque, & qualeſcunque actus ſequantur. non ergo curauit ſubdiſtinguere, quoniã propoſitum non variat, Tertio occurres, cum dixit { & eas, quæ ſunt in patiendo } cum etiam actiuæ per actus acquirantur: dicendum quòd omnes potentiæ acquiſitæ dum acquiruntur, ſunt in patiendo, poſtea cum fuerint acquiſitæ, redduntur actiuæ, atque elicitiuæ actuum naturales vero ſunt actiuę & paſſiuæ, & ſemper Ariſtotelem ergo dixit, & in patiendo quoniam de actitis patet. Minus enim videtur de paſſiuis. dixit ergo de paſſiuis tanquã de ijs, de quibus minus videtur.

Secũda dubitatio.

Quoniam autem poſsibile ſecundum aliqd eſt poſsibile, & quando, & quomodo, & quęcunq; alia neceſſe eſt adeſſe in definitione: & hæc quidem ſecundum rationem poſſunt mouere, & potentiæ ipſorum cum ratione, hæc autem irrationabilia, & potentiæ irrationales: & illas quidem neceſſe eſt in animato eſſe, has uero, in ambobus: Tales quidem potentiæ neceſſe eſt, quando ut poſſunt paſſiuum & actiuum appropinquant, hoc quidem facere, illud uero pati, at illas non neceſſe eſt.

Quę Auerroes cõ. 10

Hoc qdẽ. Hanc quidem. Illud vero. Illã uero.

Nunc declarat quonam modo potentiæ quæ actũ præcedunt, ad actum reducantur: & hoc facit, vt oſtendat etiam has potentias aliqua ratione ſequi ad actus, premittit tamen ad hoc declarandum differentiam inter rationales potentias, & irrationales: & vtitur una conſequentia, in cuius antecedente accipit tres propoſitiones, dein de infert differentiam harum potentiarum; vt conſequens. De primo accipit ęp ipſum poſsibile ad hoc vt ſit poſsibile, debet eſſe poſsibile multis circũſtantijs determinatum, prima circũſtantia eſt ad operationem, ita vt ſit aut ad ſcribendum, aut ad legendum. Secunda ad tempus, vt cras, vel hodie, aut heri: non enim mas omni tempore poteſt generare, nec fœmina omni tempore concipere. Tertia ad modum, non enim quocũq; modo poteſt aliquid aut agere, aut pati. Aliquis poteſt ſcribere tarde, non autem velociter, aliqs bene, aliquis male, ſunt aliæ circunſtantiæ, vt ad locum, ad perſonam, ad inſtrumentum, & cætera id genus: Sic igitur vult, habere illud eſſe poſsibile ſimpliciter, cui nulla circũſtantia deeſt, vt exeat ad actum: vt patet ex definitione ipſius ſimpliciter poſsibilis. & textus legendus eſt ſuſpenſiue vſq; ibi { tales quidem potentiæ } & dicit { quoniam autem poſsibile ſecundum aliquid } ideſt ſecundum certum actum { eſt poſsibile, & quando } hoc eſt, & ſecundum determinatum tempus { & quomodo } hoc eſt, & ſecundum certum modum { & } ſecundum alias circũſtantias { quæcunq; alia neceſſe eſt adeſſe in definitione } ipſius poſsibilis. Hæc eſt prima propoſitio, poſsibile non eſt poſsibile, niſi pluribus circunſtantijs fuerit determinatum atque niſi id ſit, cui nulla deeſt conditio, vt exeat ad actum. Deinde ponit ſecundam propoſitionem, & dicit { & hæc quidem ſecundum rationem poſſunt mouere } vt animalia rationalia { & potentiæ ipſorum } quibus mouent { ſunt cum ratione } atque rationales { Hæc autem ſunt irrationabilia, & potentiæ etiam } quibus mouent { ſunt irrationabiles } eſt ergo ſecunda propoſitio, quòd potentiarum aliæ ſint rationales, aliæ irrationales, quoniam ea quæ mouent, aut cum ratione, aut ſine ratione mouẽt. deinde accipit tertiam propoſitionem in qua exponit ſubiecta harum potentiarum: & dicit { & illas quidem } ſcilicet potentias rationales { neceſſe eſt eſſe } in corpore { anima to } nullum enim inanimatum poteſt ratione vti, quare bene dixit illas eſſe in corpore animato { has vero } ſcilicet irrationales neceſſe eſt eſſe { in ambobus } nam & animatum, & inanimatum contingit agere aut pati ſine ratione. Eſt ergo tertia propoſitio quòd rationales potentiæ ſolum animatorum ſint, irrationales vero vtrorũque. Tunc ijs acceptis pro antecedente terminando ſuſpenſionem, infert differentiam inter has potentias, & dicit { tales quidem potentias } ſcilicet quæ irrationales ſunt { quando actiuum & paſſiuum appropinquant, vt poſſunt } & ſecundũ omnem rationem: qua poſſunt et ſecundum omnes conditiones, quibus poſſunt { neceſſe eſt hoc } ideſt hãc { quidem facere } ſi fuerit actiua { illud vero pati } hoc eſt illam vero pati, ſi fuerit paſſiua { illas vero } ſcilicet rationales ſiue actiuæ, ſiue paſſiuæ ſint { non neceſſe eſt } aut facere, aut pati. vnde Auerroes dicit, potentiæ vero quæ ſunt ſine ratiõe, quando agens appropinquat paſſo: & non eſt illic aliquod impediens extrinſecum, neceſſe eſt, vt agens agat, & patiens patiatur. verbi cauſa, vt ſi ignis alicui cõbuſtibili appropinquaret, & non eſſet illic impedimentum, neceſſe cõburet. Aliæ vero potentiæ quę cum ratione ſunt, nõ neceſſe eſt quando appropinquant ſuis paſſis, vt agant. Quæ Auer Cõmẽ. 10.

Hæ quidem enim omnes, una unius factiua eſt. Illæ autem, contrariorum. Quare ſimul facient contraria. hoc autem impoſsibile eſt.

Nunc aſſignat cauſam prædictæ differentiæ, nam licet ex illis propoſitionibus pateat cauſa: tamen explicatius cauſam hic aſſignat, & dicit { Hæ quidem enim omnes } potentiæ irrationales ſunt, quarum { vna vnius factiua eſt } ad vnumquę agendum tantum limitata: & ideo præſente paſſo, neceſſe eſt id vnum tantum agere, cuius factiua eſt. { Illæ autem } ſcilicet potentiæ rationales vna & eadem eſt { contrariorum } vt ſuperius diximus, ſi igitur ea præſente paſſo, neceſſe eſt facere, quorum eſt factiua: cum ſit factiua contrariorum { contraria ſimul faceret, hoc aũt } vt inquit { impoſsibile eſt } ueluti abſurdum eſt medicum ſanare, & ægrotare.

Neceſſe ergo alterum aliquid eſſe, quod prin cipale eſt. Dico autem hoc appetitum aut proæreſim. Vtrumvis enim deſiderabit, hoc principaliter faciet, quando ut poteſt, extiterit, & appropinquauerit paſſiuo. Quare potens ſecundum rationem omne, neceſſe eſt quando deſiderat, cuius habet potentiam, & ut habet, hoc faciat. Habet autem præſente paſſiuo, & ita ſe habente, ut faciat, ſi autem non: facere non poterit. Principale. κύριον. Princeps. Cui auctoritas eſt.

cum accepisset differentiam inter potentiam rationalem,& irrationalem,nunc docet quomodo rationalis potentia reducitur ad actum: non enim potest reduci ad actum a se: cum enim rationalis potentia communiter sit ad contraria, & a communi effectus determinatus non ꝓficiscatur: ideo docet quod est illud, quod talem potentiam ad actum dicit,& inquit { necesse ergo alterum aliquid esse } deducens ad actum potentiam rationalem atque intellectiuam, quæ indifferenter est contrariorum { quod principale est } non enim id quod est indifferens, potest se reducere ad actum determinatū. Tunc exponit quid est illud principale, quod ad actum deducit talem potentiam, & dicit { dico autem hoc, appetitum } hoc est voluntatem { & proæresim } hoc est electionem, quæ est syllogismus consultorius: vel illius conclusio: & dixit { appetitū, aut proæresim } quoniam potentia rationalis aliquando ad actum deducitur syllogismo consultiuo, voluntate consentiente: aliquando reducitur ad actum contra consilium, voluntate sic iubente: per quæ dat intelligere voluntatem esse per essentiam liberam, quoniam etiam contra consilium eligit, deinde probat quòd voluntas vel proæresis sit principale: quod deducit potentias tales ad actum, & dicit { Vtrumvis enim appetit, hoc principaliter facit } aliter tamē, & aliter, quoniam proæresis id facit consilio, voluntas id facit iussu. Sed contra, quoniam si ita esset semper agentia rationalia possent facere, quoniam semper habent potentiam, quæ est contrariorum, & voluntatem, quæ potest eam determinare ad alterum. Quasi respondens, exponit quòd licet voluntas sit principalis in deducendo: tamen non deducit tales potentias sine alijs requisitis, quæ requisita debent intelligi in ratione potentiæ, vt dictum est. & ideo exponit alia quæ requiruntur, & dicit, dico voluntatem reducere ad actum tales potentias { quādo exiterit vt potest } non enim puer potest generare, quoniam non est in dispositione, qua possit generare. nec sufficit hoc, sed reducit ad actum quando fuerit in dispositione { & appropinquauerit passiuo } vnde omnibus requisitis, quæ requiri debent, ad rationem potentiæ simpliciter: vt possit potens per eam exire ad actum: principalis auctor has potētias ad actum ducens est voluntas, aut absoluta, aut mediante consultiuo syllogismo. Tunc concludit quid sit ipsum potens simpliciter rationale. & dicit { quare potens secundum rationem omne, necesse est, quando desiderat } fueritq; voluntate determinatum, necesse est { cuius habet potentiam & vt habet } ita sit in sufficienti dispositione { hoc } scilicet quod desiderat { faciat } Aristoteles igitur cum declarasset, quomodo rationalis potentia reducatur ad actum: nūc declarat etiam quid sit ipsum potens. & vult quòd potens rationale sit quod agit, cum vult, exponit autem hanc definitionem & declarat in ratione ipsius potentis includi omnia requisita: & dicit { habet autem } scilicet potentiam, vt faciat { præsente passiuo, & ita se habente } atque dispositō { vt faciat } quod probat, & dicit { si autē non } habet hæc, tales potens { non poterit } quod est contra rationem potentis. Patet ergo ipsum potens esse, quod facit, cum desiderat, quoniam potenti nihil deest, vt neque dispositio, neque passum, alioquin non esset potens. De ratione enim potentis est habere omnia ea: quibus possit aut agere, aut pati. ex ijs patet per quid rationalis potentia reducatur ad actum, & per quid potens rationale reducatur ad actum. vtrūq; n.p voluntatē: & quid sit ipsum potens.

**Nullo nanque exteriorum prohibente adiungere, nihil adhuc oportet. Potentiam enim habet,ut est potentia faciendi. Est autem non omnino, sed habētium aliquo modo in quibus excluduntur quæ exterius prohibent. Remouent enim hoc eorum, quæ in determinatione apponuntur, quædam.**

Dictum est potens esse, illud quod agit, cum desideratā contra obijciet quispiam, quoniam oportet addere, nisi aliquid exteriorum prohibuerit, non enim potēs semper agit, sed nullo exteriorum prohibēte. Respondet, & dicit { nullo nanque exteriorum prohibente adiungere } in definitione ipsius potentis { nihil adhuc oportet } & repetit rationem, & dicit { enim } nam ipsum potens ea ratione, qua est potens { potentiam habet } ea ratione, qua potentia dicitur potentia { faciendi } & sic habet omnia requisita tam exteriora, quàm interiora: alioquin non haberet completam rationem potentis. Sed dices, vtrum aliquid possit dici simpliciter potens, si desint requisita exterius: vt utrum Rex possit dici potens debellare Carthaginem, si desint requisita exterius, vt milites, vel id genus, dato quòd velit & nihil desit eorum: quæ interius sunt. Respondet ꝙ tale non dicitur simpliciter potens, sed potens aliquo modo, & dicit { est autem non omnino } potens { sed habentium aliquo modo } potentiam { in quibus excluduntur, ea quæ exterius prohibere } quare tale potens, cui desunt requisita exterius, dicitur secundum quid potens. quoniam affectu, intentione, & voluntate. deinde reddit causam cur in definitione potentis non oportet addere illam particulam nullo exteriorum prohibente: & dicit { remouent autem hoc } idest faciunt, vt illa particula non sit addenda in definitione potentis { quædam eorum quæ in determinatione } idest definitione ipsius possibilis { apponuntur } dictum est enim possibile esse quod respicit certum actum, tempus, & modum & cætera per quæ possibile est cui nihil deest, vt exeat ad actum. quare cum potens sit possibile, non oportet addere in eius definitione particulam illam, nullo exteriorum prohibente: quoniam satis habetur per quædam eorum, quæ sunt posita in definitione possibilis. Est igitur potens illud quod agit, aut patitur, quādo vult. nec oportet addere particulam illam, nullo exteriorum prohibente, cum satis intelligatur ratione potentiæ,& ipsius possibilis.

**Propter quod nec si simul uolunt, aut cupiūt facere duo: aut contraria, facient. non enim ita simul habent ipsorum potentiam, nec est simul faciendi potentia. quoniam quorum est, sic facient.**

Secundo dubitabit quis, vtrum si aliquis voluerit duo, aut contraria, illa faciet: videtur enim quòd sic, quoniam potens est, qui facit, cum vult. respondet, negando assumptum: quoniam licet aliquis voluerit duo vel contraria, non faciet illa simul, quoniam non habet potentiam, quæ sit simul oppositorum vel diuersorum, & sic negatur quòd rationale potens possit diuersa, aut contraria: dicit { Propter qđ nec si simul volunt, aut cupiunt facere duo, aut contraria, facient } causam reddit, & dicit { non enim ita simul habent ipsorum potentiam. nec est } aliqua { potentia faciendi } quæ possit simul opposita, & diuersa facere { quoniam quorum } diuersorum { est } potentia simul faciendi { sic facient } per quæ innuit nos posse velle opposita, & contraria, non tamen semper facimus opposita vel contraria: quoniam non nisi eorum, quorum habemus potentiam: potest enim quis appetens diuersa, facere, quando potentia est ad illa: vt potest medicus curare caput & stomachū simul vna positione, quādo sanitas stomachi pendet ex sanitate capitis, vel econuerso. At vbi potentia non potest esse simul oppositorum, licet velimus





opposita, vel diuersa: ea nunquam faciemus. per quæ vlterius patet nos posse velle quædam quæ non facimus, nec possumus facere, quædam etiam posse facere, quæ nec facimus, nec volumus facere. Quo modo vero ex his, quę

CAP. 39. Aristoteles hic dicit, colligatur immortalitas rationalis animæ in libro de Immortalitate dictum est.

TEX. 11. **Quoniam autem de potentia, quæ secūdum motum dicitur, dictum est, de actu determinemus & quid est actus, & quale quid. Etenim possibile simul manifestum erit diuidentibus. Quia non solum hoc dicimus possibile, quod aptum est mouere aliud, aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut modo quodam, sed etiam aliter. Quapropter quærentes, & de his superueniemus.**

Cum dixisset de ipsa potentia, nunc proponit dicere de actu: & inquit { Quoniam autem de potentia quæ secundum motum dicitur, dictum est } vt de potentia quæ reperitur in rebus mobilibus: nunc consequenter { de actu determinemus } duo videlicet { & quid est actus } quoad definitionem { & quale quid } sit, quoad accidentia, & proprietates. tangit deinde veritatem huius intentionis, & dicit { etenim possibile, simul erit manifestum } simul videlicet cum actu { diuidentibus } ipsum actum: nam sciemus tot modis dici possibile, quot modis dicitur actus, & sciemus vnumquodque possibile quid sit, sciendo vnumquęque actum quid sit. Dicitur enim possibile, vt Auer-

Quæ Auer Cōmē. 11. roes inquit, non nisi in respectu ad actum: & ita non potest sciri possibile, nisi sciatur actus. Sed dices possibile dicitur a potentia & potentia nō dicitur nisi respectu motus, igitur possibile dicitur tantū respectu motus quasi respondens assignat causam quare possibile non dicitur uno modo, & inquit { quia nō solum hoc dicimus possibile, quod aptum natum est mouere aliud, aut moueri ab alio, aut simpliciter } hoc est communi motu { aut modo quodā } hoc est aut motu contracto ad bene vel male, aut tarde aut velociter { Sed } dicitur { etiam } possibile { aliter } hoc est in ordine ad actum communiter acceptum, tam ad mobilia quàm ad immobilia. Cum enim possibile dicatur in respectu ad actum, actus autem accipi potest aut contractus ad motus, aut pro esse simpliciter, fit vt possibile uno modo dicatur respectu ad actum qui est motus, alio modo respectu ad actum, qui est esse simpliciter: quod est commune mobilibus, & immobilibus. Tunc ordinans se ad dicenda, inquit { quapropter quærentes } atque differentes de actu, & quot modis dicitur, quid vnusquisq; sit { & de his } modis, quibus dicitur ipsum possibile { superueniemus } hoc est transigemus.

**Est itaque actus existere rem, non ita sicut potentia dicimus. Dicimus autem potentia, ut in ligno Mercurium, & in tota linea medietatem, quando auferetur utique. Et scientem etiam non speculantem, si potest speculari, sed hoc actu.**

Nunc declarat quid sit actus. & vult actum esse id, quo res dicitur simpliciter existens: & dicit { Est itaque actus existere rem } hoc est id, quo res simpliciter existit. deinde exponit quid intelligat per rem existere, & vult per rem existere, esse intelligendum rem existere simpliciter, non autem rem existere secundum quid, quod existere secundum quid, est esse in potentia: & dicit { non ita } intelligendo per rem existere, rem existere secundum quid { sicut dicimus } rem existere secundum quid, quod est potentia } & exponit per exempla istud esse secūdum quid quod dicitur esse potentia, & dicit { dicimus autem potentia } esse aliquid { vt in ligno Mercurium } antequam sit scalptus { et in tota linea } dicimus potentia esse { medietatem quando auferetur vtique } hoc est antequā auferatur: quia auferri potest { & scientem etiam non speculantem } dicimus esse potentia { si potest speculari } & nullo horū modorum dicimus actu esse, sed { hoc } scilicet simpliciter esse, dicimus { actu } esse. Quare actus est rem existere simpliciter, quo res absolute existere dicitur: & hunc actū, existentiam appellant Iuniores. Est enim existentia id, quo res est extra potentias suarum causarum. Aliter, & forte melius intelligi potest. vt dicatur actus pro subsistentia, est enim subsistentia rem existere simpliciter. nam rem existere secundum quid est rem esse in potentia, esse autem in potentia trifariam dicitur { aut ut in ligno Mercurium } & omnino accidens in subiecto, Mercurius enim existens in ligno, & accidens in subiecto, dicitur potentia, atque secundum esse, quoniam non sunt entia, nisi virtute subiecti. Secundo modo dicitur aliquid esse in potentia vt pars in toto { & } hoc modo { in tota linea dicimus esse medietatem { quando auferetur vtique } hoc est antequam auferetur: tum potest auferri. Tertio modo aliquid dicitur esse in potentia cum non est, & potest esse { & } hoc pacto { scientem non speculantem } dicimus esse speculantem potentia { si potest speculari. Sed hoc actu } dicimus quod nec est vt actu ens in subiecto, nec vt pars in toto, nec potentia in suis causis, & actus hoc pacto a metaphysicis dicitur subsistentia, siue existentia simpliciter. Est enim res subsistens, quòties non continetur potentia in suis causis, nec est vt accidens in subiecto, nec, vt pars in toto: per quæ patet differentia inter esse, existere, & subsistere, esse enim commune est tam ad ea quæ potentia quàm ad ea actu existunt, aut actu subsistunt. Existere vero commune est ad omnia quæ existunt extra potentias causarum, siue sint in alijs vt in subiectis, siue vt in totis. At subsistere proprium est ijs, quæ sunt extra potentias causarum. & nec in alijs, ut in subiectis, nec in alijs in totis. Quare vtroq; modo verba Aristotelis possunt exponi.

Palam autem inductione in singularibus quod dicere uolumus. & non oportet omnis terminum quærere: sed proportionale conspicere, quia, ut ædificans ad ædificatiuum, & uigilans ad dormiens, & uidens ad claudens quidem oculos, visum autem habens: & segregatum ex materia ad materiam, & laboratum ad illaboratum, est aliud: & huius differentiæ altera parte sit actus determinatus, altera autem possibile.

Expositorem volunt Aristotelem hic respondere tactæ quæstioni, nam posset quæri, vt ostenderet quidnam actus sit per definitionem. Ad quod respondet Aristoteles quòd inducendo in singularibus per exempla manifestari potest quod volumus dicere scilicet quidnam sit actus, & non oportet cuiuslibet rei quærere terminum. Sed hæc expositio est mihi dubia, quoniam Aristoteles præmisit definitionem actus, dixit enim actum esse rem simpliciter existere: Quare potest assignari actus definitio: cuius contrarium dicunt. Melius ergo cum Auerroe dicamus, quòd cum Aristoteles descripsisset actum, hoc quod dixit in descriptione actus, declarat per inductionem: hæc enim descriptio apparebit, quando cōsiderauerimus quid significat actus in vnaquaq; te, quę dicitur actu esse. Patebit enim per hæc exempla nos nihil aliud intelligere per esse actu,

quàm esse in dispositione, in qua non erat, cum erat in potentia: & similiter esse in potentia intelligimus esse in dispositione, opposita ei, per quam res est in actu. Sed dices ergo actus per potentiam, & econuerso definiretur. Respondet Auerroes hoc esse necessarium, quoniam hæc sunt opposita relatiue: quorum vnum per alterū definitur. vnde Aristoteles dicit { palam autem inductione in singularibus } ideſt in singulis speciebus actus, id quod de actus definitione dictum est. Sed dices, vtrum oportet singulas species definire, respondet & dicit { & nō oportet cuiuslibet } speciei autem actus { terminus quærere } hoc est assignare definitionem { sed proportionale cōspicere } nam respic endo proportionem in singulis speciebus, patet definitio propria cuiusq; speciei. Quare definitio assignata declarabitur per exempla, & definitiones singularum specierum patebunt per proportiones assignandas: & dicit { qa vt ædificans ad ædificatiuum } est aliud { & vigilans ad dormiens { est aliud { & videns ad claudens quidem oculos, visum autem habens } est aliud { & segregatum ex materia ad materiam } ex qua fit, est aliud { & laboratum ad illaboratum est aliud } ex quo fit { & } pro sic { huius differentiæ altera parte sit determinatus actus } videlicet ædificante, vidente, vigilante, segregato, & elaborato. nam hæc omnia sunt actus { Altera parte autem } sit desinitum atq; determinatum ipsum { possibile } videlicet ædificatiuo, dormiente, claudente oculos, materia, illaborato. Hæc enim omnia potentia sunt.

Dicuntur autem actu, non omnia similiter: sed aut proportionaliter, ut hoc in hoc, aut ad hoc: sic hoc in isto, & ad istud. Nam hæc quidem, ut motus ad potentiam: illa uero, vt substantia ad aliquam materiam.

Nunc distinguit actum, & vult quòd actus bifariam dicatur, pro actu, qui assimilatur formæ, hoc est pro actu primo: & pro actu, qui assimilatur operationi formæ videlicet pro actu secundo: & dicit { Dicuntur autē actu } esse ea quæ actu sunt { non omnia similiter. Sed aut proportionaliter } dicendo { vt hoc } scilicet forma est { in hoc } scilicet materia { aut ad hoc } scilicet operatio ad formam { sic hoc } scilicet virtus est { in isto } scilicet subiecto, vel organo: & operatio illius est { ad istud } scilicet ad virtutem. Quare vt de forma, & operatione, sic de virtute, & sua actione { nam hæc quidem } se habent { vt motus ad potentiam } videlicet actiones ad virtutes { illa vero } scilicet formę se habent { vt substantia ad aliquam materiam } per quæ dedit intelligere bifariam esse actum, primum quidem vt formo, & virtus. nam forma se habet ad materiam, vt virtus ad subiectum, & secundum, vt operatio formæ, & actu virtutis, nam operatio se habet ad formam eodem modo & operatio ad virtutem.

Aliter autem infinitum & uacuum & quæcunque talia dicuntur potentia & actu a multis entium, ut uidenti, & uadenti, & eo quod uidetur. hæc enim contingit & simpliciter, & aliquando uera esse. hoc enim uisum, quia uidetur, illud uero, quia uideri possibile. Sed infinitum non ita potentia est, tanquam actu futurum separabile, sed notitia. Eo enim quod non deficiat diuisio, ostendunt esse potentiam, hunc actum: In separari uero non.

Remouet per hæc quæstio. nam dicuntur aliqua potentia & actu, vt infinitum & vacuum, non eodem modo, ut actus primus, & secundus. Dicitur enim locus vacuum potentia & actu, & continuum actu & potentia diuisibile in infinitum: non autem vt dictum est. ergo illa diuisio nō sufficit. respondet hæc dici actu & potentia æquiuoce: quoniam per potentiam actui & per actum potentiæ coniunctum. At illa dicuntur absolute aliquando potentia tantum, aliquando actu tantum. dicit { Aliter autem infinitum & vacuum, & quæcunque talia dicuntur potentia & actu } vt materia, & corpus, dicitur enim materia actu & potentia, & corpus actu, & potentia in loco. dicuntur dico hæc aliter { a multis entium, vt a videnti, & a videnti & ab eo quod videtur } causam differentiæ assignat, & dicit { hæc enim } scilicet videns, vadens, & qđ videtur { contingit, & simpliciter, & aliquando esse vere } in actu, aliquando autem vere potentia { hoc enim quod videtur } contingit simpliciter actu esse { quia videtur, illud vero } contingit potentia esse simpliciter { quia videri possibile } est { At infinitum non ita potentia est } ideſt, At nihil est diuisibile infinitum potẽtia { quia sit actu aliquando futurum separabile } hoc est, vt aliquando sit actu ad infinita diuisum { sed notitia } hoc est, sed dicit actu, & potentia secundum cognitionem, sunt enim idem re, differunt solum cognitione. Quòd autem non differant re, probat, & dicit { eo enim quia non deficit diuisio } aliquando { hunc actum } diuisionis { ostẽdunt esse potentiam } quoniam licet sit facta diuisio in vno semper restat diuisio in alio. & sic in infinitum. Hoc puncto & de loco dicitur potentia esse vacuum. quoniam dum vacat vno corpore, recipit aliud: & sic semper habet actum coniunctum potentiæ. Patet igitur alio modo continuum dici potentia esse diuisibile in infinitum, & locum potentia vacuum: quàm dicantur visiuum, & potens ambulare, & id genus, nam illa dicuntur potentia mixta actui: hæc autem potentia & actu seorsum. Amplius illa dicuntur esse actu & potentia sola ratione distinctis, hæc autem actu & potentia re diuersis. Per quæ patet potentiam bifariam dici, nam alia est potentia, quæ aliquando est absoluta ab actu: Alia quæ nunquam absoluitur ab actu, vt potentia qua continuum est diuisibile in infinitum, & hac potentia, vt Auerroes inquit, definitur motus, cum dicitur actus entis in potentia. Duplex quoque est actus, alter qui aliquando absoluuntur a potentia, alter qui semper est potentiæ permixtus. Cõmẽ. 11.

Quoniam autem operationum, ut est operatio, nulla est finis, sed earum, quæ circa finem, ut ipsius attenuari, attenuitas. hæc enim quando attenuantur, sic in motu sunt, vt non sint ea, quorum gratia motus est. hæc nec operatio sunt, vel nec perfecta. non enim finis sunt Alia autem est, in qua finis, & operatio insunt. vt videt, & etiam sapit, & intelligit, & intellexit. Sed non discit, & didicit, nec sanat, & sanauit, bene viuit, & bene vixit: est & felix, & fuit felix. Si autem non, oporteret aliquando quiescere. Nunc autem non viuit, & vixit. harum itaque alias quidem motus est dicere, alias uero actus. Omnis enim motus imperfectus attenuatio, disciplina, ambulatio, ædificatio. hæ enim motus & imperfecti, non enim simul ambulat, & ambulauit, nec ædificat, & ædificauit, nec fit, & factum est, aut mouetur, Terminus πέρας. Operatio. Enim. ὅτι. Autem. Et. ἀλλά. Sed. Si autē non subaudi differunt. Aliqñ quiescere hoc ẽ simul esse. Viuit, & uixit.



mouetur & motum est, sed alterum est quod mouet, & mouit. Vidit uero, & uideat simul idem. & intelligit, & intellexit. Quare hunc quidem actum, illum uero motũ dico. Quid igitur sit id quod actu est, & quale, ex ijs, & similibus manifestum est nobis. TEX. 12.

Hæc verba reperiuntur in græcis codicibus: non tamen in translationibus latinis, nec in barbaris, quod vnde factũ sit, ignoro. Illud tamen certum habeo, verba hæc esse Aristotelis, quoniam expositores Græci exponunt. Dicamus ergo quòd cum Aristoteles dixisset de actu, & quis sit, & in quibus sit, nunc vult declarare, quæ operationes sint simpliciter actus, quæve simpliciter motus: & dicit { quoniam autem } nonnullæ subaudi operationes sunt, quarum { nulla est finis, vt operatio est } & lege susp ensiue vsque ibi { hæc nec operatio } vel in græco sic legitur { quoniam autem } nonnullæ operationes sunt { quarum nulla est finis, vt terminus } hoc est capiendo finem, vt terminum, in quo cessat motus { sed } sunt opationes de numero { earum, quæ circa finem, vt ipsius attenuari } finis est, non ipsum attenuari, sed { attenuitas } & quòd attenuari & huiusmodi non fines sint, probat, & dicit { hæc enim } corpora { quando attenuantur, sic in motu sunt, vt non sint ea, quorum gratia motus est } ideſt nō sunt fines, quorum gratia est motus attenuationis: non enim in ipsis cessat motus? tunc terminando suspensionem, dicit { hæc } inquam scilicet operationes in quibus finis non est, quatenus sunt operationes { nec operatio, vel nec perfecta sunt, nō enim finis sunt } est igitur primum membrum, quòd operationum quædam sunt, quæ vt tales, non sunt fines, sed motus, qui tenduntin finem. deinde dat aliam operationem, & dicit { alia autem } operatio { est, in qua finis & operatio insunt } hoc est in qua fieri, & factum esse simul insunt, moueri, & finis motus etiam simul habentur: cuius exempla assignat { vt videt } In ipso enim videre simul est finis & fieri { & etiam sapit } nam in ipso sapere simul sunt sapere, & sapiens esse { & intelligit & intellexit } in ipso enim intelligere est simul intelligere, & intellexisse. Hæ enim operationes sunt, quæ fines sunt. deinde assignat exempla earum operationum, in quibus differt fieri & factum esse, & dicit { sed non discit, & didicit } sunt simul, { nec } sunt simul { sanat, & sanauit } nec sunt simul { bene viuit, & bene vixit } nec est simul { est felix, & fuit felix } deinde probat, quòd hæc differant, & dicit { si autem non } differũt subaudi sanat & sanauit, & cætera id genus { oporteret aliquando quiescere } ita vt aliquando sint simul sanat & sanauit, viuit, & vixit { nunc autem non viuit & vixit } simul, nec aliquando fuerunt simul sanat, & sanauit: nunc concludit quæ harum operationum sit motus, quæue simpliciter actus, & vult motus esse, in quibus fieri, & factum differunt, actus vero, in quibus fieri, & factum esse non differunt. & dicit { harum itaque } operationum { alias quidem est dicere } esse { motus, alias. vero actus } simpliciter, & exponit quæ motus, & dicit { omnis enim motus est imperfectus } vt sunt { attenuatio disciplina, ambulatio, ædificatio, hæ enim motus } sunt { & imperfecti, non enim simul ambulat & ambulauit, nec } simul { ædificat, & ædificauit, nec } simul { fit, & factum est, aut simul mouet, & mouit } exponit deinde quæ sint simpliciter actus, & dicit { vidit vero & videt simul idem } sunt { & intelligit, & intellexit } etiam idem sunt: tunc concludit quis sit actus, quisve motus, & dicit { quare hunc quidem actum, illum vero motum dico } est igitur simpliciter actus, in quo idem est finis, & fieri. Motus vero, in quo hæc differunt: per quæ etiam patet omnem simpliciter actum esse finem, & terminum, & quid simpliciter indiuisibile: Motum autem non esse finem, nec terminum, nec indiuisibile quicquam. demum epilogat, & quæ dicit, clara sunt.

Quando autem potentia est unumquodq; & quando non, determinandum est. non enim qu andoque.

Cum egisset de actu, nunc vult declarare, in quali dispositione existens aliquid dicatur esse in potentia ad actum, & proponit intentionem suam, & dicit { Quando autem potentia est vnumquodq; } quod est in potentia ad actum { & quando non, determinandum est } & assignat causam, & dicit { non enim } quod est in potentia ad actum { quandoque } est in potentia ad actum: sed sub certa, dispositione, & certo tempore. vnde Auerroes dicit dicemus subiectum propinquum, quod potest esse, & describemus ipsum per descriptionem, qua distinguamus ipsum ab aliis. quare secundum Auerroem Aristoteles proponit dicere de propinquo subiecto ad actum. Quæ Auer Cõmẽ. 12.

Vt terra est ne potentia homo, an non, sed magis, cum iam fiat sperma. & neq; hoc modo fortasse.

Mouet speciatim quæstionem, & dicit { Vt terra est ne potentia homo } respondet quòd non, & dicit { an non, sed magis cum iam fiat sperma. & neque hoc modo fortasse } vt dicemus.

Quemadmodum igitur nec a medicatiua omne utique sanabitur, nec a fortuna: sed est aliquod, quod possibile est, & hoc est sanum potentia.

Proposita intentione generatim, & speciatim, in parte ista exequitur, & intendit hanc conclusionem, illud possibile, quod vnica actione agens potest reducere ad actum, hoc est subiectum existens in potentia ad actum. hanc declarat & ponit in quodam simili, & dicit { Quemadmodum igitur, nec } ab arte { medicatiua omne } corpus ægrum { sanabitur, nec a fortuna } omne corpus ægrum { sanabitur } non enim corpus ethicum speciei tertiæ, nec leprosum confirmatum potest sanari { sed aliquod quod possibile est } sanari vnica actione, ita quoque { & hoc est sanum in potentia } subaudi tu, ergo conclusio est illud possibile, quod agens potest vnica actione reducere ad actum, est subiectum existens in potentia ad actum. Dixit { nec a medicatiua, nec a fortuna } quoniam sanitas fieri potest aliquando beneficio artis, vt cum medicus illam procurat, aliquando præter intentionem medici, cum medicus procurabat vnam ægritudinem sanare, & successit, illius sanitas, quam non intendebat. est tamen supponendum, vt Auerroes inquit, nullum corpus sanari posse nec a fortuna, nec a casu nec ab arte: nisi suppositа potentia in ægro ad sanandum. Cõmẽ. 12.

Definitio autem eius, quod actu fit ab intellectu ex potentia ente: est quando nullo eorum, quæ sunt extra, prohibente, cum voluerit, fit. Ibi autem in sanabili, quando nihil prohibet eorum quæ in ipso. Similiter autem potentia etiam domus, si nihil prohibeat eorum, quæ sunt in hoc: & in materia fieri domum, nec sit quod oporteat adiungere, aut auferre, aut mutare: hoc domus potentia est.

Et ut rectius intelligatur quid sit ens in potẽtia ad actum describet existens in potentia ad actum in artificialibus: vt

ex hoc intelligatur ens in potentia ad actum in naturalibus: & dicit ¶ definitio autem eius, quod actu sit ab intellectu ¶ arte affectus actu aliquid facit ¶ est quando nullo eorū quæ sunt extra, prohibente, cū ¶ intellectus arte dispositus ¶ voluerit fit ¶ & p ea, quæ sunt extra, intelligit, non ea quæ sunt extra id, quod de potentia ab intellectu fit actu: sed extra intellectum, atq; artem. Quasi dicat eius in potētia ad actum est, quando artifex nullo eorum quæ sunt extra artem prohibente, cum voluerit, poterit reducere ad actum. deinde speciatim describit, quid sit ens potentia ad sanitatem, quod dicitur sanabile: & dicit licet sic ens in potētia sit descriptum generatim ¶ ibi autem in ¶ ipso ¶ sanabili ¶ corpore dicet subaudi sanabile, siue ens potentia ad sanitatem ¶ quando nihil prohibet eorum quæ in ipso ¶ sanabili sunt, ut si in ipso fuerit pestilens humor, vel melancholia adusta: erit ergo sanabile, quando ægrum nullo eorum quæ in ægro sunt prohibente: medicus sanat cum voluerit. idem speciatim declarat in eo quod est potentia domus: & dicit ¶ similiter autem potentia esse domus ¶ est eodem modo, nam ¶ si nihil prohibeat eorum quæ sunt in hoc, & in materia ¶ ex qua fit domus ¶ ita quidem, vt ¶ nec sit quod oporteat adiungere, nec auferre: nec mutare, hoc domus potentia est ¶ ergo domus potentia est, quando nullo prohibente eorum quę sunt in materia domus, domificator eam facit, cum voluerit.

Et in alijs similiter, quorumcunq; extrinsecus principium generationis est, & quorumcunque iam est in ipso habente: quęcunq; nullo exteriorum prohibente erunt per ipsum.

Amplificat sermonem suum vniuersaliter tam ad artificialia q̄m ad naturalia: & vult semper in his id esse ens in potentia, quod nullo prohibente eorum quæ sunt extra, vel eorum quæ sunt intra, agens cum voluerit, ipsum reducit ad actum, & dicit ¶ Et in alijs similiter ¶ tam ¶ quorūcūq; extrinsecus principium generationis est ¶ vt sunt artificialia: q̄ ¶ etiam ¶ quorumcūq; iam est in ipso habente ¶ vt sunt naturalia, in quibus principium generationis est in eo quod generatur. Hæc inquam sunt entia in potentia ¶ quęcunq; nullo exteriorum prohibente erunt per ipsum ¶ principium agens, cum voluerit.

Quale sperma nondum est, oportet enim in alio sit, & permutari. quādo uero iam per suum principium est tale: hoc potentia est iam. Illud uero ut terra, quod altero eget principio: nondū est statua potentia: mutata enim erit æs.

Ex ijs speciatim deducit, q̄ nec sperma sit potētia animal vel planta: nec terra potentia statua: & exponit quādo sunt entia potentia: & dicit ¶ Quale sperma nondum est ¶ potentia animal vel planta ¶ oportet enim in alio sit ¶ vt in terra conuenienti, vel in matrice ¶ & ¶ oportet etiam postquam fuerit in loco conuenienti ¶ permutari ¶. s. multis permutationibus ¶ quando vero iam ¶ fuerit in loco debito ¶ & per suum principium est tale ¶ ut possit ex eo vnica actione fieri animal, aut planta ¶ hoc potentia est iam ¶ deinde idē exponit de ipsa terra: & dicit ¶ illud vero, vt terra, quod altero eget principio ¶ præparante & deponente, ut fiat æs ¶ non dum est statua potentia, mutata enim ¶ per plura dispositiones ¶ erit æs ¶ & sic per artem vnica actione fieri potest statua: & sic erit ens potentia statua.

Videtur autem quod dicimus esse non hoc, sed ecininon, ideſt, illiusmodi. vt arca, nō lignū, sed lignea, & lignum non terra, sed terreum. item terra si sic fuerit, non illud, sed illiusmodi: & semper illud potentia simpliciter est, quod posterius est, ut arca non terra, nec terrea: sed lignea. hæc enim potentia arca, & materia arcæ hæc est: simpliciter quidē ipsius simpliciter, huius uero, hoc lignum.

Cum definisset ipsum ens in potentia, nunc dat regulam cognoscendi ipsum, & primo præmittit, quo modo materia prædicetur de eo, quod fit ex ipsa, & vult q̄ materia prædicetur de eo, quod fit ex ipsa in cōcreto, & non in abstracto: vt per exempla exponit. & dicit ¶ Videtur autem illud qd̄ dicimus esse ¶ ex materia ¶ nō hoc ¶ ideſt ipsam materiam in abstracto ¶ sed ¶ ecininon ideſt ¶ illiusmodi ¶ materiam in concreto ¶ ecininon enim apud græcos concretum est, et sonat latine illiusmodi: Modo apud latinos illud est abstractum: & illiusmodi concretum: veluti apud græcos abstractum est ecinon, & concretum ecininon, declarat per exempla, & dicit ¶ vt arca ¶ quæ fit ex ligno ¶ non lignum, sed lignea ¶ est ¶ & lignum ¶ quod fit ex terra ¶ nō terra ¶ est, sed terreum. iterum terra si sic fuerit ¶ ex vlteriori materia ¶ nō illud ¶ ex quo fieret in abstracto ¶ sed ¶ ecininon hoc est ¶ illiusmodi ¶ in concreto esset, deinde ponit regulam: quæ est ¶ illud potētia simpliciter est, quod posterius ¶ est, in prædicatione, & prædicatur de eo, quod fit ex ipso, in concreto ¶ vt arca non terra nec terrea: sed lignea. hoc enim potentia arca, & materia hæc est ¶. s. lignum, quoniam est vltimum, quod in concreto prædicatur de arca: addit q̄ licet lignum sit potentia arca: non tamē eodem arcæ simpliciter, & huius arcæ: nam ¶ ipsius quidem arcæ simpliciter ¶ lignum uniuersaliter ¶ & simpliciter ¶ est materia ¶ huius uero ¶ arcæ ¶ hoc lignum ¶ est ergo regula cognoscendi ens potentia: vt sit illud, quod in concreto prædicatur de eo: cuius est ens in potentia. Auerroes autem dat differentiam inter materiam proximam, & remotam, & ait materiā proximam non egere nisi vno motore, Materiam vero remotam pluribus, aut pluribus actionibus eiusdem motoris. Quę Auerroes cō.11.

Si autem aliquid est primum, quod non per aliud ulterius dicitur ἐκείνινον hoc est illiusmodi: hoc prima materia est. ut si terra aerea est, & aer non ignis, sed igneus, ignis est prima materia quasi hoc aliquid substantia: per hoc enim differunt uniuersale, & subiectum per esse, & hoc aliquid, & non esse.

Cum attulisset regulam cognoscendi ens in potentia, qd̄ est subiectum, & materia proxima: nunc affert regulam cognoscendi primam materiam, quæ est ens in potentia remotissima, & regula est hęc, materia prima est, de qua nihil qd̄ est ipsa prius, prædicatur denominatiue: & dicit ¶ Si autem aliquid est primum, quod non per aliud prius ¶ & vlterius ¶ dicitur illiusmodi ¶ hoc est de quo nihil quod est prius eo denominatiue prædicatur ¶ hoc prima materia est ¶ dixit ¶ per aliud vlterius ¶ hoc est prius eo quoniā de prima materia prędicatur aliquid denominatiue, dicitur enim materia prima est calida, vel sicca, & id genus, sed illud: quod prædicatur de ea denominatiue: non est prius ea: declarat hoc per oppositum exemplo sumpto ab opinionibus veterum & dicit ¶ vt si terrea est aerea ¶ terra subaudi non est prima materia: sed aer, qui existens prius ipsa terra: de ea denominatiue prædicatur ¶ & ¶ si ¶ aer non ignis: sed igneus est ¶ aer non est prima materia, sed ignis, qui existēs prius ipso aere, prædicatur denominatiue de ipso aere. Quare prima materia est de qua nihil quod est ipsa prius, denominatiue prædicatur. Sed dices nihil prædicatur de uniuersali, & ipsum prędicatur de alijs, ergo vniuersale est prima materia: propterea addit ¶ quasi hoc aliquid substantia ¶ nam materia prima est quasi hoc aliquid substantia, de qua nihil prædicatur denoīatiue: vniuersale uero non est quasi aliqd hoc & substantia cum non sit indiuiduum: nec altera pars indiuidui.

& sic



& sic licet de uniuersali nihil prædicetur, non tamen est prima materia, quoniam uniuersale non est quasi hoc aliquid substantia: at materia est quasi hoc aliquid substantia, quoniam licet non sit indiuiduum: tamen est altera pars indiuidui, per hoc aliquid enim & substantiam, indiuiduum in genere substantiæ intelligit, per quasi hoc aliquid substantiam, intelligit alteram partem indiuidui. Præterea inter primam materiam & uniuersale est alia differentia: quoniam uniuersale prædicatur per se, at prima materia de re cuius est, prædicatur denominatiue: ut Auerroes in hoc cōmento. Vnde dicit ¶ per hoc enim differunt uniuersale, & subiectum ¶ quod est prima materia ¶ per esse & hoc aliquid ¶ quia materia est hoc aliquid ¶ & non esse ¶ hoc aliquid: quia uniuersale non est hoc aliquid.

Vt passionibus subiectum homo, & corpus & anima est. passio autem musicum & album. Dicitur autem musica adueniente illud non musica: sed musicum: & non albedo homo est, sed albus, nec ambulatio, aut motus, sed ambulans, aut motum quasi illius modi.

Cum dixisset materiam prædicari de eo, cuius est materia denominatiue, nunc declarat illud per similitudinem ad ea, quæ prædicantur denominatiua de subiectis: & quasi dicat materia prædicatur denominatiue de eo, cuius est materia: ut passiones de subiecto: & lege sic, id quod est ex materia ita subijcitur materiæ secundum prædicationem denominatiuam ¶ Vt subiectum passionibus ¶ & exponit subiectum uidelicet ut ¶ homo, & corpus, & anima. passio autem ¶ quæ denominatiue prædicatur: est ¶ musicum & album ¶ exponit autem has prædicationes, & dicit ¶ dicitur autem illud ¶ subiectum uidelicet homo uel corpus ¶ cum aduenit ¶ in eo ¶ musica, non musica, sed musicū, & non ¶ dicitur ¶ homo albedo, sed albus: nec ¶ dicitur homo ¶ ambulatio aut motus ¶ sed ¶ ambulans, & motū, quasi illiusmodi ¶ hoc est denominatiue: eodem modo illud quod est ex materia, dicitur non materia, sed illiusmodi, hoc est denominatiue: ut arca non lignum, sed lignea.

Quæcunque igitur sic, in his ultimum est substantia. Quæcunque uero non sic, sed species quædam, & hoc aliquid est, quod prædicatur, in his ultimum est materia, & substantia materialis.

Comparat ea quæ prædicantur denominatiue ut passiones, & ea quæ prædicantur denominatiue, ut materiæ, & subiecta: & dicit ¶ Quæcunque igitur sic ¶ subaudi ut passiones denominatiue prædicantur ¶ in his ultimum ¶ subiectum est substantia, & hoc aliquid ¶ quæcunque uero non sic ¶ ut passiones ¶ sed ¶ ut ¶ species quædam & hoc aliquid est, quod prædicatur ¶ ut lignum, aut terra: quæ materiæ sunt hæc prædicantur: ut species quædam ¶ in his ultimum ¶ quod prædicatur ¶ est materia, & substantia materialis ¶ Quare e contrario est in passionibus, & materijs, quoniam in passionibus ultimum, quod subijcitur: est substantia: in materijs uero, ultimum quod prædicatur, est materia, & substantia materialis. Quo uero ad uerba attinet, ea quæ prædicantur, ut materiæ, Aristoteles dicit prædicari, ut species, & hoc aliquid: non quod sint species, & hoc aliquid, sed pars speciei, & indiuidui: & sic potius prædicantur, ut species, & hoc aliquid: quam quod sint species, & hoc aliquid.

Et recte itaque accidit illius modi non dici de materia, & passionibus: ambo enim indeterminata sunt. quando igitur dicendum est potentia, & quando non, dictum est.

Quia accepit materiam & passiones dici denominatiue de his, quorum sunt materia, & passiones: nunc concludit de materia, & de passionibus nihil dici denominatiue, & dicit ¶ Et recte itaque ¶ ex dictis sequitur ¶ accidit ¶ que ¶ illiusmodi non dici de materia, & passionibus ¶ hoc est nihil denominatiue dici de materia & passionibus, & assignat causam: & dicit ¶ ambo enim indeterminata sunt ¶ quia materia per formam, & passio per subiectum determinatur, atque definitur: & quia sunt indeterminata, potius ipsa dicuntur denominatiue de alijs, quam de ipsis alia. Quo uero ad uerba attinet, animaduerte in ueteribus translationibus uerba hæc reperiri sine negatione in hunc modum ¶ & recte utique accidit illiusmodi dici secundum materiam & passiones, ambo enim indeterminata sunt ¶ & tunc uerba clara sunt: nam assignat causam eius, quod proxime dixit, cum enim dixisset materiam & passiones prædicari denominatiue de his, quorum sunt: assignat causam, & dicit ¶ ambo enim indeterminata sunt ¶ nam materia per id determinatur, atque definitur. cuius est materia, & passio per id, cuius est passio, quare ambo denominatiue de eis dicuntur: ut passio de subiecto, a quo determinatur, atque definitur. & materia de eo: cuius est, per quod determinatur ad speciem, atque definitur. Demum epilogat, & patet.

Quoniam autem ipsum prius determinatū est, quot modis dicitur: palam quia prior est actus potentia. dico autem potentia non solum definita, quæ principium mutandi in alio, ut est aliud dicitur. sed omnino omni principio motionis, atque quietis. etenim natura in eodem fit, in eodem enim genere potentiæ. est enim principium mouendi, sed non in alio, sed in ipso, inquantum ipsum est. omni itaque tali prior est actus ratione & substantia. tempore uero, est quidem ut sic, est autem, ut non. TEX.13.

Nunc de ordine actus ad potentiam uult Aristoteles differere: & proponit intentionem suam, quæ est, quod actus sit potentia prior ratione, & substantia: & tempore aliquo modo. & dicit ¶ Quoniam autem ¶ quinto huius ¶ determinatū est quot modis dicitur ipsum prius: palam quia prior est actus potentia ¶ scilicet definitione, & perfectione, & tempore aliquo modo. exponit autem quid intelligat per potentiam, quoniam aliter accipit hic potentiam, & aliter cum prius eam definierit, & dicit ¶ dico autem potentia non solum definita ¶ olim ¶ quæ principium mutandi in alio in quantum est aliud, dicitur, sed omnino omni principio motionis atque quietis ¶ Et Auerroes per motum, transmutationem, per quietem uero, priuationem transmutationis intelligit. alij autem per motum tam transmutationem, quæ est per abiectionem contrarij: qui dicitur motus realis, q̄ motum perfectiuum, qui dicitur motus intentionalis, intellexerunt: cum Aristoteles dicat ¶ sed omnino omni principio motus ¶ hoc est sed uniuersaliter, omni principio motionis, tam realis, q̄ intentionalis, quale ipsum intelligere est. reddit causam, & dicit, intelligo per potentiam principium tam motus omnis, q̄ omnis quietis ¶ etenim natura in eodem ¶ genere ¶ fit ¶ in quo est ipsa potentia ¶ in eodem enim genere ¶ natura ipsa est ¶ potentiæ ¶ hoc est in qua est ipsa potentia: cuius causam assignat, & dicit ¶ est enim ¶ natura ¶ principium mouendi, sed non in alio, sed in ipso, inquantum ipsum est ¶ & sic potentia est in eodem genere in quo est natura, quoniam utrunque est principium mouendi, & quiescendi, non tamen in eadem specie, quoniam natura est principium, mouendi atque quiescen- Com.16. Quę Auer. Com.13.

di in se ipso, potentia uero, ut hic loquimur, est principium mouendi atque quiescendi siue in se ipso, siue in alio. quare recte dictum est esse intelligendum per potentiam principium tam motus q̃ quietis, cum hic agamus de potentia non ut olim definita est, sed de potentia, quæ est quo dam modo natura. Tunc recolligit conclusionem, quam intendit, & dicit { omni itaq; tali } potentia, quæ est quodam modo natura { prior est actus ratione, & substantia } hoc est definitione, & perfectione { tempore uero, est quidem prior ut sic } hoc est uno modo { est autem, ut non } hoc est alio modo non: & sic conclusio probanda est, quod actus prior sit potentia definitione, perfectione, & tempore aliquo modo saltem.

Ratione igitur, quoniam prior est, palam ex eo enim quia contingit operari, possibile est primo possibile. ut dico ædificatiuum quod potest ædificare: & uisiuum, quod potest uidere, & uisibile: quod potest uideri: eadem autem ratio & in alijs est. quare necesse est rationem præexistere, & notitiam notitiæ.

Proposita intentione ostendit illa tria: & primo quod actus definitione sit prior potentia, ex eo quia ipsum possibile per actum definitur, actus uero non per ipsum possibile. & dicit { Ratione igitur, quoniam } actus { prior est } ipsa potentia { palam est, ex eo enim quia } possibile { contingit operari, possibile est primo possibile } hoc est, possibile definitur quod sit primo possibile per hoc, quia potest operari. Ergo possibile definitur per actum. Exponit quod dixerat exemplis { ut dico ædificatiuum, quod potest ædificare, & uisiuum, quod potest uidere, & uisibile, quod potest uideri eadem ratio & in alijs est } tunc concludit propositum & dicit { quare necesse est rationem } scilicet ipsius actum { præexistere } rationi ipsius potentiæ { & noticiam } etiam actus præexistere { noticiæ } potentiæ. Contra uero nequaquam, non enim actus definitur proprie per ipsum possibile: cum superius dictum sit actum esse ipsam rem simpliciter existere, uel operationem in qua simul est fieri, & factum est. Sed dices Auerroes superius dixit actum & potentiam esse relatiue contraria: igitur alterum per alterum, & e conuerso definitur. Dicendum quod tribus modis Aristoteles exposuit actum, Primo per ipsum simpliciter existere, ut patuit superius. Secundo per operationem in qua simul sunt fieri, & factum esse. Tertio per inductionem in singulis: & nunquã in definitione actus collocata fuit potentia. At potentia, & ipsum possibile semper per actum descripsit, & sic patet actum esse priorem potentia definitione. Ad Auerroem uero: dicendum actum, & potentiam esse relatiue contraria non mutuo, sed relatione potentiæ ad actum. non enim actus propria relatione ad potentiam refertur: sed potentia ad actum: etsi actus refertur ad potentiam: non nisi relatione potentiæ ad actum.

Com. 11.

Com. 11.

Tempore uero prius sic, quod specie idem agens prius sit: sed non numero. Dico autem hoc, quoniam hoc quidem homine iam existente secundum actum, & frumento, & equo, & uidente prius est tempore materia, & semen, & uisiuum, quæ potentia sunt homo, & frumentum, & uidens. nondum autem actu: sed his tempore priora alia entia actu sunt, ex quibus hæc facta sunt. semper enim ex potentia existente fit actu ens, ab actu existente. ut homo ab homine, & musicus a musico semper mouente aliquo primo. mouens autem actu iam est. Dictum est autem in sermonibus de substantia, quoniam omne, quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc specie idem. TEX. 14.

Cum dixisset actum præcedere ipsam potentiam tempore uno modo, alio modo non: nunc declarat quomodo actus præcedit potentia, & quomodo non, & uult quod actus tempore sit prior potentia, quatenus agens, quod est in actu tempore præcedit id, quod est in potentia, in diuersis numero, non in eodem numero: & hoc proponit, & dicit { Tempore uero prius sic } actus præcedit potentiam { quod specie idem agens } quod in actu est { prius sit } eo, quod est in potentia { sed non numero } & sic dicit duo, & quod actus sit prior tempore specie, & quod potentia sit prior actu secundum numerum. Deinde declarat hæc, & primo quomodo ens potentia secundum idem numero sit prius ente in actu: & dicit { dico autem hoc, quoniam hoc quidem homine iam existente in actu } & { frumento, & equo, & uidente } iam existẽtibus in actu { prius est tempore materia, & } pro ideſt { semen & uisiuum, quæ potentia sunt homo, & frumentum, & uidens, non dum autem actu } & sic illud idem numero quod fuit primo ens in potentia postea est ens in actu, tam in actiuis, quam in passiuis, & in naturalibus: & artificialibus, & per consequens ens potentia est prius tempore ente in actu capiendo ens in potentia pro illo eodem, quod fiet aliquando actu, hæc de primo. Deinde declarat quod actu ens sit prius tempore ente in potentia, capiendo actu ens non pro illo met, quod fiet actu: sed pro alio: quod facit, at deducit ipsum ens in potentia, de potentia ad actum, & dicit { sed his tempore priora alia entia actu sunt, ex quibus hæc facta sunt } atque ad actum reducta: & hoc probat, & dicit { semper enim ex potentia existente, fit actu ens ab actu existente, ut homo ab homine, & musicus a musico semper mouente aliquo } agente { primo } quod reducit ens in potentia ad actum. Ex his uult habere mouens, & agens, quod reducit ens in potentia ad actum, prius esse ente in potentia: tunc addit quasi minorem, & dicit { mouens autem actu iam est } & sic erit syllogismus, mouens & agens est tempore prius ente in potentia: actu ens est mouens, & agens. igitur actu ens est prius tempore ente in potentia. Sed contra quoniam non uidetur uerum, semper ens in potentia reduci ad actum ab actu ente: quoniam quædam fiunt ex natura ipsa, nullo agente existente, ut quæ ex putri materia oriuntur, quasi respondens se remittit ad librum septimum, & dicit { dictum est autem in sermonibus de substantia, quoniam omne quod fit, fit ex aliquo, & ab aliquo, & hoc } ex quo fit { est specie idem } ei, quod ex ipso fit, nam ut Auerroes inquit, agens & actum sunt idem in forma. Ad argumentum uero de putrefactis, quæratur ibi solutio. Sic igitur patet, quod si sumatur illud met ens potentia numero, quod aliquando fiet actu: tale est prius tempore ente actu, & ipso actu: at si ens potentia sumatur pro uno: & ens actu pro alio, quod facit ens potentia esse actu: sic ens actu prius tempore est ente potentia.

Quapropter & impossibile esse uidetur ædificatorem esse, qui non ædificauerit quicquam: aut citharistam, qui non citharizauerit. nam discens citharizare citharizando discit citharizare, similiter autem & cæteri.

Cum dixisset quod potentia musicum fit actu musicum a musico actu, quatenus ab eo discit, nunc declarat ens actu esse prius ente potentia: quod fit actu per consuetudinem, uel disciplinam, declarat dico hoc ex ijs, quæ prius dixit & propterea uia conclusionis ex dictis, hoc infert,



fert, & dicit { Quapropter } cum subaudi pateat musicum potentia fieri a musico actu { & impossibile esse uidetur, ædificatorem esse, qui non ædificauerit quicquam, aut citharistam } esse { qui non citharizauerit } aliquando, cuius causam dicit { nam discens citharizare citharizando discit citharizare, similiter autem & cæteri } artifices, qui ex actibus fiunt, semper ex ente in actu fiunt. & sic in talibus ens actu est prius ente potentia.

Vnde sophisticus elenchus fit, quoniam non habens quis scientiam faciet idem, cuius est scientia. discens enim non habet.

Ex dictis soluit syllogismum sophisticum elenchum Mẽnonis: & primo eum conficit, hoc pacto: discens citharizare facit idem, quod citharista: qui habet artem & scientiam citharizandi: quoniam citharizat, discens citharizare non habet scientiam citharizandi: igitur qui non habet scientiam citharizandi idem facit. quod citharista: qui habet scientiam citharizandi. De syllogismo ponit conclusionem, & minorem & dicit { Vnde sophisticus elenchus fit } qui concludit { quoniam non habens quis scientiam } subaudi citharizandi { faciet idem } illud, quod facit citharista { cuius est scientia } citharizandi: hæc est conclusio: tangit minorem, & dicit { discens enim } subaudi citharizare { non habet scientiam } citharizandi: & sic patet elenchus.

Sed quia eius quod fit, aliquid factum est, & omnino eius quod mouetur, aliquid motum est, palam autem hoc in ijs, quæ de motu: & discentem necesse est habere aliquid scientiæ forsan. Sic igitur & hinc palam quod & actus prior potentia sit & generatione, & tempore. TEX. 15.

Nunc soluit cauillum: & supponit unum quod omne, quod fit, prius imperfecte factum sit, & omne quod mouetur, prius imperfecte motum sit: & dicit { Sed quia eius quod fit, aliquid factum est } scilicet imperfecte factum est { & omnino eius, quod mouetur, aliquid motum est } hoc est imperfecte prius motum est { palam autem hoc } ideſt hæc suppositio { in ijs, quæ de motu } scilicet sexto Physicorum: tunc adde minorem: sed qui discit, fit discens, igitur qui discit, prius didicit imperfecte forsan, unde dat conclusionem, & dicit { & discentem necesse est habere aliquid scientiæ forsan } hoc est imperfecte prius did cisse: & sic respondet ad cauillum concedendo maiorem hoc pacto, quod discens citharizare facit illud idem, quod habens scientiam facit, non simpliciter, sed imperfecte: & secundum quid: quo uero ad uerba attinet dixit { forsan } quoniam inter Platonem & Aristotelem est cõtrouersia utrum discens, prius sciuerit: de quo in libro posteriorum. epilogat & patet.

At uero & substantia, primo quidem, quoniam quæ generatione posteriora sunt, specie & substantia sunt priora, ut uir puero, & homo femine. nam illud quidem iam habet speciem, hoc uero, non.

Cum Aristoteles demonstrasset actũ esse potentia priorem tempore, atque definitione, nunc demonstrat actum esse priorem potentia substantia hoc est perfectione: & primo ostendit hoc argumento sumpto a forma: hoc pacto { quæ generatione posteriora sunt, specie & substantia sunt priora, ut puero uir, & homo femine } est enim puer uiro generatione prior, perfectione uero posterior: & homo est prior femine perfectione, generatione uero posterior. cuius causam subdit { nam illud quidem } scilicet { iam } puer { habet speciem } scilicet formam hominis { hoc uero } uidelicet semen { non } habet speciem hominis. sic igitur patet hæc maior: quod quæ generatione sunt priora, perfectione sunt posteriora: & quæ sunt generatione posteriora, sunt perfectione priora. tunc addo minorem, sed actus est generatione, & tempore posterior ipsa potentia, saltem in eodem numero, ut patuit. ergo actus est perfectione prior ipsa potentia. sumitur autem hæc ratio a forma, quoniam, ut recte Expositor inquit, nomine substantiæ atque perfectionis consueuit significari forma, per quam aliquid est perfectum.

Et quoniam omne quod fit ad principium uadit, atque ad finem. principium enim est cuius causa: finis autem gratia generatio est. finis autem actus. & huius gratia potentia sumitur.

Secundo ostendit hoc idem argumento sumpto a fine hoc modo: finis potentiæ, gratia cuius est ipsa potentia, est perfectione prior ipsa potentia, actus est finis cuius gratia potentia sumitur. igitur actus est perfectione prior ipsa potentia. Circa hanc rationem primo declarat quid sit finis, secundo ibi { finis autem actus } accipit minorem. de prima parte dicit { & } subaudi etiam actus est perfectione prior potentia { quoniam omne quod fit ad principium uadit, atque ad finem } & sic idem est principium & finis. & confirmat quod idem sit principium & finis, & dicit { principium enim est cuius causa } fit ipsum principiatum { & gratia } ipsius { finis generatio est } quare idem est principium & finis. tunc accipit minorem syllogismi, & dicit { finis autem actus } est { & huius gratia potentia sumitur } est ergo minor, actus est finis, cuius gratia potentia sumitur, cui si addatur maior, patet conclusio, sed quæres, ad quid Aristoteles probauit principium & finem esse idem: dicendum Aristotelem hoc fecisse ad tollendam dubitationem: quæ esse potest, quia superius probatum est, actum esse principium potentiæ, cum reducat ipsam potentiam ad esse simpliciter: & quare non uideretur actus, ut sit finis: cum sit probatum ipsum esse principium. ad tollendum hoc, probauit actum esse principium & finem, & hæc simul stare posse.

Non enim ut uisum habeant, uident animalia: sed, ut uideant, uisum habent. similiter autem & ædificandi scientiam, ut ædificent, & theoreticam, ut speculentur. sed non speculantur, ut theoreticam habeant, nisi meditantes, hi uero non speculantur, sed inquantum sic. aut quia non egent speculari.

Minor proximi syllogismi fuit, quod actus sit finis cuius gratia est ipsa potentia, & ideo probat hanc minorem primo inducendo in actibus & potentijs, quæ nobis insunt natura: & dicit { Non enim ut uisum habeant, uident animalia, sed uisum habent, ut uideant } secundo idem inducit in potentijs, & actibus rationalibus. quæ nobis acquiruntur, & dicit { similiter autem, & ædificandi scientiam } habent homines { ut ædificent, & theoreticam } hoc est, & scientiam speculandi habent homines { ut speculentur. sed non speculantur ut theoreticam } ideſt scientiam speculandi { habeant, nisi meditantes } ideſt discentes, qui student, atque meditantur, ut acquirant scientiam speculandi. Sed

contra obijcit, & dicit { hi uero } ſubaudi { non } ne ſpeculantur { ſed inquantum ſic } hoc eſt ſaltem aliquo modo. Videtur enim quod ſic, quoniam diſcentes aliquo pacto ſpeculari uidentur, reſpondet { aut } quæ eſt ſolutionis ſignum: quod non ſpeculantur: & cauſa eſt { quia } diſcentes { non egent ſpeculari } ſubaudi tantum, ſed egent ſcientia ſpeculandi: qua acquiſita poſtea ſpeculantur, & ſic diſcentes non ſpeculantur perfecte, ſed aliqua ratione, ut dictum eſt ſuperius. Vnde Auerroes dicit diſcentes ipſos cõſiderare non uera conſideratione, quæ fit ab habitu ſcientiæ, ſed conſideratione, ut fiant in tali diſpoſitione, ut poſſint uere conſiderare. Quę Auer. Com. 15.

TEX. 16. **Amplius autem materia eſt potentia, donec uenerit in ſpeciem: cum autem actu eſt, tunc in ſpecie eſt. ſimiliter autem & in alijs, & quorum motio eſt finis. propter quod ſicut docentes, operantem cum oſtenderint, putant finem reddidiſſe: & natura ſimiliter.**

Cum induxiſſet minorem in potentijs naturalibus & acquiſitis actiuis, nunc eandem inducit in potentijs paſſiuis, & dicit { Amplius autem materia eſt potentia } tandiu { donec uenerit in ſpeciem } & actum { cum autem actu eſt, tunc } materia { eſt in ſpecie } & ceſſat eſſe in potentia: quæ ratio docet actum eſſe potentiæ paſſiuæ finem { ſimiliter autem & in alijs } paſſiuis potentijs ſemper actus eſt finis { & } non in ijs, ſed etiam alijs { quorum motio eſt finis } ſiue ſint potentiæ paſſiuæ, ſiue actiuæ: & hoc ſigno manifeſtat, & dicit { quapropter ſicut } præceptores { docentes } diſcipulum aliquem { cum oſtenderint } eum eſſe iam { operantem } in ea artem, quam ipſum docuerunt { putant finem } totius diſciplinationis { reddidiſſe, & natura ſimiliter } in finem uenit, cum uenerit in actum, quo operatur. Patet ergo actum eſſe finem potentiæ: quæ fuit minor.

**Nam ſi non fit ita, Paſſonus Mercurius erit. non enim manifeſtum erit, ſi & ſcientia interius, aut exterius ſit, quemadmodum ille. Opus enim finis, actus autem opus, propter quod & nomen dicitur actus ſecundum opus, & tendit uerſus entelechiam.**

Nunc probat minorem eandem deductione ad impoſſibile: & dicit { Nam ſi non fuit ita } hoc eſt, ſi actus non ſit finis { Paſſonus } qui fuit omnium ſcientiarum omnino ignarus { erit Mercurius } hoc eſt inter Mercurium omnium diſciplinarum peritum & Paſſonum omnium ſcientiarum ignarum nulla differentia cernetur; & declarat hoc, & dicit { non enim manifeſtum erit } in Mercurio { ſi & ſcientia interius, aut exterius erit, quemadmodum ille } Paſſonus, non manifeſtum erit, ſi habeat ſcientiam aliquam uel non habeat. Rurſum eandem minorem probat ſyllogiſmo oſtenſiuo hoc pacto { opus eſt finis } operantis { actus eſt opus } igitur actus eſt finis. uerbum { enim } cauſam reddit eius, quod procul dixit, non eius quod proxime dictum eſt, dixit enim quod actus ſit finis potentiæ, nunc reddit cauſam huius per ſyllogiſmum oſtenſiuum, & dicit { Opus enim finis } eſt { actus autem opus } eſt, igitur actus eſt finis potentiæ operantis. Quod autem actus ſit opus, probat ab interpretatione nominis actus, qui Græce ἐνέργεια dicitur, quod { nomen } ſonat aliquid { ſecundum opus, & tendit } uerſus nomen { entelechiam } quod ſonat perfectihabiam. quare actus opus eſt, & perfectio: & ſic patet ſyllogiſmus oſtenſiuus.

**Quoniam uero horum uſus quidem ultimũ eſt, ut uiſus uiſio: ubi nullum alterum a uiſu opus fit. in quibuſdam uero fit aliquid, ut ab ædificatoria domus præter ædificationem: nihilominus tamen hic quidem finis eſt, ille autem magis finis potentiæ eſt. nam ædificatio in ædificato eſt, & ſimul fit, & eſt cum domo.** Vbi παρὰ τὰν τὴν pter hanc

Sed circa hæc, quæ dixit, occurrit dubitatio, quoniam non eſt uerum quod opus ſit finis operantis, quoniam operans aliquando operatur, & nullum efficit opus, ut uidens, & contemplans. Reſpondet Ariſtoteles quod potentiarum aliæ ſunt, quarum uſus finis eſt, ut uiſus finis eſt uiſio: quæ nihil aliud eſt quam uſus uiſiuæ potentiæ. Aliæ ſunt, quarum finis eſt præter uſum opus, ut ædificatoriæ: cuius finis præter uſum eſt domus. Ariſtoteles ergo præmittit hanc diſtinctionem & loquitur ſuſpenſiue, uſque ibi { nihilominus } & ibi terminando ſuſpenſionem, ſoluit, & dicit { Quoniam uero horum } hoc eſt, quoniam uero aliæ potentiæ ſunt, quarum { uſus quidem ultimum } ideſt finis { eſt } & nihil aliud præter uſum { ut uiſus, uiſio, ubi nullum alterum a uiſu opus fit, in quibuſdam uero } ideſt aliæ ſunt, quarum præter uſum { aliquid fit } in re, quod opus dicitur { ut ab ædificatoria } facultate fit { domus præter ædificationem } quæ eſt uſus ædificandi. hæc eſt igitur diſtinctio, quod potentiarum aliæ ſint, quarum finis uſus eſt, & præter uſum, nihil aliud, aliæ ſunt, quarum finis eſt opus præter uſum. Tunc terminando ſuſpenſionem, reſpondet, & dicit { nihilominus tamen hic quidem } hoc eſt uſus, cuius eſt opus { finis eſt } potentiæ, operantis, quoniam illius gratia operatur { ille autem } ſcilicet uiſus præter quem nullum opus fit { eſt magis finis potentiæ } & quod uſus præter quem eſt opus ſit minus finis potentiæ, probat, quoniam eſt finis exterior, uſus autem præter quem non eſt opus eſt finis interior, qui eſt in ipſo operante: & dicit { nam ædificatio } quæ eſt uſus ædificatoris, præter quem eſt opus { in ædificato eſt, & ſimul fit, & eſt cum domo } igitur talis uſus eſt finis exterior. at uiſio eſt in ipſo uidente. quare uſus præter quem nullum opus præter ipſum eſt, magis finis eſt, cum ſit in ipſo operante: uſus uero præter quem fit opus, eſt minus finis, cum ſit in re operata: & ſic patet ſolutio.

**Quorum igitur aliquid alterum eſt quod fit, præter uſum: horum actus in facto eſt, ut ædificatio in ædificato, & contextio in contexto: ſimiliter autem & in alijs, & omnino motus in eo, quod mouetur. Quorum uero non eſt aliquod aliud opus præter actionem, in ipſis eſt actio, ut uiſio in uidente, & contemplatio in contemplante: & uita in anima, quare & felicitas ipſa: uita nanq; qualis quædam eſt.**

Ex ijs concludit, in quibus actus ipſi ſint: & dicit { Quorum igitur aliquid alterum eſt quod fit præter uſum, horum actus } non in operante eſt { ſed in facto } hoc eſt in re facta: quoniam ibi eſt, ubi eſt uſus, ſed uſus, præter quem eſt opus, eſt in re facta: ergo & actus, cum actus nihil aliud ſit quod uſus { ut ædificatio in ædificato, & contextio } qua conficiuntur res artificiales { in contexto, ſimiliter autem & in alijs, & omnino motus in eo quod mouetur } ſic igitur patet actum eorum, quorum uſus eſt in re acta, eſſe in re acta: deinde dat ſecundum membrum,



membrum; & dicit { quorum uero præter actionem } & uſum { non eſt aliquod aliud opus: actio } hoc eſt actus { eſt in ipſis } operantibus { ut uiſio in uidente, & contemplatio in contemplante, & uita } quæ eſt operatio, & uſus animæ, atque actus illius { in anima: quare & felicitas ipſa } etiam eſt in anima { quoniam } felicitas { eſt qualis quædam uita } & tota cauſa eſt, quoniam uſus preter quem nullum opus eſt, in ipſis operantibus eſt, actus autem eſt uſus talis, igitur eſt in ipſis operantibus. Ex ijs patet ſolutio ad dubitationem, quod quouis modo ſumatur actus finis eſt potentiæ, non tamen eodem modo, quoniam doctus, qui eſt uſus præter quem non eſt opus, eſt magis finis potentiæ, actus uero: qui eſt uſus præter quem eſt opus, eſt minus finis potentiæ. Vtrum uero per felicitatem intelligat, felicitatem moralem: uel contemplatiuam, non eſt ad propoſitum diſputare, ſatis eſt habere utranq; eſſe in anima.

TEX. 17. **Quare manifeſtum eſt, quoniam ſubſtantia & ſpecies actus quidam eſt, itaque ſecundum hanc rationem palam, quod actus ſubſtantia prior potentia ſit. &, ut diximus, tempore ſemper præaccipitur actio alia ante aliam, uſque ad eam quæ eſt ſemper mouentis principium.**

Ex ijs concludit primo quod forma ſit actus quidam: quoniam eſt opus agentis gratia cuius agens agit, & dicit { Quare manifeſtum eſt, quoniam ſubſtantia & ſpecies } ideſt forma { actus quidam eſt } ſaltem ut opus agentis, deinde concludit concluſionem propoſitam, & dicit { itaque ſecundum hanc rationem } ſcilicet quia actus eſt finis, & forma { palam quod actus ſubſtantia } hoc eſt perfectione { prior potentia ſit } & ne quis credat propter hoc quia actus eſt prior potentia perfectione, ut non ſit prior tempore: ſubdit { &, ut diximus } ſuperius { tempore ſemper præaccipitur actio } ideſt actus { alius ante alium uſque ad eum qui eſt principium } cœli { mouentis ſemper } atque uariantis hæc ſublunaria, ut exponit Auerroes, dicit enim & intendit illud quod declaratum eſt in phyſicis ſcilicet, quod omnia mota reducantur ad primum motorem qui eſt actus, in quo non eſt potentia omnino. & ſic patet quod licet actus perfectione ſit prior potentia, etiam tempore eſt prior: quoniam licet ens in potentia ſecundum idem numero ſit prius tempore in potentia quod in actu: tamen ens in actu in alijs ab eo quod eſt in potentia, eſt prius etiam tempore. hactenus de ordine perfectionis in his.

**At uero & magis proprie, nam ſempiterna priora ſubſtantia ſunt corruptibilibus. eſt autem nihil potentia ſempiternum.**

Cum declaraſſet Ariſtoteles actum priorem eſſe potentia perfectione argumento ſumpto a comparatione rerum corruptibilium ad res corruptibiles, nunc idem probat cõparando ſempiterna ad corruptibilia: & ſyllogizat ſic, Sempiterna perfectione ſunt priora entibus in potentia, quę ſunt corruptibilia: ſempiterna ſunt actus, & non potentia: igitur actus eſt prior perfectione entibus corruptibilibus, quæ ſunt in potentia. De ratione primo proponit iterum concluſionem, & dicit { At uero & magis proprie } ſubaudi probabitur actum perfectione eſſe priorem potentia: dico { magis proprie } quoniam euidentiori argumento, nam euidentius eſt actum ſempiternum præcedere ens in potentia corruptibile: quam actum corruptibilem præcedere ens in potentia corruptibile, ut omnibus patet. Deinde accepit maiorem, & dixit { nam ſempiterna priora ſunt ſubſtantia } atque perfectione { corruptibilibus } entibus quæ ſunt in potentia. Deinde tangit minorem & dicit { eſt autem nihil potentia ſempiternum } hoc eſt, ſed ſempiterna ſunt actus, & nullum eorum eſt potentia: igitur ſubaudi actus eſt perfectione prior corruptibilibus entibus in potentia.

**Ratio autem hæc eſt, omnis potentia ſimul contradictionis eſt. quod quidem enim eſt non poſſibile eſſe, non utiq; eſt ad aliquid.**

Duo accepit in ſyllogiſmo, quorum primum eſt, nullum ſempiternum eſt potentia, & fuit uis minoris. Secundum corruptibilia entia ſunt potentia: & ſic primo probat quod ſempiternum non ſit ens potentia: ſecunda ibi { poſſibile autem omne } probat corruptibilia eſſe entia potentia. & cum dixit, nullum ſempiternum eſſe ens potentia, intelligit nullum ſempiternum eſſe ens potentia paſſiua ad eſſe, & non eſſe: nam ſi ſempiternum nullum eſt ens potentia paſſiua ad eſſe & non eſſe, relinquitur omne ſempiternum eſſe ſemper ens actu: quæ fuit minor ſyllogiſmi. & cum dicit corruptibilia eſſe entia potentia etiam intelligit per potentiam, potentiam paſſiuam ad eſſe, & non eſſe: nam ſic habetur maioris altera pars. tunc dicit { Ratio autem hæc eſt } ad probandum ſubaudi quod nullum ſempiternum ſit ens potentia paſſiua ad eſſe, & non eſſe: nam { omnis potentia } ſubaudi paſſiua ad eſſe, & non eſſe { eſt contradictionis } ſcilicet formæ, & priuationis formæ, nullum ſubaudi ſempiternum eſt ens potentia contradictionis, probatur hæc, per hoc quod ſubdit, & inquit { quod quidem enim eſt non poſſibile eſſe, non utique eſt } ens potentia contradictionis { ad aliquid } unde ſyllogiſmus eſt, omnis potentia paſſiua ad eſſe, & non eſſe eſt contradictionis, hoc eſt formæ, & priuationis. nullum ſempiternum eſt ens potentia contradictionis, igitur nullum ſempiternum eſt potentia ens ad eſſe & non eſſe. Minor probatur, quoniam ſempiternum eſt non poſſibile eſſe, ſed neceſſe eſſe.

**Poſſibile autem omne contingit non actu eſſe: quod ergo eſt poſſibile eſſe, contingit & eſſe, & non eſſe. idem igitur eſt poſſibile & eſſe, & non eſſe. poſſibile uero, non eſſe, contingit non eſſe. contingens autem non eſſe, eſt corruptibile aut ſimpliciter, aut hoc ipſo quo dicitur contingere non eſſe, aut loco, aut quanto, aut quali. ſimpliciter autem quod ſecundum ſubſtantiam. nihil ergo incorruptibilium ſimpliciter potentia eſt ens ſimpliciter. aliquid autem nihil prohibet, ut aut quale, aut ubi. actu ergo omnia.**

Nunc probat ſecundum uidelicet quod corruptibile ſit ens potentia ad eſſe, & non eſſe: & ſyllogiſmus eſt, Contingens non eſſe eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe: corruptibile eſt contingens non eſſe: ergo corruptibile eſt ens potentia ad eſſe, & non eſſe. Maiorem probat quaſi a primo ad ultimum, & dicit { Poſſibile autem omne contingit non actu eſſe } ex hoc infert { ergo quod eſt poſſibile eſſe, contingit & eſſe & non eſſe } quoniam poſſibile conuertitur ad oppoſitam qualitatem: & ſic ſi aliquid eſt poſſibile non eſſe, ſequitur, ut ſit poſſibile non eſſe, & eſſe. tunc ultra infert { idem igitur eſt poſſibile & eſſe, & non eſſe } & ſic quicquid eſt poſſibile non eſſe, eſt poſſibile eſſe, & e conuerſo. Ex his uult habere quod omne poſſibile non eſſe, ſit ens potentia ad eſſe, & non eſſe, hæc autem ſit pro maiore pro ſyllogiſmi. tunc addit minorem, uidelicet ſed quod contingit nõ eſſe, eſt poſſibile nõ eſſe, igitur quod cõ-

tingit non esse, est possibile non esse & esse, & sic est ens potentia ad esse, & non esse. Vnde dicit { possibile uero non esse } est subaudi quod contingit non esse, est ergo minor, sed quod contingit non esse est possibile non esse: & uult habere hanc conclusionem uidelicet quod id quod contingit non esse, sit ens potentia sine possibile ad esse, & non esse. tunc sumpta hac pro maiore, subdit rursum minorem principalis syllogismi, & dicit { contingens autem non esse est corruptibile } hoc est, sed corruptibile est contingens non esse. & exponit quomodo corruptibile sit contingens non esse, & dicit dico corruptibile contingere non esse { aut simpliciter } si fuerit ens simpliciter, ut substantia { aut hoc ipso quo dicitur contingere non esse } hoc est aut secundum quid { ut aut loco, aut quanto, aut quali, simpliciter autem } dicitur contingere non esse { quod secundum substantiam } contingit non esse. est ergo syllogismus, totus contingens non esse, est ens potentia ad esse, & non esse. corruptibile est contingens non esse igitur corruptibile est ens potentia ad esse & non esse. Maior prosyllogizatur, hoc modo, possibile non esse est ens potentia ad esse & non esse: (quoniam conuertitur ad oppositam qualitatem) cõtingens non esse est possibile non esse, igitur contingens non esse est ens potentia ad esse, & non esse. Deinde ponit ambas conclusiones, & eius syllogismi, qui probat sempiternum non esse ens potentia ad esse, & non esse, & dicit { nullum ergo simpliciter incorruptibilium } idest sempiternorum { est ens potentia simpliciter } scilicet ad esse, & non esse. & eius qui probat corruptibile esse ens in potentia ad esse, & non esse: & dicit { aliquid autem } corruptibilium esse potentia ad esse & ad nõ esse simpliciter { nihil prohibet, ut aut } nihil prohibet ut sit potentia { quale, aut ubi } aut subaudi quantum. Tunc infert minorem primi, & principalis syllogismi, & dicit { actu ergo omnia } subaudi sempiterna sunt. Quare syllogismus reconficiatur in hunc modum, Sempiterna sunt perfectione priora entibus potentia ad esse & non esse, quæ sunt corruptibilia: sempiterna omnia sunt actu: igitur actus sunt perfectione priores entibus potentia, quæ sunt corruptibilia. hoc pacto textus Aristotelis resoluitur ad artem prioristicam. Quo uero ad uerba attinet, Auerroes conclusionem totam retulit ad sempiternã hoc pacto { nullum ergo incorruptibilium } hoc est sempiternorum { simpliciter: est ens simpliciter in potentia, aliquid autem } eorum { nihil prohibet esse } ens potentia { aut quale, aut ubi } quale quidem, quoniam luna est potentia ad lumen, & ad tenebram, ad ubi uero: quoniam in cœlestibus est potentia ad ubi. & cum Aristoteles dicit { actu ergo omnia } intelligit Auerroes omnes transmutationes, quæ sunt in cœlo esse actu semper secundum tota: & alias, atque alias secundum partes, ut de elementis dicitur: quæ secundum tota sempiterna sunt: secundum partes uero sunt corruptibiles, sic cœlestes transmutationes sunt actu semper secundum totas, tamen secundum partes deficiunt: & fiunt.

**Nec eorum quæ ex necessitate sunt, & quidem hæc sunt prima, nam si hæc non essent, nihil utique esset.**

Expositor refert hæc ad ea necessaria, quæ sunt in ipsis corruptibilibus, ut ad dignitates, & propositiones necessarias: & quasi dicat { Nec eorum quæ ex necessitate sunt } entia potentia ad esse & non esse sunt { at hæc sunt prima } quasi dicat, & intelligo per hæc, quæ ex necessitate sunt: ea, quæ sunt prima, ut dignitates, modo hæc non sunt potentia ad esse & non esse { nam } ut inquit { si hæc non essent, nihil } eorum, quæ ex ipsis sequitur { esset } & potest referri ad corpora cœlestia, quæ sunt prima corpora: & tunc lege { nec eorum quæ ex necessitate sunt } subaudi sunt potentia entia { & quidem hæc sunt prima } & intelligo per hæc necessaria: prima corpora. Quod autem hæc non sit entia potentia: probat { nam } ut inquit { si hæc } prima corpora { non essent, nihil } eorum quæ sunt hic { esset } Auerroes autem refert ad ea quæ sunt in cœlo: & legit sic { nec } ea quæ sunt in cœlo omnia { ex necessitate sunt } sed oportet in illis esse mutationem, alioquin hic nihil esset mutabile.

**Neque utique motus, siquis est sempiternus: & siquid motum sempiternum est, non est secundum potentiam motum, nisi unde, quo, huius autem materiam nihil prohibet existere.**

Secundo idem concludit de motu cœli, & dicit { Neque utique motus } est potentia ad esse & non esse { siquis est } motus { sempiternus } ut cœlestis { & siquid motum sempiternum est } ut cœlum, tale { non est secundum potentiam } contradictionis { ad motum: nisi unde, quo } per nostram designationem, quatenus incipit stella moueri ab ortu, & transit per meridiem { huius autem materiam } per quam cœlum sit in potentia unde, quo { nihil prohibet existere } in cœlestibus. & sic Auer. asserit in cœlestibus esse eam materiam, quæ est ad ubi: sed materiam, quæ est ad esse, & non esse, negant. Cum quo tamen stat in cœlestibus esse materiam ad esse secundum dimidium contingentis, quoniam corpus cœleste recipit intelligentiam, ut sui formam, a qua semper esse habet: ut alibi diximus.

**Quapropter semper agit sol, & stellæ, & totum cœlum, & non est timendum ut quandoq; stent: quod pertimescunt, qui de natura. Neq; laborant id agentia: non enim inest potentia contradictionis ipsis, ut corruptibilibus motus, ut laboriosa sit continuatio motus. nam substantia materia, & potentia non est actu causa huius.**

Ex dictis infert tria, primum, quod sol & stellæ, & totum cœlum motibus & luminibus semper agunt alterando hæc sublunaria: & dicit { Quapropter semper agit sol, & stellæ, & totum cœlum } mota & lumine hæc sublunaria alterando. Patet ex dictis, quoniam conclusum est, hæc semper moueri. Secundo infert non esse timendum cœlestia quiescere aliquando, & dicit { & non est timendum, ut } sol, stellæ, & cœlum { quandoque stent } ita ut tandem cessent moueri { quod pertimescunt qui de natura } loquuntur, ut Empedocles, & Anaximander, & Anaximenes, qui asserunt lite & amicitia mundum generari & corrumpi. Nos autem dicimus non esse timendum cœlum quiescere, supposita æternitate motus, quo sol, & stellæ feruntur. simpliciter autem dicendum cœlum aliquando quiescere secundum ordinationem diuinæ uoluntatis. Tertio infert, quod sol & stellæ agentes hoc idest hanc alterationem per motum & lumen, in his, non laborant: & dicit, neque laborant sol, & stellæ { hoc } adest hanc alterationem mediante motu & lumine { agentes } cuius causam assignat, & dicit { non enim motus inest ipsis } stellis { per potentiam contradictionis, ut } inest ipsis { corruptibilibus } ita { ut } ipsis stellis { sit motus continuatio } & perpetuitas { laboriosa: nam substantia } quæ est { materia & potentia non est actu causa huius } motus. Sed materia unde, quo. unde argumentum est per causam remotam negatiue hoc pacto, In cœlestibus non est materia contradictionis ad esse, & non esse: igitur non est labor, quoniam labor inesse non potest, nisi his, quæ talem habent materiam, ut octauo physicorum patuit.

Imitantur



TEX. 18. **Imitantur autem incorruptibilia, & quæ in transmutatione sunt terra & ignis. Etenim hæc semper agunt, nam per se, & in seipsis motum habent. Potentiæ uero aliæ, de quibus definitum est, omnes contradictionis sunt. nam possibile sic mouere potest, & non sic, quæcunque secundum rationem est, irrationabiles uero, per aliud esse, & non esse contradictionis essent eædem.**

Cum dixisset de corporibus cœlestibus, uidelicet quod semper agant, ponit nunc ea ex his corruptibilibus, quæ imitantur in semper agendo: & quæ non imitantur, & uult quod elementa imitentur corpora cœlestia in semper agendo: & dicit { Imitantur autem incorruptibilia, & quæ in transmutatione sunt, ut terra & ignis } & cætera elementa. & assignat causam, & dicit { etenim hæc semper agũt } ut illa { nam per se, & in seipsis motum habent } ignis enim semper calefacit, & aer semper humectat, quoniam habent per se, & in seipsis motum, hoc formas & qualitates, quæ sunt principia per se motus. deinde ponit ea: quæ non imitantur corpora cœlestia, & dicit { potentiæ uero aliæ, de quibus definitum est } non imitantur cœlestia corpora in semper agendo: non enim semper agunt, quoniam { omnes } potentiæ { contradictionis sunt } aliter tamen & aliter { nam } potentia { quæcunque est secundum rationem, sic mouere potest } ipsum moueri possibile { & non sic } nam potentia rationalis mouet sic pro syllogismo consiliatiuo, & non sic contra syllogismum consiliatiuum pro appetitu sensitiuo: ut supra dictum est { irrationales uero: erant eædem } potentiæ { contradictionis per aliud esse, & non esse } hoc est per hoc quod non possunt esse, & non esse, ut animal est potentia contradictionis ad uidendum pro quanto potest habere & amittere uisum. ergo differentia est inter rationales, & irrationales, quoniam rationales sunt potentiæ cntradictionis, quoniam ipsæ permanentes nõ sem per operantur uno modo: irrationales uero sunt potentiæ contradictionis, non quia ipsæ permanentes possunt sic, & aliter operari: sed quia possunt esse & non esse, & sic operari dum sunt, & non operari dum non sunt.

**Si igitur sunt aliquæ naturę tales, aut substantiæ, quales dicunt, qui in rationibus, ideas: multo magis sciens utique erit aliquid quam ipsa scientia, & motum quam motus. Hæc enim actus magis, illæ autem potentiæ. horum sunt. Quod igitur actus prior sit potentia, & omni principio mutabili, palam.**

Ex ijs concludit contra Platonem, quod si daretur idea scientiæ, quæ est ipsa scientia per modum habitus, & idea motus, quæ est ipse motus per modum habitus, aliquid esset magis in actu sciens, uel motum: quam sit illa idea scientiæ, uel illa idea motus, & dicit { Si igitur sunt aliquæ naturæ tales, aut substantiæ, quales dicunt } illi qui ponunt { ideas in rationibus } hoc est in doctrinis { multo magis sciens } id est in actu scientiæ { utique erit aliquid } ut homo actu speculans { quam ipsa scientia } quæ est idea per modum habitus { & } multo magis aliqd erit { motum } ut animal quod actu mouetur { quam motus } hoc est ẽ idea motus, quæ est per modum habitus. & assignat causam, & dicit { hæc enim } scilicet homo actu sciens, & animal quod actu monetur { sunt actus magis, illæ autem } scilicet scientia ipsa, & motus ipsæ, quæ sumuntur per modum habitus { sunt potentiæ horum } scilicet motionis, & speculationis, igitur aliquid erit in actu scientiæ magis quam sit ipsa idea scientiæ: & in actu motum magis quã ipsa idea motus: quod Plato, ut arbitror, non concederet.

TEX. 19. **Quod autem & melior, & honorabilior studiosa potentia actus sit, ex his est palam. quæcunque enim secundum posse dicuntur, idem est potens cõtraria, ut quod dicitur posse & conualescere, idem est & languens, & simul. Eadem enim potentia est conualescendi, & laborandi, & quiescendi, & mouendi: & ædificandi, & destruendi, & ædificari, & corrui. Posse igitur contraria simul existit. Contraria uero est impossibile simul existere: ut sanum esse, & laborare. Quare necesse est alterum esse bonum, posse uero similiter utrunque. aut neutrum, aut ergo actus melior est,**

Nunc comparat actum ad potentiam secũdum bonum, & malum, & intendit hanc conclusionem, in bonis actibus, atq; bonis potentijs, actus est melior potentia: ut melius est esse actu sanum, quam posse esse sanum, & melius est esse iustum quam posse esse iustum. primo ergo proponit conclusionem & dicit { quod autem & melior, & honorabilior studiosa potentia actus sit, ex his palam } hoc est quod in bonis actibus, & bonis potentijs actus sit melior potentia: eius dicendis patebit pro declaratione, sumit primo, quod ipsum posse sit contrariorum, & dicit eorum { enim quæcunque secundum posse dicuntur, idem est posse contraria ut quod dicitur & posse conualescere, idem est & languens & simul } probat inductione, & dicit { eadem enim potentia est conualescendi, & laborandi, & quiescendi, & mouendi, & ædificandi & destruendi } ædificium { & } eadem est potentia qua domus potest { ædificari & corrui } tunc concludit suppositionem, & dicit { posse igitur contraria simul est } est ergo suppositio, quod id quod est iustum, etiam est potentia iniustum. & uniuersaliter omne quod est actu bonum, est potentia malum. accipit aliam suppositionem, & dicit { contraria uero } id est contrarij actus { non possunt simul existere { ita, ut sit boni, & possint esse mali: actus enim qui bonus est, ipse non potest esse malus, sed est bonus tantum { ut sanum esse, & laborare } sanum enim esse actus bonus est, & non potest esse malus. tunc concludit { quare necesse est alterum esse bonum } hoc pacto, ut cum est bonus non potest esse malus { posse uero similiter utrunque } quoniam est bonum, & potest esse malum. Ex ijs duabus suppositionibus infert propositum dicens, actus { ergo } qui bonus est { aut erit neutrum } & hoc impossibile est { aut erit melior } potentia: quæ est bona. unde syllogismus est, quod est tantum bonum, melius est eo quod est bonum, & potest esse malum: actus est tantum bonus, & potentia quæ est bona, potest esse mala: igitur actus bonus est melior potẽtia, q̃ est bona.

**Necesse est autem & in malis finem & actum esse deteriorem potentia, quod enim potest, idem ambo contraria est.**

Secundo probat quod econuerso uidelicet in malis, actus malus est deterior potentia, quæ est mala: & hoc proponit, & dicit { necesse est autẽ, & in malis finem & actum } malum { esse deteriorem potentia } mala. probat & dicit { quod enim potest, idem ambo contraria est } & sic potentia quæ est mala, potest esse bona: & actus, qui est malus, non potest esse bonus, sed est tantum malus, quare deterior est ipsa potentia.

Palam ergo, quoniam non est aliquod ma-

lum præter res, posterius enim natura malum, quam potentia est.

Ex ijs concludit contra eos, qui dixerunt esse ipsum malum præter res, quasi idea sit malorum separata: cõtra hos dicit { palam ergo quoniam, non est aliquod malum præter res } id est præter actum & potentia, quæ sunt omnes res, omnis enim res est aut actus aut potẽtia, modo dictum malum esse, aut actum, aut potentiam, quare non est malum præter has res: quæ sunt actus & potentia: probat hoc & dicit { posterius enim natura malum } i. malus actus { quam potentia est } quoniam malus actus supponit ens in potentia ad ipsum, antequam sit: & per consequens omne malum est aut potentia: quæ supponitur actui: aut actus, qui illam supponit, & sic non est malum præter has res.

Non ergo in eis, etiam sempiternis, quæ a principio sunt, quicquam aut malum, aut peccatum, aut corruptum est, etenim corruptio malorum est.

Secundo concludit contra Platonem, qui posuit quædam sempiterna mala, ut Cacodæmones, contra obijcit Aristoteles & dicit { non ergo in eis etiam sempiternis, quæ a principio } hoc est ab æterno { sunt: quicquam, aut malum, aut peccatum, aut corruptum } atq; labesactum est, ut Platonici ponunt, quoniam in sempiternis, non est potentia, quæ supponitur malo, & quia aliquis posset dicere esse in illis corruptionem, & non malum, ut in rebus naturalibus cernitur, dixit { etenim corruptio malorum est } & sic non potest in illis esse corruptio quin sit malum. & dicit Expositor, & quidem recte, quod in sempiternis non sunt hæc simpliciter, secundum quid possunt esse: ut in luna tenebræ. Ex his colligit Auerroes in stellis non esse mala, quæ Astronomi dicunt, ut beneficentia, maleficentiam, odium, amicitiam, & id genus, & quidem bene dicit, quod in stellis hæc simpliciter non sint, sed bene secundum quid, & causaliter.

TEX. 20. Inueniuntur autem diagrammata actu, nam diuidentes inueniunt, si uero essent diuisa, manifesta utique essent, nunc autem sunt potentia.

Auerroes uult quod Aristoteles per hæc uel habere q̃ actus sit nobilior potentia: cum esse sit nobilius non esse, & scientia sit nobilior ignorantia. Melius autem uidetur esse dicendum cum expositoribus, quod Aristoteles uelit comparare actum, & potentiam ad ipsum intelligere, & cognoscere, & ponit hanc conclusionem, quod ea quæ cognoscuntur, sunt entia actu: & declarando hanc conclusionem, declarat eam in mathematicis figuris, & per hoc uult eam esse declaratam in omnibus, & dicit { inueniũtur autem } hoc est sciuntur & intelliguntur { digrãmata } hoc est descriptiones figurarum geometricarũ { actu } hoc est cum accipiuntur actu: probat hanc, & dicit { nam } geometrę { diuidentes } hoc cum actu illas diuidunt, eas esse tales { inueniunt } hoc est cognoscunt { si uero essent diuisa } non oporteret ea diuidere ut cognoscerẽtur: sed { essent manifesta utique. nunc autem } cũ sunt uidelicet ignota { sunt potentia } diuisa, & nõ actu. quare quæ cognoscuntur sunt entia actu: quæ uerò sunt ignota: sunt entia potentia.

Propter quid duo recti triangulus: quia qui sunt circa unum punctum anguli, sunt æquales duobus rectis: si ergo educeretur qui est iuxta costam, uidenti utique statim esset palam.

Exponit quod dixerat per duo exempla, quorum primum dicit { propter quid duo recti triãgulus } hoc est propter quid triãgulus habet tres angulos æquales duobus rectis. hoc quæsitum tam diu est ignotum, quam diu lineæ, & figuræ actu diuiduntur: resp ondet, & dicit { quia anguli qui sunt circa unum punctum: sunt æquales duobus rectis } uerum hæc causa est ignota donec actu lineæ trahantur, &




propterea dicit { si ergo educeretur } atque protenderetur angulus exterior { qui est iuxta costam } quæ est latus trianguli { uidenti } talem deductionem { statim esset palam } quod triangulus habeat tres angulos æquales duobus rectis.

Propter quid in semicirculo rectus est uniuersaliter? quia si æqualestres, & quæ bases duæ: & quæ ex medio, semper stans recta: ei uidenti qui illud sciuit, palam. Quare palam, quia potentia entia ad actum reducta, inueniuntur. causa uero, quia intellectio actus est, quia & ex actu potentia, & propter hoc facientes cognoscunt. Posterius enim generatione, qui secundum numerum actus.




Hic ponit secundum exemplum, & dicit { Propter quid in semicirculo } angulus descriptus { est uniuersaliter } & simpliciter { rectus } assignat causam, & dicit { quia si equales } sunt { tres & bases sũt duæ } linea { quæ ex medio semper stans est recta: ei uidenti qui } totum illud descriptum { sciuit } & uidit { palam est quod talis angulus in semicirculo descriptus est simpliciter rectus. Ex ijs concludit propositum, & dicit { quare palam, quia entia potentia, cum ad actum reducuntur, inueniuntur } hoc est cognoscuntur. & reddit causam, & dicit { causa autem est, quia intellectio } hoc est intellectus ipse { est actus } & sic obiectum actu debet esse, si debet ipsi proportionari. tunc epilogando rationem, & conclusionem dicit { quia & ex actu potentia } hoc est, quoniam potentia reducitur ad actum ex actu ente, ut ab ipso intellectu, qui est actu { & propter hoc, facientes } hanc reductionem ad actum, cognoscunt { nam actus qui est secundum numerũ } idem cum eo, quod fuitin potentia { posterior generatione est } quare non possunt cognosci, nisi quæ acta sunt, quæ uero potentia tandiu ignota sunt, q̃diu ad actum reducuntur.

Quoniam autem ens dicitur & non ens, hoc TEX. 21. quidem secundum figuras prædicamentorum, illud



illud uero secundum potentiam aut actum istorum: aut contraria. hoc maxime proprie est, aut uerum, aut falsum.

Nunc comparat actum & potentiam penes uerum, & falsum, & uult quod uerum, & falsum sint proprie circa ea, quæ sunt magis actu, quam circa ea: quæ sunt potentia: & dicit { quoniam autem ens dicitur } hoc est diuiditur & non ens, hoc quidem } id est uno modo { secundum figuras prædicamentorum } quæ sunt substantia, quantitas, qualitas, & cætera { illud uero } hoc est alio modo secundũ potentiam, aut actum istorum decem prædicamentorum: aut diuiditur secundum quod actus, & potentia sunt priuatiue oppositа, aut secundum quod sunt { contraria } quorum alterum dicitur actus, quia perfectius, alterum potentia, quia imperfectius { hoc } scilicet quod dicitur actu esse { maxime proprie est aut uerum aut falsum } quo uero ad uerba attinet, ens diuiditur in decẽ prædicamenta, quoniam omne quod est, aut substantia est, aut quantum, aut quale, aut id genus, & non ens, quod quidem non actu est, & potest esse, aut substantia est, ut Antichristus, aut quantum est, ut corpus, quod nondum est, & potest esse, aut quale, quod similiter nondum est, & potest esse: & sic de cæteris. hæc est una diuisio entis. alia est, quod entium, aut actu est, ut Socrates, qui potest non esse, & actu est, aut potentia est ut Antichristus, qui non est, & potest esse. istæ duæ diuisiones sunt entis, & non est altera alterius subdiuisio, sed quælibet adæquate diuidit ens. similiter non entis aliud actu est nota ens, ut Plato, qui fuit, & actu nunc non est, aut potentia, ut Socrates, qui actu est, & potest non esse. cum ergo diuiditur ens uel non ens potest esse per actum, & potentiam: ut opponuntur priuatiue, aut ut opponuntur contrarie: modo quo calidum, & frigidum opponuntur contrariæ, nam calidum quia perfectius, est actus. frigidum uero, quia imperfectius: est potentia: sed utcunque diuisio sit, maxime proprie quod actu est, uerum aut falsum est, quod autem potentia est, non proprie uerum, aut falsum est, sed contingit uerũ, aut falsum esse sicut contingit esse. hæc est conclusio.

Hoc autem in rebus est componi aut diuidi, ut uerus sit, qui diuisum putat diuidi, & compositum componi. Mentitur autem econtrario se habens, aut quando res ipsæ sunt, aut non sunt: propter quas uerus dicitur, aut falsus. hoc enim considerandum est quid nam dicimus? nõ enim quia nos existimauimus te uere album esse, tu es albus, sed quia tu es albus, nos hoc dicentes, uerum dicimus.

Cum accepisset id quod actu est, proprie esse uerum aut falsum: nunc declarat hoc per definitionem ueri & falsi: est enim uerum enunciatio dicens ita esse sicut est, uel ita non esse, sicut non est, falsum contra, ergo proprie uerum uel falsum est id quod est, uel non est, & dicit { hoc autem } scilicet uerum uel falsum { in rebus est componi aut diuidi, ut uerus sit } intellectus, qui diuisum in re putat diuidi ut hominem non esse equum { & compositum } in re { componi } ut hominem esse animal { mentitur autem } & falsus est { econtrario se habens } intellectus ipse, ad res { aut quando res ipsæ sunt, aut non sunt, propter quas } intellectus { dicitur uerus aut falsus } ut cum putat hominem esse equum, cum non sit equus, & hominem non esse animal, cum sit animal. unde & propositionem ueram definiunt quod sit illa, quæ significat ita esse sicut est, qualis est affirmatiua, aut non esse, sicut non est, qualis est negatiua, falsa autem quæ uel significat ita esse sicut non est, ut affirmatiua, uel ita non esse, sicut est, ut negatiua, utrum uero complex significabile, quod propositio significat, sit idem quod propositionis subiectum: in Iudicris disputauimus. nunc uero Aristoteles sumit unde propositio dicatur uera uel falsa: & intellectus, qui componit, & diuidit cur uerus, uel falsus dicatur, & dicit { hoc enim perscrutandum quid nam dicimus } uerum uel falsum: nam hoc sufficit ad ostendendum propositum, & dicit { non enim quia nos existimamus te uere album esse, tu es albus, sed quia tu es albus, nos hoc dicentes uerum dicimus }. per quæ patet nihil dici uerum aut falsum, nisi actu sit ita in re, uel actu non ita: & per consequens bene dictum est, id quod actu est, proprie esse uerum, uel falsum.

Si igitur hæc quidem semper componuntur, & non possunt diuidi, hæc uero semper diuiduntur, & non possunt componi: hæc autem contingunt contraria: esse quidem est componi & unum esse, non esse autem est non componi, sed plura esse.

Ex dictis corollarie infert quid sit esse, a quo dicitur oratio uel opinio affirmatiua uera uel falsa: & quid dicitur non esse: a quo dicitur oratio negatiua uera, uel falsa: & dicit { si igitur hæc quidem semper componuntur, & non possunt diuidi } ut hominem esse animal { hæc uero semper diuiduntur, & non possunt componi } ut homo, & equus { hæc autem contingunt esse contraria } ut homo & album: tunc terminando suspensionem infert, quid sit esse, quo dicitur affirmatiua oratio uera, & quid non esse, quo dicitur oratio negatiua uera, & dicit { esse quidem } quo oratio affirmatiua uel opinio dicitur uera { est componi } ea quæ semper componuntur { & unum esse, non esse autem } quo dicitur oratio negatiua uera { est non componi, sed plura esse } quæ plura sunt. sed circa hæc occurres, quoniam in prioribus triplex esse distinxit, dixit enim omnem propositionem significare aut inesse, aut necessario inesse, aut contingere inesse, hæc autem duo dicit tantum, asserit enim ex parte rerum res esse aut quæ semper componuntur, & nunquam possunt diuidi, aut quæ semper diuiduntur, & non possunt componi, & hæc faciunt propositiones necessarias: amplius ait alias res esse, quæ contrariæ contingunt, & hæc faciunt propositiones contingentes, & ita omittit propositiones de inesse, dicendum propositionem de inesse non differre a contingenti, nisi quia contingens negatiua est propositio de inesse affirmatiua, quoniam si homo currit, contingit hominem non currere, & propositio contingens affirmatiua est propositio de inesse negatiua, quoniam si homo non currit, contingit hominem currere: & propterea non enumerauit esse, quod facit propositiones de inesse, quoniam intelligitur in contingentibus.

Circa contingentia igitur eadem fit falsa & uera opinio, & oratio eadem: & contingit quandoque ueram esse, & quandoque esse falsam. TEX. 22.

Circa impossibilia uero aliter se habere non fit aliquando uera, aliquando falsa: sed semper altera uera, & altera falsa est.

Ex primo corollario infert secundum, quod uidelicet aliqua oratio sit immutabilis circa ueritatem atque falsitatem: aliqua mutabilis. & dicit { circa contingentia igi-

tur eadem opinio, & eadem oratio sit falsa & uera } nam { & contingit quandoque ueram esse } cum ita est sicut dicit { & quandoque esse falsam } cum non ita est sicut dicit, & intelligit pro contingentia, ea circa quæ sunt propositiones de inesse, ut Socrates sedet, est uera, eo sedente: eadem autem falsa eo surgente: causa autem, quoniam propositio de inesse, & propositio de contingenti inesse circa eadem sunt, modo tamen opposito, ut dictum est, deinde exponit quales sint propositiones in his, quæ nõ possunt aliter esse, & dicit { circa impossibilia uero aliter se habere, non sit } eadem oratio, aut opinio { aliquando uera, aliquando falsa, sed semper altera uera } quæ significat ita esse sicut est { altera falsa est } quæ significat uel ita esse, sicut non est, uel ita non esse sicut est.

Circa incompossita uero quid est esse, aut non esse, & uerum & falsum. Non enim est compositum, ut sit quidem quandocunq; compositum, aut non sint quandocunque diuisum fuerit: ut album lignum, aut incommensurabilem diametrum. Erit ne uerum & falsum similiter adhuc & in illis? an sic nec uerum in his idem est, sicut nec esse.

Cum declarasset, quomodo oratio sit uera, uel falsa in rebus compositis ex materia: hic declarat quomodo opinio, siue oratio sit uera uel falsa in simplicibus, quæ sunt sine materia, ut sunt substantiæ separatæ, uidelicet Deus, & intelligentiæ: & ponit talem conclusionem, non eodem modo est uerum, & falsum in simplicibus, sicut in compositis, & primo probat conclusionem ex eo, quoniam simplicia non sunt composita, uel diuisa sicut illa: & dicit { circa incompossita uero } quales sunt substantiæ immateriales { quid est esse, aut non esse uerum & falsum } hoc est oratio uera uel falsa significat, non enim oratio uera uel falsa est in rebus immaterialibus propter compositionem rei cum re, uel diuisionem rei a re, & assignat causam, & dicit { non enim } subiectum { est compositum, ut sit } subaudi oratio affirmatiua uera { quandocunque est compositum } cum eo cum quo componitur { aut non sit } oratio affirmatiua uera { quandocunque diuisum fuerit } ab eo cum quo componitur. dico compositum { ut album lignum } & non compositum { ut incommensurabilem diametrum } sic igitur non eodem modo uerum & falsum sunt in illis: sicut in compositis, quoniam simplicia non sunt composita sicut illa. sed tunc mouet dubium, & dicit { erit ne uerum & falsum similiter adhuc & in illis } simplicibus sicut in compositis. respondet { an sic nec uerum in his } simplicibus { idem est, sicut nec esse } est idem in his, & in illis. Nam esse in his est cum additione, in illis autem est cum simplicitate. Ex ijs sequitur quod complexum significabile in propositionibus, quæ fiunt de subiectis separatis, est idem quod subiectum illarum, ut illius Deus est substantia, est idem quod Deus, nam Deus existens substantia, idem est quod Deus. in propositionibus uero quæ sunt de rebus materialibus complexum significabile non est idem simpliciter quod subiectum, ut illius lignum est album, non enim lignum existens album, est simpliciter idem cum ligno: cum album addat ligno qualitatem. sed occurres, quoniam istius propositionis homo est homo, & homo est animal, complexum significabile est idem quod subiectum, quoniam idem simpliciter est homo existens homo, quod homo: & homo existens animal, quod homo: & tamen homo est res composita ex materia, præterea Deus est iustus, est propositio, cuius complexum significabile est Deus existens iustus, modo nõ uideturidem Deus existens iustus, quod Deus, cum sit aliqua distinctio. sed hæc spectant ad ludicra: propterea recurre ad ea.

de complexo significabili.

Sed est hoc quidem uerum, illud autem falsum, attingere quidem, & dicere uerum. non enim idem affirmatio & dictio est. Ignorare autem non attingere. Decipi enim circa quod quid est, non est, nisi per accidens: similiter autem & circa compositas substantias. non enim est decipi.

Cum declarasset, quod non eodem modo uerum & falsum sunt in simplicibus, & compositis: nunc declarat, quomodo uerum & falsum sint in ipsis simplicibus, & dicit quod uerum in illis sit ita attingere quid est esse, sicut dicit, & inquit { sed est hoc quidem uerum illud autem falsum } in simplicibus { attingere quidem } esse illorum { & dicere uerum } hoc est, uerum in illis est, ita ea attingere, sicut dicit, non propositio uera, in illis est, quia ita est, sicut significat, sed quia ita intellectus ea attingit, sicut oratio significat. & quia aliquis posset credere idem esse dictionem, & affirmationem, dicit { non enim idem affirmatio, & dictio est } quoniam affirmatio est species dictionis, cum dictio sit genus ad affirmationem, & negationem, & cum declarasset quid sit uerum, declarat, quid sit ignorare, & dicit, ignorare autem, est ea { non attingere } ergo propositio dicens uerum, est cum intellectus attingit illa, cum non attingit, est ignorare, sed dices quid est dicere falsum: uidetur enim quod si dicere uerum sit attingere ea, dicere falsum sit non attingere ea: respondet in eis non esse falsum, & decipi, nisi per accidens, & dicit { decipi enim circa quod quid est non est, nisi per accidens } quatenus attribuuntur quædam illis, quæ non sunt in eis, ut quod sint ignis, uel aqua, quæ non insunt eis. deinde amplificat quod dixerat, non solum in substantijs simplicibus, sed compositis, & dicit { similiter autem & circa compositas substantias } non est decipi circa quod quid est { non enim est decipi } circa quod quid est, ut septimo huius patuit. ex ijs patet in substantijs immaterialibus non esse nisi uerum: & loco falsi est ignorare, similiter circa quiditates rerum materialium, non est nisi uerum, uel ignorare, falsum autem est in illis per accidens. At in materialibus substantijs est uerum, & falsum, & ignorare. causa autem quare in substantijs separatis atque in quiditatibus non sunt falsæ propositiones, est, quoniam tales faceret propositiones de illis oporteret illas partim cognoscere partim ignorare, quod enim de aliquo falso quicquam enunciat, partim ignorat, partim scit. At quod partim scitur, partim ignoratur: compositum est, & non simplex: & cum substantiæ separatæ, quiditatesque ipsæ summe simplices sint, omnino ignorantur, aut sciuntur, & sic de illis non possunt esse nisi propositiones ueræ, loco propositionum falsarum est ignorantia. Sed adhuc occurres, quoniam uerum significat compositionem, at in Deo nulla est compositio, dicunt quidam in Deo esse simultatem quorundam, propter identitatem, & sic uerum dicit ibi simultatem prædicati cum subiecto, non autem compositionem. uerum superius dictum est, significatum propositionum in Deo non esse nisi subiectum existens hoc uel illud: non per compositionem huius cum subiecto, sed per identitatem.

Et omnes sunt actu, non potentia: generarentur



enim utiq;, & corrumperentur. nunc autem ens ipsum non generatur nec corrumpitur. Ex aliquo enim generaretur.

Supposuit simplices substantias actu esse, de quibus propositiones uere fiunt, nunc declarat hanc suppositionem, & dicit { & omnes sunt actu, non potentia } scilicet substantiæ simplices, & probat, & dicit { generarentur enim utique, & corrumperentur } omne enim quod est potentia transit aliquando de potentia ad actum: destruit consequens, & dicit { nunc autem ens ipsum } scilicet separatum, quod est tantum ipsum { non generatur, nec corrumpitur. Ex aliquo enim generaretur } & sic non esset ens ipsum, scilicet purum, & simplex, sed compositum, & materiale. patet ergo suppositio, quod simplices substantiæ actu sint.

Quæcunque igitur sunt quod quid esse, & actus: circa hæc non est decipi, sed aut intelligere, aut non: sed quod quid est quæritur de ipsis, si talia sunt, aut non. & esse ut uerum, & non esse ut falsum, uno quidem modo est si componitur, uerum, si autem non componitur. Hoc idem est falsum: alio modo siquidem ens sic est. si uero non ita, non est, & uerum est intellígere ipsa, falsum uero non est, nec deceptio, sed ignorantia.

Recolligit omnia declarata de simplicibus substantijs & compositis, & dicit { quæcunque igitur sunt quid est, & actus, circa hæc non est decipi } nec falsum { sed aut intelligere, aut non } si enim ibi esset decipi, & falsum: secundum partem scirentur, secundum partem ignorarentur, & sic essent compositæ { sed si talia } aut { sunt, aut non sunt } ut bonæ uel non bonæ substantiæ, uel non substantiæ { quod quid est quæritur de ipsis } bonum enim in Deo est idem quod Dei quiditas, & esse: & sic quicquid uere de Deo dicitur, est quid est Deus { & esse } in quod { est ut uerum, & non esse quod, est ut falsum } est duobus modis { uno quidem modo est uerum, si componitur } aliquid cum aliquo { & si non componitur } sed diuiditur { est falsum } & hoc pacto in substantijs materialibus est uerum & falsum, uerum quidem per compositionem, falsum per diuisionem { alio modo siquidem ens sic est } non per compositionem, sed per identitatem { si uero non est sic } per identitatem { non est uerum } & hoc pacto, & uerum & non uerum sunt in simplicibus quiditatibus. sed quæres utrum in illis sit falsum, quasi recapitulando solutionem superius datam, dicit { & uerum } est in illis, cum nihil aliud sit quam { intelligere ipsa. falsum uero non est, nec deceptio } quoniam tunc partim scirentur, partim ignorarentur, & sic essent cõposita { sed } est { ignorantia } ibi est, & sic Aristoteles concedit uerum & non uerum esse in illis, falsum, & deceptionem non: qui enim decipitur, & falso concipit aliquid, partim scit, & partim ignorat, & sic componeretur. Ait tamen illud non uerum esse propter ignorantiam, quæ est omnino illa non intelligere.

Non qualis cæcitas. Cæcitas enim esset, ut si utique intellectiuam uini non haberet aliquis.

Quia dixit nos ignorare substantias separatas, declarat, qualis sit illa ignorantia, & uult quod non sit qualis cæcitas, per quam cæcus nec de præsenti, nec de futuro colores percipit, si enim esset ignorantia hoc pacto cæcitas, tunc cæcitas esset utique, ut si quis non haberet uini intellectiuam. nam cæcus est, qui non habet uim uisuam: quare si ignorantia esset sicut cæcitas, homo non haberet uim intellectiuam, & ita nec in præsenti, nec in futuro homo intelligeret illas. unde Auerroes & innuit per hoc, quod non intelligere res separatas per intellectum humanum, est in intellectu nostro in primo, ante uidelicet adeptionem intellectus speculatiui, simile cæcitati in oculo, antequam perficiatur intellectus per scientias speculatiuas. Hoc enim solummodo reperitur in hac uirtute, in suo primo esse, & non in suo esse ultimo, & hoc iam declarauimus in alio loco, ut tertio de anima, & declarauimus, quod fortunatus maxima hoc est beatitudo, quæ est inspicere intellectum separatum, est per potentiam, quæ fit in intellectu speculatiuo, apud suam ultimam perfectionem, hæc enim potentia quæ fit in intellectu speculatiuo, est similis potentiæ quæ fuit in uisu apud aspectum colorum: hoc est per quam homo intelligit substantias illas intellectione intuitiua, non in quodam simili, sed in se, ut oculus per potentiam uisuam intuitiue uidet colores in se. non quod sit hæc beatitudo de modo potentiarum cogitatiuarum hoc est discursiuarum, scilicet per syllogismum, uel enthymema, uel id tale: quæ acquiritur per cognitionem hoc est per ratiocinationem, quoniam non est sicut existimauit Auempace quod hæc acquiratur per cognitionem hoc per ratiocinationem, & discursum. sed est beatitudo cognitio Dei, qua Deus cognoscitur in se per essentiam propriam: quomodo Deus seipsum cognoscit, ex his patet ut recte diuus Thomas inquit, quod secundum sententiam Aristotelis humanus intellectus potest pertingere ad intelligendum substantias simplices, quod reliquisse sub dubio uidetur, tertio de anima.

Que Auer. Com. ulti.

textu com. 36.

Palam etiam & quia de immobilibus non est deceptio secundum quando: si quis immobilia putauerit, ut triangulum. nisi opinabitur permutari quandoque duos rectos habendo, quandoque non. permutaretur enim utique. Sed aliquid quidem, aliquid uero non, ueluti parem numerum primum esse nullum, aut aliquos quidem esse, aliquos autem non esse.

Vltimo quomodo de immobilibus non sit deceptio, & falsum secundum tempus, & intelligit per immobilia ea quæ non possunt aliter esse, siue sint propositiones, quæ habentur de materialibus, siue quæ habentur de immaterialibus { Palam etiam & quia de immobilibus non est deceptio secundum quando } ita ut sit propositio uera uno tempore, alio autem falsa: ut sunt propositiones de inesse, quæ mutantur de ueris in falsas. dico propositiones de immobilibus non mutari { si quis immobilia putauerit, ut triangulum } subaudi habere tres angulos æquales duobus rectis. Hoc autem est impossibile { nisi opinabitur quispiam } triangulum { permutari habendo quandoque duos rectos, quandoque non } habendo, quod est impossibile. quare propositiones de immobilibus ueræ semper sunt uerę, & immutabiliter necessariæ: & falsæ semper falsæ, & immutabiliter impossibiles. Sed occurres utrum possit esse aliqua uariatio in talibus: respondet, ubi animaduersione dignum in talibus subiectis in ordine ad passiones inuariabiles fieri

propositiones, in ordinem ad species posse esse uariationem. Animal enim in ordine ad sensitiuum inuariabiliter se habet, in ordine ad rationale, & in rationale uariabiliter: quatenus quoddam animal est rationale, quoddam uero non est rationale, non quod fiat mutatio propositionis de uera in falsam, sed quia subiectum videlicet animal contrahitur ad diuersa: & dicit { sed aliquid quidem est aliquid uero non } hoc est sed potest esse uariatio secundum aliquam speciem, quatenus subiectum accipitur nunc secundum unam speciem, nunc secundum aliam { ueluti parem numerum } possumus intelligere uariari intelligendo { parem primum esse nullum } qualis est dualitas, quæ est primum par { aut aliquos quidem esse } primos pares, ut dualitatem { aliquos autem non esse } ut cæteros post dualitatem, hoc enim pacto potest esse aliqua uariatio, numerus enim par, ut accipitur contractus ad binarium est, primus par, ut accipitur contractus ad cæteros, non est primus par. & sic est uariatio: non quidem in ordine ad passionem: quę sibi competit, sed in ordine ad passiones quæ competunt speciebus: ad quas contrahitur.

Circa uero unum numero, nec hoc. non enim aliquem quidem, aliquem uero non, putabit, sed uerum dicet, aut mentietur, propterea quia sic se habet semper.

Cum declarasset in immobilibus quæ sunt uniuersalia, esse aliquam uariationem, ut contrahuntur ad species, nunc declarat hanc uariationem non posse reperiri in re immobili cum accipitur indiuidualiter: & dicit { Circa uero } immobile, quod est { unum numero, nec hoc } id est nec hæc uariatio est, quæ est, ut contrahitur ad diuersas species, causam affert, & dicit { non enim aliquem quidem } numerum putabit esse talem { aliquem uero non } talem, si accipitur numerus indiuidualiter { sed uerum dicet } si quod enuntiat, ipsi componitur { aut mentietur } si quod enunciat, non componitur cum eo: & hoc semper { propterea quia sic se habet semper } cum impossibile sit aliter se habere. Quare circa unum numero, hęc uariatio reperiri non potest: cum nō contineat sub se species diuersas, ad quas contrahi posset. hęc de nono Metaphysicæ dicta satis.

Finis Noni Libri.



# ARISTOTELIS

## Metaphysicę Liber Duodecimus cum eiusdem Augustini Niphi Medicis expositione.

### Ad Illustrissimum ac Excellentissimum Don Petrum de Toledo.

DE substātia quidem theoria est. nam substantiarum principia, & causæ quæruntur.

INisto libro sepe uidimus morem nostrum. Nā primo uerba Aristotelis, quēadmodum in græco iacent, declarabuntur, & errata latinorum (si qua erunt) reiiciemus. secundo commenta Auerrois, & maxime ea quæ necessaria, & utilia sunt, exponemus, licet uideatur superfluum. Nam cum barbarus sit, græcorum mentem ad plenum intelligere nō potuit. uerum quia multa bona fragmenta ex ueteribus collegit, & maxime hic, & etiam qa nostro tempore famosus est: ita ut nullus uideatur peripateticus, nisi Auerroicus, cogor ipsum exponere. adest præterea rogatus nostrorum scholarium, cui non parere, difficile uidebitur. excusatum tamen me uolo, quia cum ipsum in ꝓprio idiomate non legerim, nec eius sententias ex proprio fonte potauerim, satis erit si eius sententias colligere duxi. Excuso ergo me tertio in fine commenti, si qua uera dixerit, an uera sint, disputabimus. nec expectes a me diuisiones, & subdiuisiones, hoc enim euenit ex debilitate discretię, ut dicit Auerro. ad nostrum ergo redeo. Aristoteles ratiocinatur intentionem libri sic. cuiuscunq; principia, & causæ quæruntur, theoria est: substantiæ principia, & causæ quæruntur: ergo ex obliquis præmissis: substantiæ theoria est. apponit primo conclusionem, & inquit de substantia quidem theoria, hoc est speculatio, & intentio est. apponit minorē, & inquit. nam substantiarum principia, & causæ quæruntur. quomodo differant causa, & principium, satis in quinto dixit Aristote. uariauit autem numerum casus Aristo. nam primo de substantia in singulari proponit. secundo in probatione substantiarum principia &c. dicit esse quærenda in plurali, quod ideo facit, ut notaret quod intentio est de substantijs pluribus unitate tamen analogiæ, ut dicemus in commento. Dixit Alexander } primo proponit Auerroes syllogismum Alexandri, quomodo circa literam formauit ipsum. secundo prosequitur expositiones, & reliqua necessaria. syllogismus Alexādri est, De ente, & principijs, & causis entis est theoria prę sens: substantia est ens principaliter, & causa entis: ergo substantiæ est theoria. Debes scire quod prima philosophia, hoc est metaphysica considerat duo, ens inquantum ens, & principia entis in eo, quod ens. Ens quidem enim inquātum ens, considerat principaliter, & tanquam subiectū primum. principia uero eius considerat per attributionem, & secundario { & dixit } circa illa uerba in barbara translatione { consideratio quidē &c. } Auerroes exponit dupliciter. uno modo limitando intentionem ad præsentem duodecimum. ita quod sit intentio non totius metaphysicæ, sed præsentis duodecimi. alio modo limitando intentionem ad totā metaphysicam: ita ut sit intentio totius primæ philosophiæ. & hoc uerum est, quia tota metaphysica est de substantia saltem principaliter: hoc est tanquam partis principalis, & primæ speciei entis. primo modo procedit prima expositio. secūdo modo procedit secunda expositio { sed melius est } comparat has expositiones, & uult primam esse meliorem. & propterea dicit melius esse incipere cum intentione eius. s. substantiæ, quam cum intentione entis: cuius causam subticuit: quasi ergo dicat qꝫ melius est limitare considerationem, & intentionem in considerando de substantia ad tractatum istum, quam limitare intentione eius, scilicet substantiæ ad totam metaphysicam { & secundum hoc } dubitabis tu, si intētio est de substantia in hoc libro, & substantia dicitur de generabili, & æterna, de qua nam substantia est præsens intentio? respōdet quod intentio est de utraq; hoc est de quodam communi analogo substantiæ æternæ, & generabili. dico de quodam analogo, quia principaliter loquitur de substantia æterna, & de principijs eius, secūdario, & per attributionem de substantia sensibili generabili. nam de substantia generabili dixit in secūdo, & tertio tractatu, hoc est septimo, et octauo libris { & etiam } secundo ambiges, de his dixit in naturalibus, ut physicis. ergo superfluit dicere hic. respondet, ut dixit septimo huius commentis quinto, & nono quod utraq; scientia, scilicet metaphysica, & naturalis considerant de substantia: aliter tamen, & aliter. nam naturalis considerat de substantia, & principijs substantiæ, in eo quod mobilis, & transmutabilis: metaphysica de substātia, & principijs substantiæ, in eo quod substantia communis mobili, & immobili: licet ergo conueniant in ratione materiali, non tamen in ratione formali, penes quam secantur artes, & scientiæ. de his latius dicemus commentis quinto, & octauo huius { & ideo incepit } apponit corollarium, quod sic dirige: cum utraque substantia hic pertractatur, & sensibilis est notior, & prima quo ad nos, ideo de ea primo, & secundo de reliqua, & propterea facit mentionem de omnibus declaratis de ipsa alibi { & ideo } concludit diuisionem huius libri in duas partes. nam in prima de generali. in secunda uero de æterna loquitur. Sed circa hæc ambiges primo, in quo differt substantia inquantum substantia, & substantia inquantum transmutabilis. Secundo ambiges: nam Auerrois uidetur uelle ens in quantum ens esse hic subiectum. quod etiam quarto huius commento primo, & commento quinto annotauit. alibi uero, ut in primo physicorum commento ultimo. & alibi genus substantiarum abstractarum duplex esse subiectum. ergo uidetur cōtradictio. Tertio ambiges utrum ens finitum sit subiectum in metaphysica, quemadmodum omnes dicunt de mente Auerrois. Ad primum debes scire, qꝫ substantia inquantum substantia, & substantia inquantum est transmutabilis differunt dupliciter: penes subiecta, & penes obiecta. penes subiecta quidem, quoniam substātia inquantum substantia accipitur, inquantum quoddam commune substantiæ abstractæ intransmutabili, & substātiæ materiali transmutabili. metaphysicus enim considerat sua considerata, prout conueniunt abstractis, & materialibus. & ꝓpterea dicit Aristote. in huius libri sexto. siquidem ergo non est aliqua altera substa præter natura consistentes: physica utiq; erit prima scia. quod pro tanto dicit, qa considerata physica sunt cōia solis materialibus. considerata uero metaphysica sunt cōia materialibus, & imaterialibus. & propterea si non essent substę imateriales (ut dixerūt Herculei) prædicata physica essent prima, & per cōsequens physica esset prima. Scd̄o differunt penes obiectum, seu rōnem obiectiuam: nam qūo dico in eo quod substa intelligo inquātum, nec includit, nec excludit principia motus, & transmutationis, & per consequēs inquātum est qd̄dam abstractum per nō inclusionem a materia. sed cum dico inquantū transmutabilis intelligo inquantum includit principia transmutationis, & motus in se, uel in suis inferioribus. Ex his segtur qꝫ duo sunt considerata a metaphysico: quædam per exclusionem a materia, ut motores orbiū, quæ essentialiter excludunt materiā, quędam per non inclusionem materię, ut sunt predicata cōia materialibus, &

Cōmētum primum.

Prima dubitatio.

Secunda.

De substa metaphysicę distinctio.

abſtractis. cõſiderata uero phyſica ſunt uno modo tm̃, nam
icet abſtrahant a conditionibus materiæ, ga ſunt uniuerſa-
lia: non tamen abſtrahunt a materia: quia nec a natura, quæ
dicitur de materia, & forma. & per hæc ſatiſſit ad ſecũdum.
nam apud Auerroem ſubiectum capitur quandoq; pro ge-
nere cõmuni ad omnia conſiderata: quandoq; pro princi-
paliſſima ſpecie generis. capiendo ergo ſubiectum pro gene
re: ens in eo cp ens eſt ſubiectum. capiendo pro principaliſſi
ma ſpecie: genus ſubarum &c. eſt ſubiectum. Ad tertium
dixi ego qñq; cp de mente Auer. ens infinitum nõ datur: nec
in qualitate, nec in quãtitate, nec ſimul, nec aliter. & propte
Ens naturę rea nõ differt ens realiter, uel ens naturæ, & ens. quare ſi ens
Ens finitũ eſt ſubiectum, & ens finitum eſt ſubiectum. ſunt enim no-
idem. mina multiuoca idem ſignificantia. quemadmodum cultel-
lus, & gladius. amplius non communius eſt obiectum me-
taphyſicæ, qñ obiectum intellectus. modo obiectum intelle
ctus coniuncti memoriſs ſenſibus, & experientiis eſt ens fi-
nitum, quare & ſubiectum metaphyſicæ eſt ens finitũ. ſed
de hoc diſputare tempus ſit in rurſum.

2. Etenim ut totum quoddam ſit omne: ſubaeſt
prima pars. & ſi eo quod eſt cõſequenter: adhuc
ſit primum ſuba. deinde quale, aut quantum.

Scõdo ratiocinatur eandem concluſionẽ ſic. de prima par
te entis eſt prima, & principalis intentio, uel huius, uel totius
metaphyſicæ, ſuba eſt prima pars. ergo de ſuba eſt principa
Opinio an- lis intentio, uel totius metaphyſicę, uel huius partis. huius ſyl
tiquorum. logiſmi ponit tm̃ probationem minoris per teſtimoniũ anti-
quoꝝ. ubi debes ſcire cp antiqui poſuerũt uniuerſum ens du
pliciter, uel ut totũ integrale, ſicut eſt nauis, uel aĩal, uel ut to-
tum ordine, & attributione ad unũ, ut exercitus: qui unus eſt
ordine ad unum principem. Parmenides qdem, & Meliſſus
Parmeni. uniuerſum ens poſuerunt primo modo. Democritus uero ſe
Meliſſus cundo modo. ambæ uero hæ ſectæ ponunt primã omnium
Democrit' partiũ ſubſtantiam. inquit etenim ſi omne. i. ens ſit ut quod-
dam totum. ſ. integralitate. ſubſtantia eſt prima pars. etſi
omne ſit ut totum: eo quod eſt conſequenter, id eſt attribu-
tione, & ordine, ut Democritj dicunt. adhuc ſic. ſubſtantia
eſt primum, deinde quale, aut quantum, & reliqua prædica
Cõm. 2. menta. uocat autem ens omne, more Platonis, qui totũ om-
ne ponit Deum. & Deum uocat omne. Intendit } pretermittit Auerroes literæ continuationem, quoniam per ſe per
ſpicua eſt. amplius prætermittit literæ ſyllogiſmũ, quoniam
facile conſtrui poteſt. ſed tantum uerba textus conatur expo
nere. & primo præmittit duas Alexãdri expoſitiones. ſecun
Totum du- do refellit ſecundam expoſitionem: poſtmodum tranſit ad
plex. reliqua, ut uidebitur. Circa primam debes ſcire, quod to-
tum eſt duplex apud Alexandrum continuum, ut lignum,
& animal, & totum ordine, ut ciuitas, uel exercitus. uult mo
do Alexander quod ens, ſiue ſit totum continuum: ſiue ſit to
tum ordine ſubſtantia ſemper eſt prima pars: & ſic habe-
tur probatio minoris. ait Auerrois, quod hæc eſt expoſitio
uera, ſi ſupple intelligitur, ut dicet poſtmodum { dixit & po
teſt } apponit ſecundam expoſitionem, & uult cp per quaſi
uniuerſum Ariſtote. intelligat genus: & per hoc, quod dicit
pars primi intelligat ſpeciem. quaſi ergo dicat, quod ſi ens
eſt quaſi genus: ſpecies prima eſt ſubſtantia. & ſic conſide-
ratio principalior erit de ſubſtantia. & hæc expoſitio cadit in
primo uerbo tantum. quia ſecundum uerbum uult eſſe in-
telligendum iuxta primam expoſitionem { deinde debilita-
uit } contra hanc expoſitionem obiicit Alexander. nam ue-
rum genus non habet ſpecies priores ſe ad inuicem, ſed om-
nes ſunt ſecundum unum ordinem, & æquales. ergo expoſi
tio eſt incongrua { dico ergo } ponit expoſitionem ppriam
circa primum uerbum textus. ſubticuit autem expoſitionem
circa ſecundum, quia poſtea redibit ad hæc. Expoſitio er-
go Auerrois eſt illa, quam Alexander debilitauit. & uult
quod ens duobus modis poteſt intelligi ſe habere ad decem
prędicamenta, uel ut genus, ut Herculei fingunt, uel ut pure
analogum, ut Peripatetici dicunt: ſiue ergo ens ſit ut genus,
ſiue ut analogum, ſemper ſubſtãtia eſt prima pars: & ſic ha
betur minor. Debes autem ſcire cp duplex eſt analogum. Analogum
quoddam cui nulla reſpondet natura, & tale eſt equiuocum duplex.
ut ens. quoddam cui reſpondet aliqua natura, ut genus, ut ſe
ptimo phyſicæ auſcultationis dicitur. tunc poteſt exponi te-
xtus quantum ad utrumq; uerbum ſic. etenim ſi omne id eſt
ens ſit ut totum quoddam, id eſt ut genus, ſubſtantia eſt pri-
ma pars: & ſit eo quod eſt conſequenter, id eſt ut pure analo
gum adhuc ſic ſubſtantia eſt primũ: deinde quale aut quan-
tum. primum ergo uerbum, & ſecundum intelligunt de to-
to analogo. ſed primum uerbum uerificatur de toto analo-
go genere. ſecundum uero de toto analogo puro { Multa Solutio ar-
enim quæ ſunt } nunc reſpondet ad argumenta Alexandri, gumenti
& negat maiorem: quia (ut dicit) multa quæ ſunt eiuſdem ge Alexandri.
neris ſunt priora ad inuicem, ut ſunt ſubſtantiæ priores inter
ſe, quaſi dicat quod eſt ibi ordo perfectionis, cũ quo ſtat uni
tas generis: nam prioritas inuenitur in eodem genere. ut or-
do pfectionis, & in diuerſis generis, ut ordo analogię quem-
admodum ens dicitur de decem prædicamẽtis: hæc ergo eſt
expoſitio Auerro. { ſecundum hoc igitur } recolligit nunc
differentiam inter Alexandrum, & ſe, & uult quod Alexan-
der per totum intelligat totum continuũ, & indiuiduum. ip-
ſæ uero intelligit totum uniuerſale collectum ex ſpeciebus,
in quibus inuenitur ordo. Auerrois ergo expoſuit primũ uer
bum, ſed dedit intelligere expoſitionem ſecũdi uerbi. ſed de
hac expoſitione latius dicemus poſt { Themiſtius autem }
hic narrat expoſitionem Themiſtij, ubi debes ſcire cp The-
miſtius exponit ſolum Alexandri expoſitionem. Alexander Expoſitio
enim intelligit per totum unum continuum: & per id quod Alexan.
eſt conſequenter intelligit hic prius illud poſterius. Themi-
ſtius ergo exponit uerba Alexandri. et uult quod totum con
tinuum eſt triplex, uel unitate, ut animal, & planta, uel conti
guitate, ut nauis, & domus, uel ordine, ut exercitus, uel ciui-
tas. amplius per hoc prius, & id poſterius Alexander intelli
git ordinem eſſentialem qualis eſt in numeris. Tunc collige
expoſitionem Ariſtote. quod ſi ens ſit ut totum hoc eſt, uel
unitate, uel contiguitate, uel ordine, uel ſit ut conſequenter
ens, hoc eſt ordinatum eſſentialiter, ſubſtantia eſt prior, ut
cor animalis eſt prima pars totius animalis, uel ſicut cauſa
prior cauſato { ſed ipſe } cõtra arguit Auerroes dupliciter. Argumẽta
Alexander enim dixit abſolute, ſi ens eſt unum continuum, Auer.
uel unum ordine eſſentiali, ut Themiſtius addit ad primum
modum, uel unum contiguum, uel unum ſeparatione. mo-
do hæc additio eſt ſuperflua. nam nullus opinatus eſt, quod
multitudo entium ſit unum contiguitate, uel ſeparatione. &
per conſequens hæc additio eſt ſuperflua. cum ad nullam ſit
utilitatem { ſed ſua expoſitio } arguit ſecundo contra idem.
nam ſi Alexander intelligit per hoc prius, & idem poſterius
ordinem eſſentialem in numeris: cum talis ordo ſtet cũ uni-
tate generis, tunc ens eſſet unum genus. ſed hoc uidetur con
tra Alexan. uult enim in ſecũdo uerbo per hoc prius, & hoc
poſterius ordinem attributionis analogiæ. nam ens non eſt
genus ad ſubſtantiam, & ad reliqua decem prædicamenta, Qõnes con
& ſic expoſitio Themiſtij eſt ſuperflua, quia addit non ne- tra Alexan
ceſſaria eſt falſa, quia imponit Alexandro falſum. & id quod drum.
in ſe non dixit. Expoſitio igitur } mouet Auerroes hic quæ Prima qõ.
ſtiones contra Alexandrum: quarum prima eſt. nam Ari-
ſtoteles declarauit in ſeptimo quod ſubſtantia ſit prima, &
quomodo prima. ergo idem replicare hic uidetur ſupfluum
{ ſed tamen } reſpondet quod Ariſtote. non replicat idem
ex principali propoſito, ſed ex ſecundario ad denotandũ con
tra aduerſarium, quod quomodocunq; ens ſit ſemper ſub-
ſtantia eſt prima, & principalis pars entis, & per conſequẽs
theoria eſt principaliter de ſuba. Et cum differimus } mo-
uet ſcãm quæſtionem. nam Alex. exponit per totũ, totum
continuũ. modo uidetur falſum: nam non uidetur cp diſpo-
ſitio



ſitio, & modus ſe habendi ſubſtantiæ ad alia nouem prædi-
camenta ſit talis. ens enim non uidetur unum continuum:
quia continuum eſt, cuius motus eſt unus, non ſic decẽ præ
dicamenta { niſi intelligat } reſpondetur, quod Alexander
intelligit per unum continuum: continuum unitate, & con-
tinuitate naturæ. ita quod intelligit ens eſſe unum commu
ne genus ad plura ſpecie diſtincta: cõtenta ramẽ in uno con
tinuo adunato: in quibus poteſt eſſe ordo, ut patet in mem
bris hominis: in quibus eſt unum cauſæ genus, utpote cor-
pus quod continetur in uno cõtinuo, utpote animali. Alex.
igitur intelligit per unum continuũ unum continuitate natu
Corollariũ. ræ { & ſm hoc } exhoc infert corollariũ, uidelicet cp per ta
lem expõnem ſequitur cp nulla differentia eſt inter ordinem
hũc nunc dictũ, & ordinem in numeris, & figuris: ga uterq;
ſtat cum unitate generis, niſi in hoc tantum quod ordo in il-
lis nunc dictis eſt in continuis: ordo uero in his eſt in diſcre-
tis. ſic igitur patet corollarium { & cum ita ſit } nunc uerifi
Verificatio cat totam expoſitionem, & quaſi dicat quod ſequitur ex di-
expoſitiõis. ctis, quod ſubſtantia non poteſt intelligi præcedere alia no
uem prædicamenta uera præceſſione: niſi accidentaliter, uel
eſſentialiter. accidentaliter quidem, quomodo res eiuſdem
generis præcedunt ſe ad inuicem prioritate perfectionis, &
accidentaliter. eſſentialiter uero quomodo cauſa præcedit ef
Tertia qõ. fectum prioritate cauſæ. & hoc modo res eiuſdem analogi
præcedunt ſe per attributionem ad unum primum. deinde
applicat ſniam uerbis, & ſermo patet. Et accepit Arist. }
ſoluit tertiam quæſtionem in uerbis. Poſſet enim aliquis di-
cere. ſi per te Ariſtote. intelligit per uniuerſum genus: quare
loco uniuerſi non dixit genus, & erat ſermo facilior, & abſq
ſcrupulo? Reſpondet quod Ariſtoteles fecit hoc arte, & in-
duſtria ad tollendum dubitationem Alexandri, per quam
debilitauit ſecundam expoſitionem. nam genus eſt duplex:
unum continens ſpecies æqualiter, & uniuoce: alterũ con-
tinens ſpecies ordine quodam. uniuerſum autem ſemp con-
tinet partes ordine quodam. ergo ad tollendum hanc am-
phibologiam: præmiſit genus, & loco eius accepit uniuer
ſum, & ſic eſt expoſitio uera { Themiſtius uero } redit ad
Errores Themiſtium, & ipſum reprehendit in tribus. primo quia ip-
Themiſtij. ſe poſuit intentionem primæ partis textus in ſecunda. nam
intentio primæ partis eſt, quod ſi ens eſt genus: ſubſtãtia eſt
prima ſpecies. Themiſtius uero exponendo ſecundam par-
tem textus ait, quod ſi ens eſſet ſicut numerus, ſubſtantia eſ
ſet prima ſpecies: modo tantum eſt dicere ſi ens eſt, ut ge-
nus, quantum eſt dicere ſi ens eſt ut numerus: quia etiã nu-
merus eſt genus, & propterea bene inquit Auerroes, quod
Themiſtius tranſmutauit expoſitiones, quia poſuit ſenſum
primæ particulæ in ſecũda. ſecundo errat, quia Themiſtius
addit quod ſi ens eſſet continuum, uel unum, uel cõtiguum,
uel ordine. ſubſtantia eſſet prima pars. modo ſubſtãtia non
habet talem comparationem ad alia prædicamenta: ſicut
partes unius contigui, uel unius ſecundum ordinem. & pro-
pterea recte inquit Auerroes quod Themiſtius expoſuit pri-
mam partem in modum, quem non habet ſubſtantia cum
aliis accidentibus. tertio errat quia Themiſtius prætermiſit
ueram comparationem in ſecũda parte textus, quæ eſt com-
paratio analogiæ. & propterea dicit recte Auerroes, quod
Themiſtius prætermiſit ueram comparationem, quæ eſt
analogiæ, quam ſubſtantia habet cum aliis prædicamentis.
Concludit igitur quod expoſitio Alexandri eſt uera ſubau-
di intelligendo ipſam modo præexpoſito, licet incomplete,
ponat eam Alexander { Themiſtij autem } ponit cauſam
erroris Themiſtij, & uult quod cauſa eſt diminutio, quæ ac
cidit in expoſitione Alexandri. nam Alexander per uniuer-
ſum intelligebat continuum. & non expoſuit quale conti-
nuum, & quomodo. in ſecunda etiam parte expoſuit per ali
quid conſequitur ad aliquod hoc primum, & hoc ſecũdum.
& non expoſuit utrum in eodem genere, uel in diuerſis ge-
neribus: & hæc erat diminutio in expoſitione Alexandri.

Themiſtius autem ex debilitate ſui intellectus neſciuit ſup-
plere uerbis Alexãdri, & propterea errauit. Sed circa præ- Dubõnes
ſentes expoſitiones tria occurrunt. primum, utrum rationes circa expo-
Auerrois concludunt contra Themiſtium. ſecundum eſt, ſitiones.
utrum ſub uno genere poſſit eſſe ordo. tertium, utrũ mem- Prima.
bra ſint eiuſdem generis, & diuerſa ſpecie. Circa primam
difficultatem uidetur quod rationes Auerrois non conclu-
dant. prima quidem ratio, nam conditionalis poteſt eſſe ne-
ceſſaria, & antecedens eſſe impoſſibile, & conſequẽs etiam,
modo, licet nullus ponat prædicamenta eſſe unum conti-
guum, uel ordine: tamen hæc conditionalis ualet, ſi omnia
prædicamenta eſſent unum contiuuum, uel contiguum, uel
ordine: ſuba eſſet primum, licet antecedens ſit impoſſibile.
ſecta etiam ratio nihil ualet. non. n. uult Themiſt. cp ens ſit
genus. ſed ſit tanq; aliquod continẽs plura ordine quodam
uerbi gratia, ut numerus: hoc enim accipitur ut exemplum,
& non ut ita ſit. poteſt dici quod Auerroes non arguit cõtra
Themiſtium demonſtratiue, ſed probabiliter. nam natura-
lis non utitur ppoſitionibus logicis, niſi raro, ſed ueris. Am
plius, quando poſſumus æque bene concludere propoſitum
cum conditionali uera, uel minus impoſſibili, melius eſt qñ
concludere propoſitum cum conditionali facta ex partibus
impoſſibilibus: & ſic expoſitio Auerrois eſt melior. Circa Secunda.
ſecundum uidetur eſſe dicendum abſq; argumentis, quod Ordo du-
ordo eſt duplex, accidentalis, ſcilicet perfectionis, & eſſentia plex.
lis. ſ. cauſæ ad cauſatum. tunc dicendum quod ordo accident
talis poteſt ſtare cum unitate generis, ut decimo huius com
mento ſeptimo, dicit Auerroes. ait enim quod in unoquoq;
genere eſt dare unum perfectum, penes cuius acceſſum, &
receſſum menſurantur omnia quæ ſunt illius generis. ſi ue-
ro accipiatur ordo ſecundo modo, ordo non poteſt ſaluari
ſub uno genere: ſed nec ſub uno uniuoco, & talis eſt ordo
ſubſtantiæ ad cætera prædicamenta. cauſam huius declara
uit Auer. primo auſcultationis phyſicæ commento. 56. & in- Tertia de
deſtructionibus, & tu quære ibidem. Circa tertium uide- formarum
tur quod non. nam ſi differunt ſpecie. ergo habent formas pluralitate.
ſpecificas proprias. ad hæc uidetur breuiter quibuſdã quod
membra non habent formas proprias ſpecificas quibus dif
ferant ſpecie, & genere conueniant: nam non uidentur dari
tales formæ partiales in doctrina Auerro. ut ſeptimo meta-
phyſicæ cõmentis. 35. & 39. accipitur, ubi dicitur quod di-
gitus ſeparatus eſt æquiuoce digitus. quod non eſſet uerum:
niſi corrumperetur quantum ad ſuam formam: & per con-
ſequens forma eius eſt forma totius. idem uidetur probare
Ioannes in quibuſdam ſuis quæſtionibus. ſuppohit enim duo.
primum eſt quod cor eſt primo genitum, quod poſtea ge-
nerat omnia alia membra, ut in libro de mortẽ, & uita acci-
pitur. ſecundum eſt quod ſimile generat ſimile, & fit a ſimi-
li, ut ſeptimo metaphyſicæ commentis. 22. 23. & 27. & in-
fra commento. 18. Tunc arguitur ſic. cor generat alia mem
bra, ex primo conceſſo. & hæc generatio eſt ſimilis ex ſimi-
li, ex ſecundo conceſſo: ergo una ſpecies eſt utriuſq;. & per
conſequens una forma omnium membrorum. uolunt ergo
quod per eandem formam cor eſt cor, & caro eſt caro, & os
eſt os, & alia. alij dicunt oppoſitum per uerba Auerrois hic,
qui clare dicit, cp differunt ſpecie. conueniunt uero genere, &
idem Auer. ſexto phyſicorum cõmento. 59. ſed quia hic lo-
cus eſt incidentalis: hic propterea non determino nũc: tenea
tur ergo utraq; pars. Ad primam primæ partis Auer. com
mento. 39. ibidem gloſſat dicens, quod ideo dicitur digitus
æquiuoce, quia priuatur operatione digiti, & ſic equiuocatio
eſt penes actum ſecundum: & non primum. Ad ſecũdum
dicendum cp in illo libello non habetur, cp cor generet alia
mẽbra effectiue, ſed diſpoſitiue: hoc eſt cp cũ ipſum ſit geni-
tum uirtus genitiua mediãte ipſo generat alia. & hęc authori
tas habet alias gloſſas, de qbus alibi. ad aliam alterius ptis,
tu uides, cp Auer. loqtur exemplariter. poteſt ẽt dici, cp hæc
mẽbra differant accidẽtaliter ſpecie, & ſic intelligitur ſecun-

da authoritas,ut ipſemet Auer. bidē uideτur gloſſare.ſiquis tamen legerit omnia uerba Ariſtotelis, & Auerrois poteſt uidere aperte quod magis inclinantur ad unitatem formæ omnium membrorum:ſicut in libro primo de anima commentis. 58.89.90.91.&.92.uidere potes:ſed hæc ſpeculatio longum requirit tempus,de quo alias.

3 Simul autem nec entia, ut eſt ſimpliciter dicere alia:ſed qualitates, & motus: aut & non album,& non rectum:dicimus ergo eſſe,& hæc: puta eſt non album. Amplius nihil aliorum ſeparabile: teſtantur autem & antiqui opere.nam ſubſtantiæ quærebant principia,& elementa, & cauſas.

Erat ſyllogiſtmus de prima, & principali ſpecie entis eſt prima,& principalis intentio,ſed ſubſtātia eſt prima & principalis pars entis.ergo de ſubſtantia principalis eſt intentio. probauit minorem duabus rationibus.nunc & eandem tertio probat ſic ſimpliciter ens eſt primum,& principalius ente,ſecundum quid,ſed ſubſtantia eſt ſimpliciter ens, & accidens eſt ens,ſecundum quid.ergo ſubſtantia eſt principale ens.huius tāgit uim minoris.& inquit. ſimul autem alia, ſcilicet prædicamenta a ſubſtantia,nec ſunt entia:ut eſt ſimpliciter dicere: ſed qualitates,& motus,id eſt ſed determinationes,& prædicata entis.ſed dicet quis, de quo prædicatur ens quocunq; modo eſt ens.ſed de alijs prædicamentis prædicatur ens aliquo modo:ergo ſunt ens.quaſi reſpōdet quod maior eſt falſa:quia ſi ſit uera : tunc priuationes eſſent ens. nam de priuationibus aliquo modo prædicatur ens. inquit, aut & non album,& non rectum.dicimus ergo eſſe,& hęc, & omne:utputa,eſt non album.& ſic priuationes eſſent ens quod eſt abſurdum.debes primo ſcire quod modi entis ſunt duobus modis:quidam per modum permanentis,ut quanti tates continuæ:qualitates de ſecunda, prima, & quarta ſpecie:& quidam per modum fieri,& fluxus:& propterea dixit qualitates notando ſtabiles,& motus notando fluxibilia.ſecundo debes ſcire quod tam de nominibus,quam de habitibus dicitur ens ratione ſubiecti.ſed differunt quoniam ſubiectum habitus habet omne quid.ſubiectum uero priuationis habet eſſe deficiens quid. Quidam noui probant tribus rationibus quod entia poſitiua non ſint ens per ſe, & formaliter. primo quia cauſantur a ſubſtantia. ſecundo quia non poſſunt exiſtere abſq; ſubſtantia.tertio quia dicunt attributionem ad ſubſtantiam.debes ſcire quod per ſe poteſt determinare totam compoſitionem,ut ſit ſenſus,hec enim eſt per ſe qualitas eſt ens.& poteſt determinare prædicatum compoſitionis,ut ſit ſenſus qualitas non eſt ens quod eſt per ſe, & formale.primo modo ſolet concedi accidētia eſſe ens per ſe.ſecūdo modo ſolet negari.Ego autem nolo diſputare hęc, quia ad ſeptimum huius pertinent.ſed argumenta huius boni hominis nulla ſunt. primum non, quoniam apudipſos ſecunda intelligentia cauſatur a prima.& tamen eſt per ſe, & ſimpliciter ens:licet non ita principale,ſicut Deus,unde cauſalitas non tollit eſſe formale,& per ſe.ſecunda minime quoniam forma non poteſt exiſtere per naturam abſq; materia: & tamen forma eſt principalius ens quam materia,ut ſeptimo huius dicitur.nec tertia,quoniam omnes ſubſtantiæ prędicamenti ſubſtantiæ dicuntur per attributionem. ad primum apud Auerroem,& tamen ſunt ens per ſe: quia ſubſtantiæ.hæc ergo ſunt puerilia.amplius quarto ,phat idem. ſeparabile ab alijs,& alia non ſeparabilia ab eo eſt principalius:ſubſtantia eſt ſeparabilis,& non accidentia a ſubſtātia. ergo principalis inquit.Amplius nihil aliorū, ſcilicet nouem prædicamentorum ſeparabile ſubaudi,& ſubſtantia ſic:& hæc ſuit minor.ſed ambiges quid intelligit Ariſto. per ſubſtantiam eſſe ſeparabilem,& accidens non. reſpondere uidentur quidam q accidens eſt inſeparabile: quia proprium eſt ſibi in eſſe.ſubſtantia uero abſoluitur ab in eſſe.uolunt ergo quod ſubſtantia intelligitur res ſeparabilis: quia abſoluitur a modo accidentis.ſed ſalua pace iſtud uidetur puerile. quoniam per idem accidens erit ſeparabile: quoniam ſeparatur a modo ſubſtantiæ.propterea alij fingunt, quod ideo ſubſtantia eſt ſeparabilis: quia eſt indepēdens. accidentia autem ſimpliciter dependent.ſed nec hæc placet, quoniam forma ſubſtantialis ſubſtantia eſt:& tamen dependet a materia ſecundum Auerroem in libro de ſubſtantia orbis, & alibi.poteſt ergo dici, quod aliqua poſitio eſt uera per ſe, quæ eſt falſa per accidens. ut omne animal poteſt uidere non quidēm de omni,ſed inquantum animal. ſic hæc eſt per ſe ſubſtantia eſt ſeparabilis ab accidente. quoniam inquantum ſubſtantia eſt ſeparabilis, quoniam intelligo,prout ipſa poteſt habere eſſe completum, & per ſe ſubſiſtens abſq; dependentia ad accidens. Accidens uero non. & hæc uera eſt per ſe. quia aliqua ſubſtantia eſt cui, nec accidens ineſt,nec ipſa accidēti ineſt:& hæc uidetur gloſſa Auerrois infra,ut dicemus:ſed de hoc alias { teſtantur autem } probat idem teſtimonio ueterum.& inquit,teſtantur autē,& antiqui opere,id eſt facto.nam ſubſtantiæ quærebant principia,& elementa,& cauſas:credentes ſubaudi quærere cauſas,elementa,& principia entis:& ſic uidetur apud eos ſubſtantia eſſe primum,& principale ens. Hęc eſt alia cauſa { Com.3. oſtendit Auerroes hac forma minorem prædictam,ſimpliciter ens eſt principale in intentione: ſed ſubſtantia eſt ſimpliciter ens,& accidens eſt diſpoſitio entis. ergo ſubſtantia eſt principalis. Debes ſcire quod triplex eſt abſolutum, ſci Abſolutū licet a termino,a fundamento,& a cauſa. & per oppoſitum triplex. triplex eſt relatiuum,ad terminum,ad fundamentū,ſeu ſubiectum, & ad cauſam. relatio eſt relatiua his tribus modis. Deus eſt abſolutus his tribus modis.ſola ergo ſubſa eſt abſoluta { & quia aliquis } mouet, & ſoluit quæſtionem in textu, & ſermo perſpicuus,quia nos ſequimur hanc expoſitionem { & cum dixit } Auerroes aliter exponit textum : ipſæ enim uidetur uelle quod Ariſtote. ibi { amplius nihil aliorum } det cauſam rationis poſitæ. ſed hæc expoſitio eſt extranea. textus enim græcus facit rationem per ſe, reliquum commenti perſpicuum.

Ens de quibus dicit. Expoſitio recentiorꝫ.

Qui igitur quidem nunc, uniuerſalia ſubſtantias magis ponunt.nam genera uniuerſalia,quę dicunt principia,& ſubſtantias eſſe. magis propter logice inquirere. Qui uero antiquitus:particularia,ut ignem,& terrā:ſed non cōe corpus. 4

Quia accipit teſtimonium ab antiquis, quod ſubſtātia ſit prima & principalis pars entis:cogit ponere poſitiones antiquorum,& differentiam eorum.uult ergo quod tam moderni quam antiqui conueniant in ponendo rerū cauſas eſſe ſubſtantias:ſed differunt dupliciter.primo quia moderni ponunt uniuerſalia magis eſſe ſubſtantias:cꝫ particularia.econuerſo antiqui ponunt particularia magis eſſe ſubſtantias uniuerſalibus.ſecundo differunt,quoniam moderni negāt particularia eſſe cauſas.& ponūt uniuerſalia cauſas eſſe,& principia rerum.antiqui uero totum oppoſitum.harum differentiarum tāgit primam tantum.inquit,qui quidem igit nunc: hoc eſt Platonici ponunt uniuerſalia eſſe magis ſubſtantias ſubaudi quam particularia:cuius cauſam ſubſcribit, & inquit:nam genera uniuerſalia ſubaudi ſunt: quæ dicūt principia,& ſubſtantias eſſe.quaſi arguat principia ſunt magis talia principiatis.uniuerſalia ſunt principia. ergo &c.hęc autem non dicunt demonſtratiue : ſed magis ,pter logice inquirere,hoc eſt probabilibus ſyllogiſmis. Tunc ſubſcribit antiquorum poſitionem, & inquit, qui uero antiquitus: particularia ſubaudi ponunt principia, & cauſas rerum. ut ignem,& terram:ſed non commune corpus, & uniuerſale: ut ponunt primi. Ecce ergo quomodo conueniunt quantum ad



tum ad hoc ꝙ cauſæ rerum ſunt ſubſtantiæ, licet differant. Com.4.

Cum narrauit { præponit continuationem, & breuiter enarrat Platonis poſitionem: quæ quia exponendo textum patet relinquimus { uniuerſalia enim } cogitur Auer. declarare differentiam inter Platonem,& Ariſtotelem. & primo præaccipit opinionem Ariſtotelis breuiter,& inquit.uniuerſalia enim apud Ariſtotelem ſunt collecta ex particularibus in intellectu qui accipit inter ea conſimilitudinem,& facit ea unam intentionem.debes ſcire quod uniuerſaliter acceptum pro intentione habet tres cauſas.prima eſt materialis, ſeu receptiua. ſecunda eſt agens. tertia eſt diſpoſitiua. Cum dicit ab intellectu qui accipit inter ea conſimilitudinem: intelligit materiam,ſeu ſubiectum,uidelicet intellectum materialem: qui eſt materia,ſeu ſubiectum intellectorum : cum dicit, ex particularibus,tangit cauſam diſpoſitiuam.cum diciit,& facit ea unam intentionem,tangit agentem qui eſt intellectus agens:qui eſt unus cum poſſibili in re,licet differant modo, & ratione { Plato uero ponebat } nunc narrat poſitionem Platonis,qui duo poſuit. primum quod uniuerſalia ſunt. ſecundum quod ſunt perfectiora ſingularibus. primum quidem uerificat pro tanto,quia ſcientiæ,& definitiones ſunt de ſingularibus: quod eſſe non poſſet, niſi uniuerſalia ſint. ſecundum uero ex hoc,quia ſunt principia, & cauſæ particularium { & intendit } exponit quid intendit Ariſtote. per logice inquirere. & debes ſcire quod falſarum propoſitionum quædam ſunt conuenientes,id eſt probabiles:quædam non conuenientes,id eſt improbabiles, & remotę. quaſi dicat ꝙ Plato probat intentum quod propoſitiones falſas,& improbabiles. quoniam hæc dixit in diſputando. ubi accidit propter multas cauſas dicere extranea,& natura remota.multa quidem enim dicet homo diſputando,quæ non dicet legendo.Reliquum commenti perſpicuum: hic eſſet de uniuerſalibus pertractandum : ſed quoniam millies alibi diximus, nunc ſit dictum in tantum.

5 Subſtantiæ uero tres ſunt:una quidem ſenſibilis,cuius alia quidem ſempiterna:alia corruptibilis, quam omnes confitentur,ut plantæ,& animalia.Sempiterna autem,cuius elementa neceſſe eſt accipere,ſiue unum,ſiue multa.Alia uero immobilis : hanc dicunt quidam eſſe ſeparabilem:hi quidem in duo diuidentes : alij in una natura ſpecies ponentes, & mathematica : alij horum mathematica ſolum.

Omnes conueniunt quod Ariſtote.proſequatur propoſitum, & quod ponat primæ ſubſtantiæ diuiſionem. deinde membrorum expoſitionem inquit: ſubſtantiæ uero ſpecies tres ſunt.& uerbum illud ſubſtātiæ eſt caſus genitiui,& græce ſic ſcribitur uſias:ubi conſtat ibi eſſe caſus genitiui. exponit ea dicens:una quidē ſenſibilis:cuius duo ſubſcribit membra.& dicit,cuius alia quidem eſt ſempiterna,ut cœlum,& alia corruptibilis : quam omnes confitentur, ut plantæ, & animalia.ſempiterna autem ſubaudi eſt, cuius elementa, id eſt principia,neceſſe eſt accipere,ſiue elementum ſit unum, ſiue ſint plura.hæ ergo duæ ſunt.deinde ſubſcribit tertiam, & inquit.Alia uero immobilis,id eſt ſenſibilis.hanc quidem (ut Platonici dicunt)eſſe ſeparabilem a ſenſibilibus.ſed circa hanc diuerſi ſunt Platonici. nam hi quidem in duo ſunt diuidentes talem ſubſtantiam immobilem: utpote in ideas. & mathematica.alij ſunt ponentes ſpecies, & mathematica in una natura.& per conſequens non diuidunt. alij horū Philoſophorum ſolum ponunt mathematica ſeparata, & negant ideas,ut Pytagorici. Dubitatur circa literam primo: cum ſubſtantia ſit unum genus : qui a diuiſione incepit, & non a definitione.ſecundo uidetur quod ſubſtantiæ ſint tantum duæ,ſcilicet ſenſibilis, & inſenſibilis: & ſi dicas quod ipſe computat etiam membra ſubdiuiſa:hoc nihil eſt. Quoniam ſubſtantia inſenſibilis etiam diuidi poteſt. & ſic erunt plura, quam tres.tertio dubitabis, quia uidetur quod ſubſtantiæ ſempiternæ non dentur elementa.quare male dixit, cuius elementa &c. Nam elementa cauſæ ſunt materiales. Multa alia occurrunt,quæ in commento dicentur. Ad primum ergo dicatur,quod Ariſtoteles ſumit hic ſubſtantiam non prædicamentaliter, ſed analogice,ut per ſua uerba conſtat: & quia eſt quoddam multiplex:propterea incepit a diuiſione. Ad ſecundum dicendum quod ſi enumerentur genera non ſunt, niſi duo tantum. ſi enumerentur ſpecies : uere ſpecies,& reales ſunt tres, ſcilicet ſempiterna ſenſibilis, & corruptibilis ſenſibilis,& immobilis.ſed ſi enumerentur ſpecies uerę, & eſtimatę ſunt plures, ut conſtat. Ariſtoteles autem enumerauit ueras ſpecies tantum. Ad tertium dicendum quod elementa ſumit pro principijs : ut Expoſitor dicit.uel dicendum,& melius quod partes apud Ariſtote.elementa dicuntur totius,ut ſecundo phyſicæ auſcultationis dicitur.& quia ſubſtantia cœleſtis,& intelligentia partes ſunt orbis,ut dicemus:ſumit elementa pro his partibus, de quibus diſcturus eſt. Dicit quod ſubſtantiæ } Auerrois primo Tertia. Solutio. Com.5. ponit ſenſum textus clarum,& breuem. ſecunda ibi { & dixit cuius } digreditur.prima pars patet. Circa ſecundam partem debes ſcire quod textus barbarus eſt mancus:& ſic iacet { ut plantæ,& animalia,cuius elementa neceſſe eſt accipere } dubitat ergo quis illud relatiuum,cuius quid refert, an ſcilicet ſubſtantiam generabilem an æternam an utranque ? hæc dubitatio non cadit in textu græco : quia ſic iacet { ut plantæ,& animalia ſempiterna autem,cuius elementa neceſſe eſt accipere } ecce quomodo ſuum antecedens habetur in textu.& propterea multę queſtiones Auerrois ſunt confuſiones potius: & procedunt ex malo textu : ſed ( ut dixi ) quia famoſus eſt oportet ipſum ſequi { Alexander dixit } reſpondet, & ponit reſponſionem Alexandri : qui uult quod Ariſtoteles per id relatiuum, cuius referat utrunque ſubſtantiam, ſcilicet generabilem, & æternam : quoniam utriuſque principia hic inueſtigat, ut loco ſuo dicetur { & Alexander dixit } remouet dubium:nam quis poſſet dicere quod metaphyſicus non loquitur de principijs ſubſtantiæ æternæ,neque generabilis, ſed naturalis. quia naturalis loquitur de principijs æternæ in octauo phyſicorum. de reliquis loquitur in reliquis libris:ut de materia,& forma in primo & ſecundo. Ad hanc reſpondet Alexander negādo antecedens.nam demonſtrare principia entium,an ſint,eſt metaphyſici.& ſic negat antecedens. Ad rationem dicēdum, quod naturalis utitur his tanquam conceſſis, & ut poſitionibus declaratur in metaphyſica. econuerſo de principijs corporum naturalium: quia naturalis declarat illa an ſint. & metaphyſicus utitur illis ut conceſſis: & ſic duo concedit Alexander.Primum eſt, ſubſtantias abſtractas eſſe probat metaphyſicus,& his tanquam conceſſis utitur naturalis.ſecundum eſt,materiam & formam eſſe probat naturalis : & his tanquam conceſſis utitur metaphyſicus.primo ergo ſoluit,& inquit.& Alexander dicit. demonſtrare enim principia entium,quæ ſint eſt primi philoſophi.& ſic negat antecedens. deinde ſubſcribit ſolutionem ad argumentum, & inquit,& quod iſtis utatur naturalis:eſt non quia declarat ea, ſed quia ponit ea tanquam conceſſa. hoc eſt primum uerbum Alexandri.deinde dat rationem huius, & inquit. ſubſtantia enim immobilis eſt principium, & cauſa rerum naturalium : de quo modo loquitur principaliter. & per conſequens opus eſt,ut loquatur de illa ſecundum omnem modum,& quia ſit: & quid ſit.quia eſt eius principale conſideratum. Deinde ponit ſecundum uerbum, & inquit. illa autem alia principia ſunt tantum naturalis,ſcilicet ad declarandum quia ſint:& his utitur metaphyſicus tanquā conceſſis. { & dixit } reddit cauſam ſuæ expoſitionis.nam poſtquam dixit,alia quidem ſempiterna:alia corruptibilis.ſubdit, cuius

Dubōnes Prima. Secunda.

elementa &c. Ecce quomodo idem relatiuum refert totum illud antecedens: & addit quod ita inuenitur in una scriptura { & in alia } nunc ponit secundam expositionem iuxta secundam literam ueram, & ponit literam quæ sic iacet. Sempiterna autem cuius elementa necesse est accipere. & hanc exponit Alexander, & intendit per elementa principium, & causam primam corporis diuini: quia hic loquitur Aristote. de tali principio & causa { dixit sed prima } comparat ambas literas inter se: & uult Alexander quod prima litera sit melior, & dat duas rationes. prima quia cum principium libri ponit, quod intentio est loqui de principijs substantiæ, modo sub substantia intelligitur utraq; quia sub genere intelliguntur species { & etiam ipsæ } Secunda ratio est: quia istud correspondet prosecutioni. nam in prosequēdo de substantia utitur principijs utriusq; substantiæ. & primo loquitur de principijs substātiæ generabilis: deinde transit ad principia substātiæ æternæ. prima ergo scriptura est melior, tum quia correspondet intentioni: tum quia correspondet prosecutioni { sed hanc quæstionem } debes scire quod quæstio inter Auerroem, & Alexandrum mouetur sub hac forma, licet ipse non dicat, uidelicet utrum substantias abstractas esse probetur a naturali: & est annexum, utrum materiam & formam esse consideret solus naturalis. Circa cuius quæstionis titulum debes scire, quod substautia triplex est: abstracta a materia, & conditionibus materiæ: quædam coniuncta materiæ, & conditioni materiæ: quædam media. substantiæ abstractę duę sunt maneries. nam quędam sunt deputatę ad mouendum stellas: quæ sunt tot, quot motus, & mobilia cœlestia, ut quadragesimo octauo commento dicetur. & hæ quandoq; uniuersales substantiæ nuncupantur: ut in libro de substantia orbis, & in libro de somno. Nuncupantur etiam intelligentiæ separatæ. ut tertio de anima commentis. v. &. xiiij. Quandoq; ut formæ cœlorum: ut in primo auscultationis physicæ commento ultimo. & infra commento. xxxvij. & primo cœli commentis. v. xcv. & secundo cœli commento tertio. Vulgo autem angeli dicunt: ut memini Auerroes in de somno. aliæ uero non deputatæ ad mouendum stellas, quæ apud quosdam sunt intellectus agens, & possibilis: ex quibus animam dicunt fieri rationalem: sed an uerum sit, in libro de anima diximus. substantia uero materiæ, & conditionibus materiæ coniuncta est substātia materialis, quam & omnes confitentur, ut animalia, & plantæ. ut ad principium auscultationis physicæ. media uero est cœleste corpus. est quidem abstractum a materia. quoniā est corpus simplex, ut in libro de substantia orbis. est etiam ingenitum, & incorruptibile. & quantum ad hæc cum prima conuenit substātia. habet uero conditiones materię, quia accidentia materialia, ut motum, & lucem, & quantitatem. ut capitulo secundo libri de substantia orbis. & in secundo cœli commento. xlij. dictum est, & propterea media nuncupatur, & ligamentum æternorum, & generabilium. ut primo cœli cōmento. xxij. dicebamus. quæstio ergo intelligitur de substantijs abstractis, & non omnibus: sed deputatis ad mouendum stellas, quia de alijs non loquitur Alexāder, & nos quandoque locuti sumus. Secundo debes scire quod esse accipitur quandoq; pro eo a quo sumitur nomen ens: quandoque pro nota extremorum quæ non potest intellīgi absq; extremis: ut in peri hermenias diximus. hic accipitur secundo modo. & sic sensus quæstionis est utrum hæc propositio substantiæ abstractæ deputatæ ad mouendum stellas sunt: sit uera. Intellecto ergo sensu quæstionis Auerroes recitat duo illa quæ ponit Alexander glossando illa. secundo confutat ea. inquit { sed habent quæstionē. cum enim dixit q; demonstrare principia entium est primi philosophi, & non naturalis, & quod naturalis ponit ea positione &c. } quæ uerba ipsæ glossat, & legatur litera suspensiue, & dicit, id est sed intendebat quod principia entium, de quibus Philosophus considerat, & quæ naturalis concedit esse: sīnt principia substantiæ sensibilis æternæ, quæ sunt substantiæ abstractæ: utpote substantiæ mouentes stellas: & hoc fuit primum. deinde ponit secundum, & inquit { & quod principia de quibus considerat naturalis. declarando ea esse sicut principia generabilis, & corruptibilis: & hoc est secūdum: erit sermo non rectus } ecce quomodo ait ambo uerba esse falsa { substantia enim æterna } probat primum esse falsum: quoniam in octauo declaratur, & solus naturalis probat, & in nullo libro declarauit id nisi in octauo. & per rationes naturales: sicut declaratur in principio illius libri philosophorum de materia & forma { & quomodo est rectum } secundo probat secundum. nam hæc est una exclusiua, uidelicet naturalis tantum cōsideret principia substæ generabilis: modo huius exclusiuę. prima est uera, uidelicet naturalis cōsideret principia generabilis. sed secūda est falsa, uidelicet & nulla non principia generabilis considerat. quando etiā consideret principia æternæ { considerat enim } reddit causam huius, quia naturalis considerat de ente mobili, modo sub ente mobili continetur tam substantia æterna quā generabilis. ergo principia utriusque cōsideret naturalis { si igitur aliquis } obijcit Auerrois sibi, & quæstio sic componitur, nulla scientia habet probare sua principia: sed subiectum scientiæ naturalis est corpus mobile, & eius principium est substantia abstracta: ergo naturalis non habet probare substantiam abstractam { dicemus } soluit, & primo concedit minorem, quomodo dicit dicemus quod hoc, id est minor uerū est. deinde glossat maiorem quod nulla scientia probat principia sui subiecti demonstratione a priori: sed demonstratione signi, quæ est demonstratio a posteriori non est inconueniens. primum probat, quia uel esset processus in infinitum: uel demonstratio esset generis scientiæ subalternantis. secundam partem probat per simile. quia naturalis non probat sua principia propriī subiecti, nisi demonstratione signi non autem demonstratione simplici, id est propter quid { & ideo impossibile } Soluta quæstione redit ad contradicendum Alexandro, & arguit primo sic. uiā motus sōlum declaratur substantias abstractas esse: sed uia motus est philosophica, & naturalis, & non metaphysica. ergo philosophice declaratur substantias abstractas esse. minor constat per se. maior autem probatur: quia motus declaratur idem: & omnes aliæ uiæ, quas conatur dare Auicenna in loco proprio sunt probabiles: & non demonstrantes, ut supponit: & nos dicemus. quare &c. { & si essent } secundo arguit: quia si uiæ Auicennæ essent bonæ: essent enumeratę ab Aristote. in prima philosophia. ergo uel Arist. mancus, uel illæ uiæ sunt inutiles. & propterea concludit esse impossibile prima principia demonstrarii in metaphysica: Contra. nam Alexander dicit oppositum. respondet quod sermo Alexan. non est intelligendus secundum sui manifestum. & ut uerba sonāt: sed modo quo dicet post { & tamen Auicēna } Ponit peccatum Auicennæ, & consistit in duabus propositionibus. prima est materiam, & formam: siue naturam esse probat metaphysicus, & naturalis utitur illis ut concessis. secunda propositio metaphysicus probat substantias abstractas esse, & naturalis sumit illas ut concessas. syllogismus autem Auicennæ fuit. nulla scientia probat sua principia, nec demonstratione signi, nec demonstratione simpliciter: sed materia & forma, & subæ separatæ sunt principia subiecti scīæ naturalis: materia qdem a forma principia sunt intrinseca corporis mobilis. subæ uero separatæ principia sunt extrinseca corporis mobilis æterni, & generabilis. ergo naturalis utitur illis ut concessis, & metaphysicus probat: ecce quomodo Auicē. dixit illud absolute, & sine distinctione: quia non distinxit inter subam æternā & generabilem, nec inter principia intrinseca & extrinseca, nec inter demonstrationem simpliciter & demonstrationem quia, sed absolute protulit uerbum suum, & nō distinxit inter duas substantias. s. æternam & generabilem { si igitur aliquis } obijcit sibi et quæstio sic cōponitur. Primum

Digressio Auerro.

Positio Auicennæ.



Qō contra Auer.

mum Philosophus cōsiderat de principijs entis in eo q; ens est. Substantia est ens in eo q; est ens: ergo considerat prima principia substantiæ. tunc ultra considerat principia substantiæ, sed principia substantiæ sunt principia subiecti naturalis philosophię. quia materia & forma sunt principia subiecti naturalis philosophiæ. ergo considerat principia subiecti naturalis philosophiæ, & per cōsequens metaphysicus probat hęc, & naturalis utitur illis ut concessis { dicemus nos }

Solutio.

Soluit & solutio sua breuiter consistit in hoc, q; metaphysicus multa considerat de forma & materia & de substantijs separatis, sed non nisi supposito illas esse pro cōstanti in philosophia naturali, uerbi gratia postq; constans est in philosophia naturali materiam & formam esse, similiter & cōpositum esse, metaphysicus ostendit materiam esse potentiam & partem substantiæ, & formam esse actum, & partē substantię. demonstrat similiter formam esse perfectiorem cōposito. Amplius, postq; constat substantias abstractas esse per motum æternum, demōstrat in illis ordinem. & de Deo q; est primum principium & prima causa. Ecce quomodo differunt istę considerationes. naturalis enim uidetur terminare quęstionem an sint. Metaphysicus uero terminat quæstionem quid sint. & sic perspicua est solutio ad formā { sed quia modus } Dubitabit quis, cum intentio sit de substantijs eternis, quæ apposuit & de non æternis? Soluit & inquit. sed quia { modus considerandi in hac scientia est de principijs substantiæ in eo q; est substantia siue æterna siue non. Incepit declarare in hoc tractatu de principijs substantię nō eternę tanq; de manifestiori & notiori quo ad nos. & fecit } Dubitabit adhuc quis. nā de his dixit in libris naturalis philosophiæ. ergo superfluit hoc. Respondet q; hoc facit rememoratiue & non principaliter. unde accipit tanquam principia ea quæ declarata sunt in naturalibus, & de his considerat hic per proprias rationes & per propria huic scientiæ, & exponit quomodo & sermo patet { sic igitur } Epilogat & uult q; metaphysica cōsideratio & naturalis conueniant & differant. conueniunt quidem quantum ad rem considerātam, nam utraq; substantia & principijs substantię loquitur, differunt uero quantum ad rationem considerandi. quoniam naturalis Philosophus cōsiderat de substantia & principijs substantiæ in eo q; mobilis. Metaphysicus considerat substantiam & principia substantiæ in eo q; substantia. Secundo differunt quoniam naturalis terminat quæstiones an sint principia substantiæ. Metaphysicus uero terminat quæstionem quid sint, & qualia sint principia illa { & forte hunc modum } His expeditis glossat uerba Alexandri propter authoritatem uiri, & uult q; Alexander uelit q; mathematicus considerat principia substantiæ quantū ad quid sint per rationes proprias sibi. naturalis uero quātum ad an sint per principia propria ei { sed hac } Contra hanc expositionem arguit Auerroes, nam Alexander dicit q; metaphysicus probat hæc principia, & q; naturalis utitur his ut suppositionibus: modo hac uia considerationis non indiget naturalis, nec; est necesse ei ponere ipsum. naturalis enim non utitur his principijs sub his rationibus, sub quibus considerat illa metaphysicus { & forte etiam } Aliter glossat & uult q; naturalis consideret principia substantiæ propinquę ut materiam propriam & propinquam, formam propriam & propinquam, & reliqua principia propinqua. Metaphysicus uero principia remota & uniuersalia. & dicit q; si iste sermo non sic glossatur, est dubitabilis & forte falsus { quod autē Alexander } ostendit Auerroes q; secunda litera quæ habetur in sermone nostro græco quæ sic iacet. sempiterna autē cuius elementa et c. est uerior, quia de substantia æterna est prima intentio, & de reliqua est minus principalis intentio. Relīquum cōmenti est perspicuū. Debes scire q; hanc quæstionem quam hic Auerroes mouet cōtra Alexandrum & soluit, ego pscrutatus sum ad plenum in libro nostro. D. d. octaua disputatione, & in cōmento solutionis primi dubij.

Naturalis et metaphysicus differunt cōmuniter.

Vtrū metaphysi. cōsideret qditates rerū in uŕi & particulari.

Pō Auicē.

& dixi omnia possibilia dici p Peripateticis, & tu uide illic. quoniam si hic posuissem, esset transpositio. Sed quoniam dixit Auerroes q; naturalis & metaphysicus quātum ad rem considerātam conueniunt, sed quantum ad rationem considerandi non, quia metaphysicus considerat in uniuersalis: naturalis in particulari, ideo uidetur dicere q; metaphysicus considerat quiditates rerum in uniuersali & non in particulari. Propter hæc quærimus utrum uerum sit. & uidetur q; non, quoniam metaphysicus considerat essentias intelligentiarum, & constat q; tales essentiæ sunt particulares, ergo considerat in particulari. sed debes scire q; per particulare in telligit quæstio speciale quasi sit sensus. Vtrum metaphysicus consideret quiditates rerum in particulari. i. in speciali. Ad differentiam considerationis rerum secundum transcendentiam. Circa istud quęstum Auicenna in sua metaphysica sentire uidetur q; metaphysicus considerat quiditates rerum in uniuersali, hoc est sub ratione transcendenti & particulari. i. ratione prędicamentali. Ad hoc recētiores ponunt multas rationes & potissime sunt duę. Prima, quia ens est subiectum adęquatū metaphysicę. ergo omnia entia contenta sub ente considerantur a metaphysico. Secunda, quia prima cognitio de re pertinet ad metaphysicum, ut Auerroes hic cōmento primo, sed qditas est prima cognitio de re, quare ad metaphysicum pertinet. & hæc uidetur ratio Aristo. circa principium. 6. metaphysicę. Dicunt ergo q; metaphysica est scientia totalis & uniuersalis continens in se duas speciales. s. naturalem & mathematicam tanquam partes subalternatas sibi. quia cōsiderant de accidentibus quiditatibus & non per se de qualitate. Cuius exemplum est, quia de linea considerat geometria: de linea uero inquantum uisuali considerat perspectiuus. sic de homine ut homo metaphysicus considerat. Sed de homine ut mistus uel mobilis, naturalis. Huic uidetur Auerroes consentire quarto huius cōmento septimo ubi inquit. & quia omnis scientia considerat de his principijs modo proprio, manifestum est quod scientiaq; utitur eis per se, & generaliter, est uniuersalis in omnibus scientijs & est philosophia. Ecce quomodo uult quod philosophia sit totum quoddam & reliqua sint tanquā partes. Sed contra hanc positionem est Auerroes hic &. 2. metaphysicę cōmento. 6. &. 7. huius cōmento. 39. uersus principium. & primo auscultationis philosophicę cōmento. 12. & alibi pluries. Recentiores pro parte Auerrois arguunt: quia tunc reliquę scientiæ omnes essent superfluę: quia sola metaphysica satis esset. Amplius, nos nō uidemus Arist. tractare de definitionibus omnium rerum in particulari in metaphysica: esset enim liber nimis prolixus. sed hæ rationes primo aspectu uidentur nullę. quoniam scientiæ inferiores non sunt superfluæ quia considerant accidentia quæ fluunt a substantijs proprijs: quia, ut Auerroes inquit, metaphysicus considerat quiditates absolutas rerum ut hominis uel lapidis. Physicus uero hominem ut naturalis, generabilis etc. Ait enim Auerroes. 7. metaphysicæ cōmento. 5. in physico auditu perscrutatur de principijs corporis secundum q; naturalis. i. secundum q; mouetur & quiescit. sed hæc perscrutatio est de eis secundum q; substantia tantum, & propterea non superfluunt. Secunda tollitur quoniam considerando de uno considerat de quolibet, quoniam si scitur q; homo est substantia, scitur de equo: ideo nō curauit facere sermonem particularem in quolibet, & sic non est liber prolixus, nec est inconueniens scientias inferiores esse de ente per accidens cuius est causa per se, aliter omnes scientiæ subalternatę essent superfluę, ut perspectiua & musica, & cęteræ quæ considerant ens per accidens. Sed hæc solutio uidetur contra Auerroem, & contra rationem. Contra Auerroem quidem: nam secundo physicæ auscultationis, cōmento decimoseptimo expresse ponit q; unamet scientia est quę considerat de subiecto, & de accidentibus proprijs. Contra rationem uero: quoniam accidentia sciuntur per quod quid est

Qđ sol. cō tra Auer. et rationem.

ſubiecti ut primo de anima colligitur. ergo non poteſt conſiderare accidẽtia niſi & definitiones ſubiecti. adhuc tunc mala eſſet diuiſio ſcientię in tres: quã ponit ſexto metaphyſicę. Poſſet dici pro hac parte ad primam ꝙ Auerroes loquitur in accidentalibus quæ ſunt eiuſdem rationis ſcibilis. qualiter non ſunt hæc. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſcientia inferior utitur principijs ſuperioris & ſupponit illa, & hoc modo utitur definitione accepta a metaphyſico. Ad tertium dic ꝙ nihil eſt, quoniam illa diuiſio non eſt eſſentialis nec propria, ſed poſita eſt gratia breuitatis propria. Videtur ergo mihi ꝙ pro nulla parte ſint demonſtrationes. ſed procul dubio opinio Auerrois eſt firmior & magis cõſona uerbis authorum & Ariſt. conſiſtit autem in duabus propoſitionibus. Prima ſubſtantiæ abſtractę tam in uniuerſali ꝙ̃ in particulari conſiderantur a metaphyſico, hoc eſt dicere tam ſi accipiantur ſub rationibus cõmunibus, quam ſi accipiantur ſub rationibus proprijs. hæc concluſio pluribus locis perſpicua eſt. Secunda propoſitio eſt, quiditates ſeu proprię definitiones rerum particularium in ſpecie conſiderari debent in ſcientijs ſpecialibus: uult dicere ꝙ res prędicamentales ſub rationibus tranſcendentibus generaliſſima conſiderantur a metaphyſico. ſed ſub rationibus proprijs ſub prædicamentis cõtentis conſiderantur a ſcientijs ſpecialibus, & hæc perſpicua eſt in pluribus locis. & hoc aduertens Ariſto. dicit metaphyſicum cõſiderare omnia ut contingit. Sed ſunt quæſtiones. prima quia in nullo loco metaphyſicę uidemus Ariſto. tractare de quiditatibus ſubſtantiarum ſeparatarum, ſed de eis pertractat ſub rationibus cõmunibus in ordine ad ſenſibilia, nec plus potuit facere. Contra ſecundã etiam, quoniam in nullo loco ſcientiæ ſpecialis pertractat de quiditatibus in particulari, ſed ſolum per prædicata accepta ab accidẽtibus ualde cõmunibus. adhuc & fortius non magis uidetur ratio ꝙ metaphyſicus debeat cõſiderare de quiditatibus ſubſtantiarum ſeparatarum ꝙ̃ de quiditatibus in particulari, quod declaro & ſuppono quod ad hoc quod aliquod cõſideretur a metaphyſico requiratur quod ſit abſtractum ſecundũ rationem a motu & a materia, ut patet de ente & uno quæ cõſiderantur a metaphyſico, & tamẽ non ſunt ſecundum rem abſtracta a motu & a materia. Tunc arguo quiditates rei in particulari ſunt abſtractę a motu & a materia ſecundum rationem, ergo metaphyſicę ſunt conſiderationis. & ſi non, quæritur quare magis ille quam iſte. Ad has dicendum & (*Solutio.*) ad primam ꝙ pro tanto ſubſtantiæ ſeparatę quiditatiuę pertinent ad metaphyſicum, quia ſi poſſent definiri pure quiditatiue, earum definitiones eſſent proprię metaphyſico. pro tanto uero quiditates particulares conſiderantur a phyſico, quia ſi definirentur, eſſent proprie ei. Ad ſecundum principale dicendum ad hoc, quod aliquod ſit metaphyſicę conſiderationis requiritur quod uel ſit abſtractum ſecundum eſſe a materia & motu, uel poſſit permiſceri cum abſtracto ſecundum eſſe a materia. Exemplum primi, ut ſubſtantiæ ſeparatę. Exemplum ſecundi, ut actus, potentia, ens, unũ, ſubſtantia & reliqua. hæc enim ſunt cõmunia materialibus & immaterialibus, & ſic dici poſſunt abſtracta ſecundum eſſe permiſſiue. Debes ſcire quod iſtę duæ ſectę poſſunt cõcordari, nam cõſiderare quiditates in particulari eſt dupliciter. Vno modo ſiſtendo in illis. alio modo abſtrahendo ab illis. Prima ſecta forte intelligit ſecundo modo. Secunda ſecta intelligit primo modo, rationes uero perſpicuę ſunt ex dictis.

**Illę quidem igitur naturales, cum motu enim ſunt. hęc autẽ alterius. ſi nullum illis principium cõmune eſt. ſenſibilis uero ſubſtantia mutabilis. ſi autem mutatio eſt ex oppoſitis uel medijs, ſed oppoſitis non omnibus, non album enim uox. ſed ex contrario: neceſſe ſubeſſe. & quid mutabile in contrarietatem, non enim contraria tranſmutantur. amplius hoc quidẽ manet, aliud uero contrarium non manet. eſt igitur aliquid tertium præter contraria materia.**

Dictum eſt eſſe tres ſubſtãtias. ſ. inſenſibilem, ſenſibilem mobilem, & inſenſibilem immobilem, nunc quaſi adijcit differentiam quandã quaſi dicat quod inter has tres ſubſtantias hæc eſt differentia, quia ſubſtantiæ ſenſibiles ſiue corruptibiles ſiue perpetuę pertinent ad conſiderationem naturalis philoſophiæ, quę determinant de ente mobili. quia hę ſubſtantiæ ſunt cum motu. Subſtãtia uero ſeparabilis & immobilis pertinet ad conſiderationem alterius ſcientiæ & nõ ad eandẽ. hoc tamen intelligendo ſi nullum principium ſit cõmune utriſꝗ ſubiectis, quia ſi in aliquo conueniant, pertinebit utrarũꝗ ſubſtantiarum conſideratio ad illam quæ illud cõmune cõſiderat. & propterea ſcientia naturalis ſolum de ſenſibilibus conſiderat, metaphyſica uero de utraꝗ inquantum cõmunicant in hoc quod ſunt entia & ſubſtãtię, & hoc inquit illę quidem igitur. ſ. ambæ ſenſibiles, æterna, & corruptibilis ſunt naturales, & philoſophicę conſiderationis, nam ſunt cum motu. hæc autẽ. ſ. ſenſibilis eſt alterius utpote metaphyſici. ſi nullũ illis ambabus. ſ. ſenſibili & inſenſibili principium cõmune eſt, qa ſi conueniunt in aliquo cõmuni principio, erunt ſcientiæ, quæ eſt de illo principio. Sed quæres datis ideis & mathematicis, ut quidam dicunt, cuius partis philoſophiæ eſſent? Videtur per dictum Ariſto. quod ſint conſiderationis metaphyſicę, quia ſubſtantiæ ſunt inſenſibiles. Certe iſte locus eſt mihi ualde occultus. Ariſto. ponit ꝙ ſole ſenſibiles ſubſtantiæ quæ æternę ſiue corruptibiles ſint naturales. Ex hoc ſequitur quod omnes aliæ ſint metaphyſicę, oppoſitum autem huius oportet dicere. quia ſi darentur ideæ eſſent philoſophicę cõſiderationis, & mathematica eſſent mathematicę conſiderationis. aliter deſtruerentur omnes aliæ ſcientiæ. Tene a me hanc concluſionem, quod ſi darentur ideæ & mathematica, ſola metaphyſica eſſet. & per conſequens Ariſto. bene dixit, & tu in hoc conſiſte quia eſt difficile { ſenſibilis uero ſubſtantia } his acceptis ſyllogizat ad eſſe materiæ, & utitur ſyllogiſmo hypothetico hoc modo, ſi mutatio eſt de oppoſito contrario in oppoſitum cõtrarium & ſubſtantia ſenſibilis omnis trãſmutatur, neceſſe eſt ſubeſſe quid mutabile in contrarietatem, nam contraria nõ tranſmutantur ſubiectiue, ſed bene ſunt termini tranſmutationis. pone ergo antecedens & habebis conſequens, inquit. Senſibilis uero ſubſtantia eſt mutabilis, hæc eſt una pars, ſi autem mutatio eſt ex oppoſitis uel medijs, ſed oppoſitis nõ omnibus. non album enim uox eſt, & tamen ex uoce nõ ſit album, ſed ex contrario quod eſt oppoſitum per ſe neceſſe eſt ſubeſſe & quid mutabile in contrarietatem. Cuius conſequentię cauſam ſubſcribit & inquit, nõ enim contraria trãſmutantur. ſ. ut ſubiectum, ſed bene ut termini. Amplius ſecundo probat idem & inquit. amplius hoc quidem manet, illud uero contrarium non manet, eſt igitur aliquod tertium præter contraria materia. hæc deductio apertius declarabitur in cõmento. Dixit Alexander } duo tangit Alexander. (*Com. 6.*) Primum quod naturalis conſiderat de omni ſubſtantia materiali. Secundum eſt quod naturalis utitur principijs declaratis a metaphyſico. & hæc duo Auerroes colligit de mente eius { ſed iam declarauimus } Cõtra hæc Auerroes arguit, maxime cõtra ſecundam partem, quia eſt totum oppoſitũ. nam naturalis potius declarat principia metaphyſico, non quidem demonſtratione ſimpliciter, ſed demonſtratione ſigni. Sed dices ergo metaphyſica ſubalternatur philoſophicę, quia principia ſua accipit ab illa. (*Dubitatio.*) Dic quod non ſufficit, (*Solutio.*) quia oportet illa principia eſſe declarata a priori, uel adhuc ſunt neceſſarię aliæ cõditiones, quas Ariſto. in poſterioribus adijcit { & conſideratio de ſubſtantia } nunc uenit ad textũ & ponit concluſionẽ textus. ſ. quod conſideratio de ſubſtantia immobili eſt alterius ſcientię ab hac naturali, ꝑtinet enim

ad



ad metaphyſicum, cuius cauſam dicit & ſermo patet { Alexander } Reddit cauſam Alexãdri quare Ariſto. incepit uenari principia ſubſtãtiæ mobilis, & uult hoc eſſe quia mathematici eſt inueſtigare talia principia. naturalis uero ſupponit illa { & ad hoc } nunc exequitur propoſitionibus. tria enim perfecit, nam poſuit intentionem, diuiſionem, & ordinẽ. de ſenſibili ſubſtantia proſequitur uenando primo principium materiale illius. Et ponit duas propoſitiones loco antecedentis. Prima eſt omnis ſenſibilis ſubſtantia eſt tranſmutabilis, quod intelligit uel motu locali uel alteratione uel generatione uel augmentatione. Secunda eſt, omne quod tranſmutatur, tranſmutatur de contrario in contrarium. hæ enim ſunt duæ propoſitiones ueriſſimę hic { ſed ea } Contra ſecundã propoſitionem mouet quæſtionem. nam aliqua tranſmutatio eſt de medio ad extremum, nam tepidum poteſt fieri calidum, & tamen nõ contrariatur extremo { quia illa quæ } Reſpondet ꝙ medium eſt miſtum ex extremis, & ſic ex medio ſit tranſmutatio ratione contrarij in eo incluſi. & ſic ſaluari poteſt omnem tranſmutationem fieri ex contrario. Debes ſcire quod intentio Auerrois eſt medium nihil aliud eſſe niſi extrema miſta cum tanta uel tanta proportione, Vt. 10. huius Cõmento. 23. &. 5. phyſicę auſcultationis. Cõmen. 6. &. 52. &. 4. cœli. cõmen. 26. Sed an hoc ſit uerum, alibi relinquatur { & quomodo dixit } Debes ſcire, quod quadruplex eſt oppoſitio. ſ. contraria ut albedo nigrum, cõtradictoria ut albũm eſſe & nullũ eſſe album. priuatiua, ut uiſui cœcitas. relatiua, ut patri filius. Verbum ergo Ariſto. apud Alexandrum intelligitur de oppoſitis cõmuniter acceptis ad priuatiue oppoſita & ad contraria. & hæc expoſitio Alexandri { & quomodo declarauit quod neceſſe } nunc format ſyllogiſmum hypotheticum hoc pacto. ſi omnis tranſmutatio eſt de contrario in contrarium, & omnis ſenſibilis ſubſtantia tranſmutabilis, neceſſe eſt eſſe aliquod ſubiectum, quod tranſmutetur in contrarietate illa, ita quod in aliqua hora ſit ſub una parte contrarij, & in alia ſit ſub alia parte { impoſſibile enim } Probat conſequentiam dupliciter. Tum quia unum contrarium non recipit alterum, tum quia neceſſe eſt aliquod permanere, ergo neceſſe eſt dare tertiũ. & hanc expoſitionem laudat Auerrois { ſed hoc quod dicit } Circa dicta Alexã. Auer. digreditur ſpeculando uerba eius, & ponit duas ꝓpoſitiones. Prima naturalis dat cauſam materialem & efficientem, quia eſt & quid eſt, ita quod terminat utraſꝗ quæſtiones. Secunda propoſitio licet metaphyſicus det formam & finem eſſe, nõ tamen quid ſint, ut oſtendit Auer. & hæ patebunt poſt { ſecundum igitur hunc } apponit corollarium, & uult quod ſecundum hunc modum. ſ. de materia & agente tractet naturalis modo prædicto & de fine & forma metaphyſicus. Tractat metaphyſicus de elementis ſubſtantiæ ſenſibilis, quia de duobus eorum uel de omnibus in eo quod principia entis abſolute, & exponit ſe & ſermo patet { ſecundum hoc igitur } nunc ad formam reſpondet & uult quod naturalis de duabus cauſis loquatur modo prædicto. ego ſolitus ſum dicere metaphyſicum conſiderare omnes, ſed naturalis duas proprie conſiderat ut materiam & agens. metaphyſicus duas, finem & formã. ſedꝫ poſtmodũ dicemus forte { Et in hac ſcientia } hæc eſt ſecunda pars corollarij, & uult quod Ariſt. primo pertractet has duas cauſas. ſ. materiam & agens. Secundo de fine & forma, & hoc ut illæ duæ primæ ſint uiæ ad has duas ultimas. & inter has duas primas primo de materia, ſecundo de agente ut uidebimus. (*q̃ optima*) Declarat autem has duas primas eiſdem propoſitionibus, quibus utebatur in naturali philoſophia. Circa hæc dicta eſt difficultas. nam philoſophus pertractat de omnibus terminando quæſtionem an ſint, & metaphyſicus de omnibus terminando quæſtionem quid ſint: quare ergo dixit metaphyſicum de duabus utpote forma & fine, & naturalem de materia & agente inquirere, & maxime quia cõmentum hoc uidetur contrarium cõmento. 5. lecto. adhuc Auerroes primo auſcultationis phyſicę cõmento primo dicit metaphyſicam conſiderare de quatuor cauſis tres, & materiam prętermittere & cõmento. 5. huius dixit quatuor & hic duas ecce contradictio manifeſta, & hæc eſt quæſtio non parua. Recentiores in primo phyſicorum concordant dictũ Auerrois poſitum in primo phyſicorum, & uerbum ſuum poſitum in. 5. cõmento huius. 12. tantum, & uolunt uerbũ illud primi phyſicorum eſſe intelligendum de metaphyſica quãtum ad. 12. a medietate ultra. (*Rñſio recentiorũ.*) hæc peccat dupliciter. Primo quia licet concordet illa, tamen adhuc remanet uerbum pręſens concordandum. amplius per idem dici poſſet phyſicũ librum non eſſe de materia, quia a tertio ultra nihil dicit de materia. Aliter ergo uiri magni dicunt & concordant quintum cõmentum cum ſexto, & uolunt metaphyſicum in cõſiderando duas cauſas cõſiderare. ſed in demõſtrando duas. (*Secũda reſponſio.*) ſcilicet finem & formam. Naturalis uero contra facit conſiderat iterum quatuor, ſed per materiam & agens demonſtrat. Sed hæc peccat dupliciter. primo quia quid de cõmento primo primi phyſicorum. ſecũdo quare ſi metaphyſicus cõſiderat quatuor cauſas per ipſas nõ demonſtrat, eſt enim hoc uoluntarium. Solitus ſum ego dare ſolutionem aliam ex (*Reſponſio ꝓpria.*) cõmento tertio tertij huius, ꝙ. ſ. naturalis & metaphyſicus proprie cõſideret omnia ex proprietate tamẽ phyſicus tres ſcilicet materiam formam & agens tanquã magis circũcernentes motum, metaphyſicus duas. ſ. formam & finẽ tanꝗ̃ magis ſeparabiles a motu. Appropriatius tamen phyſicus duas materiam & agens, metaphyſicus unam. ſ. finem, & ſic poſſunt dicta omnia conſiderari. Tu uero cõſidera dicta (*Alia ſolo.*) mea in primo phyſicorum. uel dic quod phyſica & metaphyſica conſiderant de quatuor ſecundum primitatem cõmunitatis & quælibet de duabus ſecundum primitatẽ eſſentiæ. quando uero dicit primo phyſicorum. Metaphyſicũ de tribus conſiderare, ſumit agens ut non diſtinguitur contra formam & finem { & ideo uidetur } Moueret quæſtionem quis: Ariſto. probat materiam eſſe: uel ergo tanquam phyſicus uel tanquam metaphyſicus, non tanquam phyſicus ergo tunc ſuperfluus. ergo tanquã metaphyſicus. & ſic pro Alexandro reſpondet quaſi corollarie ex dictis & primo ad rem, & uult quod hęc faciat tanquam naturalis, & nõ tanꝗ̃ metaphyſicus. ſed propter duas cauſas recapitulat idẽ hic, tum quia uicinæ, tum quia iſtud declaratum in naturalibus facit ad notitiam declarandorũ { ſed tamen } aliter reſpondet & uult quod hoc faciat tanquam metaphyſicus. ſed alio modo quam quando fecit hoc tanquam phyſicus. Tanquã metaphyſicus enim tractat de eodem, ſed uniuerſalius & per rationes magis proprias metaphyſico. Et huius ponit exemplum, quia declarato quod materia ſit principium ſubſtantiæ ſenſibilis, declarat quomodo eſt principium ſubſtãtiæ in eo quod ſubſtantia abſtrahens a ſenſibili & inſenſibili. ſimili modo & de forma & uerba eius patent { & ideo } Epilogat ſolutiones ambas & eius ſermo patet { & ſecundum hoc } nunc uerificat tria dicta Alexãdri per ordinem, & omnia illa uerificat de duabus cauſis. ſ. forma & fine, & ſermo eius patet { & cecidit dubitatio } Mouet. q. quia dictum eſt quod conſideratio primi finis eſt alia a conſideratione primi mouentis. Contra, quia hęc tria primus finis, prima forma, & primum mouens ſunt idem ſubiecto. ergo cõſideratio eſt una { ſecundum autẽ } Soluit quia licet idem ſint ſubiecto, illa differunt ratione. & hæc differentia ſufficit pro differentia conſiderationum. nam primum ens in eo ꝙ mouens a naturali conſideratur, ſed in eo quod cauſa prima entis in eo quod ens a primo Philoſopho { Secundum hoc igitur } Ad formam reſpondet concedendo illa tria eſſe eadem ſubiecto, ſed differre modo { & ideo ſermo } Concludit uerbum Alexandri non eſſe intelligendum ut ipſum Auicenna intellexit, & quod eſt dubitabilis ſermo propter illam modicam differentiam inter unam & alteram conſiderationem. Cuius ſignum ponit, quia Themiſtius relinquit illum

Quæstio. tanquam falsum, hæc de cõmento & textu. Circa dicta est quæstio utrum iste duæ scientiæ de eadem re subiecto differenti ratione sit una? & uidetur quod sic, quia scientiæ sortiuntur esse suum a subiectis, ut in .6. huius, & in .3. de anima

Responsio. diximus, quia similis est definitio & identitas. Respondetur quod scientiæ possunt considerari in ratione formæ & in ratione habitus. si considerentur inquantum forme quomodo forma sit una quia ab agente uno, & subiectum sit unum agens, ambigille erunt una forma, re & subiecto, distincte ratione. si in ratione habitus, cum stet unum deberi altera acquisita, erunt distincti habitus & re & ratione, & sic perspicua est solutio. Debes scire quod ex hoc loco solet sumi quod inseparatis a materia hęc tria forma finis & agens sunt unum in subiecto & differunt ratione. Tu uero an sit ita, considera.

Si itaque transmutationes sunt quatuor, aut secundum quid, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut ubi, & generatio quidem simpliciter & corruptio secundum hoc & augmentum & decrementum quæ secundũ quantitatem: alteratio autem quæ secundũ passionem: latio autem quæ secundum locum. si in contrarietates utique erunt eas, quæ singulæ transmutationes, necesse itaq; transmutari materiam potentem ambo.

Terminauit quæstionem an sit materia. Nunc uero quid sit ostendit, & concludit hanc eius descriptionem uidelicet materia est ens in potentia, utitur autem syllogismo hypothetico, cuius antecedens sunt duæ propositiones categoricę per notam copulationis coniunctæ hoc pacto, si transmutationes sunt quatuor ut generatio & corruptio in substantia. Augmentatio & diminutio in quanto, alteratio in quali, loci mutatio in ubi, & singulæ inter contraria uel media, necesse est transmutari materiam potentẽ ambo. si igitur quis ponat antecedens, erit & consequens concessum, inquit. Si itaq; transmutationes sunt quatuor, quarum expositionem subscribit. d. aut secundum quid, hoc est secundum substantiam, aut secundum quantum, aut secundum quale, aut secundum ubi: & hoc exponit. d. & generatio quidem simpliciter & corruptio contra secundum hoc. i. secundum substãtiam sunt. dixit simpliciter, quia generatio & corruptio secundum quid possunt esse in quolibet p̃dicamento, & augmentum & decrementum quæ secundum quantum. alteratio autem quæ secundum passionem. & dixit secundum passionem, quia solum in tertia specie qualitatis est alteratio. latio autem quæ secundum locum. hęc est prima categorica. Si utique in eas contrarietates erunt, quæ sunt singulæ transmutationes. hæc est secunda categorica. quibus addit consequens & inquit. necesse itaque transmutari materiam potentem ambo. s. extrema. est ergo materia ens (ut in prima demonstratione dixit) potens, ut in præsenti dicimus.

Com.7. Quomodo declarauit } Debes scire tria in præsenti cõmento solum quia reliqua patent. Primum est q̃ Auerroes aliter introducit textũ. uult enim quod Aristo. declarat quot sunt modi contrarietatis, & quod sint quatuor uerbi gratia, in substantia forma & priuatio, in qualitate calor & frigus, in tactu durum & lene, in gustu dulce & amarum, in uisu album & nigrum, in quantitate magnum & paruum. Secundo debes scire quod ex hoc uult ut sequatur materiam esse secundum successionem subiectum recipiens utrũq;. & per cõsequens ens in potentia. Tertio debes scire quod quidam antiquorum posuerunt materiam esse actu, & habere formam in sui substãtia, ita quod forma erat sibi ratio recipiendi. & contra hos arguit Auerroes, quia materia non est materia nisi in quantum transmutatur, & non transmutatur nisi prout est potentia, ergo non est forma aliqua de essentia materiæ. Reliqua cõmenti patent.

Quoniam autem duplex est ens transmutatur omne ex potentia ente in actu ens, utputa ex potentia albo in actu album. Similiter autem & in augmento & decremento, quare non solum secundum accidens contingit fieri ex non ente, sed ex ente fiunt omnia. potentia quidem ente, ex non ente uero actu.

Veteres negauerunt omnino generationem & utebantur syllogismo diuisiuo a destructione omnium partium & concludebant oppositum dati hoc modo. uidelicet si generatio sit uel ex ente uel ex non ente, sed destruitur prima pars, quia si ex ente, ergo res esset antequam fieret. destruitur secunda quia ex nihilo nihil fit. hoc enim perterruit omnes Philosophos: ergo concluditur contradictorium dati. uidelicet nulla generatio est. Aristo. ergo in hoc loco inducit solutionem quæ sumitur ex declaratione naturæ materiæ. Tum ut soluat ambiguitatem eorum. tum ut habeat quod ea quæ dixit de materia sunt bene dicta, ga ex illis soluitur omnis quæstio accidens in re. Innuit autem ad hoc solutionem per distinctionem: & uult quod utrunq; membrum sit concedendum secundum unum modũ & negandum secundũ alium. & hoc dupliciter. potest enim dici quod generatio est ex ente & ex non ente dupliciter. ex ente per accidens hoc est priuatione. quæ dicitur non ens per accidens, & ex nõ ente per se, hoc est ex forma, sed ex priuatione quę est non ens per se. Secundo potest dici quod generatio est ex nõ ente potentia utpote materia: & ex non ente actu. quia materia est ens potentia & non ens actu. Debes scire quod priuatio dicitur ens & non ens. dicitur quidem ens per accidens pro quanto accidit enti, hoc est materiæ quæ est ens. dicitur uero nõ ens per se pro quanto nullam habet entitatem formalem: ergo qui dicit generationem fieri ex priuatione, dicit illam fieri ex ente uno modo, & ex non ente alio modo. & ex ente per accidens, & ex non ente per se. Amplius, materia dicitur ens & non ens. dicitur quidem ens potentia, non ens uero actu. ergo qui dicit generationem fieri ex materia concedit generationem fieri ex ente & ex non ente. ex ente quidem potentia, non ente uero actu. Secundo debes scire q̃ solutio accepta a priuatione differt a solutione accepta a materia, quia generatio fit a priuatione tanquam a termino a quo, a materia uero tanquam ex subiecto. Sed utraque solutio satisfacit quæstioni, inquit. quoniam autem duplex est ens utpote potentia & actu uel per se & per accidens transmutatur omnino. s. compositum ex potentia ente utpote materia in actu, ens utpote in formam. Cuius exemplum subscribit. d. utpote ex potẽtia albo in actu album. Similiter autem & in augmento & decremento transmutatur ex potentia magno in actu magnum, & ponit exempla in accidentibus ut solutio sit apertior. tunc soluit ad formam quæstionis & inquit, quare non solum secundum accidens contingit fieri ex non ente. & hic dedit intelligere primam solutionem. sed ex ente fiunt omnia potentia quidẽ ens nõ ente uero actu: hoc est ex materia q̃ dicitur utroq; modo. & sic patet solutio q̃stionis.

Com.8. Quomodo declarauit } Epilogat & ponit intentionẽ par tis in uniuersali & in particulari. epilogando dicit esse declaratum q̃ principia sint substantiæ. i. prædicata essentialia cõtrariorum, quia omne contrarium est principium & non e conuerso. hic est epilogus. Intentio uero est declarare materiam & essentiam materiæ, & hoc in uniuersali. In particulari uero declarabit qualiter ens in singulo prædicamento diuiditur in duo. s. in actu & potentia } & Alexander } Soluit quæstionem. nam posset dicere quis Aristo. est ualde breuis: ergo diminutus. Respondet Alexander ut refert Auer. & dicit. quod hoc declaratũ est in tractatu nono sufficientius in quo loquitur de potentia & actu, & ideo non curauit hic diffuse dicere } & intelligebant } & quis dicet. quid intelligit Alexander per illud pronomẽ/hoc? Respõdet Auer. q̃ non intelligebat per illud pronomen/hoc/referre q̃ illa diuisio sit posita in nono, sed intelligit duo, uidelicet quod in nono sit dictum quomodo potentia præcedit actum, & quot impossibilia contingunt negantibus potentiam esse, & eam esse simul cum actu } & hoc } Contra. nulla scientia probat suum subiectum esse. Respondet q̃ non probauit illic potentiam esse, sed ad cõfirmandum quia potentiam esse est per se manifestum } & cum posuit } Accipit nunc unã suppositionem ad declarandũ intentum, uidelicet q̃ omnis transmutatio est ex ente potentia ad ens actu nulla specie transmutationis. i. nulla specie motus ueri, hoc declarat inductiue in generatione, corruptione, & alteratione } & intendebat } quia quis dicere posset quomodo ens actu fit ex ente potentia, an eiusdẽ generis an diuersis? Et quod omne ens actu fit ex ente potentia eiusdem generis & eiusdem prædicamenti & non alterius } & quia hoc } Nunc ponit defectũ antiquorum & tria facit. Primo ponit errorem eorũ. Secunda ibi } & mouit eos } Ponit argumentum eorum. Tertia ibi } & cum posuit q̃ generatio } Soluit quæstionem dupliciter ut dixi mus in litera & sermo eius patet } fecit igitur } Hic soluit quęstionem quandam. nam uidetur Aristo. ualde breuis, & non declarat quomodo generatio fiat ex ente. Respondet Auer. q̃ hic loquitur non principaliter sed rememoratiue, & ideo ipse copiose declarat quomodo ex ente per accidens & ente per se generatio fiat, & sermo eius patet } & Alexãder } Nunc colligit quoddam uerbum Alexandri hic & reducit id ad suum propositum & totum patet.

Et hoc est Anaxagorę unum. Dignius enim est quam simul omnia, & Empedoclis mistura & Anaximandri, & ut Democritus aut nobis erant omnia potentia, actu uero minime. quare materiam utique erant tangentes.

De principio materiã põnes. De principio materiali apud antiquos fuerunt tres sectæ, quæ omnes conueniunt in quodam, & differunt in quodã. conueniunt quidem in hoc q̃ principium materiale ponunt ens. & potentia aliquo modo. ens quidem quia omnes conueniunt ex nihilo nihil fieri. potentia uero quia res factas nõ ponunt omnino præesse in illo principio penitus eodem modo sicut sunt in effectu, quia tunc generatio esset superflua. Differunt uero circa hanc potentiam. nam Anaxagoras ponit quodam unum chaos, & dicit in illo cõtineri omnia actu entitatiue, non tamẽ omnia actu effectuali. & sic dicit id esse in potentia non ad formas, sed ad exitus in effectu formarũ. Empedo. uero & Anaximãder similiter dicunt principium materiale esse ens, quia dicunt esse quandam misturam, sed esse in potentia non ad esse, quia ibi omnia sunt sed ad ordinem membrorum. Democritus uero dicit potentiam illam esse ad esse, quia ponit corpora atomalia esse primum principium materiale & in eo esse potentiam ad esse per congregationem. Ergo Anaxagoras dicit potentiam illam esse ad effectus. Empedo. & Anaximãder, dicunt potentiam illam esse ad ordinem. Demo. uero potentiam ad esse dicit. ergo in duobus conueniunt. quia ponunt principium materiale esse ens & potentiam, sed differunt in modo ponendi id principium & illam potentiam. Ex iis patet qualiter omnes tetigerunt materiam, quia cum Aristo. eam posuerunt aliquo modo ens. & cum eodẽ concesserunt potentiam aliquo modo ad formã. Sed defecerunt quia id principium posuerunt ens actuale, & quia potentiam nõ ponunt simpliciter ad formam, sed ad conditiones formarum. & hæc dicit, & hoc. s. materia nostra est id unum Anaxagoræ quod chaos uocat. Subaudi & hoc unum nostrum est melius illo uno Anaxagoræ, dignius enim est q̃ simul omnia quod chaos dicitur, uel simul omnia. Idem enim sunt, & hæc nostra materia similiter est mistura Empedoclis & Anaximandri, & hæc nostra materia est ut Democritus inquit in carmine erant omnia potentia actu uero minime. materia enim habet cum his tribus conuenientiam in duobus, & quia ens, & quia in potentia, propterea concludit quare materiam utiq; erant tangentes, licet non potuerunt uenire usq; ad summum illius.

Com., 9. Vult declarare } Sex facit in cõmento. Primo enim ponit intentionem & epilogum prædictorum. Secũda ibi } & istam naturam cõtra declarata } Ponit opinionem Anaxagorę & comparationem illius opinionis ad illam Arist. Tertia ibi } & ista materia } Idem facit de Empedocle } & ponebat iste } Idem facit de Anaximandro. Quarta ibi } Democritus omnia } Idem & de Democrito. Quinta ibi } dicit Alexander } Docet modum quomodo Aristo. correxit uerbum Democriti. Sexta ibi } & natura ueritatis } Dat intelligere quantam uim habeat ueritas & quo approximati sunt ueritati, & omnia quæ dicit sunt manifesta per se. Debes tamen primo scire q̃ ex cõmento & textu potest colligi bonum argumentum contra Auicennã. tenebat enim Auicenna omnia elementa manere in misto actu & formaliter, licet posuit ea non habere ibi esse liberum. quia solum qualitates sunt remissę. modo ex uerbis Aristo. potest argui q̃ data positione Auicennæ ex misto non posse propria generatione generari elementum, quia uel elementum quod p̃fuit, uel quod non præfuit. si quod præfuit: ergo est alteratio, & non simplex generatio. si quod non præfuit: quare elementum non præfuit actu in misto. & hoc est fortissimum argumentum. Secundo debes scire q̃ Democritus dixit omnia esse in potentia. Arist. autem adiecit, actu uero non. Sed quo modo sit istud secundo de generatione uisum est.

Com. de mistura.

Omnia uero materiam habent quæcunque transmutantur, sed aliam & sempiternorũ quæ cunq; non generabilia, mobilia autem latione, iterum non generabilem habent, sed unde quo.

Concluſit materiam esse & ipsam esse in potentia subiectum & per testimonium ueterum, nunc remouet. q. dictũ est enim materiam esse subiectum in potentia ad ambo hoc est ad formam & ad priuationem. & q̃ omnia sensibilia habent materiam eiusmodi. Contra. nam corpora cœlestia sunt corpora sensibilia, & tamen non habent potentiam ad ambo. quoniam sunt sempiterna. Respondet concedendo assumptum. s. q̃ omnia corpora sensibilia habẽt materiam, sed potentia dicitur analogice. nam materia cœlestium corporum est potentia ad formam loci & ad priuationem loci. materia uero generabilium est potentia ad formam substantialem & priuationem substantiæ, utraque ergo materia est potentia, sed cœlestis est potentia ad ambo accidentia. Generabilium uero ad ambo substantialia inquit { Omnia uero materiam habent quæcunq; transmutantur } Quoniam in omni motu oportet intelligere subiectum & sic concedit assumptum { sed quæcunq; nõ generabilia, mobilia autem latione tantum } quæ { & } de numero { sempiternorũ } sunt { habent & aliam } hoc est dictum equiuoce { uerum non generabilem } hoc est in potentia ad terminos generationis { sed unde quo }. i. in potentia ad terminos motus.

Com.10. Et si omnia } Ponit quãdam generalem propositionem & differentiam inter materiam & fundamentum { differentiarum } Generalis quidem propositio est, omnia sensibilia habent materiam. Differentiæ uero materiarum sunt duæ. nam æternorum materia est in actu, quia omne quod mouetur est ens in actu. generabilium uero materia est in potentia, quia omne quod generatur est in potentia. Secũda differentia, materia æternorum est in potentia ad terminos oppositos accidentales in motu, materia generabilium est in potentia ad terminos substantiales. Fundamentum autem est.

quia materiæ differunt ſecundum differentiam motuũ quibus ſubijciuntur, & p habitudines ad diuerſas formas { & ideo quod } Corollarium eſt quod nullum tranſmutabile quod eſt æternum habet materiam in potentia, uult dicere ad terminos ſubſtantiales. & hoc ſubſcribit cum dicit { qua ſi dicat etẽ. } ergo materia cum eſt nõ eſt in potentia & eſt in potentia, non eſt in potentia quidem ad terminos ſubſtantiales. eſt uero in potentia ad terminos accidentales { & ex hoc } Hic colligit peccatum Auicennæ & primo proponit hoc contra Auicennam & inquit. & ex hoc uidetur corpus cœleſte non habere potentiam diuiſibilem. i. formam extenſiuam ſecundum diuiſionem corporis. ſ. formam materialem { nam ſi } hoc arguit & utitur ſyllogiſmo hypothetico ſic. ſi cœlum haberet formam diuiſibilem ad diuiſionem ſubiecti, in eo eſſet materia quæ eſſet in potentia ad terminos ſubſtantiales. deſtruit conſequens. d. & iam declaratum eſt quod nullum æternum habet potentiam ut corrumpatur ſecundo cœli etc. ergo oppoſitum antecedentis. Deinde ſubſcribit peccatum Auicẽnæ & patet. Sed contra. Quoniam ſubſtantia cœli ſubijcitur motori: ergo poteſt recipere illũ, poteſt recipere, ergo in ea eſt potentia ad ſubſtantiam. Reſpondeo quod ſubſtantia cœli eſt in potentia ad motorem & per conſequens { dici poteſt ſubiectum & materia reſpectu illius. Sed hæc potentia eſt ſecundum dimidium contingentis hoc eſt ad eſſe tantum, & non ad utrunq; i. ad eſſe & non eſſe. Tu uero uide dicta noſtra in libro de cœlo, ubi de materia cœli diffuſe diſputatum eſt.

Dubitatio. Solutio. Qualis potẽtia in cœlo.

Dubitabit autem aliquis ex quali non ente eſt generatio, tripliciter enim non ens. ſi itaque eſt aliquid potentia, tamen non ſimiliter ex quocunque, ſed alterum ex altero, neque ſufficiens, quia ſimul res omnes, differunt enim materia, quoniam quare infinita facta ſunt, ſed non unũ. Intellectus enim unus, quare ſi materia una, illud factum eſt & actu, cuius & materia erat potentia.

Dubitatio. Ariſto.

Mouet circa dicta Ariſtoteles. q. nam accepit generationem eſſe ex non ente ad ens. Secundo quærit quomodo generatio ſit ex non ente. Inquit, dubitabit autẽ aliquis ex quali non ente ſit generatio. reddit cauſam. q. dicens. tripliciter enim non ens, & non expreſſit, quia primo phyſice auſcultatis dixit. Ibidem enim dixit non ens quandoq; ſumi pro nihilo ſimpliciter, & hoc modo uocatur priuatio totius entis omnino. quandoq; pro priuatione formæ tantum, quæ quidem eſt ens per accidens pro quanto accidit enti. ſ. materiq. quandoq; ſumitur pro ente in potentia, & ſic materia dicitur non ens, eo quia non eſt ens in actu. Ideo eſt dubitatio ſatis rationabilis. triplici enim nõ ente accepto, ex quali trium eſt generatio { ſi itaque } dubitationem apud me nõ ſoluit quia uult eſſe ſoluram ex primo auſcultationis phyſicæ, uide licet q; generatio ſit ex non ente dupliciter. i. priuatione & materia, non autẽ ex nõ ente ſimpliciter. Sed ſoluit aliam. q. incidentem ad principalem ſolutionem, quia ſi generatio ſit ex nõ ente. ſ. ex materia. ergo quodliber ſit ex quolibet. Reſponder concedendo antecedens & negando cõſequens. d. Si itaq; eſt aliquid potentia ſubaudi ex quo fiunt generationes, tamen non ſimiliter quodlibet ſit ex quocunq;, ſed alterum. ſ. determinatum ex altero. ſ. determinato, eo quia licet omnia generabilia conueniant in uno principio cõmuni materiali, nõ tamẽ in proximo, immo differunt in materijs propriis { neq; ſufficiens } refellit. q. Anaxagorg ad. q. ſecundã. Reſpondet enim Anaxagoras q; ideo generata ſunt multa, quoniam licet materia ſit una, in ea ſunt ſimul omnia. Propterea quando generatur aliquid generatur ex ſuo comparí. Contra arguit dupliciter. Primo quia ſupponit falſum. materia enim non eſt una omnium, quod intelligit de proxima. Secundo quia non poſſet reddere cauſam, quare omnia generabilia ſunt multa, immo deberent eſſe unũ quia agens unum, & materia unum, & per conſequens factum unũ. d. neq; ſufficiens. ſ. dicere quia ſimul res omnes ſint: nam hoc uidetur falſum, differunt enim materia. Secũdo arguit. Quoniam propter quid infinita facta ſunt, ſed non unum, quod uidetur debere eſſe. Intellectus enim unus qui eſt motor omnium apud ipſum, quare ſi materia una illud factum eſt actu, cuius & materia erat potentia, & per conſequens unum, agens unum, & potentia una. ergo factum unum.

Vult { Præponit intentionem in uniuerſali & in particulari, in generali quidem, quoniam Ariſto. intendit declarare quod materia ſit una potentia tantum & habitudine ſit plures, & q; quodliber ens miſtum cum materia cõmuni habet per materiam propriam determinatam naturam. In ſpeciali uero quia ſoluit quæſtionem & ſermo patet { & quomodo poſuit } Hic ſoluit quæſtionem & uidetur q; non ſoluat. q. principalem, ſed aliam quæ accidit illi ſolutioni, ut diximus in textu { & dixit hoc } Digreditur & ideo debes ſcire quod materia eſt una ſubiecto ſimpliciter, & per conſequens una ſibi ineſt potentia, quæ eſt ſuum accidens, nam non poteſt eſſe ſubiectum unum, & propria accidentia plura, & hæc potentia eſt una omnium ſicut materia eſt una omnium. eſt etiam æterna ſicut & materia æterna. Sunt tamen in materia multæ habilitates de nouo, quas noui uocant potentias reſpectiuas, quæ non æternæ ſunt materiæ, ſed nouæ. per potentiam enim cõmunẽ primo materia recipit elementa, poſt elementorum receptionem ipſi materię accidit quædam noua habilitas contrahens materiam ad hanc formã ſuſcipiendam magis q; ad hanc. Receptis uero formis conſimilibus emergit quædam alia potentia plus contrahens, & ſic materia eſt una, potentiæ uero nouæ ſunt multæ, quæ differunt per ordines ad diuerſos actus, & propter miſtiones diuerſas, & hoc declaratum fuit primo phyſicorum { & quia antiqui } Hic oſtendit quomodo antiqui ſecundum eorum poſitiones de materia non poſſunt ſaluare generationem nec entium multitudinẽ. & primo oſtendit hoc in poſitione Anaxagoræ. Secunda ibi { & ſimile contingit } Oſtendit idem in poſitione Democriti. Tertia ibi { & quomodo dixit } applicat totum uerbis Ariſtotelis, & ſermo eius eſt pſpicuus, eſt enim ex textu manifeſtus { & intendebat } Deductio Auerrois fundatur, in tribus propoſitionibus. Prima eſt q; Anaxagoras non poſuit formas latitare in materia ſecundũ diuerſas diſpoſitiones, quia iam ibi eſſent abſtractæ, ſtatim enim quando materia diſponitur reſpectu unius formæ, illa forma reducitur ad lucem. Secunda propoſitio ab uno agente re & ratione prouenit unum tantũ. Tertia propoſitio eſt q; uel Anaxagoras poſuit unum agens re & ratione eſſe cauſam omnium, uel poſuit ſolam materiam eſſe ſufficientem. Ex his habetur propoſitum. nam ſi formę ſint diuerſę in materia, uel ſunt ab ipſa materia tantum, uel ab agente tantum, uel diſpoſitionibus diuerſis, & quicquid dicitur patet eſſe falſum. Anaxagoras ergo non potuit ſaluare entium pluralitatem. Debes ſcire q; propoſitio Ariſto. eget tribus conditionibus. Prima in agente proximo. Secunda mediante diſpoſitione unica. Tertia in agente naturali. Eſt ergo propoſitio uniuerſalis, Ab agẽte uno proximo mediãte unica diſpoſitione, & ipſo exiſtente naturali in paſſum proximũ & unica diſpoſitione & naturali effectus eſt unus.

Comũ. 11.

Digreſſio.

ab uno agẽte prouenit unum.

Tres itaque ſunt cauſæ, & tria principia, duo quidem contrarietas, cuius hoc quidem ratio, & ex quo & ſpecies, illud uero priuatio, tertium uero materia, poſt hæc quod non fit materia nec ſpecies. Dico autem ultima. omne nanque trãſmutat aliquid, & ab aliquo, & in quid, a quo quidem



quidem primo mouente: cuius uero materia: in quod uero ſpecies. In infinitũ ergo ſunt: ſi non ſolum æs ſit rotundum: ſed & ipſum rotundum aut æs: neceſſe eſt itaq; ſtare.

Vult nunc de forma agere: & primo quaſi quæ dixerat, epilogat, & inquit. Tres itaq; ſunt cauſæ, & tria principia, quod exponit. d. Duo quidem contrarietas. i. duo contraria, cuius contrarietatis hoc quidem eſt ratio more Peripatetico, & ex quo more Anaxagoræ, & ſpecies more Platonico. Forma enim his tribus modis dicitur. Illud uero priuatio. hæc enim duo ſunt extrema contrarietatis. Tertiũ uero his ſubiectum materia. Hic igitur eſt epilogus, ſed dices quomodo ſunt tres cauſæ immo tria ſunt principia & quatuor cauſæ, ut. 2. Phyſicoꝝ dicitur? Dicẽdum q; uerum eſt quatuor eſſe cauſas, ſed ipſe loquitur in propoſito. q. d. in propoſito noſtro tres ſunt cauſæ, & tria principia. Simp̃r uero cauſæ ſunt plures { poſt hæc } nunc de forma tractaturus accipit quoddam commune formæ & materiæ, & eſt forma prima & materia prima, uel quod idem eſt forma ultima & materia ultima ſunt ingenerabiles & incorruptibiles, & ſyllogiſmus eſt, Cuiuslibet generati eſt aliquod in quo a quo & in quod ſed materiæ & formæ nõ ſunt in quo a quo & in quod: ergo non ſunt generatę, accipit maiorem & cõcluſionem, & inquit poſt hæc accipiendũ quòd non ſit materia, neq; ſpecies, dico autem ultima. Quoniam materia compoſita & forma compoſita ſiunt, ſed non ſunt ultimæ. hæc eſt concluſio ſyllogiſmi. Deinde ſumit maiorem. d. omne nanq; tranſmutat aliquid, & ab aliquo & in quid. i. cuiuſlibet tranſmutati tria ſunt ſubiectum in quo, agens a quo, & forma in quam. hæc eſt maior, & ſubdit. d. a quo quidẽ ſubaudi eſt ut a primo mouente, cuius uero. i. in quo uero eſt materia, in quod uero eſt ſpecies. hæc eſt maior, & maioris expoſitio, ſubticiit autem minorem, ſed ponit illius probationem per impoſſibile. & inquit. In infinitum ergo ſunt ſi non ſolum æs. i. materia ſit rotundum, ſed & ipſum rotundum aut æs ſiant. q. d. ſi materia ſit & forma fit, tunc materiæ eſſet materia & forma formæ, & ſic ad infinitum, neceſſe itaq; ſtare. Ex his perſpicuum iam communiter qualiter materia ultima & forma ultima ſint ingenita & incorrupta, & hoc eſt primum demonſtratum de forma. { Cum declarauit } Primo epilogat omnia declarata. Secunda ibi { & cum omnia iſta } exponere incipit textum & totum patet { Forma non generatur neq; materia } Auerroes accipit hanc propoſitionem compoſitum generatur, & neq; forma, neq; materia. Primo probat propoſitionẽ ut ſecimus in litera. Secunda ibi { & hoc quod dixit } exponit illam, & quoſdam terminos textus, & totus ſermo eſt perſpicuus.

Cõmẽ. 12.

Circa hæc dubitabis, an forma uel compoſitum per ſe generetur. Dico autem de forma ultima, quia de forma mixta uel compoſita nihil prohibet. In iſta difficultate cõmunis poſitio eſt q; compoſitum primo et per ſe generatur, capiendo primo & per ſe ut dicit cauſalitatẽ, & ſic in quod generatur & forma per ſe primo in quo. Vtitur autem hæc poſitio pluribus argumentis. & præcipue propoſitione Ariſtotelis in litera. & pro hac parte ſunt auctoritates infinitæ per Auerroem inductæ, ut ſeptimo primæ philoſophiæ cõmentis. 22. 26. 27. 31. 33. & octauo metaphyſicæ, commento tertio & alibi pluries. Vnde ſeptimo huius dicit forma nõ eſt generabilis neq; corruptibilis niſi per accidens, & ſimiliter eſt de materia. Generabile enim & corruptibile in rei ueritate eſt indiuiduum compoſitum ex forma & materia. hæc ipſe commento. 23. Videtur autem mihi dicendum eſſe de mente Auerrois quòd forma ſimpliciter & primo generatur. Compoſitum uero per accidens, & hoc declaro ex dictis eius. nam generatio proprie & primo eſt ad eſſe. Eſt enim tranſmutatio de non eſſe ad eſſe quinto phyſicæ Auſcultationis. Sed id quod uere eſt, actus eſt, ut dicit Auerroes in ſeptimo cõmento. 2. de Anima, quare proprie & principaliter forma generatur. Amplius corruptio & generatio habent fieri circa idem, ſed corruptio eſt formæ principaliter & primo ut Auerroes inquit primo phyſicæ auſcultationis commento. 63. ergo & generatio habet eſſe circa formam. Adhuc, propter quod unumquodq; tale & illud magis, ſed compoſitum generatur propter formam. ergo & forma magis. Rurſum id generatur quod extrahitur de potentia ad actum, ſed forma ſola extrahitur de potentia in actum, & compoſitum ratione formæ: ut octauo Metaphyſicæ commento. 15. & ſeptimo Metaphyſicę commento. 31. & infra commento. 28. ergo forma generatur principaliter. Poſtremo compoſito nullũ correſpondet eſſe præter eſſe formæ apud Auerroem ſeptimo huius. eo quia compoſitum non dicit tertium eſſe. Forma enim totius & forma partis idem ſunt apud ipſum, quia materia nõ eſt pars quiditatis: ergo compoſito non correſpondet generatio alia a generatione formæ, & ſic per ſe & principaliter forma generabitur. hæ rationes non ſunt demonſtrationes, ſed ſunt ſatis probabiles & mihi bonæ ſicut & oppoſitę aduerſarijs ſunt probabiles. Sed propter rationes oppoſitorum debes ſcire quòd generatio eſt ad eſſe, aliquid autem eſſe eſt dupliciter, uel ut per ſe exiſtens, uel ut per ſe ſubſiſtẽs: id quod per ſe exiſtit, quod eſt & alia ſunt propter ipſum, & hoc modo forma per ſe exiſtit: id uero per ſe ſubſiſtit quod eſt & nullius pars eſt, & ſic compoſitum per ſe ſubſiſtit quoniam eſt & nullius neque pars neque accidens eſt. Tunc patet q; forma principaliter generatur ut per ſe exiſtens: & hoc modo rationes meæ ſunt probabiles. Compoſitum uero principaliter generatur ut per ſe ſubſiſtens: & hoc modo ſonãt rationes & auctoritates oppoſitæ partis, & ſic perſpicuum quo modo forma per ſe generaẽ & per accidens, & ſic compoſitum per ſe generatur & per accidens: aliter tamen & aliter, & ſic de quæſtione.

Poſitio p. pria.

Poſt hæc quia quæcunq; ex uniuoco fit ſubſtantia. nam & quæ natura ſunt ſubſtantiæ & alia. Aut enim arte, aut natura fit, aut fortuna, aut caſu. Ars quidem igitur, principium eſt in alio. natura autem principium in ipſo. hõ nanq; hominem generat, reliquæ uero cauſæ, horum priuationes.

Proponit Ariſtoteles hanc concluſionem, Omnis ſubſtantia fit ab uniuoco. Dico omnem ſubſtantiam fieri ab uniuoco, tam de naturali quàm arte facta. Sed quo accepit concluſionem hanc, difficile eſt. poteſt tamen dici q; hæc de cauſa accepit hanc, quia dicitur compoſitum generari: & ideo poſſet dici ſi compoſitum generatur, quomodo generatur an ab uniuoco vel quomodo? vel forte hæc eſt maior ſecundę rationis hoc modo, videlicet, Omne quod generatur generatur ab uniuoco, forma & materia: ultimæ non generantur ab uniuoco: ergo non generantur. & ſic hæc videtur ſecunda ratio. teſtatur autem huic modus loquendi Ariſtotelis qui dicit { Poſt hæc quia } Hoc autem denorat hic uellem tangere ſecundam rationem. Et forte nullus ante me inſpexit ad hæc & valde conſonat textui græco. Dicit enim μεταταῦτα, quod non conſueuit ponere, niſi quando continuat plures rationes ad idem. Primo ergo accipit maiorem, & inquit. Poſt hæc quia quæcunq; ſubſtantia fit ex uniuoco ſubaudi fit, loquor autem hic ample, quaſi dicat de ſubſtãtia. nam & quæ natura ſunt ſubſtantiæ & alia. i. & quæ non ſunt a natura, ſed arte quaſi dicat, ſumo in maiori ſubſtantiam large prout ſe extendit ad natura factum & ad arte factum. Subticuit autem minorem, quæ deberet eſſe, ſed formæ & materia ultimæ non ſiunt ab uniuoco, quare non generantur, ſed quia minor et concluſio ſunt perſpicuę, conuertit totum ſermonem

eius ad maiorem, & probat illam ibi { aut enim } & videtur quòd sua probatio sit inductio, quia res potest fieri quatuor modis, vel natura, vel arte, vel fortuna, vel casu. horum quatuor sunt duo boni, & reliqui sunt priuationes. Modo constat quòd natura factum fit ab vniuoco, vt homo ab homine, & arte factum similiter. nam domus in re fit a domo in mente. Reliquæ vero causæ vt fortuna & casus non sunt causæ, sed priuationes causarum: & ideo non est cura si quæ fiunt casu & fortuna non fiunt ab vniuoco, inquit; Nam omne quod fit, aut arte, aut natura fit, aut fortuna, aut casu. Differt vero casus a fortuna, quia casus est natura agens præter intentionem, & fortuna est intellectus agens præter intentionem. & apponit incidentaliter differentiam inter factum arte & factum natura: & dicit ars igitur principium est in alio. Natura vero principium est in ipso, vt secundo physicorum, dixit. Facta diuisione inducit in generatione naturali, & inquit, Homo nanque hominem generat subaudi & domus in mente generat domum in re. Subiciuit autem exemplum in arte, quoniã in septimo posuit exemplum de sanitate: vt dicit Auerroes ibidem commento. 23. Et quia induxit in arte factum & natura, ne quis credat ipsum esse insufficientem, addit, reliquæ vero causæ: vtpote casus & fortuna, horum scilicet artis & naturæ priuationes sunt, quia causæ per accidens, ideo effectus illarum non sunt ab vniuoco, & hæc expositio est optima,
Cõmẽ. 22. & nullus latinorum intelligit locum hunc { Quomodo declarauit } Auerroes ponit intentionem & causam intentionis. Intentio quidem est loqui de causa agente. Causa intentionis est quia compleuit sermonem de forma & materia, & tu vides quomodo hæc expositio differt a nostra & est bona, & apud Auerroem Aristoteles sumit hanc conclusionem, omne generatum fit ab vniuoco in nomine & definitione, vt homo ex homine, & equus ex
Quæstiões circa Arist. equo, & sic de cæteris { Et dicit Alexander } Contra hanc propositionem arguit Alexander tribus argumentis. Primo, quia animalia ex putri materia orta, naturaliter fiunt, quia neque casu, neque arte, neque fortuna fiunt. & tamen non sunt ex simili in nomine vel definitione, { Neque etiam } Secundo mulus est a natura genitus, & tamen non fit a mulo & sibi simili in nomine & definitione { Quid autem } Tertio obijcit. nam Aristoteles facit hanc copulatiuam, quæ fiunt a natura, fiunt ab vniuoco, & alia quæ explicat vt arte casu & fortuna: ergo *videtur* velle quòd omnia facta fiant ab vniuoco. hoc autem licet sit verum in natura & arte facta, non tamen in casu & fortuna generatur. nam hæc non fiunt ab agente determinato, sed ab infinito, vt secundo Physicorum colligitur { Et forte } Soluit & primo vltimam quæstionem quòd licet Aristoteles acceperit illam vniuersalem, omnis substantia generata fit ab vniuoco, post tamen in fine textus facit exceptionem *volens* hanc esse intelligendam de vere generato, modo quæ casu & fortuna fiunt non vere sunt generata. Et propterea sermo Aristotelis non verificatur in illis. quòd autem hæc non vere generentur, patet quia non per generationes, sed per priuationes generationis fiunt, ideſt per defectus & errores in generatione. Per hoc enim quòd sperma ab aliquo accidente impeditur, generat aliquando manum cum duobus uel pluribus digitis. Et breuiter ad formam dicendum quòd genita casu non sunt genita, quia licet Aristoteles vniuersaliter protulit verbum limitat id in fine. Confirmat autem hanc solutionem Alexandri per hoc quòd in tractatu secundo, hoc est in octauo, satis ample dedit hanc solutionem { Et esse }. Soluit primam quæstionem & vult quòd licet genita non fiant a simili specie vel nomine, fiunt a simili in operatione hoc est in virtute. nam generantur a calore stellarum qui est virtualiter similis genitis illis, & hoc satis est. Potest etiam dici quòd quando generatur aliquod, putrefactorum, vtpote vespa, prius fit quoddam corpusculum simile spermati quod habet duas partes: alteram quidem calidam quæ est velut spiritus formatiuus. Alteram vero humidam ex qua formatur corpus. Ille ergo spiritus est similis animali genito saltem in virtute, & de his ample dicemus in commento. 18. { Dicitur etiam } Aliter respondet ad tertiam quæstionem & est solutio apud quosdam. Volunt enim quòd litera non debet legi copulatiue, sed singulum debet referri ad singulum. Intelligitur ergo sic, quòd omne quod fit, fit ab vniuoco secundum speciem modi faciendi & non secundum speciem rei factæ, verbi gratia, Omne quod fit a natura fit ab ente naturę & non ab ente artis: & omne quod fit ab arte fit ab ente artis, & nõ ab ente naturę. Sitt & de casu fato & fortuitu. & sic vniuersale verum est, omne quod fit fieri ab vniuoco sui generis & non suæ speciei { Ars est principium } Hic ponit differentiam inter artem & naturam, quæ differentia ex declaratione literæ perspicua est { Et cum non dixit } Dubitaret forte aliquis. dixit Aristoteles generata generari quatuor modis & subiciuit de genitis voluntate, & sic videntur quinque modi. Respondet quòd voluntas reducitur ad artem, quia est principium agendi in alterum quemadmodum & ars. agit enim in potentijs executiuis quæ sunt aliæ ab ea, licet apud quosdam voluntas agat in seipsam actum volendi, sed hoc relinquitur quòd non est peripateticum { Homo. n. } Facta diuisione inducit nunc & vitur vno exemplo. Colligit Alexander hic quòd Aristoteles loquitur in suo sermone de generatis primarie, hoc est per se, & non de generatis secunda intentione, quæ vocantur generata per accidens & casu. Cuius signum dat, quia ea quæ fortuna & casu generantur vocat generata priuatiue & non absolute, & Auerrois primo ponit verba Alexandri. Secunda ibi { & vt dicit Alexander } exponit verba illa { Dixit Alexander } Aliter respondet Alexander ad primam & vult quòd generata ex putrefactione sunt casu & non per se & sicut excluduntur a copulatiua. Addit tamen esse manifestum ex alijs libris ab arte facta fieri ab vniuoco, quia septimo metaphysicæ commento. 23. declarauit sanitatem in re fieri a sanitate existẽte in anima medici { Quo niam vero mulus } Ad secundam de mulo respondet quòd mulus fit ab vniuoco secundum speciem proximam & non secundum spẽm specialissimam: eo quia asinus, equus, & mulus sunt eiusdem speciei subalternæ & non specialissimę { Et hoc quod dixit Alexander } Recitatis expositionibus, & quæstionibus, & solutionibus Alexandri in
Moderatio Auer. isto loco vult Auerroes aliqualiter moderare dicta Alexandri. Et primo obijcit, nam licet artificialia sint ab vniuoco, tamen non apparet ex textu. In textu enim non plus habetur nisi quòd substantiæ sunt ab vniuoco, & causa erroris est, quia litera non est legenda copulatiue, vt legit Alexander, sed illa particula { & alia } quæ in barbara translatione iacet { & illa alia residua } non tenetur copulatiue, sed illa particula { & } est principium noui sermonis, cuius appositum est, & illa alia residua, aut sunt artificialiter & reliqua { Et in alia } Confirmat quia in alia translatione non inuenitur scriptum illud artificiale & signum est quod est additum extra { Et idem } Tertio quia sermo iste ponitur in septimo, vbi non ponit illam particulam, artificiale { Et inuenimus } Quarto arguit, quia in alio sermone hæc litera copulatur hoc modo { Necesse est vt hoc fit } & reliqua vbi potest non reperiri verbum illud, sed solum quòd omne quod fit aut fit naturaliter aut per se, ideſt casu { Et. reputo } Pro Alexandro arguit, & ostendit quòd litera debet legi copulatiue sic, quòd illa particula { & alia } vel vt habet barbara translatio { & illa alia residua } debet legi cum præcedenti



denti & non quòd sit principium noui sermonis, & signum huius ponit, quia probatur illis verbis subscribit { Aut enim } Modo hæc particula enim vel hæc particula, quoniam dat intelligere quòd sermo non incipit ab illa particula { & alia } vel ab illa { & illa alia residua } & certe Alexan. loquitur iuxta verba græca hæc, videlicet, quæ enim natura sunt, substantiæ sunt, & alia, vel enim arte &c. { Et hoc inuenimus } Idem confirmat per translationem Iohannis & repetit verba præcedentis textus cum verbis præsentis: vbi patet illa particula. Quoniam esse additam vt reddat causam eius quod precesit { Et quod plus } Tertio probat idem quia addit artificialiter facta: modo constat illa fieri ab vniuoco. hæc faciunt pro parte Alexandri: est ergo quæstio ambigua pro vtraque parte { Sed videtur mihi } Cum quæstio erat ambigua pro vtraque parte, Auerroes nunc ponit opinionem propriam & vult quòd propositio solum vera sit in substantijs. Quoniam per illud verbum { & alia } quod in barbara translatione habetur { & illa alia residua } intelligit accidentia, quasi dicat substantiæ fiant a natura & a sibi simili, & illa alia residua scilicet accidentia fiunt aut casu aut fortuna, & hoc pacto vult Auerroes literam esse legendam. Sed ad argumenta non respondet quæ erant pro Alexandro, posset tamen dici pro Auerroe negando translationes, & hoc quia Alexander habuit falsum textum. Tu vero in his considera { Et secundum hoc } Contra, quia si propositio Aristotelis esset vera in substantijs, tunc animalia ex putrefactione orta fierent ab vniuoco. Respondet & concedit antecedens & consequens & consequentiam, & hoc probat duabus rationibus. Prima, quæcunque fiunt casu non habent ordinem, sed orta ex putrefactione habent ordinem: ergo non fiunt casu. Secunda ibi { Et plura eorum } Et est quæcunque fiunt in temporibus terminatis non fiunt casu, sed hæc orta ex putrefactione fiunt in periodis terminatis: ergo non a casu { Hoc autem quod } Reprehendit Alexandrum in alio. quoniam Alexander allegauit solutionem suam de animalibus ex putrefactione ortis in physicis, modo dicit Auerroes, Alexandrum peccasse per obliuionem, quia talis solutio non reperitur in libro physicorum. Excusat tamen ipsum eo, quia forte liber physicorum est diminutus in libro eius. Sed hæc excusatio est fuga. Forte enim Alexander intelligit per physica omnes libros naturalis philosophiæ. nam in libro de Generatione animalium, dedit solutionem illam Aristoteles { Et cum diximus } Quia accepit hæc animalia fieri ab vniuoco, exponit quomodo. nam Alexander voluit in prima expositione quòd fiunt ab vniuoco in virtute, scilicet a calore Solis & Stellarum multiplicato in aere. Ipse dicit quòd fiunt dupliciter ab vniuoco, vno modo, vt dicit Alexander, a calore Solis & aliarum Stellarum. Secundo modo a virtute formatiua reperta in particula seu corpusculo putrefacto. Imaginatur enim quòd sicut a patre & matre decidunt duo spermata, è quibus fit quoddam corpus quod embryo dicitur, sic a calore Solis & Stellarum generatur corpusculum quoddam simile embryoni, & sicut in embryone est pars subtilis spirituosa quæ spiritus formatiuus dicitur sicut in corpusculo illo adest pars subtilis aerea spirituosa: ergo duplex est vniuocatio, & uniuersalis qualis est inter calorem cœlestem & animal id, & particularis reperta in particulari semine. Virtus autem illa quæ est in corpore vel in semine illo assimilatur arti apud Aristotelem, & ideo est similis illi genito, & quasi probat hoc Auerroes, ars generat sibi similem, sed virtus illa contenta in semine est similis arti: ergo generat sibi simile. Probat minorem, quia nulla videtur differentia inter illa tria, sed inter virtutem quæ est in corpusculo in semine & arte, nisi in hoc tantum quòd illa quæ fuit in semine decisa est a patre & matre, ea vero quæ est in corpusculo decisa est a Sole tantum, cuius signum dicit, quia Aristoteles dicit. Hominem generari ab homine & Sole { Et ideo } Corollarium contra Themistium. Themistius enim probauit pro Platone formas & ideas esse, vt saluaret generationem animalium ex putrefactione ortorum. Dicit modo Auerroes quòd nulla est propter hoc necessitas, quia talia animalia generantur a Sole & corpusculo illo loco seminis facto. Sed in hoc commento adsunt quæstiones. prima est Expositoris. Arguit enim calidum in corporibus inferioribus generari a Sole & non a calido: ergo propositio falsa. Amplius secundo cœli commento. 42. Calor causatur a motu & luce, & tamen non sunt vnius rationis. Adhuc in substantijs arguitur. nam tertio de cœlo commento. 56. Ponit quòd ignis potest generari ab igne & a concussione lapidum, quando ergo generabitur a concussione, certum est quod non generabitur a conuenienti in nomine & definitione. quare propositio falsa. Rursum motor cœlestis corporis efficit motum, & tamen motus & motor non sunt vnius speciei. Circa hanc expositionem Alexander dedit tres expositiones. Et prima est quòd debet intelligi in vere genitis ad excludendum genita casu & fortuna quæ generantur. qui errores secundo de vniuocatione in forma vel in virtute, & hoc propter animalia genita ex putrefactione. Secunda expositio fuit quòd debet intelligi vniuersaliter in omnibus, sed similitudo debet esse in genere, vt si est ens naturale a natura, & si artificiale ab arte &c. Tertia expositio fuit quòd debet intelligi in vere genitis & de vniuocatione in specie specialissima vel subalterna, dico in vere genitis excludendo animalia ex putrefactione & casu facta: dico in specie specialissima vel subalterna propter generationem muli. ex his omnes rationes cessant. Themistius autem vt dicetur commento. 24. Glossat propositionem tribus conditionibus seruatis, scilicet in agente principali propinquo, & essentiali, & tu vide ibidem. Auerroes autem videtur glossare hanc in substantijs, & videtur velle omnem substantiam fieri a sibi simili. In accidentibus autem vult propositionem non habere locum. Sed hęc solutio videtur falsa. Primo propter ignem qui generatur ab igne & ab excussione lapidis. Secundo videtur falsum, quia vel intelligit per vniuocationem in virtute vel in forma. Si in virtute erit vniuersalis in omnibus. Si in forma est falsa in substantijs genitis ex putrefactione. & hæc videtur maxima ipsi. Adhuc contradicit sibi, quia septimo huius commento. 30. dicit propositionem esse veram solum in generatis ex patre & matre. & hoc vult esse vniuersaliter in omnibus substantijs, & vtinam esset solutio aliqua pro ipso quæ esset vtilis. Forte propter hæc recentiores fingunt propositionem esse veram in omnibus tam substantijs quàm accidentibus. Quoniam omne quod fit ab vniuoco fit, vel in forma & modo essendi formæ, vel in forma tantum, vel specialissima, vel generica, vel virtute, & sic constituunt gradus quatuor vniuocationis, & tu vide eos. Sed hæc solutio est contra textum qui tantum videtur verificare in substantijs. Adhuc etiam casu videntur fieri ab vniuoco isto modo. Et propterea videtur mihi esse dicendum cum Auerroe. vbi debet scire quòd Auerroes vult hic per generationem vniuo-

cam eam in qua effectus & agens sunt conuenientia in forma, sed formam sumit tam per gradum a quo sumitur species quàm pro gradu a quo sumitur genus prædicamenti. Tunc ipse vult duas propositiones. Prima, solum substantia generatis ab vniuoco in forma prædicamenti, hoc est dicere, solum substantia fit a substantia principaliter. Secunda, aliqua substantia fit a simili in specie, & aliqua a simili in prædicamento. Prima pars patet septimo huius commento. 30. Secunda pars patet in animalibus generatis ex putrefactione. In accidentibus autem non est sic. Quoniam accidens potest generari ab accidente & a substantia. Tunc respondetur ad argumenta contra hoc. Primum tollitur eo quia ignis generatur principaliter a ferro & a lapide, sed dispositiue a motu. Ad secundam dicendum quòd intelligit vniuocationem formæ prædicamenti & non formæ speciei, & sic non potest intelligi accidens sic fieri. Quoniam accidens quandoq; ab accidente, quandoq; a substantia fit. Ad tertiam patet q̃ non contradicit per secundam conclusionem.

Substantiæ autem tres sunt, materia quidem, hoc aliquid existens apparere. nam quæcunq; sunt tactu & non connaturalitate, materia, & subiectum. natura uero, & hoc aliquid inquantum & habitus quidam. Amplius tertia quæ est ex his singularis ut Socrates, & Callias. In quibusdam quòd igitur hoc aliquid non est præter compositam substantiam, ut species domus, si non est ars. Sed nec est generatio, nec corruptio horum, sed alio modo sunt, & non sunt ut domus quæ sine materia & sanitas, & omne quod secundum artem. Sed siquidem in eis quæ sunt natura.

Incepit tractare de forma & declarauit primo qualiter ipsa per se non est generabilis, sed vt pars compositi, & sic de ea locutus est in comparatione ad agens: nunc iterum de ea loquitur in comparatione ad materiam & ad substantiam compositam, & hoc vt contradicat Platoni & alijs male sentientibus. Primo tamen iterum diuidit substantiam sensibilem. Fuit enim prima diuisio in tres partes, vt in substantiam sensibilem æternam, & substantiam sensibilem generabilem, & substantiam insensibilem. Nunc diuidit substantiam sensibilem generabilem, & hoc in tres, vt in materiam, formam, & compositum, & singulum propria declaratione declarat, inquit, Substantiæ autem scilicet sensibiles sunt tres. Materia quidem hoc aliquid existens apparere. Debes scire quòd aliquid est hoc aliquid vere, vt forma vel compositum. & hoc quia est actus vel habens actum. Aliud dicitur esse hoc aliquid apparenter, non quia sit hoc aliquid, sed quia apparet esse tale, eo quia sicut substantia composita subijcitur accidentibus, sic materia subijcitur formis. Expositor & sequaces verba hæc ad antiquos referunt. Dicit enim q̃ antiqui solam materiam cognouerunt & propterea dixerunt solam illam esse substantiam, reliqua vero accidentia. Sed isti peccant valde. Non enim Aristoteles ad antiquos loquitur, sed illudmet dicit quòd in physicis accepit. Dixit enim materiam non esse scibilem nisi per similitudinem & ad formam & ad subiectum compositum. & hoc videtur dicere hic. Inquit enim materia quidem hoc aliquid existens apparere, & ista particula apparere debet legi in ablatiuo: nam græce sic iacet. Materia quidem hoc aliquid existens τῷ φαίνεσθαι, modo Græci vtuntur datiuo pro ablatiuo, quasi ergo dicat, Materia quidem hoc aliquid existens apparere, hoc est quadam similitudine & proportione. non quòd sit vere hoc aliquid, sed similitudine & proportione ad hoc aliquid. Omne enim similitudinarie tale potest dici tale: huius autem causam subscribit Aristoteles dicẽs. nam quæcunque sunt tactu & non connaturalitate, vt sunt opera artis, vt domus, arca, & huiusmodi: sunt materia & subiectum, & nihil tertium ex his aut præter hæc. & hæ similitudine materia ad formam dicitur hoc aliquid. Fecit autem errare expositores mala translatio, eo quia in translatione eorum habebatur substantiam apparere, & hoc non sic habetur in græco, sed existens apparere. & tu vides quomodo ex mala translatione cadunt ⁊ Natura ⁊ Nunc formam exponit, & inquit. Natura vero & hoc aliquid. sumit autem naturam pro forma, quia natura dicitur de vtraque, sed per quandam excellentiam de forma. Hæc autem dicitur vere hoc aliquid & non ſm apparentiam, vel similitudinem, sed absolute. Sed quoniam forma dicitur quandoque priuatio, adiecit ad quam, & habitus quidam subaudi reducitur. nam forma efficitur habitus quando in materia permanet ⁊ Amplius ⁊ Describit tertiam, & inquit, Amplius tertia quæ est ex his, scilicet materia & forma est singularis, vt Socrates, & Callias ⁊ In quibusdam quòd igitur ⁊ præmissa diuisione substantiæ sensibilis corruptibilis, nunc prosequitur de forma. Et primo sumit hanc conclusionem in formis artificialibus, videlicet, formæ artificiales non sunt separatæ a subiectis seu substantijs compositis. Secundo sumit hanc hypotheticam, si quę formæ sunt separatæ a substantijs compositis, illę sunt naturales, non tamen ipse acceptat antecedens nec consequens, sed loquitur hypothetice, inquit, In quibusdam quidem igitur hoc aliquid, ideſt forma non est præter compositam substantiam & exponit se. d. vt domus species, ideſt forma ⁊ Nisi sit ars ⁊ Soluit tacitam quæstionem, quia quis potest dicere quòd domus species est ars existens in mente artificis & non in re, domus ergo est separata. Soluit & arguit contra. d. nisi sit ars. Contra arguit. d. quæcunq; sunt in mente non generantur neque corrumpuntur, sed species domus generatur & corrumpitur: ergo non est in mente. Ponit maiorem. d. Sed nec est generatio nec corruptio horum: pura, quæ sunt in mente, sed alio modo sunt & non sunt, quia per doctrinam vel disciplinam, scilicet domus quæ sine materia, scilicet quæ est in mente & sanitas & omne quod secundum artem. hæc est prima conclusio & eius declaratio. ponit secundam. d. Sed siquidem subaudi sint formæ abstractæ: sunt in eis quæ sunt natura, hanc autem non declarat, sed potest declarari per consequentia post. hæc ergo est expositio huius loci sanè iuxta verba græca. Cum dixit ⁊ Proponit intentionem partis & causam intentionis. Vult itaq; quòd Aristoteles diuidat substantiam in tres quemadmodum fecit in naturalibus & in septimo huius. causa huius diuisionis est vt per ipsam possit deuenire ad cognitionem primæ formæ, & primi finis, & hæc expositio parum differt a nostra ⁊ Dicit Alexander ⁊ Mouet nunc quęstionẽ Alexandri circa id uerbum ⁊ hoc aliquid existens

Cõmẽ. 14.



existens apparere ⁊ Vbi Alexander dicit mihi etiam in hoc sermone est difficultas, & propterea dat quatuor expositiones. Prima ergo expositio est quòd materia non est hoc aliquid ſm natura, sed ipso apparere, hoc est forma qua ipsa materia sentitur vel videtur. nam ipsa seipsa est insensibilis: sentitur autem propter formam ⁊ Dicit autem erit ⁊ Secunda expositio est, quòd materia est hoc aliquid existens ipso apparere, ideſt apparenter. vt videbatur antiquis & non existenter, quorum fundamentum fuit, quia materia reperitur in quolibet, & omne quod est in quolibet est hoc aliquid: ergo materia est hoc aliquid ⁊ Intentio autem ⁊ Positis expositionibus Alexandri Auerroes declarat illas & dicit. Intentio autem & sensus primæ expositionis Alexandri est, quia materia est illa quæ videtur aut sentiur non propter se sed propter formam, & tunc litera debet legi conuerse, videlicet, materia quidem apparet secundum quòd est hoc aliquid, ideſt actuata per formam & non quòd sit hoc aliquid per apparentiam, & hæc est expositio prima. Sed hæc expositio valde contorquet textum & est falsa. Contorquet quidem textum, vt patet in græco. est vero falsa, quoniam Auerroes primo cœli commento 95. ait materiam intelligi propter formam, & rem sentiri propter materiam, ecce quo modo contradicit huic.

Dicendum primo quòd licet contorqueat textum, hoc non est inconueniens propter veritatem. Dicendum secundo quòd materia & forma possunt comparari inter se & ad compositum. Si inter se, sic materia est sensibilis propter formam, & sic intelligit hic. Si ad compositum, sic compositum est sensibile propter materiam & intelligibile propter formam, & sic loquitur primo cœli. Intentio vero secundæ ⁊ Exponit secundam & vult quòd materia sit hoc aliquid apud sensum. nam sensus discernit differentiam inter materiam & formam, sed intellectus. & hoc dicit propter antiquos qui tantum sensibilia cognouerunt, & sic materiam solam & non formam perceperunt, & sic apud eos sola materia est substantia, & formæ sunt accidentia, eo quia formæ sunt intelligibiles tantum, & non sensibiles ⁊ Dicit Alexander ⁊ Exponit Alexander secundam partem textus & videtur quòd ipse in hac parte sequatur secundam expositionem nunc positam, & sic vult quòd reddat causam quare veteres non dixerunt nisi materiam, & vult quòd hoc dixerunt propter argumentum a simili. nam ita se habet forma naturalis ad materiam naturalem, sicut artificialis ad substantiam, sed in artificialibus sola materia est substantia: ergo in naturalibus, hæc est expositio secundæ partis textus ⁊ Sed forte ⁊ Tertia expositio Alexandri est de materia proxima, quia hæc est hoc aliquid ipso apparere, hoc est ipso existere actu ⁊ Et forte dicit ⁊ Quarta expositio est nostra quam diximus in textu. & vult quòd materia sit hoc aliquid non vere, sed apparere ipso, ideſt similitudine & proportione ad formam & ad substantiam compositam. reddit causam huius expositionis dicens quòd non dicit de ea in alio loco, videlicet, quòd ipsa sit cognita secundum similitudinem, non debet contradicere huic quod dixit modo. nam materiam intelligere non possumus nisi per comparationem ad sensibilia & nobis primo nota ⁊ Et forte ⁊ Adaptat nunc secundam partem textus ad hanc expositionem, quasi dicat, quod ideo materia est hoc aliquid per comparationem: quoniam sic se habet ad formas sicut subiectum ad accidentia artis. addit Alexander quòd Aristoteles forte vtitur hoc verbo hoc aliquid loco huius verbi aliqua substantia, inquit Auerroes. hæc igitur sunt verba Alexandri. Accipe ergo quatuor expositiones bonas, & ego vltimam tantum teneo ⁊ Intentio autem primi ⁊ Exponit nunc per ordinem omnia dicta Alexandri. & primo expositionem secundæ partis textus, & quasi dicat. dico materiam esse solam substantiam, quoniam in rebus artificialibus cum contingunt se sola materia est substantia & ens, reliqua sunt accidentia & ponit exempla & sermo patet ⁊ Intentio autem tertiæ ⁊ Exponit tertiam & vult quòd materia proxima sit existens hoc aliquid ipso apparere, ideſt respectu substantiæ sensibilis, quia ipsa est inquantum est pars substantiæ compositæ, & supra hoc exponitur id quod subscribit. d. nam quæcunq; sunt tactu & non connaturalitate est materia & subiectum, quod dicit eo quia materiæ proximę se tangunt, quoniam tactus est corporum modo materiæ proximæ sunt corpora, quæ vero connascuntur primo sunt elementa, quæ non se tangunt: sed cum mixto connascuntur. & huius ponit exemplum & patet. ⁊ Intentio quartæ ⁊ Exponit quartam & vult q̃ Aristoteles velit tres esse substantias scilicet materiam & formam & compositum, & materiam vult esse hoc aliquid ipso apparere, ideſt ipsa proportione ad formam. Esse enim materiæ est esse relatum ad formam. Est autem hæc proportio similitudo quædam sic quòd ita se habet materia ad formas sicut substantia ad formas artificiales, & per hoc patet prima & secunda pars textus ⁊ Et omnia ⁊ Vult modo ponere quintam expositionem, & primo præmittit causam suæ necessitatis, & vult quòd ideo est ponenda quinta expositio quoniam ex his quatuor Alexandri nihil noui scitur de materia quod non est omnibus commune, & propterea est ponenda quinta ut saluetur sensus literæ: & cum hoc habeatur aliquid noui in ipsa materia nondum compertum ⁊ Et videtur mihi ⁊ Premissa causa necessitatis quintæ expositionis nunc prosequitur & primo præmittit intentionem partis, & inquit, & videtur mihi quòd intendebat dare differentiam inter naturam materiæ in esse, & naturam formæ vniuersalis, & maxime illius formæ vniuersalis quod est genus. hæc ergo est intentio ⁊ Reputatur enim ⁊ Probat necessitatem, & inquit, Reputatur enim ab antiquis q̃ prima materia habet naturam rei vniuersalis prædicabilis de pluribus, & hoc quia communis multis, immo omnibus generabilibus & corruptibilibus quo fundamento quidam extimant materiam esse corpus, & forte tangit Auicennam, vt primo Physicorum commento. 63. & forte tangit Platonem, vt primo Peri hermenias, & forte tangit alios ⁊ Et ſi ita esset ⁊ Contra ergo hanc positionem adducit duas rationes quas clarius scripsit in primo huius commento. 17. & inquit, & si ita esset haberet formam subaudi qua substantiaretur, tenet consequentia, quia omne corpus est tale propter formam, & sic non esset pura potentia ⁊ Et non est ⁊ Secundo arguit, si materia est vniuersale genus vtpote corpus non est una secundum numerum, sed secundum formam subaudi mediam inter potentiam & actum. modo dictum est alibi ipsam esse vnam numero: ergo &c. ⁊ Demonstrandum igitur ⁊ Sed dubitatur, quia si materia est una numero non videtur posse reperiri in pluribus, vt primo huius commẽto. 18. 31. & 46. Quomodo enim aliquid potest esse vnum numero & reperiri in pluribus. videtur enim implicare contradictoria ⁊ Hoc quidem ⁊ Respondet quæstioni & distinguit de uno numero, quoniã unum numero duplex est in actu, & in potentia. In actu quidem vt Socrates, & Callias, quia quilibet horum est vnus propter formam unam. Tale ergo vnum numero impossibile est reperiri in pluribus. Sed vnum numero priuatione, & potentia bene potest pluribus in esse ⁊ Quod

Expositio prima.

Secũda expositio.

Expositio primæ expositionis.

Expositio secundæ.

Tertia expositio.

Quarta expositio.

Expositio Auer. sup dictis Alexandri.

Quinta expositio.

non habet } Solutionem declarat & ostendit quòd materia est vna numero & communis pluribus. Vna numero quidem per hoc quia caret formis indiuidualibus quibus numeretur & plurificetur. Communis vero quia caret vna forma qua res dicatur vna numero & non per formam communem, sicut genus: ergo secundum carentiam formarum indiuidualium est vna numero, dempta enim causa pluralitatis relinquitur vnitas. Secundum carentiam vero formæ indiuiduæ est communis pluribus, quoniam res est vna per vnam formam, quia dempta causa vnitatis relinquitur pluralitas, & communitas: ergo materia est vna numero & communis pluribus, & solum fundamentum est, quia est ens in potentia { Formæ enim } Sed circa dicta mouet quæstionem quoniam similiter erit de vniuersalibus. nam vniuersalia sunt entia in potentia: ergo quodlibet vniuersale erit vnum & commune sicut materia, antecedens probatur. quoniam scire vniuersale, est scire in potentia. & hoc pro tanto quoniam vniuersale est ens in potentia: ergo vniuersale erit vnum numero & commune sicut materia { Coniunctio igitur } Respondet quòd communitas vniuersalis & materiæ differunt, quoniam vnitas rei vniuersalis est extra animam in potentia, quoniam ratione formæ quæ est vniuersale potentia. Sed vnitas materiæ est propter priuationem, quia non intelligitur talis nisi propter ablationem formarum, modo priuatio est ens rationis & non est ens extra animam { Materia igitur } Corollarium concludit & dicit. Materia igitur non habet esse extra animam secundum hunc intellectum, scilicet inquantum communis omnibus generabilibus & corruptibilibus. quando non intelligitur sic nisi secundum priuationem, modo priuatio est ens in anima { Et quomodo ita } Soluit quæstionem, quia si sic, tunc materia non differt a priuatione nec est ens extra animam. Respondet quòd differt a priuatione & est extra animam inquantum subiectum indiuidui sensibilis quod videtur & non propter illud quod intelligitur ex ea, idest propter priuationem: ergo inquantum subiectum est ens extra animam, sed inquantum priuata, est ens in anima { Et hæc } Nunc declarat qualiter se habeant eius dicta hic, & inquit, & hæc est perfecta imaginatio materiæ eo, quia scitur eius vnitas & eius communitas, & per consequens eius natura, & hoc expresse nunquam dixit Aristotelem in aliquo loco, sed inuenitur ex eius verbis, supra quibus dicit Iohannes, & hoc est verum, quia in primo Metaphysicæ dicit, quòd in fundamento naturæ nihil est distinctum. & Auerroes commento. 17. ibidem declarat qualiter. & septimo huius dicit, quòd ipsa nec est quid, neq; quale, neque quantum, neque aliquid aliorum quibus diuisum est ens. Ex his duobus potest sumi sententia Auerrois de materia. Ego autem ex alijs locis colligo intellectum Auerrois de materia. Dicit enim Aristoteles octauo Metaphysicæ. neq; omnis materia est, sed quorum generatio est & transmutatio, vbi Auerroes commento. 14. dicit, & ex hoc verificatur quòd prima materia rerum generabilium & corruptibilium est eadem, scilicet quia omnia generabilia & corruptibilia alterantur adinuicem, & decimo huius dicit. Materia enim negatione ostenditur, vbi Auerroes commento. 24. idem colligit. Id ergo inuenitur ex verbis Aristotelis, non tamen

Digressiones.

ita explicate atque ita colorate sicut dicit Auerroes. Sed circa dicta sunt quæstiones non paruæ. Prima si materia est communis pluribus, vt dicit Auerroes, ergo prædicatur de pluribus. Consequens est contra Auerroem primo huius commento. 17, & contra rationem, quoniam si prædicatur de pluribus, vel prædicatur in quid, vel in quale, si in quid erit genus, si in quale erit differentia. Secundo dubitatur, quia si genus est ens extra animam in potentia: ergo quandoq; erit ens extra animam in actu, quoniam frustra est illa potentia quæ non reducitur ad actum, primo cœli. Tertio quæro quomodo forma est fundamentum vniuersalitatis, vel quia ipsa forma & vniuersale idem simpliciter, vel quia forma generat vniuersalitatem, quod est falsum, quia intelligens generat vniuersalitatem. Quarto, cuilibet enti positiuo debetur vnitas positiua, quia eadem ratio entis & vnius entis, ut quarto huius scribitur. Sed materia est ens positiuum, quia substantia & illius species, vt per diuisionem superius positam in textu patet: ergo & vnitas etiam erit positiua. Quinto, quia tunc materia esset vna numero priuatiuæ & plures numero. Vna quidem quia caret pluribus formis quibus diuidatur. Plures vero quia caret vna qua vnificetur: ergo vna & plures. Sexto, tunc per idem dici posset vna specie priuatiue & vna genere, quia caret pluribus formis specificis quibus sint multa. Septimo, videtur falsum quod dicit, scilicet quòd priuatio sit ens in anima, quoniam principium transmutationis realis est reale. Modo priuatio est principium generationis & corruptionis realis vt p̄diximus, quare erit reale quoddam. Prima quidem soluit Auerro. septimo huius commentis. 23. & 24 & octauo huius commento. 6. & 9. metaphysicæ commento. 12. & videtur mihi quòd sua solutio consistit in hoc, quòd materia potest sumi dupliciter. Vno modo vt pars, & sic non prædicatur nisi de seipsa. Alio modo vt totum, verbi gratia, pro materiato, & sic prædicatur de pluribus, quia de omnibus generabilibus. quodlibet enim generabile est materiatum. Tunc ad auctoritatem dico quòd materia non prædicatur in quid, sed in quale, quoniam non est quiditas nec pars quiditatis, sed additum ei, & sic prædicatur in quale, quia prædicat aliquid extra essentiam, quando ergo dicit materiam non prædicari, dicit materiam non prædicari ad modum generis, scilicet in quid. nec propter hoc est dicere, quia non prædicatur in quale essentiale, vt differentia. Secunda tollitur, quia non oportet quòd omne in potentia reducatur ad actum eodem modo quo fuit in potentia, & ideo vult dicere Auerroes quòd vniuersale extra animam acceptum actu est singulare, potentia vero vniuersale, modo non oportet vt tale fiat vniuersale extra animam. Ad tertiam respondet Auerroes primo huius commento. 27. quòd forma dicitur fundamentum vniuersalitatis propter tria. Primo, quia propter formam repertam in composito intellectus concipit compositum vniuersaliter. Secundo, quia vniuersale non est nisi forma concepta sub ratione totius absq; conditionibus materiæ. Tertio, quia a forma est prædicatio essentialis: ergo forma dicitur fundamentum vniuersalitatis et per contrarium priuatio vt vides. Ad quartam mihi videtur esse dicendum ꝙ vnitas numeralis materiæ potest comparari ad subiectum remotum, vtpote ad essentiam materiæ & sic dicitur positiua, vel ad subiectum proximum, vtpote ad priuationem mediante qua intelligitur materia vna, & sic vnitas est priuatiua. Ad quintam, Auerroes concedit totum, est enim materia vna numero, & plures numero, & dicit hoc non esse inconueniens in ente in potentia, sed bene esse incōueniens in ente actu. vnde vnum priuatione, & plura priuatione non opponuntur, sed bene vnus potest esse & plura. Ad sextam conceditur totum. Potest enim dici vna specie per priuationem plurium formarum specificarum & vna genere similiter. Sed Auerroes non expressit hæc propter breuitatem. Ad vltimam dicendum ꝙ priuatio formaliter est

Solones.

ens



ens in anima tantum, sed fundamentaliter est ipsa potentia materiæ, modo non est incōueniens aliquod esse principiū per accidens transmutationis realis, & esse ens in anima, & tu vide alios, ex his patet tota sentētia Auer. de materia. plura dici possunt, sed hæc satis { Si igitur } His expeditis venit ad expositionem verborum Aristo. & primo præmittit vtilitatem expositionis & hoc ex quatuor. Primo, quia facit intelligere esse materiæ quod est ualde difficile. Secūdo, ꝗa est proprium huius scientię. nam physicus declarat esse materiæ per transmutationem, metaphysicus per ordinem ad formam, et propterea hic sermo est proprius metaphysico. Tertio, quia nullus potest itelligere esse materiæ nisi modo isto. Quarto, quia qūo verba Arist. inspexeris inuenies hāc expositionem non remotam ab eis plus alijs quinq;, & dixit quinq; quia reuera quatuor sunt, sed quia dixit ꝙ intelligit hoc in loco eius quod diceret ꝙ est aliqua substantia, propterea vocat expositiones esse quinq;, sed reuera quatuor sunt, quia illa quinta cadit in uno uerbo tantum { Et secundum hoc } Nunc venit ad rem. Vbi primo debes scire ꝙ apud Auer. materia nullum habet esse de se, sed esse eius est in comparatione & ordine ad formam eo, quia materia dependet in esse & conseruari a forma. Vtrum uero forma dependeat sic a materia, alibi diximus. Oportet ergo supponere ꝙ materia nec est ens, nec quid, neq; quale, nec aliquid aliorum prædicamentorum nisi propter formā. Et ad hoc supponendum præcepit Auer. materiam esse unam numero priuatione formæ & communē etiam, & hoc ad demonstrationem intelligere totum esse materiæ esse propter formam uel ordinem ad illam, hoc ergo præmisso, facile est exponere verba Arist. dicit. n. materia est hoc aliquid exñs apparere hoc est ipsa proportione ad formam. nam ipā sm se nullum habet esse nisi vel propter formam, uel propter ordinem ad formam { Et quia esse } Exponit secundā partem textus, & uult ꝙ det cām proximi uerbi, et inquit. nam quæcūq; sunt casu. i. quorum cūq; esse est in contactu & cōparatione ad aliud & non connaturalitate. i. et non forma. i. & eius esse non est forma, est materia et subiectum. nam sola materia est per eius esse in comparatione est aliud. Barbara autem translatio quam Auer. commentatur aliter habet, sed in id redit, & propterea assumpsi nostram literam. { Et quasi intendit } Epilogat expositionem & uult, ꝙ per omnia hæc Arist. innuit esse materiæ, & ꝙ ipsa nullum habet esse nisi in comparatione, & sic per cōtactum intelligit comparationem, & per connaturalitatem intelligit formā, & tu applica totum hoc verbis suis. Sed dubitatur. nā hęc expositio non differt a prima Alexandri, vt patet intuenti.

Dicendum, ꝙ quantū ad modum exponendi non differt, sed bene quantū ad rem expositam. nā Auer. voluit Arist. per hæc dare intelligere esse materiæ & non Alexāder. Sed quomodo materia dependeat a forma & non econuerso ? alibi enucleauimus. nunc uero hæc supponenda sunt, quia ex. 2. Auscult. physicæ clare habeatur { Et forte intendit } Dat secundam expositionem, & hāc vocat manifestiorem sm uerba, & uult ꝙ Arist. innuat differentiā inter formam & materiam. nam materia est sensibilis & forma intelligibilis, propterea materia sensu percipitur, forma uero intellectu, & iuxta hoc exponit secundā partem, &. q. d. nam quęcunq; sunt casu & non connaturalitate. i. forma sunt materia & subiectum. i. sunt materiæ proximę quæ dicūtur subiectum & quasi tangit elementa. Elementa enim sunt cōtactu & non sunt unū in forma. & ppea sunt materię & subiectū. i. sunt materiæ actu, & pximæ. et ppea hic sermo uerus solum de materijs proximis. nam hæc sunt sensibilia & proprie apud nos nota { Et dicit sm contactū } Tunc ponderat uerbum cur. s. Arist. dixit quæcunq; sunt casu & non mixtione. Respondeo, quia tactus est communior, quia est tam mixtorum in una forma ꝙ unitorū, sed non in una forma, ut ergo uteretur sermone vniuersaliori, dixit tactu. Sed dices. Tunc hęc expositio nō differt a tertia Alexandri. Respondet ut supra, ꝙ quantum ad modum exponēdi eadem sunt. non aūt quantū ad rem expositam { Et cū dixit hoc }. Hoc reliquum commēti perspicuum est per se, & maxime ex expōne textus facta per me, nec in hoc est aliqua utilitas.

Quapropter utique non male Plato ait quia species sunt quæcunq; natura. Si quidem sunt species, aliæ ab his ut ignis, caro, caput, omnia enim materia sunt, & maxime substantiæ ultima.

Quasi corollarie conducit quantum ad quid Plato bene dixit ubi debes scire ꝙ conditionalis est duplex, quædā necessaria necessitate rei, & quędam necessaria necessitate illationis, & potest addi tertia quæ est necessaria sm rem & illationē, qui concedit ergo cōditionalem necessariā utroq; modo bene, aut quia simplr & ex toto uerum ponit. qui vero concedit hypotheticam necessariam uno modo tantum non male dicit, quoniam dicit partim uerū, partim falsum. & hoc Plato concedit. Ponit. n. hanc hypotheticam, si ideæ sunt, formæ naturales debent esse tales ideæ, & non formæ artificiales. modo hęc hypothetica est necessaria uno modo scilicet sm ꝑñtiam & non sm rem, & ideo nō male ait Plato, inquit, quapropter utiq; non male ait Plato species esse quæcunq; natura siquidem spēs sunt aliæ ab his. Dixit autē Platonem non male dicere, sed nō dicit ipsum bene dicere, utens inuida laudatione, quoniā Plato dicit hypotheticam uno modo tantum ueram & non utroq; modo, exemplum subscribit eorum a quibus species debent esse aliæ, si debēt esse ideæ. d. ut ignis, caro, caput. Cuius causam subscribit, omnia enim materia sunt & maxime substantiæ ultimę. q. d. ꝙ sublatis formis & positis illis in abstractione, ut Plato, inquit, omnia reliqua sunt ultima materia maxime substantiæ quæ indiuiduum dicitur, quoniam ut in prædicamētis dicitur proprie & principaliter & maxime substat. Sed de hoc dicetur in cōmento. Dixit Alexander } Quæ dicit cōtinuando patent. Debes scire ꝙ sermo Aristo. potest duplr intelligi. Vno modo ꝙ Plato uelit formas ipsas naturales compositorum esse abstractas. Alio modo, ꝙ Plato velit formas formarum substantiarum compositarum esse abstractas, & propterea dat duas expositiōes. Prima supponit Platonem sentire primum intellectum. Secunda uero, supponit secundū intellectum. differunt ergo hæ expositiones, quoniam prima uult apud Platonem ipsas formas compositorum esse separatas. secunda uult ipsarum formas existere separatas { Dicit & erit } Docet construere uerba et debes scire ꝙ textus barbarus sic stat, quia ista si fuerint alio modo, sunt omnia quæ existunt sm naturam, uult modo Auerroes ꝙ siue primo, siue secundo modo exponatur textus, litera debet legi transposite, vz, ꝙ hæc particula ista construat cum τῷ, sunt & τῷ formę subintellectæ cōstruatur cum τῷ fuerūt alio modo. i. si formę habent esse. & hoc modo certe legitur in translatione nostra ut vidistis, & verba Auerrois, utputo, sunt corrupta hic ex ignorātia uerborum eius { Et omnes } Reducit totam sententiam in duo. nam opinio Platonis potest duplr intelligi. Vno mō ꝙ ipsę substantiæ quæ sunt formæ ponantur abstractæ, ut forma aquæ, & forma ignis &c. & sic intelligit prima expō. Alio modo ut intelligat Plato formas formarū. i. uniuersalia formarū esse abstractas, utputa uniuersale hominis & vniuersale leonis &c. & sic intelligit secūda expositio. Prima ponit tantū species indiuiduorū separatas. Secūda ponit vniuersalia specierum esse separata. Ambæ ergo expositiones veræ

Cōmē. 15.

sunt in parte pro quanto solum in formis naturalibus loquuntur, & non in artificialibus { Duo enim } Ponit conuenientiam & differentiam inter has expositiones. Conuenientia est, quia sunt propinquæ quantum ad hoc q̃ non male dicunt excludendo artificiales formas. Differunt vero, quia prima perscrutatio est naturalis, scilicet vtrum formæ compositorum abstractæ sint. Sed secunda est metaphysica, scilicet vtrum formæ abstractæ sint aliæ a formis sensibilibus, quoniam tractare de distinctione & differentia est proprium metaphysici { Et ex hoc secundum Alexandrum } Literam illam dupliciter exponit Alexander. Vno modo vt excipiat adhuc hæc a propositione Platonis, videlicet ignis, caro, caput, & cætera membra, & sic formæ naturales sunt ideæ, exceptis illis quæ sunt velut partes aliorum integrales, & sic haberur prima expositio. Vel potest intelligi vniuersalius vt excipiantur quæcunq; sunt vt materia, vt intelligatur formæ naturales sunt abstractæ, exceptis illis quæ sunt vt materia { Intelligenda est } Debes scire quòd litera barbara sic iacet, & hæc substantia est illud quod est maius valde, & illud postremum & indiuisibile. Prima expositio intelligit per substantiam, compositum, & per illud intelligit materiam, quasi dicat & hæc substantia, scilicet composita est maius valde, & illud, scilicet materia est postremum & indiuisibile. & hanc Alexander vocat corpus commune. Potest secundo modo intelligi per subiectum, mixtum, & per illud, elementa: vt sit sensus, & hæc substantia est illud quod est maius valde, hoc est mixtum est nobile, & illud, ideſt elementum est postremum & indiuisibile. Iuxta hæc certe potest eligi bonus intellectus in verbis græcis positus. lege ergo sic, qua propter vtique non male Plato ait species esse quæcunq; natura, siquidem sunt species aliæ ab his quæ sunt aliorum materiæ, vt ignis, caro, caput. nam omnia sunt materia vltima & eius substantiæ quæ maxime est. Ignis enim est materia vltima mixti & caput & reliqua quare exceptio debet fieri ab his, & quantum ad hoc ponit textum suum Alexander { Dicit Alexander } Sed dubitatur. nam elementa & talia non sunt materia vltima maxime substantiæ. Respondet, quòd per materiam vltimam non intelligit indiuisibilem. Cuius causam dicit ipse Auerroes, quia Aristoteles comparat inter substantias compositas & actu entes. Intelligit ergo materiam vltimam, ideſt proximam quæ dicitur vltima compositione & prima resolutione. Quantum ergo ad duo Plato bene dicit, scilicet quòd formæ artificiales non possunt esse ideæ, & quòd formæ naturales possunt esse ideæ, sed non omnes, sed sole hæ quæ nec sunt materia nec partes integrales alicuius totius, & hoc quia talia non possunt existere per se. Sed quantum ad reliqua male dicit, quoniam reuera ideæ non sunt neq; dari possunt vt plurima argumenta ostendunt. & propterea recte inquit Platonem non male dicere, sed cum dixit ipsum bene dicere, pro quanto in parte verum dixit & in parte falsum.

Mouentes quidem igitur causæ, uelut prius factæ existentes. Quæ autem ut ratio, simul. Quando enim sanatur homo, tunc sanitas est, & figura æreæ sphæræ simul & æreа sphæra.

Accepit primo formas artificiales non posse separari a compositis, & quòd si quæ separari possunt ille sunt naturales. Adiecit & tertio quòd nec istud est vniuersaliter verum, quia non in formis quæ sunt vel partes integrales alicuius totius vel mixti. Nunc ergo vniuersaliter ostendere vult quòd nulla forma potest separata esse, & vitur tali syllogismo, Omne separatum ab aliquo præexistit generationi illius & remanet post corruptionem eius: Sed nulla forma præexistit generationi compositi, nec remanet post corruptionem eius: ergo nulla forma est separata. maiorem tanquam perspicuam supponit, & minorem declarat per differentiam inter causas mouentes & formales. Subiicuit autem conclusionem, quia prius eam dedit intelligere, inquit, Mouentes quidem igitur causæ sunt velut prius factæ. dixit, velut prius factę, quia quandoque sunt perpetuæ vtraq; ex parte, quæ autem vt ratio, ideſt causæ formales sunt simul, scilicet cum ipsis factis. Cuius probationem subscribit per exempla dicens quando enim sanatur homo, tunc sanitas est etiam & non prius nec post. Et figura æreæ sphæræ tunc est, quando simul est æreа sphæra. patet ergo veritas minoris. Cum declarauit } Auerroes videtur velle Aristoteles ex principali proposito declarare differentias inter causam formalem, & agentem, & hoc nulla alia causa nisi vt declaret naturam formæ & naturam agentis, & certe expositio potest stare. Ego vero textum introduxi modo dicto & propter causam prædictam, verba commenti perspicua sunt. Cõmẽ.16.

## Si autem & aliquid manet posterius, perscrutandum est. In quibusdam enim nihil prohibet, ut si est anima tale, non omnis, sed intellectus. Omnem nanque impossibile forsan.

Minor habebat duas partes, & quòd nulla forma præexistit generationi compositi, & quòd nulla forma remanet per se post compositi corruptionem, & probauit primam partem per differentiam datam inter agentes causas & formales. Nunc ergo de secunda vult se excusare: licet addat quandam veritatem quæ primo aspectu apparet, & inquit, Si autem & aliquid, scilicet de numero formarum manet posterius, hoc est post compositi corruptionem, perscrutandum est, opponit tamen id quod primo videtur aspectu & inquit, In quibusdam enim nihil prohibet, exponit in quibus &c. d. vt si est anima tale non omnis, sed intellectus, omnem nanque separari est impossibile forsan. Sed quomodo intelligitur textus iste, in commento aperte disputabitur: quoniam Expositor contradicit Auerroistis. Dicit Alexander } Proponit quæstionem Aristotelis, & fundamentum quæstionis, est ergo quæstio. Vtrum aliqua formarum remaneat post compositi corruptionem { Deinde narrauit } Ponit fundamentum quæstionis & componitur sic, Anima seu intellectus hominis est forma hominis: anima & intellectus hominis remanet post corruptionem hominis: ergo aliqua forma manet post corruptionem compositi. { Sed non } Respondet Alexander per verba Aristotelis. Vbi debes scire quòd partes animæ rationalis quædam sunt dependentes in esse & in conseruari a materia, vt cibalis, concupiscibilis, sensibilis &c. Similiter intellectus materialis qui dicitur virtus animæ apud Alexandrum, quædam sunt nullo modo dependentes a materia & corpore, vt intellectus adeptus & intellectus agens, & tales remanent post corruptionem, vt in tertio de Anima dictum est. Tunc construe literam sic, vt si est anima tale non omnis, ideſt non tota, sed intellectus & intelligitur adeptus vel agens, omnem nanque impossibile est forsan separari. addit tamen cur Aristoteles Cõmẽ.17.



les adiecit forsan, & vult quia est proprium alterius libri { Et hoc quod dicit. } Nunc declarat positionem Alexandri, & vult quòd apud Alexandrum sit triplex intellectus, & forte quadruplex. Vnus est intellectus agens generans, & vnus materialis eductus de potentia materiæ, & tertius compositus aliquo modo, & est intellectus in habitu, vt diximus tertio de Anima. Quartus est intellectus adeptus qui est ipse intellectus agens vt cognitus a possibili, vult modo Alexander verbum philosophi esse verum solum de adepto. Hic enim innascitur homini de nouo, & tamen non corrumpitur homine corrupto, sed posterius remanet { Sed non est } Recitata positione Alexandri narrat positionem Themistij, & Theophrasti, & ponit omnes ꝓpositiones quas concesserunt hi. Prima, intellectus materialis remanet post hominis corruptionem. Secunda, intellectus agens est quasi forma intellectus materialis, & non dicunt absolute esse formam, quia habet modum formæ, vt dixit in tertio de Anima. & proterea vocatur compositum quasi ex materia & forma. Tertia, intellectus agens creat intellecta vno modo & recipit alio modo. Creat quidem per se inquantum intellectus, & recipit eas per accidens inquantum coniungitur intellectui possibili qui recipit eas, & sic recipit eas per accidens { Nos autem } Epilogat omnia quæ dixit in libro de Anima breuiter. & ponit multas propositiones breuiter, quæ ad longum sunt declaratæ in tertio de Anima. quarum prima est, Intellectus agens est quasi forma intellectus materialis. Tum quia habet rationem perfecti & intellectus materialis habet rationem imperfecti. Tum quia coniungitur ei aliquo modo, licet non mediante dispositione quiditatiua & quantitatiua, & proterea non dicitur vera forma, sed quasi forma. Secunda est, quòd intellectus agens agit intellecta per se, & recipit ea per accidens, pro quanto copulatur intellectui possibili qui per se recipit illa. Tertia, intellectus materialis est generabilis, & corruptibilis, vt dicetur. Quarta, intellectus in habitu habet partem generabilem, scilicet phantasmata ipsa, & partem incorruptibilem, scilicet intellecta ipsa vniuersalia. Dictum est enim q̃ corrumpitur quantum ad id per quod est ens verum, & generatum quantum ad illud per quod est vnum entium in mundo, & quia dixit quòd intellectus materialis est corruptibilis declarat quomodo & vult quòd corrumpatur quantum ad actionem, & non quantum ad essentiam. Quinta, intellectus materialis ab extrinseco intrat nos, quoniam non reducitur ex semine, sed deforis aduenit. quòd autem intellectus materialis veniat de foris, supponit { Si enim esset } Quia accepit quòd intellectus materialis respectu agentis est velut locus, & non quasi materia. Potius enim assimilatur loco quàm materiæ, quoniam materia est res indiuidua, sed intellectus materialis est res vniuersalis. Amplius, materia dependet a forma, sed intellectus materialis non dependet, quia est æternus, & propter multa alia quæ dixit in commento. 6. tertij de anima { Et si actio } Probat secundam partem, scilicet quòd ipsius intellectus agentis operatio est corruptibilis, prout copulatur possibili, quia si non: erit ergo æterna, sed in æternis actio æterna est eius substantia, vt dicetur commento. 51. ergo erit substantia intellectus. Tunc vltra si actio hæc erit substantia eius: ergo semper erit continuus ipsi intellectui materiali, & quo ad substantiam et quo ad operationem, cum substantia eius & operatio idem sint { Sed quomodo } Ponit ergo quomodo nostra operatio est corruptibilis, vbi innuit talem distinctionem q̃ ipsius intellectus agentis operatio duplex est. vna est illius vt agens est, & hæc est creare intellecta, & talis debetur sibi in principio quo intellectus possibilis incipit perfici in nobis, alia est eius vt forma est. & hæc est ipsemet intellectus agens vt copulatur ipsi possibili, & hęc debetur ei in fine, scilicet quando intellectus materialis adeptus est totum intellectum speculatiuum: ergo vult, quòd actio eius prout copulatur cum materiali in principio sit alia a substantia eius. Actio vero eius prout copulatur in fine est substantia & forma alij non sibi { Et ideo } Corollarium, quoniam actio agentis est alia ab eius substantia, ideo fuit possibile vt aliquod æternum vtpote intellectus possibilis intelligat aliquod corruptibile, scilicet virtute agentis de nouo abstrahentis { Si igitur } His declaratis vult declarare quid sit prosperitas & quando, vbi debes scire quòd donec remanet aliquod producibile faciendum, semper agens habet potentiam actiuam. Quoniam cuilibet potentiæ passiuæ correspondet actiua: ergo per conuersionem per contrapositionem si nullum est producibile, nulla erit potentia actiua in agente, quare quomodo omnia speculabilia & intelligibilia sunt actu intellecta nihil remanet amplius producit: ergo cessat potentia ab agente, & per consequens destruetur hæc actio, quæ est alia ab eo. Est ergo suppo nendum intellectum agentem quandoq; remanere absq; actione quæ est alia ab eo propter rationem dictam { Et tunc } Nunc arguit, posito casu quòd actio hæc cesset, aut non intelligemus omnino per hunc intellectum, aut intelligemus per eius substantiam, sed est impossibile vt aliqua hora non intelligamus per ipsum aliter esset otiosus: ergo intelligemus per ipsum inquantum eius actio est eius substantia, & hæc est vltima prosperitas, scilicet vt intelligamus per eius substantiam, sicut ipse intelligit se.

Sed quid sit iste intellectus agens per cuius essentiam intelligimus. Vtrum deus vel aliqua intelligentia inferior? dictum est tertio de anima, & in libro nostro de intellectu. Amplius, vtrum felicitas sit ipse intellectus, an aliquod medium quo vtimur ipsi intellectui, dictum est ibidem. Adhuc etiam quomodo perueniemus ad hæc quandoque & quibus, diximus ibidem. hæc enim dicta sunt in transcursu & transitu & per modum epilogi. His visis veniamus ad verba textus. videtur enim ex textu sumi contra Auerroem rationalem animam non præexistentem corporibus, vt dicit Auerroes, qui ponit eam æternam a parte ante, & post, & vnam. Quoniam quantum ad hoc conuenit cum verbis Aristotelis, & videtur remanere post hominis corruptionem, quoniam quantũ ad hoc differt ab alijs: ergo ex textu aperte sumitur quòd incepit & non definit, inquit enim, In quibusdam enim nihil prohibet vt si est anima tale non omnis, quia non quælibet, quia non sensitiua, nec vegetatiua, sed intellectus, ideſt sed sola rationalis. Vocat enim intellectum animam rationalem, omnem nanque animam & sensitiuam, & vegetatiuam, & rationalem, separari est forsan impossibile. Ecce quomodo aperte sumitur rationalis anima incipere, quemadmodum & aliæ formæ & remanere, & in hoc differt ab eis. & in hac glossa multum lętatur. Expositor contra Auerroem, sed pace sua dixerim, ipse non percipit verba nec sensum verborum Aristotelis. licet enim positio sua sit veritas, nec sumus, nec volumus, nec appetimus contradicere veritati. Sed in hoc est falsitas quòd ipse credit talem veritatem esse in verbis Aristotelis hic & alibi. Adsunt etiam alij præclarissimi Theologi, qui Aristotelem in tali quæsito esse semp dubium asserunt, sed quocunq; modo sit ex verbis his non colligitur. Propterea debes scire q̃ apud Auerroim rationalis anima ipsius intellectus agentis operatio duplex est. vna est illius vt agens est, & hæc est creare intellecta, & talis de- De anima & intellectu apud Auerroem.

Auerroi alicubi inueni, sed rationalis anima apud Auerroem est quoddam compositum ex parte sensitiua & parte intellectiua. Accipiatur enim totum illud animæ quod ex semine eradicatur, & ponatur loco partis materialis, & totum id quod de foris aduenit loco partis formalis, & ex his constituitur rationalis anima constituens compositum in esse specifico, & plures secundum numerum indiuiduorum speciei hominis licet intellectus sit unus omnibus. tale autem constitutum incipit simul cum com posito, quemadmodum omnes formæ materiales & aliquid eius remanet, vtpote intellectus, & in hoc differt ab aliis, & hæc expositio multum consonat textui. Dicit enim in quibusdam enim nihil prohibet vt si est anima tale non omnis hoc est non tota, sed aliquid eius, idest intellectus. omnem nanque, ideſt totam nanque impossibile est forsan, quia saltem secundum partem sensibilem traducitur ex semine. & quòd hæc sit mens Aristotelis patet. nam Aristoteles nullibi sumit intellectum pro anima. Dicitur enim græce intellectus νοῦς. Anima vero græce dicitur ψυχή, nec alicubi visus est variare terminos. & hoc quia anima dicitur totum quoddam: intellectus vero pars eius vt in principio terij dictum est, immo intellectus non dicitur forma nisi æquiuoce, vt dictum est in commento. Ex his apparet talem veritatem non colligi ex verbis Aristotelis. quãquam idem sit catholice dictum atque nullatenus ambigendum.

**Palam itaque, quia non oportet propter hoc esse ideas. Homo enim hominem generat, qui uero singularis singulariter aliquem. Similiter autem in artibus. Medicinalis enim ars, ratio sanitatis est.**

Confutauit positionem Platonis & declarauit quantum veritatis continebat. Nunc ergo vult soluere argumentum eius. Erat autem argumentum eius, quia omne quod fit, fit ab vniuoco, sed non potest esse aliquod vniuocum nisi ideæ: ergo oportet ideas esse. Soluit dicens palam itaq; quia non oportet propter hoc, subaudi argumentum esse ideas. nam homo generat hominem, sed qui singularis singulariter aliquem. Etiam vniuersalis vniuersalem nec vniuersalis particularem generat. Similiter autem in artibus subaudi oportet dici. nam medicinalis ars est ratio & similitudo sanitatis a qua fit. non ergo oportet ponere ideas vt res producantur a simili, quomodo inferius inueniatur simile a quo suum simile producatur. & sic positio Platonis nullo modo est necessaria, nec quantum ad argumentum positionis.

Cõmẽ. 13. Cum declarauit } Auerrois conuenit nobiscum in exponendo Aristotelis textum, sed vult quòd Aristoteles probet in litera suam solutionem ex loco a simili. nam sicut in arte ita in natura, sed in arte omne quod fit, fit a simili & non ab idea. ergo in natura omne quod fit, fit a quodam simili habente formam rei factæ in potentia actiua. Tu vero scis istud non esse ita: vt patet in textu græco, sed vtcunque totum est bonum { Themistius } Digreditur contra Aristotelis dicta. Et primo inducit Themistij positionem & argumenta Themistij. Themistius ergo opinatur quòd ideæ sint, sed quo pacto dicemus, vtitur argumento ex eis quæ fiunt absque patre & matre, vbi certum est talia fieri a simili & non a patre: ergo ab idea. Et huius argumentum ait Aristotelem fuisse oblitum, & dixit argumentum non bonum { Et nos } Remouet Themistius dubium. Diceret enim quis talia animalia fieri casui & non ab agente per se, vt diximus commento. 13.

Digressio & positio Themistij.

Contra arguit, & syllogismus eius est, Omne id ante cuius generationem procedit debitus ordo & debitus processus naturæ sit per se & ab agente, sed in omnibus talibus præcedit ordo & processus naturæ: ergo generãtur ab agente. Minor patet in animalibus factis ex semine, & eodem modo patet in animalibus ex putrefactione. Nullum enim horum fit nisi præcesserit quædam resultatio, ideſt dispositio habilis per quam ita hoc quòd non id producatur: vt patet in animalibus ex semine generatis & ex putrefactione etiam { Dicit & non decipiat } Contra, quia non videtur simile in animalibus perfectis & talibus vilibus: ergo licet animalia perfecta producantur ordine & debito processu, animalia talia vilia non sic, & propterea casu producuntur. Contra arguit, quia vilitas non tollit ordinem rei generandę. nam videmus aliquem generare rem a luto & ab auro, & tamen vtroque modo facit cum ordine & debito processu { Et si tu bene } Secundo principaliter arguit Themistius animalia perfecta fiunt ordine & debito processu, & hoc quia procedit resultatio seu dispositio certa in materia ad illa determinate. quæro ergo a quo talia generantur: & certum est quòd non a patre & matre, quoniam hæc nihil faciunt ad compositionem hominis, licet faciant ad ipsum fieri nihil tamen ad factum. nam corpus nihil facit ad corpus nisi in extremitate, sed natura facit in ipso corpore intrinseco: ergo talia erunt ab agente alio & tale est idea { Et non est } Contra. quomodo natura dirigit se tali modo, vt simul cum idea producat debitum effectum. Respondet quòd hoc facit inquantum dirigitur ab intelligentia non errante quæ est anima in terra, hoc est in sphæra actiuorum & passiuorum de qua Plato dicit, quòd fit ex dijs secundis, & vocat eam in Timæo animam mundi. & Aristoteles dicit eam fieri ex Sole & orbe decliui, ideſt zodiaco { Et ideo } Concludit propositum quòd licet natura non intelligat quod facit, tamen agit ordinate pro quanto dirigitur ab illa anima quomodo prophetæ loquuntur futura licet non intelligant illa, quia dirigunturque ab intelligentia non errante. Sed dubitatur quomodo non corpus potest fieri a corpore, cum ergo talis anima non sit corpus, non videtur posse fieri a Sole & orbe decliui. Amplius, si prophetæ loquuntur futura cum loquela subordinetur rationi, videtur quòd debeant præscire futura. Debes ergo scire quòd hanc mundi animam declarauimus in libro nostro de Anima. & Themistius in libro de Anima capitulo vigesimotertio declarauit omnia hæc. Possumus ergo dicere quòd Themistius sic intelligit non vt dixi. Nam anima duplex est, vna terrena quæ non dicitur anima mundi, sed anima generabilis, & hanc vocat Themistius animam in terra, & talis apud Platonem sit a dijs secundis, ideſt ideis. apud Aristotelem hæc sit a Sole & orbe decliui tanquam a causa vniuersali, & ab agente proximo tanquam ab instrumento. Posset intelligi per animam in terra animam mundi vt dixi, & tunc tu solue argumentum. Ad secundum forte ipse loquitur more astrologorum, qui prophetas euenire a virtutibus cœlorum asserunt, vt quando præfuerit aliqua magnarum coniunctionum Saturni, & Iouis, & maxime quando talis coniunctio mutauerit triplicitatem. & Saturnus fuerit in secunda domo, vel tertia, ab ascendente coniunctionis, vt Albumasar inquit, & tunc certum est tales esse & futura prædicere, qui tamen nõ præcognoscunt futura quãdo ab impetu loquantur, uel hoc intelligit de melancholicis apud medicos vel de dęmoniacis. Tu uero hęc considera { Et uniuersaliter necesse est } Dedit Themistius necessitatem ponendi ideas. Nunc uult cõcludere ęp non sufficiunt & supponit unum, videlicet, quòd omne



omne quod fit, fit a debito principio materiali simili & proportionali rei factæ, quia non quodlibet fit ex quolibet. Ex hoc sequitur quòd debet forma antequam fiat præexistere in materia tota & tota debet educi de potentia agentis. & hæc est positio Themistij, & verba sua vide { Et ap paret quòd iste } Reprobat nunc positionem Themistij in duobus. Primo quia nescit quomodo fit generatio. Secundo quia nescit quomodo generatum fit a conuenienti in nomine & diffinitione. Hæc ergo duo quæ credebat declarare videtur Themistius ignorare { Quo modo enim intellexit } Declarat hæc simul & proponit quòd de mente Themistij generatum fit de nouo pro quanto agens creat formam & ponit eam in materia, ac si nullo modo contineatur in materia, sed esset aliud in materia & aliud in effectu. Arguit modo si ita esset, tunc essent formæ creantes animalia & plantas & generata ex putrefactione, ita ęp darent formas, animas, lineationes, creationes, & esse talibus. Est ergo enthymema Auerrois, si esset, vt Themistius inquit, tunc darentur substantiæ creatrices { Et contingit } Destruit consequens prædictum hoc modo, si formæ creatrices sunt: ergo tales erunt animæ. tenet consequentia, quoniam anima creatur ab anima quomodo debeat esse similitudo. Tunc vltra, si animæ vel abstractæ & immateriales nullo modo dependentes in esse & conseruari, vel non abstractæ & dependentes in esse & conseruari a materia. hæc est diuisio syllogismi hypothetici. { Sed si fuerint } Destruit alteram partem & infert alterã quam iterum destruet, & per consequens falsum dixit. Debes aũt scire quòd forma dici potest abstracta dupliciter, secundum esse & instrumentum, & secundum esse tantum, non tamen secundum instrumentũ. Exemplum primi ut Deus. Exemplum secundi vt virtus formatiua, quæ quidem est abstracta & vtitur instrumento corporeo. Primo quo destruit primam partem. d. si fuerint non abstractæ, ita quòd fuerint coniunctæ instrumentis propriis & formis materialibus quibus vtitur vt instrumentis sic, quòd neque subiecta in quibus sunt etiam sint abstracta, itaque nullo modo sint abstractæ neque subiecto, neque instrumento, sed habeant de principijs instrumentalibus calorem animalem, si inquam hoc dicatur, tunc erunt factæ. Est ergo enthymema si dicatur tales formas creatrices esse materiales & secundum subiectum & secundum instrumentum. Tunc erunt factæ, & tunc erit quæstio a quo tales fiant quomodo omne quod fit debet fieri a simili, & propterea dat aliud membrum quòd oportet tales creatrices formas esse abstractas & ideas { Et hoc non tantum } Destruit hanc secundam partem: nam si dicatur tales esse abstractas hoc non tantum erit in animalibus ex putrefactione genitis, sed ex semine genitis. nam in seminibus sunt virtutes & formæ similes formis artificialibus quæ formant corpora & tales factæ sunt, vt etiam ille in putrefactis: ergo ab alijs, & per consequens oportet deuenire ad ideas simplices æternas, quo Themistius habet idem dicere & in animalibus genitis semine & putrefactione quare argumentum eius nõ est necessarium { Vnde quidam } His adductis pro & contra, nunc narrat opinionem Auicennæ, & Themistij, & hi volunt duo. Primum, quòd omnes formæ substantiales generabilium fiunt ab vna vniuersali abstracta a materia quæ ab Auicenna dicitur Colcodea, hoc est datrix formarum. Secundo dicunt quòd talis Colcodea sit intellectus agens: ergo apud eos Colcodea & intellectus agens sunt idem subiecto & differunt ratione. Dicitur quidem enim Colcodea pro quanto creat formas. Dicitur vero intellectus agens pro quanto abstrahit sensibilia a materijs. { Et ratiocinatur } Nunc ponit fundamentum huius positionis, & supponit duas suppositiones. Prima, tantum quatuor sunt qualitates actiuæ, videlicet, caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. Tales enim actiuæ dicuntur quia agunt similia { Formæ autem subſtantiales } Secunda suppositio, nulla forma substantialis est principium actiuum suæ oppositionis vel sui similis quod exponit, ita quòd ignis quomodo fecerit alium ignem sibi similem ex corpore grauis, videlicet, ligno, forma substantialis quæ est in eo vtpote quia leuitas gratia exempli non agit leuitatem sibi similem: & hæc suppositio patet ex verbis Aristotelis in libro de Generatione, & in libro de sensu & sensato { Et cum ita sit } Tunc arguit, cum aliquis ignis generatur, vel forma eius consequitur primo facta, ita quòd fiat concomitatiue, vel fit principaliter. Si concomitatiue, tunc forma igitur fieret ex non forma ignis, & per consequens generatio fieret non a sibi simili { Et hoc non }. Secundo arguit: nam saltem in anima oportet dicere quòd fiat ab idea. nam non dicunt eodem modo in anima & alijs: modo nos non videmus animam fieri ex anima in his, sed potius ex non anima. Fit enim anima ex spermate quod non est anima, ergo si generatio est ab vniuoco oportet saltem animam fieri ab anima, & per consequens oportet esse ideam abstractam a qua fiunt animæ omnes: ergo licet quis posset fugere in elementis, saltem in anima non posset fugere { Et hoc iam } Confirmat hęc auctoritate Themistij. nam Themistius primo de Anima capitulo vigesimotertio, idem cõfirmat. Similiter & hic idem dicit. Dicit enim animam materialem apud Platonem fieri a dijs secundis: apud Aristotelem vero a sole & orbe decliui. hæc ergo est positio Auicennæ. Sed circa hanc positionem sunt difficultates. Prima, nam cuilibet intelligentiæ correspondet orbis perpetuus. Quæro ergo quis orbis correspondet illi intelligentiæ. Secunda quæstio, talis intelligentia est prima, vel quem ordinem tenet in numero intelligentiarum apud Auicennam? & a qua producitur? & multæ possunt esse quęstiones, sed breuitatis causa relinquantur, quia eam non intendimus sequi. Ad primam, videtur quibusdam illi intelligentiæ correspondere vnus orbis per se & alterum per accidens. hæc enim intelligentia primo & per se gubernat sphæram lunæ. Secundo & per accidens gubernat sphæram actiuorum & passiuorum, & sic apud eos intelligentia lunæ est Colcodea, & intellectus agens, intelligentia lunæ quidem pro quanto mouet sphæram lunæ. Colcodea vero pro quanto secundario gubernat sphæram actiuorum & passiuorum. Intellectus autem agens pro quanto creat intellecta, & mouet intellectum materialem. Sed reuera hæc est fabula. Auicenna enim in pluribus locis tenet talem intelligentiam esse solum respectu sphæræ actiuorum & passiuorum, nec vult eam esse intelligentiam lunæ, & talem vocat intelligentiam agentem quam posuit abstractam propter duo, scilicet propter intellectonem & propter generationem, & ego adducerem multos textus suos, sed tu vide per te loca eius. Ad tertium dicendum apud eum, quòd intelligentia lunæ intelligendo superiorem apud ipsum, vtpote illam Mercurij produxit hanc sphæræ mediæ. Intelligendo vero se produxit animam orbis lunæ, & sic apud Auicennam ex duplici ratione producendi intelligentia lunæ duas produxit res { Et ista quæstio } Nunc vult respondere quæstioni, & primo proponit difficultatem quæstionis, & quomodo ipse vult loqui in hac materia { Ibi dicamus } Prosequitur & prima pars perspicua est. Circa secundam ipse omnes positiones reducit ad extrema duo, & ad medium, nam quidam differunt latitationem omnium formarum, & alij extremi his contrarij dicunt creationem omnium formarum. primi dicunt quatuor, quorum primum est quodlibet esse in quolibet. Secundum est generationem esse solum exitum rerum de confuso ad distinctum. Tertium est agens esse solum distinguens & non generans. Quartum erat quòd agens solum disponit mouendo materiam, sed intellectus ille creauit

omnia ſimul. hæc ergo quatuor erunt de mente horum quorum princeps fuit Anaxagoras ¶ Dicentes autem creationem ¶ Secundam enarrat poſitionem & vult eam ponere duo. Primum quòd agens creat totum eſſe compoſiti ex nihilo. Secundum quòd nulla eſt neceſſitas materiæ vt præſuppoſitæ generationi, & hæc vt dicit eſt opinio legis ſuæ & legis chriſtianorũ, & addit de qua dicit Iohannes chriſtianus, vtpote Euangeliſta, quòd tota potentia eſt in deo, & ſine ipſo nihil factum eſt, & quòd omnia in ipſo erant, & hoc narrauit Alpharabius de Iohanne chriſtiano, quia ipſe non vidit, ſed forte poteſt tangere Iohannem Philoponum, qui fuit de primis chriſtianis, & talis quantum ad hoc contradicit Ariſtoteli, vt dicemus. Debes ſcire qđ Auerroys falſum imponit noſtræ religioni, non enim chriſtiana religio vult agens materiale nihil facere, ſed vult ꝙ ſi deus vellet poſſet omnia creare, tamen corpora phyſica produxit, & dedit eis virtutes actiuas, ſed de his poſt modum ¶ Opiniones autem mediæ ¶ Nunc narrat medias & vult illas eſſe duas, ſed quia vna ſubdiuidit̃, ideo ſunt tres, ſed ponit primo ea in quibus differunt, & ea in quibus conueniunt ſunt tria. Primum eſt, quia apud eos generatio eſt tranſmutatio in ſubſtantia. Secundum eſt, quòd in omni generatione eſt neceſſarium ſubiectum, & per conſequens nihil fit ex nihilo. Tertium eſt, quòd omnis generatio eſt ab vniuoco & ſibi ſimili ¶ Vna autem ¶ Poſitis his in quibus conueniunt, ponit ea in quibus differunt, & narrat poſitionem Auicennæ, & hæc conſiſtit in duobus. Primum, omnis forma creatur in materia ab agẽte, et propter hoc dicunt agentia materialia diſponere materias tantum & non agere principaliter. Secundo dicunt tale agens eſſe abſtractum, vtpote intellectum agentem, & talem vocant datorem, & hæc eſt poſitio Auicennæ. Themiſtius vero dicit quòd rerum genitarum quædam ſunt valde imperfecta & materiæ primæ propinqua vt elementa & mixta inanimata, & quædam ſunt perfecta & nobilia, & hæc duobus modis, quædam habent ſimilia vt homo & equus &c. quædam vero non habent ſimilia vt putrefactione orta. Tunc Themiſtius dicit, quòd pro primis non oportet recurrere ad agens abſtractum, quia pro generatione ignis ſatis eſt ignis, nec pro perfectis habentibus ſimilia, quia pro generatione hominis ſatis eſt homo, & propterea ponit ideam pro genitis ſponte, quæ ſunt perfecta mixta & viua: & per conſequẽs oportet ponere agẽs ei ſimile, & ſic habet dicere agens in generatione duplex ſcilicet abſtractum quod ponitur tantum propter generationem animalium ex putrefactione genitorum, & materiale quod ponitur propter alia, & hæc videtur opinio Alpharabij in libro de duabus philoſophijs, licet ſatis ambigue loquatur ¶ Tertia autem ¶ Nunc narrat poſitionem Ariſtotelis, & ponit id in quo ferè tota conſiſtit, & inquit. & eſt quòd agens phyſicum non facit niſi compoſitum ex materia & forma. In hoc enim conſiſtit totum fundamentum Ariſtotelis: ergo videtur velle quòd generatio nõ eſt inductio formæ in materia, & hoc contra Platonem, Themiſtium, & Auicennam. Nec ſit formæ manifeſtatio vt ſentit Anaxagoras, ſed eſt compoſiti ex materia & forma acceptio eſſe poſt non eſſe ¶ Et hoc ſit ¶ Declarat iſtud & vult quòd generationem compoſiti præcedit quædam diſpoſitio, quæ eſt inquantum agens mouet alterando materiam de diſpoſitionibus præcedentibus ad diſpoſitiones ſequentes facientes pro noua forma tãdiu debet quãdiu exit quod erat in potentia ad actum, & producitur compoſitum perfecte: ergo apud Ariſtotelem forma non inducitur nec producitur, ſed compoſitum generatur propter formæ eductionem ¶ Et in iſta ¶ Aſſimilat hanc poſitionem poſitionibus antiquorum ad hoc vt oſtendat non eſſe ſictam, & primo aſſimilat illam opinioni Empedoclis. Empedocles enim voluit agens ſolum congregate ſeparata uel diſgregare congregata, & ſic apud ipſum generatio nõ erat niſi inordinatorum ordinatio vel ordinatorum ſeparatio, ait tamen quod in præcedenti capitulo ipſe nihil dixit de agente, ſed vtcunque ſit agens apud Ariſtotelem non eſt congregans inter duo in rei veritate, ideſt actualia, ſed eſt extrahens id quod erat in potentia ad actum, & quaſi congregat inter potentiam & actum, ideſt inter materiam & formam non deſtruendo materiam priſtinam, ſed illam prę diſponendo donec in compoſito fiant duo, ideſt materia & forma vnum componentia. patet ergo quid ſit generatio apud Ariſtotelem & quid agens, & ex his patet qualiter omnes generans apud Auerroem eſt diſponens & alterãs, vt ſeptimo huius commenti. 31. dixit. Generans enim inquantum producit compoſitum eſt generans. Inquantum vero educit formam eſt diſponens. Sed contra, quoniam ſecundo phyſicę auſcultationis vult Ariſtoteles quòd diſponens ſit aliud a dante formam vt exemplificat in artibus. Amplius, lumen diſponit oculos, & colores inducunt ſenſationem. Adhuc apud Auerroiſtas ſpecies ſenſibilis vtpote phantaſma diſponit ad intellectionem, ſed intellectus agens cauſat intellectionem. Poſſet dici pro nunc, quòd verbum Auerrois intelligitur in actione phyſica & corruptiua, vel forte verbum illud intelligitur quando diſpoſitio eſſentialiter ordinatur ad actionem principalis agentis, cuiuſmodi non eſt forte in illis, & alias gloſſas diximus in tertio de Anima. Scias tamen quòd illa propoſitio non acceptatur ab omnibus. Dicimus enim nos naturale agens vtpote hominem diſponere pro anima rationali: & Deum illam creare, & ſic apud nos oportet eſſe falſam hanc propoſitionem ¶ Et etiam ¶ Secunda ſimilitudo eſt ad ſecundam ſectam. Secunda enim ſecta voluit formas creari: modo hæc conuenit & diſconuenit. Conuenit quidem pro quanto in creatione ſit quod erat potentia fieri. Differunt vero quoniam in creatione ſit quod erat poſſibile fieri potentia in agente, & propterea ſit ens ex non ente: vtpote forma ex non forma ¶ Et ſimiliter ¶ Tertia ſimilitudo eſt ad latitantes: nam latitantes ponunt formam præeſſe, & hoc modo Ariſtoteles. Sed differunt quoniam Ariſtoteles vult illam præeſſe potentia exiſtente in utroque. Anaxagoras vult illas præeſſe totaliter: addit quòd opinionem Ariſtotelis voluerunt dicere antiqui, ſed non potuerunt. ¶ Intentio igitur ¶ Epilogat intentionem Ariſtotelis, & vult quòd Ariſtoteles intendat ſimile fieri a ſibi ſimili totaliter vel aliqualiter, non quòd agens naturale adducat ab extra formam in materia illa nullo pacto præcedente, ſed agens eſt quod adducit ab intra, forma ad extra, vt dictum eſt ¶ Et ſic eſt ¶ Soluit quæſtionem verum hoc ſit verum vniuerſaliter. Et reſpondet quòd eſt vniuerſaliter verum in decem prædicamentis. & exemplificat in tribus vt in calido, magnitudine, & motu. Quando enim generatur calidum oportet imaginari calidum præeſſe in materia, & quòd agens educit ipſum de potentia ad actum. Amplius, ſimili modo & de magnitudine. Nulla enim quantitas fit de nouo, ſed generatio quantitatis nihil aliud eſt niſi terminatio dimenſionum interminatarum, & hoc pacto dixit Auerroes dimenſiones interminatas eſſe cœternas materiæ & non vt Iohannes fingit. ſed de hoc in libro noſtro de ſubſtantia orbis, quia illud dicitur exemplariter. Adhuc de motu ſimili modo eſt dicendum. Non enim inducitur, ſed educitur, vt diximus. Debes ſcire ꝙ inducere eſt agere nullo præſuppoſito, educere vero eſt agere aliquo præſuppoſito, ſed quid ſit illud præſuppoſitum dicemus ſuo loco ¶ Et ideo ¶ Primum corollarium, quòd non oportet agens aſſimilari omnibus modis effectui, ſed ſatis eſt ſimilitudo virtualis ¶ Generans igitur ¶ Secundum corollarium eſt, quòd generans animam terrenam non ponit animam in materia de foris, ſed eam ab intra extrahis faciendo



faciendo compoſitio, ut dixit ¶ vnde ignis ¶ Tertium eſt, quod ignis generari poteſt a pluribus agentibus, utpote ab igne & a motu. vt patet in excuſſione lapidis cum ferro, nam ad generationem requiritur conuenientia & ſimilitudo in forma, ſed conuenientia in virtute. modo motus habet potentiam producendi ignem ſicut & ignis ¶ & intentio ¶ Vult ſoluere quæſtione quomodo inanimata poſſunt agere animata & arguit ſic. omne extrahens aliquid de potentia in actum debet habere aliquo modo illud, ſed virtutes in ſemine extrahunt proportiones & formas quæ ſunt in potentia in materia ad actum. ergo debent habere aliquo modo animata & non omnibus modis ¶ virtutes igitur ¶ Declarat quomodo virtutes exiſtentes in ſeminibus habent animas quas inducunt in materias, & vult quod tales virtutes habeant animas potentia & non actu, quemadmodum domificator habet domum potentia & non actu. Signum autem huius eſt, quia Ariſtote. aſſimilat tales virtutes arti.

Virtus ſeminalis. Semen. Seminarii.

Circa hæc debes ſcire quod reperiuntur hæc tria videlicet virtutes ſeminales, ſemen, & ſeminarium. Semen quidem eſt corpus quoddam cuius forma non eſt intenta propter ſe, ſed ut ex illo generetur aliquod ſimile agenti a quo deciſum eſt. Seminarium uero eſt exordium cuiuslibet rei, & propterea ſeminarium apud Platonem eſt inchoatio formæ, virtutes uero ſeminales ſunt rationes quædam exiſtentes in ſemine, inclinantes ſemen ad actum. ut ſcilicet producatur aliquod ſimile ei a quo deciſe ſunt, ſed utrum ſint ſubſtantiæ uel accidens poſterius dicetur ¶ & dicit in libro de animalibus ¶ Auerroes nunc intendit declarare quales ſint tales uirtutes, declarauit enim eas eſſe aliquo modo ſimiles animatis & aliquo modo diſſimiles. Declarat modo quales, quid, & quomodo, & duo oſtendit. Primo quod diuing. Secundo quod ſimiles intellectui. diuing quidem, quia dant uitam. proprium enim diuinorum dare uitam, & hoc diuinum dicitur. ſimiles uero intellectui, quoniam adducunt ad finem certum. proprium enim eſt rationi per debita media uenire ad finem ¶ & quia iſta ſemina ¶ Declarat modo inſtrumentum uirtutis ſeminalis, & per hoc magis declarabitur qualis ipſa ſit, & primo accipit quod uirtus ſeminalis utitur calore tanquam inſtrumento, & non probat hoc, quia ex libro de animalibus declaratum relinquit. ¶ & calor ignis ¶ Oſtendit qualis calor, & uult quod hic calor non eſt igneus, & ſyllogiſmus ſuus eſt nullus, calor igneus facit animationem & figuram, talis calor facit animationem & figuram. ergo non eſt igneus ¶ & dicit Ariſtoteles ¶ Secundo idem probat authoritate Ariſtotelis, qui dicit quod iſte calor non eſt ignis neque igneus ¶ Ignis enim ¶ Tertio idem probat, nam calor igneus corrumpit, iſte calor generat. ergo non eſt igneus ¶ & ideo uidetur ¶ Quarto calor ſimilis arti non eſt igneus. ſed iſte calor eſt ſimilis arti. ergo non eſt igneus ¶ & iſta forma ¶ Soluit dubium ſcilicet quæ eſt illa forma quæ conſeruat talem calorem & ipſum ducit ad debitum finem. & primo ponit quod talis uirtus utens tali calore non eſt anima actu, ſed potentia productiua. Secundo dicit quod eſt ſimilis arti, ut dicit Ariſtoteles, & intellectui. Arti quidem pro quanto ordinem & menſuram ſeruat in ſui operatione. Intellectui uero pro quanto non utitur determinata parte corporis tanquam ſui organo. Tertio dicit quod iſte calor eſt in ſeminibus. Quinto dicit quod ſit ab habente ſemen & a ſole, ut patet per uerba Ariſtotelis. & ſic patet quæ eſt illa forma, & quis & qualis ſit calor qui eſt inſtrumentum formæ. nam forma illa eſt uirtus ſeminalis, non quidem forma caloris inhærens ſed directiua, calor uero non eſt igneus ſed animalis. & ſic duplex dicitur calor ¶ & factus ¶ Declarauit qualis ſit calor ſeminalis, nunc qualis ſit calor ſimilis calori ſeminali declarat. & dicitur primo quod ille calor putredinalis uiuificatiuus ſit in terra & aqua. In terra, pro animalibus terreis, in aqua, pro animalibus aquaticis, a calore ſolis admiſto ideſt contracto per calorem aliarum ſtellarum. eſt enim calor ſolis nimis communis, ut dicit Ptolemęus in libro quadripartiti primo. ſed receptis in aliis ſtellis contrahitur ad certam ſpeciem rei generande. probat autem hoc, quia ſol & aliæ ſtellæ ſunt actiua principia omnium uiuentium. & hoc Hermes teſtatur. ergo nunc triplex eſt calor ſcilicet elementalis, animalis, & putredinalis, & quomodo fiant patet ¶ calor igitur ¶ Ex his concludit propoſitum & declarat qualis eſt calor cœleſtis, & inquit. Calor igitur ſolis & ſtellarum multiplicatus & diuiſus in aqua & terra per medium, quod ſcilicet eſt aer generat animalia ex putrefactione nata, & uniuerſaliter omnia quæ fluunt ex non ſemine, ut herbæ & plantę. Secundo dicit contra Themiſtium, non quod illic in orbe decliui, & in ſole ſit anima in actu inuenta ſicut narrat Themiſtius. Addit & omnia iſta declarata ſunt in libro de animalibus. Debes ſcire ut Ptolemęus ſenſit in primo ſui quatripartiti, quod aer eſt materia ſolis, & lunæ, & aliarum ſtellarum: & medium. materia quidem pro quanto eſt ualde paſſiuus reſpectu aliorum elementorum, medium uero quia defert actiones corporum cœleſtium ad nos. Sol enim & luna & aliæ ſtellæ alterantes aerem alterant nos mediante illo. & hoc dixit Ariſtoteles octaui phyſicę auſcultationis ¶ Ergo calores ¶ Contra. quia calores iſti cœleſtes deberent eſſe abſque regula, & menſura: quia non habent intellectum. Reſpondet & declarat quomodo iſti calores animalis & putredinalis regũtur a calore cœleſti, & uult quòd iſti calores habent talem menſuram & ordinem propter duo, & propter quantitatem motuum ſtellarum, & propter appropinquationem & remotionem. Sapientes enim Aſtrologi uolunt quod planeta uelox aliam habeat menſuram & aliam planeta tardus. aliam retrogradus, & aliam directus, & aliam eleuatus in ſuo partio circulo, & aliam depreſſus. ergo ex quantitatibus motuum uariantur calores & effectus. adhuc uolunt quod uariantur calores propter aſpectus. alium enim calorem producit Luna quando aſpicitur a Marte de quarto, & alium quando aſpicitur a Sole de trino, alium quando Ioui, uel Veneri coniungitur, & alium quando coniungitur Saturno, uel Marti. hi enim aſpectus ſiunt per remotionem & appropinquationem ſtellarum inter ſe & ad tertiam, & hoc eget longa declaratione quæ eſt propria Aſtrologis. Satis autem eſt ſcire quod calor cœleſtis multiplicatus ad nos uarias menſuras ſuſcipit ex uaria conſtellatione, quæ habetur ex uaria motuum differentia & aſpectuum. hinc enim ſit ut iſte calor quandoque ad nos tranſmiſſus ſit uiuificans, quandoque mortificans, quandoque fatalis, quandoque contrarius. Erit ergo iſte ordo, nam calores animalis & putredinalis regulantur a calore cœleſti, & cœleſtis regulatur a conſtellationibus uariis, & propterea patet quod calores ſunt quatuor, ut igneus, animalis, & putredinalis, & cœleſtis, & omnes reliqui ſunt regulari, ſolus cœleſtis eſt regula, ſed utrum iſti differant ſpecie, ſatis in libro de ſubſtantia orbis. Sed contra. hæc eſt dubitatio magna, quia ſi omnia quæ hic fiunt, fiunt a calore cœleſti. Tunc frigiditas & pluuia & omnia calori contraria fierent a calore. hoc eſt falſum, quoniam nullum contrarium generat reliquum. Adhuc multi ſunt hic effectus qui non poſſunt reduci ad calorem, ut ſunt impetus fatales quos Ptolemęus & Firmicus ponunt, & Ariſtoteles in libro de bona fortuna. ergo calor ille non poteſt eſſe uniuerſalis cauſa omnium eorum quæ hic fiunt. Amplius in terræ uiſceribus multa fiunt ad quæ calor non poteſt per aerem multiplicari. ergo oportet ponere aliud principium a calore. Circa hæc debes ſcire, quod Aſtronomi

Ordo calorum.

Quatuor calores.

Vtrũ fiant oĩa a cœleſti calore.

opinantur corpora cœlestia agere in nos mediante aere alterato, & hoc triplici instrumento utpote motu, lumine, & influentia. Motu & lumine quidem, pro quanto multiplicatur calor per illa ad nos qui est principium omnium uiuentium. Influentia uero pro quanto penetrat in uisceribus terræ, & pro quanto illa alterando aerem. Complexionem nostram in hora exitus filij a matrice alterat. quæ quidem relicta nostræ complexioni est principium multorum operum saltem propensiuum, uariam secundum uariam cœlorum constellationem. & hanc Aristoteles impetum, Astrologi fatum appellant. Ab hac quidem eleuantur homines ad prælia, ad furta, ad honores, & ad cætera bona quæ nobis insunt. Ab hac epidimie, ab hac diluuia, penurie, fames, & cætera accidentia mundi emergunt. Et præterea sectarum mutationes, & cometarum apparitiones & alia fere infinita. vehitur enim hæc ad nos mediante aere & alterat nos per quam aer alteratus alterat nos. sicut in magnete: magnes enim alterat aerem & aer alteratus alterat ferrum & sic ferrum acquisiuit impetum quendam quo mouetur ad eam. Hæc autem influentia nec est calida, nec frigida, nec humida, nec sicca. sed propria uirtus stellarum quemadmodum calor propria uirtus ignis & frigiditas propria aquæ & cæterę cæterorum & hæc quidem est quæ accipit mensuras diuersas secundum diuersas stellarum constellationes. Sed an hæc influentia sit necessaria (in multis nostris æditionibus diximus. Sed modo quæ sentiat Auerrois explicamus. Debes ergo scire apud Auerroem & forte apud Aristo. quod esse omnium & opera omnium sunt uelut uita, nam uiuere uiuentibus est esse & operari, & sic lapidis esse & eius operatio uita est lapidis ut ita loquar, similiter esse plantæ & eius operatio est similiter uelut uita eius. adhuc & in animalibus & hominibus est similiter. esse enim animalium & hominum est uelut uita eorum & operationes earum similiter siue bone siue male, uita autem omnis a calido est ut Aristote. dicit. Videtur ergo quod totius uniuersi perfectio & omnium uiuentium opera a calore debeant esse. Ex his emergit Auerrois sententia, quod scilicet omnia quæ sunt, sunt & fiunt a calore cœlesti, qui motu & lumine in aerem multiplicatur, & mediante aere ad nos & cuncta reliqua & propter hoc Aristote. in principio octaui physicæ auscultationis, dicit quod motus æternus est uelut uita omnibus quæ natura subsistunt. Secundo sequitur quod calor iste est potentia omnia: est enim potentia a qua potentia frigiditas potentia omnia quæcunque sunt nec contrariatur aquæ nec frigiditati, nec alicui cum omnia sit potentia. & quia est quoddam uniuersale semen omnium. ideo oportet ut determinetur a corporibus cœlestibus a diuersis eorum motibus & a diuersis aspectibus & a diuersis sitibus stellarum. Sic enim determinatus efficiur proprius ita ad pluuiam quod nõ ad uentum, ita ad id quod non ad illud, & propter hæc nulla est necessitas ponendi influentias, ut Astronomi ponunt cum calor iste sufficiat, est enim potentia omnia. & ad actum deducitur per determinatas constellationes. Tunc ad primum dicendum calorem istum nulli eorum quæ sunt hic contrariari. non oportet contraria esse eiusdem generis. Ad secundum dicendum quod & impetus reducuntur ad talem calorem, quia licet iste ut sic non sit fatalis, tamen determinatus per certam constellarionem sit fatalis. Ad tertium dicendum quod calor iste ad uiscera terræ penetrat, nam alteraę aerem & aer alterat superficiem terræ, & sic per partem post partem alterat uiscera etc. {& ista mensura} Soluit quæstionem aliam. nam iste calor potentia est omnia & determinatur ad diuersa propter diuersas mensuras & tunc est quæstio. Vnde sunt hæ mensuræ? Respondet quod istæ mensuræ sunt ab arte intellectuali diuina quæ ars est cura Dei, & hoc declarat, nam cura Dei est uelut ars uniuersalis sicut militaris sub qua continentur plures artes particulares. sicut enim sub militari continetur frenefactiua, & aliæ multæ ad unum finem ordinate, sic sub cura Dei sunt plures cure particulares propriorum motorum proprias sphæras gubernantium {Secundum hoc igitur} Tunc uerificat sermonem antiquorum, & uult quod hoc pacto natura particularis agit ordinate, & ad debitum finem quanuis non intelligat, quoniam facit hæc quasi remorata, & ut directa ab intelligentijs gubernantibus. Secundo dicit quod uirtutes & proportiones quæ sunt in elementis a motibus solis & aliarum stellarum sunt hæ quas reputat Plato esse formas & eas intendit, sed non potuit ad hoc pertingere {Aristoteles autem} Confutatis his repetit fundamentum Aristotelis quod est quod agens non producit formam per se, quia tunc crearet eam, & sic aliquid fieret ex nihilo quod est contra primos philosophantes. Secundo dicit quod de mente Aristotelis forma non per se producitur, sed per accidens propter compositum. Dicit ergo quod quando homo conseruauerit tale fundamentum non accidit ei error. Dicit quarto quod imaginatio super creationes induxit homines ad ponendum ideas & induxit loquentes trium legum quæ sunt nunc, dicere aliquid fieri ex nihilo. Ecce quot bona emergunt ex fundamento Aristotelis. Sed dubitatur circa hæc quia non uidetur bene dictum quod quia forma per se producitur propterea creetur, quoniam posito quod per se producatur, non sequitur ergo creatur, quoniam potest supponere potentiam in materia. Debes ergo scire quod apud Philosophos creatio est productio alicuius nulla parte illius presupposita. Ex his accipitur solutio. q. si forma per se producitur cum nulla pars illius præsupponatur. ergo creatur ut patet per diffinitionem creationis. sed de composito non est ita, quoniam si compositum per se producit, quomodo eius aliqua pars præsupponitur (utpote in materia) ideo non creatur. & sic patet differentia {& cum loquentes} Redit ad opinionem loquentium in sua lege, & enumerat omnia mirabilia quæ concesserunt in suis fundamentis, & dicit primo cum loquentes nostræ legis opinabantur quod agens agit creando formas ex nihilo & nullum huiusmodi agens uiderunt hic, dixerunt unum esse agens omnia sine medio, & dixerunt secundo quod actio istius agentis transit in uno instanti in actiones, contrarias, quia simul calefacit & infrigidat. & conuenientes: quia agit consimilia. & infinitas secundum numerum agentium particularium. Dicit tertio ita quod negant ignem comburere & aquam humectare, & dicunt omnia hæc indigere creatione. Dicunt quarto quod corpus non creat corpus neque facit uenire in corpore aliquam dispositionem & aliquam formam. quia quantitas non est de principijs actiuis. Dicit quinto adeo quod dicunt quod homo non mouet lapidem & expellens non est mouens, sed illud agens creat motum. Dicit sexto & negauerunt propter hoc potentiam esse in rebus. Contra quos dicit septimo & error istorum est manifestus nec curat contradicere illis. Debes scire quod sapientes legis nostræ non dicunt hæc fabulosa, quæ dicunt Mahumetani. nos enim concedimus uirtutes & potentias actiuas & passiuas in rebus, sed quod dicunt Mahumetani de facto nos dicimus de posse: quoniam potest Deus suspendere actiones omnium causarum, & preuenire illas, sed de facto non facit. & propterea quæ dicit Auerrois contra eos non sunt contra nos {Istis etiam hominibus} Adducit alia mirabilia contra eos & dicit primo istis etiam hominibus accidit mirabile & est quod apud eos bene potest Deus creare ex nihilo, & non priuare in nihil. ergo potest creare & non annihilare, & huius causa erat apud eos, quoniam actio agentis non est nisi aliquid facere, & per consequens annihilatio non est actio, & sic

Deus



Deus non potest annihilare {Considera igitur} Contra arguit quoniam nõ maior ratio est de uno cũ de altero, imo annihilatio facilior esse uidetur, quia facilius est destruere cũ construere {si igitur} Dubitat quomodo agens facit priuationem. Respondet cp p accidens. & dicit primo cp pro quãto agens extrahit generatum de potentia ad actum. nam generando ja corrumpit jb quoniam facit hæc quasi remorata, & ut directa ab intelligentijs gubernantibus. Secundo dicit quod omnis potentia non exit in actum, nisi propter extrahens quod est in actu, & propterea agens generando corrumpit & hoc modo fiunt priuationes per accidens {si igitur potentia} Contradicit secundo alij dicto loquentium & dicit primo. Si igitur potentiæ non est ens & in rerum natura existens, non inueniretur agens aliquod, & si non esset agens aliquod nec actu, nec potentia, nihil esset omnino hic in actu, & omne ens in actu est agens. Dicit secundo quomodo potest dictum eorum tolerari & uult cp omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt actu in primo motore, & huius exemplũ est in formis artificialibus quæ aliquo modo habent esse in anima artificis. hoc ergo modo possunt dicere uerum, cp. s. Deus facit omnia aliquo modo tanquam causa uniuersalis, sed cp omnia faciat tanq̃ causa particularis & proxima, non uerum dicunt. Sed dubitatur quomodo sunt omnes formę actu in primo motore. si enim ita esset, tunc omnes res essent. Dicendum cp per esse actu intelligit ea esse in potentia actiua, nam potentia actiua est actus respectu potentiæ passiuæ, & sic dicere solent alij quod sunt in primo motore actu. i. in actu uirtuali. Sed circa finem huius cõmenti multa essent digna consideratione. sed quia ea fæpe tetigi in alijs meis libris, nunc de inchoatione formarũ generabilium breuiter quædam differendum. Quidam ergo ex latinis & magnis opinati sunt inchoationem formarũ generabilium esse in materia, appellant autẽ tales inchoationes formas imperfectas quæ postmodum uirtute agentis perficiantur. Et propter hoc differũt ab Anaxagora. quoniam Anaxagoras ponit formas præexistere & perfectas & totas. sed ait illas esse indistinctas, & cp agens solum dat distinctionem & ordinẽ. Isti uero opinantur cp formæ præexistunt imperfectæ & cõfuse. Imperfectæ, qa non totæ. Cõfuse, quia nõ proprijs quãtitatibus separatæ. Videntur autem isti hæc dicere propter multa sed præcipua sunt, quoniam materia & potest & est apta recipere formas. modo potentia & aptitudo differunt, quoniam potẽtia est ratione materiæ & aptitudo ratione formæ, propter quod primo auscultationis philosophice Arist. tradit materiam appetere formam. modo appetitus ut dicit ibidem Auer. cõmen. 80. est ratione formæ. ergo in materia oportet præesse tot aptitudines appetitus, quot formas potest suscipere, & per consequens oportet formas præesse & non subesse perfecto, qa tunc generatio nulla esset. ergo sub esse imperfecto. Secundo dicunt hæc propter euitare creationem. nam si formę per se producuntur, oportet ad hoc ut nõ creentur, ut aliquid earum præsit. & per cõsequens oportet formas imperfectas præesse. Sed tunc circa hæc diuersi diuersa dicunt, nam quidam uolunt formas præesse imperfectas quãtum ad partes formarum & sic per inchoationes intelligunt partes formarum. Et contra hos rationes multæ sunt demonstratiue, sed præcipue est illa quam cõmen. 11. diximus, quia si agens sit unum, & potentia una factum erit unum, & alia multa quæ relinquo. Alij euitantes hæc fingunt formas præesse totas secundum essentias, & nõ secundum esse. sunt autem essentiæ quidditates specifice acceptæ, & hæ præfuerunt semper, esse autem earum fit. sed procul dubio apud hos generatio nulla erit. Quoniam si tota essentia Socratis præfuit, ergo per generationem Socrates nec acquirit nomen nec definitionem, & per corruptionem non perdit nomen nec definitionem. Amplius, cum esse sit accidens essentiæ. ergo generatio terminaretur ad accidens. & per consequens esset alteratio. Alij fingunt & nos aliquando. quod formæ præexistunt in forma a qua sumitur genus corporis, opinantur enim cum materia formam corporis de genere substantiæ cœrerinam. & quoniam omnes formæ generabiles continentur sub forma corporali dixerunt inchoationes individuales esse formam talem, hæc enim forma est media inter puram potentiam & purum actum, & propter hanc euitant creationes, quoniam aliquid formæ generandæ præfuit utpote aliquid generis, non autem individui. Amplius propter hanc saluant appetitum materiæ, & eius aptitudinem, quoniam non appetit & est apta nata propter talem formam. Adhuc propter hanc generatio nihil aliud est quam extractio formarum ex potentia formali huius generabilis formæ, & alia multa, & nos diximus in alijs locis quod hæc est mens Auerrois, Linconiensis & multorum, & Simplicius in prædicamentis uidetur insipicere illam. Nec expecta a me expositionem huius, quoniam in libro de substantia orbis satis. Sed proculdubio Auerrois in præsenti cõmento non tetigit eam, & propterea nunc dicamus per ea quæ consonant Aristoteli & Auerroi hic. Et primo quomodo formæ sunt in materia ante generationem apud Auerroem. Secundo quomodo potest euitari creatio apud ipsum. Quantum ad primum ex uerbis Auerrois cõmento secundo, huius duodecimo forma potest intelligi præesse in materia tribus modis. Vno modo secundum potentiam remotam secundum quam nihil præest de forma, nec de dispositione eius, & hoc modo potentia est sempiterna materiæ ut dicit Auerro. primo cœli cõmento. 120. & hoc modo potentia nihil est formę, sed mere potentia passiua ad formam. Secundo modo præest forma in materia in potentia propinqua quodam modo inclinata ad formam per qualitates naturales, & hæc potentia apud Auerroem dicitur respectiua, & non est æterna, sed noua inducta ab aliquo agẽte extrinseco, ut primo physicorũ cõmento. 71. Tertio modo potest præesse non tantum in potentia passiua remota, uel propinqua, sed actiua, & hoc modo formæ sunt in potentia in seminibus, ut dicit Auerroes hic & cõmento. 62. primi physicorum, & hoc modo forma equi est in semine equi, & forma oliuæ in semine oliuæ, & talis potentia est noua & generabilis ut uides. Tunc breuiter patet quomodo Auerroes concederet inchoationes. voluit enim formas omnes præesse passiue, & hoc æterno tempore dispositiue, & hoc non æterno tempore, & effectiue saltem in uirtutibus seminum. Sed nullo modo concessit inchoationes formarum ut primi dixerunt, & hoc in præsenti cõmento. quia forte alibi secus est. Quantum ad secundum dicendum quod euitari potest creatio conseruando fundamentum Aristotelis, uidelicet quod formæ non generantur nisi per accidens pro quanto generantur ad generationem totius quod per se generatur, modo generatio & creatio hoc modo differunt cp rei creandę nihil præest, ut pars rei generande oportet aliquam partem præesse modo si compositum per se generatur aliqua eius pars præfuit, & sic euitatur creatio, perspicuum ergo quomodo ponat Auerroes inchoationes, & quomodo euiret creationes hæc satis de ista materia, quoniam tot scribunt, & etiam nos alibi tot diximus, quæ repetere esset confusio. Satis enim sit nobis locum monstrasse.

Causæ autem & principia aliorum sunt, vt est, aut vt non. si quis dicat vniuersaliter & secundum proportionem eadem omnium. Dubitabit autem vtiq; aliquis. vtrũ altera aut eadem sint principia & elementa substantiarum & eorum quæ sunt ad aliquid. & cuiuslibet prædicamentorum categoriarum similiter. Sed incon-

ueniens si eadem omnium. ex eisdē enim erunt quæ ad aliquid & substantia. Quomodo igitur hoc erit, nam extra substantiam & alia prædicamenta nihil est cōmune. prius autem est elementum. cui quorum est elementum. at uero neq; substantia elementū est horum quæ ad aliquid nec horum aliquid substantiæ.

Egit de substantijs sensibilibus & de principijs earum aliquo modo. Nunc circa principia uult magis insistere & uult declarare de principijs quædam secundum rationem propriam metaphysico. nam idem & diuersum sunt rationes proprię metaphysico. Primo tamen proponit ueritatem rei, & inquit. Causæ autem & principia sunt aliorum alia & intelligit per causas & principia non nomina multiuoca, sed per causas intelligit intrinsecas, & per principia extrinsecas, quia dixit esse alia aliorum exponit quomodo. d. ut est hoc est uno modo aut ut non, alio modo, quod exponit. d. si quis dicat uniuersaliter & saltem proportionem sunt eadem, simpliciter autem non sunt eadem. Est ergo ueritas quæstionis quod omnium prædicamentorum causæ & principia sunt eadem. uno modo. s. proportione & uniuersaliter, & sunt nō eadem simpliciter & particulariter. Dubitabit autem } Veritas hæc est ualde obscura & propterea mouet quæstionem circa hanc & hoc ut ueritas plenius comprehendatur, inquit. Dubitabit autem utiq; aliquis utrum altera aut eadē sunt principia & elementa substantiarum & eorum quæ sunt ad aliquid, & cuiuslibet prędicamentorum similiterē & intelligit per elementa id quod intellexit per causas, hoc est causas intrinsecas & per principia causas extrinsecas. sed cur specialem mentionem fecit de relationibus, in cōmento dicetur. Pro nunc tamen dicendum q; ideo est quia quidam non enumerarunt illas inter decem prędicamenta, quia non habent esse uel solum esse earum est in anima. Expositor autem finxit aliam causam. & est totum bonum, sed inconueniens. Arguit ad partē quæstionis & utitur syllogismo hypothetico a destructione consequentis ad destructionē antecedentis hoc modo. Si sunt eadem omnium relatiua & substantię erunt ex eisdem principijs. sed destruitur consequens quia uel illa principia erunt extra substantiam & alia prædicamenta, uel contenta sub substantia, uel aliquo nouem prędicamentorum. q; nō possunt esse extra substantiam arguit syllogismo categorico sic. omne elementum est prius eo cuius est, sed extra substantiam & alia prædicamenta nihil aliud est cōmune & prius, ergo non sunt extra substantiam. Nec potest dici talia principia esse sub substantia uel aliquo nouem prædicamentorum quod relinquit tanquam manifestum. & hoc inquit. Sed inconueniens si eadem omnium. ex eisdem enim erunt quæ ad aliquid & substantia hæc est maior, destruit consequens, & inquit. quomodo igitur hoc erit & destruit primum. & primo accepit minorem. d. nam extra substantiam & alia prædicamenta nihil est cōmune. s. prius, deinde ponit maiorem. d. prius autem elementum q; ea quorum est elementum hęc est maior. Deinde destruit secundum membrum, & inquit. At uero neq; substantia elementum est horum quo ad aliquid nec aliquid horum quæ ad aliquid est aliquid elementum substantiæ. Illa ergo nec possunt esse extra decem prædicamenta nec contenta in aliquo decem prædicamentorum. hæc est prima ratio ad quæstionem.

Cōm. 19. Ista quæstio } Introducit textum & primo dicit ista quæstio iam inducta est in principio istius artis, ut in tertio libro & modo intrat eam ad soluendum eam, hęc est introductio & continuatio. Dicit secundo & est quæstio hæc uidelicet utrum principia & elementa decem prędicamentorum sint eadem aut diuersa. hæc est quæstio. Dicit tertio q; solutionis est q; hæc principia sunt eadem uniuersaliter & proportione & non simpliciter { & quia hoc } Mouet quæstionem literalem, cur. s. specialem mentionem fecit de relatione. & dicit ut nos diximus, quia apud quosdā relationes non numerantur inter entia, sed sunt quasi secundo intellecta hoc est ens rationis. ad dandum ergo intelligere ea esse in numero decem prædicamentorum proprie mentionem fecit de his { Deinde incepit dicere } Auerroes format rationem sic. si eadem sunt principia omnium uel illa essent extra decem prædicamenta & cōmunia & priora decem prædicamentis. uel essent in aliquo prædicamento non extra prædicamenta cōmuniora & priora, qa tunc esset aliquod prius & cōmunius decem prædicamentis, & sic esset positio Platonis. si uero hæc essent sub aliquo decem prędicamentorū. utpote sub genere substantiæ, tunc omnia essent substantia, quoniam principia oportet esse eiusdem generis cum principiatis, nec possunt poni in genere relationis, quia tunc substantia esset relatio per idem. Amplius, tunc substantia resoluetur in relationes, quia corruptum resoluitur in sua principia & maxime materialia, ergo nullo modo, & per consequens principia non sunt eadem omnium & uerba eius sunt perspicua.

## Amplius quomodo contingit esse elementa omnium eadem. nullum enim potest esse elemētorum ex elementis compositio. Idem ut ei quam est BA A, aut A.

Secundo arguit ad quæstionem etiam hypothetice sic. Si elementa omnium decem prædicamentorum sunt eadem, elementum esset idē misto ex elementis destruit cōsequens, quia impossibile est elementum & mistum esse eadem ut ei quod est ba, impossibile est a, aut b, esse idem. Huius non ponit nisi destructionem consequentis, & inquit per exemplum. Amplius quomodo contingit elementa esse omnium eadē. q. d. nō est possibile & nō facit syllogismū, sed destruit cōsequens tantū. d. nullum enim elementorū esse potest idē cōpositio ex elementis ut ei quod est ba, misto b, aut a, non potest esse idē, sed quomodo ualeat cōsequētia, difficile est, potest tamē dici q; omne quod est, est sub aliquo decē p̄dimentorū. & p̄ cōsequens recipit p̄dicationē alicuius eorū, ex hoc deducitur cōsequentia, si principia essent eadē omnium, tunc principia illa essent. ergo sub aliquo prædicamentorum & sunt principia illius, ergo principia recipiunt prædicationem principiati. & per consequens idem sunt illi. quod falsum est, quia nihil est suiipsius principium. & hoc modo perspicua est consequentia & falsitas consequentis, de quibus statim in cōmento dicetur.

Cōm. 20. Manifestum est } Auerroes format rationem textus ut nos fecimus hoc modo, uidelicet si eadem essent elementa omnium, tunc elementum & mistum ex elementis essent eadem, uult ut consequens habeatur pro impossibili, & per consequens oppositum antecedentis est cōcedendum { & Alexander } Vt dicebatur consequentia est multum obscura, & non uidetur ualere, & propterea ponit multas formas deducendi illam & omnes uolunt consequentiam non ualere nisi p̄ accidens & non p̄ se, quoniam argumentum per se tenet in omni materia, & ꝓpterea tenet p̄ accidens qa solum in casu & in præsenti materia. quod autem non teneat absolute patet, quoniam licet elementum & mistum sint eiusdem naturæ, differunt quia elementum est res simplex & mistum res composita. Dicit secundo quod consequentia ualet stantibus duobus. s. quod elementum est unum illorum. s. contentum sub aliquo eorum. & q; sit universale elementum omnium decem prædicamentorum. Stantibus ergo his sequitur proposita consequentia: nam per secundam elementum est omnium causa & elementum



& ipsum est unū eorū. ergo est elementū & elemētatū, & sic pater cōsequentia { & hoc nō uidetur } Contra hanc deductionē arguit Auerroes hoc modo, quia licet sit uera tamē non apparet ex suis uerbis { & ideo dicit Alexander } Secunda deductio etiam fundatur in duabus, quorum primū est ut esse habeat elementum. Secundū est ut elementa quæ dicuntur esse omnium sunt ens extra decem prædicamēta. Ex his arguitur per secūdam, Elementum illud est ens prius & cōmunius decem prædicamentis, & per primam, omne ens habet elementum. ergo tale habebit elementum, & sic uel erit processus in infinitum uel idem erit elementum suimet { & hoc quod } Contra hoc obijcit Auerroes quia proꝓsitio illa, omne ens est ex elemento, nō est uniuersalis, qa omne ens uel est elementum uel ex elemento, & propterea non oportet ut omne ens habeat elementū { nisi } Respondet pro Alexandro q; uerbum Alexandri intelligitur de entibus in actu, quia ens in actu est cōpositum, & sic secunda deductio fundatur in duobus, quorum primū est, q; omne ens in actu habet elementum. Secundum est, q; quæ sunt entia sunt in actu, & sic per primam elementum illud cōmunius & prius cum sit ens erit in actu. Per secundam ergo habebit elementum per primam, & sic uel erit processus in infinitum, uel idem erit elementum sui { & hoc dissoluetur } Dat intellectum primæ propositionis. s. quomodo intelligitur quod omne ens in actu habeat elementum, uult enim q; hoc sit uerum de elemento actu uel potentia, mista enim habent elementa actu, quia quatuor corpora. sed corpus simplex habet elementa potentia, quia materiam & formam, materia enim & forma elementa dicuntur in potentia. Sed certe hæc defensio Alexandri non placet. petit enim principium quia supponit omnia entia esse in actu. Forte enim diceret aduersarius quod elementa decem prædicamentorū non sunt entia in actu. & propterea bene dicit Auerrois q; est probabilis & non demonstratiua, quia forte est ex concessis & nō simpliciter { Themistius autem } Tertius modus deducendi consequentiam est Themistij. consequentia ergo erat, Si elementa sunt omnium eadem, ergo idem elementum erit misto, probatur. quia tale elementum uel prædicatur de eis, uel subijcitur eis. si prædicatur de eis, tunc aliquod est prius decem prędicamentis quod est impossibile. si subijcitur eis, tunc quodlibet eorum prædicabitur de eo, & sic composito esset idem, & sic per esse idem intelligit secundum prædicationem { & inuenimus } Dicit q; Alexander adhuc dat quartum modum & non ponit illum nec scio quis scit. Dicit secundo q; in quadam scriptura inuenit aliter & ponit illam & sermo perspicuus est. his ergo tribus modis potest deduci consequentia.

## Nec utiq; intellectualium elementorum est, tit unum aut ens. insunt enim hæc & unicuique compositorum. nihil igitur erit eorum, nec substantia, nec ad aliquid, sed necessarium. nō sunt igitur omnium eadem elementa.

Remouet quæstionem tacitam, quoniam quis dicere potest q; duo sunt omnium prædicamentorū elementa, utpote ens & unum. & hæc est opinio Platonis, modo hæc ueriſicantur de decem generibus. quare nihil prohibet elementū esse idem composito. Contra hæc obijcit Aristo. & utitur isto syllogismo, uidelicet unū & ens insunt unicuiq; decem prædicamentorum, sed nullum prędicamentum inest alicui decem prædicamentorum. ergo nullum decem prædicamentorum est unum uel ens. Primo ponit obiectionem, & inquit. Nec utiq; intellectualium elementorum est ut unum & ens. uocat autem hęc intellectualia elementa more Platonis. deinde accepit maiorem, & inquit. Insunt enim hæc uni cuiq; compositorum hoc est unicuiq; decem prædicamentorum, appellat enim prædicamenta cōposita, & hoc si haberent elementa. Subricuit minorem & dat cōclusionem. d. Igitur nec substantia nec ad aliquid nihil erit eorū. s. nec ens nec unū, & per consequens etiam secundū Platonē elementum differt a misto. deinde concludit conclusionē principalem. d. non sunt igitur omnium eadem elementa. & hæc est cōclusio ex his argumentis concluſa. Debes scire q; in textu latino reperitur sermo sic. Sed necessarium est principia proꝓinqua esse diuersa. non igitur sunt omnium eadē elementa. Ego autē non inueni in sermone græco istud, nec uideo quo modo possit istud stare, & propterea lege sic. nihil igitur erit eorum nec substantia, nec ad aliquid. hæc est cōclusio syllogismi prædicti, & intendit, ergo nec substātia nec ad aliquid est ens uel unū. sed necessarium. q. d. q; est falsum, qa necessarium est substantiam uel quoduis p̄dicamentorū esse ens uel unū. & propterea dicit. Sed necessariū est quodlibet p̄dicamentorū esse ens & unū, nō igitur sunt eadē omnium elementa. & ego laboraui in ista litera & non inueni latinos laborasse ad uerba, sed solum sunt contenti in sensu literæ.

Cum declarauit } Primo ponit continuationem huc mo- Cōm. 21.
do, uidelicet q; Aristo. declarauit elementa eadem sensibilia nō posse esse omnium decem p̄dicamentorū: nunc declarat q; nec eadē elemēta intelligibilia qualia essent unum & ens. hæc est intentio & ordo { & Alexāder } Alexā. exponit rationē Arist. uerba enim Arist. sunt. hęc enim duo existunt in omni cōposito. & hæc in translatione arabica. Ex his uerbis uult Alexander Aristo. habere tale enthymema. unū, & ens sunt in omni cōposito. ergo nō sunt elementa cōpositorum. deducit ergo Alexā. consequentiam dupliciter. Primus modus supponit duo. Primum ens & unum demonstrant simplicia sicut composita hoc est ens & unū uerificantur de cōposito sicut de simplici, nam hęc est uera, cōpositum est ens & simplex est ens. Secundum in omni cōposito sunt duo. s. simplex & compositum, cum neutrum sit dignius esse elementum alterius, sequitur q; nullum erit elementum idem omnium { aut sic } Secundo deducitur consequentia sic qa tunc compositum & simplex essent idem, quoniam unum dicitur de simplici. ergo unum est simplex: & unum dicitur de cōposito, ergo unum est cōpositum. ergo unum erit simplex & compositum. hæ sunt duæ deductiones Alexandri. { & Alexā. dicit } Sequitur alia pars textus, uidelicet nihil igitur erit eorum nec substantia, nec ad aliquid sed necessarium. Circa hanc literam uult Alexander q; debeat copulari ad textum cōmenti præcedentis { Dicit quoniam hoc } Reddit causam quare debet copulari ad illum textū & non ad presentem, quia uterq; loquitur de elementis absolute & nō de elementis intellectualibus { dicit & intendit } Nunc exponit uim rationis. q. d. si ens & unum sint elementa, tunc nullum p̄dicamentorum erit ens neq; unum. consequentia tenet, quia nullum elementatum est elementum. modo hoc est falsum, quia necessarium est ut unum & ens dicantur de quolibet, & sic illa particula nullum refert prædicamentorum, hæc est una expositio { dicit & possibile } Secundo exponit literam aliter & uult quod illa particula nullum eorū referat nullum eorum. s. nec eps nec unum. q. d. nec ens nec unum erit substantia uel etc̄. Et hoc est uerum, quoniam ad hoc ut hęc duo sint elementa decem prędicamentorum nō debent esse in aliquo decem generum, sed potius q; unumquodq; decem prædicamentorum sit ens & unum. formatur ergo ratio sic. si ens & unum erunt elementa, nullum eorum erit substantia uel aliquod aliorum prędicamentorum, hoc est falsum, quia nihil est extrinsecum a decem prædicamentis. omne enim quod est debet esse in aliquo prædicamentorum. a primo ergo ad ultimum unum & ens nō sunt. ergo nullum prędicamentorum est ens, quoniam quodlibet prædicamentorum est unum & ens. ergo si hæc non sunt, nec aliquod prædicamentorum erit. uel sic, si ens & unum erunt elementa omnium cū non possint esse intrinseca, ergo extrinseca, extrinseca ergo erunt non entia, sed decem p̄di-

camenta sunt mista entia. ergo mista entia erunt ex non entibus, sed hoc est impossibile quoniam necessarium est ut mistum ens sit ex entibus ¶ & abbreuiatio ¶ Abbreuiat rationes ambas in hoc capitulo. Prima est si unum & ens essent elementa, tunc compositum & simplex essent idem, consequentia fuit exposita. Secundo unum & ens sunt entia in anima & non extra animā, quoniam sunt uniuersalia. ergo non sunt elementa entium realium. Tertio si ens & unum essent elementa omnium, tunc prædicamenta essent non entia ut fuit deductum proxime harum trium rationum. Secūda est addita ab Auer. ad bene esse. tu uides quomodo in isto cōmento est confusio. & propterea sequere expositionem nostram, quia cum illa textus est per se perspicuus.

Aut ut dicimus, est quidem ut est, est autem ut non. puta forsan sensibilium corporum, ut quod species, calidum. & alio modo, frigidum priuatio. materia uero in potentia hæc primum secundum se. substantia uero, & hæc, & quæ ex his, quorum sunt principia hæc. aut siquid ex calido & frigido sit unum ut caro & os. alterum enim necesse est ab illis esse quod factum est. horum quidem igitur eadem elementa & principia: aliorum uero alia. omnium autem ita quidem dicere, non est, sed proportionaliter, quemadmodum siquis dicat ꝙ principia sunt tria, species, & priuatio, & materia. Sed horum unumquodq; alterum circa genus unumquodq;, ut in colore album, nigrum, superficies, lumen, tenebra, aer: ex his autem dies & nox.

Duo proposuit, uidelicet ꝙ omnium sint eadem principia proportionaliter, & ꝙ omnium sint eadem principia uniuersaliter: nunc ergo declarat primum. s. ꝙ omnium sint eadem principia proportionaliter, & primitus declarat hoc in elementis & principijs intrinsecis quæ sunt materia forma & priuatio, & uult ꝙ quodam modo sit uerum eadem esse principia omnium & quodam modo non est uerum, & hęc est solutio primæ partis quæstionis. d. aut ut dicimus est qui dem ut est. quasi dicat. Vno modo est uerum, est autem ut non. i. alio modo non est uerū, & particula illa ¶ Aut ¶ quæ græce scribitur hæ non est solutio, & declarat primo quomodo non eadem, & dicit utpote sensibilium forsan corporum ut quidem species & forma calidum subaudi se habet. Et alio modo frigidum, priuatio. materia uero, quod potentia hæc primum secundum se. hæc ergo tria. s. calidum, frigidum, & materia, sunt principia omnium sensibilium corporum eadem, ut sunt quatuor elēmenta & mista ex eis. Sed quia dixit & uoluit intelligere hæc tria principia esse substantiarum, & per consequens esse substantias, & quia dixit forsan esse principia ipsemet se declarat cur dixit forsan, & inquit. Sed & hæc & quæ ex his quorum sunt principia hæc sunt substantia, aut siquid ex calido & frigido sit unum ut caro & os. q. d. uoco. hæc esse principia substantiæ uel si non substantiæ saltem eius quod sit unum ex his ut sunt caro & os. & propterea dixit forsan. Debes scire quod reuera calidum & frigidum sunt accidentia & qualitates & non substantiæ, & propterea dicit quod uel sunt principia substantiæ uel saltem eius quod ex eis fit quicquid sit illud. addit. alterum enim necesse est quod factum est esse ab illis. & propterea dixit. vnum, uel melius quia quis dicere potest quod principia & res ipsa non sunt in eodem genere. dicit. Sed & hæc & quæ ex his, quorum sunt principia hæc sunt substantia. aut pro & siquid & calido & frigido sit unum ut caro & os, subaudi iterum est substantia. reddit causam cur debet esse unum & dicit. nā alterum necesse est ab illis esse quod factum est. concludit nunc quomodo non eadem. & inquit. horum quidem igitur eadem elemēta & principia. aliorum uero, alia ergo omnium non eadem, & sic patet secūda pars solutionis. Subscribit post quomodo omnium eadem, & inquit. omnium autem ita quidem dicere non est. s. modo præ dicto. sed proportionabiliter. ergo esse eadem principia omnium specie, non est, esse autem eadem proportione est. Declarat quomodo eadem proportione & dicit. quemadmodum si quis dicat ꝙ principia sunt tria, species, & priuatio, & materia. hęc ergo est identitas proportionis, quod sicut in substantia sunt tria principia sic & in quolibet genere: non tamen identitas specifica. quod declarat dicens: sed horum unumquodq; alterum est & diuersum circa unumquodque genus, ut in genere qualitatis, uidelicet in colore album, nigrum, superficies: nam album forma, nigrum priuatio, superficies materia. Aliud exemplum subscribit. d. lumen, tenebra, aer. ex his autem fiunt dies & nox. nam lumen est ut forma, tenebra ut priuatio, aer ut materia. Ecce ergo quomodo eadem esse principia omnium secundum speciem falsum est. sed eadem secundum proportionem & similitudinem nihil prohibet. & sic utraq; pars solutionis patet.

Cum induxit ¶ Cōmentum istud est fere perspicuum. tamen quia sunt aliqua uerba utilia & aliqua obscura, ipsum exponam quantum ad aliqua eius uerba. Solutio ergo quæstionis ut ponit Auerro. in hac prima parte est quod simpliciter nō sunt omnium eadem elementa. nec simpliciter omnium sunt diuersa elementa, sed medio modo, uidelicet eadem proportione & analogia, & huius causa est ut Auer. in nuere uidetur. Quoniam substantia antecedit alia prædicamenta & est causa aliorum. ergo substantiæ & alijs prædicamentis nihil est cōmune uniuocum, & per cōsequens nec principijs substantiæ & principijs aliorum aliquid est cōmune uniuocum, & hanc sententiam applicat uerbis ¶ & Alexander ¶ Dubitaret qui's quomodo Aristoteles ponat priuationem esse substantiam. Cui respondet Alexander ꝙ hoc dicit pro tanto, quia non sumit priuationem pro carentia formæ simpliciter sed ꝓ forma imperfecta quomodo dicimus frigidum esse priuationem. Dicit secundo ꝙ frigidum & calidum & huiusmodi qualitates sunt substantiæ & accidentia sunt quod substantiæ elementorum simplicium. accidentia uero mistorum, & hæc est opinio Alexandri contra quā Auerroes arguit quinto physicæ auscultationis cōmento decimo, & nunc transeat ¶ & quomodo ista sint ¶ Ex uerbis Aristotelis colligit primo quod omnia principia substantiæ sunt substantia. Ita quod hoc nomen substantia dicitur de principijs & de compositis ex his. quod non est intelligendum eodem modo, sed quasi equiuoce. Secundo dicit quod omne compositum est aliud a suis cōponentibus, & Auerroes dat causam quia habet aliam formā, sed in hoc est dubium quia alibi dixit contrarium. Tu uero intellige sic quod compositum est aliud quia superaddit ordinem, partes uero absolute non dicunt ordinem, & sic per formam intelligit ordinem ¶ & intendebat ¶ Colligit nunc quod in substantijs nō sunt eadem principia simpliciter nec diuersa simpliciter non eadem quod, quoniam mistorum principia proxima sunt materia & forma cōpositæ. simplicium uero materia & forma sunt simplices. eadem uero proportione. quoniam principia remota sunt eadem omnium substantiarum & simplicium & compositorum ¶ & quia etiam ¶ Declarat modo quomodo aliorum prædicamentorum principia sint & an eadem uel diuersa & sermo perspicuus ¶ & intelligendum ¶ Remouet. q. utrum aliquo modo possunt esse eadem principia omnium. Respondet ꝙ principia remota possunt esse eadem omnium, sed ordine quodam primo & per se substantiæ. aliorum uero per accidens & secūdo. materia enim & forma & priuatio substantiales sunt principia proxima substantiæ. & consequenter omnium aliorū ꝓdicamentorū. Qm̄ quicquid est causa causę est causa causatorū.

Quoniam



23. Quoniam autem non solum, quæ insunt causæ. sed eorum quæ extra, utputa mouēs palam, quia alterum principium, & elementum, causæ uero ambo. & in hæc diuiditur principiū. Quod uero, ut mouens, aut sistens, principiū est quod dam, & causa. Quare elementa quidem secundum analogiam tria, causæ autem, & principia quatuor. Sed aliud in alio, & prima causa, ut mouens aliud a lij. Sanitas, infirmitas, corpus, mouens, medicatiua. Species inordinatio talis. Lateres, mouens, ædificatoria utique in ea diuiditur principium.

Nunc secundo ostendit, ꝙ causæ extrinsecæ, & intrinsecę sunt aliæ aliorum, & non omnium decē prædicamentorum eadem. & primo docet differentiam inter elementū, & principium, & causam. secundo ostendit quot sunt elementa, & quot principia. uidet ergo primo, ꝙ elementū differt a principio, & causa. nam elementum dicitur solum de causis intrinsecis. causa uero, & principium, & de intrinsecis, & de extrinsecis. principium uero, & causa idem & conuertibilia, inquit. qm̄ autem non solum, quæ insunt sunt causæ, sed illa de numero eorum, quæ extra, ut mouens: palam quia & alterum principium, & elementum, nam elementum de intrinsecis, & principium cōmune est utriq;. causę uero ambę. sed modo diuerso, quia elementū est causa, ut species illius. principium est causa, ut conuertibile illi: & propterea adiecit & in hæc diuiditur principium: dicimus enim principiū duplex, scilicet intrinsecum & extrinsecum, quemadmodum & causam duplicem: & hoc declarat dicens, quæ uero ut mouens, aut sistens: principium est quoddam, & causa. Ecce quomodo principium, & causa conuertuntur: sed elementum uidetur species utriusq;. præmissa hac differentia ostendit quot sunt elementa, & quot sunt causæ. & inquit, quare elementa quidem tria sunt, & eadem omnium, secundum proportionem. causæ autem & principia sunt quatuor addendo. s. mouens enumerauit priuationem inter elementa saltem per accidens. His duobus præmissis ostendit nunc communiter, quomodo causæ ¶ etsi quatuor sint ¶ non tamen sunt omnibus eædem. & hoc ostendit per exempla. d. sed aliud. s. principium in alio est. & prima causa alia in alio, ut mouēs aliud alij inest. ut bi gratia, in medicatiuis: sanitas: infirmitas, corpus, mouens, medicatiua. nam sanitas ut forma: infirmitas ut priuatio, corpus ut materia, & ars medicinæ, ut mouens. in ædificatiuis ut species est inordinatio talis. Lateres mouens est ædificatoria. & in ea utiq; diuiditur principium, ga idem est principium causæ. causæ ergo etsi sint quatuor: non tamen eædem omnium. sed cur prætermisit finem, est dubitatio. Expositor fingit quia finis non habet rationem principij, quia mouet, ut est intentio. sed hoc stare non potest, quia saltem erit causa ergo est, quia finis non ponit in numero cum forma, & ideo cōputat finem in cōputatione formæ. Cum locutus ¶ cōmentum perspicuum est, sed aduerte circa principium, ꝙ Auerroes uidetur ponere inter hæc tria talem differentiam, ꝙ elementum dicitur de intrinsecis tantum. principium dicitur de extrinsecis tantum, causa de utrisq;. & hoc debet intelligi secundum rationem propriam, quia ut dicit cōmento primo primi physicorum, quando accipiunt communiter confunduntur pro eodem. secundo probat hoc per uerba Aristotelis primo physicę auscultationis in procemio, & tu uide uerba eius hic, & ibi. tertio ponit differentiam inter agens, & mouens. nam uult ꝙ mouens sit in plus, quia agens solum est quod agit passiones, & passibiles qualitates, & per abiectionem contrarij, & sicut refertur ad patiēs. mouens uero est cōmune ad omnem modum producendi. & hoc idem dicit tertio physicorum cōmento. 3. ¶ dicit, ꝙ autem ¶ debes scire secundo circa hæc, ꝙ ex litera non habetur hæc differentia: sed uidetur diuersa, propterea ex una litera accipitur differentia prædicta, ex alia accipitur, ꝙ elementum, & principium differunt, quia elementum de intrinsecis, principium de extrinsecis dicitur: sed causa, & principium conueruntur. & propterea adducit diuersas translationes, & tu in his considera ¶ medicina enim alia ¶ remouet dubium, quoniam sanitas in anima, uidelicet medicatiua ars est uniuoca sanitati reali. ergo faciet operationē sanitatis realis. Respondet, ꝙ licet sint similes differunt tamē. quoniam sanitas in re habet esse reale. in mente uero habet esse intentionale. & propterea non facit operationes sanitas quæ est in anima, quales & sanitas realis: quia tunc medicus diceretur sanus formaliter a sanitate mentali, quod est falsum. ab illa enim dicitur artifex. reliquum commenti perspicuum est.

Quoniam autem mouēs, in physicis quidem homo, in his autem quę a mēte species aut contrarium: modo quodam tres utiq; erunt causæ. sic autem quatuor. nā sanitas aliqualiter ars medicinalis, & domus species, ædificatoria, & homo hominem generat. Adhuc præter hæc, ut primum omnium, mouens omnia.

Docet reducere quatuor causas, & quatuor principia in tria. dixit enim esse quatuor principia, ut materia, forma, priuatio, & agens: nunc ait illas reduci in tres causas: quoniam materia, & forma, & agens quasi in idem ueniunt: & propterea computentur pro una. ergo erunt tres causę, seu tria principia. hoc ergo conducit per modum syllogismi hypothetici, & dicit. quoniam autem mouens in physicis quidem, homo est in his autem, quæ a mente. i. quorum principium est mens, ut sunt res artificiales: mouēs est species, & hoc in operatione recta, aut contrarium speciei: & hoc in opatione obliqua. concludit modo quodam tres utiq; erunt causæ: sic autem hoc est modo alio: quatuor. & hoc declarat. d. nam sanitas aliquo modo ars medicinalis est. et species domus aliquo modo ars ædificatoria, & homo hominem generat. & propterea homo generans & homo genitus idem specie sunt, adhuc autem, & præter hæc est, ut mouens omnia omnium principium quod fere est omnibus idem. ergo causæ ut differunt sunt quatuor ut reducuntur: sunt tres. Cum declarauit ¶ Auerroes in prima parte ostēdit, quo modo causę erūt tres, & quomodo quatuor: & uult ꝙ sint tres reductiue, & quatuor seorsum acceptę. secundo ostēdit quomodo forma quæ est agens, est idem quodammodo formæ productæ: & uult ꝙ hoc pro tanto est, quoniam forma agens est similis formæ productæ: & simile potest dici idem: & hoc ostendit per exempla in physicis, & in artificialibus, ut fecimus in litera ¶ & quia dispositio ¶ Remouetur per hæc uerba quæstio, cur. s. Aristo. adiecit id uerbū ¶ adhuc præter hęc etc̄. ¶ Et prima responsio Auerrois est, ꝙ illud dictū est ut ostenditur, ꝙ omnia sint quodammodo primum mouens, quoniam primum mouens est sicut mouens propinquū, & hoc quantum ad modum agendi. & primum mouens mouet ad omnia. ergo uidetur quodammodo omnia pro quanto continet omnia ¶ Alexander ¶ Alexāder dicit hoc uerbum esse additum propter duo, & ut ostendat esse aliud mouēs a prg dictis cōmune omnibus illis, & ut ostendat agens, & rem factam esse quodāmodo idem solum in proximo agente, ga in remoto non, & huius duæ sunt rationes. prima quia nullum agens remotum est simile facto. modo primum mouēs est agens remotum. secunda ratio, quia mouēs ad perfectionem rei non uidetur simile effectui: & primus motor nō uidetur agere, nisi ad perfectionem rei. ergo etc̄. Debes scire ꝙ primus motor agit ad perfectionem rei factæ. & nō ad perfectionem eius. & propterea non uidetur debere assimilari rebus quas producit ¶ & ueritas est ¶ Respōdet, ꝙ primum

Coñ. 22.

Coñ. 23.

Coñ. 24.

principium rebus non conuenit in particulari. & ſecundum modum quo eſt principium proprium, & particulare: ſed bene conuenit aliquo modo uniuerſali. ubi debes ſcire, ut dicetur cõmento. 51. ꝙ Deus eſt quodãmodo omnia eminenter, & potentialiter, quomodo ignis eſt omnia calida: & ſic conuenit in ratione entis, & quomodo ſit illud: cõmen. 51. dicetur { & Themiſtius } Nunc ponit expoſitionem Themiſtij, qui uult, ꝙ ideo Ariſtoteles fecit mentionem de primo motore, ut oſtendat, ꝙ eſt aliud ab iſtis proximis motoribus. & quod eſt intentum, & quæſtum noſtrum in iſto libro. & hanc expoſitionem laudat. & ait etiã ſibi uideri { & Alexander } quia Ariſto. dixit in litera agens conuenire rebus factis. & per conſequens ꝙ factum ſit a conuenièti, gloſſat Alexander hanc propoſitionem, & uult eam eſſe ueram tribus ſeruatis, uidelicet in agentibus cauſis propinquis, & non remotis per ſe, & non a caſu: & dicitur non a caſu, propter animalia orta ex putri materia, quæ apud ipſum, quia fiunt a caſu, non conueniunt cum factoribus, & agentibus { & in ſermone } Sed contra, quia lorum agit dolorem, & tamen non aſſimilatur dolori. adhuc ſerra agit abſciſionem, & tamen nõ aſſimilatur abſciſſioni. reſpondet ibi { talia etc̃ } ꝙ hæc ſunt inſtrumenta non agentia. & propterea additum eſt in agentibus: modo agentia ſunt ſpecies ſerrantis, & percutientis, & illis ſpeciebus aſſimilantur hæc { dicit igitur } colligit gloſſam propoſitionis, uidelicet ꝙ hæc propoſitio intelligitur in agente, non in inſtrumento, & in ꝓpin quo non in remoto, & in agente eſſentialiter, non accidentaliter. dixit in agente propter effectus ſerrę, & corrigere, & talium. dixit propinquo: propter primum principium qđ agit cuncta, & tamen non aſſimilatur cunctis. dixit eſſentialiter: pròpter genita a caſu: ut animalia ex putrefactione orta. & hæc eſt intentio Alexandri in iſto loco. ex his ſoluuntur multæ, & prolixę quæſtiones circa propoſitionem illã. quarum ſubmeminit ipſe commento. 13. & 18. & alibi.

Quoniam autem ſunt hæc quidem ſeparabilia: illa autem inſeparabilia, illæ ſubſtantiæ. & propter hoc omnium cauſæ hæc, quia ſine ſubſtantijs nõ ſunt paſſiones, & motus. Deinde hęc erunt anima forſan, & corpus: aut intellectus, & appetitus, & corpus.

Præaccepit, quomodo ſunt omnium principia proportione & ſimilitudine. Nunc oſtendit ꝙ ſunt eadem ſimpliciter: ſed ordine quodam. primo oſtendit, ꝙ ſubſtantiæ ſunt cauſæ accidentium. ſecundo quomodo principia ſubſtãtię ſunt, & principia accidentium. pro primo utitur ratione hoc modo, entiũ, hæc ſunt ſeparabilia, hæc inſeparabilia, & ſubſtantiæ ſunt ſeparabiles accidentia inſeparabilia ergo ſubſtantiæ ſunt cauſæ accidentium, dicit. quoniam autem ſunt hæc quidem ſeparabilia, illa autem inſeparabilia. hæc eſt prima pars antecedentis illæ ſubſtantiæ. ſ. ſunt ſeparabiles, & ſubaudi accidentia ſunt ſeparabilia. hæc eſt ſecunda pars. tunc dat conſequens, & inquit. & propter hoc omniũ cauſæ ſunt hæc. ſ. ſubſtantiæ, cuius cauſam repetit, & inquit: quia ſine ſubſtantijs non ſunt paſſiones, & motus. Debes ſcire primo, ꝙ de ratione cauſæ in actu ſunt duo. ſ. prioritas, & ſeparabilitas. cauſa enim in actu, & eſt prior, & eſt ſeparabilis. prior quidem in eo ꝙ cauſa. ſeparabilis uero, in eo quod effectus: econuerſo de ratione effectus, eſt enim poſterior, & inſeparabilis. hinc patuit ratio Ariſtotelis, quia enim ſubſtantiæ ſunt ſeparabiles, & accidentia inſeparabilia. Amplius ſubſtantiæ priores, & accidentia poſteriora: hinc fit ꝙ ſubſtantiæ ſunt cauſę accidentium omnium, & ſic enthymema præaccipit in antecedente duas partes. ſecundo debes ſcire, ꝙ omnia accidentia, uel ſunt ad modum habitus, uel ad modum motus, & quia habitus, & paſſio idem ſunt: propterea dixit, quia ſine ſubſtantijs non ſunt paſſiones, & motus, uolens per hæc omnia accidẽtia numerare { deinde hęc erũt } ſecundo loco concludit ꝙ remotæ cauſæ ſunt omnium eædem. nam materia & forma ſunt cauſæ omnium ſubſtantiarum compoſitarum, & ſubſtantiæ cõpoſitæ ſunt cauſæ omnium accidentium: ergo materia, & forma ſunt cauſæ omniũ accidentium, inquit. deinde hęc aĩa forſan, et corpus ſunt cauſę oĩum accidentium cœleſtium. debes ſcire, ꝙ uia reſolutionis primæ cauſæ accidentiũ ſunt ſubſtantiæ. ſcđæ cauſæ accidentium ſunt principia ſubſtantiarum. econuerſo uia compoſitionis, & ꝓpterea dixit deinde. dedit enim ordinem reſolutiuũ, & non compoſitiuũ. ſed ambiges, de ꝗbus principijs loquitur Ariſtote. in hoc uerbo. uidetur expoſitio. Expoſitoris hic diuerſa a noſtra. ipſe enim uult ꝙ Ariſt. in proximo uerbo loquat̃ de principijs intrinſecis: ita ꝙ quia principia intrinſeca ſunt cauſæ ſubſtãtiarum, propterea ſint cauſæ accidentium, quæ non poſſunt eſſe abſq; ſubſtãtijs. in uerbo uero præſenti uult ꝙ Ariſtoteles oſtendat ordinẽ in ſubſtantijs, & ꝙ in ſubſtantijs ſint principia prima omniũ ſubſtantiarum, ut ſunt anima, & corpus cœleſtia, & quia anima dicitur fere æquiuoce. dixit uel intellectus, & appetitus, & corpus. corpus enim cœleſte habet de potentijs animæ. hæc duo, uidelicet intellectum, & uoluntatem. uult ergo, ꝙ hæc duo ſint principia omnium ſubſtantiarum effectiua, uidelicet intellectus corpus: & ſic conſequenter dici poſſunt principia etiam accidentium. habes ergo de mente eius duo, quorum primum eſt eadem eſſe principia accidentium intrinſeca, & hoc in uerbo primo. ſecundo, ꝙ ſunt quædam prima principia ſubſtantiarum, & conſequenter accidentium quæ ſunt partes cœleſtis corporis. ſed pace ſua textus non conſo contra Expoſitorem.
nat expoſitioni tali. nos enim uidemus aperte in textu ordinem. nã primo concludit ſubſtantias eſſe principia omnium accidentium prioritate, & ſeparabilitate: deinde ſubdit, quo modo principia ſubſtantiæ ſunt principia accidentium, quia quicquid eſt cauſa cauſę eſt cauſa cauſati. Amplius, ꝙ non loc̃uatur de principijs, ꝓſpicuum licet enim intellectus pertineat ad principium actiuum, tamen corpus, & materia nullo modo pertinet ad principium actiuum. melius ergo uidetur mihi ꝙ loquatur de principijs intrinſecis, & quoniam accidentia ſunt duobus modis: quædam materialia. ut ea quæ inſunt corporibus generabilibus, & quædam immaterialia ut quæcunq; inſunt corporibus cœleſtibus. & propterea dixit. deinde hæc anima forſan, & corpus ab accidentia primo aduertens: ſubſcribit, aut intellectus, & appetitus, & corpus ad accidentia cœleſtia alludens. ſed dices contra: quoniã anima, & corpus non ſunt uniuerſalia principia omnium accidentium materialium, quoniam non ſunt principia accidentium elementorum. poteſt dici ꝙ ſic, quoniã corpus eſt miſtum quoddam continens elementa: & per conſequẽs continet materiam, & formã, quæ ſunt uniuerſalia principia omnium. hæc uidetur mihi expoſitio præſentis loci. ſed res quomodo ſe habet: dicetur in cõmento. Cum declarauit } pro Com. 25.
ponit intentionem, & tria innuit. primo ordinem, quia declarauit, quomodo eadem ſunt omnium principia proportione. Nunc ꝙ ſubſtãtia ſit cauſa omnium. ſecundo intẽtionem & cauſa intẽtionis. Intentio quidem, quia declarabit ꝙ principia ſubſtantiæ ſunt principia reliquorum, cauſa intentionis uero, quia materia ſubſtantiæ eſt cauſa cuiuslibet materiæ accidentis. & contrarietas in genere ſubſtantiæ, utpote forma, & priuatio ſunt cauſæ contrarietatis in omnibus reliquis. tertio excuſat Ariſto. nam hæc declarauit in ſeptimo. ſed nũc quaſi rememoratiue ſubmeminit. & propterea nõ ſuperfluus { & intendit } propoſita continuatione nunc proſequitur. & primo accepit diſtinctionem: & uult ꝙ rerũ quędam ſunt ſeparabiles, quædam inſeparabiles. ſepabiles ſunt ſubſtantiæ, inſeparabiles ſunt accidentia. dicuntur quidẽ ſubſtantiæ ſeparabiles, quoniam poſſunt eſſe abſq; accidentibus, & ſunt priores definitione, eo quia ponũtur in definitione accidentium, & non econuerſo. accidẽtia uero inſeparabilia



bilia ſunt, quia nullum accidens exiſtit abſq; ſubſtãtia. quoniam ſunt paſſiones, & motus ſubſtantiarum, ut diximus in textu. hæc eſt diſtinctio. ex hac diſtinctione ſumitur, ꝙ ſubſtantiæ ſunt cauſæ accidentium, & non econuerſo. quia ut declarauit in textu ſubſtantiæ ſunt priores, & ſeparabiles. accidentia ſunt poſteriora, & inſeparabilia: & ſic ſubſtãtię ſunt cauſæ, & accidentia effectus. nec expreſſit in quo genere cauſæ. de quo alibi { & ſciendum } Remouet. q. dictũ eſt enim ſubſtantiam eſſe ſeparabilem. modo hoc nõ uidetur uerum, qm̃ ſubſtantia miſta, uel materialis non poteſt eſſe abſque accidentibus. nam accidentia ſunt diſpoſitiones, quibus conſeruatur forma in materia. ergo nõ poteſt eſſe abſq; accidentibus. reſponder uerbum Ariſtotelis eſſe uerum, ſaltẽ de ſubſtantia intelligibili. nam ſubſtantia ſenſibilis non poteſt eſſe abſq; accidentibus. Sed dubitatur, quoniam ſi ſubſtantia materialis non poteſt eſſe abſq; accidentibus. ergo ex uerbis Ariſtotelis non concludetur ſubſtantiam materialẽ eſſe cauſam accidentium: magis q̃ econuerſo accidẽtia eſſe cauſam ſubſtantiæ materialis. amplius tunc uerbum Ariſtotelis non eſſet uerum, niſi de ſubſtantia intelligibili. modo ſubſtantia intelligibilis non eſt cauſa materialis accidentium. poteſt dici ꝙ aliqua propoſitio eſt uera in uniuerſali, quæ eſt falſa in particulari apud Auerroẽ, uel uera per ſe, quæ eſt falſa per accidens. & hoc ponit Auer. 6. auſcultationis phyſicæ. commento. 15. & 17. phyſicæ auſcultationis. cõmen. 2. tũc dicendum ꝙ hæc eſt uera: omnis ſubſtantia eſt ſeparabilis ab accidente per ſe, quia omnis ſubſtantia eſt ſeparabilis in eo ꝙ ſubſtantia. quoniam aliqua ſubſtantia eſt ſeparabilis, ut intelligibilis. non tamen omnis ſubſtantia de facto eſt ſeparabilis, quia non ſubſtantia miſta. ex his ſolue argumenta tu. { & poſt hoc } Conuenit Auerroes cum expoſitore quantum ad hoc. ſ. ꝙ Ariſtoteles hic declarat ordinem in ſubſtantijs. uult enim ꝙ Ariſtoteles primo declarauit ſubſtantiam eſſe principium omnium. ſecundo ꝙ etiam in ſubſtantijs de clarat primam: & ſic uult ꝙ primum in ſubſtantijs ſit anima, & corpus, aut intellectus, & uoluntas, & corpus. Hæc enim ſunt principia omnium ſubſtantiarum { & innuit corpora } Remouet quæſtionem. poſſet enim quis dicere ꝙ in telligit per animam, & corpus: ideo declarat uerba Ariſtotelis uerificari in corpore cœleſti tantum: ergo per animam intelligit formã cœleſtis corporis: & per corpus intelligit materiam eiuſdem. hęc enim duo ſunt prima principia omnium ſubſtantiarum. ſecundo dicit, & probat corpora cœleſtia eſſe animata. & utitur tali ſyllogiſmo, Quæcunq; ſunt principia animatorum, & inanimatorum per ſe ſunt animata, modo corpora cœleſtia ſunt principia animatorum, & inanima torum: ergo animata. & per conſequens eorũ principia ſunt anima, & corpus. & dicitur forte quia declarabitur poſt demonſtrationẽ. hæc eſt expoſitio Auerrois: & cum eo conuenit Expoſitor, & nos cõtradiximus huic perfecte { Alexander autem } Alexander exponit aliter, & uult ꝙ Ariſto. primo accepit ſubſtantiam eſſe omnium cauſam: ex qua uoluit habere principia ſubſtantiæ eſſe principia omniũ aliorum, & propterea declarans quæ ſint illa principia dixit: ut anima & corpus. & hæc in animalibus generabilibus, uel intelie ctus, & corpus. & hæc in corporibus cœleſtibus. & hæc eſt expoſitio noſtra { & ideo } dicet ꝙs, cur non dixit materiam & naturam? ſecundo cur dixit forte utrięq; reſponder. & primo ad primum, quia. ſ. materia, & natura ſunt inſeparabilia, & ipſæ præaccepit ſubſtantiam eſſe ſeparabilem. ſecũdo reſpondet ꝙ ideo dixit forte propter animam, quæ apud aliquos eſt abſtracta, apud aliquos non, ergo per hæc innuit corpora cœleſtia, & per intellectum, & uoluntatem innuit primum motorem, uidelicet Deum. quibus dicit Auerroes. & utrunq; iſtorum eſt alteri propinquum, quoniam iſtę duę expoſitiones non multum differunt, quia utraq; accipit principia ſubſtantiarum. reliquum commenti perſpicuum.

Amplius autem alio modo proportionaliter

principia eadem, ut actus, & potentia: ſed & hęc alia alijs, & aliter. In quibuſdam quidem enim idem, quandoq; quidem eſt actu, quandoq; uero potentia, ut uiuum, aut caro, aut homo. cadũt autem, & hæc in dictas cauſas. actus qdem enim ſpecies ſi ſit ſepabilis: & quod ex ambobus. priuatio uero, ut tenebrę, aut laborans. potentia autem materia. hoc enim eſt quod poteſt fieri ambo. Aliter autem actu, & poteſtate differunt ea, quorum non eſt eadem materia. quorum non eſt eadem ſpecies, ſed altera. Quemadmodum hominis cauſa ſunt elementa ignis, & terra, ut materia, & ſpecies propria, & ſi quid aliud extra, ut pater. & præter hæc ſol, & obliquus circulus: neque materia entia: neque ſpecies, neq; priuatio, neque formę, ſed mouentia.

Expoſitor uidetur doctiſſime exponere hũc textum, quia eſt nimis breuis, & in aliquibus, ꝓpter breuitatem mancus. propterea dicamus ꝙ Ariſto. declarat nunc. Secundo modo, quomodo principia ſunt omnium eadem proportione: & ideo præaccipit rem, & inquit. amplius autem alio modo proportionaliter principia eadem ſunt omnium, ut actus, & potentia. ergo ſi conſideretur principia in quantum actus, & potentia ut ſic: ſunt omnium eadem. ſed quoniam in identitate proportionis requiritur differentia: declarat ꝙ potentia, & actus in diuerſis differunt, & quãtum ad rem, & quantum ad modum: & hoc proponit. d. ſed & hęc ſunt alia alijs. & hoc quantum ad rem, & aliter: & hoc quantum ad modum rei. ſeruat autem talem ordinem, quia primo declarat, quomodo ſunt alia alijs quantum ad modum, ſcđo quantum ad rem. debes ergo ſcire, ꝙ differẽtia in modo ſtat cum idẽtitate in ſubiecto: modo unamet res in ſubiecto differt in modo pro quãto, quandoq; eſt in actu, quãdoq; in potentia. & hoc dicit, in quibuſdam quidem enim idem quãdoq; quidem eſt actu, quandoq; uero potentia: cuius exemplum adiicit, ut uiuum, aut caro, aut homo: quodlibet enim horũ quandoque eſt in actu, quandoq; potentia. ecce igitur quomodo erit una res, ſed modus diuerſus { cadunt autem } Remouet quæſtionem. poſſet enim quis dicere, utrum actus, & potentia computentur inter principia prædicta, an non. quia ſi non: tunc non erunt principia quatuor, uidelicet materia, forma, priuatio, & mouens. reſpondet, & docet, quomodo hæc duo reducuntur ad illa principia prædicta. & primo proponit hoc, & inquit. cadunt autem, & hęc in dictas cauſas. nam actus quidem eſt ſpecies: ſi ſit ſeparabilis, ut dixit Plato. & ſi eſt quod ex ambobus, quaſi dicat ꝙ actus, ſiue ſit ſeparabilis, ſiue non: ſemper cadit in ſpeciem, & eſt forma, & quia aliquis actus eſt, dicens imperfectionem: ſubſcribit. priuatio uero ſunt actus, hi ut tenebrę, & ggrotãs. aliquis ergo actus cadit in ſpeciem: ut ille qui dicit perfectionem: & aliquis in priuationem, ut ille qui dicit diminutionẽ. potentia uero eſt materia. ergo potentia cadit in materiam. nam hoc. ſ. potẽtia eſt quod poteſt fieri ambo, quemadmodum, & ipſa materia. & ſic perſpicua eſt ſolutio quæſtionis { aliter autem } redit ad rem, & declarat, quomodo hęc duo differũt in diuerſis quantum ad rem. & uult ꝙ actus, & potentia in diuerſis ſint alterius rationis. uerbi gratia, actus, & potẽtia ex quibus exiſtentia hominis conſiſtit: ſunt alterius rationis ab actu, & potentia, ex quibus exiſtit alia exiſtentia, utpote corporis cœleſtis. ergo actus alterius eſt alterius rationis. ſimiliter & potentia. & hoc inquit. aliter autem actus, & potentia differũt ea, quorum non eſt materia eadem, & quorum non eſt ſpecies eadem, ſed diuerſa: cuiuſmodi ſunt homo, & corpus cœleſte. & hoc declarat. d. quemadmodum hominis cauſa ſunt ele-

menta cuiuſmodi ſunt ignis & terra ut materia: & ꝓpria ſpecies, ut anima. & ſiqd aliud extra ſit ut pater: & hoc ut agẽs proximum, & prærer hæc ſol, & obliquus circulus, qui ſigni fer dicitur græce zodiacus. & hæc tanꝝ agentia remota. addit, ꝙ hęc uidelicet pater, ſol, et zodiacus, neꝙ ſunt materia, neꝙ ſpecies, neꝙ priuatio, neꝙ formæ: ſed ſunt mouentia. hæc ergo ſunt principia hominis. & per conſequens actus, & potentia eius. in aliis uero qualiter ſint: non explicauit propter breuitatem. ſed dubitatur, quia uidetur ꝙ actus ſit eiuſdem rationis in omnibus, & potentia ſimiliter: quoniam ut dicit Auerroes ſunt rationes uniuerſales omnium prædicamentorum. dicendum ꝙ actus, & potentia poſſunt conſiderari in ratione phyſica, & in ratione metaphyſica. ſi conſiderantur in ratione metaphyſica, ſunt eiuſdem rationis in omnibus, quoniam ratio metaphyſica abſtrahit ab omni differentia. ſed ſi conſiderantur in ratione phyſica: ſic in aliis, atꝙ aliis ſunt diuerſi. & hoc ut probat ratio Ariſtotelis. Cum declarauit } Commentum præſens. 26. eſt perſpicuum omnibus, neque dicit aliquid extra literam. Comũ. 26.

Adhuc autem uidere oportet: ꝙ hęc quidem eſt uniuerſaliter dicere: hęc autẽ non. omnium igitur prima principia, quod actu primum ſpecie. & aliud quod potentia: illa quidem igit uniuerſalia nõ ſunt: principium enim ſingularium, ſingulare. homo quidem enim hominis uniuerſaliter Sed non eſt nullius. uerum pelleus achillis: tui uero pater. & hoc. b. huius ba. omnino autem. b. ſimpliciter ba. deinde ſi iam, quę ſubſtantiarum, alia utique aliorum cauſæ, & elementa, ſicut dictum eſt, eorum quæ non in eodem genere colorum, & ſonorum, & ſubſtantiarum, & quantitatis. præterquam proportionaliter, & eorum, quæ ſunt in eadem ſpecie diuerſa, non ſpecie, ſed quia ſingularium aliud, & tua materia, & ſpecies, & mouẽs, & ſpecies, & mea. uniuerſali autem ratione: eadem.

Certe textus iſte eſt multum latens: & propterea uidetur ꝙ Ariſto. uelit aliquo modo uerificare opinionem communem ſuo tempore uigentem. Erat enim famoſum ſuo tẽpore eſſe uniuerſalia ſeparata, & eſſe cauſas omnium. modo uidetur ſtultum contradicere antique opinioni, niſi aliquo modo uerificetur, & ꝓpterea intendit declarare, quomodo concedi poteſt uniuerſalia eſſe principia rerum: & per hoc habebitur, qũo eadem ſunt principia oĩum uniuerſaliter, qđ erat ſm principale propoſitum. debes aũt ſcire, ꝙ uniuerſale dupliciter eſt. uno modo per eſſentiam et ſi illud erit uniuerſale, qđ per eſſentiam erit abſtractum a materia, & conditionibus materiæ. & hoc modo põt dici intelligentiæ uniuerſalia: eo ꝙ per eſſentiã excludunt materiam, & conditiones materiæ. ſecundo modo participatione, qũo uniuerſale materiale, & uniuerſale animal, & uniuerſale corpus dicuntur uniuerſalia. quoniam per eorũ eſſentias ſunt in materia. ſed inquantum concipiuntur: ſunt abſtracta a materia, & conditionibus materiæ. de his dixit Auerroes, ꝙ ſunt actu indiuidua. potentia uero uniuerſalia. iuxta hanc diſtinctionem Ariſtoteles uidetur concedere duas ſubcontrarias. prima eſt uniuerſalia ſunt rerum principia. ſecũda eſt uniuerſalia nõ ſunt rerum principia. prima propoſitio uerificatur de uniuerſalibus participatiue. nam homo uniuerſalis eſt principium hominis uniuerſalis, & hic homo huius hominis. ſecunda uerificatur de ideis. declaratum eſt enim, ꝙ nulla eſt idea, quæ ſit cauſa ſingulariũ, quia ad hæc ſatis ſunt ſingularia. hoc ergo proponit, & dicit. adhuc autem uidere oportet ꝙ hęc quidem ſunt uniuerſaliter dicere. hæc eſt una pars ſubcontrarietatis: hæc autem nõ hæc fuit altera. deinde declarat primam ſubcontrariam, & inquit. omniũ igitur prima principia ſunt hæc duo, uidelicet ꝙ actu ſpecie primum. i. eſt primus actus acceptus cõmuniter, ſecundum ſpeciem, & aliud quod potentia. actus ergo, & potentia ſunt prima principia uniuerſalia omnium. & ſic hoc modo uniuerſalitatis uniuerſalia ſunt principia rerum. deinde declarat ſecundam ſubcontrariam, dicens illa quidem igitur, quæ uniuerſalia, utpote ideæ, non ſunt: cuius cauſam ſubſcribit dicens. nam principium ſingularis eſt ſingulare, homo quidem enim hominis uniuerſaliter: ſed non eſt illius. ſ. principium, ſed alicuius aliquo modo inuenti in ſingularibus. eſt ergo ſuperflua idea pro tanto, qa homo hominis eſt principium, & huius hominis hic homo. & hæc per exempla oſtendit. d. uerũ Peleus eſt pater Achillis tui uero pater. & hoc. b. demonſtratum eſt principiũ huius ba. compoſiti demonſtrati: omnino autem. b. i. uniuerſale. b. ſimpliciter. i. uniuerſaliter eſt principium uniuerſalis huius quod eſt ba. ergo per hæc perſpicuum eſt qualiter ſuperflue ſint ideæ { deinde ſi iam } Remouet unam dubitationem, quia dictum eſt principia ſubſtantiæ eſſe eadem omnium reliquorum. quæret quis utrum dici poſſunt eadẽ omnium uniuerſaliter: reſponder. d. deinde ſi iam quæ ſubſtantiarum ſubaudi principia ſint omnium eadem: erunt utique aliæ aliorum cauſæ, & elementa, & non ſimpliciter, & numero eadem, quod oſtendit. d. ſicut dictum eſt: eorum quæ non ſunt in eodem genere principia non eſt dicere ſimpliciter eadem, utpote colorum, & ſonorum, & ſubſtantiarum, & quantitatis. dico non ſunt eadem ſimpliciter præterquam proportionaliter. quoniam proportionaliter ſunt omniũ eadem. & eorum quæ ſunt in eadem ſpecie non diuerſa ſpecie. ſed quia ſingulorum aliud, & tua materia, & ſpecies, & mouens. aliud ſubaudi et ſpecies, & mea materia, & meum mouens, quaſi dicat ꝙ principia non ſunt eadem eorũ, quę ſunt diuerſa genere: nec eadem eorum, quæ ſunt diuerſa numero { ſed uniuerſali ratione eadem } ergo ſoluio eſt hæc, ꝙ licet principia ſubſtãtiarum ſint eadem omnium, tamẽ non ſunt eadem ſimpliciter, quia diuerſorum generum diuerſa ſunt principia genere, & diuerſarum ſpecierum diuerſa principia ſpecie. quadam tamen ratione uniuerſali ſunt eadem: ex his perſpicuum primo, quomodo uniuerſalia ſint principia, et qũo non. ſcẽdo qũo concẽdi poteſt. oĩum eſſe eadem principia, & qũo non. & ſic perſpicuum eſt quod erat ſecundum. Dicto ꝙ principia } introductio Auerro. differt a noſtra. nam Auerrois uelle uidetur, ꝙ principium rei eſt dupliciter. ſ. uniuerſale, & particulare, & ꝙ Ariſtoteles comparet inter hæc duo. & ꝙ uerum principium rei eſt particulare, & non uniuerſale. ſecundo uidetur Auerrois probare totũ hoc, quia principium debet eſſe prius principiato, & hæc prioritas eſt ſecundum eſſe, & non ſecundum rationem. & quia proprie indiuiduum eſt prius alio ſecundum rem, & uniuerſale non eſt prius alio, niſi ſecũdum rationem: ideo uera cauſalitas reperitur in ſingulari. tertio dicit, ꝙ re uera uniuerſale non eſt cauſa rei uniuerſalis, quia uniuerſale, nec generatur, nec generat, ſed dicitur ꝙ homo hominem generat uniuerſaliter. homo ergo uniuerſalis non generat hominem uniuerſalem, ſed homo hominẽ generat uniuerſaliter. Sed dices quæ differentia eſt inter hæc? dicendum ꝙ aliud eſt res generata, aliud eſt modus generandi. nam res generata ſemꝑ eſt ſingularis, eo quia generationes, & operationes ſunt ſemper ſingularium, ſed modus generandi poteſt eſſe uniuerſalis, et ſic licet homo generans ſit ſingularis, quia tamẽ generat hominem propter naturam cõmunem utriſqꝫ, ideo hæc generatio eſt uniuerſalis ſecundum modum, licet ſecundum rem ſemper ſit particularis. propter quod tria conſiderãtur in generatione. ſ. ratio generandi: conditio generãtis, & ipſum generans. generans enim ſingulare eſt, ratio generandi uniuerſale. conditio generantis eſt deſignatio, & tu perſiſte ſuper hoc,



hoc, quia eſt pulchrum { & quia reſiduum } hic Auerrois dicit primo, ꝙ Alexander non plus de textu expoſuit, et hoc forte, quia habebat reliquum textus manifeſtum. dicit ſecundo ꝙ quemadmodum cauſata ſunt diuerſa genere ſic, et cauſæ, utpote colorum ſonorum, & quantorum, & ſubſtantiarũ principia, & cauſæ ſunt diuerſa. dicit tertio, ꝙ ex his Ariſto. uoluit habere, ꝙ quædam ſunt cauſæ numero differẽtes: ſpecie uero conuenientes, ut Socrates, et Plato, uel ſpecie differentes, genere uero conueniẽtes, ut homio, & equus, uel genere differentes, ſed conuenientes proportione: et hoc pacto entium diuerſorum prædicamentorum principia ſunt diuerſa genera proportione eadem { & poſt hoc } hic etiam dicit tria. dicit enim primo, ꝙ etiam in eodem genere ſubſtantiæ ſunt cauſata diuerſa numero, ſpecie, & genere, & ſimiliter principia in ſubſtantijs ſunt diuerſa numero, ſpecie, & genere. & dicit ſecundo ꝙ per formam uniuerſalem intelligit genus, & per formam particularem intelligit ſpeciem. quaſi ergo uelit cauſata in genere ſubſtantiæ quædam eſſe eiuſdem formæ uniuerſalis, quædam eiuſdem formæ particularis. dicit tertio ꝙ ex omnibus his uult habere, ꝙ licet principia ſubſtantiarum differant genere, non propter hoc dicuntur eadem proportione ſecundum uicinitatem. Reliquum commenti perſpicuum eſt. & certe fere totum commentum eſt inutile ad ſermonem Ariſtote.

Quærere uero, quę principia, & elemẽta ſubſtantiarum, & ad aliquid, & qualitatum: utrũ eadem, aut diuerſa: palam quia multipliciter dictorum ſunt uniuſcuiuſqꝫ. diuerſorum uero non eadem, ſed altera: præterquam ſic, & omnium. ſic autem eadem, aut eo ꝙ proportionantur, quia materia, ſpecies, priuatio, mouens, & ſic ſubſtantiarum cauſæ, ut cauſæ omnium, quia deſtruuntur deſtructis. Amplius ꝙ primum entelechia, ſic altera prima quæcunqꝫ contraria, quæ nec ut genera dicuntur, nec ut multipliciter dicuntur, & adhuc materiæ, quæ quidem igitur principia ſenſibilium. & quot, & quomodo eadem, & quo modo altera dictum eſt.

Epilogat quæcunqꝫ dicta ſunt, & primo per modũ quæſtionis, & ſolutionis, & inquit. quærere uero quæ principia, & elementa ſubſtantiarum, & eorum quæ ſunt ad aliquid, & qualitatum: quærere dico utrum eadẽ, uel diuerſa. reſpondet palam, quia principia ſunt uniuſcuiuſqꝫ multipliciter dictorum, & non eodem modo omnium, hæc eſt ſolutio. hãc ſolutionem declarat, & recapitulat, ꝙ tribus modis dici poſſunt eadem omnium. primo proportione, quoniam ſicut in ſubſtantia ſunt tria, materia, forma, & priuatio. ſic & in quolibet prædicamento uidentur eſſe tria ita ſe habentia. ſecundo reductiue, quoniam principia ſubſtantiæ ſunt eadem omnium, eo quia ſine ſubſtantia nullum eſt aliorum. tertio quia actus, & potẽtia ſunt principia uniuerſalia omnium, eo quia quodlibet prædicamentorum diuiditur per actum, & potentiam. ad hoc ergo dicit diuerſorum uero: non eadem, ſed altera præterquam ſic, & omnium: exponit ſe. d. quomodo ſic & omnium, & inquit. ſic autem eadem, aut eo ꝙ proportionaliter, quia materia, ſpecies, priuatio, mouens ſunt proportione quædam in omnibus prædicamentis. ponit ſecundum modum. d. & ſic ſubſtantiarum cauſæ, ut cauſæ omnium, quia omnia deſtruũtur deſtructis ſubſtantijs. addit tertium modum. d. amplius, ꝙ primum actus, & ſubaudi potentia. ergo eadem ſunt principia omnium tribus modis, uel quia proportione, uel reductiue, uel uniuerſaliter { ſic altera } ſoluit. q. dictum eſt enim, quomodo principia eadẽ omnium ſunt. Quæret ergo quis utrum poſſunt dici eadem contraria omnium, uerbi gratia forma, & priuatio dicantur eadem omnium. Reſpondet ſic, quæcunqꝫ contraria prima dicenda ſunt altera. & exponit, quomodo. d, quæ nec ut genera dicuntur, quaſi dicat ꝙ nec genere dicenda ſunt eadem, nec ut multipliciter dicuntur. i. nec ſunt dicenda æquiuoca. & adhuc materiæ eſſe debent, quia nec omnium eadem genere, nec omnium æquiuoce. ſunt ergo tria principia omniũ proportione eadem, & analogia. reſumit ergo totum dicẽs, quę quidem igit principia ſenſibilium, & quot, & quomodo eadem, & quomodo altera, d ctum eſt. Eſt ergo ſolutio quæſtionis ex toto perſpicua, & completus eſt ſermo de principijs ſenſibilium entium. Cum quæſiuit } hoc cõmentum eſt perſpicuum, & nihil continet extra textum, & expoſitio eius eſt poſita in noſtra expoſitione. Sed circa finem huius quæſtionis emergit difficultas: uidetur enim ex uerbis Philoſophi ſumi, ꝙ accidens non ſit forma ſimplex: cuius oppoſitum dixit in decimo. & conſequentie deducitur, quia unumquodqꝫ componitur ex ſuis principijs. ſed cuiuslibet accidentis ſunt propria principia, ut Ariſto. dicit. ergo quodlibet accidens eſt compoſitum. amplius, in quolibet prædicamento ſunt hæc duo: actus, & potentia, ergo ſaltem omne accidens cõponitur ex aliquo actuali, & potentiali: & per conſequens nullum accidens erit ſimplex. debes ſcire ꝙ accidens poteſt capi dupliciter. uno modo in abſtracto, & ſic non eſt in genere, quemadmodum nec humanitas eſt in genere. declaratum eſt enim in topicis, ꝙ album eſt in genere, nõ autem albedo. alio modo poteſt capi in concreto, & ſic eſt in genere. tũc debes ſcire ſecũdo, ꝙ omne quod eſt in genere eſt compoſitum ex genere, & differentia, et per conſequens ex actu, et potentia, uel materia, & forma. ſed hæc eſt differentia inter ſubſtantias, & accidentia, quia ſubſtantiæ componũntur ex proprijs principijs ſui generis. accidentia uero, quia ſunt diminuta componuntur ex genere, ſeu principio potentiali ſui generis, & principio actuali alterius generis. principium quidem potentiale eſt accidens cõmune, ut albi, coloratum. actuale uero eſt differentia eius, quæ ſumitur a ſubſtantia. ſubſtantia enim eſt propria differentia accidentis. Ad. q. ergo dicendum, ꝙ in accidente poteſt intelligi triplex compoſitio, una ex materia, & forma, & hæc ſit totaliter ex principijs alterius generis, uel ſaltem ex materia alterius generis, & forma eiuſdem. alia eſt compoſitio ex actu, & potentia, et hæc ſimiliter, eo quia actus eſt forma potentia materia. alia eſt compoſitio ex genere, et differentia, et hæc eſt ex genere quidem ſui prædicamenti: differentia uero alterius. ex his ſoluitur contradictio. nam Ariſtote. uult ꝙ accidens ſit forma ſimplex per excluſionem compoſitionis ſui generis. hic uero dicit ipſum eſſe compoſitum ſaltem cõcretiue acceptum et per principia alterius generis. Comũ. 28.

Quoniam autem erant tres ſubſtantiæ, duæ quidem, quæ phyſicæ: una uero, quæ immobilis: de hac dicendum eſt. Quia neceſſe eſt eſſe ſempiternam aliquam ſubſtantiam immobilẽ. nam ſubſtantiæ primæ entium. & ſi omnes corruptibiles, omnia corruptibilia, ſed impoſſibile motum, aut fieri, aut corrumpi. Semper enim erat: nec tempus, nec enim poſſibile prius, & poſterius eſſe cum non ſit tempus, & motus: ergo ſic eſt cotinuus, ut tempus, aut enim idem, aut motionis eſt aliqua paſſio: motus aũt non eſt continuus, niſi qui ſcđm locum, & hmõi qui circulo.

Nunc de tertia ſubſtantia dicere proponit. erãt enim ſubſtantiæ tres, utpote ſenſibilis corruptibilis, ut animalia, & plantæ, ſenſibilis æterna, ut corpus cœleſte. de his dictũ eſt modo. tertia uera eſt inſenſibilis imobilis ſimpliciter, & de hac dicendum. proponit ergo intentionem, & inquit. quoniã au-

tem erãt tres ſubſtantiæ,duæ quidem quæ naturales:utpote
quæ corruptibilis,& æterna. una uero, quæ immobilis . de
hac.tertia dicendum eſt.& quia omni tractatui ſupponenda
ſunt quædam, ut principia: proponit unũ quaſi principium
omnium eorum , quæ dicentur : & eſt aliqua ſubſtantia eſt
ſempiterna,& immobilis.& hoc(inquit) quia neceſſe eſt eſ-
ſe ſempiternam aliquam ſubſtãtiam.hæc eſt prima pars { im
mobilem } hæc eſt ſecunda pars ſuppoſitionis. probat pri-
mam partem ſyllogiſmi ad impoſſibile hoc modo. deſtru-
ctis primis principijs reliqua omnia principia deſtruuntur.
ſed ſempiternæ ſubſtantiæ ſunt principia corruptibilium.er
go deſtructis ſubſtantijs ſempiternis,& primis reliqua om-
nia deſtruuntur.accepit minorem,& inquit. nam ſubſtãtiæ
ſempiternæ ſunt primæ,& principia entiũ.deinde addit con
cluſionem,& inquit.etſi omnes corruptibiles,omnia corru-
ptibilia.hæc erat uis concluſionis.deinde deſtruit concluſio-
nem,& uult habere oppoſitũ maioris, & hoc inquit.ſed im-
poſſibile eſt motũ, aut fieri, aut corrumpi : ſemp enim erat.
amplius nec tempus poteſt.ſ.corrumpi,quare concluſio im
poſſibilis eſt,tum propter motum,tum ꝓpter tempus.pro-
bat ſecundum,& ex ſecundo oſtendit primum, & inqt.nec
enim poſſibile eſt prius,& poſterius eſſe, quomodo non ſit
tempus ex hoc uult habere tempus eſſe æternũ.& hoc con-
cludit, & motum eſſe æternũ, & inqt: & motus ergo ſic eſt
cõtinuus, et ſempiternus,ut tp̃s. cuius cauſam ſubſcribit.d.
nã tempus eſt,aut idem motui: & hoc ſm quoſdã antiquos,
aut tempus eſt aliqua paſſio motus. & hæc eſt poſitio Ari-
ſtote.ſed quia quis obijcere poteſt de augmento,aut de al-
teratione,quorum nullus eſt continuus.addit,motus autem
non eſt continuus.i.ſempiternus,niſi qui ſecundum locum.
& quia non quilibet talium.addit, & homo eſt ſempiternus
qui circulo.i.circularis.ex his uult habere impoſſibilitatem
continuationis:& per conſequens uult habere oppoſitũ ma-
ioris.ſ.ꝙ ſint aliquæ ſubſtantiæ ſempiternæ.& hęc erat ſup
Com. 29. poſitio noſtra , ſaltem quantum ad primam partem. Per
hoc quod } Auerrois primo dicit in epilogo Ariſto. quid in
telligat per principia ſubſtantiarum ſenſibiliũ, & uult ꝙ in-
telligat materiam, formam, priuationem , & mouens. & ꝙ
ſunt tria uno modo:& quatuor alio modo,ut diximus.ſecun
do dicit,ꝙ declaratum eſt,quomodo ſunt eadem,et quomo
do non.nam ſunt eadem proportione, & non ſunt eadẽ ſim
pliciter { conſiderandum autem } mouet Auerroes quęſtio
nem,utrum quando Ariſto.loquitur de ſenſibili ſubſtantia
intelligat æternam,& corruptibilem, uel corruptibilem tan
tum { Alexander autem } Reſpõdet Alexander,ꝙ de utra-
que intelligit,ſenſibile enim eſt cõmune æterno,& corrupti
bili.nam plantæ,& animalia corruptibilia ſunt. & corpora
cœleſtia æterna, & utreq; ſenſibiles ſunt ſubſtãtiæ { in ſub
ſtantia enim } probat quatuor rationibus , ꝙ antea locutus
ſit de æterna ſenſibili.primo qa locutus eſt de quatuor prin-
cipijs,& illa reperiuntur ſecundum proportionem in ęterna
ſenſibili,quemadmodum & incorruptibili.ſecundo Ariſto.
ponit diuiſionem in tres.ſ.& dicit duas eſſe naturales,& hoc
dat intelligere de his dixiſſe.tertio quia dicit dicẽdum eſſe de
æterna,& immobili.ergo de alijs dixiſſe ſupponit aliter eſſet
diminutus.quarto quia ſimiliter fecit in primo iſtius libri.di-
xit enim de duabus inſimul,& poſtmodum de ĩmobili tan-
tum.ex his quatuor uidetur dicendum,ꝙ Ariſto.loquitur de
principio ſubſtantiæ generabili.talis autem eſt æterna inſen
ſibilis.dictum enim eſt duplicem eſſe ſubſtãtiam æternam,
& corruptibilem.& ꝙ æterna eſt principium corruptibilis.
& hæc eſt determinatio Auerrois { ſed quia ſermo } Soluit
quæſti.cur Ariſto.locutus ſit de utraq; ſubſtantia.ſatis enim
eſſet loqui de ſubſtantia æterna,quia corruptibilis eſt ꝓpria
philoſophico.reſpondet quia Ariſto. loquitur de ſubſtantia
ſimpliciter: ergo habet loqui de membris eius . ſunt autem
duo membra eius.ſ.æterna & corruptibilis: ideo de amba-
bus loquitur { & ideo diuiſit } concludit unũ corollarium.
Ex his ergo patet librum hunc merito eſſe diuiſum in duas
partes.ſ.in primam,ubi pertractat de principijs ſubſtantiæ
generabilis, quæ habet aliquam conuenientiam cum æter-
na.in ſecunda loquitur de ſubſtantijs æternis , & principijs
earum { ſed quia } Mouet dubium.nam per idem debuit
loqui de principio ſubſtantiæ generabili:non tantum ſuppo
nendo,ſed determinando,& demonſtrando { ſed tamen }
reſpondet ꝙ Ariſto.fecit,ſicut fecerunt homines ſcribentes,
qui ſemper præaccipiunt aliqua principia tanquam ſuppo-
ſitiones.ſupponit ergo ex phyſicis eſſe aliquam ſubſtãtiam
ſempiternam.deinde declarat quæ,& qualis,hęc per propo
ſitiones cõmunes utriq; ſcientiæ:reliquum cõmenti perſpi-
cuum eſt per ſe. Sed circa textum,& cõmentum obijcitur,
quia uidetur ꝙ ratio Philoſophi de tempore nulla ſit,qa ſup
ponit ante tempus eſſe prius.diceret enim aduerſarius tem-
pus incipere per remotionem de præſenti hoc modo nunc
non eſt tempus,& ĩmediate poſt hoc erit.et ſic non ſequitur
ante tempus fuiſſe tẽpus. Sed certe hæc ſolutio friuola eſt.
nam Ariſto.ſupponit duo.primo ꝙ tempus non incipit eſſe
per ſe,ſed propter aliquod,quod per ſe incipit eſſe,& huius
ratio eſt,quia tempus eſt accidens , & nullum accidens per
ſe incipit eſſe per ſe,ſed propter ſui ſubiectum. ſecundo ſup
ponit,nihil incipere eſſe,niſi ꝓpter generationem,hoc enim
ſupponit ex cõſenſu omnium,qui de natura loquitur, et per
teſtimonium omnium ſenſuum.ex his facile deducit̃ ſi tem-
pus incipit,tempus præfuiſſe.nam ſi tempus incipit , aliquid
incipit,ad cuius inceptionem incipit tempus:& hoc per pri-
mum acceptum.& omne quod incipit,incipit per generatio
nem,& omnem generationem præceſſit alteraito,& omnis
alteratio eſt in tempore. ergo ante generationẽ fuit aliquod
prius.& per conſequens ante tempus fuit tempus,& hęc eſt
deductio Ariſto.ſi uero tu fugis ad creationem:Ariſto.natu
ralis philoſophus,qui utit̃ medijs ſenſatis, uel eductis ex ſen
ſatis, negaret. imo nullus philoſophus habet ponere illam ,
cum ſit quid ſupernaturale.& de his diximus in libro deſtru
ctio deſtructionum:tamen theologus,qui utitur lumine ſu-
pernaturali ponet illam , & nos teſtimonio theologico de-
bemus ei credere. ſecus eſt apud naturalem, qui ſolum uti-
tur teſtimonio ſenſus.

At uero ſi fuerit motiuum,aut effectiuũ:non
operans autem aliquid,non erit motus.Contin-
git enim potentiam habens non agere . nihil er-
go prodeſt,nec ſi faciamus ſubſtantias ſempiter
nas, quemadmodum qui ſpecies , ſi non aliqua
potens inerit principium tranſmutare,nõ ergo,
neq; ipſa ſufficiens,neq; aliqua ſubſtantia præ-
ter ſpecies.nam ſi non egerit,nõ erit motus.ad-
huc autem neque ſi aget, ſubſtãtia autem ipſius
potentia.non enim erit motus ſempiternus. con
tingit enim potentia exiſtens, non eſſe. oportet
igitur principiũ eſſe tale, cuius ſubſtãtia actus .
Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtãtias ſine
materia. Sempiternas enim eſſe oportet , ſiqui-
dem, & aliquid ſempiternum , actu igitur ꝗuis
dubitatio:uidetur enim agens quidẽ omne poſ-
ſe,potens uero non omne agere:quare prius eſ-
ſe potentiam.At uero ſi hoc nihil erit entiũ,con
tingit enim quidem poſſe eſſe,nondum uero eſ-
ſe:& etiam ſi ut dicunt theologi qui ex nocte ge
nerant,aut ut phyſici erant ſimul res omnes, di-
cunt idem impoſſibile , quomodo enim moue-
buntur ſi non fuerit actu cauſa. non enim mate-

ria ipſa



ria ipſa ſeipſam mouebit,ſed tectonica,nec men
ſtrua, nec terra,ſed ſemina & genitura propter
quod faciunt quidem ſemper actum,ut Leucip
pus,& Plato.Semper enim dicunt eſſe motum,
ſed quare, & quem non dicunt,nec ſi, nec cau-
ſam. Nihil enim ut cõtingit mouetur.ſed opor-
tet aliquid ſemper exiſtere.quemadmodum nũc
natura quidem ſic . Vi uero aut ab intellectu ,
aut alio ſic, deinde qualis prior: differt enim im
menſum quodcunque.

Nunc probat ſecundam partem ſuppoſitionis, ſcilicet q
talis ſubſtantia ſempiterna ſit immobilis hoc eſt immateria
lis,& ſimplex. & primo ſupponit unum,quod ſcilicet ſit ali-
qua ſubſtantia ſemper actu ,hoc eſt aliqua ſubſtantia, cuius
eſſentia ſit actus , a quo ſemper operatio eueniat . utitur au-
tem ad hoc hypothetico ſyllogiſmo ſic,ſi agens motum ſit
motiuum,aut effectiuum potentia, non operans autem ali-
quid,non erit motus.conſequens eſt impoſſibile: ergo & an
tecedens.oportet ergo aliquod eſſe agens motum per eſſen-
tiam,& hoc inquit . At uero ſi fuerit , ſcilicet omne mouens
motiuum, aut effectiuum. non operans autem aliquid, non
erit motus. probat hanc hypotheticã,dicens.contingit enim
potentiam habens non agere.nam potentiam habẽs eſt poſ
ſibile.poſſibile uero eſt contingens.contingens autem ut in
peri hermenias,& prioribus dixit,eſt uel quod eſt, & poteſt
non eſſe,uel quod non eſt,& poteſt eſſe.ergo potentiam ha
bens poteſt non agere,ſi agit,uel poteſt agere ſi non agit,&
ſic perſpicua eſt hypothetica . quod ſiquis deſtruat conſe-
quens poteſt dare oppoſitum antecedentis , & eſt propoſi-
tum { nihil ergo } Ex dictis remouet poſitionem Platonis
de ideis,& Pythagoricorum de mathematicis.nam iſti po-
nunt hæc tanquam principia generationis: modo oſtendit
hæc non eſſe principia motus,& per conſequens ſupfluunt:
& hoc dicit.nihil ergo ꝓdeſt,nec ſi facimus ſubſtantias ſem
piternas: quemadmodum qui ſpecies ponunt,ut Platonici.
dico nihil prodeſt,niſi aliquid ſit principium potẽs tranſmu-
tare.modo ſupponit nullum earum eſſe principium tale po
tens tranſmutare . & hoc non probat , ſed relinquit notum
ex hoc,quia Plato poſuit ſpecies uniuerſalia nam uniuerſale
non eſt principium actionis , quia omne agens eſt ſingula-
re.& propterea concludit contra Platonem, & contra Py-
thagoram ſimul dicens , non ergo neque ipſa eſt ſufficiens ,
neque alia ſubſtantia præter ſpecies , ut mathematica . nam
ſi nulla earum egerit:non erit motus.modo patet nullam ea
rum agere,quia nulla earum eſt ſingulare , quod eſſe poſſit
principium actionis { adhuc autem } dedit duo,& quod ad
ſempiternum motum non ſufficit agens eſſe potens moue-
re,ſed eſſe actu mouens.& quod idem, & mathematica ni-
hil proſunt ad motum,modo uult dare tria,ſcilicet quod ta-
lis ſubſtantia agens ſecundum ſui eſſentiam,& ſubſtantiam
ſit actus.debes uero ſcire quod aliquid dicitur per eſſentiam
actus,quando ei nihil potentiæ,& contingentiæ admiſcetur.
id uero dicitur participatione actus,quando ſuæ eſſentię ad-
miſcetur potentia aliqua contingens . & propterea oſtendit
Ariſtote.ſubſtantiam ſempiternam,quæ mouet motu ſem-
piterno nihil habere potẽtiæ dicit.adhuc autem neq; ſi aget,
ſcilicet ſemper.eius tamen ſubſtantia ſit potentia.et hoc pro
bat dicens.non enim erit motus ſempiternus. hoc ꝓbat per
definitionem poſſibilis,& hoc inquit.contingit enim poten-
tia exiſtens non eſſe.nam poſſibile eſt,uel quod eſt,& poteſt
non eſſe,uel quod non eſt,& poteſt eſſe. Ex his concluditur
tertium propoſitorum,& inquit. Oportet igitur principium
eſſe tale,cuius ſubſtantia eſt actus. & ſic tria dedit nunc , &
quod ad ſempiternum motum non ſufficiat agens eſſe po-
tentia tale , & quod ideæ , & mathematica non proſunt , &
quod agens motum ſempiternum debet eſſe per eſſentiam
actus { amplius } His declaratis declarat ſecundam par-
tem ſuppoſitionis,ſcilicet quod aliqua ſubſtantia ſit imma-
terialis ſimplex,& immobilis.& primo proponit concluſio-
nem,dicens. Amplius igitur tales,ſcilicet ſubſtantias per eſ-
ſentiam actus:oportet eſſe ſine materia,hoc eſt ſimplices,et
immobiles:hoc oſtendit hypotheticæ ſic,ſi aliquid aliud,ut-
pote motus,et tempus ſit ſempiternum:oportet eſſe ſubſtan
tias ſine materia ſempiternas.uult habere antecedentis poſi
tionem,& conſequentis etiam inquit.ſempiternas enim eſſe
oportet ſubaudi ſimplices,& abſq; materia.ſiquidem & ali-
quid aliud ſempiternum.& propterea cõcludit propoſitum.
igitur actu,& ſimplices,& immateriales.Expoſitor hic fin-
git rationes Ariſtote.eſſe ex ſuppoſitione, ſcilicet quod mo-
tus ſit æternus.& hanc ſuppoſitionem aliquo modo declara
uit hic ex æternitate temporis. uult ipſe breuiter quod ratio
Ariſto.nulla ſit,ut uiſum eſt ſupra. & propterea fingit ipſe ,
quod poteſt probari concluſio eadem Ariſtote. ex produ-
ctione.nam ſi aliquid producitur oportet eſſe producens.&
tunc quæritur an tale ſit factum,uel æternum.& ſi ęternum
erit propoſitum.& ſi factum:adhuc erit aliud producens,&
cum non ſit proceſſus in infinitum ſtabitur ad producens in
productum,& ſimplex,& immobile,ut dicit Ariſtote. Sed
pace tanti uiri uidetur mihi , quod ablata uia motus æterni :
nulla ſubſtantia poteſt probari eſſe ſempiterna ſimplex, qa
ſiue accipitur uia Expoſitoris , ſiue cuiuſuis ſemper præſup-
ponitur non eſſe procedendum in infinitum.& ſic omnis ra
tio erit ex ſuppoſitione: modo aduerſarius ſuppoſitum tale
negabit.dicet enim nihil prohibere procedi in infinitum . Et
quomodo poteſt improbari , niſi ſupponendo motum eſſe
æternum . & propterea bene dicit Auerroes , quod omnes
aliæ uiæ præter uiam motus æterni ſunt dialecticæ , & non
demonſtratiuę,quia omnes ſunt ex ſuppoſitione probabili,
& non per ſe nota.propterea ſuppoſita æternitate motus ſe-
quuntur quinq; declarata , ſcilicet quod aliqua eſt ſubſtan-
tia ęterna.amplius ſequitur eſſe aliquod mouens ſemp actu.
adhuc ſequitur eſſe aliquod mouens ſemper , cuius entia eſt
actus.rurſum ſequitur tale mouẽs eſſe ſimplex, & nullo mo
do miſtum cum materia. Vltimo ſequitur ideas , & mathe-
matica non prodeſſe ad motus perpetuitatẽ.omnia ergo hæc
quinq; per ordinem probata ſunt ex una ſola ſuppoſitione ,
& hoc exclamat Auerroes in multis locis . & hæc quinque
ſunt in præſenti loco declarata { quanuis dubitatio } Ad
dicta mouet quæſtionem quam , & in nono tetigit , ſcilicet
utrũ actus ſit prior potentia,uel econuerſo potentia ſit prior
actu. Eſt autem rationabilis hæc quæſtio duplici de cauſa.
primo quia poſuit aliquam ſubſtantiam ſempiternã ſemper
mouentem,& actum.& ſic uidetur quod prima ſubſtantia
debet eſſe actus:& propterea petit,an actus ſit prior poten-
tia,uel econuerſo potentia ſit prior actu . ſecundo quia ex ſe
eſt hæc quæſtio rationabilis in hoc loco,quoniam ex ſolutio
ne huius ſciemus primas ſubſtantias eſſe puras , ſimplices,
& non miſtas potentiæ . Oſtendit autem primo potentiam
eſſe priorem actu,quia prior ſecundum conſequentiam, &
hoc inquit. Quamuis dubitatio,uidetur enim agens quidem
omne poſſe . Potens uero non omne agere , quare uidetur
prius eſſe potentiam actu { at uero. } Ad oppoſitum ar-
guit, & oſtendit primas ſubſtantias eſſe actu, & non poten
tia hoc argumento ſexto . nam ſi in prima entia , uel primæ
ſubſtantiæ ſunt potentia. Ergo de facto contingit ipſas ali-
quando non eſſe,& hoc ex definitione contingentis,ſeu poſ
ſibilis.& cum omnia dependeant ab eis:contingit nihil eſſe.
& hoc inquit. At uero ſi hoc,nihil erit entium.nam contingit
quidem poſſe eſſe:nondum uero eſſe : & hoc per definitio-
nem poſſibilis. ſi ergo prima entia non ſunt : cauſata ab eis
non erunt . & ſic ipſis non entibus nihil erit { & etiam. }

Remouet unam reſponſionem antiquorum . Nam qui-
dam antiquorum conceſſerunt conſequens, & conſequen-

tiam. quidam nanque dixerunt omnia quandoque esse nihil propterea, quia ex nocte, & priuatione simpliciter omnia generant. alij uero dixerunt omnia esse nihil, & præesse in quodam chao, & sic consequens tale non est inconueniens. dicit ergo non esse inconueniens. Contra arguit, & inquit. & etiam si ut dicũt theologi, qui ex nocte, id est priuatione, simpliciter generant, aut ut philosophici erant simul res omnes dicunt idem impossibile, quomodo enim mouebuntur hæc, scilicet ex se, si non fuerat actu causa aliqua. Ergo oportet actum præesse, a quo talia moueantur. & hoc declarat dicens, nõ enim materia ipsa seipsam mouebit, utpote lignum non potest se mouere ad formam artis, sed ipsa tectonica, quæ est ars, & actus. nec menstrua materia mouebit se ad formam embryonis. nec terra ad formam plantarum, sed semina ad plantas, & genitura ad embryones illas materias mouebũt. Ex his perspicuum qualiter oportet omnino præesse actum, si debeant possibilia reduci ad actum { propter quod sciunt } approbat suam positionem authoritate antiquorum, & inquit, propter quod faciunt quidem semper actum, ut Leucippus, & Plato. nam semper esse motum dicunt. & sic apud hos oportet dicere actum esse semper, & per consequens ipsum præcedere potentiam { sed quare } quia approbauit authoritatem horum, ostẽdit in quo etiam ipsi defecerunt, ne quis credat eum omnino illis assensisse. & inquit, sed quare, & quem, an scilicet localem, uel alios non dicunt, nec sic, scilicet certe determinant, nec causam. et hãc enititur explicare, dicens nihil enim ut contingit, id est a casu, & absque causa mouetur. sed oportet aliquid semper existere. & ponit exempla, dicens quemadmodum nunc, natura quidem sic, ui uero aut intellectu, aut alio utpote arte sic. secundo obijcit eis quantum ad aliud dicens. deinde qualis prior subaudi non dicunt, an sit prior uiolentus motus, uel naturalis. Differt enim multum quodcunque dicat ab alio. & sic perspicuum qualiter ipsi, secundum unam partem bene, secundum aliam partem male dixerunt.

Com. 30. Dixit Alexander } Hoc commentum totum est perspicuum, & parum, aut nihil dicit extra textum. sed uolo notare unum uerbum Alexandri ibi { Alexander autem dixit } Quod ad motum æternum requiruntur tria. primum quod agens necessario agat, ita quod ipso ablato auferatur & motus. secundum est quod mouenti nihil admisceatur potẽtiæ, ut in textu declarauimus. tertium est quod mobile cuius est, & motus talis sit æternum, & nobilissimum, cuius causam dicit. nam tale corpus debet moueri propter desiderium, & nõ propter desiderium rei uilis, & corruptibilis, sed propter ipsummet: ergo debet esse æternum, & nobile. Sed dices contra, quoniam infra dicetur, q̃ corpora cœlestia mouentur, ppter nos. ideo intellige uerbum q̃ corpa cœlestia mouentur primo propter se, & secundario propter nos. nec inconuenit finem secundario esse uilem, & uiliorem eis quę ordinantur in finem. Sed circa textum, & commentum dubitatio emergit non pauca. dictum est enim quod motor sempiternus debet esse actus purus, & nihil habere potens. sed hoc uidetur falsum, quia si sic omnes intelligentiæ essent primæ substantiæ, quoniam nulla est liberata a porentia præter primam, ut commento quinto, & decimoquarto tertij de anima diximus. & sic omnes essent æque primæ, & nulla dependeret ex altera, cuius oppositum sentit Auerro. infra. & Auerroes commento. 44. secundo uidetur quod omnis intelligẽtia sit composita ex materia, & forma, quoniam quęlibet est individua, et una numero, et quodlibet individuum, & unum numero habet materiam, ut tertio de anima. commento quinto. ergo quælibet intelligentia habet materiam. nulla ergo est simplex. Circa hanc quæstionem primo est sciendum, quod omnes uolũt Aristote. hæc quinq; attribuisse primo motori, ita quod uolũt quod primus motor sit sempiternus, & quod sit semper actu, & quod non sit idea universalis, & quod sit per essentiam actus, & quod sit immixtus, & quod non loquatur de reliquis, & hæc uidetur positio Iohannis in præsenti. 12. & super hoc respondet ad quæstionem. Sed pace eorum uidetur mihi quod positio Aristotelis sit uniuersalis, quia est ex motu æterno. modo tantũ primus motor mouet motu æterno, sed omnes. & ppterea probatio uidetur esse uniuersalis omnibus, licet sit confusus sermo eius, quia nondum declarauit motorum pluralitatem.

Debes ergo scire quod apud philosophos materia sumitur tripliciter. uno modo pro potentia transmutationis ad esse, & non esse. secundo modo pro potentia motus ad motum, & quietem, quæ dicitur materia ad ubi. tertio pro imperfectione, & sic omnis imperfectio dicit materia respectu perfecti. de his satis habes uerba Auerrois in multis locis. Tunc dicendum primo uniuersaliter, quod nulla intelligentiarum est mista materiæ, uel primo, uel secundo modo, & hoc declarauit Aristo. in litera, quoniam si substantia semper mouens esset potentia passiua primo, uel secundo modo, tunc cum illa sit potentia contingentis, posset esse absque actu, & tu discurre per dicta in textu. Dicendum secundo, quod sola prima est liberata a materia tertio modo. sed cur & propter quid ex textu non accipitur. potest tamen accipi ex eo, quia prima. nam uniuersaliter actus est prior potentia, quomodocunq; accepta. & ergo quia prima substantia est omnibus prior, ideo est omnino liberata a potentia. Debes scire, quod aliqui (ut recitat Iohannes) uoluerunt quanlibet intelligentiam esse in genere, & propterea dixerunt quãlibet intelligentiam componi ex genere, & differentia. Sed contra arguit Iohannes. nam si quælibet intelligentia esset sic composita, quælibet esset corruptibilis. & hoc deducit, quia differentia una est opposita alteri, & opposita habent fieri circa idem, ut decimo huius dictum est. quare si omnis intelligentia sit sic composita, quælibet esset corruptibilis, & uariabilis. sed reuera hæc probatio non demonstrat, quia licet opposita habeant fieri circa idem, tamen differentiæ non sunt propriæ oppositæ, de quibus loquitur Aristote. loqtur enim ipse in oppositis circa subiectum, & non circa genus. Aliter ergo declaratur illa consequentia apud Auerroem secundo cœli contimento quadragesimonono. nam apud Auerroem genus, uel est materia, uel sumitur a re habente materiam, scilicet potentia materiæ, & propterea omne compositum ex genere, & differentia est compositum ex materia, & forma apud ipsum, non quod genus sit materia, sed sumitur a potentia materiæ, nec differentia est forma, sed sumitur a forma ultima. & tu uide commentum nostrum in illo loco.

**At uero, nec Platonicis possibile dicere quod estimant aliquando principium esse id quod ipsum seipsum mouet. Posterius enim, & simul cum cœlo anima ut ait.**

Platonici, ut forte Xenocrates enitebantur dare causam motus æterni. Voluit enim causam motus æterni esse animam mundi, ut in Timeo uidetur dicere Plato. Contra hoc obijcit Aristote. nam uidetur hæc ratio irrationabilis, ga causa debet præcedere effectum. modo anima mundi uidetur posterior motu, ga apud ipsum ipsa est facta simul cum cœlo, quod factum fuit post motũ inordinatum. & sic uolentes dare causam ueri assignant falsam causam, inquit. At uero neque Platonicis fuit possibile dicere, quod estimauit quidam uidelicet aliquando principium esse id quod ipsum seipsum mouet, quod in Timæo uocat animam mundi, cuius causam breuem subscribit dicens. nam posterius, & simul cum cœlo est anima, ut ait: modo non uidetur posterius esse causam prioris. Debes scire quod quidam Platonici enituntur respondere pro Platone. nam dicunt motum esse duplicem, scilicet inordinatum, & ordinatum. dicunt ergo animam mundi esse causam motus ordinati, & talis motus fuit post cœli, & animæ esse. & hoc uelle uidet Boethius in tertio libro



tio libro de consolatione metro. nono, dicit enim.

Tu triplicis mediam naturæ cuncta mouentem
Connectens animam per consona membra resolui,
Quæ cum secta duos motum glomerauit in orbes
In semet rediturа meat, mentemq; profundam
Circuit, & simili conuertit imagine cœli.

In his uersibus uides, quo pacto mundi anima motus inordinati causa non existit, sed ordinati tantum. & hoc pacto uiri isti Platonem enituntur defendere. sed quæ sit Platonis positio non hic disputare uolo, esset enim transgressio. Sed hæc responsio nulla est. Primo quia, uel motus ordinatus, & inordinatus sunt unum in subiecto, uel differunt, & si differunt tunc neuter erit perpetuus, cuius oppositum Plato intendit. etsi sint unus motus, tunc erit eius una causa, & sic uidetur anima mundi causa amborum. & hoc Aristoteles impugnauit.

**Potentiam quidem igitur existimare priorem actu, est quidem ut bene. est autem ut non. dictum est autem quomodo. Quod autem actus prius: testatur Anaxagoras. Intellectus enim actus, & Empedocles amicitiam, & litem, & semper dicentes motum esse, ut Leucippus. Quare non fuit infinito tempore chaos, aut nox, sed eadem semper, aut reddítione. aut aliter siquidem est prior actus potentia.**

Com. 34. Quia induxit argumenta pro qualibet parte quæstionis, nunc soluit eam, & remittit eam ad nonum huius. dicit potentiam quidem igitur estimare priorem actu, est quidem, ut bene: est autem ut non. Nam actus simpliciter prior est potentia. sed potentia in uno, & eodem prior est actu. & hoc subscribit dicens. dictum est autem quo modo, scilicet in nono metaphysicæ. deinde uidetur confirmare solutionem per authoritatem antiquorum, & inquit. quod autem actus prius, testatur Anaxagoras. nã intellectus est actus, & hunc dicit esse primum simpliciter, & testatur Empedocles, dicens amicitiam, & litem esse prima simpliciter, quæ sunt actua etiam, & testantur dicentes semper motum esse, ut Leucippus. Ex his omnibus testimoniis uidetur uerum esse actum simpliciter esse priorem potentia { quare non } nunc quasi ex dictis concludit errorem antiquorum, qui dicunt uel chaos tempore æterno præcedere, uel noctem. & hoc quia estimant potentiam præcedere actum simpliciter. inquit. Quare non fuit infinito tempore chaos, aut nox. & hoc si actus prior est potentia simpliciter, addit autem quomodo concedi potest istud dicens. sed eadem semper erunt dupliciter, uel reditione hoc est secundum speciem, nõ enim corruptum redit, si potest, nisi secundum speciem. aut aliter hoc est secundum numerum. & hoc secundum Anaxagoram, qui ponit formas ab æterno præcessisse in chaos. deinde iterum redire easdem numero in chaos, & non differre, nisi quantum ad modum. dico hæc esse impossibilia, & falsa, siquidem prior est actus potentia. Cum declarauit } probat primo Auerroes in hoc commento tribus rationibus, quod actus sit prior potentia, quæ colligi possunt ex nono huius. prima, quia potentia extrahitur ab actu, uel ab habente actum, & omne extrahens est prius eo quod extrahitur. secundo, quia tunc potentia moueret se. nam accipio illam in illo priori tempore, & cum in illo tempore priori non sit actus: igitur ipsa mouebit se. tertio probat idem authoritatibus antiquorum, scilicet Anaxagoræ, Leucippi, & Empedoclis, & res est perspicua. Tu uero uide in nono huius argumenta ad hanc quæstionem. secundo uerificat, quomodo concedi potest eadem semper esse, & uerificat altero modorum, quia uel secundum speciem, & hoc pacto intelligitur in mistis, uel secundum partem, & hoc uerificat in elementis. nam apud ipsum elementum nunquam totum corrumpitur, sed secundum partem. & propterea redit secundum partem. & sic triplex est perpetuum apud Auerroem, uel secundum totum, & secundum partem, ut corpora cœlestia, uel secundum totum, & non secundum partem, ut elementa, uel neque secundum totum, neq; secundum partem, sed secundum speciem, ut mista. Tertio ostendit solutionem quæstionis. & est quod actus simpliciter, & absolute præcedit potentiam, sed potentia præcedit actum secundum numerum, hoc est in uno, & eodem. deinde ostendit quædam conuerti, & sunt si quædam entium permanẽt in specie, ut mista, & quædam in numero, ut corpora cœlestia, & quæ permanent numero sunt causa permanẽtium specie, necesse est potentiam esse priorem actu in eodem, & econuerso actum priorem potentia simpliciter. Ait secundo, quod econuerso, uidelicet actus simpliciter est prior potentia simpliciter, & potentia prior actu in uno, & eodem. Ergo quædam permanentia numero sunt causæ quorundam permanentium specie. Sed debes scire, quod potentia dicitur prior actu in uno, & eodem, quoniam potentia plus denominat rem generalem. & postea actus, uerbi gratia Socrates generandus prius dicitur potentia fieri, & postea actu genitus. Actus uero dicitur simpliciter præcedere potentiam, quoniam in est alicui priori. Ineſt enim primo motori, qui est prior eo cui ineſt potentia. Ex his concluditur conuersio Auerrois. hęc enim conuertuntur: sempiternum in numero est causa sempiterni in specie: ergo actus simpliciter est prior potentia, quia actus ineſt priori, & econuerso in eodem potentia est prior actu, quia denominat rem generabilem prius, & sequitur conuersum actus simpliciter est prior potentia. ergo sempiternum est causa rei generabilis, quæ quidem est sempiterna in specie.

**Si igitur idem est semper. & circulariter, necesse est ut agat sic per se, & sic per alterum. Cœlum igitur primum æternum.**

Textus iste est extra codicem græcum. & credo fuisse extra in margine libri, & quasi glossa. & propterea non expono: patet etiam per se.

Dixit Alexander. } Hic Auerroes de mente Alexandri facit multa enthymemata pro declaratione textus, quorum primum est. Si generatio est semper, est necesse aliquid semper generari, & hoc est corpus quod circulariter mouetur. consequentia est perspicua, quoniam generatio est motus, et in omni motu oportet intelligere mobile. consequens etiam patet, quoniam motus cœli est semper generatio partis nouæ, nam est admixtus potentiæ, & in cœlo semper aliquid corrumpitur, utpote reuolutio una, & alia generatur. uel forte consequens debet legi actiuæ hoc modo. ergo est necesse aliquid semper generare, & sic, pcul dubio cœlum est, quia semper generat, quia si non in polo nostro, saltem alibi secundum enthymema, si nulla una generatio est semper, ne- Com. 35.
que ulla una corruptio, & materia non consumatur, tunc duo debent esse, scilicet generans, & corrumpens, quę sunt diuersa, uel saltem est necesse esse unum, & idem in subiecto corrumpens, & generans: diuersis tamen dispositionibus. tertium enthymema est, si nulla una generatio, neque ulla una corruptio est perpetua, sed in specie, necesse est aliquod æternũ esse, quod sit causa unius actionis æternæ, & esse aliquod æternum quod agat duas actiones diuersas, scilicet nunc generationem, nunc corruptionem. & consequentia tenet per se, ga omnis actio eget agente. hæc sunt tria enthymemata satis nota { & hæc est } Nũc declarat hęc primo quid sit agens unam actionem semper. scdo quid agens diuersas actiones. Ad primam uult q̃ primum mobile concurrat q̃ moueẽ motu diurno, quo ẽt motu reliqua mouentur motu raptus. primum enim mobile fuit ut continuam faciat generationem, & nunquam eam deficere. Ad secun-

dum fuit orbis ſtellatus, in quo eſt zodiacus, ſeu orbis declinis ſub quo diſcurrit ſol econtrario motui primi, & planetæ omnes, licet ſol ſit maximus. nam ſol remotus, & propinquus facit cõtraria. nam remotus eſt cauſa corruptionis plurium entium, licet etiam generet plura. nam eſt cauſa corruptionis in parte noſtra, & generationis in parte meridionali. ſimiliter quando fuerit propinquus zenith capitum noſtrorum, erit cauſa generationis plurium hic, & cauſa corruptionis plurium illic. applicat autem ſententiam uerbis, & ſermo perſpicuus. Debes ſcire pro omnibus his quod generatio, & corruptio, & ſunt ſemper, & non ſunt ſemper, uel ſi magis logice uelimus loqui, ſemper eſt generatio, & corruptio, & nulla una generatio, & corruptio eſt ſemper. Inquantum quidem ſemper eſt generatio, & corruptio: fuit neceſſe eſſe primum mobile, quod motu uno, & ſimplici mouetur, ſiue iſtud ſit nonum cœlum apud quoſdam aſtrologos, aut octauum apud Ariſtotelem, uel decimum apud alios. inquantum uero nulla generatio, uel corruptio eſt ſemper, fuit neceſſarium mobile motu obliquo, ſcilicet octauus orbis, ſub quo peragrent ſol, & luna, cæreriſque omnes planetæ, ad hoc ut acceſſu generationem receſſu corruptionem faciant, maxime autem ſol, ut dicit.

Si itaque periodo ſemper oportet aliquid manere: ſemper ſimiliter agens. Si autem debeat fore generatio, & corruptio, aliud oportet agens eſſe aliter, & aliter. Neceſſe eſt igitur quidem ſic ſecundum ſe agere. Sic ſecundum aliud: aut ergo ſecundum alterum, aut ſecundum primum: neceſſe igitur ſecũdum hoc. rurſus enim ipſi, & cauſa illi. Dignius ergo primum. etenim cauſa erat illud ipſius ſemper ſimiliter. Ipſius autem aliter alterum, eius autem quod eſt ſemper aliter: palam quoniam ambo. ergo & ſi ſic ſe habet motus: quid ergo alia oportet quærere principia. Quoniam autem ita contingit, & ſi non ſit ex nocte: erunt ſimul omnia, & ex non ente: ſoluentur utique hæc, & eſt aliquid ſemper motum motu inceſſabili. hic autem, qui circulo. & hoc non ſolum ratione, ſed opere palam. Quare ſempiternum erit utique primum cœlum.

Omnes Expoſitores conuenere: nunc Ariſtotelem probare agentis perpetuitatem ex generationis perpetuitate, & non tantum hoc, immo ex generationis perpetuitate, & eius alteritate declarabitur duo agentia eſſe, quorum unum uniforme eſt, alterum difforme dependens ab illo primo. Debes uero ſcire, quod generatio, & eſt perpetua, & eſt aliquo modo altera. perpetua quidem pro quanto nunquam deficit: aliquo modo altera, quia nunc hic eſt generatio, & alibi corruptio, nunc hoc generatur, & illud corrumpitur, nunc econuerſo. Ergo duo ſunt in generatione ſimpliciter perpetuitas, & alteritas, quæ etiam perpetua eſt. Ex his duobus repertis in generatione Ariſtoteles dat duo agentia, quorum unum eſt uniforme, & hoc eſt cauſa perpetuitatis ſimpliciter. alterum eſt difforme, & eſt cauſa alteritatis generationis. & hoc ſecundum dependet a prima uirtute. Primum agens apud Ariſtotelem eſt primum mobile, quod mouetur motu ſimplici, et ex ſe uniformiter ſemper ab oriente ad occidens: iterum redeundo ad oriens. & hic motus eſt diurnus, & apud aſtronomos eſt communis omnibus ſtellis ſaltem ratu. Quod enim mouetur hoc motu impetu ſuo (ut ita loquar) Trahit ſecum omnes alios orbes ſub ipſo contentos. Secundum uero mobile eſt zodiacus, qui eſt circulus quidem interſecans equinoctialem ad angulos ſphærales. poli autem huius declinant a polis equinoctialis. ſub iſto zodiaco decurrunt ſeptem planetæ, & maxime ſol econtrario primi. hic enim incipit ab occidente ad oriens rediens iterum ad occidens. licet non pari tempore planetæ iſtum peragrent, de quo in libris aſtrologorum relinquatur. hic ergo, motus ſolis, & planetarum ſub iſto zodiaco cauſa eſt alteritatis generationis, ſcilicet quod nunc ſit hic generatio, alibi corruptio nunc econuerſo. & hoc dicit Ariſtoteles. ſi itaque redditione, utpote ſecundum ſpeciem, ſemp̃ oportet aliquid manere, ſemper ſimiliter agẽs oportet manere. ecce quomodo, & perpetuitate generationis abſolute habet perpetuitatem agentis abſolute, quoniã effectus non eſt abſq̃ cauſa, nec motus abſq̃ agẽte. hoc ergo eſt primũ enthymema ⸗ ſi autem ⸗ nunc ex alteritate generationis, & corruptionis concludit agens. ſecundum ſcilicet aliter ſe habens, & uidetur facere ſecundum enthymema. inquit, ſi autem debeat fore altera ſemper generatio, & corruptio aliud a primo oportet agens eſſe ſe habens aliter, atque aliter. Dubitatur contra primum enthymema: uidetur enim q̃ ex perpetuitate generationis non ſequitur perpetuitas primi motus. nam ex perpetuitate generationis uidetur argui perpetuitas generabilis modo cœlum primum non eſt generabile. Ad hoc dicendum, quod ex perpetuitate generationis arguit Ariſtote. perpetuitatem agentis, & non ſubiecti, ad perpetuitatem accidentis requiritur perpetuitas agentis, & ſubiecti. modo agẽs huius non poteſt eſſe aliquod unũ numero generabile quando nullum tale ſit perpetuum, nec omnia generabilia, quæ ſunt, uel poſſunt eſſe: quoniam hæc nõ ſunt actu ſimul. oportet autem agens ſimul eſſe eum effectu. ergo per uiam diuiſionis oportet eſſe aliquod uniforme ſemper manens: tale autem eſt primum cœlum. Ad rationem patet ſolutio. nam ex generatione perpetua non tantum arguitur agens perpetuum, ſed generabile perpetuum, quod eſt prima materia. Ariſtoteles autem non loquitur nũc de materia, ſed de agente ⸗ neceſſe eſt igitur ⸗ mouet dubitationem circa ſecũdum enthymema. dictum eſt enim q̃ oportet eſſe aliquod agens quod aliter, & aliter ſe habeat, utpote zodiacus. mouet ergo circa hoc quæſtionem, & ſupponit primo quod tale agẽs aliter ſe habens agat uirtute propria, & propter alterum. nam uirtute propria agit alteritatem: propter alterum agit perpetuitatem. hoc ergo ſuppoſito, quærit utrum tale agens aliter ſe habens, ex quo agit aliquo modo uirtute alterius: agit uirtute primi cœli, uel uirtute alterius a primo cœlo quicqd ſit illud? dicit neceſſe eſt igitur quidem ſic, ſecundum ſe agere, utpote propria uirtute inquantum agit alteritatem. ſic ſecundum alium. hoc eſt inquantum agit perpetuitatem. hæc eſt ſuppoſitio quaſi ex dictis ſequens. Tunc quærit, aut ergo ſecundum alterum a primo cœlo agit perpetuitatem, aut ſecundum primum, ſcilicet cœlum. hæc eſt quæſtio ⸗ neceſſe eſt igitur ⸗ cui reſpondet breuiter dicens. neceſſe eſt igitur, ſecundum hoc, id eſt primum cœlum. cuius cauſam breuiter ſubdit, rurſum enim ipſi ſcilicet agenti aliter ſe habenti, & illi, ſcilicet perpetuæ generationi eſt cauſa. Eſt ergo ſolutio quod agens aliter ſe habentis inquãtum agit perpetuitatem generationis agit uirtute primi cœli, quod non tantũ eſt cauſa perpetuitatis generationis, ſed etiam illius agentis aliter ſe habentis. Sed dubitatur, uidetur enim primũ agens non eſſe cauſam ſcdi agentis, q̃m primum agens eſt primum cœlum. ſcdm agens eſt, uel cœlum ſcdm. utpote octauum, uel zodiacus, uel ſeptẽ planetæ: quorum princeps eſt ſol. modo conſtat primũ cœlum nullorum horũ eſſe cauſam: dici p̃ot q̃ forte eſt cauſa oĩum horum quo ad motum principaliter, & ſecundario quo ad ſubſtantiam, uel forte eſt cauſa ratione partis formalis, utpote primi mòtoris, a quo omnia dependent. tu uero conſidera, quia poſtea explicabimus ⸗ dignius ergo ⸗ quaſi per uiam corollarij concludit ordinẽ horum. d. ergo primum, ſcilicet agens uniforme eſt dignius ſecundo



cundo agente difformi. ſubſcribit cauſam, & debes ſcire q̃ tria ſunt in generabilibus, ſcilicet ꝓpetuitas generationum, alteritas reciproca generationis, & corruptionis, et perpetua alteritas reciproce generationis, & corruptionis. perpetuitatis generationis quidem cauſa eſt primum mobile uniforme: alteritatis uero reciproce agens alter ſe habens. perpetuitatis alteritatis: reciproce autem utrunq̃, ſcilicet uniforme et difforme. d. etenim cauſa erat illud, ſcilicet primum ipſius ſemper ſimiliter. ipſius autem aliter, cauſa eſt alterum, utpote ſecundum agens. eius autem quod eſt ſemper aliter, ambo palam, ſcilicet agens primum, & ſecundum ⸗ quoniam ergo ⸗ Soluit, & remouet nunc poſitiones antiquorum, & maxime Platonis. Plato enim ſaluãs hęc tria ponebat ideas. Ariſtoteles ergo arguit hæc ſuperfluere. quoniã ad hęc tria ſatis ſunt. primum agens ſeorſum. & ſecundum ſeorſum, & ambo ſimul, inquit. quoniam ergo etſi ſic ſe habent motus, ſcilicet iſti, quos diximus. qd ergo oportet alia quærere principia, utpote ideas, uel alia. ego legi illã particulam oti cum ſequenti particula, uidelicet cum illa particula. ergo licet alij legant cum præcedenti, ſed eſt totum bonum ⸗ quoniã autem ⸗ approbat hæc per argumentum ad impoſſibile, & dicit, & ſi non ſic, tunc ex nocte erũt, ut Theologi, & ex ſimul omnibus, hoc eſt ex chao, ut alij, & ex non ente, ut alij. modo hæc non poſſunt ſolui, niſi ponendo fundamenta dicta. & hoc ſubſcribit. d. ſoluẽtur utiq̃ hæc, & eſt aliquid ſemper motum motu inceſſabili, quaſi dicat per dicta noſtra hæc duo bona habebimus. quod ſoluentur hæc, & dabitur aliqd ſemper motum motu inceſſabili, & ne accidat quæſtioni, ex ponit hoc. d. hic autem, ſcilicet motus inteſtabilis eſt qui circulo. Amplius, idem confirmat dicens, & hoc non ratione ſolum, quę nũc dicta eſt, ſed opere, hoc eſt ſenſu ꝓſpicuum. declarauit enim ipſe primo cœli hoc per ſenſum. hoc modo quia per memoriam omnium inuicem traditam, q̃bus omnibus adiicit concluſionem, dicens quare ſempiternum erit utiq̃ primum cœlum. hæc ergo eſt concluſio, & hęc ſunt argumenta Ariſtotelis breuiter reſumpta hic. alibi tamen diffuſe recitata. Per hoc quod dixit ⸗ quæ dicit Auerroes hic perſpicua ſunt omnibus, & ex litera patent. debes tamen ſcire apud ipſum, quod Ariſtoteles per motum, uel agens alter ſe habens intelligit motum omnium planetarum. nam Ariſtoteles tantum duos motus percepit in corporibus cœleſtibus, ſcilicet motum communem, qui diurnus eſt, quia ex ipſo dies ſumitur, & quoniam ipſo omnes mouentur contra ſucceſſionem ſignorum, ſaltem impetu, uel propenſione illius primi. cognouit etiam motum planetarum huic cõtrarium, ſcilicet ſecundum ſucceſſionem ſignorũ. hoc enim motu omnes planetę mouentur, aliqui tardius aliqui uelocius, ut dicunt aſtronomi. reliquos autem motus, quos addiderũt noui aſtronomi, non cognouit Ariſtoteles. non enim erant tẽpore eius famoſi. nam Pythagoras, qui plus uiſus eſt perfectus nõ plus ꝓcepit, nec Eudoxus, nec Callippus qui erãt præcipui in hac arte tempore Ariſtotelis. Ptolemęus autem multos alios motus addidit, quos enumerat in libro Almageſti, & percepit plures orbes, de quibus ſuo loco dicemus.

Amplius nouit Ariſtoteles inter planetas maximum eſſe ſolem, & quod reliqui parum, uel nihil agant. & Ptolemęus in quadripartito dixit duos eſſe maximos, ſolem, ſcilicet ut uirum. lunam uero tanquam uxorem. propter quod iĩcta domicilia habuerunt. nam ſol leonem. luna uero cancrum domicilia tenẽt. ſol quidem orientalis, diurnus, & maſculinus. luna uero econuerſo occidentalis, nocturna, & fœminina. et ſic Ariſtoteles, & Auerroes uolunt ſolem eſſe datorem uitæ, atque annorum, eo quia ipſe eſt princeps omnium, a quo emanat calor, qui cuncta uiuificat. Aſtronomi autem alĩ, ut Iulius Firmicus maternus in libro ſuæ matheſeos, uidẽt uel le datorem uitæ non eſſe ſolem ſemper, ſed dominum geniturę. Eſt autem dominus geniturę planeta, qui eſt dominus ſigni ſequẽtis ſignum lunæ geniturę tpe, uerbi gratia ſi luna geniturę tẽpore ipſius Socratis ſit in arẽte, ſequens ſignum eſt taurus, & huius domina Venus exiſtit, hæc domina geniturę erit, & hęc eſt principalis datrix annorum. uult tamen ſolem, & lunam eſſe participes ualde, & tu uide eum. alij autem fere omnes, ut Halirodoam, Hebenragel, Habraamus, & multi alij opinãtur datorem annorum, atque uitæ eſſe Alcocoden, id eſt uirum, & Hylegen, id eſt uxorem, quod qualiter contingat, uide eos. uolunt tamen ſolem addere ſimiliter, & lunam. & ſic participem ſolem faciunt. quid autem uelit Ptolemæus, non ſatis habetur. Tu uero hæc relinque, nam noſtrum tranſcendunt propoſitum, nec habent cauſam naturalem.

Com. 34.

Eſt igitur aliquid, & quod mouet. Quoniam autem quod mouetur, & mouens medium. Igitur eſt aliquid quod non motum mouet ſempiternum, & ſubſtantia, & actus exiſtens.

Hunc textum Expoſitores habent corruptum tamen directi, & coacti a ueritate bene, & ſubtiliter dicunt, & certe contenti eſſe debemus in uerbis eorum. nam medullam tetigerunt, et id non mirum ſi ille bonus Thomas primus expoſitorum habeatur: reliqui enim non ſunt digni Expoſitores appellari, nec curaſſem exponere uerba Ariſtotelis ipſo exponente. nam nec melius, nec uerius dici poteſt. ſed propter nonnulla uerba, quæ ipſe male translata habebat: cogor exponere hæc, licet bonus uir ueritate, & doctrina compulſus raro, aut nunquam erret, & utinam omnes Latini laboraſſent circa textum, ſicut ipſe fecit. forte enim non occupati eſſent in quibuſdam captiunculis, & puerilibus queſtionibus. ſicut & noſtra fere tota uniuerſitas occupatur. Ad rẽ ergo ueniendo Ariſtoteles primo concludit concluſionem, quæ ex dictis haberi poteſt. ſecundo loco concludit immobilitatem primi mouentis contra Platonem. & tu debes ſcire q̃ Plato, & Ariſtoteles differunt, & conueniunt. Conueniunt quidem, q̃oniam ambo ex eorum principiis coguntur ponere agens quoddam quod mouet hæc. ad differunt uero, quoniam Ariſtoteles ponit tale eſſe primum, & immobile. Plato uero ponit ipſum primum, & ſeipſum mouens, & ſic ponit ipſum motum, & mouens. primo ergo Ariſtoteles dat primum, in quo cum Platone conuenit, & inquit. Eſt igitur aliquid, & quod mouet. ſequitur autem iſtud conſequẽs ex dictis. nam accepit hic eſſe generationem perpetuam, & corruptionem perpetuam. & ex his dedit agens tale, & mouẽs ⸗ quoniam autem ⸗ nunc addit illud, in quo differt a Platone, & utitur enthymemate hoc modo, ſunt duo, ſcilicet motum tantum, & medium mouens, & motum. ergo eſt tertium, ſcilicet mouens tantum, inquit. Quoniam autem eſt, quod mouetur, & eſt medium mouens. & etiam ſubaudi motum. ergo eſt aliquid quod non motum mouet explicat quale, dicens ſempiternum, & ſubſtantia, & exiſtens actus. ſed cur ualeat enthymema iſtud, dicemus in commento.

Com. 35.

Dicit Alexander ⸗ Primo proponit intentum, & excuſat Ariſtotelem. Dicit ergo primo, quod Ariſtoteles intendit probare eſſe aliquod primum immobile, & hoc ratione breui, quoniam diffuſe eſt dicta in octauo auſcultationis phyſicæ, & hic eſt rememorata ⸗ & eſt fundata. ⸗

Componit nunc rationem textus de mente propria hoc modo, Omne compoſitum ex duobus, quorum alterum per ſe eſſe poteſt: poſſibile eſt, ut alterum per ſe ſit. Medium eſt compoſitum ex moto, & mouente, & motum poteſt eſſe pro ſe. ergo eſt mouẽs per ſe, ita q̃ nullo modo motum, maior eſt perſpicua una conditione, uidelicet q̃ compoſitio illa non ſit ex ſubiecto, & accidente: nam hoc caſu ſtante regula non tenet, & maior, tunc patet exemplo de hydromelle, quod eſt compoſitio ex aqua, & melle: & ideo gamel eſſe poteſt per ſe, & aqua etiam: ſic eſſe poterit. ecce q̃ ſecundum Alexandrum una ſola conditio requiritur. ſ. quod non ſit tale compoſitum ex ſubſtantia, & accidente, in om-

nibus alia regula est uniuersalis:& propterea concludit tale mouens esse mouens tantum,& nullo modo potentia passiua ad motum,& in nulla materia existens.concludit secundo esse tria apud intellectum.s.motum ultimum moues primum,& medium.s.quod mouetur,& mouet. ergo oportet ut primum nullo modo moueatur, nec medium dici poterit primum si mouebitur hæc est prima deductio ¶ aut si dicamus ¶ Hæc est secunda deductio,& sic componitur.omne compositum ex duobus oppositis est tale,quod si unum illorum inuenitur per se,& reliquū inueniri necesse est. sed medium componatur ex oppositis.s.mouente ,& moto, & inuenitur motum per se.ergo,& mouens. dicit secundo quod hęc maior nulla eget conditione,nisi q̄ compositio sit ex oppositis extremis.eget dico nulla, nisi forte cōditione Alexandri,q̄ unum oppositum non accidat reliquo. hæc est secunda deductio ¶ potes enim dicere ¶ ex his deducit enthymema dupliciter,uno modo sic.si medium,& reliquum extremum sint.ergo & tertium,ut si motum,& medium sint. ergo & mouens.secundo modo sic, si extrema ambo, & medium sunt.ergo unum extremorum nō erit medium.hoc est si mouens,& motum,& medium sint.ergo si motū est mobile tantum,& non mouens.ergo mouens erit,& nullo modo motum,& quomodocunq; exponatur perspicuum primum motorem esse,& nullo modo motum.affert autem signum,q̄ hæc secunda expositio sit melior prima. quoniam in uerbis eius sumit medium:modo medium non datur, nisi respectu extremorum,& propterea si unum extremorum a medio separatur,& reliquum necesse est præscindi,& separari,et reliquum commenti perspicuum. Sed circa dicta dubitatur,& primo contra primam deductionem.nam materia,& forma,& compositum sunt tria. ergo si forma potest esse absq; materia,& materia absq; forma.hoc autem est falsum.ergo prima nulla est. Amplius,si ualet arguo sic. aliquod est intellectum non intelligens,ut lapis,& aliquod intelligēs intellectum,ut homo.ergo aliqd' intelligens non intellectum.hoc autem falsum est.ſcda expositio falsa est.quoniam uel ipse intelligit in uere oppositis , & hoc falsum est: nam mouens,& motum non sunt uere opposita.si de oppositis communiter,tunc datur instantia de materia,& forma, & de intellectu & intelligente,& intelligibili.quidam occasione horum rationem hanc dicunt esse male intellectam.uidetur enim Aristoteles supponere duo. primum q̄ magis dependet motum a mouente,q̄s econuerso, & hoc cuilibet est perspicuum.aliud est,q̄ si quæ magis dependent possunt esse per se,& quæ minus:poterunt etiam , & sic ratio ualet. & in textu capitur.arguit enim si est quod mouetur tantum,& quod mouetur,et mouet.ergo per locum a maiori erit quod mouet tantum.& certe hæc deductio est plus consona literæ,& securior,& ad eam minora sequuntur. sed ad obiecta illa pro Auerroe respōdetur, sicut ipsemet Auerroes respondet in.8.auscultationis physicę cōmento.37.q̄ maior debet intelligi in substantijs secūdo oppositis eo modo, quo oppositio potest reperiri in illis.tertio intelligit per se existētibus. & sic Aristoteles præsupponit tria, quorum unū est q̄ mouens mobile,& medium sint substantiæ.secundo supponit, q̄ sint oppositę aliquo modo,tertio supponit , q̄ sint per se existentes.hæc enim tria potest quis colligere ex declaratis. & tunc non componitur quæcunq; substantiæ simul mistæ per se existentes oppositæ,si in medio esse possunt,& per se esse possunt.cui adde minorem,& sumitur conclusio.et hoc modo potest intelligi illa prima deductio, nec cures dictum eius,quando dicit uerbum hoc nulla alia egere conditione , nisi q̄ sit medium ex extremis oppositis.loquitur enim bono sensu.& sic tollitur instantia de materia,& forma:quoniam neutra est existens in actu.tollitur etiam de intelligibili,et intelligente,& inter hæc medio.quoniam hæc non habent rationem oppositorum proprie, nec communiter: possent hic enumerari omnes demonstrationes Aristotelis,& recentiorum ad probandam imobilitatem primi,sed breuitatis causa relinquo.debes scire, quod conclusio textus non tantum est præsentis enthymematis, sed est omnium dictorum: & propterea plus sumit in consequente, quam acceperit in antecedente , ut uides.

Mouet autem sicut appetibile , & intelligibile mouet non motum.horum prima hæc . Concupiscibile quidem enim ipsum apparens bonum.uoluntabile autem ipsum primum existēs bonum : appetimus autem , quia uidetur magis q̄ uidetur, quia appetitus . principium est enim intelligentia . Intellectus autem ab intelligibili mouetur quod quidem est in re.

His expeditis in uniuersali,nunc quasi primum uult declarare.& ostendit quo pacto se habeat ad reliqua. potest litera continuari ad proximum uerbum.nam Aristoteles proxime declarauit esse primum mouens tantum,& nullo modo motum: propterea opus est hoc altius repetere,& quomodo.s.primum mouet non motum . & hæc est continuatio,& intentio,nec Aristoteles facit nouum principium hic, ut placet Expositori.sed iste locus cum proximo continuari debet.nam quid ipse acceperit primum esse mouens tātum: opus est hoc altius repetere . Debes ergo scire, q̄ triplex est mouens,quoddam quod alterius gratia solum agit , ut mouens naturale, sicut ignis. quoddam est quod mouet , quoniam gratia eius cuncta moueat,ut finis,& q̄dam est quod mouet alterius gratia, & eius gratia multa moueat , ut corpus cœleste.ex his accipitur,q̄ solum finis est mouens tantum,& nullo modo motus.quia igitur proxime accepit primum esse mouens tantum,uidetur consequi ipsum non mouere, nisi ut finis, ergo opus est declarare qualiter finis mouet,& hoc declarat nunc: & dicitur. mouet autem subaudi finis primus,sicut appetibile,& intelligibile.nam finis habet rationem appetibilis,& habet rationem intelligibilis.appetibilis quidem enim inquantum bonum quoddam. intelligibile uero,inquantum ens,& uerum. propterea dicit. mouet autem,sicut appetibile,& intelligibile: mouet non motum. horum.s.quæ mouent,& quæ mouentur prima sunt,hęc.s. appetibile,& intelligibile, quia dicitur primum mouere , ut appetibile,& appetibile est duplex.s.sensu, & uoluntate, declarat qua appetibile primum moueat,& inquit. Concupiscibile quidem enim ipsum apparens bonum est.uoluntabile autem ipsum primum existens bonum. ergo differētia est q̄ appetibile sensu apparet bonum,appetibile uoluntate existit bonum , & hæc Philosophus dicit etiam.6. ethicorum. modo subscribit quo appetitu primum. nos appetamus. & inquit.appetimus autem subaudi primum,quia uidetur bonum,& est.magis q̄s uidet quia appetimus , quasi dicat nos appetimus appetitu rationali,eo quia ipsum appetimus , q̄a uidetur,& est bonum,& non uidetur,& est bonum,quia appetimus.ecce q̄ appetitus noster dependet a bonitate eius , & non eius bonitas a nostra uoluntate.cuius causam subscribit dicens. nam illius appetitus est principium intelligentię. intellectus autem ab intelligibili mouetur quod quidem est in re:& ꝓpterea est bonum in re.ecce igitur quo pacto primum mouet in motum.nam mouet ut finis & hoc mouere est mouere ut mouet intelligibile, & appetibile , & dico appetibile rationaliter & non per concupiscentiam. Expositor hunc locum nō potuit recte exponere,quia textus est male translatus ut uides , tamen sententia sua posset tolerari & satis textui consonare. Ego uero legi textum in Græco & apud me sic uidetur exponendus.

Et uidetur primum ¶ Auerrois uidetur hanc literam facere illatiuam. Itaq; uidetur uelle q̄ litera præcedens sit sicut antecedens & præsens sicut consequens. hoc modo si primum Com.36. Auer.ordo



primum mouens mouet tantum & nullo modo mouetur, neq; per se ut corpora physica,neq; per accidens,ut anima quæ est in corpore physico, necesse ut iste motor primus moueat ut intellectum & affectatum mouent nos.hanc cōsequentiam Auerrois nō deducit, quoniam postea patebit. nam sola hæc duo uidelicet appetibile & intelligibile mouent nō mota, quoniam sunt ut finis qui mouet tantū. Addit secundo huic tale corollarium, quare actio.s.totius uniuersi uidetur esse bonum, quoniam dirigitur in finem optimum. hæc expositio Auerrois etiam certe est studiosa, sed literæ græcę nō consonat. nam in Græco ponitur una aduersatiua quæ scribitur δέ, & sic non uidetur corollaria hæc litera,sed potius explanatoria ¶ & quia modi ¶ Dictum est primum mouere ut intelligibile & appetibile,propterea ostēdit quomodo & utitur enthymemate tali appetibile sensu & appetibile ratione apud nos differunt,quia contrariantur ut sexto ethicorum maxime declaratur.nam appetitus sensitiuus dicitur de prosecutione.rationalis uero de fuga.ergo in corporibus cœlestibus, idem est simpliciter appetibile & intelligibile.q.d.nullo modo est ibi differētia inter appetibilia, quia omne appetibile est in illis rationale. tenet cōsequentia,quoniam in corporibus cœlestibus non est discordia. ergo in illis omne appetibile est intelligibile & rationale ¶ Desideratum enim ¶ Ponit probationem antecedentis ex hoc quia appetibile sensibile est respectu potentię sensitiue : appetibile uero intelligibile est respectu potentiæ intellectiuę. ergo differunt quia non sub una & eadem potentia continentur ¶ corpora igitur ¶ Probat idem secunda ratione sic, corpora cœlestia carent sensu. ergo esse appetibile in eis est per intellectum tantum & rationale,antecedens ꝓbat,quia sensus non datur animalibus nisi propter salutem hoc est,ut euitent incōmoda uitę,ut dicit Auer.secundo cœli cōm.37. nam cum corpora cœlestia sint perfecta nō possunt eis accidere incōmoda contraria uitæ, & per consequens sensus essent eis ociosi, & sic perspicuum in corporibus cœlestibus esse appetibile solum rationale & intelligibile & econuerso. Intelligibile esse appetibile, & sic patet quomodo uoluptuosum & intellectiuum sunt idem in eis ¶ & ex hoc ¶ Duo dat corollaria insimul. Primum q̄ corpora cœlestia sint animata.Secundum q̄ animatio est equiuoca quia non habent de uirtutibus animæ nisi solum intellectum & uoluntatem per quā mouentur in loco. hæc duo corollaria ex dictis sic possunt conduci, quia quæcunq; mouuntur propter appetibile quod est idem quod intelligibile simpliciter sunt animata & non habent nisi intellectum & uoluntatem.hæc maior perspicua est. minor in litera est declarata .s. q̄ corpora cœlestia mouentur propter appetibile quod est simpliciter intelligibile & quo sunt ea corollaria quæ diximus ¶ & hoc ¶ Declarat primum & secundum corollarium insimul paulo altius & per dicta Aristotelis alibi. Primo sic. omne cuius mouens in nulla est materia est animatum animatione equiuoce dicta ut supra.sed corpora cœlestia mouentur per motorem nō existentem in materia & separatum.ergo sunt animata æquiuoce ¶ Amplius ¶ Secundo idē probatur sic quęcunq; mouentur per formam quæ est intellectus, sunt animata equiuoca animatione,sed corpora cœlestia mouentur per formam quæ est intellectus per dicta in libro de anima. ergo animata etc. ¶ & est mouens ¶ Tertium corollarium est q̄ motor corporū cœlestium mouet dupliciter. ut agens & ut finis ¶ hęc autē ¶ Declarat istum tertium corollarium paulo altius. & primo proponit causam quare nos non sumus agens & finis motus,& uidetur præcise dare hanc causam quia materiales sumus. nam res extra animā habet duplex esse in anima & extra animā. & propterea duo sibi cōpetunt modi causarum quia inquantum res est in anima cōcepta mouet ut agens,inquantum uero est extra animā,mouet ut finis,exemplum est de balneo,nam balneum duplicē habet formam, unam intentionalem qua concipimus balneum in re, & alteram realem per quam balneum est balneum. secundum primam mouet effectiue nos, secundum aliam extra mouet ut finis. ergo differt finis ab agente propter esse in materia, quia in materia est causa q̄ forma habeat duplex esse.s.intentionale & reale. ex hoc sequitur q̄ si balneum non esset in materia non moueret aliter ut finis & aliter ut agens per cōuersionem per compositionem. Tunc per omnia hæc uult habere hanc uniuersalem, quæcunque non sunt in materia eadem mouent ut finis & ut agentia.sed motores orbium non sunt in materia, ergo idem sunt fines & agētes,& hoc declarat,quoniam motores cœlorum sunt res intellectæ & res reales. possunt enim considerari secundum esse intentionale, & sic sunt agentes, & secundum esse reale & sic sunt fines.ergo idem est in eis finis & agens ratione solum differens ¶ Quæret autem ¶ Dubitat Auerroes contra nunc dicta. nā habitibus præsentibus in materia cessat motus.ergo quando finis est præsens agēti in corporibus cœlestibus quia sunt idem,cessabit motus. totum hoc declarat exemplo de arcta,uel potest formari ratio sic, si corpora cœlestia mouent,uel propter finem quem habent, uel propter finem quem non habent. si primum tunc motus esset ociosus. si secundum tunc agens & finis non sunt idē in eis. ¶ Dicamus ¶ Soluit.q.& breuiter solutio consistit in hoc q̄ motores corporum cœlestium mouentur & propter se & propter formas materiales. propter se quidem quoniam intelligunt q̄ eorum esse consistit in motu, sicut facit ille qui uult conseruare sibi sanitatem per exercitium , mouet enim non propter finem acquirendum, sed propter habitum finē conseruandum,sic corpora cœlestia mouent propter se,hoc est propter conseruationem eorum, quia intelligunt se conseruari propter motum continuum a quo si cessarent, desinerent esse.propter nos uero,quia intelligunt q̄ propter motum eorum extrahuntur formę de potentia ad actum & per consequens ut formæ materiales generentur,mouent. Hæc est solutio quæstionis ¶ Iste enim formæ ¶ Cōtra.quoniam tunc formæ materiales præessent ante ipsarum generationē scilicet saltem in potentijs causarum.Respōdet q̄ formę materiales habent duplex esse,scilicet in effectu quod est esse in materia actuata,& esse in potentia hoc est esse quod habent in illa forma,& sic nō est inconueniens formas præesse secundum esse potentiale ¶ & dico ¶ Exponit distinctionem & uult q̄ per esse in potentia sit intelligendum esse in potentia actiua quomodo formæ artificiales sunt in potentia de mente artificis. dicit secundo quasi corollarie q̄ formæ habent duplex esse reale & intentionale. reale quidem esse est esse in effectu. potentiale uero est esse in potentijs causarū. Dicit ergo q̄ hoc uoluerunt dicere Platonici quando posuerunt ideas.uoluerunt enim dicere ideas esse formas generabiles in mente primi intentionaliter conceptas. licet ad hoc nō potuerunt peruenire ¶ Sed tamen ¶ Soluit secundam tacitam.q.nam finis est nobilior ordinatis in finem, modo generatio formarum non est nobilior motoribus cœlestibus, ergo nō est finis motus eorum.Respondet q̄ motus corporum cœlestium non.est primo & principaliter propter nos, sed principaliter mouentur propter se & secūdario propter nos.sicut ille qui exercet se propter sanitatem conseruandā. Primo propter se mouetur.Secundo propter exercitium. reliquum cōmenti perspicuum ubiq; ¶ Et intendebat cum dixit & nō extimatur etc. ¶ Circa quod breuiter debes scire q̄ appetitus sensitiuus differt ab appetitu rationali.nam bonum sensus est bonum quia appetitus. bonū intellectus est bonum per naturam,& quia bonum per naturam,ideo appetibile ¶ & omnia ista ¶ Ostendit secundo cur tot dixit Aristoteles & utitur hac ratione intellectus appetit maius bonum ipso,ut patet per differentiam inter intellectum & sensum,sed corpora cœlestia appetunt per intellectū.ergo appetunt maius bonum ipsis ¶ & cum ¶ Tertio cōcludit quæ le est illud maius bonum quod corpora cœlestia appetunt,

& uult quod debeat esse optimum simpliciter. nam illud est melius corporibus cœlestibus & corpora cœlestia sunt meliora & prestabiliora omnibus his. ergo illud erit optimum. tale autem ut dicit est motor qui mouet motu diurno. Ecce quomodo de mente Auerrois primus motor mouet ut finis & ut agens primum. Hic essent multa ambigenda. Primo utrum corporibus cœlestibus debeantur sensus. ex quo debetur eis anima. Secundo utrum res mouet ut finis inquantum est extra animam uel quantum est in anima. Tertio utrum illud esse quod habent formæ in causis sit esse essentiæ an sit esse simpliciter, sed omnia hæc essent extra propositū. & alibi uisa. Et propterea uidendum est primo quali animatione cœlum sit animatum. ipsum enim esse animatum suppono & sum contentus sermonibus Auerrois collectis hincinde. Secūdo quomodo motores orbium mouent propter se, propter nos, & propter primum. hæc enim duo quæsita sunt propria huic parti philosophiæ & huic cōmento. Quantū ad primum oportet supponere cœlum esse animatum. Sed quali animatione sit animatum est quærendū. Iohānes Iādonus uir studiosus pluribus in locis cœlum esse animatum per animam nō quidem inhærentem, sed assistentem confitetur. Imaginatur enim motorem habere ꝓpriam actualitatem, & cœlum aliam propriam, & quod ex his sit unum in operatione, quomodo ex nauta & naui fieri unum dicimus non secundum esse, sed secundum operationem, & sic Iohānes credit animam cœli esse motorem & cœlū per se motum quia utrunq; in actu per se, hęc positio recitata est a me pluribus in locis, nec uolo nunc dicere rationes eius qa omnes sunt leues. Sed breuiter hæc positio uidetur contra ueritatem & contra Peripateticos. nam omne compositum per se mobile & intelligens p se habet esse formaliter a sua forma. sed cœlum est tale ut uides. ergo formaliter animatum. & probatur minor, quia denominatur cœlum intellige re ut tertio de anima cōmento. 14. & per se moueri, modo nullum aggregatum ex assistenti uidetur denominari operans formaliter operatione competenti alteri assistentium, non enim dicimus nauem intelligere licet nauta intelligat. Secūdo cœlum est unum essentialiter & uerius quā homo. Secundo cœli cōmen. 3. & in fine primi capituli de substantia orbis. Sed homo est unum animal formaliter. ergo cœlū. Multæ aliæ rationes possunt adduci sed relinquantur. Videtur ergo mihi fore dicendum quod duplex est anima, altera quidem dans esse subiecto & constituta in esse per subiectum & hoc pacto cæteræ animaliū formæ sunt. dant enim speciem eis, sed dependent in esse & conseruari a subiectis, quædam sunt animę quæ subiectum quidem constituunt in esse sed a subiecto non constituuntur ut intellectus possibilis in homine & motor corporis cœlestis. Intellectus enim possibilis constituit hominem in esse specifico & ultimo, tamen ab esse hominis non dependet cum sit immortalis, similiter & motor cœlestis corporis cœlum quidem in esse constituit ipse tamen nec cōstituitur nec dependet a cœlo. ergo ex motore & corpore cœlesti fit unum formaliter & p speciem ꝓpriam sicut ex intellectu & corpore humano, & hoc dicit Auerroes primo auscultationis physicę cōmen. 63. in fine. Inquit enim & fuit necesse ut forma eius esset liberata ab hoc subiecto hoc est nec in esse nec in conseruari dependens ab illo & ut non haberet constitutionem per corpus cœleste. sed corpus cœleste constituitur per illam ut scies alibi. Ecce quomodo plane uelle uidetur quod cœlum sit formaliter animatum. Sed tunc occurrunt quæstiones. Prima, quia tunc substantia cœli esset pura potentia & sic non esset mobile in actu. Amplius, tunc motor cœli mouetur p accidens cōtra Auerroem octauo physicorum cōmen. 52. ubi dicit illas intelligentias non moueri nec per se nec per accidens. Ad hæc dicendum quod substantia cœli est potentia sed non secundum utrunq; sed secundum dimidium contingenter quia est potentia ad esse tantum & propterea dicitur materia equiuoce & conceditur quod illa pars se sola nō esset mobile actu sed illa pars actuata per motorij rem est mobile actu sicut perspicuum est in homine. Ad secundū dicendum, quod motor habet esse duplex. s. reale & quantū ad hoc est forma cœli. & intentionale & quantum ad hoc est forma motoris proximi. Secundum primum esse nihil prohibet ipsum moueri per accidens, quia subiectum eius mouetur. Quantum ad secundum neq; per se neq; per accidens mouetur & hoc sensit Auerroem octauo physicorum cōmen. 52. verum de hoc in libro de substantia orbis. & in libro de Dei infinitate satis. His uisis perspicuum est quali animatione cœlum sit animatū, est enim animatum animatione equiuoca, quoniam anima illa constituit subiectum in esse & non e conuerso. Amplius, est forma materiæ æquiuoce & non materiæ contingentis. hæc de prima quæstione. Circa secundam uidetur q; unus motus non debeat esse nisi propter unum finem principaliter, ergo motores nō possunt mouere propter se principaliter & propter primum ut dicit ipse. Debes ergo scire quod esse uniuscuiusq; motoris constat per hoc quod per tantum appropinquat primo enti in gradu & per tantum remouetur ab infimo ente. hoc enim est perfectum uniuscuiusque. appropinquat autē primo pro quāto in operatione plus primo assimilatur. & propter hoc plures fuerunt motores, quoniam non æqualiter recedunt a primo. Tunc ad quęstionem dicendum quod motores corporum cœlestium primo mouentur propter conseruationē sui tanquam propter id quod & propter primum tanquam propter id quo. nam cōseruantur per appropinquationem. ad primum ergo mouentur propter se & propter primum equaliter sed diuersa ratione. propter se quidem tanquam propter id quod intendunt. propter primum uero tanquam propter id quo se intendunt. Ecce quomodo unica est intentio ad utrunq; licet ratio sit diuersa, uerbi gratia. Idem eadē intentione mouemur propter sanos esse, & propter sanitatem, sed alia ratione, nam mouemur propter sanos esse tanquam propter rem conseruatam, sed propter sanitatem tanquam propter rationem conseruandi. propter nos uero mouentur secundaria ratione. per hæc tollitur obiectum factū ut perspicuum est.

Sed intelligibile altera coelementatio secundum se & huius substantia prima. & huius quæ simpliciter & secundum actū. Est autem unum & simplex nō idem. vnū quidem enim metrum significat, simplex autem qualiter se habens ipsum. At vero & quod bonum & quod eligibile propter ipsum in eadem coelementatione, & optimum semper aut proportionale quod primum. Quod autem est quod cuius gratia immobilibus, diuisio ostendit, est enim alicui quod cuius gratia, quorum hoc quidem est hoc vero non est, mouet igitur vt a motum, motum vero alia mouet.

Per antehabita accepit primum esse mouens tantum & mouere ut intelligibile & ratione appetibile. Sed quoniam intelligibile est multiplex. s. primum, medium, & infimum. Similiter & appetibile triplex est, ostendit illud mouens esse primum intelligibile & primum appetibile, & per consequens mouere uti primum intelligibile mouet & uti primū appetibile & hoc primo narrat, sed intelligibile alia coelementatio secundum se hoc est, sed intelligibile est altera natura in altera specie constitutum quam sint mobilia & mouentia cuius seriei ponit extrema. d. & huius. s. coelementationis substantia est prima, quia substātia est prior accidentibus definitione, tempore, & natura, & huius substantiæ ila est, prima quæ est simplex & secundum actū. Ex his uult habere hanc propositionem quod est substantia simplex & secundum actum est primum intelligibile. huic potes uidere hanc. sed mouens tantum est substantia simplex secundū actum. ergo primum intelligibile erit. nec curauit probare maiorem quia in libris præteritis eam probauit. sed nec sub accepit minorem quoniam intelligitur ex dictis iam. & tunc uides quomodo quia primum est primum intelligibile ideo mouet uti primum intelligibile mouet, quod erat propositū { Est autem } Ponit differentiam inter unum & simplex, sed cur hoc faciat, non uidetur. Expositor reddit causam ex hoc ne uideretur Aristo. coincidere cum Platonis opinione. Ego uero credo quod hoc faciat ut ostendat illud primum non esse tantum simplex sed unum. d ffert itaq; unum a simplici, quoniam unum (ut decimo huius dicitur) dicit mensuram. simplex uero dicit dispositionem qua aliquid caret cōpositione, dicit. est autem unum & simplex nō idem, unum quidem enim metrum significat & mensuram. simplex autem significat qualiter ipsum sit se habens quia sic per priuationem compositionis, & ex hoc quasi concludit primū esse & simplex & unum. simplex quidem quia caret cōpositione. vnum uero, quoniam est metrum omnium reliquorum { At uero } Quod mouens tantum sit primum appetibile nunc ostendit, & hoc propterea quia appetibilium est eadē coordinatio sicut & intelligibilium. nā sicut intelligibilium prima res est substantia & in substantia prima res est id qđ est simplex & secundum actum, sic & appetibilium prima res est substantia & in substantia primum est quod est simplex ei quod secūdum actum. dicit at uero & quod bonum est & quod est propter ipsum eligibile est in eadē coelementatione cum intelligibilibus, & per consequens id quod est mouens tantum est primum intelligibile & primum appetibile, tunc adꝺicit quid ex omnibus his uult habere. & inquit. & pro ergo quod primum est optimum semper aut proportionale. Debes scire quod proprie optimū dicitur de re sume delectabili quæ potius est talis propter sensum. & propterea dicit aut proportionale. nam optimum apud intellectum est optimum proportionale ei quod est optimū apud sensum. dicitur autem illud optimum intelligibilitate, quia summe intelligibile. bonitate, qa summe appetibile, & motione, quia primum mouens { Quoniam autem } Tertio huius probauit in immobilibus nō esse finem, nunc respondet per distinctionem & uult quod finis sumitur dupliciter. In re quomodo dicimus signum esse finem sagittatoris, & in intentione cui nihil respōdet. in re quomodo dicimus mu sici esse cantum finem. uel dicimus finem esse duplicem. s. in re existentem ut bonum uere uel apparens quod quidē non est in re, sed uidetur. Dicit modo quod in rebus immobilibus licet non sit finis secundo modo est tamen finis primo modo, dicit. quoniam autem quod est cuius gratia sit temporis immobilibus diuisio ostendit. nam quod cuius gratia est alicui dupliciter, quorum hoc quidem est. s. in re, hoc uero non est sed in intentione tantū, uel apparens, & tunc uult quod finis primo modo ponitur esse in rebus immobilibus sed secundo modo non { mouet igitur } Ex dictis concludit differentiam inter primum mouens & primum motum, nam primum mouens mouet ut amatū & nullo modo mouetur. sed primum motum mouet cūcta alia inquantum & ipsum mouetur dicit. mouet igitur ut amatum. Primum uero motum mobile mouet alia. hęc est differentia. dicit Expositor quod dixit ut amatum & non ut desideratum. nam desideratum est respectu rei quæ nondum est. Videtur autem mihi quod dixit ut amatum in hac parte, unde & Græce scribitur, amatum amore honesto & non amore concupiscentię. desideratum etiam dicitur etiam amore lasciuię.

Com. 37. Quomodo declarauit } Hæc prima pars cōmenti debet esse de textu præcedenti, facit tamē in hoc duo. Primo enim epilogat quæcunque prolixe dixit & res patet. dicit secundo quod motionis animalis duo sunt principia. unum intrinsecum & est imaginatio per intellectum. i. intelligentia rei bone. & hæc mouet uti agens ut dixit, aliud est res ad extra & propterea addit. intellectus autem ab intelligibili mouetur etc. & hæc mouet uti finis { & quia intellecta } Vult declarare quale intelligibile sit mouens primū quod mouet motu diurno. causa autem est quoniam intelligibilia plura sunt. hoc quidem primum id uero medium & illud postremum. hæc est intentio & causa intentionis. Debes uero scire quod uerbum hoc coelementatio apud barbaros dicitur allafto-gia Græce uero συστοιχέια, & sunt idem significantia. significant enim ordinem. tunc Auerrois quatuor modis exponit hanc literam { Intelligibile autem altera coelementatio } Prima est, quod hoc Aristo. dixit secundum morem Pythagoræ qui posuit ordines duos, alterum scilicet bonorum, alterum scilicet malorum. In primo decem bona, in secundo etiam decem mala enumerauit, & per consequens in primo posuit primum mouens. in secundo posuit summū malum. & hic est primus sensus { Dixit & forte } Secunda expositio est, quod Aristo. in elementis posuit duos ordines, alterum scilicet eorum quę se habent uti formæ, alterum eorum quæ se habent uti materię & priuationes, uerbi gratia. Ignis & aer uti formæ sunt, aqua & terra uti materia & priuationes, & tunc uult quod primum mouens debet esse de primo ordine quia est forma simplex & per se { vel aliter } Tertia expositio est, quod duplex est ordo. s. formarū simplicium quibus nulla materia est admista. & alter est ordo formarū materialium materię admistarum. uult ergo quod primum mouens sit in primo ordine, hoc est forma per se existens & per se intelligibilis { Aut intendebat } Quarta expositio quod duplex est ordo. nam in uno ponuntur omnes formæ, in altero ponuntur omnes materiæ & priuationes & tunc uult quod primum mouens ponatur in ordine formarum, & quia formæ sunt & substantiæ & sunt accidentia. addit quod est in substantia. & quoniam substantiarum quædam sunt primæ, quædam secundæ, addit quod est substantia prima simpliciter & actus & huic assentit. Ex his omnibus uult habere tale mouens esse primū intelligibile & hoc quia substantia, & prima & simplex, & actus { Quoniam unumquodq; } Ponit differentiam inter unum & simplex & differentia patet. causa uero cur apponat hanc differentiam est, quoniam famosum. Si genitiuū huius nominis simplex & illius nominis unum coincidunt. & propterea ne accidat confusio, fecit eam. reliquum perspicuum { Et intendebat } Colligit intentum sermonis & uult quod Aristote. hæc fecit ut ostendat quod tale mouens est simpliciter perfectum quoniam elicitur propter se. & reliqui motores eliguntur propter illum. Dicit secundo quod duplex est finis scilicet in alio uti sanitas in corpore. & in se existens uti dominus respectu serui. Primus enim finis non est ens simplex, sed accidens. Secundus est substantia per se existens & per hoc dat intelligere quod hoc primum mouens est finis reliquorum sicut substantia & est ens per se & non sicut accidens & existens in alio. hoc enim modo nihil prohibet finem esse in rebus immobilibus. Dicit tertio quod Aristote. intendit per primum motum corpus cœleste, & per alia mota ea quæ sunt sub primo corpore scilicet tam alias sphęras quam cuncta generabilia. Dicit quarto quod primum cœlum mouetur ab illo primo motore metaphorice uti a fine. scilicet ut assimiletur illi. eius enim perfectio est in tanta similitudine sicut diximus quemadmodum amans mouetur ut assimiletur rei, quam amat. reliqua corpora cœlestia mouentur a primo corpore motu impetus, propter illud commune desiderium. Dicit quinto, q planetæ propter hoc habēt duplicem motum. s. communem, quo. s. in uigintiquatuor horis mouentur ab oriente ad occidens. iterum redeuntes ad illud, & proprium quo quilibet mouetur ad contrarium uti diximus. Dicit sexto q ea quæ sunt sub his, ut sunt generabilia

omnia mouentur mediantibus illis, tanquam propter cau-
ſas principales. Dicit ſeptimo quod motus oppoſitus duplex
ſcilicet factus a planetis ſub obliquo circulo facit generatio-
nem & corruptionem. Sed motus diurnus facit perpetuita-
tem in generatione & corruptione ipſa. Hęc ſunt quæ uiden
tur de eſſentia literæ, quæ ita breuiter dixi, ne conteram tem
pus ad inutilia {Et ex hoc uidetur} Ex dictis concludit co-
rollarium quod Deus curam habet omnium entium, & po-
teſt corollarium ſic componi. Quicunq; motu ſuo rationa-
li generat entia, curat illa. ſed Deus motu ſuo rationali gene-
rat cuncta, ergo curat illa {Dicentes autem} Conſequen-
ter gloſſat unam famoſam opinionem. videlicet quæ dicit
Deum curare unumquodque indiuiduum. Reſpondet hoc
eſſe uerum in parte & uerum non in parte. nã indiuidua du-
pliciter accipi poſſunt. uno modo quo ad prædicata cõmu-
nia & comperentia eis cõmuniter, & ſic Deus curat illa. alio
modo ſecundum quod differunt, hoc eſt ſecundum differen
tias indiuiduales & hoc modo non curat. & ſic uult quod
Deus intelligat ſingularia ſub uniuerſali ratione & non ſub
particulari. Sed certe hæc reſponſio uidetur contraria ſibi in
fra in cõmento quinquageſimoprimo, ubi uult quod ſcien-
tia Dei non eſt uniuerſalis nec particularis, & quod Deus
non intelligit res in uniuerſali, quia tunc eius ſcientia eſſet in
potentia. Ecce expreſſa contradictio in uerbis his. ſed de his
latius ſuo loco dicemus.

38 Siquidem igitur aliquid mouetur, contingit
& aliter ſe habere. Quare ſi latio quæ prima &
actus eſt ſecundum quod mouetur hac contin-
git aliter ſe habere ſecundum locum etſi non ſe
cundũ ſubſtantiam. Quoniam autem eſt quod-
dam mouens ipſum. immobile exiſtens actu
hoc non contingit aliter ſe habere nullatenus.
Latio enim prima mutationum, huius autem
quæ circulo, hac autem mouet hoc. Ex neceſſi-
tate igitur eſt ens, & inquantum neceſſitas, be-
ne, & ſic principium. nam neceſſarium toties.
hoc quidem ui, quod præter impetum: Illud ue
ro quo, ſine bene quod bene. hoc autem nõ con
tingens aliter, ſed ſimpliciter. Ex taligitur prin
cipio dependet cœlum & natura.

Quadruplex eſt motus (ut ita loquar) ſcilicet localis, ge-
neratio uel corruptio, augmentum uel diminutio, & altera-
tio. Differunt autem, quoniam motus localis eſt id quo mo-
bile aliter ſe habet ſecundum extrinſecum quoddam. reliqui
uero ſunt quibus mobilia aliter ſe habent ſecũdum id quod
eſt in re. nam per generationem generabile aliter ſe habet in
ſubſtantia. per augmentum augmentabile ſe habet aliter in
quantitate quæ quidem eſt intrinſeca. per alterationem alte-
rabile ſe habet aliter in qualitate quæ eſt intrinſeca. Oſten-
dit ergo quo pacto mobile ſe habeat aliter per motum loca
lem. & hoc ut concludat mobile in locum ſolum poſſe eſſe
perpetuum. Dicit ſiquidem igitur aliquid mouetur contin-
git & aliter ſe habere. nam motus eſt quo res ſe habet aliter.
ergo & mobile erit quo ſe habet aliter. hæc eſt quaſi una hy
potheſis. deinde arguit ratio & dicit. quare ſi latio quæ actus
eſt & prima ſcilicet eius mobilis inquantum mouetur, hac
contingit aliter ſe habere ſecundum locum, & ſi non ſecun-
dum ſubſtantiam. ergo enthymema eſt quod ſolo motu lo-
cali mobile moueri poteſt, nulla facta tranſmutatione in
ſubſtantia. Deinde ſumit primum eſſe ſimpliciter inuaria-
bile & dicit. Quoniam autem eſt quoddam mouens ipſum
immobile exiſtens actu exiſtens, hoc modo contingit aliter
ſe habere nullatenus. Deinde tertio ſumit tale mouens mo-
uere ſemper motu qui circularis eſt dicit. Latio enim prima
eſt mutationum, huius autem generis & eſt prima quæ cir-
culo, hac autem & non alia mouet hoc quod dicitur immo-
bile. Ex his concludit propoſitum ſuum & dicit, ex neceſſi-
tate igitur eſt ens, & inquantum neceſſitas bene, & ſic eſt
principium. Primũ ergo mouens eſt neceſſe eſſe & inquan-
tum neceſſe eſſe. & ſic eſt principium & cauſa motus. De-
bes ſcire quod aliter litera poteſt ordinari & magis iuxta uer
ba græca. Nam uidetur Ariſtote. concludere primum mo-
uens immobile eſſe neceſſe eſſe & eſſe principium inquan-
tum neceſſe eſſe, & propterea tota litera debet eſſe ſuſpen-
ſiua uſque ibi {Quare ſi latio} & tunc litera eſt ex hypo-
theſi & ſupponit quinque. Primum eſt definitio motus uel
mobilis. & dicit ſiquidem igitur & aliquid mouetur, contin-
git ſe aliter habere. Supponit ſecundo quod prima latio ſit
actus mobilis in eo quod mobile & hoc ſumit. quare ſi la-
tio quæ prima & actus eſt ipſius mobilis inquantum mobi-
le. Sumit tertio quod ſecundum hanc mobile uariari ſecun-
dum locum & non ſecundum ſubſtantiam & dicit, hac au-
tem contingit aliter ſe habere ſecundum locum, etſi non ſe-
cundum ſubſtãtiam. Sumit quarto quod primum mouens
nullatenus contingit ſe habere aliter, & hoc dicit. Quoniam
autem eſt quoddam mouens ipſum immobile exiſtens actu
exiſtens, hoc non contingit aliter ſe habere nullatenus. Su-
mit quinto tale mouens immobile mouere primum mobi-
le circulari motu & inquit. Latio enim prima eſt mutatio-
num. huius autem ea quæ circulo, hac autem mouet hoc.
Tunc ex his conducit propoſitum dicens. ex neceſſitate igi-
tur eſt ens & inquantum bene neceſſitas, & ſic eſt princi-
pium. Syllogiſmus eſt ergo quod exiſtens immobile mouet
ſemper actu exiſtens, eſt neceſſe eſſe, & inquantum neceſ-
ſe eſſe & ſic principium. Sed primum eſt exiſtens immobi-
le & ſemper actu exiſtens mouet, ergo neceſſe eſſe etc. &
tunc uidetur quod ſola quarta hypotheſis ſit neceſſaria. re-
liquæ ſunt additę ut terminorum expoſitiones, & ſic ſuper-
fluunt ad ſyllogiſmum licet non ſuperfluant ad terminos,
& hæc expoſitio ut mihi uidetur eſt utilis, nam nullam uio-
lentiam præbet ſermoni Græco. & quoniam neceſſarium
multiplicer dicitur & dictum eſt primum eſſe neceſſe eſſe,
poſſet eſſe dubitatio quali neceſſario primum ſit neceſſe eſ-
ſe. Cui reſpondet & enumerat tres modos neceſſarij. & ait
primum eſſe neceſſe eſſe tertio modo. dicit nam neceſſa-
rium toties hoc eſt pluribus modis ſumitur. hoc quidem ui
& uiolentia quod eſt τὸ παρὰ ὁρμὴν. Sic habetur in græco
& in translatione noſtra habetur {quod eſt præter impe-
tum} & non poteſt ſtare, nam tale neceſſarium eſt propter
impetum & non prgter impetum. alij tranſtulerunt {quod
eſt præter appellationem} Sed ego non inuenio quod uer-
bum illud ὁρμὴ Latine ſoner appellationem, nec habet ſen-
ſum hæc translario, & ideo uidetur mihi quod ὁρμὴ Græ-
ce, ſonet totum hoc Latine. uidelicet locus unde aliquis in-
cipit & mouetur, & ſic translatio apud me eſſe deberet
{quod eſt præter locum unde aliquis incipit & mouetur}
& tunc ſenſus eſt uerus. nam uiolentia eſt contra naturam
moti, & per conſequens contra naturam loci naturalis il-
lius, uerbi gratia uiolentum eſt graui ſurſum ferri. quoniam
eſt contra locum unde incepit moueri graue, & hæc eſt per
fecta expoſitio huius. Deinde enumerat ſecundum modum
dicit. Illud uero quo, ſine bene quod bene, hoc eſt aliud eſt
illud quo res quæ bene ſe habet, nunc eſt ſine bene. & hoc
uocatur neceſſarium utile. Deinde enumerat tertium dicit.
Hoc autem non contingens aliter ſed ſimpliciter neceſſa-
rium. hac diuiſione præpoſita ſumit quo membro primum
dicatur neceſſarium dicit, ex tali igitur principio ſcilicet ne-
ceſſario tertio modo dependent cœlum & natura. ecce er-
go qualiter ſit neceſſarium. addit {& natura} quoniam cœ
lum primo dependet a tali principio. natura uero mediante
cœlo ab eodem dependet. Sed quo genere dependentiæ nõ
exponit,



exponit, ſed poſtmodum diœmus.

Com. 38. Vult declarare} Auerroes introducit aliter literam quã nos fecimus, uult enim quod Ariſtote. intendat declarare modum colligationis entium tranſmutabilium eſſe prima ſubſtantia. Cuius intentionis cauſa eſſe uidetur. Nam eſt circa hoc quæſtio ſcilicet utrum ens corruptibile poſſit colligari æterno. videtur enim primo aſpectu quod non, quia æternum non uidetur eſſe niſi principium æterni. Diſſoluendo ergo quæſtionem ſupponis quatuor. Prima ſuppoſitio eſt, omne quod mouetur aliter ſe habet. hæc eſt manifeſta in omnibus ſpeciebus motus. Secunda poteſt eſſe aliquod æternum tranſmutabile in loco & non in ſubſtantia. Circa quam ſuppoſitionem addit Auerroes hoc eſſe bene dictum. nam tale tranſmutabile loco, ſubſtantia uero non, eſt medium inter ſimpliciter æterna & ſimpliciter corruptibilia, quoniam per ſubſtantiam conuenit cũm ſimpliciter æternis per tranſmutationem in loco cum generabilibus & corruptibilibus. Tertia motus in loco eſt primus motuum, & ex hoc ſolus circularis. hæc conſtat ex octauo phyſicorum. Quarta primus motor mouet motu circulari immediate primum mobile. Ex his quatuor colligit duo conſequentia. Primum eſt primum mouens eſſe neceſſe eſſe, & quoniam neceſſarium apud ipſum eſt duplex, erit neceſſe eſſe ſimpliciter. Secundum conſequens eſt cœlum & natura dependere ex tali neceſſario principio {& in alia translatione} Hæc pars debet eſſe in ſequenti textu, ſed quoniam Auerroes ponit eam hic, exponam craſſo modo pro nunc. Debes ergo ſcire quod in barbara translatione habetur ſic, {Cum tali principio continuum eſt cœlum & natura} ſicut in nobis bona diſpoſitio paruo tempore. In quibus uerbis duo apud Auerroem uelle uidetur Ariſtote. Primum quod cœlum & natura colligantur cum intellectu diuino ſummo appetibili quemadmodum & nos cum illo continuamur. Secundum eſt, quod cœlum & natura ſempiterna copulatione copulantur cum illo intellectu, ſed noſtra copulatio cum illo eſt paruo tempore. huius autem cauſa eſt, quoniam medium quo copulatur nobiſcum eſt generabile utpote phantaſma. Copulatur enim nobis intellectus diuinus mediantibus phantaſmatibus corruptibilibus. e qui bus generatur in nobis intellectus ſpeculatiuus qui etiam generabilis eſt. ſed corpori cœleſti continuatur per medium æternum, quoniam per motorem intrinſecum qui eſt anima cœli. modo talis anima eſt ſempiterna. & in uerbis dat intelligere Auerroes Ariſtoteles, uelle primum mouens eſſe idem cum intellectu agente, nam & cœlum & natura dependens ab eo, & ſic eſt primum mouens. etiam & nos dependemus, & ſic eſt primum agens {& ex hoc} Concludit ex dictis corollarium & quod ex dictis ſequitur quod forma hominum in eo quod ſunt homines non eſt finaliter propter aliud niſi propter continuationem eius cum intellectu, qui declaratur in libro de anima quod ſit primũ agens, & hic eſſe mouens nos, corollarium perſpicuum. nam ait cœlum & naturam dependere ab eo, & nos ſumus natura, ergo & nos ab illo etiam {Intelligentiæ enim} Reddit cauſam corollarij hoc modo. Intelligentiæ abſtractæ ſunt cauſę duobus modis uti fines & uti agentia. ergo & noſtri erunt cauſæ uti fines, ergo & nos ſumus propter eas tanquam propter fines. addit ſecundo quod etiam intelligentia agens quæ hic dicta eſt primum mouens, quę quidem in nobis eſt principium neceſſe eſt ut moueat nos uti amatum amans. ergo ut finis & per conſequens intelligentiæ, & primus intellectus erunt fines noſtri, & per conſequens nos finaliter ſumus ex illa {& ſi omnis} Nunc arguit neceſſitatem copulationis hoc modo. omnis motus ſcilicet perfectus debet copulari principio a quo dependet. Sed intellectus ſpeculatiuus eſt motus dependens a principio primo & perfectus, ergo neceſſe eſt ut in poſtremo continuetur cum iſto intellectu abſtracto quod exponit dicit. Ita quod etimus dependentes a tali principio a quo cœlum dependet, quanuis hoc ſit in nobis modico tempore ſicut dicit Ariſtoteles. Debes ſcire quod hic eſt ordo beatitudinis. Nam primo intellectus materialis copulatur phantaſmatibus. Secundo mediantibus phantaſmatibus copulatur intellectui ſpeculatiuo. Tertio mediante intellectu ſpeculatiuo copulatur intelligentiæ primi orbis, uerbi gratia Lunæ. Quarto mediante hac, intelligentię Mercurij. Quinto mediante hac, intelligentię Veneris. & ſic mediantibus omnibus copulabitur cum intellectu primo, utpote intellectui agenti qui eſt declaratus hic, & hic ſtatur. quare cum intellectus copulatus erit, & nos ſumus per illum tanquam propter formam. erimus etiam nos copulati cum primo principio mediantibus omnibus illis ordine prædicto. & in hoc ſtatu erimus ſimiles cœlo licet differentia ſit. Quoniam cœlum copulatur ſemper, eo quia medium eſt anima propria quæ ſempiterna eſt, nos autem paruo tempore quia medium eſt corruptibile utpote intellectus ſpeculatiuus. Hic apparent multi errores Iohannis, quorum primus eſt, quia dicit intellectum agentem eſſe partem rationalis animæ. conſtat enim hic ipſum Deum eſſe. Secundus eſt, quia ipſe dicit intellectum materialem non eſſe formam hominis. Conſtat enim hic intellectum materialem eſſe formam intrinſecam hominis per quam reponitur in ſpecie, aliter non poſſemus copulari illi. Tertius eſt, quia ipſe dicit felicitatem eſſe intellectionem ſpeculatiuam primi entis. Conſtat enim hic felicitatem eſſe Deum qui a nobis intelligitur in ſtatu per eſſentiam eius, quomodo ipſe intelligit ſe. nec copulatio eſt felicitas, ſed diſpoſitio ad illam. ita enim copulatione Dues efficitur nobis felicitas, ſicut diſpoſitione qualitatiua, & quantitatiua forma efficitur perfectio corporis. Perſpicuum quarto, quod non maiori felicitate Deus eſt felix quam nos ſumus. nam Deo Deus felix eſt, & nos Deo. & in hoc errauit ille bonus homo. eſt tamen Deus ſeipſo felix, nos ipſo felices & beati. Perſpicuum quinto contra Auẽpacem nos eſſe felices intellectione perpetua. nam nos beati ſumus Deo, & Deus eſt per ſe intellectio perpetua, licet non ſemper beati. quoniam medium attingendi ad illam corruptibile eſt. Multa alia diximus in libro de intellectu. & in libro de anima & alibi. hæc ſatis, quoniam in tranſcurſu ſunt dicta.

Deductio autẽ eſt qualis optima paruo tem- 39
pore nobis. Sic enim ſemper illud eſt, nobis qui
dem enim impoſſibile. Quoniam & delectatio
actus huius, & propter hoc uigilatio ſenſus, intel
ligentia, delectabiliſſimum ſunt. Species uero &
memorię propter hæc. Intelligentia autem quæ
ſecundum ſe, eius quod ſecundum ſe optimũ.
& quæ maxime, eius quod maxime. Seipſum
autem intelligit intellectus ſecundum tranſum-
ptionem intelligibilis. Intelligibilis enim fit at-
tingens & intelligens. quare idem intellectus
& intelligibile. Suſceptibile enim intelligibilis
& ſubſtãtiæ intellectus operatur autem habens.
Quare illud magis iſto quod uidetur intellectus
diuinum habere. & ſpeculatio delectabiliſſimũ
& optimum. Sic igitur ſic bene ſe habet, ut nos
quandoque Deus ſemper mirabilis. ſi autem
magis, adhuc mirabilius. habet autem ſe ſic. &
uita autem utiq; exiſtit. etenim intellectus actus,
uita, illud autem actus eſt. actus autem qui ſe-
cundum ſe illius, uita optima & ſempiterna. di-
cimus autem Deum eſſe animal ſempiternum

optimū. Quare uita & duratio continua & æterna existit Deo, hoc enim Deus.

Ex dictis scimus multa. Primo quod primum mouens mouet ut amatum & intellectum. Secundum quod primū mobile mouetur sicut amans & intelligens, & ꝑ cōsequens quod sit animatum anima amāte & intelligente illud primū mouens. Tertio quod etiā nos amamus & intelligimus primum mouens, nam primū non tantum mouet primum mobile sed etiam nos. hęc omnia confessa ex dictis quis sumere potest. Tunc ponit differentiam inter dispositionem nostrā qua amamus & intelligimus primum mouens & dispositionem primi mobilis qua primū mobile amat & intelligit primum mouens, volens quod dispositio nostra durat paruo tempore. Illius autē primi mobilis dispositio durat semper. & inquit. deductio autem qualis optima in nobis paruo tempore est sic enim uti nos sumus, in optima dispositione semper illud primum mobile est in nobis. Esse enim impossibile est semper sic esse. dixit autem qualis optima quoniam felicitas moralis perfectio & deductio est hominis, sed nō qualis optima. hæc est differentia. Sed circa hanc differentiam dubitatur primo quid intelligat per deductionem optimā. Secundo quare illius primi mobilis deductio optima sit sempiterna sed in nobis modico tempore. Circa hæc uidet̄ quibusdā Theologis Aristo. loqui de amore & dilectione quos nos habemus hic. De primo est autē hæc intellectio quia est tale primum, & quid quantum ad quædam cōmunia quæ possunt colligi ex sensibilibus. Similiter & amor est fruitio huius primi sic intellecti quoad quia est, & quantū ad quid est, secundū illa cōmunia dicta, & iuxta hanc expositionem differentia sic intelligitur ꝙ optima dispositio primi mobilis quæ est in intelligendo primum motorē est sempiterna, optima uero nostra est in paruo tempore. Cuius causa est, quia nostra est per cognitionem sensibilium, & per cōsequens ꝑ abstractionē phantasticam & sic non semper. dispositio uero corporis cœlestis qua ipsum primum motorem intelligit est per essentiam primi motoris & nō per abstractionē. Sed hæc expositio stare nō potest, quoniam Aristo. uidetur uelle esse eandē felicitatem primi mobilis & nostram & nō differre nisi penes tēpus eo quia nostra est in tempore, illa in æternitate, quia nostra nō potest esse per abstractionem a phantasmatibus quemadmodū nec illa. & ꝓpterea alij dixerunt Arist. loqui de felicitate nostra, quæ habebitur in prima. Illa enim nō erit per abstractionē a phantasmatibus, sed ꝑ essentiam primi entis. & talem credit Aristo. semper habere primum mobile. & tunc iuxta hęc differentia perspicua, nā hęc non est nobis semper, quia nō infinito ꝑterito tēpore. In illo uero primo mobili est semper ex utroq; latere. Sed hæc expositio minime stare potest. Primo quia Aristo. ait uigiliam sensum & intelligentiam esse propter hanc. modo hæc non uidentur propter illam in patria. Amplius Arist. loquitur de nobis modo nos non sumus anima. & sic uidet̄ loqui de coniuncto & nō de parte. Adhuc ambiguū est apud Aristo. si detur alia patria. Videtur ergo mihi cum Auer. esse dicendū in hoc loco, & primo ꝙ Aristo. loquitur in statu ꝑsenti, ut & uerba & rationes ostendunt. Secundo ꝙ ipse loquitur de suprema felicitate. & tunc debes scire ꝙ Arist. credit primum mobile esse animatum anima intelligente & amante primū motorem. Intelligente quidem, per essentiam primi, amante uero, amore fruitionis illius. Secundo credit & nos quandoq; posse deduci ad talem statum in quali est primum mobile semper. fit autē hæc deductio hoc modo nam primo intellectus materialis copulabitur intellectui speculatiuo mediantibus phantasmatibus. Secūdo mediante intellectu speculatiuo ordine quodam declarato in cōmento præcedenti, copulabitur primo intellectui qui hic dictus est primus motor. In tertio uero de anima, intellectus agens. vulgo uero Deus nuncupatur, & propter hanc causam Græce nuncupatur διαγωγὴ, Latine uero deductio, eo quia non nisi pluribus medijs ad illam nos deuenire possumus. Ex his perspicua sunt duo. Primum est quomodo nos sumus quandoq; felices & beati uti semper est primum mobile. Secundo ꝙ causa quare nobis non semper est, illi uero semper est, quia nobis inest mediante intellectu speculatiuo qui est generabilis & corruptibilis aliquo modo. Illi uero inest mediante anima eius quæ est incorruptibilis & æterna. hoc modo patet textus { Quoniam autem } Ponit ordinem deueniendi in illam hoc modo. nam delectatio est propter intelligentiam primi motoris. delectatur enim primum mobile in intelligendo primum motorem, quia intelligit eum. uigilia, sensus, & intelligentia sunt delectabilia propter delectationem illam. Species autem & memorię propter uigiliam sensus & intelligentias, quare omnia sunt propter intellectionem primi motoris. ergo propter intellectionem primi est delectatio nostra. propter delectationem sunt uigilia sensus, & intellectio rerum materialium, propter hæc sunt species in memoria delectabiles, cur cuncta nostra sunt delectabilia ob illa { dicit subaudi dico deductionem illam esse optimam dispositionem, quoniam actus idest speculatio actualis huius. s. primi motoris est & delectatio. propter hoc uigilia sensus intelligentia sunt delectabilissimum. Species uero & memorię propter hęc. dixit species & memorię, quia species quo ad intellectum. memorię quo ad sensum. uel dixit species respectu futurorum, & memorię respectu præteritorum. Species ergo & memorię propter hęc sunt delectabilia. Intelligentia autem quæ est per se, est eius quod est secundum se optimum. & ea intelligentia quę est maxime, est eius quod maxime. hic ergo est ordo felicitatis nostrę. debes scire ꝙ intellectio quam habemus de primo uocatur intelligētia per se, quoniam est per essentiam rei intellectę. Immo est intentio illa & res intellecta idem. Intentio uero quæ habetur de rebus materialibus non est per se, quoniam est per abstractionem a phantasmatibus, & propterea æquiuocat de intelligentia { Seipsum autem } Locutus est de felicitate primi mobilis & de felicitate nostra: nunc de felicitate Dei, qui est & sibi & cunctis felicitas, loquitur. & quoniam non potest loqui de illius felicitate, nisi ex eis quæ sunt in nobis: Primo præmittit quomodo intellectus noster intelligit se, & quomodo redditur agens & operans. debes ergo scire ꝙ per unum & idem intellectus noster fit ens intelligibile & operans intellectionem. nam intellectus noster est pura potentia & per consequens non est secundum se intelligibile, ergo efficitur intelligibile ens, inquantum actuatur ab intelligibili re. quando ex re intelligibili efficitur unum actu, tunc redditur intelligibile ens, efficitur enim unum cum illo, quādo trāsmittit ipsum atque attingit. eodem etiam fit operans. nam per intelligibile efficitur actu, & per consequens per intelligibile efficitur operans. actus enim & species motus & operationis sunt principium. Secundo debes scire ꝙ intellectus perficitur magis a præstabiliori intelligibili & maxime a præstabilissimo. unde quemadmodum materia perficitur a forma, & perfectiori forma perfectius, & a perfectissima perfectissime perfici uidetur, sic & intellectus si actuatur & perficitur ab intelligibili, a perfectiori plus, & a ꝑfectissimo maxime perficietur. Erit ergo iste ordo ꝙ sicut materia primo recipit dispositiones & formas imperfectas. deinde illis mediantibus perficitur redditur actu ab ultima forma, sic & intellectus primo ab intelligibilibus materialibus. deinde illis mediantibus a diuinis actuabitur atq; reddet̄ perfectus. hæc ergo duo ponit & dicit seipsum autem intelligit intellectus. s. noster secundum transumptionem intelligibilis. & dicitur transumptio, quoniam intelligibile transfertur de materiali ad immateriale. nā per huiusmodi trāsumptionem fit attingens & intelligens rei intelligibilis, quare & ꝑ idē intellectus & intelligibile fiet idē hoc est unū in actu, cuius causam subscribit. d. nā intellectus est quoddā susceptibile rei

intelligibilis



intelligibilis & substantiæ, & addit substantiæ. forte more Platonico: qui substantias & ideas intelligi uult tantū. hoc ergo pacto intellectus efficitur intelligibile. Sed habēs subaudi rem intelligibile operatur: & per cōsequens eadem est intelligibile & operans: & hoc fuit primū. Deinde sumit secundum per consequens ad hoc primum: & dicit quare illud diuinum quod uidetur habere intellectus est magis isto materiali: & per consequens perficitur plus per illud, & speculatio illius diuini dicet̄ delectabilissimum & optimum: hoc est ultima forma & supremus gradus felicitatis. Sic ergo perspicuum quomodo itellectus per abstractionem rei intelligibilis efficitur intelligibile: & quantum efficitur intelligibile efficitur operans: & mediante intelligibili materiali efficitur in optima dispositione & in supremo gradu felicitatis. debes scire ꝙ omnia hæc sunt declarata in libro de anima. & propterea hic sunt suppositiones: & ille qui uellet singula supposita declarare: transcenderet metam suę considerationis. Supponitur ergo hæc nunc { si igitur. } Ex his declarat felicitatem primi principii & loquitur hypothetice, & ponit postmodum antecedens & relinquit consequens hoc modo. Si deus se habet semper hoc modo uti nos quandoq; in tali optima dispositione descripta, erit deus mirabilis. & si deus se habet sic semper & magis ꝙ̄ nos, erit mirabilius, deus se habet semper sic & magis, ergo erit mirabilis & mirabilior, & sic perspicuum qualis felicitas Dei. nam est qualis nostra differens in tēpore & in perfectione, tempore quidem quoniam nostra est in tēpore, illa Dei in æternitate. nostra pauca, illa multa inquit. Si igit̄ bene se habet Deus semper ut nos quandoq; in supradicta optima dispositione, erit mirabilis. si autē magis se habet quàm nos, erit mirabilius. habet autem se sic semper uti nos quandoq;, & magis, quare mirabilis & mirabilior erit. dices. Deus est felix Deo, & nos sumus felices Deo. ergo Deus non est magis felix quā nos, quia eodem sumus ambo felices. Dicēdum eodem modo felices sumus ambo. & neuter neutro. est felicior quantum ad essentiam, sed quantum ad modū magis Deus, quoniam Deus est felix à se, nos uero sumus felices ab eo. uti paries tanta albedine albus est quanta & ipsa albedo alba. dicitur tamē albedo magis quia per essentiam eius talis est, & paries per participationem. Sic nos & Deus tanta et eadem felicitate sumus felices quantum ad essentiam: Sed Deus per essentiam nos uero per participationem. { Et uita autem. } Ostendit ꝙ Deus sit uita & ꝙ uiuat sicut dicimus uitam uiuere & albedinem albam, nam sicut albedo est alba per essentiam, sic Deus est uita & uiuit per essentiam, & nō uiuit sicut nos per participationem uitæ. Dicit et uita autem Deus ipse utiq; existit. hæc est conclusio. probatur etenim; actus itellectus est uita. Illud autem scilicet Deus est actus. exponit quomodo actus. d. actus autem qui secundum se illius dico ꝙ est uita optima & sempiterna hoc modo Deus est actus, subiicit cōclusionem, quia ꝑposuit eam. tangi secundam rationem per consensum uulgi. d. dicimus autem Deum esse animal sempiternum & optimum. hoc enim dicit̄ in cōmuni usu. ex hoc infert cōclusionem propositam. d. quare uita duratio continua & æterna existit Deo. uita quidem ei existit, quia animal. nam omne animal uiuit. Continua uero & æterna quia sempiternum & optimum. & quia dixit uitam inesse Deo, posset credere aliquis Deum nō esse uitam per essentiā subscribit, hoc enim Deus. ergo Deus uiuit & est uita, nam uiuit per essentiā, unde si dicimus quod calor est calidus sibi & omnibus, sibi quidem per essentiam, alijs uero per participationem sit Deus, sibi uiuit & alijs, sibi quidem per essentiam, alijs per ꝑticipationē. In hoc uero textu epilogādo ꝑspicua sunt duo. primum quod Deus est summe felix & beatus. Secundum est quod Deus est essentialiter uiuens & uita. Ad primum ꝑaccepit, quomodo primum mobile & nos sumus felices, aliquo modo similes aliquo modo dissimiles. Secundo præaccepit quomodo intellectus noster efficitur felix. & quo ordine procedit ad illam. Tertio accepit quomodo efficitur actu beatus operās & intelligibilis. Hæc ergo sunt hic contenta.

Dicit Aristoteles. } Auerroes aliter uidetur introducere literam quam nos. uidetur ergo Auerroi Aristotelem in illa parte. { quoniam & delectatio actus est huius etc. } Velle probare ꝙ uoluptas simpliciter est solum actio primi principij. nos enim delectamur et Deus delectatur. nos quidem delectamur, sed non uoluptate simpliciter dicta, Deus uero delectatur uoluptate simpliciter. & hæc est Auerrois introductio. Quod uero dei sit simpliciter actio uoluptas ostendit hoc mō. primo supponēdo quod ipsa intellectio rei causat uoluptatem in intelligente. Secundo supponendo quod intellectus uoluptatur non inquantum est in potentia, sed inquantum est in actu. Ex his cōcludit propositū, quod quidem intellectio sit uoluptuosa. perspicuū est dupliciter. primo uigilia sensus & cognitio rerum naturalium uoluptuosæ sunt, & hoc non nisi propter intellectionem. Secundo, quia species rei futurę & memoria rei præteritę sunt uoluptuosę propter comprehensionem. nam species propter cōprehensionem futuram, memoriæ propter comprehensionem pręteritam, & sic perspicua est prima suppositio. Secūda etiam declaratur. Nam intellectus noster dupliciter accipitur. uno modo ut in potentia, & sic nō uoluptuatur, quoniam res nō uoluptuatur nisi inquātum est in actu. Alio modo inquantū est in actu, & sic uoluptuatur. nam inquantum in potentia, non intelligit se. Inquantū uero actuatur ab intelligibili intelligit se, & sic uoluptuatur. Addit autem Auerroes quod inquantum actuatur ab intelligibili, intellectus, intelligibile, et intellectio, unum sunt subiecto. Differunt autem rōne. Dicitur quidem intellectio inquantum est quo apprehēdit se. Intellectus uero, inquantum apprehendit. Res intellecta uero, inquantum intelligitur. Ex his omnibus sumendum intellectum intantum delectari inquātum intelligit se, & intelligit se inquātum actuatus, actuatur uero inquantum recipit intelligibile & unum fit cum eo. & hæc sunt duo quæ accepit. Addit modo tertium, uidelicet qualiter est Deus felix. nā si intellectus noster felix est & in summa uoluptate quādo denudatur à potētia, et deus semper est denudatus à potentia, & semper existens in actu. ergo felix est & summe felix & sic mirabilis et summe mirabilis. { et Alexander dicit. } Hic alexander soluit arduam quæstionem, utrum scilicet in primo principio sit delectatio. nam multis argumentis uidetur ꝙ non. primo qui delectatio est accidens & Deo nihil accidit. Secundo, quia delectatio & tristitia habent fieri circa idem, ergo si in deo nō est possibile inesse tristitiam neq; delectationē possibile est inesse. regula est secundi Topicorum. & Auerroes utitur ea cōmēto 51. Tertio uidetur quod in eo non debeat esse summa delectatio, quia comparatio fit in his quæ sunt eiusdem generis, constat autem deū in nullo esse genere. Aristo. autem dixit contrarium. Breuiter uidetur ꝙ in Deo sit delectatio & summa delectatio. ꝙ quidem in Deo sit delectatio, statim perspicuum erit per declarata in ethicis, & hic dictum est enim delectationem cōsistere circa actum & operationem, & per consequens quo modo Deus sit in actu, uidetur ipsum esse in operatione & delectatione. quod uero summa delectatio declarabitur. nā per quantum res cadit à potētia per tantum cadit à tristitia, & accedit ad delectationem. nam potētia est causa tristitię, & actus causa delectationis, ut Aristo. dicit & probauit per exemplum de uigilia etc. Sed Deus est in actu per eēntiam & intellectus noster per participationem. ergo Deus est in summa delectatione, & huius cōfirmatio est. Quoniā deus intelligit per essentiam & non per potentiam præcedentem actum, et ꝓpterea Deus est in summa delectatione in quali intellectus non est quando est factus in actu. Alexander ergo respondet ad quæstionem & uult quod delectatio sequatur comprehēsionem sicut umbra corpus. Quotuplex

Com. 39.

Solutio.

ergo est comprehensio, quotuplex & uoluptas. est aũt una comprehensio cui non respondet oppositum, scilicet ignorãtia, ut dei scientia, ergo & delectationi tali non respondebit tristitia consequens ad ignorantiam. Erit ergo duplex ignorantia, scilicet habens contrarium & carens cõtrario. In deo ergo est delectatio primo modo et non secũdo modo, & sic dici potest delectatio æquoce & quasi metaphorice. & hoc pacto solue tu argumenta. ¶ Et dicitur de eo uita. } Ostendit nunc uitam ineẽ sibi, & quod summa uita, quod quidem uita insit ei perspicuum. nam intelligit. ut enim dicitur secundo de anima aliquod multifariam uiuere dicimus, quorum est unum intelligere. Quod uero summa uita uiuat, ostẽdo. nam intelligere est optimum uiuere, ergo quod est purus intellectus, erit optima & summa uita, et ꝓpterea deriuata est ab eo omnis uita. his quidẽ clarius, his uero obscurius, ut dicitur primo cœli. Ex his cõcluditur definitio. Est enim deus sapiens atq; in ultima delectatione semper constitutus perfectissima uita uiuens. ¶ Et hoc putauerunt. } Auerroes hic digredit. ẽ contra duas positiões dictas de deo. prima fuit antiquorum. nam antiqui uidẽtes in deo reperiri hæc tria scilicet sepientiam amorem & uitam seu essentiam, in deo posuerũt trinitatem substantiam. Itaq; uoluerunt in Deo esse tres substantias scilicet substantiam uitæ, substantiam sapientiæ, & substantiam amoris. hæc enim non poterãt esse accidentia, quoniã deo nihil accidit. & cum cõtra eos dicitur, ergo deus erit compositio quędam. Respondebant credentes euadere deum esse trinum substantialiter & unum congregatione. hæc positio fuit antiquorum. ¶ Et nescierunt. } Contra hos arguit Auer. nam si substantia est numerata, ita ꝙ deus sit congregatio trium substantiarum realiter distinctarum, deus erit unum per unam intentionem ideſt unam formam additam illi cõgregato ut mistum est unum propter ultimã formam mistionis quæ est forma specifica. & hoc est manifestum. nam omne unum per se est unum ab una forma, & sic sequitur in deo esse compositionem, & per cõsequens ipse non erit ęternus. ¶ Et dicit Alexãder. } Narrat aliam positionem. quidam enim euitantes hoc argumentum dixerũt illa tria esse tres dispositiones additas essentiæ dei, & per cõsequens uoluerunt illa tria esse tria accidentia absoluta addita essentiæ, hæc est secunda positio addita in lege Maurorũ. ¶ Quapropter. } Contra arguit. nam quando Deus sit unus & non propter aliquam illarum dispositionũ. ergo est unum propter aliam dispositionem & formam substantialem additam essentiæ, & illis dispositionibus. ¶ Et utriq;. } Tunc arguit contra ambas insimul. nam omne compositũ est nouum & utrique dispositioni accidit compositio. ergo utraq; dispositio est noua. ¶ Et si dicat. } Respondet quis deum esse compositum & componentia eius non componi propter agens colligans illa, sed esse composita semper & à nullo. Contra hoc arguit. nam si alqua cõponerentur per se, tunc exirent de potentia ad actum per se, & mouerentur sine motore per se. consequentia tenet supposito quod quęcunque componunt aliquod unum in se sint prius diuisa. ut Aristo. primo cœli declarauit. et tunc sequi ẽ deductio Auerrois. Debes scire quod quidam & nos longo tempore credimus Auerroem contradixisse Christianis & Mauris & Iudeis, & certe non est ita. & ꝓpterea debes scire quod Christiani dicunt, primo in unitate essentiæ Dei stare trinitatem personarum, ita quod uolũt Deum esse trium in personis & unum in essentia. Dicunt secũdo quod personę nec sunt tres substantiæ nec tria accidentia, sed addunt essentiæ tres relationes quibus construuntur tres personæ quæ quidem comparate ad essentiam sunt substantiæ & transeunt in substantiam. Comparate uero inter se differunt re. nõ quidem absoluta, sed relatiua. Et ex his tollitur obiectio Auerrois. nam si trinitas esset in Deo, uel quo ad substãtias, uel quo ad dispositiones absolutas additas, in eo esset compositio. tamẽ si ibi est solum trinitas relationum, nec ibi erit compositio, nec ibi

Digressio.

aliquid nouũ. Auerrois ergo cõtradicit antiquis & Mauris Antiquis quidem pro quanto posuerunt trinitate substãtiarum. Mauris uero pro quanto posuerunt trinitatem dispositionum absolutarum. Constat aũt Christianos nullum horum ponere, & propterea non Christianis, sed Antiquis cõtradicere uidetur. Sed uidetur in dictis Auerroris contradictio. nam Auerroes sumit contra hos hac uniuersalem. omne compositum est nouum. Sed hæc uidetur contra ipsum. nam cœlum est compositum ex intelligentia & orbe, & ex quantitate & substãtia, ergo nouum. Cuius oppositum per ipsum cõstat. Amplius rationalis anima est composita ex intellectu agente & possibili, & tamen est æterna. Iohãnes fingit uerbum Philosophi esse intelligendum de nouitate in se uel quo ad accidẽtia, & sic uult quod omne compositum sit nouum, uel quantum ad substantiam uel quantum ad accidentia. & sic est cœlum. est enim nouum secundum ubi diuersa. Similiter & rationalis anima est noua quo ad accidentia. Aut potest etiam dici Auerroem intelligere de compositio ex principijs transmutabilibus, cuiusmodi non est in proposito, nam neq; cœlum neq; anima rationalis sic componitur. Sed pace eius nulla harum est in proposito ad mentem Auerrois. prima quidem, non quoniam Auerroes arguit cõtra eos, qui dixerunt aliqua esse componibilia per se hoc modo, quia tunc extraherent se absq; motore, & constat ibi nõ loqui de uariatione in accidente, quoniam id non esset inconueniens. Secunda uero minime, quia tunc peteret principiũ, quia supponeret partes componentes Deum esse transmutabiles & hoc petebat. Videtur ergo mihi saluo meliori iudicio pro nunc uerbum Auerrois esse intelligendum, ut dicit ipse in libro. d. d. hoc modo, quod omne compositum est nouum hoc est dependens. & hoc modo habet intentum. nam cœlum si est compositum est nouum hoc est dependens. Similiter & si rationalis anima sit composita (ut credit Iohannes) est noua hoc est dependens. & hoc modo habet Auerroes contra eos, nec aliter intelligere debes si uerba sua sunt uniuersaliter uera. debes scire quod Auerroes i libro destructio destructionũ, diuisione quinta, in solutione dubij tertij narrat positionem Christianorum. & dicit aliter quã hic dicit, & proponit se uere contradicere illi alibi, & tu uide eum & intelliges quomodo hic non contradicit Christianis, sed bene ibi. ¶ Et sic est intelligendum. } Ostẽdit nunc qualis multiplicitas sit in Deo & qualis diuersitas. nam negare nõ potest quin de Deo plura dicantur nomina. dicitur enim uiuens, sapiens, & amans, & multis alijs modis & sic in Deo uidetur esse diuersitas, & quoniam deus est simplex & summe simplex, ut prędixit, uidetur quod sint in eo diuersitas & simplicitas. & propterea qualiter hæc deo insint, dicendum restat. & primo loquitur de diuersitate. Dicit ergo primo ꝙ deus dicitur unus & uiuens. Sed hæc non dicunt distinctionem realem, sed rationis quoniam sunt unum in re et duo in ratione. Dicit secundo non ita idem quia signat idem omnibus modis scilicet secundum rem et modũ & respectu eiusdem sicut signat nomina synonyma, quia frustra laborasset Aristoteles in probando hæc. Dicit tertio quod non signat idem sicut principale hoc est abstractum & sumptum hoc est concretum. quia sumptum hoc est concretum signat illud quod principale & magis. dicit enim formam & subiectum cuius exemplum est. nam uita signat formam absolute & non subiectum, uiuum signat formam in materia hoc est ordine quodam utrunq;, quia principaliter forma & secundo subiectum. ut quinto huius dixit cõmeato. 14. contra Auicennam. ¶ Hæ igitur. } Concludit corollarium ad dicta scilicet quomõ differunt modi significandi in rebus materialibus & in abstractis, & dicit. hæ igitur sunt positiones hoc est modi significationum nominum in eis quæ sunt formæ in materia. nam in illis sunt illæ tres differentiæ dictæ synonyma, concretum & principale, & differentia ratione. In eis autem quæ sunt formæ i materia, dispositio hoc est prædicatum





dicatum & dispositum, hoc est subiectũ reducuntur ad unũ in esse & duo in cõsideratione, cuius causam dicit, quia una met essentia est prędicatum et subiectum: nam ut posita est subiectum, ut ipsonens semet est prædicatum quare subiectum & prædicatum erunt unum in esse & duo in intentione: quare saltem prædicatum differt a subiecto rõne. ¶ Sed tamen. } Ostendit quod simplicitas insit deo, ubi debes scire quod in propositione cathegorica necessaria per se, ut homo est animal, prędicatum et subiectum differunt realiter, sed non in esse, quoniam animal sumitur a forma alia a qua sumitur homo, sed hæc sunt unum in esse, quia unum ab altero separari non potest, & ideo sunt duo in potentia intellectionis. pro quãto intellectus potest intelligere illa duo deo attributa seorsum. ¶ Intellectus enĩ. } Contra quoniã intellectus intelligit rem sicut est, sed res nõ sunt in esse diuerse, ut homo & asal, ergo nõ potest illa sic intelligere. Respõdet ꝙ intellꝰ non tm̃ est natus distinctæ intelligere cõgregata in eẽ sed cõgregata ĩre, quia est natus diuidere oĩa separabilia ut formam per se, & materiam per se, et formam per se a composito ex materia & forma, & huius nulla causa est nisi quia intellectus. ¶ Hæc igit dispositio. } Concludit nũc quales propositiones sunt in rebus materialibus, & uult ꝙ quando intellectus componit in illis prędicatum cum subiecto, utpote formam cum cõposito, ut homo est animal, uel formam cum habente formam, ut corpus est album, tũc in talibꝰ illa adunata & diuersa modis diuersis: adunata quidem inquãtum coniungit prædicatum & subiectum. diuersa uero inquantum intelligit deferens hoc est subiectum eẽ aliud a delato hoc est prędicato. Ex his uult habere ꝙ causa totalis quare in rebus materialibus subiectum differt a prædicato est esse in materia. nam ratione materiæ subiectum subest, & ratione formæ prædicatum disponit, ergo subiectum a materia prædicatum a forma sumentur. ¶ Cum autem } Ostẽdit modo quomodo in rebus abstractis a materia subiectum & prędicatum nullo mõ differunt: & huius causam dicit, quia nullus est modus quo possunt distingui, quia tota causa fuit esse in materia, ergo uni non est materia non erit distinctio. arguo ergo sic, quæ distinguntur, sunt in materia, ut prædixit per conuersione per contrapositionem quæ non sunt in materia non distinguntur. ¶ Et quoniã intellectus. } Soluit dubium: nam si nulla est differentia inter prędicatum & subiectum in propositionibus abstractorum, ergo subiectum & prædicatũ sunt synonyma. Respõdet et uult quod illa duo non sunt nomina synonyma, ita ꝙ propositio sit secundum nomen, ut hæc tunica est uestis, & non secundũ intentionẽ, ut hæc homo est rationalis. Sed intelligit ea duo esse differentia secundum assimilationem, ita quod in talibus accipit duo, quorum, proportio adinuicem alterius ad alterum est sicut ꝓportio prædicati ad subiectũ, et ex eis componit propositionem categoricam in illis. uult ergo Auerroes prędicatum & subiectum in abstractis non nisi metaphorice & per ꝓportionem, quia subiectum proprie uel est materia uel sumit a materia: prædicatũ uero uel forma uel sumitur a forma, & quia in eis totum est forma, ideo non possunt hęc duo inueniri nisi metaphorice. & sic ꝓpositio in illis: & his uidetur fere æquiuoce. ¶ Et nullam. }

Adhuc dubitabis si nulla est differentia in re, unde est differentia inter prædicatum & subiectũ. Respondet & dicit primo nullam esse differentiam inter ea omnino nisi secũdum acceptionem: nam idem re accipit dispositũ, hoc ẽ subiectũ & dispositionem hoc est ꝑdicatum. Dicit secudo quod ideo intendit multitudinem secundum acceptionem quia intellectus potest intelligere, idem his duobus modis secundum si militudinem ad ꝓpositionem categoricam in rebus compositis, sicut multa intelligit per similitudinem, ut materiam in comparatione ad subiectum. & sic intellectus uerificans hanc, homo est uiuens uel homo est sapiens per attributionem transumit hæc in deo, & hac de causa dicuntur attributa. ¶ Et si intellectus. } Probat hoc per impossꝰ hoc modo, si intellectus nõ accepisset. In istis compositis dispositionem & dispositum, hoc est prædicatum & subm, nõ posset intelligere naturas eorum nec declarare. nam cognitio illorum est ex sensibilibus hoc mõ. ¶ et magna. } Concludit qualis multiplicitas sit ĩ deo & facit enthymema hoc pacto quæ differunt re & ratione, plus differũt ꝙ quæ ratione tm̃, ergo multiplicitas attributorum in deo differunt ratione tm̃ & non re, tenet consequentia, qm̃ ea differũt propter esse in materia. hæc quæ differunt ratione tm̃, differuut propterea quia sumuntur a differentibus materia. Vltimo Auerroes addit uerbum Alexandri: nam Aristoteles dicit intellectum non intelligere se: contra arguit, quia uisus uidet se in speculo, ergo & intellectus: & ꝓpterea uult quod Aristotelis uerbum intelligatur recte & ad bonũ sensum, & nõ ponit qualis sit ille sensus. Tũc adde ꝙ intellectus intelligit se per spẽs aliorum & non per essentiam propriam. Debes scire ꝙ tota sententia Auerrois in hoc quod attributa in deo nõ sint synonyma est, quia licet subm & ꝑdicatum ĩ deo nõ differũt. sumuntur tm̃ a differentibus: ꝓpea q̃ sunt in cõpositis, ergo nõ sunt synonyma. quia igit sumũtur a differẽtibus differunt, et si dices uel illi differentiæ, respondet aliquid in re uel nihil dicendum ꝙ illi respondet aliquid in re, sed nõ in re dei, sed in re causata a Deo per quã deum intelligimus, & hoc satis ad hoc ne illa differentia non sit ficta. potest hæc opinio ꝓbari multis rõnibus. ut in Libro. d. d. diuisione quinta in solutione ad ultimum. sed pro nunc probat primo, quia quęcũq; sunt in aliquo sunt in eo per modum eius. ut 3. de anima com. 5. sed deus est in summe simplex & summe idẽ, ergo quęcũq; sunt in eo sunt in summa simplicitate & idẽtitate. ergo in eo nulla põt poni distinctio extra asam. secũdo in principio diuersitatis, q̃cunq; sibi inhærẽtia sunt diuersa, ita in principio idẽtitatis & unitatis q̃cunq; insunt debent esse unũ & idem, quare in deo oĩa inexistia sunt idẽ & per se unũ. Sic igitur illi distinctioni nihil respõdet ex ꝑte dei. Sed ex ꝑte causati abeo bene respondet: & propterea non est ficta.

Quicunque autem putant, ut Pythagorici & Speusippus, optimum nobilissimũ non in principio esse propter & plantarum & animalium principia causas esse quidem, bonũ uero & perfectum in his quæ ex his, non recte existimant. nam sperma ex alteris est prioribus perfectis, & primum non est sperma. sed perfectũ, ut priorẽ hominem dicat aliquis esse spermate, nõ qui ex hoc fit, sed alterum ex quo sperma.

Quanta sit perfectio primi principij, iam ex hisce potes recipere. Nunc uero quia sunt quidam & magni qui dicunt oppositum, ideo narrat aliorum positiones. dicunt ergo quidam ut Pythagorci & Speusippus Platonis nepos in principio nõ esse adscribẽdum optimum & ꝑclarissimum, sed potius principiatis: & hoc per hanc instantiam. nam principia animalium & plantarũ sunt causæ, & tamen bonitas & perfectio non his causis ascribũtur, sed causatis ab illis. nã sperma est imperfectus animali & semen est imperfectius plantis. Per hanc instantiam uolũt habere perfectionẽ eẽ adscribendam principiatis & non principijs. hoc proponit. d. quicunq; autem putant, ut Pythagorici & Speusippus optimũ nobilissimum non in principio esse, cuius cãm subscribit. d. propter principia quidem animalium & plantarum causas esse. bonum uero & perfectum in his esse quæ sunt ex his, hi non recte existimant: hæc est positio & fundamentum positionis. obijcit Aristoteles & respondet ad instantiam illam, ubi debes scire quod dupliciter peccãt & in forma & in materia. In forma quidem, quia ex una singulari non sequitur uniuersalis. licet enim in his esset ita, non tamen in omnibus

esse ita oportet. In materia uero, quoniam principiū proprie non est in materia sperma in animalibus uel semen in plantis, sed animal, ex quo fuit semen uel planta prior a qua fuit semen. Ita ꝙ si totius congregationis hominum datur principium simpliciter & conceditur apud multos, illud non est sperma sed homo, a quo sperma: propter quod nos diximus hominem primo fuisse & postea semen eius. Aristoteles ergo tāgens solum peccarum in materia dicit, nam sperma exalteris est prioribus perfectis, ut sperma animalium ex animalibus, & semina plātarum a plantis. & primum subaudi simpliciter nō est sperma, sed perfectum, utpote animal uel planta, ut supple siquis dicat priorem hoīem esse spermate, nō dicet eū qui ex hoc spermate fit, sed alterū hoīem ex quo sperma. Ecce ergo qūo peccat argumentū in materia.

Quod quidem igitur ex subſtantia quædam ſempiterna et immobilis ſeparata a ſenſibilibus, manifeſtum eſt ex dictis. Oſtenſum eſt autem & quia non contingit habere hanc ſubſtantiam magnitudinem ullam. uerum ſine parte indiuiſibilis eſt. mouet enim per infinitum tempus. neque autem habet & potentiam infinitam finitū. Quoniam autē omnis magnitudo uel finita aut infinita: finitā quidem propter hoc utiq; non habebit magnitudinem. Infinitam uero non, quia totaliter nulla eſt infinita magnitudo. At uero et quia impaſſibilis et inalterabilis omnes enim alij motus poſteriores ſunt eo qui eſt ſecundum locum, hæc quidem igitur manifeſta quia hunc modum habent.

Epilogat quæ nunc dixit & quæ alibi dixit per modum epilogi, etiam nunc adiicit dicit, quod quidem igitur eſt ſubſtantia quædam ſempiterna & immobilis ſeparata a ſenſibilibus, manifeſtum ex his nunc dictis, quæ uero alibi. ut in octauo dixit, nunc repetit & oſtendit quod hæc prima ſubſtantia eſt incorporea. & primo, ꝓponit rem & inquit, Oſtēſum autem & quia non contingit habere hanc ſubſtantiam magnitudinem ullam uerum ſine parte indiuiſibilis eſt: hęc eſt concluſio & ſyllogizat hanc ſic, quod mouet infinito tēpore nō eſt in magnitudine, ſed prima ſuba mouet ſinito tēpore, ergo non eſt in magnitudine corporea. huius dedit minorem tantum. d. mouet enim per infinitum tempus, neque autem finitum habet & potentiam infinitam. cur addat hāc ſecundam propoſitionem, ſtatim ſubſcribit, poteſt quis dicere quod licet nō habeat magnitudinem finitam, habet infinitam, & propterea oſtēdit ipſam nullam habere, & dicit. Quoniam autem omnis magnitudo aut finita eſt aut infinitam. finita quidem propter hoc ſcilicet quia mouet infinito tempore nō habebit magnitudinem. nam ut dicemus in cōmento omnis uirtus in magnitudine finita eſt corruptibilis & finita in tempore. infinita uero nō, quia totaliter nulla eſt infinita magnitudo. ut 3. phyſicorum diximus. Ex his ſyllogiza ſic. nullum mouēs tempore infinito eſt in corpore, ſed prima ſuba eſt mouēs tpe infinito. ergo prima ſubſtātia nō eſt in corpore. Hoc ergo eſt ſecūdum quod reperitur repetit & tertio quod prima ſubſtantia ſit impaſſibilis & inalterabilis, & hoc proponit. d. at uero & quia impaſſibilis & inalterabilis, cuius cauſam dicit. nā omnes alij motus poſteriores ſunt eo qui eſt ſecundum locum. ex hoc ult habere primam ſubſtantiam nullo alio motu poſſe moueri, quia ſi nō mouet primo motu. ergo nec poſterioribus motibus mouri dignū eſt, & tūc breuiter epilogat totū. d. hæc quidē igitur manifeſtū ꝙa hunc motū hñt, ut longo ſermone dixit.

Com. 41

Facit rememorationem. } Cōmentum iſtud diuiditur, quia primo exponit textum, ſecūda ibi { Iohannes Gramaticus. } Digreditur, ſed prima pars uidetur perſpicua. tamen uolo duo notare, quorum primum eſt quod Auerroes aliter format ſyllogiſmum quam nos: nam ipſe formatin ſe cunda figura hoc modo, omne corpus aut potēia in corpore eſt finitum, ſed primus motor nō eſt finitus. ergo nec eſt corpus nec uirtus in corpore, minor ponitur ibi { Mouet enim. } Maior uero ibi { Nec ꝙ autem. } Et ſic nihil in litera eſt ſuperfluum: maior proſyllogizat, quia omne corpus, uel eſt finitum uel infinitum, ſed finitum eſt finitum & infinitum nō eſt. ergo omne corpus uel uirtus in corpore eſt finita. Quoniam omne corpus eſt finitum & omnis magnitudo finita eſt corpus, quia infinitum non datur. Componitur ergo ſyllogiſmus ſic, { Omne corpus finitum eſt finitum, & oē corpus eſt finitum, quia infinitum non datur. ergo omne corpus eſt finitū, quę erat maior. Secūdum uero ē ꝙ Auerroes facit talem conſequētiam, ſi in corpore finito fuerit potentia infinita, contingit corpus illud moueri in inſtanti hanc conſequentiam in 8. phyſicorum cōmēto 71. declarauit, & in lib. de ſubſtantia orbis, & poteſt declarari a primo ad ultimum hoc modo, ſi uirtus infinita eſt i corpore. ergo eſt corruptibilis, ſi corruptibilis. ergo habet cōtrarium, & ſi habet contrarium. ergo oportet tempore infinito reſiſtere illi contrario, ne ab eo corrumpatur, & ſi reſiſtit contrariū tempore infinito. ergo erit infinita in uigore & potentia, ſi infinita in uigore & potentia. ergo mouet in non tēpore, & per conſequens a primo ad ultimum, ſi uirtus æterna ſit in corpore, illa mouet in non tempore. ſumit enim inſtans per non tempore quod dico, ꝓpter ſophiſtas de quo alias. hęc igitur cōtinentur in expoſitione literæ. { Iohannes Gramaticus. }

Hæc eſt digreſſio in qua primo mouet quæſtionem quæ ſic componitur. omne corpus per Ariſtotelem habet potentiam finitam, ſed cœlum eſt corpus. ergo cœlum habet potentiam finitam. ultra, omne quod habet potentiam finitam eſt corruptibile: ſed cœlum habet potentiam finitam. ergo cœlum eſt corruptibile: hæc quęſtio eſt falſa: ergo aliqua ꝓpoſitionum, & diſcurre per omnes non niſi propter illam: ui delicet omne corpus habet potentiam finitam, & per conſequens hæc eſt falſa. { Si igitur. } Refellit hic reſponſionē tacitam. dicitur enim cōmuniter quod priuatio corruptiōis eſt acquiſita in cœlo a potentia abſtracta æterna, ita ꝙ cœlum ſui natura corruptibile eſt, ſed eſt adeptum æternitatē a ſubſtantia æterna ſeruante ipſum a corruptione. Contra arguit quia ſi ſic tunc aliquod poſſibile corrumpi nunq; corrumpetur, quod eſt impoſſibile, & ſunt declarata in primo cœli. hæc ſupponantur nunc quia declarare eſſet tranſgreſſio. { Dicamus. } Soluit ergo aliter & dicit primo, dicamus igit quod mirum eſt, de hoc quod dicit, quod omne corpus habere potentiam finitam eſt uerū. nam hæc maior eſt diſtinguenda & non ſimpliciter accipienda. Dicit ſecundo, ꝙ potentia dicitur multipliciter. eſt enim potētia in ſubſtantia ut materia & alteratiōe ut alterabile & in ubi ut mobile. Relinquit potentiam ad quātitatem quia illa eſt ſimul cum illa ad ſubſtantiam omne augmentabile in ſubſtantia tranſmutatur. Dicit tertio quod hæc propoſitio Ariſto. uide l cet omne corpus habet potentiam finitam, non eſt cōmunis omni corpori cuicunq; potentiæ ſit, niſi quando potentia intelligitur potentia in ubi. hæc ergo, ꝓpoſitio, omne corpus habet potēiam finitam, intelligitur de potentia ad ubi: quaſi dicat, quod omne ꝙ mouetur, ex ſui natura finito tempore mouetur. { Quomodo enim dicimus. } Contra arguet quis per conuerſionem in terminis, omnis potentia in corpore eſt finita. ergo omne corpus habet omnem potentiam finitam. Reſpondetur quod hæc non eſt bona conuerſio nec in terminis, nec in parte, nec per cōtrapoſitionem, & ideo bene poteſt concedi eſſe potentiā in corpore quæcūq; ſit eſſe finitam: ſed ꝙ omne corpus habeat oēm potentiam & finitam, eſt falſum, nam corpus cœleſte non habet potētiam niſi tantum in ubi, ut dictum eſt. { Si igitur. } Contra

adhuc



adhuc quantum ad potentiā qua mouet, quia cum potentia a qua mouetur ſit in eo uel igitur eſt finita uel infinita. Si infinita cōtingit moueri in inſtanti, ut deductū eſt ſecūdo cœli cōmen. 38. & 39. ſi uero finita poſſibile eſt quieſcere, quod falſum eſt, nam mouet ſemper. Reſpondet & ult ſuppoſitum eſſe falſum, ult. n. ꝙ illa potēia a qua mouetur non ſit in eo, & propterea dicit ergo non mouet a potentia exiſtere in eo, ſed a potentia ſeparata, quę in nullo ſubiecto eſt oīno. Eſt ergo ſolutio ꝙ q̄ſtio ſupponit falſum. ſ. potētiam a qua mouetur eſſe in cœlo, illa enim nō eſt in eo. Sed hic eſt cōtradictio, nam cōmen. 36. expreſſe dixit contrariū: uoluit. n. corpus cœleſte eſſe aiatum & certum eſt ꝙ non niſi anima exiſtente in eo, cuius oppoſitū dicit hic. forte ꝙ Auerroes loquitur de primo motore qui qdem eſt cā ſempiterni motus ſaltem ut finis, & talem nullus orbis uult eſſe aīam uel potētiam, ſed oīno ſeparatum, uel forte dici poteſt, ꝙ per eſſe in corpore intelligit, conſtitui per corpus, & per eē ſeparatum intelligit independēs a corpore & hoc mō poteſt res moderari. { Sed aliquis. } Replicat contra dicta tertio, q̄m potētia mouēs primū mobile eſt infinita, mō ſiue intelligē extra magnitudinem ſiue in magnitudine, cum ſit infinita ſemper mouebit in non tēpore: nō enim uidetur maior ratio de ipſo in magnitudine ꝙ̄ de ipſo extra magnitudinē. { Et diſſolutio. } Reſpondet & uult ꝙ primum mobile duplicē habeat formam alteram. ſ. mobilem per quā eſt tale: alterā cōem quæ eſt talis totius cōgregati ex oībus orbibus, et ſic motus diurnus cōponitur ex duplici motore, hoc eſt requirit duplicem motorem, alterū intrinſecum qui eſt anima eius & forma ꝓpria illius & hoc modo ab illo habet motionē finitam in tem pore, quæ qdem eſt terminata in uelocitate: alterum uero extrinſecum & cōem a quo habet motionem infinitā. { Cum dicere. } Remouet dubium: nam dictū eſt a motore ꝓprio primum mobile habere finitam motionē: a motore uero cōmuni habere infinitā motionem. q̄ret ergo quid intelligit per finitatem & infinitatem in motibus: Reſpōdet ꝙ finitas et infinitas in motibus accipiuntur dupl̄r, uno modo extenſiue hoc eſt in duratione: alio modo intenſiue pro uelocitate uel tarditate q̄ inferuntur, ꝓpter proportionē motoris ad mobile. nam ſi motor ſupra mobile creſcit, augetur uelocitas, adeo ꝙ ſi eius potēia creſcat in infinitum, & motus efficietur in non tēpore & infinitus in uelocitate: uult ergo dicere ꝙ tam motor cōis q̄ motor proprius primo mobili ſunt infiniti extenſiue hoc eſt in duratione. differūt uero quia motor cōmunis eſt infinitus in qualitate, hoc eſt intenſiue, ſed motor ꝓprius finitus. { Et ꝙ̄ diuerſitatē. } Probat hanc ſolutionem: nam omnes aīæ cœlorū poſſunt conſiderari dupl̄r, uel quātū ad id in quo conueniūt, uel quātum ad id in quo differunt. Quātum ad id in quo cōueniunt, oēs ſunt infiniti in extenſione & in duratione. Sed quātum ad illud in quo ipſi differunt, ſic unū cœlum mouet uelocius & alterum tardius. Eſt ergo uis rōnis. Si motores corporū non eſſent finiti in uelocitate & intenſiue, tunc oēs mouerent æq̄liter, & ſic nulla eſſet differētia in uelocitate & motione, modo hoc eſt falſum, uidemus enim motus corporū cœleſtiū diuerſari penes uelocitatem & tarditatem, ꝓpter diuerſitatē ꝓportionum motorum ad mobilia eorum: ergo oīa conueniunt. ſ. cœlum & motores quantum ad durationem gternam quia oīa ſunt liberata a materia, ſed differūt penes differentias ꝓportionum, ut ſcis. { Et hæc eſt. } Secundo probat idem auctoritate Ariſt. 2. cœli textu cōmē. 71. Ibi enim facit tale enthymema. Si orbi adderetur aſtrum aut nō moueretur aut tardius moueret. hęc ergo cōſequentia ualet uel ꝓpterea quia cœlum mouetur cum pœna & labore & hoc non, ergo quia deſtruitur ꝓportio inter motorem & mobile. nam anima cœli mouet cœlum ꝓpter determinatam ꝓportionem: addito ergo aſtro additur ad proportionem reſiſtentiæ, & per cōſequens tollitur proportio illa, & per cōſequens uel non mouetur uel tardius mouebitur: eſt autem regula hæc, ꝙ quāto potentia motoris eſt maior, tanto uelocius mouet: & econuerſo quāto minor, tanto tardius, & q̄ potentia non ſuperat reſiſtentiam, nullo mō mouet: Et hæc conſequentia declarata perſpicuum eſt qualiter ad mētem Ariſto. motores corporum cœleſtium ſunt finiti intēſiue, & in qualitate motus. { In corpore quidē cœleſti. } Quia accepit cœlū & motorē cœli eſſe æternos & non finitos, declarat hoc de cœlo primo, ſecūdo de motore. Et de ipſo cœlo arguit, quod non habet cōtrarium nō habet potentiā ut corrumpat̄ hoc eſt materiā, ſed cœlum nō habet cōtrariū, ergo non habet potentiā, ut corrūpatur: hoc eſt declaratū in primo cœli ad longum. { Motus autem. } Secūdo declarat idem de motore cœli & primo ſupponit ꝙ motus cœli pōt corrumpi per ſuam ſubam: nam habet contrarium utpote quietem & omne hīs cōtrarium eſt corruptibile in ſubſtantia: ergo motus pōt corrumpi in ſubā. Ex hoc arguit motus & corruptibilis, & durat ſemper, uel igitur a ſe, et hoc modo non, quia ſeipſo corruptibilis eſt: ergo oportet ponere aliq̄d ſempiternum quod motum faciat perpetuū. { Et ideo non eſt in cœlo. } Oſtendit qualis eſt motor facies motum perpetuum & facit enthymema hoc modo, motus cœli eſt corruptibilis & habet contrariū, ergo cœlum poteſt quieſcere: ſed nunq̄ quieſcit: ergo oportet ponere motorem ſeparatū oīno a materia & a potentia, tam in ſuba ut materia q̄ accidentaliter, ut a materia ubi & aliorum accidentiū. { Et ideo dicit Ariſt. } Accepit motum cœli quātum eſt propter ſui ſubam poſſe deficere quia habet cōtrarium ſ. quietem: hoc probat auctoritate Ariſto. in 9. huius ut declarauit Auerroes ibidem cōmento. 17. Ibi enim Ariſtoteles dixit nō eſſe timēdum cœlum quieſcere, mō timor eſt de poſſibili: ergo poſſibile eſt cœlum quieſcere, { Et ideo nō eſt. } Contra arguit, nam tunc aliquod eſſet poſſibile non eſſe quod eſſet neceſſarium quod eſt cōtra Ariſto. primo cœli. Reſpondet & ponit duo. Primum in ſuba nihil eſt poſſibile ex ſe & neceſſarium ab alio. Secundum in accidente poſſibile eſt aliquid eſſe poſſibile ex ſe & neceſſarium ab alio, primū probat qa tunc natura contingens efficeret neceſſaria quod patet eſſe falſum. Secūdum patet ex motu: nam motus ꝑm ſe eſt poſſibilis non ee & neceſſarius ab alio & cām huius dicit. Quoniam motus eſt talis a motore ſeparato. { Si igit motus. }

Concludit tria primum eſt ſi motus cœli eſt æternus, neceſſe eſt ut fiat a motore ſimpliciter immobili & per ſe & per accidens. Secundum motus permanet ab alio: ſubſtantia uero a ſe eſt æterna. Tertium impoſſibile eſt in ſubſtantijs ſuenire impoſſibile ex ſe: neceſſariū uero ab alio. { Omnis igitur. } Probat primā cōſequentiam, erat enim hæc. ſi motus eſt æternus, oportet ut fiat a motore neq; p ſe neq; p accidens mobili: probat ergo nunc conſequentia, nam ſi non, detur ergo oppoſitum cōſequentis. ſ. ꝙ talis motor moueatur per ſe uel per accidens: arguo modo, ſi mouetur per ſe, ergo eſt corpus generabile & corruptibile, ſi per accidēs, cum omne quod per accīs mouet poſſit quieſcere, quia omne pe accidens mobile eſt uirtus in corpore, et per cōſequēs generabile, ſed motus cœli nunquā ceſſat: ergo motor neq; per ſe neq; per accidens poteſt quieſcere, & per conſequēs erit ſimpliciter immobilis. { Hæc igitur. } Quia accipit oēm potentiam mobilem per accidens poſſe quieſcere. declarat hoc auctoritate Ariſto. nam Ariſto. in litera dicit omnis potentia in corpore eſt finita: uel dicit ſimile huic et uult dicere ꝙ eius actio eſt finita in tēpore quia eſt materialis, & per cōſequens corruptibilis. Dicit ſecūdo ꝙ omne corpus in quo eſt potentia ut tranſmutatur in ſuba, neceſſario tranſmutabitur, nec poteſt acquirere eternitatem ab alio, imo oportet ut tranſmutetur, ſed omne corpus in quo eſt potentia ad motum tantum non oportet, ut deficiat eius motus, quia poteſt ab alio perpetuari. Sed circa hæc emerguntambiguitates. prima, nam uidetur ꝙ ſi cœlum poteſt deſcere in motu, ꝙ etiam in ſubſtantia deſceret et ecōuerſo: nā ſi cœlum quie-

scit, cœlum nõ est: cõsequentia est Auerrois in libro de sub'a orbis, sed per ipsum antecedẽs est poss bile: ergo & cñs per regulã prioristicã quia si motus potest deficere & cęlũ põt ẽt deficere. Amplius pp quid possibile non esse in sub'a nõ potest effici æternum, & in accidente, maxime in motu sic, hæc enim est q̃stio non parua. Secunda quæstio est, nam hic plane dicit motores orbium non esse per se nec per accidens mobiles: oppositum dixit 8. physicorũ cõmẽ. 52. & est necessarium, nam cum motor orbis sit anima cœli & moto corpore mouetur & aĩa oportet cœli aĩam moueri per accidens, hæc apud me est maxima quæstio. Tertia q̃stio est, dictum est primo cœli & demonstratum cęlum non corrũpi, quia mouetur motu qui non habet contrariũ & hic dicit oppositum. s. motum habere cõtrariũ: hæc enim est contradictio manifesta. Circa primam debes scire ꝙ possibile eẽ in substantia differt a possibili esse in accidẽte, nam possibile esse in substantia est ꝓpter duo. s. propter materiã & propter contrarium: omne enim possibile esse in sub'a est tale, quia mistum cum materia, & quia habet cõtrarium. Accidens autem potest esse pośe esse ꝓpter multa: & ꝓpter materiam et ꝓpter contrarium & propter subiectum & ꝓpter agens & alijs multis. Ex his accipitur ꝙ ęternum in substãtia est tale propter carentiã causarũ corruptionis, utpote ꝓpter carentiam contrarij & materiæ. In accidente autẽ põt esse aliquod æternũ ꝓpter æternitatem cuiusuis causæ: tũc patet causa quare æternum in substantia non põt esse pośe non esse: nam æternum in sub'a caret causis corruptionis & possibile non esse habet causas corruptionis q̃ non possunt competere eundem. In accidẽte aũt secus est, q̃m æternum accidens põt esse ab una sola causa: & corruptibile ab alia: & sic nõ repugnat in accidente. Idem est æternum uno mõ & corruptibile alio modo. & hanc declarationem ego solus inueni. Et Iohães conatus est ad eam, sed non potuit attingere. Tunc ad rõnem dico ꝙ regula illa q̃ñ ad antecedẽs esse sequitur consequens esse, & ad antecedens possibile cõsequens pośe debet intelligi cõsequentia bona per se: modo hæc est bona per accidẽs quã noui uocant bonam s̃m materiam. tu uero considera quia habet replicam. secunda soluta est. Circa secundã debes etiam scire ꝙ moueri per accidens est dupliciter. uno mõ dependenter, q̃ñ anima bouis mouetur per accidens, quia ipsa dependet a corpore bouis: & hoc pacto omne per accidens mobile aliq̃ñ quiescit quia est corruptibile. alio modo independenter, ut dicimus ipsius cœli animam moueri per accidens: nam ipsa non dependet a cœlo, sed econuerso, ut dixi, & hoc considera. Nã solus primus simpl'r est ĩ mobili simpliciter & per accidẽs, omni mõ capiendo per accidens. de quo uide librum de dei infinitate. & Auer. 8. physicorum cõmen. 52. Circa tertiã debes scire ꝙ cœlum est in potentia mere passiua ad ubi. & ideo põt priuari omni ubi quantum est ex parte sui, & sic motus habet contrarium priuatiue, non aũt positiue & sic tollitur cõtradictio hic. { Et etiam q̃m. } Alio modo declarat idem: declarauit enim primo ꝙ cœlũ sit æternum: deinde ꝙ eius motor sit æternus, nunc uero ꝙ motor cõis omnium uel totius cõgregati sit æternus declarat. Et supponit primo quod cœlum etiam ut aĩatum pro prima forma potest quiescere: & syllogismus eius est: nam omne per se & ex se mobile potest quiescere: sed cœlũ ẽ per se & ex se mobile: ergo potest quiescere: non probat maiorem, sed tãtum exponit illam, & uult per motum per se illud quod mouetur per desiderium & appetitum intrinsecum in eo, potest tamen maior ꝓbari. nam motus & quies sunt opposita: & opposita sunt nata fieri circa idem: ergo omne ex se mobile potest qẽscere. Dicit secundo ꝙ quia de facto tale corpus cœleste nunquã quiescit, ergo oportet dare motorem quẽdam simpliciter perpetuum, qui sit causa perpetuitatis motus, dico autem talẽ qui nec per se nec per accidẽs sit mobilis. Dicit tertio quod talis motor in nulla existit materia nec extẽsa nec naturali. { Et ideo quærẽdum. } Remouet tacitam quæstionem: posset enim quis dicere. Sicut ualet hæc consequentia, est motus æternus, ergo motor æternus, cur non ualet hæc, est motor æternus per se, ergo motus per se æternus? Respondet quod non est simile, nam potest motor æternus per se eẽ, & tamẽ motus nõ per se, sed ab alio erit æternus. { Sed si motus. }

Ponit differẽtiam inter motorem proprium & cõmunem, & uult ꝙ motor cõmunis sit simpliciter separatus tã a corpore corruptibili q̃ a corpe ęterno, quia nullius est forma ꝓpria, & hoc quia est causa ꝑpetuitatis motus simpliciter & absolute. Motor uero proprius & si sit separatus a corpore corruptibili, non tamẽ a corpore æterno, quia est prima ꝑfectio & primus actus cœlestis corporis proprij. { Et hoc q̃dem. } Mouet circa dicta quæstionem: nam uidetur motor æternus superfluus esse: nã corpus cœleste est in sui substantia æternum, ergo non indiget aliquo nobiliori eo a quo permanentiam sumat substantię suę, cum seipso sit æternũ. Confirmatur, nam hæc propositio, omnis potẽtia in corpore est finita, nõ est uera nisi in corpore corruptibili: ergo per locum a contrario si est aliq̃d corpus in sui substantia æternum eius etiam operatio debet esse æterna. ergo si cęlum secundum substantiam est æternum, motus eius etiam secundum illius naturã erit æternus: ergo nulla est necessitas ponendi motorẽ nobiliorem: uel sic cęlum uel est de se habens esse, uel de se habens non esse. Si de se habet esse. ergo est ꝑpetuum quocũq; alio circũscripto. & si de se habet non esse. ergo est corruptibile, & hãc forte intelligit Auerroes, & hęc quæstio est difficilis. { Et in hoc. } Soluit & primo ponit errorem quorũdam. Secundo ponit fundamentum Aristo. dicit primo ꝙ propter hoc argumentum errauerunt Zabij, & eorum sapientes. Dicit secundo quod Aristo. ad probandum motorem cęli esse separatum sustentatur in duabus ꝓpositionibus, quarum una est omnis potentia in corpore est finita. Secunda est, quod motus infinitus non fit a motore finito. unde prouenit quod faciens motum infinitum nõ sit in materia. Est ergo syllogismus iste omnis uirtus in corpore est finita primus motor faciens motum æternum non est finitus. ergo in secunda figura non est uirtus in corpore. Ad formam tamen non respondet. potest tamen dici cęlum esse formaliter necessarium & ab alio effectiuæ sicut albedo est talis formaliter, & ab alio efficiẽ. cęlum ergo nec habet per se esse nec per se non esse, sed non habet per se esse, & tunc non ualet: ergo habet per se non esse, quia ex negatiua non sequitur affirmatiua. { Et contradicentes. } Adducit contradictionem aliquorum contra hæc. & dicit primo ꝙ quidam contradicunt Aristo. in duobus, primo quia uolunt ꝙ omne habens potentiam finitam est compositum ex materia & forma: & propterea si stellæ habent potentiam finitã, erunt compositæ ex materia & forma. Secũdo dicunt quod potest aliquod esse potentiæ finitæ & esse æternæ actionis. Cuius causam dicunt quia actio finitur propter alteratione motoris a moto, hoc est propter pęnam & laborem: ergo ꝙ non alteratur. nec accidit ei fessitudo, potest agere actionẽ æternam licet sit finitæ potentiæ. Syllogismus ergo eorum est quod non mouet cum pęna & labore mouet æterno tẽre quomodocũq; sit, sed cęli motor mouet absq; pęna & labore. ergo mouet ęterno tempore. { Themistius autem. }

Contra hæc obijcit Themistius, & sumit primo ꝙ non potest aliquod habere potentiam infinitam, & esse finitum, uidetur enim contradictio ꝙ sit finitum & habeat potentiam infinitam. Dicit secũdo ꝙ potentia infinita quę uidetur in eẽ stellis non est in eis naturalis: nec inquantũ corpora nec inquantum talia corpora: sed aut pendet a prima causa aut ab anima earũ. Dicit tertio ꝙ prima causa est illa quæ reuoluit omnes orbes tempore æterno. probatur tertio quod stellæ non possunt cessare a motu & facit talem consequẽtiam. d. Quoniam si haberent illud quod habent in potentia ut corpus & magnitudo habent, ita ꝙ non essent semper in actu, tunc



tunc necessarium, esset eis laborare & lassari: cõsequentiam non probat. potest tamẽ probare quia omne animatũ quiescens in sui operatione laborat, ut declarauit in secundo cęli cõmento. 3. Ostendit tertio quod licet stellæ non quiescant quandoq;, potest tamen quiescere. nã qualibet hora uariant loca: nam quandoq; sunt hic quãdoq; ibi. omne uarians locum põt quiescere: ergo stellę possunt quiescere. Dicit quarto quod talia loca quæ stellæ uariant sunt ultima hoc est termini motus a quo ad quem: nam quo mõ aliquod est in potentia ad aliquid & uenit ad illud, uidetur illud esse terminũ illius progressus. Ex his omnibus perspicuum est apud Themistium cęlum posse quiescere. Probat quinto ꝙ causa prima nullo modo ẽ corpus uel magnitudo hoc modo. omnis uirtus quæ semper est in actu & nunq̃ diuersatur, est neq; corpus, neq; magnitudo. sed prima causa est semper in actu & non diuersatur, ergo nec est corpus corruptibile nec magnitudo aliqua. { Et uniuersaliter si actio. } Idem ostẽdit & alio modo & supponit duo pro antecedente. primum ꝙ motus est defectibilis. nam actus qui est terminus exitus potentiæ est corruptibilis, sed motus cęli est actus & terminus exitus potentię ut supponit: ergo est corruptibilis. Supponit secundo ꝙ de facto nunquã corrumpetur & harum suppositionum primo accipit secundam, deinde primam. Ex his dat conclusionem & uult quod potẽtia mouens in stellis sit infinita, quoniam stellæ habere talem potentiam nõ modo potentiali hoc est non per hoc ꝙ fuerit educta de potẽtia ad actum, quia talis potentia est anima stellæ. Dicit secundo ꝙ licet ita sit, tamen motus stellarum est finitus, & per consequens potentiæ hæ sunt in stellis hoc modo & secundũ has dispositiones, quia sunt in eis tempore æterno & nõ receptę modo potentiali. & hęc fuit tota snĩa Themistij, & tu potes respondere ad formam quæstionis si placet. { Et abbreuiatio. } Auerroes loquitur multũ confuse: dicit tamẽ primo quod motus cęli potest deficere, cuius causa sic componit, omnis motus exiens de potentia ad actũ est finitus: sed motus cęli continue exit de potentia ad actum. ergo est finitus. probat secundo quod motor causans illum motum æternũ est simpliciter separatus neq; corpus, neq; uirtus in corpore & syllogismus eius est: omne quod semper est in actu, neq; est corpus, neq; uirtus in corpore: sed primus motor semꝑ est in actu. ergo neq; corpus neq; uirtus ĩ corpore. Sed circa hæc dubitaẽ primo: nam si cęlum potest quiescere: ergo aliquando quiescet aliter aliqua potẽtia est ociosa in natura. secundo si motus põt deficere: ergo aliquando deficiet. Quidam dixerunt quod cęlum potest considerari inquantũ cęlum, & inquantum corpus. Si consideretur inquantum corpus potest quiescere, ut talpa potest uidere inquantum animal. Si inquãtum cęlum nõ põt quiescere, sicut nec talpa inquantum talpa potest uidere. Sed hæc responsio est contra Auerroem & contra Themistium. Contra Auerroes quidem, quoniam Auerroes uult quod cęlum potest quiescere etiam inquantum aĩatum. & hoc quia motus ille habet contrarium. s. quietem. Themistius uero uult quod cęlũ potest quiescere quia exit de potentia ad actum. propter hæc dicẽdum quod cęlum simpliciter potest qẽscere in eo ꝙ corpus cęleste, & in eo ꝙ animatũ: primum constat quia est potentia passiua, modo potentia passiua est contradictionis, ergo potest quiescere. Secundum ꝓbaẽ: quia in eo quod aĩatum est corpus finitũ & omne tale potest quiescere, & ꝓpterea bene dicit Auerroes ꝙ cęlum etiam ut aĩatum potest quiescere. Imaginatur enim ꝙ motores intantũ mouent inquãtum appetunt & intelligunt primum finẽ, & per consequẽs ęternitas est a primo fine. Erit ergo motor ꝓprius finite motionis ratione sui. sed ratione finis, æterne. Debes scire quod motus cęli potest capi dupliciter. Vno modo totus secundũ formam. Alio modo totum s̃m materiam quod recẽtiores dicunt aliter. Sumitur enim ut totus categorice uel totus syncategorice. Si sumitur totus secundum formam, sic est perpetuus simpliciter ut elementum secũdum totum est perpetuum. Si uero sumatur ut totum secũdum materiam & s̃m partes ut sic est corruptibilis, imo continue una pars corrũpitur & alia generatur. Tunc ad primam dicendum quod cęlum potest quiescere secundum partem, non autẽ simpl'r, & ideo quiescit secundum partem & non simpliciter. Similiter ad secundum potest enim deficere secũdum partem, & non secundum totum & hoc modo deficit. { Et illud super quod. } Nunc breuiter ponit omnium dictorum Arist. fundamẽtum & ponit duas propositiones. Prima omnis actio æqualis & sempiterna & infinita fit a potentia in actione & tempore infinita intransmutabili per se & per accidens. Secunda propositio est omnis potentia mouens in loco existẽs in corpore trãsmutabili mouet tempore finito: quibus possunt addi duę minores. prima, sed motus cęli est actio æqualis sempiterna & infinita. ergo est a potentia infinita intransmutabili, & hic syllogismus est in prima figura. secunda ꝓpositio, sed motor cęlestis corporis non mouet tempore finito. ergo non est uirtus in corpore transmutabilis. { Et cum ita. } Ex dictis concludit unam distinctionem potentiarum scilicet quod potentiæ sunt duobus modis, quædam existentes in corporibus generabilibus & corruptibilibus, & hæc nec possunt mouere semper, ꝓpter trãsmutationem in eis, quia corrumpuntur aliquãdo, & propter transmutationem subiecti, quod etiam est corruptibile, & propterea quia accidit eis fessitudo atq; labor: q̃dã uero sunt potentiæ existẽtes in corporibus æternis, & hæ uno mõ mouent semper. Alio modo possunt nõ mouere semper, non mouent semper quidem. si primus motor simpliciter ponatur transmutabilis ꝑ se uel per accidens: mouẽs uero semper. Si ponatur primus motor simpliciter intrãsmutabilis. hoc est neq; corpus, neq; uirtus in corpore. { Si igitur motum. } Ex dictis concludit duo. primum quod potentia mouens corpus cęleste sempiterno motu debet moueri a primo simpliciter transmutabili, ꝙ intelligit saltem finaliter, & hoc applicat uerbis Aristo. ut patet. secũdum est, ꝙ corpus cęleste est animatum, nã si potentia mouens cœlum semper mouetur ab alio uti a fine non potest esse nisi illa potentia sit anima, & per consequẽs corpus motum ab ea erit animatum. reliquum cõmenti perspicuum est per se. Circa præsens cõmentum duo occurrunt ambigua magna, quorum primum est. quia uidetur Auerrois contradicere sibi: nam hic plane ponit primũ simpliciter esse infinitum, & tamen in 8. physicæ auscultationis cõmen. 79. uult ꝙ nec sit finitus nec infinitus, imo secundo cœli cõmento 38. & 39. ponit qd' omnis forma in eo quod forma est finita, & quod primus motor & omnes alij sunt finiti. secundum est quia Auerroes expresse uult primum motorem mouere tribus modis. s. ut finis, ut forma, & agens, & quod hæc tria sunt unum in substantia & tria in ratione ut cõmento 6. huius dixit. Circa primum iam in multis locis de uirtute Dei an finita uel infinita sit locuti sumus. Nunc uero tantum quid Auerroes in hac re senserit uolo colligere. Debes ergo scire quod potentia infinita potest sumi dupliciter, uel quantum ad uigorem, uel quãtum ad extensionem. quantum ad uigorem nulla uirtus agens potest apud Philosophos poni infinita, quoniam Arist. primo cœli docuit definire potentias per maximum in quod possunt uel ut placet nouis per minimum in quod non possunt, & quia nos uidemus maximum esse motum cœli & esset terminatum, ideo Philosophi non ponerent aliquem motorem cœlestem uel aliud cuius opus non noscerent infinitum in uigore. Vlterius de infinitate extensionis distinguerent, nam quoddam est tale a se, ut primus motor simpliciter qui Deus uulgo dicitur. Deus enim infinitus dicitur, quia est talis & a nullo & causa omnium quæ talium sunt si qua sunt, quoddã diciẽ infinitum ab alio, ut motores orbium proprij: & tales secundum rem sunt infiniti quia semꝑ entes, dicũtur tñ finiti quia habent hoc ab alio, & ꝓpterea ab Auerroe quãdoq; dicũ-

Responsio propria.

De ęternitate motus.

tur potentiæ finitæ quãdoq; infinitæ. infinitæ qdem quantũ ad rem. finitæ uero quãtũ ad modũ quia hñt tale eẽ ab alio.

Tunc ad primũ dicẽdũ q; loquẽdo de primo motore possumus dupl'r loqui. s. in ratione formæ uel finis, & in ratione agẽtis. primo mõ bene dicit Auer. q; nec est finitus, nec infinitus, qñ ut sic non agit, sed in rõne agentis est infinitus ſm extensionẽ quia mouet per infinitum tp̃s, & sic tollitur contradictio. Ad secundũ Iohãnes Iandonus in qõne propria huic, et in 8. physicorũ uoluit Deum mouere tm̃ ut finis mouet agens, & nullo mõ effectiue quod & multi recẽtiores tenent: utitur autẽ pluribus rõnibus. p̃cipue tñ sunt duæ. Prima, quia p̃ter motorẽ qui mouet, ut amãs & intelligẽs oportet dare aliud q̃d mouet, ut amatũ & intell'm & talis mouet ut finis tm̃. Secunda est, quia oẽ agens agit propter finẽ nobiliorem, eo mõ nihil est primo simpl'r nobilius. sed ego demõstraui pluribus locis primum mouere tribus modis. s. ut agens, ut finis, & ut forma, & nunc nolo p̃bare. Est pro solutione sciẽdum q; quẽadmodũ corpus aãlis habet et plura mẽbra diuersa, quorũ sunt tot formæ p̃riculares quot membra, sic q; alia est forma cordis alia hepatis, & cæterorũ cæteræ, deinde est una forma cõis quæ totius & oĩum mẽbrorum est forma prima & finis & agens. sic oportet existimare de primo cœlo. Capitur enim cœlum pro oĩbus orbibus aggregatis, ex quibus unum fit aãl cœleste, quorũ orbium sunt particulares formæ, ut lunæ ,ppria intelligentia, & solis alia, & cæterorum cæteræ: deinde est una forma cõis totius nexus cœlorũ quę est cã tribus modis. s. ut finis, ut forma, & ut agens. hæc. n. est causa agẽs motum diurnum cõem ut dicemus. Ex his accipitur q; quẽadmodũ cor habet duas formas, una cõem ut'm scilicet aãm totius q̃ est primo cordis & ,ppriam p quã cor est tale, sic primũ mobile habet duos motores, alterum. s. cõem q; est causa illius motus & oĩum. & particularẽ qui est causa potissima particularis, et hoc bene dixit Auerroes q; primus motus cõponitur, hoc est depẽdet a duobus motoribus, quorũ unus est infinitus. s. in extensione quia est per se talis, alter finitus dico ſm modũ & non ſm rem, qm̃ secũdum rem est æternus sicut & ille. Sed quia est infinitus a primo ,pterea uocatur finitus, & propterea a primo simpl'r motus iste est æternus a secũdo ,prio & particulari est finitus in tẽpore utpote ſm reuolutionem, quia in 24. horis. Sed dices ad quid ponitur motor primi mobilis particularis si primus motor mouet motu diurno: Respõdetur ad quid ponitur forma particularis cordis, si anima totius potest exercere operationes cordis, & propterea dico q; ponitur, ut causa particularis & determinata. Deus enim & motor particularis sunt æque necessarij, sed dissimiliter, nam particularis motor est necessarius, ut proxima causa, uniuersalis uero ut ut'is. Sed dices q̃re dicit motor primus uniuersalis si nihil plus agit, q̃ motu diurnũ. Dicendo quod male intelligit dicta Auerrois, nam primus motor uniuersalis est, quia est causa primi motus primi mobilis, & secundus motus. s. septem planetarum, ut dixit Auerroes cõmẽto. 4. quia uero motus diurnus est principalior, ideo sibi adscribit per excellentiam, quemadmodũ actio principalis mẽbri adscribitur animæ licet ipsa sit uniuersalis causa omnium Nota q; ego locutus sum ſm Arist. qui nõ nouit motus stellarum fixarum econtrario primi, ut Ptolemæus, nam secundũ Ptolemæum esset facilior uia. potest enim dici q; primus motor mouet diurno primũ mobile, & motor particularis mouet econuerso ab oriẽte ad oriens tardissime, et sic non oportet ponere nonum mobile ut posuit Ptolemæus. Sed bene eũdem orbem habere duos motores, si octaua mouetur, ut dicit, hæc pauca satis, quia alibi diximus copiosẽ, non possumus totum scribere ,pter multas causas. Ad rõnem Iohãnis, ad primam dicendum q; sufficit respectu particularium motorum esse motorem unum cõem qui mouet ut amatus & intellus. respectu sui uero ut mouẽs distinguitur a se ut finis rõne, & hoc satis. Ad secundũ dicendũ, q; illa maior debet intelligi, quando motor & finis sunt in diuersis, sed quando sunt in re idem, tunc satis est distinctio rationis.

Vtrum autem unam ponendum est talẽ substantiam, aut plures, et quot, oportet non latere. Sed reminisci & aliorũ negationes, quia de pluralitate nihil dixerunt, quod & planum dicere. Quæ quidem enim circa ideas existimatio, nullam perscrutationem habet propriam. numeros quidem enim dicunt ideas, qui ideas sunt dicentes. sed de numeris quandoque quidem sicut de infinitis dictum. quandoque autem, ut usque ad denarium determinatis: propter quam causam uero tanta pluralitas est numerorũ, nihil dicunt studio demõstratiuo, sed per apologos & fabulas. Ecce quo modo nihil certi habemus.

Cum autem. ⸗ Istud cõmentum perspicuum est, debes tamen scire q; quidẽ de mente Auerrois in cõmento sumũt quæstionem Philosophi esse de prima substa. & sic uolunt q̃rere de pluralitate deorum utrũ una prima sit substãtia uel plures, & hoc quia istas esse plures præaccepit. Sed reuera isti errant, & error eius apparebit. loquitur enim ipse in cõmuni de substantia ımateriali, & licet ipsas plures esse præaccepit, id fuit in confuso & non distincte, ut diximus.

Nobis autẽ ex suppositis & determinatis, dicendum. principium quidem enim, & primũ entium est ímmobile, & secundum se, & secũdum accidens. mouẽs vero primo sempiterno & uno motu. Quoníam autẽ quod mouetur necesse est ab aliquo moueri: & prímum mouens ímmobile esse secundum se, & sempiternum motum a sempiterno moueri & vnũ ab vno, videmus autem



tem præter vniuersi simplicem lationẽ, qua mouere dicimus primam substantiam, & ímmobilem, alías lationes planetarum sempiternas esse. Sempiternũ enim & ínstabile circulare corpus, ostensum est autem & in physicis de his, necesse & harum lationum vnamquãque ab immobili moueri secundũ se & sempiterna. nam astrorum natura sempiterna substantia quædã ens, & mouens sempiternum, & prius eo quod mouetur, et prius substantia substantiã esse necesse est. palam itaque quod tot substantias esse necesse est natura sempiternas & immobiles secũdum se, & sine magnitudine propter prædictam causam.

Nunc soluit quæstionem per uera fundamenta: nam ut dixit solutio prædicta est confusa: & uirtus rationis eius uidetur esse hæc: omne quod mouet sempiterno & uno motu, habet unum & sempiternum motorem, sed præter simplicem & primam lationem sunt plura mobilia, quorũ q̃libet mouet uno & simplici & sempiterno motu. ergo erũt plures motores sempiterni. primo ponit fundamentum quo concluditur primus motor, & dicit: nobis autem ex suppositis & determinatis dicendum: nam est sumendũ quod principium quidem & primum ens est immobile & secũdũ se & secundum accidens: mouẽs uero primo & sempiterno & uno motu: & sic perspicuum est esse unum motorem primum, deinde ostendit plures esse motores secundos & tot quot sunt lationes conuersiue, & primo accipit maiorem. d. Quoniam autem quod mouetur necesse est ab aliquo moueri, & est necesse primum monens cuiuscunq; mobilis esse immobile secundum se, idest non moueri motu sui mobilis, & est necesse sempiternum motum moueri sempiterno motore, & est necesse unum moueri ab uno: hæc est maior colligendo omnia insimul. omne quod mouetur uno et simplici & sempiterno motu mouetur ab uno & simplici & sempiterno motore, deinde scribit minorẽ. d. uidemus autem p̃ter uniuersi simplicem lationem, hoc est p̃ter motum diurnum, qui est uniuersi totius congregati: qua latione simplici dicimus mouere primam & immobilem substantiam, uidemus dico alias lationes planetarum existentes sempiternas: & hæc est minor, exponit quid uult per sempiternũ corpus & dicit, sempiternum enim & ístabile est circulare corpus. & quasi excusat se. d. ostensum est autem & in physicis de his, quibus addit conclusionem syllogismi. d. necesse est & harum lationum unamquãq; ab immobili. s. substantia moueri scilicet secundum se & sempiterna: sed utrum talis motor sit substantia nõdum dixit: & si dixit, non probauit. probat ergo motores planetarum esse substantias, & syllogismus eius est, prius substantia est substãtias, sed motores planetarum sunt priores planetis qui sunt substantiæ: ergo sunt substantiæ. Primo ponit materiã minoris & dicit: nam astrorũm natura sempiterna substantia quædã existens est, hæc est materia minoris, & complet eam dicens & mouens sempiternum & prius est eo quod mouetur. hæc est tota uis minoris, addit maiorem. d. & quod est prius substantia necesse est esse substantiam. Vltimo concludit conclusionem principalem. d. palam itaq; quod tot substantias esse necesse est natura sempiternas & immobiles secundum se & sine magnitudine propter prædictam causam scilicet, quia tot sunt motus sempiterni & diuersi.

Cõmentum correspondens huic textui perspicuũ est.

Quod quidem igitur sint substantiæ, & harũ quæ prima & secunda secundum ordinem eundem lationibus astrorum, palam: pluralitatẽ vero lationũ iam ex maxime propria philosophia mathematicarum scientiarum intendere oportet ex astrologia. hæc enim de substantia sensibili quidem, sempiterna autem facit theoriã, aliæ vero de nulla substantia, puta quæ circa numeros, & geometriam. quod quidem igitur plures sunt eorum quæ feruntur lationes, manifestum est & parũ attingentibus, pluribus enim q̃; una errantium astrorum unũquodq; fertur.

Nunc uult inuestigare secũdam q̃stionem. p̃bauit enim plures esse substantias: & sic terminauit primã quęstionem: deinde quæsiuit si plures, quot. & hoc facit nũc: primo tñ repetit sol'onem prætactam addens ordinem illi pluralitati, & dicit: quod quidem igitur sint subæ scilicet plures & harum quædam sit quæ prima & quædã quæ secunda ſm ordinẽ eundẽ qui respondet lationibus astrorum, palã est ex dictis: hæc est repetitio: deinde uolens terminare secundã q̃stionẽ, scilicet quot. primo resumit cuius sit inuestigare numerum lationum & uult id pertinere ad eam partem mathematicę, quæ dicitur astrologia, quia illa solum de subæ sensibili cõsiderat, reliquæ duæ ut arithmetica & geometria nihil de substantia sensibili considerant, & hoc præmittit. d. pluralitatẽ uero lationum oportet intendere ex maxime ,ppria p̃ia de numero mathematicarũ sciẽtiarum, uidelicet ex astrologia cuius causam subdit. d. hæc enim de subæ sensibili quidem, sempiterna autem facit theoriã: aliæ uero utpote quæ circa numeros & geometria, de nulla subæ, nã magnitudo & numerus accidentia sunt, de quibus hæ loquuntur: deinde uolens terminare secundã quæstionem repetit quod est per se magnifestum, & dicit q; quidem igitur plures sint earu quibus feruntur lationes manifestum est & parũ attingẽtibus. Cuius cãm tãgit, pluribus. n. q̃; una latione ferẽ unũquodq; astrorum errantium, et sic perspicuũ sit plures lationes esse, sed quid remanet perscrutandum: loco eius dicetur. Coñ. 44.

Quoniam autem. ⸗ Auerroes primo epilogat declarata & dicit primo ex dictis esse perspicuum plures esse substantias æternas. dicit secũdo patere in eis esse ordinẽ essentialẽ. nam una est prima alia secũda alia tertia, & sic ordinate ſm seriem & ordinem orbium. hæc ergo duo fuerunt declarata prius. ⸗ Quoniam autem. ⸗ Declarat qualis est substantia prima in tali ordine et uult q; sit prima ualde et p̃cise. debes scire quod Deus dicitur substantia prima ualde. Quoniam ſm substãtiam omnes alias p̃cedit ut dicetur: et præcise qm̃ absolute reliquas præuenit: nam possunt quædam relatiue dici priora & posteriora, ut uerbi causa a, potest dici primus b, in quodam ut in fortitudine: & econuerso b, est prius a, ut in iustitia: neutrum tamen neutro dicitur absolute & p̃cise prius. Deus uero qa claudit omnes nobilitates reliquarum ut dicetur, ,pterea dicitur prior præcise. hoc est ita prior q; nullo modo posterior. Amplius, debes scire q; orbis quẽ primus motor mouet, præcedit omnes alios in quinque. primo in intentione, quoniam omnes alij intendunt eius motũ tanquã propter finem. Secundo in loco, hoc est in situ: nam cæteris orbibus ille est superior & a nobis maxime distans. Tertio secundum magnitudinẽ, nam eius orbis est cæteris maior corpe atq; continentia. Cunctos enim continet, a nullo uero continet. Quarto secũdũ multitudinẽ. nam octauus orbis quẽ mouere putat Auerroes, cæteros p̃ualet, quãtum ad stellarũ multitudinẽ, nam in eo 48. imagines perceperũt Astronomi, in. M. & 22. stellas diuisas: sunt & aliæ p̃es nõ notabiles: quilibet aũt alius orbis unius stellæ, utpote planetæ tantum est. Quinto secũdum uelocitatem motus: nã hic primus orbis utpote octauus in 24. horis apud Aristotelem una reuolutione integra ferẽ. reliqui uero diuersimode, nam Saturnus annis 30. suam reuolutionem. Iupiter annis 12. suam. Mars diebus. Sol diebus 165. atque horis fere 6. Ve-

nus & Mercurius fere similiter. Luna uero 27. diebus atque horis 8. omnia ergo hæc faciunt talem subſtãtiam primam ſecundum ſubſtantiam, & hoc modo perſpicuum primum eſt. Dixit hæc more Ariſtotelis qui non nouit motũ propriũ ſtellarum fixarum in cẽtum annis gradu uno. ¶ Quoniam uero. } Declarat ſecũdum ſcilicet quod primus motor ſit præciſe prior, hoc eſt ſecundum oẽm conditionem & nullo ſit poſterior, & declaratio ſua eſt, quoniã in his quinque p̃dicit reliquos omnes, & in nullo horum præceditur: ergo eſt præciſe prior, & nullo modo poſterior. ¶ Sed uidemus. }

Dubitat contra hæc quoniam in uelocitate non uidentur orbes ordinari, ut dixit. Quoniam uelociores ſunt uiliores: nã qui ſunt propius terræ ſunt uelociores, & tamen ſunt uiliores. ¶ Et hoc forte. } Soluit ſub diſiunctione, et uult quod forte hæc uelocitas ineſt ei uel propter nobilitatem motoris uel propter paruitatem corporis: & hæc ſecũda pars eſt tenenda. ¶ Sol autem. } Secundo dubitare videtur ex hoc: nam Sol videtur ſummus in operatione eo quia eſt cã uirg. Secundo propterea quia reliqui ordinantur motus ſecundũ ſolem, ut ſit omnibus alijs nobilior. ergo primus non eſt, ut dixit: debes ſcire q̃ Sol duas dignitates uidet habere. prima eſt vita: nam ut dicebatur apud antiquos dator vitæ ponit, qui alcocoden inſcribitur: hoc eſt dator annorum. Secunda eſt regula, quia ut declarat Ptolemeus in primo quadripartiti. cap. 8. penes motum ſolis ceterorum motus regulantur: nam Luna reſpectu Solis quatuor habet uariationes: nam a prima ſua corniculatione uſq; ad ſuam primam dichotomitatem, hoc eſt donec fiat media habet unam: ab hac in pleni lunium uſq;, aliam ab hoc in dichotomitatem ſecundã, aliã poſtremam habet donec occultatur atq; cum ſole coit eodẽ mõ & in reliquis planetis, nã quo mõ apparent à radijs exeũtes uſq; in ſuam primam ſtationem: primam habent uariationem: ab hac prima ſtatione in ueſperinam aſcenſionem uſq;, aliam: ab hac in ſecũdam ſtationem uſq;, aliam: ab hac demum uſq; in eorum occultationem, ultimam habent uariationẽ. Ecce quo modo uariationes habent reſpectu ſolis. poſſet & idem oſtendi quãtum ad alias differentias motuũ, ſed ſatis hæc ſunt pro exemplo: nam Aſtrologi multa dicũt hic. ¶ Sed uelocitas. } Reſpondet ad hoc & primo repetit ſolutionem datam à primam quæſtionem & res patet: dein de ſoluit ad hanc & dat duas ſolutiones. prima ponitur hic. Secũda ibi. ¶ & forte. } Debes ſcire q̃ Aſtrologi per experientias inuenere actiones ſeptem planetarũ in nobis, de quibus Ptolemeus aliter in quadripartito loquitur: ut Thomas noſter hic doctiſſime meminit. & tu uide aliter in centiloquo uerbo 87. Sed utcũq; ſit, planetas ordinarunt dando Soli uitam, Saturno res fixas, Ioui cremẽtum, Marti uitæ defenſionem, Veneri uoluptates, Mercurio ſapiẽtiam & prudentiã. Lunæ uero uirtutes naturales. Ex his reſpondetur q̃ ſeptẽ planetarum poſſunt dupliciter cõparari uel reſpectu primi ſimpliciter, & hoc modo eorum ordinatio, hoc eſt eorũ poſteritas eſt præciſa, hoc eſt abſoluta, quia ita poſteriores q̃ nullo modo priores, uel inter ſe: & ſic aliquis eorũ eſt prior in uno, utpote ſol reſpectu uitæ, & poſteriori in alio, utpote reſpectu permanentiæ, quia Saturnus eſt prior. non ergo inconuenit, ſolem etiam uno modo priorem & alio mõ poſteriorẽ: & hoc conſiderando ipſos inter ſe & non reſpectu primi. ¶ & forte. } Reſpondet ſecũdo quod Ariſtoteles uult q̃ ordo debeat ſumi tm̃ penes unũ utpote peues locũ: nam alia ſunt accidentia. Solus enim locus facit dignitatẽ in ſubſtantia, & ſic ordinando planetas ſecundũ locos ſol non p̃cedit, niſi tres inferiores & poſtponit ã tribus ſuperioribus: hæc tamen ſolutio nõ acceptatur à Ptolemeo. ¶ Quod autem moderni. } Nunc remouet opinionem Auicẽnæ. opinabatur enim Auicenna q̃ præter motorem primi mobilis datur aliqua alia intelligentia prior quæ ſit ut finis tantũ nec ſit alicui orbi propria, ſed finis proxime intelligentiæ. Contra hoc arguit dupliciter. primo, quia quælibet intelligentia eſt cauſa tribus modis ſui orbis ſcilicet ut finis, ut agẽs, & ut forma. ergo non datur alius finis ſeparatus. Secundo, quod Ariſtoteles dicet q̃ ſi aliqua ſubſtantia eſſet non mouens, illa eſſet ocioſa. Quoniam omnis ſubſtantia eſt forma & formæ agere eſt proprium. ¶ Quod autẽ mouit. } Syllogiſmus Auicẽnæ ad hoc ſuit talis: omne producens pluralitẽ diate habet aliquod prius realiter diſtinctũ ab eo. Sed intelligentia mouens primum mobile prodocit plura. nam producit intelligentiã proximi orbis utpote Saturni, & animam proprij orbis et orbem proprium, ergo habet aliquod prius eo, maior patet: nam ab uno inquantum unum non p̃uenit niſi unum. Si ergo intelligentia prima mouens primum mobile cauſat tria, oportet ut hoc diuerſa rõne faciat. nam p̃ut intelligit ſe, ſecundum q̃ habet aliquid de potentia producit orbem p̃prium: ut uero intelligit ſe prout habet aliquid de actu, producit animam ſui orbis: ut uero intelligit primũ principium, producit intelligentiã proximi orbis. ergo oportet ut habeat aliquod prius reſpectu cuius ſit in potentia & ſit in actu, & ſit p̃fecta: hæc eſt ratio eius. Dicit tamen quod à quolibet exercitato ſoluitur. ¶ Iſte autem. } Reſpondet & dicit primo quod iſte ſermo eſt imaginabilis hoc ẽ fictus nihil habens in re. Dicit ſecundo quod illic, ideſt in ſubſtantijs ſeparatis non eſt p̃ouentus & conſecutio nec actio, hoc eſt non eſt cauſatio phyſica per motum & tranſmutationẽ, & ordo cauſationis, ita quod dicamus quod una actio, ideſt unus effectus conſequatur unum agẽs: & deinde illum effectum alius, et ſic uſq; ad ultimum ut putat Auicẽna. tantum enim eſt illic cauſa & cauſatum ut intelligibilia ſunt cauſæ intelligentis. non ergo eſt ibi philoſophia actio, ſed intellectualis. ¶ Et cum ita. } Ad formam reſpondet q̃ unamet cauſa poteſt eſſe ſimul cauſa plurium in actione intellectuali, cuius exemplũ ponit Simplicius. unus enim met panis eſt mouens plures famelicos. Amplius, unuſmet lapis cauſat plures intellectiones ſimul, ergo primus motor cauſat omnes intelligentias una & ſimul, prout ille intelligunt Deum ſimul. Debes ſcire q̃ Auerroes putat Deum eſſe obiectum omnium intelligentiarum: & putat intellectionem nõ differre à re intellecta, & per conſequens Deus eſt cauſa omniũ, pro quanto mouet intellectualiter omnes: de his in deſtructionibus diximus ſatis. ¶ Illud igitur. } Remouet dubiũ: nam ſi omnes cauſanẽ a primo uelut ab obiectio, ergo oẽs eſſent æq̃les. Reſpõdet q̃ licet cãtur intellectualiter oẽs & ſimul, tñ intellectiões ſunt diuerſæ: & ꝓpea illa cuius intellectio fuit maior, ſcilicet p̃fectior: et illa cuius ſtellectio fuit minor fuit minor: & ſic meſurg entitatũ earũ ſunt ſm̃ meſuras intellectionũ. de his in primo de cœlo cõm. 90. q̃quire. ¶ Et ſic eſt intelligẽdum. } Remouet quoddam aliud dubiũ huic ſimile. ubi debes ſcire quod Auerroes & Ariſtoteles crediderunt ad motum cõpletum unius ſtellg, uerbi gratia Solis, eſſe neceſſarias plures ſphæras ex quibus ſit unus orbis totus, & æſtimant quod quælibet ſphæra habeat propriũ motorem tanquam propriam animam: et ſic quot ſunt ſphærg tot ſunt aiæ. Videtur ergo hoc falſum: nã tunc tales ſphærg non facerent unum orbem totalem. Reſpõdet Auerroes & credit quod motus unius ſtellæ ſint plures & motores plures. Sunt tamen omnes unum propter unum finem. Nam ſtellam mouet unus primus & omnes alij aliarum ſphærarum mouent gratia illius primi: omnes ergo erunt unũ unitate finis primi. oportet ergo eſtimare motores particulares ſphærarum illi ſubſeruientium perfici ab illo cõmuni motore, qui mouẽdo ſtellã primo mouet totum congregatũ ſecundo. Sed hic eſt q̃dam ardua q̃ſtio, uidelicet utrum motores illi particulares ad illũ unũ ſubſeruientes beatificentur tantum in illo primo eorum, uel ultra illum intelligũt etiam Deum. hæc quæſtio eſt ualde obſcura, & uidetur ex uno quod non intelligunt niſi illum primum, quia ille eſt finis eorum, quomodo Deus eſt finis omnium reliquorum. ergo ibi ſtatur. Ex alio uidetur quod in tali non quieſcant: nam

intellectus



intellectus noſter inferiorum non quieſcit intelligendo aliquod infra deum. Et ceree quæſtio eſt problema neutrum, & mihi ſatis eſt queſtionem mouiſſe. ¶ Et ſic eſt. } Concludit duo corollaria. primum eſt quod eodẽ modo omnes motores orbium totalium intendunt motum orbis ſtellati. ita quod mouent ut illi uicinentur, & perficiuntur à motore totius atq; in illo beãtur, quemadmodum dixit in uno orbe reſpectu motorum particularium ſphæraruũ. ¶ Et ideo omnes. } Secundum corollarium, & ideo oẽs intendunt hũc motum diuinum qui eſt primi motoris actio & principium aliarum actionum. hoc declarat. d. apparet enim quod alij motus proprij & particulares, ut Saturni & Iouis & aliorũ ſunt propter iſtum motum hoc eſt conſequẽtes eum & adunantes in ordine cum intendit & quorũ eſt principium. Debes ſcire quod motus ſtellarum fixarum: ſuit propter generationem, modo etiam alij ſunt propter generationẽ, ſed aliter atq; aliter, nam motus ſtellarum fixarum eſt, p̃pter perpetuam generationem, & aliorum motus eſt propter uariã generationem. ergo omnes intendũt idem licet modo diuerſo. & tu intellige more Ariſtotelis, qui credit motũ ſtellarũ fixarum eſſe diurnum tantũ. ¶ Sed queret aliquis. } Mouet quæſtionẽ Auerroes ſuper his. & utitur duobus enthymematibus, primum eſt ſi omnes orbes atq; oẽs orbiũ motores intendunt eandem actionem et eundem ordinem cõmunem omnibus. neceſſe eſt ut habeant eandem formam intellectam cõmunem extrinſecam à formis, quas intendit unuſquiſq; per ſe ſcilicet extrinſecam à proprijs formis. conſequentiam non probat, ſed poteſt probari. nã ſi intendunt idem, ergo una intentione intendũt idem. ſed illa intentio nõ poteſt eſſe niſi ſubſtãtia, quia in ſeparatis intellectio eſt ſubſtantia. ergo oportet ut talis intellectio ſit ſubſtantia. & non magis unius quã alterius, ergo cõmunis omnium & per cõſequens extrinſeca. Secundum enthymema eſt, ſi omnes habent unam formam cõmunem extrinſecam, ergo dabit quædã forma uelut finis additus omnibus gratia cuius omnes mouent, & per conſequens redibit poſitio Auicẽnæ ſcilicet quod præter primũ motorẽ datur una ſubſtantia prior uelut finis communis & non agens & ſimplex etc. hæc eſt q̃ſtio ualde difficilis. ¶ Dicamus ergo. } Reſpondet nũc quæſtioni breuiter, & uidetur negare primam cõſequentiã, & uult quod nulla forma ſit quaſi finis & cõmunis & uniuerſalis, niſi illa ex eis quæ habet actionem cõmunẽ, & hæc eſt diſpoſitio formæ mouentis primum cœlum motu diurno, & ſic breuiter negat prima cõſequentia, quia non oportet ultra primum motorem agentem dari primum finem. ¶ Diſpoſitio enim. } Probat hãc ſolutionem. primo quia ita eſt in toto uniuerſo, quemadmodum in ciuitate bene legibus recta. hæc ſimilitudo perſpicua eſt, quoniam in ciuitate datur Monarcha & dantur Præſidentes & ordinanẽ per acceſſum & receſſum ab illo monarcha, ſic & in uniuerſo, ſed in ciuitate monarcha habet aliquam actionem p̃priam aliter eſſet ocioſus, quæ eſt omnibus alijs actionibus nobilior, quam omnes intendunt ciues, utpote iuſtitiã, ergo & in uniuerſo primum debet habere aliquam propriam actionem quam oẽs intendere oportet. ¶ Et ſic accidit in artificijs. }

Secũdo probat idem, nam iſta eſt in uniuerſo ſicut in arte una totali continẽte plures particulares ut eſt militaris quæ cõtinet plures primo ethicorum, ſed prima ars habet aliquã operationem, utpote uictoriã, ergo & primus motor debet habere unam actionem. ¶ Differentia autem. } Sed quia hæc differunt, ponit eorum differentiam & inquit, quod inter iſta & artificialia eſt hæc differẽtia, quia formæ artis mouentes artifices ſunt in materia. Sed forma mouens omnes intellectus ſeparatos non eſt in materia, ut diximus. ¶ Mos autem. } Contra arguitur, nam cõmuniter in ore hominũ eſt quod à primo motore ſecundus motor cõſequitur, & q̃ primus motor præcedit alios & ſimilia uerba, modo præcedere ſequi & præuenire ſunt conditiones agẽtis in tempore & non ab æterno, ergo hæc dicta falſa ſunt. Reſpondet q̃ hæc dicuntur metaphorice & non p̃prie, quia hæc ſunt cõditiones agentis phyſici & nobis manifeſti. & quia per tale agens nobis manifeſtum, ſcimus agens illud, ideo de eo utimur uerbis his. unde p̃prie illic non eſt potentia nec̃ agens, quia hæc præcedunt tempore acta proprie loquendo. Tantum enim eſt illic intellectũ et intellectus, perfectum et perficiens proprie loquendo. nam poſteriores intelligentiæ inquantum intelligunt primam, ut ſic perficiũtur ab ea et causantur ab illa. ¶ Quemadmodum. } Tribus modis declarat hoc. primo ab exemplo artium. nam artes particulare perficiuntur ab arte uniuerſali, et tamen non ſiunt ab illa. ergo ſtat aliquod pecſici abſq; factione, et ſic eſt in illis. ſecundo ſcientia dei uidetur eſſe ueluti prima ſcientia, et ſcientiæ aliarum intelligentiarum uidentur eſſe particulares contente ſub illa dei. ergo deus perficit omnes allos abſq; factione p̃prie dicta. et hæc ſimilitudo eſt Nicolai peripatetici. Tertio quando homo ſcit deum, tũc eſt in ultima perfectione. ergo ſcientia dei continet oẽs alias. & per conſequens omnes aliæ perficiuntur à prima & non ſiunt uera factione ab illa. ¶ Hoc autem. } Cõtra quia Plato in Timæo dicit q̃ Creator creauit Angelos manu. deinde præcepit eis creare cætera mortalia & remaniit ipſe in quiete ſine labore, ergo illa uerba intelligunturpropriæ. Reſpondet quod ſunt dicta metaphoricæ & non ad literam. cuius ſignum eſt. nam Iudei ęſtimantes uerba illa: obſeruant ſabbatum credentes Deum quieuiſſe in illa die ab omni opere q̃ patrarat. ¶ & hoc quod. } Vltimo redit ad declarationẽ quam dixit, in particularis orbe reſpectu ſphæraruũ, & declarat illud per ſuum ſimile & ſermo perſpicuus. Iam utiq; contra Iohannem hic perſpicuum eſt primum principiũ eſſe cauſam primi mobilis tribus modis. ſ. ut forma & ut finis & ut agens. ut in commento. 41. diximus. nec in hoc eſt excitandum. eſt enim ueluti principium primum in philoſophia Auerrois.

Sed circa hæc dubitatur. nam Auerroes in libro deſtructio deſtructionũ. in ſolutione dubij. 18. arguit ſic. dator formas ipſis rebus eſt agẽs, primus motor eſt dator formæ entibus ſeparatis, ergo eſt illorum agens. minor proſyllogizatur ibidem ſic, dans finem illis dat formam, ſed primus motor dat illis finem, ergo dat formam. Ex his uerbis & hac rõne perſpicuum eſt primum motorem eſſe agens ſubſtantiarum ſeparatarum. Sed contrarium teſtatur hic. dicendum quod agens conſideratur ſecundum duas rationes. prima ratio dicitur trãſmutare, ſeu extrahere formam de potentia in actũ mediante alteratione: & hæc eſt prima ratio eius: & ab hac uendicauit ſibi nomen agentis. Secunda ratio eſt prout ipm̃ eſt & alia non ſunt abſq; ipſo, uel pro quanto ipſum eſt in ſe perfectum & alia perficiuntur ab eo: & hæc uocatur dependentia quædam uel habitudo quæ non intelligitur niſi cum difficultate, ut Auerroes dicit in primo cœli. cõmento. 20. et tunc ſoluo contradictionem & dico quod Auerroes negat deum eſſe agentem motorum ſecundum primam rationẽ, ſed ſecundum alteram rationem & ſecundariam concedit eſſe agentem. & hoc modo debetur contradictio. ¶ et ſciendum. } Digreditur circa motum ſtellarũ: & primo diſtinguit in duo. Secundo ſubdiuidit in tria: dicit q̃ motus quos ponunt Aſtronomi ſunt tribus modis: unus comprehendiũ à uulgo, ut motus cõmunis quo mouentur ab oriente in occidens, hunc omnes comprehendunt. Alius eſt qui tantum ã ſapientibus comprehenditur, ſcilicet inſtrumentis & conſiderationibus hoc eſt obſeruationibus, & hunc ſecundũ diuidit in tres: nam unus eſt comprehenſus longiſſimis temporibus, ut forte motus augium et ſtellarum fixarum quos norunt noui. Talis enim motus non niſi inſtrumentis et longis obſeruationibus perpenſus eſt: alius modus paruis conſiderationibus ut motus ꝓprius ab occidẽte in oriens. Hũc enim in anno, quis uidere poteſt in ſole & in luna in menſe. Tertius autem nec paruo nec multo tempore comprehen-

ditur,sed ratione tãtum & hoc declarat: nam plures motus ipsorum uisu apparent simplices,sed ratione oportet estimare eos esse compositos. Exemplum huius est,nam quædam stellæ erraticæ,ut quinque planetæ,uidentur quandoq; uoloces,quandoq; tardi,quandoq; directi,quandoq; retrogradi. Modo uidetur hoc esse contrarium rationi:nam declaratum est in naturali philosophia motum cœli esse simplicissimum & uniformem & propterea fuit necessarium, ut ponatur astrologia, qua hæc saluentur sine aliquo impossibili in naturalibus. Ecce quomõ hæc non possunt sine ratione subtili perpendi. ¶ & hoc. ¶ Ostendit quot modis hoc posset contingere,& uult quod tantum duobus modis:uno modo ita quod motus planetæ sit mistus ex pluribus, sicut motus misti in generabilibus,aut ita quod dẽtur aliqui orbes, ut eccentrici & epicicli,quibus hæc saluẽtur: primus modus est omo impossibilis. Sed secundus est omnium mathematicorum. ¶ Propter hoc igitur. ¶ Ex his cõcludit duo corollaria. primum est quod Astronomi differunt, quoniam quidã contradicunt naturalibus, quidam cum naturalibus principijs uolunt conclusiones astronomicas dare. ¶ & multoties. ¶ Secundum est cp astronomia non est scientia semper una:nam uno tempore inueniunt moto stellæ, & dant illi stellę illum motum tãtum:deinde in millibus annorum perquirunt per instrumentum stellam illam,et eam uariatã inueniunt a zodiaco,& hoc pacto addunt alium motũ:uerbi gratia,ut facit Ptolemæus,qui lunæ & septem planetarũ ponit motum quem nullus antiquorum nouit,ut motus augium & stellarum fixarum, & lunæ motum repectiuũ,qui est motus diameter epicycli,ut dicemus,& motum polorũ epicyclorum quem nullus dat. ¶ Istorum autem. ¶ Contra hæc arguit:primo quia huic motui respectiuo & motui polorum non dedit ad hunc astronomiam,ita ut posſint stare cum philosophia naturali. Secundo, quia dat eccentricis & epicyclis cẽtra extra centrum mundi:quod non stat cum naturali phia. Sed de his dicemus cõmento sequenti.

Sed quot sunt hæ , nunc quidem nos quæ dicunt mathematicorum , quidã attentionis gratia dicimus,ut mente aliqua pluralitas determinata suscipiuntur . Reliquum uero hæc quidẽ quærentes,oportet esse ipsos:illa uero persuadẽtes a quærẽtibus, si quid uideatur præter modo dicta ab hæc tractantibus,amare quidem utroſq; persuaderi uero exactioribus .Eudoxus quidem igitur solem & lunam utriusque lationem in tribus posuit esse sphæris. Quarum primam aplanorum astrorum esse. Secundam autem secundum eum qui animalium per medium. Tertiam autem secundum obliquatum in latitudinem animalium. In maiori autem latitudine obliquari secundum quam Luna fertur, quam secundum quam Sol.

Determinatum est plures esse substãtias separatas, utpote tot quot motus, sed quot, utpote 10.uel 20.nõdum dictũ est,hoc ergo nunc exquirit:præmittit autem quandã excusationem & propriam et mathematicorum:& uult quod ipse præmittet opinionem mathematicorũ,tãtum ut excitemur, ita ut aliquali coniectura pluralitas substantiarum separatarum capiatur. Secundo dicit quod tractantes hæc debent hæc quidem inquirere per se,hæc uero persuaderi a quærẽtibus. Quod si aliquid addent antiquis ultra persuasionẽ receptam,nos debemus amare utroſq; scilicet primos persuadentes & nouos addentes,quia ambo nobis fuerunt principium inuestigandę ueritatis:hæc ergo est excusatio & prologus ad dicenda inquit:sed quod sunt hæ, nũc quidem nos quę dicunt mathematicorum quidam attentionis gratia dicimus hoc est non ut uera sint,sed excitandi cã:erunt enim nobis excitamenta ad altiora & hoc subdit erunt scilicet attentionis gratia,ut mẽte aliqua pluralitas determinata a nobis suscipiat:hæc est utilitas dicendorũ: deinde excusationẽ inducit.d.reliquum uero hæc quidem q̃rentes, oportet esse ipsos hoc est de rel quo oportet ipsos quærere per seipsos. Illa uero oportet eẽ persuasos a q̃rentibus, siqd uideaẽ pter modo dicta ab hæc tractantibus amare quida utroſq; scilicet primos oportet & nouos acutiores: persuaderi tñ oportet certioribus hoc est a posterioribus acutioribus. hæc est excusatio & præceptum. ¶ Eudoxus. ¶ Debes scire quod Eudoxus percepit tres motus tantum in Sole et Luna:unus est cõmunis,uidelicet diurnus:alius cõtrarius huic secundũ successionem signorum qui lõgitudinalis dicitur. Tertius latitudinis,utpote a polo ad polum,& hunc tertium dedit soli & lunæ:licet lunæ magis pateat, ut dicemus in commento. huic triplici motui dedit tres sphæras: aliam quidẽ qua motus cõmunis fit,alia qua motus longitudinalis:alia qua motus latitudinalis:ẽ gbus tribus cõgregatur totus orbis:alius Lunæ alius Soli dicit.Eudoxus quidem igitur solem et lunã utriuſq; lationem in tribus posuit esse sphæris, quarum primam quidem aplanorum hoc est fixorum astrorum esse. Secundam autem secundum eum qui animalium per medium utpote longitudinalem secundum successionẽ signorum. Tertiam autem secundũ obliquatum in latitudine animalium,ut de polo ad polum. In maiori tamen latitudine dicit obliquari secundum quam luna fertur,quam secundum quam sol:& sic cuilibet horũ tres dedit sphæras.Debes scire quod Eudoxus dicit tria cõtraria Astronomis nostri temporis.primo dicit octauam sphęram nullo alio motu moueri præter diurnum,cuius contrarium Ptolemæus probauit & Thebith expertus est: repererũt enim ipsam moueri ẽcõ uerso ab occidente in oriens,& Thebith addit motum titubationis circa polos,de q̃ in Almaggesto satis.Secũdo dicit esse necessariam sphæram propriam pro motu diurno solis & pro motu diurno lunæ,cuius etiam contrariũ tenent omnes:nam primum mobile motu cõmuni rapit omnes orbes & omnes sphęras in uigintiquatuor horis semel,nec necessaria est sphæra propria pro hoc motu. Tertio dicit quod Sol exit ab ecliptica & mouet latitudinaliter ut luna, licet luna magis, etiam huius oppositum est ,phatum in astronomia. Sol enim nunquam exit ab ecliptica, licet omnes alij planetæ, sic in his ergo tribus Eudoxus dicit contraria famosis nostri temporis. Cõm.45.

Quare Philosophus. ¶ Auerroes primo p̃mittit excusationem Aristotelis.secundo loco prosequitur.dicit primo cp propter diuersitatem in scientia motuum.In quibus fundat pluralitatem motorum.Cogitur enarrare famosiorem positionem suo tempore.probat secundo quod talia nõ possunt esse nisi famosa.nam hæc accipiuntur a sensibus:& talia nõ possunt sentiri nisi in tẽpore,ad quod non pertingit uita humana, & per consequẽs oportet stare considerationibus & obseruationibus famosis aliorum.Dicit tertio quod in talibus non potest quis uti necessarijs propter horum difficultatem, sed tantũ famosis. Modo famosa sunt dupliciter uel concessa ab omnibus,et tunc habent potẽtiam demonstrationis,uel talia in quibus discordant sapientes, & tunc nihil sunt certi. Aristoteles ergo utitur talibus, quia melius est uti talibus,quam nihil.hæc est excusatio:deinde narrat textum & positionem Eudoxi,& sermo patet. ¶ Mathematici autem. ¶ Ponit conuenientiam inter astronomos nouos & antiquos & differentiã. Conuenientia est quia moderni dãt motũ in longitudine sub orbe decliui,& in latitudine respectu poli aliquibus planetis:hæc est conuenientia. Differẽtia est primo quia pro prædicto motu in latitudine non est necessaria sphæra propria,quia una sufficit,ꝑterea quia mouetur supra diuersis polis:modo cp natura potest uno istrumento facere supersedet ab alio. Secunda differẽtia est, quia Sol non habet duos motus scilicet longitudinalem & latitudinalem, quia Sol nunquam exit ab ecliptica ¶ & sic ¶ Vult rememorare positionem mathematicorum sui temporis. & primo narrat breuiter positionem eorum. Secundo refellit eam , uolunt ergo primo quod Sol habeat tertium motum uel tertiam uariationem motus , utpote uelocitatem & tarditatẽ. modo uel Sol habet ab uno & eodẽ orbe, nunc uelocitari & nunc tardari, uel habet a diuersis. & cum non ab eodẽ,ergo est necessarium ponere eccentricos quibus saluetur uelocitas & tarditas , ut dictum est in Almaggesto ¶ eccentricum ¶ Contra arguit,& dicit quod epicyclus est impossibilis , eccentricus est extra naturam. duo ergo probat.Primo epicyclum esse rem impossibilem. Secundo eccentricum esse præter naturam.Primum dupliciter probat. Primo, quia omne corpus quod mouetur circulariter motu simplici & æterno mouetur circa centrum mundi, sed epicyclus non mouetur circa centrum mundi, ergo non est. maior est Aristotelis in primo de cœlo. & minor est mathematicorum. Secundo si esset epicyclus, tunc haberet centrum proprium,& cum naturaliter terra moueretur ad centrum quodcunque, tunc terra moueretur ad illud centrum , & sic daretur terra extra terram. Hæc probatio est efficax per illamet media quibus destruit mundorum pluralitatem ¶ & similiter forte ¶ Ostendit secundo, quod eccentricus sit præter naturalis. Primo quia si daretur, darentur plura centra. nam eccentricus habet centrum extra centrum mundi. ultra si plura centra , ergo plura corpora grauia extra locũ terræ. hæc patet ut supra, ergo non unum medium, sed haberet latitudinem & diuisionem pro quanto non esset simplex & unum. Secundo probat idem. nam si dantur eccentrici , tunc una pars eorum esset grossior & alia subtilior, & quando pars grossa cum grossa mouetur, tunc inter subtilem & subtilem uel daretur uacuum & hoc non, uel daretur quoddam corpus implens , ut spongia ad nullum alium finem nisi ut impleat uacuum , ut in corporibus animalium fit. Datur enim in corpore animalis caro ut impleat loca uacua tantum ¶ Sed nihil ¶ Nunc respondet ad argumentum de uelocitate & tarditate, & uult quod nihil cogat ponere corpora talia. nam huiusmodi uariationes saluari possunt per motum lineæ lenlab , ut Auerroes declarauit secundo cœli. Commento trigesimoquinto,& tu uide dicta mea ibidem & intelliges hoc ¶ & sicut Ptolemæus ¶ Quod autem huiusmodi corpora non sunt necessaria, probat ipse authoritate Ptolemæi. nam uult quod huiusmodi diuersitates saluari possunt propter motum generationis, hoc est generando & multiplicando multos motus multarum sphærarum , & possunt saluari per eccentricos & epicyclos,ait tamen quod secunda uia est leuior,simplicior , & nobilior. leuior quidem quoniam non oportet ponere numerum tot corporum:nam sic esset confusio. simplicior,quoniam natura potens pauciorib⁹ facere aliquid, frustra utitur pluribus. nobilior uero,quoniam saluat propositum paucioribus. Ecce quomodo concedit utranq; positionem, licet laudet secundam uiam. Ex hoc uult habere Auerroes quod hæc omnia possunt saluari præter talia extranea ¶ Ptolemæus autem ¶ Nunc declarat errorem Ptolemæi, & uult quod Ptolemæus ignoret fundamentum antiquorum quo ponebant motum multiplicationis ideſt multiplicabant generando plures motus. nam mouebantur ex eo quia tales motus eccentrici & epicycli sunt impossibiles & contra naturam ¶ Necesse est igitur ¶ Concludit corollarium quod propter hæc impossibilia est necesse declarare Astrologiam antiquam quæ apud ipsum fundatur supra eodem orbe & polis diuersis. dico diuersis, quia duobus uel pluribus ut conuenit apparentibus. & hæc uocatur linea lenlab. Cuius causam subdit, nam possibile est stellis accidere motum uelocem & tardum & progressum & retrogradationem,& alios motus,quibus Ptolemæus non potuit ponere Astrologiam , ut est propinquitas & remotio quæ accidit in Luna respectu Solis quæ uocatur motus respectiuus . Debes scire quod omnes differentiæ motuum saluari possunt per hanc imaginationem ut Thebith saluat motum trepidationis circa uarios polos. Siquis enim uarios polos imaginetur & uarias sphæras, potest saluare has omnes differentias. & hæc uocat Auerroes lineam lenlab, sed id quod apparet de eclipsibus Lunæ Auerroes non potest saluari. vt secundo cœli disputauimus . nam Luna quandoque eclipsatur,& eius eclipsis durat horis pluribus,quandoque paucis . & hoc non est nisi propterea quia Luna quandoque plus de umbra , quandoque minus suscipit , & hoc non est nisi propter eleuationem & depressionem eius, & ad hoc non potest dari Astronomia,nisi epicyclus , sed de hoc satis in libro de cœlo ¶ In iuuentute autem mea ¶ Narrat suam desperationem & utilitatem eorum quæ dixit. desperatio quidem est , quia nunc in senectute amplius non sperat inuenire Astronomiam conuenientem principijs naturalibus. Vtilitas uero est, quia ex nunc dictis aliquis forte efficitur studiosus & inquiret ueritatem propter duo. Primo quia hęc moderna contradicit principijs naturalibus. Secundo quia dedimus principium aliquod subaudi apparentias & per lineam lenlab ¶ Lunæ autem ¶ Vltimo redit ad narrandum numerum motuum attributorum Lunæ. & uult quod Antiqui tempore Aristotelis dederunt unum motum Lunæ,utpote secundum motum draconis. & respectu huius dederunt orbem toti concentricum, qui dicitur deferens caput draconis. Ptolemæus dedit quartum motum respectu Solis,& secundum hoc est quintum respectu centri quoniam mouetur centrum æqualiter , & propterea talem uocat motum respectiuum. ergo Lunæ Ptolemæus ut Auerroes narrat dat quinque motus scilicet communem , proprium longitudinis,draconis seu latitudinis,motum sui corporis respectu Solis, & motum sui centri respectu eiusdem Solis. ergo quinque. Sed quomodo sit illud in Astrologia relinquatur. Debes scire quod Iohannes Iandonus fingit negare hæc corpora Auerroem uno modo & concedere alio modo,& conatur exponere illos modos. Sed iste homo certe non habet mentem Auerrois, nam Auerroes ubique nititur destruere hæc omnino & conatur saluare apparentias per orbes concentricos mundi,& per diuersitatem motuum supra diuersis polis ut erat tempore Aristotelis famosum. & omnia saluat ut dicit per lineam lenlab,excepto illo quod apparet de eclipsibus.& propterea Iohannes quærens saluare Auerroem destruit ipsum. quidam eniuntur soluere rationes Auerrois. dicunt enim non esse necesse ut sphærica corpora cœlestia mouentur omnia circa unum centrum , sed satis est ut moueatur circa centrum proprium.

Ad secundum principale fingunt argumentum Auerrois nihil esse. nam spissum unius semper mouetur cum subtili alterius , & sic non oportet dari uacuum nec corpus ociosum ad replendum uacuum. Debes scire quod omnes rationes Auerrois possunt reduci ad duas potissimas,& maxime has quas tetigit. Et prima fundatur in duabus propositionibus. quod idem sit locus totius & partis quando totum & pars sunt eiusdem naturæ , hoc uidemus in omnibus elementis . nam in quolibet elemento quælibet particula fertur ad idem & in eodem numero quiescit . Nec in hac propositione est ambiguitas. Secunda propositio est quod totum cœlum est in loco per centrum terræ. hanc declarauit ipse quarto auscultationis physicę commento.45. & perspicua est per se. nam circa centrum mouetur totum secundum formam & circa ipsum quiescit secundum subiectum. & hæc sunt de ratione loci. Ex his constat uirtus primi syllogismi. pars & totum eiusdẽ naturę unum habent

locum numero, ut prima monſtrat propoſitio. ſed cœlum & quælibet pars cœli ſunt pars & totum eiuſdem naturæ ſimpliciter, ut declarauit Ariſtoteles ſecundo cœli. ergo totum cœlum, & quælibet pars eundem habent locum: ſed locus totius cœli per ſecundam propoſitionem eſt centrum terræ: ergo eidem eſt locus omnium ſphærarum. & hoc eſt totum poſſe Auerrois. nec ualet fingere eundem eſſe locum totius & partis, loquendo de loco communi. nam hoc habet locum & forte in toto & tempore diuerſarum naturarum. Nam quando pars eſt eiuſdem naturæ cum toto, oportet ut ſint unius perfectionis, & per conſequens unius loci, licet primo totius & ſecundo partis. Pro intellectu ſecundæ rationis debes ſcire quod cuicunque non repugnat maius, ei nõ repugnat minus: ex hoc ſequitur, quod cœlo in eo quod cœlum non repugnat moueri omni modo, ut ex Occidente in Oriens, & e conuerſo: & de ſeptentrione in meridiem, & e conuerſo. licet enim hoc ſit impoſſibile apud naturam, eſt poſſibile logicum. nam eo poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile apud mentem. hoc accepto arguo, Si eccentrici eſſe poſſunt, ut dicit Ptolemæus: poſſibile eſt ſpiſſum unius moueri cum ſpiſſo alterius, & ſubtile ſimul cum ſubtili. Si hoc eſt poſſibile, poſſibile eſt dari uacuum, uel dabuntur corpora otioſa. Vltima conſequentia etiam perſpicua eſt, ſed ultimum conſequens eſt impoſſibile. ergo primum antecedens: & hæc eſt potiſſima ratio, nec ualent ambages recentiorum. Tu uero in his conſidera bene, quia ſecundo de his diſputamus.

Errantium uero aſtrorũ in quatuor cuiuſq; ſphęris. harum autem & primam quidem, & ſecundam eandem eſſe illis. nam & eam, quæ aplanorum omnes ferentẽ eſſe, & eam, quę ſub ea ordinatam, & ſecundum eum, qui per medium animalium lationem habentem communem omnium eſſe. tertiæ uero ſphærę omnium polos per media animalium eſſe. quartæ autem lationem, & ea eorum, quæ obliquantur ad medium eius. Tertiæ autem ſphærę polos, aliorum quidem propríos, Veneris uero & Mercurij propríos.

Locutus eſt de ſphæris Solis & Lunæ, & uoluit unicuiq; tres dari, & per conſequens ſex ſunt hæ. Nunc de reliquis quinque legitur, & uidetur unicuique quinque eſſe neceſſarias quatuor ſphæras. Circa quod debes ſcire, quod quilibet planetarum quinque habet motus: quorum duo quidem longitudinales, & duo latitudinales. Primus longitudinalis eſt ab Occidente ad Occidens. Secundus huic oppoſitus eſt ab Occidente in Oriens. Tertius eſt latitudinalis a meridie in ſeptentrionem. Quartus e conuerſo a ſeptentrione in meridiem. Debes etiam ſcire ſecundo, quod omnis motus circularis eſt circa aliquos polos, & ſupra aliquem axem. & propterea poli primi longitudinalis, ſunt poli firmamenti, & axis etiam eius. poli ſecundi longitudinalis ſunt poli zodiaci: & axis ſimiliter. poli latitudinalis primi ſunt in ecliptica, unus quidem in angulo diei, alter in angulo noctis, & axis eſt ab uno horum ad alterum. poli ultimi ſunt declinantes ab his & ſimiliter axis. Debes ſcire tertio, quod quia quatuor perceperunt motus in talibus quinque, ideo quatuor perceperunt ſphæras concentricas. nam quilibet motus eſt propter certam ſphæram: dederunt uero orbem quartum. nam perceperunt planetam nunquam moueri uerſus unum polum quod attingeret illum, & rediret ad aliud redeundo ad eundem. Sed uiderunt planetam declinari ab ecliptica certo ſpatio, deinde redire, ideo cogebantur ponere duas ſphæras, alteram quidem ut traheret planetam uerſus polum uſque in certum terminum. alteram uero ut retrahat retro uerſus polum contrarium. hoc ergo pacto cuilibet quinque planetarum dederunt quatuor. modo quatuor ducta in quinque ſunt uiginti, & Sol & Luna habent ſex ſphæras, ergo omnes erunt uiginti ſex, omnibus ergo ſeptem erraticis tot Eudoxus credidit competere ſphæras, inquit, Errantium uero aſtrorum uniuſcuiuſque ſcilicet lationem in quatuor ſphæris, ſubaudi eſſe ponebant. & exponit has dicit, Harum autem primam quidem ſcilicet per quam mouentur longitudinaliter ab Oriente in Occidentem, & ſecundam ſcilicet per quam mouentur longitudinaliter. e conuerſo ponebant eſſe eandem ſcilicet ſimilem illis duabus Solis & Lunæ, per quas ſimiliter mouentur Sol & Luna. & hæ ſunt duæ ſphærę neceſſariæ pro primis duobus motibus in longitudinem. Clarius has exponens ſubdit. nam & eam quæ aplanorum ideſt non errantium omnes ferentem eſſe ſcilicet oportet, & ea quæ ſubordinatam, & hæc eſt prima. nam hæc ſubordinatur firmamento, pro quanto hæc mouetur. Similiter & ſcilicet oportet eſſe lationem habentem communem omnium eſſe ſecundum eum circulum qui per medium animalium ideſt zodiaci, & hæc eſt ſecunda ſphæra. hæ ergo ſunt duę ſphærę neceſſariæ duobus primis motibus longitudinalibus de aliis duabus ſphæris latitudinalium motuum ſubſcribit exempla, & dicit, Tertiæ uero ſphærę reliquorum ſcilicet omnium quinque dixit eſſe polos per medium animalium hoc eſt in ecliptica. nam unus polus eſt in angulo diei & alter in angulo noctis, & axis eſt linea ab uno ad alterum extenta. poſuit autem hanc ad cauſandum motum lateris uerſus alterum polorum. deinde ſubdit deſcriptionem quartæ, dicit, Quartæ autem lationem poſuit ſcilicet & ea, ideſt eos polos de numero eorum quæ obliquantur ad medium eius, ideſt ad tranſuerſam primi circuli. nam hæc quarta trahit in contrarium tertiæ, ne ſcilicet planeta totaliter ad polum uerſus procedat. Debes ſcire quod iſti perceperunt tres ſuperiores, ut Saturnum, Iouem, & Martem habere tres ſphæras concentricas, & quantum ad polos & ad axes ſimiles, ſed duos inferiores aliter. licet enim ſphærę Veneris & Mercurij ſint concentricę, tamen poli non ſunt ſimiles cum polis trium ſuperiorum, quia duo hi inferiores plus declinant quam tres ſupremi. & ideo ſubſcribit, dicit, Tertiæ autem ſphærę polos dicit aliorum quidem trium ſuperiorum proprios, Veneris uero & Mercurij eoſdem, hoc eſt alios proprios, quia non ſimiliter mouentur in latus tres ſuperiores, ſicut tres inferiores. uel forte aliter intelliges hęc, & ego relinquo. perſpicuum eſt ſphęras omnium erraticorum eſſe uiginti ſex.

Cum narrauit ⁊ Præſens commentum perſpicuum. Debes tamen ſcire quod in motu planetarum ſignantur latitudo & longitudo. latitudo accipitur ut planeta mouetur ab uno polo in alterum, & e conuerſo. dicitur autem hæc latitudo aſtronomice, pro quanto penes hanc ſumuntur latitudines ciuitatum apud Aſtronomos. Philoſophice uero hæc dicitur longitudo, quia unus polus eſt uelut ſurſum alter uelut deorſum, ut ſecundo cœli patet. longitudo uero aſtronomice ſumitur, prout planeta fertur ab ortu in occaſum & e conuerſo, & dicitur longitudo pro quanto ciuitates ſic menſurantur in longum apud Aſtronomos, re tamen uera latitudo dicitur quoniam eſt a dextro in ſiniſtrum. Secundo debes ſcire, quod Antiqui perceperunt duplicem latitudinem, ſcilicet alteram ab equinoctiali, & quantum ad hanc omnes mouentur in latus, etiam Sol & Luna: quæ potius declinatio dicenda eſt. alteram uero ab ecliptica uerſus alterum polorum, & hanc Antiqui dederunt omnibus, ſed Ptolemæus excepit Solem. Nam centrum Solis ſemper decurrit per eclipticam, nec exit ab ea, reliqua patent.

Com. 46.

Callippus



Callippus autem poſitionem quidem ſphærarum eandem poſuit cum Eudoxo: huius autem eſt diſtantiarum ordinem. pluralitatem uero ei quidem quæ Iouis, & ei quæ Saturni eandem cum illo dabat. Soli uero & Lunæ duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphæras. apparentia ſiquis debeat aſſignare, reliquis uero planetis unicuique unam. neceſſe autem ſi compoſitæ omnes debeant reddere apparentia ſecundum quemlibet errantium alteras ſphæras una pauciores eſſe reuoluentes & ad idem reſtituentes poſitione primam ſphæram ſemper inferius ordinati aſtri. Sic enim ſolum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniam igitur in quibus quidem ipſa feruntur ſphæris, hæ quidem octo: hæ autem quinque & uiginti ſunt. harum autem ſolas non oportet reuolui in quibus deorſum ordinatum fertur. Quæ quidem reuoluunt eas quæ ſunt primorum duorum ſex erunt, quæ autem eas quæ ſunt poſteriorum quatuor, ſedecim. omnium itaq; numerus & ferentium & reuoluentium ea quinquaginta quinque. Si autem Soli & Lunæ non addiderit quis quos diximus motus, omnes ſphęræ erunt ſeptem, & quadraginta. pluralitas quidem igitur ſphærarum tanta ſit.

Nunc Callippi poſitionem de numero ſpherarum enarrare enitiẽ. fuit autẽ Callippus etate poſterior Eudoxo Ariſtoteli coætaneus, ut Simplicius narrat in primo de cœlo. atque Athenis cum Ariſtotele moderauit conſiderationes Eudoxi. Pro huius ergo uiri poſitione debes ſcire quod duplices credidit eſſe ſphæras, ſcilicet deferentes & reuoluentes. Saturno quidem & Ioui octo deferentes tribuit, unicuique quatuor. Soli uero & Lunæ deferentes decem, unicuique quinque. aliis denique tribus quindecim deferentes, unicuique quinque, ergo omnes deferentes erunt numero triginta tres. Reuoluentes uero Saturno & Ioui ſex, unicuique tres. Soli & Lunæ octo, unicuique quatuor. Marti & Veneri & Mercurio duodecim, unicuique quatuor. omnes ergo reuoluentes erunt uiginti ſex. ergo congregando reuoluentes cum deferentibus erunt omnes numero quinquaginta & nouem. Cauſa autem horum patebit in litera. Debes ſcire quod Philoſophus in litera enumerat quinquaginta quinq. nam prætermittit unum errantium cui quatuor ſphærę ſunt neceſſariæ. Primo ergo præponit conuenientiam & uidentur conuenire in duobus. Primo quantum ad numerum deferentium. Secundo quantum ad ordinem planetarum & hoc dicit. Callippus autem poſitionem quidem ſphærarum eandem poſuit cum Eudoxo, quod intellige de deferentibus. hæc eſt prima conueniẽtia eorum. deinde ponit ſecundam dicit. Huius autem ſcilicet uiri Callippi eſt ponere ordinem diſtantiarum, ſimiliter ſcilicet cum Eudoxo, nam eodem modo ordinabat ſphæras. hæc eſt ſecunda conuenientia. Deinde narrat differentias & dicit, pluralitatem uero ſphærarum deferentium ei quidem quæ Iouis, & ei quæ Saturni eandem cum illo dabat, quia quatuor dabat Eudoxus, & quatuor nunc dat Callippus. Soli uero & Lunæ duas æſtimabat adhuc apponendas eſſe ſphæras, & hoc ſiquis debeat aſſignare apparentia. Debes ſcire quod Callippus uidit Solem & Lunam quandoque ueloces quandoque tardos, & propterea ultra tres datas eis ab Eudoxo addidit duas. ergo computando omnes primorum, & horum erunt deferentes decẽ & octo. reliquis uero planetis addebat unicuique unam, ergo erunt quindecim. Debes ſcire quod addit hanc unam propter direptionem & retrogradationem, quas percepit in his, & per conſequens congregando omnes deferentes omnium erunt numero triginta tres. Deinde docet eligere ſphæras reuoluentes. Debes tamen ſcire quod ſphærę reuoluentes dantur unicuique tot quot deferentes una minores. nam ſphærę quæ defert planetam non reſpondet ſphærę reuoluentes propter cauſam dicendam. Secundo debes ſcire quod ſphæra ſuperior habet uirtutem formæ, & inferior uirtutem materiæ, & propterea ſuperior orbis trahit ad ſe inferiorem, & ſic uidetur Saturno per neceſſaria correſpondens primæ deferenti ut retineat eam, ne feratur a ſupremo cœlo ſtellato nimio raptu, & ſic deſtruatur proportio aſtri fixi. & pari pacto ſubſtantia deferens eget altera ſibi reuoluente cœaua. & ſimiliter tertia eget tertia. quarta uero propterea quia multum diſtat ab orbe continente, parum participat raptus, ideo non fuit neceſſaria ſphæra reuoluens. ergo Saturno dabuntur quatuor ferentes & tres reuoluentes, & ſimiliter Ioui, & breuiter unicuique tot quot dantur deferentes una minores propter hanc cauſam dictam. Dicit, neceſſarium eſt autem ſi omnes compoſitæ & debite ordinatę debeant reddere apparentia ſecundum quã libet errantium eſſe adhuc alias tres ſphæras, quæ ſunt tot quot ille una pauciores, eo quia deferenti aſtrũ omnino datur ſphæra reuoluens exponit. hoc dicit reuoluentes & ad idem reſtituentes, dico reſtituentes primum poſitione ideſt infimam ſphæram ſemper deorſum exiſtentem, ordinati aſtri, ideſt fixi aſtri. ecce officium harum reuoluentium eſt manutenere ſphæram infimam in qua aſtrum figitur, ne ipſa diuertatur per motum raptus ſphærarum ſuperiorum. ſubdit cauſam, quia ſcilicet oportet aſtrum ſic regulariter ſeruari dicit. Sic enim contingit ſolum lationem planetarum omnia facere, hoc eſt quia planetæ ſic ſeruati ſunt omnium rerum cauſæ. deinde colligit numerum omnium & dicit. Quoniam igitur in quibus quidem ipſa feruntur ſphæris hæ quidem octo ut Saturni & Iouis uniuſcuiuſq; quatuor. hæ autem uiginti quinque ſunt. nam reliqui quinque ſunt planetæ, & unicuique dantur quinque, modo quinque in quinque ducta faciunt uiginti quinque ergo omnes ſunt triginta tres. Oſtendit in quibus non oportet dare reuoluentes dicit. harum autem ſolas non oportet reuolui in quibus deorſum ordinatum fertur ſcilicet aſtrum, quaſi dicat quod infima in qua figitur aſtrum caret reuoluente, quoniam propter diſtantiam eius a continente orbe, parum aut nihil raptus participat, omnes reliquę habent reuoluentes. His habitis epilogat numerum omnium & dicit, quæ quidem reuoluunt eas quæ ſunt primorum duorum ſcilicet Saturni & Iouis, ſunt ſex. quæ uero poſteriorum quatuor, erunt decem & ſex, ergo omnium & ferentium & reuoluentium numerus ea ſunt quinquaginta quinque. Sed uidetur Ariſtoteles ſubtrahere quatuor. hoc cur faciat, uidebimus in commento. Deinde uult enarrare poſitionem ueriorem dicit. Si autem Soli & Lunæ non addiderit quis quos diximus motus, utpote Soli duos & Lunæ duos, utiq; quatuor eorum a quinquaginta quinque remouebuntur, & quod remanet erit quinquaginta unum, e quibus iterum ſubtrahe quatuor ab unoquoque quatuor unam quam addebat Callippus, & ſic omnes ſphærę erunt quadraginta ſeptem. pluralitas quidem igitur ſphærarum tanta ſit, & ad hanc uidetur Ariſtote. plus inclinare. Ad huius exemplum formetur figura ſequens.




Declaratio positionis Callippi.

In hac ergo figura sunt descripti septem circuli seruientes ad motum Saturni, cuius quilibet representat unã sphæram. Saturnus ergo scribitur charactere ♄. reliqui uero circuli designantur per a, b, c, d, e, f, g. Tunc declarantur ea quæ Aristote. dixit secundum Callippum. nam Saturnus mouetur in uigintiquatuor horis ab Oriente in Occidens iterum rediens ad illud aliquo insensibili minus, & quantum ad hunc motum fuit necessaria sphæra, a, hæc enim rapta a firmamento rapit centrum Saturni in uiginti quatuor horis semel ut dictum est. Et quoniam hæc sphæra moueret tanto impetu quanto mouetur a firmamento, & sic Saturnus nunquam posset e conuerso moueri ab Occidente in Oriens, ut experientia percepit, hac de causa æstimauit esse necessariam sphæram, b, ut. s. detineret planetam in sua mensura & in suo cursu. & quoniam percepit Saturnum promoueri in latus poli septentrionis, dedit propter hoc unam sphæram. & quia hæc sphæra impetu mouet magno, eguit sphæra, d, ut impetus ille abscindatur atque planeta moueatur certa regula, & quoniam etiam præcepit ♄ moueri uersus polum meridianum dedit, e, sphæram, ut. s. ♄ trahatur ad contrarium polum. & quia hæc item ut prius dicta magno impetu rapit, dedit, f, ut detinens atque regula. Et quoniam percepit Saturnum moueri ab Occidente in Oriens, dedit, g, sphæram cui non supposuit aliam inferiorem, eo quia est nimis inferior nullius impetus particeps, & cum hoc hic est motus eius naturalis. hæc fuit fictio Callippi. & sicut dixi in Saturno, eodem modo & in reliquis potes scribere. Sed hæc æstimatio pluribus modis deficit. Primo, quia sphæra, a, superfluit, quoniam firmamentum satis est ad mouendum omnes inferiores, ut Ptolemæus probauit. Adhuc omnes reuoluentes uidentur superfluere. nam quomodo motus hi sint naturales, uidetur a proprijs motoribus esse determinatos ad maximum & ad minimum. nulla ergo est necessitas sphærarum reuoluentium. Præterea superfluunt sphæræ mouentes in latus. quoniam planetæ declinant ab ecliptica, quoniam eorum poli declinant ab ecliptica, & hac de re mouentur cum hac declinatione ut dicit Ptolemæus, ergo dedit eccentricos duos & unum deferentem & epicyclum & in quibusdam deferentem caput. Saturno quidem & alijs duobus inferioribus scilicet Ioui & Marti Ptolemæus dedit tres orbes scilicet deferentem, epicyclum & duos eccentricos & epiclycum. hi nanq; satis sunt pro omnibus motibus eorum. Soli tres etiam & ei non dedit epicyclũ. licet Auerroes in suo Almaggesto saluet omnes motus solis cum epiclyco tantum. Venus etiam habet tres & epicyclum ut de tribus superioribus dixit. Mercurius habet quinque & epicyclum scilicet duo dicti deferentes augem æquantis. duo intra hos dicti augẽ eccentrici deferentes. Quintus defert epicyclum in horum medio positus. Luna demum habet sphæras quatuor & epicyclum. habet enim tres orbes ut Sol & superiores, & hi dicuntur deferentes augem eccentrici. Tertius est in horum medio locatus qui defert epicyclum. Quartus est orbis mundo concentricus aggregatus ex tribus alijs ambiens, qui deferens caput draconis nuncupatur. Demonstrationes & rationes Ptolemæi perquirantur ab eo in Almaggesto. Potes ergo omnes enumerare orbes & motores si placet de mente Ptolemæi, & erunt triginta & unum numero. Et hæc positio tenetur nunc, & temporibus nostris usus tabularum, & canonum omnium motuum sunt de mente Ptolemæi, quanquam in motu stellarum fixarum & augium, ipse titubet, de quo in libro magnæ compositionis satis.

Dicit Aristoteles } Cõmentum fere totum perspicuum est, tamen quædam annotentur difficilia. Primum ibi { & secundum q̃ Alexander } Vbi primo debes scire quod debent æstimari nouem sphæræ, uerbi gratia, respectu motus solis, & debet æstimari sol fixus esse in sphera infima hoc est maxime Cõm. 47.



maxime propinqua uersus caput nostrum, & tunc perspicuum est circa illam primam sphæram esse octo alias sphæras eam continentes, quæ sunt propter apparentia in motu solis, ita q̃ suprema, & nona erit ea, quæ a capite nostro summe eleuatur, inquit. modo & secundum quod Alexan. dixit ponebant omnium orbium stellarum præter orbem signorum. s. firmamẽtum orbem qui mouet illum, uerbi gratia. solẽ super unum polum ad partem contrariam, ad quam mouet primus orbis, & ista sphæra in contrarium mouẽs dicitur reuoluens. tunc dicebant quintum orbem a parte nostra esse sub quarto a parte supremi, & sextum quo ad nos esse sub tertio ad illam supremam. & septimum quo ad nos sub secundo. & dicunt q̃ reuoluens, & deferens ambo mouentur supra eisdem polis. nam sic componendo orbes saluantur apparentia. hæc erat positio Callippi, ut Aristo. narrat { & ista astrologia } Contra hoc dictum Alexãdri arguit Auerroes. primo, quia hæc astrologia non cõuenit fundamentis datis in hoc tempore. Secundo, quia isti motus super eosdem polos de contrarijs terminis ad contrarios terminos sunt contrarij, & per consequens destruunt alter alterum { super autem } Respondet ergo aliter, & dicit. super autem polos diuersos possibile est. & similiter supra contra diuersa. nam hoc modo non sunt contrarij: deinde dat secundam solutionem, & est imaginando orbem in quo ponitur stella locari inter duos orbes, qui mouentur super cõtrarijs polis { sed talis. } Contra arguit: nam talis motus est uiolentus, nam astrum deferetur impetu unius, & alterius. ergo uiolentus erit eius motus. hoc autem non accidit corporibus cœlestibus, ut dictũ est in primo de cœlo { et ideo }

Redit ad ueram solutionem, & uult q̃ isti motus. s. deferentis, & reuoluentis non debent esse supra eosdem polos, nec supra una axe. hanc probat primo, quia per hanc positionem saluatur uelocitas, & tarditas: directio, & retrogradatio. secundo, quia per eam saluatur latitudo a zodiaco, ita q̃ per eam planeta potest moueri in latus. tertio, ex hoc fundamento nõ accidit impossibile. quarto, hæc positio saluat omnes apparentias. quinto, nam motus esse supra diuersis polis concedũt astronomi in motu diurno, & motu obliquo. nam dicunt q̃ motus diurnus est supra polis mundi. motus uero obliquus est supra polis zodiaci ab illis declinantibus. ita q̃ mathematici Hispaniæ uolunt polos zodiaci reuolui circa ipolos totius mundi describendo circulum paruum. si ergo isti motus concedũtur in zodiaco, & toto mundo. ergo non est inconueniens in talibus sphæris, addit q̃ mathematici Hispaniæ concedunt talem motum polorum in orbe stellato. Dicunt enim q̃ orbis stellatus mouetur circa polos totius, hoc est noni orbis motu trepidationis. Ex his patet ueritas solutionis. rel quum commenti patet.

Quare & substantias, & principia immobilia, & sensibilia tot rationabile existimare, necessarium enim dimittatur fortioribus dicere. Si autem nullam possibile dicere lationem nõ ordinatam ad astri lationem. Amplius autem omnem naturam, & omnem substantiam impassibilem, & secundum se optimum sortitam esse finem oportet existimare: nulla utiq; erit præter has altera natura, sed talem substantiarum numerum esse necesse est. Si enim essent aliæ, mouerent utique tanquam finis existentes lationis. Sed alias quidem esse lationes impossibile præter dictas. hoc autem existimare ex latis rationabile. nam si omne ferens lati gratia natum est, & latio omnis lati alicuius est, nulla utique latio sui gratia erit, nec alius utique lationis, sed astrorum gratia. nam si fuerit lationis gratia, & illam alterius oportebit esse, quare cum non est possibile ire in infinitum, finis erit omnis lationis latorum aliquod diuinorum corporum, secundum cœlum.

Ad dicta } nunc addit conclusionem, & inquit: quare & substantias, & pro. i. principia immobilia, & principia sensibilia tot. s. quot lationes estimare est rationabile. Debes scire q̃ cuiusliber lationis duo sunt principia. alterum immobile ut intelligentia, & alterum sensibile, ut sphæra, seu cœleste corpus: & propterea quantum ad utrunq; principium dixit principia immobilia, & sensibilia. dixit autem rationabile hoc est probabiliter. nam ut scripsit necessarium, & demonstratiuum dimittatur dicere fortioribus: & per hoc signat eius probationem fuisse dialecticam, & non demonstratiue.

Debes scire q̃ plures esse intelligẽtias una potest demonstratione sciri quia. nam plures sunt orbes, & motus ut scimus q̃ plures sunt animæ humanæ, quoniã sunt plures homines animati, & plures operationes hominum, & quãtum ad hoc uerbum sum non habet locum, plures tamẽ in certo numero, utpote, uel. 55. uel. 47. uel. 49. non potest demonstratione sciri. nam ratio sic componetur. quot sunt motus cœlestes, tot sunt orbes, & intelligentiæ: sed motus sunt. 55. uel. 47. uel. 49. ergo & orbes, & intelligentiæ erunt tot. modo constat maiorem sciri certa demonstratione. sed minor non scitur, nisi ex famosis suo tempore: modo famosa possunt esse falsa. sed nulla demonstratio ex falsis est: syllogismus ut declaratur in posterioribus: bene ergo dicit hoc esse rationabiliter scitum, & non demonstratione { si autem nullam } debes scire, q̃ syllogismus est quot sunt lationes, tot sunt intelligentiæ: sed. 47. uel. 49. uel. 55. sunt lationes. ergo & intelligentiæ. potest ergo quis obijcere Aristo. quantum ad maiorem imaginando quasdam alias substantias abstractas per se existentes, nec mouentes, nec motas, & per consequens hæc uia nulla est, & hæc responsio est theologorum. dicunt enim esse quasdam intelligẽtias per se perfectas, quæ nullius stellæ sunt motores, ut sunt angeli. Contra hoc obijcit Philosophus, & supponit duas propositiones. prima, omnis latio est propter ordinatum astrum. hanc nõ probat, sed sumit ut famosam. secunda omnis substantia, & omnis natura impassibilis optimum finem sortita est. sumatur hæc secunda propositio, ut maior, & addatur hæc minor, uidelicet sed mouere stellam aliquam est optimus finis. ergo omnis natura, & omnis substantia abstracta est sortita aliquã stellam, & per consequens nulla est, quæ non moueat. harum duarum propositionum. prima additur ad bene esse, et terminorum causa. secunda est ut maior cui subaudiri oportet minorem dictam, & dabitur conclusio nostra, inquit. si autem nullam possibile est dicere lationem non ordinatam ad astri lationem, & hæc est prima quæ parum prodest. deinde addit aliam. d. Amplius autem omnem naturam, et omnem impassibilem oportet existimare esse sortitã optimum, secundum se finem, & hæc est maior, cui subscribe hanc, sed mouere aliquam stellam est optimus per se finis dat cõclusionem. d. nulla utiq; erit præter has altera natura, sed talem substantiarum numerum esse, necesse est ut dixit. debes scire, q̃ theologus debet a Philosopho d. scordare. quoniã principium Philosophi uerificatur per sensata, uel mediate, uel immediate. Theologus etiam potest uerificare cõclusionem ex principijs creditis, & ideo Philosophus quantum ad hanc conclusionem discordat a theologo. nam Philosophus per numerum motuum nobis apparentium concludit numerum intelligentiarum. Theologus autem concludit numerum ex creditis principijs uia reuelationis acceptis. & propter hæc demonstratio hæc est firma Philosopho, theologo uero credita { si enim } Secunda obiectio potest esse ad minorem imaginando, q̃ sunt multo plures lationes in cœlo,

cp quæ numeratæ sunt. nam possunt fingi quædam non deprehensa nobis, ut si earum motus essent uniformes, et in nullo diuersi, & non propter partem stellatam, sed propter partes non stellatas, ut si quis supra octauum cœlum imaginaretur infinitas sphæras mundo concentricas. Cõtra hoc arguit, & repetit quod nunc conclusit, & dicit. si enim essent ahij: mouerent utiq; tanquam existentes finis cuiusdam lationis. hæc ergo suppositio est, cp omnis intelligentia est finis alicuius lationis. Tunc arguit, & dicit, sed alias quidem lationes esse impossibile est præter prædictas. quare tot sunt, ut dixit. hoc autem probat hanc responsionem ex latis. et primo proponit hoc. d. hoc autem estimare est ex latis rationabile, & nititur uno enthymemate: cuius antecedens est duæ propositiones. & inquit, nam si omne qd' fert lati gratia est natum. i. naturaliter mouetur gratia lati. deinde ponit secundam. d. & omnis latio lati alicuius est, & hoc totum est antecedens, cui addit conclusionem. d. nulla utiq; latio sui gratia erit, nec alterius lationis, sed astrorum gratia. probat consequentiam, & habet consequentia duas partes. prima cp nulla latio sit sui gratia, & hanc non probat, quia perspicua est. nam lator est propter lationem, & latio propter latũ, ut omnes consitentur. deinde probat secundam partem. d. nam si latio fuerit gratia lationis: pari ratione, & illam alterius lationis gratia oportebit esse, quoniã sunt unius speciei. ergo uel nulla erit propter lationem, uel omnes. dat conclusionem, & repetit totum. d. quare quomodo non sit possibile ire in infinitum, finis erit cuiuslibet lationis aliquod diuinorum latorum corporum, secundum cœlum, hoc est de natura cœli. debes scire cp uirtus rationis est hæc, si sunt aliqe intelligentiæ præter dictas, ut dicunt aliqui, illæ sunt ppter lationem. nam per lationem optimum consequuntur finẽ. ergo oportet esse lationes aliquas ultra prædictas, & tot numero quot sunt intelligentiæ ultra prædictas, uel ergo latio quælibet illarum est propter se, uel propter astrum, uel propter aliã lationem. siquidem propter se, hoc est contra naturam lationis. nam ferens est lationis gratia, & latio est lati gratia. non ergo propter se, nec propter aliam lationem diuersam. nam pari ratione, & illa propter aliam propter similem causam. ergo uel ibitur in infinitum, uel oportet stare ad lationẽ, quæ est propter astrum, et per consequens tot lationes erũt, quot astra, & sic nullæ erunt lationes præter prædictas, & nec intelligentiæ erunt plures. & hæc est uirtus demonstrationis Aristotelis. Cum posuit } Commentum istud patet maxime per dicta nostra in præcedenti textu. debes scire, cp de numero intelligẽtiarum disputaui in nostro libro destructio destructionum, dis. 14. in solutione dubij quarti per totum. & ibi scripsi quæcunq; in iuuentute potui colligere. nunc uero essi plus exercitatus sim, mihi nihil plus uidetur illo. ibi enim subtiliter rem quo ad posse explicari. Tu uero lege, atque perlege ea, & tibi placebunt ualde.

Com. 48.

Quod autem unum cœlum, manifestum. Si enim plures essent cœli, ut homines, foret principium circa unumquodq; specie unum, numero uero multa. Sed quæcunq; sunt numero multa materiam habent. una enim, & eadem ratio multorũ, ut hominis: Socratis uero unus. Quod aũt quod quid erat esse non habet materiã primum: entelechia enim unum quidem igitur, & ratione, & numero primum mouens, immobile ens, & motum ergo semper, & continue unum solum, unum ergo solum cœlum.

Erat syllogismus Aristotelis, quot sphæræ, tot intelligentiæ. 47. uel. 49. uel. 55. sunt sphæræ. ergo & tot intelligentiæ. Obiecit maiori, & minori, & satisfecit quæstionibus: nũc uidetur obijcere conclusiones. nam posset quis dicere cp plures sunt mundi: & per consequens erunt. 59. sphæræ duplicatæ. s. 118. non ergo. 59. ergo conclusio falsa. Aristo. ergo uult remouere talem obiectionẽ, & arguit hypothetice hic. nam a destructione consequentis ad destructionem antecedentis sic: si plures essent mũdi plures essent primi motores, sed non sunt plures primi motores. ergo nõ sunt plures mundi. maiorem supponit tanquam manifestam, & probat minorem sic, quæcunq; sunt plura numero specie habent materiam. sed primus motor non habet materiam. nam est purus actus. ergo unus est primus motor tantum. debes scire, cp qui ponunt plures mundos plures ponũt eos numero, sed specie unum, ut Democritus, quia aliter ponere nõ possunt, ut Aristoteles primo cœli disputauit. dicit cp autem unũ cœlum, manifestum. sumit cœlum pro mundo, ut dicit ipsemet primo cœli. hæc est conclusio. deinde probat hanc hypothetice, ut dixi. d. si enim plures essent cœli, ut homines, hoc est plures numero, & specie unus, & addit hoc, quia aliter non poteſt estimari mundorum multitudo: foret principium circa unumquodq; specie unum, numero uero multa. hæc est prima hypothetica, & est maior, nec curat eam probare, gia ex añdictis satis patet. & in libro de cœlo est declarata. hinc subaudias minorem. s. oppositum cõsequentis, & inferas oppositum antecedentis quod erat conclusio, & probat minorem, & dicit, sed quæcunq; sunt numero multa habent materiam, cuius causam breuiter subscribit. d. una enim & eadem ratio est multorum, ut hominis. s. ratio est Socratis, & Platonis. Socrates uero unus propter unam materiam. hæc ergo est maior, & eius probatio. deinde ponit minorem. d. quod autem est primum quod quid erat esse non habet materiam, quod probat. d. nam entelechia. i. perfectibilia, et purus actus dicitur, hæc est tota probatio. deinde conuerit syllogismum, & arguit a primo ad ultimum. d. unum quidẽ igitur, & ratione, & numero est primum mouẽs immobile existens. ergo & motum semper, & continue erit unum. ergo unum solum cœlum. s. unus solus mundus. Debes scire cp Aristoteles in hac ratione quædam sumit, & quædam probat. sumit primo cp pluralitas mundorum (si esset) non posset esse, nisi individualis. Secundo sumit cp uno existẽte mundo unus debet esse primus motor, & econuerso. uidetur autem ipse duo probare. Primum est, cp quæcunq; plura numero sunt specie unum habent materiam. Secundum est, cp primum quod quid erat esse, hoc est prima forma, uel primum principium non habet materiam. probat autem primum per hoc, quia una potest esse ratio multorum, et econuerso multa possunt esse una ratio, hoc autem pro tanto est, pro quanto una ratio sumitur ab una forma, sed pluralitas ab ipsis multis materijs. probat autem secundum, quia primum quod quid erat esse, uel prima forma, uel primũ principium est purus actus. Auerroes autem hãc probat per impossibile hoc modo. nã si prima forma haberet materiam: prima forma haberet aliam essentiam, hoc est quidditatẽ distinctam ab individuo. & si sic quæratur de illa quiditate si habet adhuc materiam, & si non, pari ratione standum erat. In prima & si steterit, processus in infinitum. sed quæ materia sit principium individuationis, an materia quæ est cõpositi. altera pars, uel materia totius. recentiores altercãtur. tamen de hoc scripsi in locis pluribus. Commentum patet.

Com. 49.

Quæ uero traduntur a senioribus, & antiqs in fabulæ figura dimissa posterioribus, quod dij sunt hi, & cp ipsum diuinum continet natura totam. Reliqua uero fabulose iam adducta sunt, ad persuasionem multorum, & ad usum qui ad leges conferens. Conformes enim hominibus hos, & aliorum animalium quibusdam similes dicunt, & his altera consequentia, & dictis similia. A quibus siquis separans id accipiens cp primum



mum deos existimauerunt primas substantias esse. Diuine utiq; esse dictum putabit, & secundum uerisimilitudinem, & sæpe inuenta ad possibile unaquaq;, & arte, et philosophia, et iterum corruptis, & has opiniones illorum quasi reliquas usquenunc saluatas esse.

Auerroes uidetur uelle Aristotelem confirmare quecunque dixit de dijs ex testimonio antiquorum, & hæc est consuetudo eius: nam post sermonem demonstratiuum, adducit sermonem probabilem. Expositor uidetur uelle Aristotelem ponere differentiam inter opinionem eius, & ea quæ antiqui, & uulgares sentiũt. & hæ expositiones sunt optimę. mihi tamen magis ad uerbum uidetur dicendum, cp Aristoteles soluit dubitationem. nam in contrarium sunt apologi & leges nunc. Tenent enim cp sint plures dij, & cp sint similes hominibus, uel animalibus: & per consequens est totum contrarium eius quod dixit. hoc ergo uult refellere, & dat ea quæ uera sunt ex antiquorum dictis. Secundo ostendit reliqua esse falsa, & fabulose esse dicta, propter causas plures dicit. quæ uero traduntur a senioribus, & ab antiquis demissa posterioribus in figura fabulæ: duo subaudi sunt uere, & diuine dicta. Primum cp dij sunt tales, hoc est perpetui, & immortales nos gubernantes: & cp ipsum diuinum continet totam naturam. s. in potentia, & uirtute. Debes scire, qd' θεος, græce, latine sonat diuinus per excellentiã: tamen soli Deo conuenit. uerum quando in singulari reperitur, semper accipitur pro omnium rerum perfectissimo principio. Quando uero pluraliter scribitur, ut Aristoteles hic, semper sumitur pro rebus diuinis, & non pro primo principio. hæc ergo duo antiquorum dicta uera sunt, intelligendo ea, ut intelligi debent. deinde declarat quid de reliquis dicendũ sit, dicit, Reliqua uero fabulose iam adducta sunt triplici de causa. primo ad persuasione m uulgi. Vulgus enim multitudo dicitur. Secundo ad usum qui fit ad leges. Tertio ad conferens. s. hominibus. debes scire, ut in ethicis scribitur, cp uirtus dupliciter accipi potest. uno modo uoluntarie. & hoc modo eã accipiũt sapientes. alio modo uiolentia quadam, & ad hãc tria requiruntur persuasio, lex, & communis utilitas: persuasio quidem, ut uulgus uelit obseruare semel leges. Lex uero pro pœna, & memoria pœnæ, & aliorum utilitas deniq; ut finis. & hæc tria Aristo. tetigit. deinde explicat quæ, & quot sunt ista reliqua fabulose dicta. & uidẽtur quatuor, & inqt, Conformes enim hominibus hos deos dicũt. Deinde addit secundum, & aliorum animalium quibusdam similes dicunt. Deinde addit tertium, & dicunt altera consequentia hiis et quarto dicunt quædam similia dictis. hæc ergo sunt omnia reliqua. debes scire cp isti dicunt homines diuinos: & secundo animalia diuina: & tertio cp ea quæ sunt hic, obediunt hominibus illis, & illis animalibus: quarto dicunt quædam similia ad dicta a nobis, & innuit, ut dicit Auer. tria quæ dicunt astrologi. dicunt enim in zodiaco figurata esse. 12. animalia, ut aries, taurus, gemini, & reliqua. Secundo dicunt. 7. planetas, quos antiq. 7. homines, & in illos fuisse deificatos ferunt, quod enarrare esset longum. Tertio dicunt. quæcunq; sunt hic consequi ad illa duo, uti effectus consequũtur causas. dicunt quarto antiqui multa alia his similia, quod enarrare esset superfluum. Scribit quomodo hæc uerificari possunt. d. a quibus siquis separans id solum sit accipiens, cp primum. s. in physicis accepimus. s. cp deos existimauerunt primas substantias esse, diuine utiq; esse dictum putabit, & secundum uerisimilitudinem hoc modo. ergo estimãdo, positio eorum erit uera, & fabula conueniet ueritati. deinde addit signum, cp hæc debeant sic intelligi, & dicit, & sæpe quoad possibile fuerunt illa: unaquaq; arte inuenta, & philosophia, & iterum corruptis, & has opiniones illorum quasi reliquias usq; nunc saluatas esse. Ex hoc signo uult habere, cp si nunc suo tempore hæc sunt in flore, non erat impossibile ea esse in antiquo tempore, quia hæc infinities renouãtur. debes scire cp Aristoteles posuit mundum æternum: & quoniam accidunt bella, inundationes, pestilentiæ, quæ corrumpunt penitus artes, & philosophiam, & inconueniens uidetur genus humanum infinito tempore esse sine his: propterea dixit, quodam certo tempore homines incepisse philosophari, & artes adinuenire. & hoc infinities, prout infinities accidunt causæ corruptionis omnium horum. & similia accepit in meteoris, & in libro de cœlo. Commentum. 50. patet.

Paterna quidem igitur opinio, & quæ a primis, inquantum nobis manifesta solum: quæ uero circa intellectum, habent quasdam dubitationes. Videtur quidem enim esse apparentiũ diuinissimum. Quomodo uero habens talis erit utique, habet quasdam difficultates. nam si non intelligat, quoddam utique erit insigne. Sed habet quemadmodum ut dormiens, si intelligit. Huius uero aliud principale. nõ enim est hoc quod est sua substantia intelligentia, sed potentia. non utiq; erit optima substãtia, per intelligere enim honorabile ei inest. Amplius autem siue intellectus sit sua substantia, siue intelligentia quid intelligit: aut enim seipsum, aut alterum aliquid. Etsi alterum quid, aut idem semper, aut aliud. Vtrum ergo differt aliquid, aut nihil, intelligere bonum: aut contingens, aut & inconueniẽs meditari de quibusdam. palã ergo cp diuinissimum & honorabilissimum intelligit, & non transmutatur. In deterius enim trãsmutatio, & motus alius iam tale. Primum quidem igitur si non est intelligentia, sed potentia, rationabile est laboriosum esse ei continuationẽ intelligentiæ. deinde palam, quia aliud aliquid utique erit dignius cp intellectus. s. intellectiuum. Etenim intelligere, & intelligentia substantiæ, & indignissimum intelligenti, quare fugiendum hoc. Etenim non uidere quædam dignius, cp uidere: non utiq; erit optima intelligentia. Seipsum ergo intelligit si quidem est potentissimum, & est intelligẽtia intellectionis intelligentia. Videtur autem semper scientia, & sensus, & opinio, & ratio: ipsius autem non ex proposito. Amplius, si aliqd aliud est intelligere, & intelligi secundum utrunq; eorum quod bene est: non enim idem esse intelligentiæ, & intellecto, aut in quibusdam scientia: res in factiuis quidem sine materia substãtia, & quod quid erat esse. In theoricis uero ratio, & res, & intelligentia. non altero igitur existẽte eo quod intelligitur, & intellectu, quæcunque non materiam habent, idem erunt, & intellectio eius quod intelligitur una. Adhuc autem restat iam dubitatio, si compositum est quod intelligitur. Transmutabitur enim in partibus totius, aut indiuisibile omne, quod non habet materiam, ut

humanus intellectus, aut quod quidem compositorum habet in aliquo tempore. non enim semper bene in hoc, aut in hoc, sed in toto quodam quod optimum ens aliud aliquid. Sic aũt habet ipsa suiipsius intelligentia q̃ omne æterna.

Compleuit quæstionem de numero intelligentiarũ. nunc ergo redit ad primum intellectum, dictum est omnes intelligentias habere unum primum: quod est intellectus per essentiam, quod est optimum, & perfectum gratia, cuius omnia agunt, & sunt. & quoniam optimum, & perfectum dicitur propter operationem, hac de causa circa eius operationem quæstionem mouet. est autem eius operatio duplex. altera quidem ut motorem, & de hac nihil nunc, quia satis de motu. altera uero inquantum intellectus, & nũc de hac uult loqui. primo tamen epilogat positionem antiquorum. d. paterna quidem igitur opinio, & quæ a primis inquãtum, hoc est hoc modo nobis sit manifesta solum, utpote fabulas interpretando ad bonum sensum, ut diximus. sed ea quæ circa intellectum. s. primum diximus, habent quasdam dubitationes, & subscribit circa quod sunt dubitationes. d. nam scilicet primus intellectus uidetur esse diuinissimum omnium eorum quæ uidentur. hoc enim omnes concedũt, & est probatum. sed quomodo optime se habens talis utiq; sit. s. diuinissimus, & perfectus, habet quasdã difficultates. debes scire q̃ hæc q̃stio aliud supponit, & aliud petit: supponit enim primum intellectum esse optimum, & diuinissimum, sed petit quo ipse est se habens sic. Quæstio ergo est de modo, & non de re, & quoniam certum est, q̃ ipse est optimũ, & perfectum intellectione: propterea quærit de eius intellectione qualis sit eius. debes etiam scire, q̃ omne intelligens dupliciter potest se habere, aut quidem in actu, aut in potentia, seu habitu, quandoquidem enim quis utitur actu rationis, tunc actu intelligit. quando uero non utitur, potest tñ uti quando uult. tunc dicitur habitu intelligere, uel potentia, ut dormiẽs. petit mõ, uel primus intellectus actu intelligit, uel non actu, sed habitu. si non actu, sed habitu. ergo erit uti dormiens, & sic non semper felix, & optimus. quia primo ethicorum ita ditur, felix ab infelici non differt, nisi dimidio uitæ propter somnum. si uero intelligit semper, quærit, uel intelligere est eius substantia, uel differt ab eius substantia, si differt. Ergo Deus non est optimum per essentiam, sed per aliquod differens ab eius essentia. si per intellectionem, quæ est eius essentia, quæritur quomodo intellectu potest esse substantia. hoc ultimum membrum prætermittit, & reliqua tangit. d. nam si non intelligat actu, quoddam utiq; erit insigne, & honorabile, sed non simpliciter, sed habet se quemadmodum si dormiens qui est optimus habitu, & non actu, hoc est primum membrum. si intelligit. s. actu, huius. s. intellectus erit quoddam aliud principale. i. eo dignius. non enim intelligentia est hoc quod est sua substãtia, sed potentia. nam quando differt intellectio ab intellectu, semper intellectus est ut potentia, et intellectio ut actus. & sic concludit. d. non utiq; erit optima substantia, nam per intelligere honorabilitas ineſt ei. Tertium membrum prætermittit breuitatis causa. hæc itaq; quæstio est de intellectione ipsa. deinde mouet secundam quæstionem circa intelligibile, &. d. Amplius autem siue intellectus sit substantia, hoc est siue intellectus sit potentia, siue intelligentia, hoc est siue actuale intelligere, ut prima quæstio petit, petitur nunquid intelligit. aut enim seipsum, aut alterum aliquid. etsi alterum quid subaudi intelligit. petitur, uel idem semper, uel aliud, ita q̃ nunc unum, nunc aliud. hęc est secunda quæstio principalis. etsi consideretur potest esse diuisa in tertiam. Deinde mouet tertiam principalem quæstionem circa rationem intelligendi, & est, utrũ referat quantum ad dignitatem intelligentis intelligere rem sub ratione boni, & rem sub ratione uilis, inquit, utrum ergo aliquid, aut nihil differat intelligere bonum, aut contingens. s. malũ. Debes scire q̃ contingens est fortunatum, ea autem quæ sunt fortuna sunt mala potius q̃ bona. hæc est tertia. debes scire q̃ intellectio est operatio, operatio autem omnis perficit propter operans, & propter operabile, & propter rationem operandi. & propterea Aristo. tres quæstiones mouit circa intelligere, ut prima sit circa intellectum operantem, utrum. s. sit potentia intellectiua, an actus intelligendi. Secunda fuit de re operata, ut utrũ res intellecta sit ipsemet Deus, an aliud.

Tertia quantum ad modum intelligendi, ut utrũ refert intelligere rem sub ratione boni, uel turpis, an nihil referat. hęc sunt tres quæstiones Aristotelis { aut & } Nunc soluit quæstionem. & primo præmittit unam suppositionẽ, uelut principium eorum, quæ dicentur, & est q̃ primus intellectus intelligit aliquod diuinissimum, & honorabilissimum intransmutabiliter, ita q̃ non transit nunc de uno in alterum, nunc econuerso, hoc probatur primo, q̃ talis transmutatio esset in deterius. nam postquam intelligit optimum si prætermittit intelligere illud, & intelligit aliud: illud aliud non potest esse, nisi prius. Secundo, quia talis transitus esset motus. & sic in Deo motus esset quod est falsum, quoniam est primum immobile. hęc quidem suppositio habet duas partes. s. q̃ Deus non intelligit, nisi optimum. Secundum, q̃ tale intelligit intransmutabiliter. Primum probat. d. aut & inconueniẽs meditari de quibusdam. palam ergo q̃ diuinissimum, & honorabilissimum intellectus ille intelligit, & non transmutatur.

Secundo probat secundum, & dicit primo, nam transmutatio esset in deterius, quoniam nihil melius est optimo. Secundo quia & iam tale. s. transmutari de uno in aliud. esset ali quis motus qui Deo est impertinens. hæc est suppositio etsi bene considerans, ex hac potest solui quæstio secunda, ut dicetur { primum quidem }. Soluit quæstionem primam, et respondet ad materiam. & dicit primo q̃ intellectus diuinus non est potentia sita q̃ possit quandoq; esse sine intellectione, ut nos sumus. & hoc probat tali enthymemate: nam si intellectus diuinus esset in potẽtia ad intelligere, intellectio sua continua esset sibi laboriosa. dicit primum quidem igitur si non est intellectio, sed potentia, rationabile est esse sibi continuationem intellectionis quoddam laboriosum. sed quomodo ualeat hæc consequentia est obscurum, & postmodum in fine dicemus. hæc ergo est materia solutionis ad primam quæstionem { deinde palam }. Ponit materiam solutionis secundæ quæstionis. uidelicet q̃ Deus nihil aliud extra se intelligit, sed si ipsum tantum. Circa probationem huius solutionis, debes scire, q̃ intellectio uariatur secũdum rationem obiecti. nam obiecto existẽte nobili, intellectio est nobilior, & obiectio existente turpi: intellectio uilificatur, propter quod turpia uidere uilius est, q̃ uidere pulchra. Ex his potest ratio sic erigi. Deus intelligit optimum, sed esse Dei est optimum tantum. ergo Deus non intelligit, nisi Deum. ipse autem arguit hypothetice hoc modo, dicens. deinde palam subaudi, q̃ Deus nihil aliud extra se intelligit. nam si aliquid aliud extra se intelligeret, cum illud oportet esse nobilissimum, aliquid aliud utiq; erit dignius, quam intellectus, scilicet intellectiuum, hoc est obiectum intellectus. Deinde probat suppositionem. s. q̃ intellectio sit nobilis, & ignobilis rõne obiecti. & dicit etenim intelligere, & intelligentia substãtiæ sunt, & indigentissimum intelligenti. q. d. q̃ intellectio põt esse circa substantiam, & circa uilissimum. quare hoc. s. uile fugiendum, cuius causam subdit. Etenim non uidere quædam dignius, q̃ uidere: non utiq; erit optima intelligentia. ex omnibus his (ut mihi uidetur) uult habere hanc maiorem: optima intellectio est optimi intelligibilis. cui adde hæc: sed Dei est optima intellectio, & optimũ intelligibile est Deus. seipsum ergo intelligit, siquidem est potentissimum. debes scire q̃ tota ratio fundat in duabus propositionibus. Prima est optimum omnium intelligibilium est Deus. & hoc perspicuum est omnibus. Secunda est, Deus intelligit optimum intelligibile, ex his sequitur conclusio. s. q̃ Deus non intelligit, nisi Deum. reliquę propositiones sunt superfluę ad rationem syllogismi, sunt tamen utiles ad rationes terminorum & ad prosyllogismos, ut diximus. de syllogismo ergo principali uidetur ponere minorem dum dicit. siquidem potentissimum & conclusionem ibi. seipsum ergo reliqua sunt posita maioris gratia nec potest ista bene aliter dirigi { & est intelligẽtia }

Contra hanc solutionem arguit primo quia si intelligentia Dei est suiipsius, & ipse est intelligentia. ergo intelligentiæ erit intelligentia. ut in tertia figura sic arguatur, Dei est intelligentia Dei, Deus est intelligentia, ergo intelligentiæ erit intelligere. Sed hoc uidetur falsum. nam semper scientia & sensus & opinio & ratio est suimet per accidens & non ex proposito, inquit, & est intelligentia intelligentiæ intelligentia. hoc est consequens quod tanquam manifestum relinquit, destruit consequens dicit, sed uidetur semper scientia & sensus & opinio & ratio, ipsius autem intercessiue & non ex proposito. hæc est consequentis destructio { Amplius }. Secundo quærit cum Deus sit intelligens & res intelligibilis, & tam intelligens quam intelligibile sint bona. propter quid Deus est optimum. utrum ratione qua intelligibile, uel ratione qua intelligens, inquit, si aliquid aliud est intelligere & intelligi. nam intelligere conuenit intelligenti, intelligi conuenit obiecto, secundum utrunque eorum, quid scilicet Deo bene inest, utrum scilicet inquantum intelligens uel quantum intelligibile. hæc est secunda quæstio { Aut in quibusdam }. Respondet ad materiam harum quæstionum. tu uero ad formam considera. Est autem sciendum quod duplex est scientia, scilicet factiua & speculatiua. modo constat in factiuis scientijs scientia & substantia sunt idem ut domus & scientia domus. nam domus in mente & scientia domus idem sunt in speculatiuis similiter, ut ratio res, & intelligentia idem sunt, & hæc supponit nunc ex tertio de anima. Ex hoc arguitur intellectus & intellectum idem tam in actiuis quam in speculatiuis in his quæ sunt sine materia, sed Deus est sine materia. ergo in eo hæc idem sunt, dicit. aut in quibusdam scientia est res in factiuis quidem sine materia substantia. subaudi idem sunt scientia & res & quod quid erat esse. hoc est ut abstrahunt a materia. in speculatiuis uero ratio & res & intelligentia. subaudi idem sunt, & iterum prout sunt sine materia. Ex his accipitur hæc maior, in eis quæ sunt sine materia, idem est scientia & scibile, & hoc sumit & infert conclusionem dicit, igitur non altero existente quod intelligitur & intellectu, quæcunque non materiam habent idem erunt, & intelligentia eius quod intelligitur una. Cui adde hanc minorem, sed Deus est sine materia. ergo Deus est sua intelligentia { Ad huc }. Quærit ultimo Deus intelligit se & intelligere est dupliciter actu simplici quæ uocatur simplicium intelligentia, & actu composito, quæ uocatur compositio uel diuisio, quæritur utrum Deus intelligat se simpliciter uel componẽte. Respondet ut mihi uidetur quod Deus intelligit se indiuisibiliter, & hoc probat tribus rationibus, inquit. Adhuc autem restat iam dubitatio si quod intelligitur a Deo sit compositum. Respondet quod non. Primo, quia si Deus intelligeret se compositiue, tunc transmutaretur, hoc est transiret de quodam in quodam. nam ante actum compositionis est intelligentia simplicium, dicit. Transmutabitur enim in partibus totius. Secundo arguit, quod non habet materiam: intelligitur indiuisibiliter, ut humanus intellectus intelligit se, sed Deus non habet materiam. ergo intelligit se indiuisibiliter, dicit. aut indiuisibile omne quod non habet materiam ut humanus intellectus, quando scilicet intelligit se. Tertio arguit, quicquid intelligitur composite non semper intelligitur, sed Deus semper intelligitur. ergo non composite. maior probatur, quia quando intellectus intelligit rem compositam, transit de intellectione partium ad intellectionem totius tanquam de imperfecto ad perfectum, eo quia perfectio partium tota continetur in perfectione totius, dicit, aut quod quidem compositorum habet in aliquo tempore. Hæc consequentia probatur, & dicit. non enim bene semper in hoc, aut in hoc: sed in toto quodam, quod optimum existens est aliud aliquid. nam in toto est optimitas: & per consequens intellectus diuinus non semper fuisset in perfectione, quia transisset de cognitione partium ad cognitionem totius. Destruit consequens, dicens, sicut autem ipsa suiipsius intelligentia habet æterna: hoc est res æternas: omne, id est omni tempore, & non aliquando sic, & aliquando non. & hæc est destructio consequentis.

Quia ista quæstio. } commentum istud habet duas partes. Prima est expositiua textus. Secunda ibi { & sic est in alijs intelligentijs } dubitatur. & primam partem non legemus, sed circa literam dubitando adducemus sententias Auerrois ad nostrum propositum. Secundam partem passim legemus. Circa ergo literam emergunt quædam ambiguitates. & prima est circa consequentiam Aristotelis: uidelicet si primus intellectus non sit sua intellectio, sed potentia, tunc continuario intellectionis esset sibi laboriosa. Sed contra, quia motus non est substantia cœli, sed cœlum est potentia pura ad motum: & tamen motus non est uiolentus cœlo. Secundo, quia labor fit propter resolutionem spirituum, ut dicit Auerroes, secundo cœli commento tertio. & tamen constat in Deo spiritus non solui. Tertio, quia rationalis anima post mortem non intelligit per suam substantiam, & tamen intellectionis continuatio non est sibi laboriosa. Vltimo, omne enthymema tenet in uirtute syllogismi. quid est ergo medium syllogismi præsentis: forte propter hæc, & alia Expositor noster, & alij latini uidentur ad uerba literæ tenere, quod hæc consequentia non sit necessaria, sed probabilis. Ipse etiam Philosophus hoc innuit, dicens rationabile: modo rationabile idem est, quod probabile: probabilitas tamen est ex hoc. quia ubi intellectus Dei sit pura potentia, illa est contradictionis ad intelligere, & oppositum intellectionis, & omnis talis est ab extrinseco. & hoc uidetur rationabile aliquo modo pro quanto deforis. Mihi uidetur aliter cum reuerentia tanti uiri: ubi debes scire apud Auerroem hic, quod Deum intelligere res extra potest accipi, uel simul, uel successione. simul quidem: ut si intelligeret omnia intelligibilia uno, & simplici actu. & hoc modo intellectio non esset ei laboriosa, immo summe delectabilis, ut decimo ethicorum scribit Aristoteles. Alio modo successiue, scilicet. nunc sciendo unum, & ignorando aliud, & procedendo de ignorantia ad scientiam per media, ut nos diximus, & hoc modo si ipse intelligeret res oportet habere sensus a quibus sumeret phantasmata repræsentantia nunc unum, nũc aliud. Primo modo Aristoteles non arguit. Secundo modo consequentia sua est fortissima. Sumatur ergo antecedens sic, si Deus intelligeret inquantum est in potentia ad intelligibilia diuersa successiue, ut dixit Auerroes: intellectio esset cum labore. Probatur: nam intellectio illa esset per concursum sensuum, & sensus sunt uirtutes materiales. Ergo laborarent, ut in nobis uidemus: nec dicit Aristoteles, quod intellectio illa esset uiolenta: sed quod continuatio intellectionis esset laboriosa, quia esset cum resolutione sensuum. Primum membrum non destruit, quia patet per alia dicta, & dicenda, scilicet quod si Deus intelligeret omnia simul, & subito: tunc in eo esset multitudo. Amplius perficeretur per uile. hoc modo instantiæ remotæ sunt, ut patet intelligenti. Secunda dubitatio, utrum in factiuis scientijs idem sit res scita, & scientia. & uidetur quod non. nam res scibilis est extra animam. scien-

tia est in anima. Respondet, quod scibile potest accipi secundum quid esse, hoc est ut habet esse cognitum, hoc est abstractum a materia, & ab indiuiduis, alio modo ut habet esse simpliciter, & hoc est esse extra animam.

Tunc dicendum, quod quantum ad esse, secundum quid idem sunt. nam domus ut habet rationem scibil s est res in anima, & ut sic est ars domificatiua. ergo secundum quid idem sunt. simpliciter uero sunt diuersa. sed quia Deus, & secundum quid, & simpliciter separatur a materia, ideo in eo, & scientia, & scibile omni modo sunt idem. simili modo de scientia, & scibili in scientijs speculatiuis dicendum. Tertia dubitatio uidetur, quod illa consequentia nulla sit, uidelicet Deus intelligit se ut compositum. ergo transmutatur. nam dicam quod intelligit simul totum, & partes uno actu. dicendum quod consequentia Aristotelis saltem tenet de possibili. hoc modo Deus intelligit se ut compositum. ergo potest intelligere partes prius toto, tenet consequentia: nam intellectus diuinus potest intelligere res, ut sunt intelligibiles: sed partes sunt intelligibiles absolute absq; intellectione totius. ergo potest intelligere partes non intellecto toto. & tunc ultra, sed in æternis posse, & esse sunt simul. ergo de facto intelligit prius partes ipso toto, & hæc est pulchra deductio.

Quarta dubitatio est, quomodo ualer hæc consequentia: Deus est simplex, & absque materia. ergo intelligit se simpliciter intelligentia, & non composite. uidetur enim, quod hæc consequentia nulla sit. nam tunc non possemus nos intelligere Deum intellectione composita, quod falsum est. nam intelligimus ipsum, ut ens, & ut bonum, & talia. debes scire, quod aliter nos intelligimus Deum, & aliter Deus intelligit se. nam nos intelligimus Deū per attributa: modo attributa sumuntur ab entibus causatis, quæ sunt in materia, ut dixit Auerroes supra commento trigesimonono. & sic Deus aliquo modo est in materia, pro quanto sibi attributa sumuntur ab entibus in materia: Deus uero ut intelligitur a se simpliciter, intelligitur & non per attributiones, & per consequens non potest Deus formare propositiones de se, quia prædicatum, & subiectum distinguuntur realiter. ut dixit Auerroes ibidem. bene ergo arguit Aristoteles, si Deus intelligeret se compositе tunc esset in materia, quoniam tunc formaret de se propositiones. & omnis ꝓpositio habet subiectum, & prædicatum, & subiectum sumitur a materia, & prædicatum a forma. secus est de intellectione nostra. nam nos intelligimus ipsum per attributionem. & hanc deductionem pauci intelligunt. Quinto dubitatur circa consequentiam ultimam. uidetur enim quod nō sequitur, scilicet quod Deus intelligat se in tempore, si ipse est totum: dicendum, quod totum dum intelligitur ratione partium intelligitur. pars autem intantum inquātum per operationem sumitur. hoc autem fieri non potest, nisi in tempore. & sic patet consequentia. multa dicit Auerroes in his uerbis parum utilia. Tu uero lege per te, & intelliges, si textum intellexisti { & sic debet esse. } Hæc est secunda pars commenti, in qua Auerroes digreditur, & declarat differentiam inter intellectionem intelligentiarum, & Dei, & remouet quæstiones. & primo colligit conuenientiam. secundo differentiam. dicit primo: & sic debet esse in alijs intelligentijs abstractis: hæc est conuenientia, scilicet quod nulla intelligentiarum intelligit aliquid extra se, & quod in eius intellectione non accidit labor. Dicit secūdo. sed primus est simplicior eorum. et hęc est differentia, scilicet quod modo simpliciori intelligit primus rem intellectam. Tertio cōcludit corollarium. & hęc est secunda differentia. Vbi debes scire, quod aliquis intellectus potest esse multus in intelligendo, uel multiplicitate cognitorum, & hoc esset quando multa cognosceret, uel multiplicitate modi cognoscendi. & hoc esset quando intelligibile, & intelligens differunt. Est ergo differentia secūda hæc, quod intelligentia secunda non est multa multiplicitate, modi cognoscendi, quoniam in ea intellectus & intellectū sunt unum re, sed bene multiplicitate intellectorum, quoniam intelligit multa, scilicet se, & omnes intelligentias superiores. Deus uero est simplex dupliciter. primo quia non multa intelligit, quia solum se intelligit. secundo, quia intellectus, & intelligibile idem sunt simpliciter in Deo. dicit, & ideo est unum simpliciter sine aliqua multiplicitate, quia neque propter alietatem intellectus, & intellecti: & hoc quantum ad modum cognoscendi: neque propter multitudinem intellectorum, & hoc quantum ad rem cognitam: probat hanc differentiam, & supponit quod multiplicitas cognitorum pendet ex modo cognoscendi alio. Ex eo quia cognitum, & cognoscens distinguuntur realiter. & hoc patet. Ex hoc arguit si intellectus diuinus intelligit multa, tunc intellectus, & intellectum distinguuntur realiter, consequentia patet ex suppositione, & uerba patent { & cum Themistius. }

Narrat positionem Themistij, & reprobat illam. Themistius ergo uoluit, quod possibile est, quod Deus intelligat multa, immo omnia entia mundi subito. Contra arguit Auerroes, quia declarauimus duo, scilicet quod Deus nihil aliud extra se intelligit: & per consequens nō multa. & quod intellectus, & intellectum sunt idem omnino { dicit enim }

Secundo narrat motiuum Themistij, quod Expositor magni facit. Arguit enim sic, intelligit se esse principium aliorum. Ergo intelligit alia: quoniam cognitio unius relatiui pendet ex cognitione alterius correlatiui. Contra arguit, dicens, & omnia ista sunt eius qui non intelligit demonstrationem Aristotelis, & quasi uult habere responsionem, & non expressit illam. uult tamen eam esse intellectam ex uerbis Aristotelis. Breuiter ergo dicendum, quod Deus intelligit se cognitione absoluta, & non relatiua: & per consequens non intelligit se esse principium, neque principiatum, nec se sub ratione aliqua { sed tamen. } Contra hoc arguit: nam tunc Deus ignoraret se esse principium, & ignoraret hæc, & per consequens esset ignorans, quod Deo nefas est { & ideo. } Respondet, & primo narrat positionem quorundam. secundo respondet secundum ueritatem. Quidam itaque dixerunt, quod eo modo Deus scit se esse principium quomodo causat hæc. Est autem causa horum uniuersalis, & non particularis & propterea hæc scit scientia uniuersali, & non particulari: & per consequens scit se esse principiū uniuersale, & non particulare { & ueritas est. }

Respondet ergo aliter, ubi debes scire quod Deus est ens per essentiam, & reliqua sunt entia participando Deum. & propterea esse Dei est causa omnium reliquorum, & quoniam scientia, & esse in Deo sunt idem, dicit ergo tria. Primum quod Deus scit, omnia pro quanto ipse est omnia, sicut calor est omnia calida. Secundo dicit, quod scit omnia scientia, quæ est causa rerum: nam scit omnia per essentiam, sed scientia est sua essentia, & sua essentia est causa rerum. ergo scientia sua est causa rerum. Dicit tertio, quod Deus non ignorat reliqua, quoniam aliquo modo scit illa sciendo ens hoc est sequi est totum ens. Ex his uidetur concedere Auerroes, quod Deus scit omnia non quidem per se, sed sciendo se, nam ipse est omnia { & ideo. } Concludit quædam corollaria. Primum est quod scientia Dei, & nostra dicuntur æquiuoce, nam sua est causa, & nostra est causata a rebus. nam sua scientia est entis, ut simpliciter dicti, & tale est causa nostre scientiæ. debes scire, quod scientia Dei est entis simpliciter, & est idē enti simpliciter. sed ens simpliciter est causa scientiæ nostræ, & per consequens scientia Dei est causa scientiæ nostræ { scientia igitur. } Secundum corollarium est, ꝙ scientia Dei, nec est uniuersalis, nec ꝑticularis, hoc est ꝙ ipse nec scit hæc in uniuersali, nec in ꝑticulari. primū probat, nā scire in uniuersali est scire in potentia ꝑticularia: sed in Deo nulla est potentia. ergo Deus non scit particularia in uniuersali. nec scit particularia in particulari: nā particularia





sunt infinita, & infinita non continentur in aliqua scīa, quanto minime in scientia prima { ille igitur primus. } Ad formam quæstionis respondet, quod Deus, nec scit scientia nostra, nec ignorat scientia nostra, nam contraria sunt nata fieri circa idem, si ergo Deus non scit scientia nostra, utpote uniuersali, uel particulari, ergo nec tali ratione ignorabit. quare patet quod aliquid est sciens, de quo scientia non dicitur, nisi æquiuoce ut Deus, scit enim ipse Deus, & tamen nō dicitur sciens, nisi æquiuoce. in multis partibus libri destructio destructionum locuti sumus de scientia Dei, & intelligentiarum, nec oportet nunc immorari, tamen pro præsenti declaratione. debes scire quod aliquid potest sciri tribus modis.

Vno modo in ꝑticulari, quomodo per sensum scimus particularia in materia signata. Secūdo modo iu uniuersali, sci licet scientia confusa, ut sciens solem scit infinitos soles si essent, & hæc scientia est in potentia, & in actu. est potētia qui dem respectu contentorum, & est in actu respectu sui essentiæ, quia ipsa est aliqua perfectio. Tertio modo est causa. qui enim scit effectus in causa: scit effectus, sed nec in particulari, quia causa non est materia effectus: & hoc modo uidetur uelle Auerroes, quod Deus scit omnia pro quanto scit ens, hoc est esse, quod est causa omnium. & sic sua scientia dicitur æquiuoce, quia nec est uniuersalis, nec particularis, sed causalis. Sed dices, Deus scit omnia causaliter. ergo scit omnia, ut termini relationis causæ ad illa. ergo omnia particulariter. & hoc erat argumentum Themistij, & Expositoris.

Respondeo qđ in effectu tot sunt gradus, quot causę sunt. Deus ergo est causa omnium sub ratione entis, & nō sub ratione talis entis, ut uidetur Proclus sentire, dum dicit, prima creaturarum est esse. & sic concederem quod Deus scit omnia eo modo, quo concurrit ad esse omnium, & quia concurrit ad esse omnium sub ratione entis, ideo sub ratione entis intelligit omnia, & hoc est intelligere omnia sub ratione entis causæ, & non entis causati: nam sic sua scientia esset uniuersalis. tu uero lege dicta nostra ibidem, & intelliges solutionem hsnc. Debes scire pro intellectu omnium istorum, quod Auerroes imaginatur, quod Deus sit formaliter entitas, uel ens formaliter: reliqua uero non sunt entitas ens formaliter, sed entia participatiue, quæ potius (ut ita loquar) dicuntur entalia, & per consequens, sicut calliditas per essentiam est formaliter calida. & reliqua sunt calida participatiue propter calorem, sic Deus est ens, & entitas formaliter, nos uero tales ipso Deo participatiue. Ex his sequuntur primo quod Deus sciendo se scit omnia. quo modo qui scit formam scit participantia illam, ut qui scit calliditatem scit omnia calida. & perspicuum est, quod qui scit per caliditatem omnia calida: non scit calida in uniuersali, nec in particulari per illam formam. nam illa forma, nec est uniuersalitas illorum, nec particularitas. Scit ergo omnia illa caliditate causaliter, pro quanto scit illa sciendo causam, qua participando calida sunt. Scēdo sequitur ꝙ Deus sciēdo se quiescit, nec appetit scire hæc. sicut aliquis gustaret saporem, in quo essent omnes bonitates omnium saporum, non appeteret gustare alium saporem præter illum. & quoniam Deus est tota ueritas, & tota bonitas, in eo quod scit se, scit omnia uera, et in eo quod fruitur eius bonitate, quæ est tota bonitas, non cupit frui alia bonitate. Tertio sequitur, quod ipse solus est perfecte beatus. nam intelligit uerum, in quo est tota ueritas, & fruitur bonitate, in qua est ratio totius bonitatis: ergo est perfectissime beatus solum in intelligendo se. sed quantum hęc contradicant theologiæ, & ueritati: diximus, in libro destructio destructionum. & tu quære hæc, et diligenter lege, quia reperies multa, quibus nunc addere nō possum (etsi plus expertus sim) propter negotia.

**Perscrutandum autem est qualiter habet totius natura bonum, & optimum. utrum separatum quid, & ipsum secundum se, aut secundum ordinem, aut utroque modo, sicut exercitus. Et enim in ordine ipsum bene, & dux, & magis iste. Non enim iste propter ordinem, sed ille propter hunc est. Omnia uero coordinata sunt aliqualiter, sed non similiter, & natatilia, & uolatilia, & plantæ, & non sic se habent, ut non sit alteri ad alterum nihil, sed est aliquid. Ad unum quidem enim omnia coordinata sunt. sed quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere, sed omnia, uel plura ordinata sunt. Seruis uero, & bestijs parum quod ad commune. Multum uero quod contingit. Tale nanque principium cuiusque ipsorum natura est. Dico autem puta ad discerni necesse quoque omnibus uenire. Et alia sunt sic, quibus communicant ad totum.**

Ostendit quod primus motor sit primus, scilicet effectiuus, & primum intelligibile. & quia accepit ipsum esse primum appetibile, & non declarauit quomodo, nunc uult exponere quomodo. Et debes scire, quod bonum est duplex scilicet bonum ordine, quod pro tanto bonum est pro quanto participat ratione finis. & bonum fine, & hoc dicitur optimum. finis enim uult esse ultimum, & per consequens optimum. & propterea quærit Philosophus & dicit. Perscrutandum est autem qualiter totius natura, hoc est mūdus habet bonum, scilicet quantum ad ordinem, & optimum, scilicet quantum ad finem uocatur mundus natura totius, quoniam est omnia entia, & dicitur propter hoc uniuersum.

Deinde explicat quæstionem, dicens utrum separatū quid & ipsum per se: & hoc quantum ad finem, & ad optimum, aut secundum ordinem, et hoc quantum ad bonum ordinis. & hæc est quæstio. Debes scire, quod differentia est inter bonum ordine, & finem. nam bonum ordine eget aliquo, ali quo modo ad quod ordinentur cuncta illius ordinis. sed finis est id ad quod cuncta tendunt: & propterea finem uocat separatum quid, & ipsum per se { aut utroque modo }

Soluit quæstionem, & uult, quod quemadmodum in exercitu est duplex bonitas, scilicet ordo, & dux: sic & in uniuerso. Ordo in exercitu est bonum quoddam, & ipsum milites enituntur seruare. & dux est optimum, quia ad ipsum est ordo, & milites. dicit, aut utroq; modo, sicut exercitus. etenim in ordine, scilicet exercitus est ipsum bene, & scilicet in exercitu est dux, cui debetur ratio oprimi, quia appellauit ordinem bonum, & finem separatum, & per se optimum. ostendit per simile hoc esse bene dictum, & dicit. & magis iste, scilicet dux est, quam ordo. subdit causam, dicens: nō enim iste est propter ordinem, princeps enim exercitus est supra ordinem, sed ille, scilicet ordo est propter hunc, scilicet ducem. Ex his sequitur quod bonum ordinis subordinatur fini, & per consequens ordo dicitur bonum, & finis optimum dici debet. quoniam est sui gratia, & bonum ordinis gratia eius { omnia uero } Remouet dubium. nam posset quis dicere ordo est in eis, quæ specie differunt, genere uero conueniūt. sed mundi partes, & species, & genere differunt, ergo nō coordinantur, & sic Philosophus supponit falsum. uidetur respondere, quod duplex est ordo, scilicet uniuocus, qualis est in animalis speciebus, & analogus, seu proportionis, ut est in his, quæ sic se habent ꝙ priora sunt utilia posterioribus: & tandem omnia sunt ad unum. uult ergo ꝙ mundi partes habeant ordinem secundo modo. nam uult ꝙ una pars mundi est utilis alteri: & tādem reducuntur ad unum cōmunem

omnibus finem. dicit, omnia uero coordinata sunt aliqualiter, scilicet analogice, & proportionaliter, sed non similiter, scilicet secundum speciem sunt ordinata, ut natantia, & uolatilia, & plantæ, & non sic tamen se habent, ut non sit alterum ad alterum nihil, sed alterum alteri est aliquid. nam ad unum quidem omnia coordinata sunt. Est ergo iste ordo, quod plantæ sunt animalium gratia, & animalia propter homines, & homines propter corpora cœlestia, & omnia tandem graria primi entis in natura optimi. & sic partes mundi non habent ordinem uniuocum, sed ordinem proportionis { sed quemadmodum } Declarat idem secũdo exemplo, scilicet accepto a domo. ubi debes scire, quod in domo sunt paterfamilias, liberi, serui, & bestiæ, & possessiones, ut Aristoteles declarat in Oeconomicis. et isti omnes agũt bonum domus, & optimum domus. bonum domus est ordo agibilium, optimum est uoluntas patris familiæ, liberi, & pater ambo participant, eo quod optimum: pater quidem, quia ipse est optimum, quia dat ordinem. filius uero quia propinquus patri, & per consequens aliquo modo dat ordinem, et recipit ordinem. Nam liber magis accedit ad uoluntatem patris. serui, & bestiæ participant bono ordinis. nam solum ordinantur, licet serui bestias ordinent, & bestiæ agrum. sic in uniuerso substantiæ separatæ, & Deus ualde participãt optimo. Deus quidem, quia ipse est optimum: substantiæ uero separatæ, quia uicinæ optimo. res uero generabiles multum participant bonum ordinis, & parum bono optimo, quia sunt elongatæ. hæc est perfecta declaratio. sicut ergo in domo paterfamilias est ordinans tantum, & serui, & bestiæ, & possessiones ordinatæ tantum: liberi uero ordinãtes uno modo, & ordinati alio modo: sic & in toto mũdo est Deus optimum, qui ordinat: & generabilia ordinata tantum, & intelligentiæ, quæ quidem, ut liberi sunt uno modo ordinantes, alio modo ordinatę. dicit: sed quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere. hoc est parum participãt bono ordinis, quia sunt in loco partis: sed omnia, uel plura ordinata sunt subaudi, quæ liberi faciunt: & per consequens in posse eorum uidetur esse ordo pro quanto uicini sunt patri. propterea liberi uidentur imperare seruis in loco patris: seruis uero, & bestijs uidetur esse parum quod commune, id est parum participant optimo quod est commune patri, & liberis: multum uero participat eo quod contingit, hoc est bono ordinis, quia ipsi non habent, nisi ordinata sibi facere, & parum imperant, scilicet nisi bestijs. Debes scire, quod bonum ordinis dicitur quod contingit, quoniam potest uariari, & est in potestate patris, & aliquo modo in posse filiorum, & huic subaudiendum est, ꝙ eodem modo est in uniuersi partibus. nam sunt quædam partes multũ participantes optimo, & quædam parum. huius ergo subaudiẽdi reddit causam. d. tale nanq; principium uniuscuiusq; eorum est natura: ergo res mundi uidentur participare ordine propter eorum naturas, quæ sunt principia exequendi ordinem, & ideo res mundi, licet non intelligant. faciunt operationes ordine, quoniam diriguntur ab optimo, ut dicit Themistius { dico autem } Exponit quid est illud quo omnia participant, & quæ sint ea quæ participant eo quod optimum, & uult quod omnia mundi entia participant differẽtia, hoc est ordine qui consistit in differentia posterioris ad prius: talem enim ordinem habent omnia per se, licet Deus parum: sed quædam sunt quæ participãt quodam optimo, quod est supra ordinem dicit. dico autem utpote bonum ordine quantum ad discerni, & distinguis necesse est quoq; omnibus uenire, & accidere tale bonum. ergo bono ordinis omnia participant, & alia sunt sic, quibus omnia ad totum communicãt, ut sunt corpora cœlestia. hæc enim omnia cum uniuersi duce participant optimo ad totum uniuersum perficiẽdum. sunt enim intelligentiæ similes liberis, & mundi entia similia seruis, & bestijs: & propterea intelligentię participãt eo optimo quo primus. et parum participãt ordine. hæc uero multo ordine, & parum optimo participant.

Ipsa est tertia } Commentum habet duas partes: altera quidem est tantum expositiua textus: altera uero digreditur aliqualiter: & prima quidem satis nota est per ea, quæ nos diximus in nostra expositione. deinde ibi { & sciendum est } Com. 52.

Digreditur, & uidetur primo colligere positionem Aristo. & dicit. & sciendum est quod hæc est sententia Aristotelis in solicitudine, & per ipsam soluuntur omnes quæstiones tangentes solicitudinem. Debes scire quod ex uerbis Aristotelis colligi potest, quod Deus habet solicitudinem, & quod non habet. habet enim solicitudinem pro quanto ipse est, quasi causa omnium, & ordinans cuncta, sed non habet curam particularium. quia igitur Aristoteles dixit Deum esse causam ordinis: & nihil est causa ordinis, nisi cognoscat ordinata: & per consequens Deus habet solicitudinem pro quanto ordinat { sunt enim quidam } Narrat nũc positionem quorundam. quidam enim uolunt Deum omnia scire, & particulariter, & uniuersaliter. & huius causa est, quia sapiens non debet prætermittere aliquid absq; solicitudine. dicunt secundo, quod omnes actiones Dei sunt iustæ, & per consequens non facit malum, quia malum nõ est ens. et hęc est positio nostra, & uera. alia positio est Epicureorum: nolunt enim quod Deus non creet hæc, quoniam hæc multa mala sunt, quæ sapiens dimittere debet: ergo isti sunt in extremo contradictorio ad illos. nam isti nolunt quod nulla sit solicitudo omnino { & ueritas } Respondet Auerroes, & uult quod ueritas sit quod solicitudo sit eo modo quo dixit, & probat. nam si res essent sine solicitudine, essent a casu, & extra intentionem agentis, sed per se, & ex necessitate materiæ. Vltimo narrat propter hoc argumẽtum positionem Pythagoricorum. Pythagorici enim uidentes multa mala esse in rerum natura, & multa bona, coguntur dicere duos deos esse, quorũ unus bona, alter mala creet. Debes scire, quod Pythagorici decipiuntur, nam nullum malum est, & illa mala, quæ ipsi reputant dicuntur mala, secundum quid, ut respectu unius, & bona respectu alterius: et propterea malum simpliciter nihil est: non ergo ualet ponere duos deos.

Quæcunque impossibilia accidunt, aut absurda: aliter dicentibus. Et qualia gratiosus dicentes, & in quibus minime dubitationes oportet non latere. omnes enim ex contrarijs faciũt omnia, neque autem omnia, neque ex quod contrarijs recte, nec in quibuscunque contraria existunt: quomodo ex contrarijs erunt non dicunt. Impossibilia enim sunt contraria adinuicem. Nobis autem soluitur hoc rationabiliter, eo quod tertium aliquid sit. Alij uero alterum contrariorum: materiam faciunt: quemadmodum quid inequale equali, aut uni multa. Soluitur autem, & hoc eodem modo: materia enim quæ una, nulli est contraria.

Auerroes, & Expositor conueniunt. nam uterq; uult Aristotelem hic enarrare positionem antiquorum, & eã consutare. Auerrois dicit Aristotelem hoc fateri, ut ostendat positionem eius esse magis rationabilem: quia per ipsam soluuntur omnes quæstiones, non sic positiones antiquorum sunt. & textus bene, & docte declaratur ab Expositore. nec potest addi, & commentum similiter patet. Com. 53.

Amplius omnia praui participatione sunt extra unum: nam malum ipsum alterum elementorum. Alij autem nec principia bonum, et malum



malum quanuis in omnibus maxime quod bonum principium. Alij uero hoc quidem recte, quia principium. Sed quomodo bonum principium non dicunt. utrum ut finis aut ut mouens aut ut species. Inconuenienter autem & Empedocles, amicitiam enim bonum facit, hoc autem principium & ut mouens. Congregat enim & ut materia. pars enim mixturę. Si itaq; & eidem accidit ut materiæ, & principium esse & ut mouenti, sed esse non idem secundũ quod duorum igitur amicitia. Inconueniens autem & incorruptibilem esse litem. sed hoc ipsum est mali natura.

Quia quidam dixerunt duo scilicet quod omnia fiant ex contrarijs. quod prima genera contrariorum sunt duo scilicet bonum & malum, & contradixit his in textu præcedenti, nunc arguit contra eosdem, & utitur enthymemate hoc modo, Si omnia essent ex contrarijs, ergo omnia participarent malo. quæ consequentia patet. nam alterum elementorum est malum & alterum est bonum, ergo omnia participarent malo excepto uno scilicet bono. nam bonum est contrarium ipsi malo, dicit. Amplius omnia praui ideſt mali participationem essent præter unum scilicet bonum hoc est enthymema { Alij autem } Narrat positiones aliorum ut ostendat quod prædictę positiones sunt remote ab omnibus & dicit. alij autem nec principia bonum & malum scilicet dicunt quanuis in omnibus maxime quod bonum est dicant esse principium. Est ergo secunda positio quod bonum est prȩcipue principium & non malum { Sed quomodo } Contra hoc etiam ostendit eorum diminutionẽ, dicit. Sed quomodo bonum sit principium non dicunt utrum scilicet ut finis aut ut mouens aut ut species hoc est forma. & sic isti uidentur manci & diminuti { Inconuenienter autem } Nunc specialiter narrat Empedoclis positionem. Vbi debes scire quod Empedocles opinatur amicitiam esse principium & esse bonum, & quod amicitia sit principium duplici ratione scilicet ut agens & ut materia. ut agens quidẽ, quoniam congregat, modo congregare est actus agentis. ut materia uere, quia est pars mixti. nam mixtum apud ipsum fit ex quatuor elementis & lite & amicitia: modo esse partem est cõditio materiæ dicit. Inconuenienter autem & Empedocles subaudi dicit. amicitiam enim facit bonum. hoc autem principium facit dupliciter & ut mouens. congregat enim & ut materia. pars enim est mixturę ipsa amicitia { si itaque } Contra arguit, nam non uidetur quod idem possit esse agens & materia secundum eandem rationẽ. ergo oportet amicitiam esse alterum sub altera ratione. Vtrum ergo amicitia sit ut materia magis an ut agens. quomodo enim non sit possibile ut materia sit secundum eandem rationem utrunq;, quod ergo duorum magis erit. dicit si itaque & eidem accidit ut materiæ esse & principium & ut mouenti etiam accidat esse principium. igitur secundum quod duorum amicitia sit, utrum sub ratione materiæ magis an sub ratione agentis { Inconueniens autem } Secundo arguit contra Empedoclem. nam ipse ponit litem esse incorruptibilem & ipsam esse principium, ut natura mali. litem ergo esse incorruptibilem & esse principium, ut malum natura est inconueniens, dicit. Inconueniens autem & incorruptibilem esse litem. sed hoc ipsum est mali natura. modo hæc duo ponere uidetur inconueniens. Com. 54. est clarum.

Anaxagoras autem ut mouens quod bonũ principium. intellectus, sed gratia alicuius mouet, quare alterum. excepto ut nos dicimus. nam medicatiua est sanitas quodammodo. Inconueniens autem & contrarium non facere bono & intellectui.

Specialiter secundo positionẽ Anaxagoræ declarat. Anaxagoras ergo ponit quod bonũ sit principium & utitur syllogismo in tertia figura. nam intellectus est principium & intellectus est bonum. ergo bonum est principium. hęc est positio Anaxagoræ contra quem intellectus mouet alicuius gratia. ergo oportet dari aliquod alterum ab intellectu primo. cuius gratia primus intellectus mouet. Respondet pro Anaxagora, quod forte intelligit ut nos intelligimus scilicet quod in separatis a materia, idem est finis & agens, ut sanitas in mente uidetur esse ipsa res medicatiua quodammodo, ergo primus intellectus erit primum agens, & primus finis, pro quanto sui gratia mouet. Secundo arguit contra Anaxagoram, nam communis opinio dicit quod contraria sunt omnium principia. ergo uidetur inconueniens bono & intellectui non facere contraria. nam intellectus & bonũ sunt de numero entium, & communis opinio ponit contraria esse principia omnium. Sed hæc instantia parum ualet contra Anaxagoram, sed tenet hypothetice scilicet si opinio cõmunis sit uera scilicet quod omnia sint ex contrarijs. Aristoteles autem non uult Anaxagoræ contradicere. nam ipse fuit plus propinquus uero omnibus alijs. uerba textus patent.

Omnes autem contraria dicentes nõ ꝟtuntur cõtrarijs, nisi figuret aliquis. & quare hæc quidẽ corruptibilia, hæc autem incorruptibilia nullus dicit. omnia nanq; entia faciunt ex ijsdem principijs. Amplius autem alij quidam ex non ente faciunt entia. Alij autem nisi hoc cogatur unum omnia faciunt. Amplius propter quid semper erit generatio, & quæ est causa generationis nullus dicit. Et duo principia facientibus, aliud necesse primum principalius esse, & his qui species, quia aliud principium principalius. propter quid enim participauit uel participat, & alijs quidem necesse sapientiæ & honoratissimę scientiæ aliquid contrarium esse, nobis autem non. non enim est contrarium primo nihil. nam omnia contraria materiam habent, & hæc potentia sunt. Contraria autem ignorantia ad contrarium. primo uero contrarium nihil. Amplius si non erunt præter sensibilia alia. non est principium & ordo & generatio & cœlestia, sed semper principij principium, ut Theologis & Physicis omnibus. Si autem erunt species aut numeri nullius causæ. si autem non, neque motus. Adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus magnitudo & continuum? non enim numerus facit continuum nec ut mouens nec ut species. At uero nullum erit cõtrariorum quod quidem & motiuum & factiuum. Continget enim utique non esse. At uero posterius quidem ipsum facere potentia. non ergo sempiterna sunt entia, sed sunt. Inter medium igitur est aliquid horum. hoc autem ut dictum est. Adhuc autem quomodo numeri unum aut anima aut

corpus & ſpecies totaliter,& res.nihil dicet nullus, nec continget dicere ſi non, ut nos, dicat, quod mouens facit. Dicentes autem numerum primum mathematicum, & ſic ſemper aliam habitam ſubſtantiam & principia cuiuslibet, alia in connexam ipſius uniuerſi ſubſtantiam faciunt. nihil enim alia aliſ confert aut ens aut non ens & principia multa. Entia uero nolunt male diſponi,nec bonum plures principes,unus ergo princeps.

Iſti textui non habemus cõmentum. Expoſitor tamen optime & per egregie textum hunc exponit. Tamen uidetur mihi quod prima pars ſatis patet. In ea enim complet confutationem prædictarum poſitionum ⁊ Amplius ſi nõ erunt ⁊ Hæc eſt ſecunda pars ubi contradicit Herculeis qui ſubſtantias ſeparatas deſpexerunt,& ſolum ſenſibilia acceperunt. Contra hos ergo arguit enthymematice ſic,ſi nullæ eſſent ſubſtantiæ prꝛeter ſenſibilia,tunc nec eſſet principium hoc eſt Deus nec ordo,nec generatio,nec cœleſtia,ſed ſem per principiꝫ erit principium. vt Theologis & Philoſophicis uidebatur. Sed uidetur in hoc enthymemate quæſtio. nam ſi non ſit generatio , non erit principiꝫ principium. & per ipſum eſt principiꝫ principium: ergo contradictio.dicendum quod ex poſitione impoſſibili ſequuntur apud Philoſophum contradictoria. nam falſum impoſſibile eſt illud quo poſito ſequitur contradictio. hæc propoſitio nihil eſt prꝛeter ſenſibilia,eſt propoſitio falſa impoſſibilis.& propterea ſequitur utrunque ſcilicet quod non ſit generatio principiꝫ ex principio, & quod ſit generatio principiꝫ ex principio, ut facile quis deducere poteſt ⁊ Si autem erunt ⁊ Hæc eſt tertia pars textus, in qua Ariſtoteles tangit Platonem. Plato ergo poſuit duplex genus entium ſeparatorũ ut idearum & numerorum. Contra hoc arguit Ariſtoteles multipliciter. Primo, quia ſi hæc eſſent uel nullius eſſent cauſæ, uel ſaltem motus non eſſent cauſæ , quia abſtrahunt a motu, dicit,Si autem erunt ſpecies aut numeri,nullius cauſę ſcilicet erunt.Sed ſi erunt,non erunt ipſius motus quia abſtrahunt ab eo ⁊ Adhuc ⁊ Secundo arguit,ex non corpore non fit corpus, ſed idea & numerus ſunt non corpora, ergo ex idea & numero non fit corpus continuum & magnitudo, dicit adhuc quomodo erit ex non magnitudinibus magnitudo & continuum. non enim numerus facit continuum hoc eſt corpus, nec ut mouens & agens, nec ut ſpecies hoc eſt forma ⁊ At uero ⁊ Tertio arguit ſi idea & numerus ſunt principia, tunc nullum contrariorum erit principium, nam numero nihil eſt contrarium, nec ideæ aliquid tale contrariatur.& ſi nullum principiorum ſit contrarium.ergo generatio non eſt,quoniam generatio eſt ex contrario in contrarium,& ſi generatio non eſt entia non erunt ſempiterna,nec ſecundum ſpeciem nec ſecundum indiuiduum. ſed nos uidemus entia eſſe ſempiterna,ergo eſt aliquod intermedium ut nos diximus. dicit at uero quod quidem & factiuum & motiuum nullum erit de numero contrariorum. nihil enim numero uel ideæ contrariatur.nam contingeret ſcilicet ideam uel numerum non eſſe. omne enim habens contrarium poteſt non eſſe, ſed ſcilicet ſi haberet contrarium contingeret ipſum contrarium quidem nobilius & prius facere ſuum contrarium. propterea nam calidum facit frigidum in potentia & e conuerſo.& ſic ſi idea uel numerus haberet contrarium,contingeret non eſſe quoniam illud contrarium faceret hæc potentia, uel hæc façerent illud. non ergo ſempiterna ſunt entia, nec ſcilicet ſecundum ſpeciem nec ſecundum indiuiduum. deſtruit hoc conſequens dicit,ſed ſunt ſcilicet entia ſempiterna. Igitur intermedium eſt aliquod horum quod quidem non eſt contrarium, ſed medium ut materia. hoc autem ut dictum eſt ⁊ Adhuc autem ⁊ Quarto arguit,ſi numeri uel ideæ cauſæ ſunt,quomodo erunt cauſa ueritatis uel animæ,uel corporis, uel ſpecierum, uel rerum. nullus quidẽ dicit quomodo niſi dicatur, ut dixit in octauo huius quod res eſt una propter agens. dicit adhuc autem quomodo ſi numeri unum ſupple erit anima aut corpus, aut ſpecies omnino & res quæcunque ſit illa . nullus enim quicquam dicit nec contingeret dicere niſi dicat ut nos diximus ſcilicet quod mouens facit rem eſſe unum ⁊ Dicẽtes ⁊ Hæc eſt ultima pars textus in qua refert poſitionem Pythagoricorum ubi debes ſcire quod Pythagorici poſuerunt ordinem entium & ordinem principiorum reſpondentium illi ordini entium. poſuerunt enim primum entium numerum poſt numerum magnitudinem, poſt hanc animas, poſt has ſenſibilia. & ſic dixerunt principium numeri eſſe tantũ numeri,& poſt principium numeri ponunt principium magnitudinis,& poſt hoc principium animarũ, & poſt hoc principium ſenſibilium,nec ponunt unũ principiorũ ex alio depẽdere.Sed alterũ ſeipſo eſſe per ſe. Cõtra hoc arguit Ariſto. nam tunc uniuerſi ſubſtantia erit inconnexa, ita quod nulla pars conferret ad aliam, ſiue ſit, ſiue non ſit dicit.dicentes autem numerũ primũ mathematici.& ſic ſemper aliam habitam ſcilicet conſequentẽ ſubſtantiam & dicentes principia cuiuslibet de per ſe alia ut numerorum,aliud & magnitudinum,& aliud etc. Inconnexam ipſius uniuerſi faciunt ſubſtantiam.nam nihil aliud ſcilicet principium,aliſ ſcilicet principio conferret ſiue exiſtens ſit, ſiue non exiſtens , & erunt principia multa inuicem impermixta. hæc eſt prima obiectio. Secundo arguit, ſi plura eſſent principia diuerſa nullum habentia ordinem ad unum primum,entia male gubernarentur. nam plures principes mali ſunt: vnus ergo princeps. dicit entia uero nolunt male diſponi,hoc eſt gubernari. nec bonum plures principes , unus ergo princeps. & ſic poſitio hæc quæ negat principiorum dependentiam uidetur erronea. De unitate primi aliqua perſtringamus. nam Ariſtoteles in ultimo ſeruauit. Et licet etiam plura prima principia ſimpliciter nõ ſit ab humana mente excogitabile,ſtꝫ reponendum inter poſitiones ac animi primas propoſitiones, tamen quia Empedocles & Pythagoras pluralitatem Deorum ac primorum non tantum conceſſerunt, immo tanquam numerum contempſerunt, ducimur quædam & ualde pauca pertractare. vbi animaduertendum quod recentiores enituntur unitatem primi perſuadere quinque petitionibus acceptis,quę quinque ſunt tantum creditę & non per ſe notę.& ita coguntur rem per ſe notam facere uix probabilem,quapropter rationibus eorum electis duas Ariſtotelis rationes quas in hoc.12.innuit formare enitar, deinde aliꝭ acceptis aliꝭ e locis eiuſdem Philoſophi. Prima accipitur textu cõmenti.49.quæ poteſt ſic formari. Si eſſent plura prima ſimpliciter,uel eſſent æque perfecta, uel unum eſſet altero perfectius. Si unum altero perfectius , unum eſſet primum ſimpliciter. Nam primum ſimpliciter id uolunt & Theologi & Philoſophi in quo omnis perfectio continetur, & quo nihil eſt perfectius. quare unum tantum erit. Si uero plura æque perfecta, tunc erunt eiuſdem ſpeciei & plura numero. nam indiuidua eiuſdem ſpeciei ea ipſa ſunt, quæ quidem plura ſunt & eiuſdem eſſentialis perfectionis. quæ autem ſunt plura numero,oportet eſſe talia uel propter materiam principaliter,uel propter materiam concomitatiue, & omnia talia ſunt corruptibilia uel ſaltem cõtingentia ut concedunt omnes. Secũda uia accipitur ab Ariſtotele hic quando inquit, entia nolunt male diſponi, quæ licet ſit quaſi rhetorica ratio,& accepta ab Homero,tamen poteſt reduci ad demonſtrationem hoc modo.Si plura prima principia ſimpliciter eſſent, uel unus & idem effectus eſſet bis uel ſimul tempore geminus. Conſequentia facile deducitur,quia effectus





ctus quæ unum eorum producit, uel poteſt ab alio produci uel non.ſi non poteſt,tunc tantum unum eſſet primum ſimpliciter,illud uidelicet quod poteſt omnia producere. Si autem poteſt,ut uidelicet cœli motum primum, tunc uel duo eſſent primi motus ſucceſſiue producti uel geminus quod repugnat intellectui intelligere. & propterea ait, entia nolle male diſponi, & quod pluralitas principum mala eſt, quia uidelicet eſſet rerum confuſio, & gemina rerum explicatio uel ſucceſſiua. Idem poteſt ſuaderi & fortaſſe demonſtrari, ex eo quia primum principium & ſimpliciter eſt prima forma,primus finis,& primum mouens, vbi enim eſſent plura prima principia ſimpliciter, eſſent plures primæ formæ, plures primi fines, plura prima mouentia. igitur plura prima formata,plura prima mota, pluraq; ordinata in finem. & ſic omnium & ſingularum rerum duo eiuſdem perfectionis & naturæ ut duo Socrates,duo Platones,& duo Ariſtoteles. Hæc ratio ab Ariſtotele ẽ. Auerroe colligitur primo cœli textu commenti 90. & 92 & tu quære dicta noſtra ibidem. Ex his & aliꝭs plurimis patet unum eſſe primum principium ſimpliciter,quem uulgares Græcorum primum Deum uocant, Cui ſit honor & gloria horum noſtrorum laborum.

FINIS.

## SERIES CHARTARVM.

✱, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z.

Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo,

Pp, Qq, Rr, Ss, Tt, Vu, Xx, Yy, Zz.

*Omnes ſunt Terniones , excepto,* ✱ A, Yy, Zz. *Qui ſunt duerniones.*

*Venetijs apud Hieronymum Scotum.*

1 5 4 6.